principia idem intelligit alia tamen appellatione: per elementa uerò aliud, non quidẽ aliud ẜm genus causę, sed aliud ẜm propinquum & cõe. Nam per causas & principia cões causas, & per elementa ꝓprias causas intelligit, ac ꝓximas, & quidem in eodem genere causæ: & per sciẽtiam de natura, intelligit sciẽtiã naturalem, quę pertractat de rebus naturalibus. Ex quo patet eos non rectè exponere, qui per sciẽtiam de natura intelligunt solũ sciẽtiam naturalem, quę tradit̃ in. 8. libris physi. semper enim Arist. per sciẽtiam de natura intelligit sciẽtiam naturalem, ut primo de cœlo patet, cũm dixit, { sciẽtia de natura fere plurima uidet̃, } & reliqua. Sed dices, uidetur Arist. intelligere per sciẽtiam de natura, sciẽtiã traditam in hoc libro, quia in hoc libro prius agit de principiis, in primo &. 2. lib. deinde de principiatis. Non habeo pro absurdo eum intelligere utrunq;, quoniam sciẽtia naturalis quę traditur hîc, tota sciẽtia de natura est, nec differt nisi ꝙ in hac agatur de rebus naturalibus sub rõne uniuersali, in tota autem sciẽtia de natura sub ratione uniuersali & particulari. Et cũ dixit, { q̃ circa principia, } intellexit ea omnia quę attinent ad principia rerum naturaliũ, quoniam tractabit numerum uidelicet ꝙ tria sint, qualitatem, ꝙ eorum aliqua sint contraria, substantiam, quia unumquodq; quid sit. Hactenus de textu, nũc accedamus ad recognoscẽdum ea quę diximus in cõmentariis. Sed circa ea quę Auerroes dicit de mathematicis, puto posse defendi demõstrationes mathematicas eẽ propriè demõstrationes, quę tñ nec sunt per causam, nec per effectum: & hoc nõ iniuria, quoniã mathematicus nec causam considerat, nec effectum, cum ratio causę & ratio effectus ad metaphysici cõsiderationem attineat. Quòd si nec causam nec effectum cõsideret, nec demõstrationes cõficere poterit per causam nec per effectum, cũm semper q demõstrat, consideret id quod demõstrat, & cãm uel effectum per quem demõstrat. Quare mathematicus demõstrat, qui nec per causam, neq; per effectum syllogizabit, quãdoquidem mathematico in ꝓcessu propõnes assumptę licet sint notiores ipsa cõclusione demõstrata, tamen respectu rei significatę per cõclusionem nec causam, nec effectum mathematico representant. Ex his concedi potest aliquid sciri perfectissima demonstratione, atq; certissima, quod tamen nec per causam, nec per effectum scitur, imo nec quia, nec propter quid. Sed dices, mathematicus scit, sed scire est per causam, & quoniam illius est causa, igitur nõ potest scire nisi per id, quod scit esse causam eius, quod scit. Insuper mathematicus in sciendo demõstrat, sed demõstratio aut est quia, aut ꝓpter quid, ut Arist. dicit primò posterio. ibi { sed differt q̃a & propter quid. } igitur mathematicus scit propter quid, cuius cõtrarium dictum est. Sed defendi potest, nam scire est per causam, aut per id quod æquiualet causę: & sic mathematicus nõ sit per causam & quoniã illius est causa, sed per aliquid quod in demonstrando æquiualet causæ, imo potissimæ causæ: nec scit quia nec propter qd, sed per aliquid, quod ęquiualet ea, quod est ꝓpter quid. Vnde aliis uerbis dici potest scientiam mathematicam esse per causam idẽticè, non autem formaliter. Ex his sequit̃ scientiam demõstratiuam, per quam de deo scimus, aliqua pędicata qualitatiua, ut quod deus sit indiuisibilis, quia est intellectus, & ꝙ sit unus, quia primum ens simpliciter, esse per ueram demõstrationem, quæ tamẽ nec est per causam, nec per effectum, cũm in rebus diuinis nihil sit causa, nihilq; effectus: est tamen per id, quod in demonstrando æquiualet causæ, uel effectui, aut ipsi, q̃a, uel propter quid. Qua ratione fit, ut propositiones in mathematicis, uel metaphysicis demõstrationibus, quę sunt de deo, necessariæ sint, nobisq; notiores, quæ tamẽ respectu rei significatæ per conclusionẽ, nec causam nec effectum significant. Hæc de prima recognitione. Vlterius Auer. in cõmento asserit maiorem syllogismi eẽ legendã sub disiunctione, tum ut omnes scĩas cõplecteretur, (nã est metaphysica scĩa, quæ non considerat in demonstrando per omnia genera causarum) tum etiam ut complecteretur diuersa causarum genera, & hæc ambo nõ sunt bene dicta: Primum quidem non dicitur, quia si maior sub disiunctione acciperetur, de nulla facultate erit uera, quoniam nulla facultas est, quæ cõsiderat aut principia tantum, aut causas tñ, aut elementa tantum: non enim naturalis cõsiderat principia tantum, intelligendo per principia, ut ipse intelligit, nec causas tantum, nec elementa tantum: insuper nõ erit uera de mathematica, nec de metaphysica: igitur prima ratio, quam asserit, friuola est. Secunda etiam reprobata est, quia ut diximus, textus emendatus in codicibus grecis legitur partim sub disiunctione, cũm dicitur prĩcipia aut causę, partim sub copulatione cum dicitur & elementa: est etiam falsa expõ Auerrois, hæc q̃uia causa & principium dicũtur totidem modis, ut Porphyrius inquit. Hęc de secũda recognitione. Vlterius quęrit̃ hîc ordo ꝓcedendi assignatus in textu, qui est à cognitione principiorum, causarum, & elementorum, utrum sit ordo in scĩa naturali totali, an particulari. Non in scientia naturali totali, quoniam in hoc libro, in quo agitur de principiis cõibus, agitur etiam de communibus principiatis: ergo nullus est liber in naturali philosophia, in quo prius agatur de principiis, quin in eodem agatur de principiatis. Si ordo intelligat̃ in scientia particulari, quę habetur de particulari conclusione, ut de illa, cerebrum hominis est maius ꝙ̃ in cæteris animalibus: uel de illa, homo hominem, & equus equum generat: aut de illa, homo solus inter animalia est erectę staturę: aut de aliis eiusmodi, tũc sequũtur duo, ut ꝙ non semper ꝓcedendum sit à remotis causis, nam in cognitione talium conclusionum satis est ꝓcedere per proximas causas, ut Arist. docuit primo de partibus, & primo de generatione animalium: cuius contrarium dicit, { tunc enim opinamur cognoscere } .s. sciẽtificè { unumquodq; cũm causas primas cognoscimus, & prima principia usq; ad elemẽta. } Secundum quod sequitur, est contra Auerroẽ in cõmen. qui asserit mathematicum considerare unum genus causæ, metaphysicum tria causarum genera, naturalem quatuor, ut intelligit in demõstrando. Modò si ordo intelligatur in particulari scientia. quæ est unius conclusionis, nõ est uerum, ut in ea ꝓcedatur per cognitionẽ omnium generum causarum: nã illa cõclusio, cerebrum hominis maius est cerebro cęterorum animaliũ, solum demonstratur per unum genus causæ, uidelicet quia debet refrigerare calidum cordis hominis, quod est maius calido cordis cuiusq; animalis: sic enim eam demonstrauit Arist. lib. 3. de partibus. Insuper illa, hõ hoiem, & equus equum generat deducto impedimẽto, demõstrat̃ per genus causę efficientis, quia unumquodq; agens deducto impedimẽto generat sibi simile in specie. Ad hæc illa conclusio, homo unus inter cætera animalia est erectus, demõstratur per genus causę materialis, q̃a homo solus inter cætera animalia est excellẽter calidus, atque ex partibus calidioribus constitutus, quarum est erigere corpus: demonstratur etiam per genus causę finalis, quia homo solus superiora spectat, ut igitur facilè possit superna spectare, homo solus est erectus. unde illud. Ouid.

Pronaq; cũm spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælumq; uidere
Iussit, & erectos ad sydera tollere uultus.

Non ergo ordo ille bene intelligitur in particulari scientia naturali, quæ est unius conclusionis. Defendi potest fortasse, ꝙ ordo procedendi intelligatur solum in scientia totali: nam in facto huiusmodi ordinem seruat, q̃a in præsenti libro physicorum agit de cõibus principiis, & cõmunibus causis: deinde descẽdendo speciatim ad particulares res naturales, agit de illis per principia & causas propinquiores, & sic suo ordine in cęteris libris procedit semper: & ad obiectionẽ patet solutio, quoniã agit̃ de cõibus principiatis in hoc libro, in quo agitur & de

Quid per sciam de natura.

Dubiũ

Dubiũ

De metaphysica.

Secũda recognitio.

De ordine ꝓcedendi.

Defensio ꝓ Auer.

cõibus principiis necessitate doctrinę, quia agi non potest de relatiuis, quin necessitate doctrinæ agatur de correlatiuis. Non autem necessitate ordinis procedendi in scietia totali, quia ordo in scientia naturali totali non requirit, nisi ut agatur prius de cõibus principiis, deueniẽdo postea ad ꝓpinquiora. Si uerò ordo procedẽdi intelligatur particulariter, ut puto ſm rei ueritatẽ eẽ intelligendum, (nã ſm ueriorem expõnem puto Aristo. assignasse ordinẽ in doctrina demõstratiua, quem Philosophus naturalis seruare debet in scientia de natura) etiã obiectiones diluunẽ. Prima quidẽ, quia cùm Arist. asserit in libris de animalibus, nõ esse demonstrãdam conclusionem nisi per proxima principia, intelligit demõstratione contracta ad librum de aĩalibus: nam demonstratione quę est extra librum de aĩalibus nihil ꝓhibet demonstrare per principia cõia, contracta tñ ad genus sciendi naturale. Secũda uerò diluitur, quoniam Auer. non intelligit ꝙ semper naturalis cõclo demõstreẽ per oĩa causarum genera, sed ꝙ naturalis possit demonstrare per oĩa genera causarũ siue unam, siue plures cõclusiones: at mathematicus non nisi per unum genus causæ, Metaphysicus uero per tria, non tñ semper oẽm conclusionẽ. Auer. ergo dictũ intelligi debet in una uel pluribus conclusionibus. Quod aũt Arist. hunc ordinẽ intellexerit in doctrina particulari, in proximo textu patebit. Vltimò circa ea quæ diximus in commẽtariis de notitia perfecta, non est parua difficultas: sed pro ulteriori dilucidatione accipiamus primo, definitiuã notitiã haberi per definitionẽ, demonstratiuam uero haberi per demõstrationem: de hoĩe enim qd sit, notitia habeẽ per definitionem: de hoĩe uerò ꝙ sit disciplinę capax, habeẽ per demonstrationẽ. Qua rõne fit, ut prima notitia sit definitiua, Secũda uerò demõstratiua, nã ad secundam prima est necessaria: nõ enim potest haberi demr̃o, nisi medium sit definitio aut subiecti, aut p̃dicati cõclusionis. Secũdo accipiamus definitiuã cognitionẽ alicuius rei dupliciter posse eẽ, uerbi cã hoĩs, aut perfectã simpliciter, uidelicet cũ faceret cognoscere hoĩem ſm oĩa prędicata qdditatiua, & essentialiter qualitatiua, qbus quotùe hõ intelligibilis est: aut perfectã in genere, ut cũ faceret cognoscere hoĩem ſm omnia p̃dicata qdditatiua, & essentialiter qualitatiua cõtracta ad certũ genus scibile, quot quibusuè cognosci põt, ut ſm oĩa prædicata qualitatiua & qdditatiua contracta, uel ad eius inquãtum ens, quod est genus scibile metaphysicũ: uel ad ens quatenus quãtũ, quale est genus scibile mathematicũ: uel ad ens mobile, quod est genus physicũ. Semper. n. hæc hoĩs notitia perfecta esset in genere. His suppositis de notitia definitiua recognoscẽdo ea, q̃ diximus, afferamus, ꝙ si loqmur de definitiua perfecta simpliciter, cùm illa sit rei, ſm oĩa p̃dicata qdditatiua, & essentialiter qualitatiua, qbus quotùe cognosci potest, si talis res habeat oẽs causas ꝓpinquas & remotas à quibus accipiunẽ p̃dicata oĩa, qbus cognosci potest, ad cognitionẽ talis rei definitiuã requiriẽ cognitio oĩum causarũ tam remotarꝝ, q̃ propinquarꝝ. Verum hæc cognitio nõ erit in certo genere, sed in genere sciẽdi mixto. Si uerò nõ habeat nisi aliquas cãs, ut intelligẽtię quę non habent cãs, nisi agentẽ, & finalem, & formalẽ, & tm̃ propinquas, uidelicet deũ, qui est earũ causa ꝓpinqua in triplici in genere causę ad cognitionẽ simpliciter perfectã taliũ definitiuam, non reqritur cognitio oĩum cãrꝝ, sed solum earꝝ, à quibus depẽdent: & si res sit, q̃ non dependet ab aliquibus causis, ut deus, ad pfectã notitiam dei simpliciter definitiuã, non requiriẽ cognitio alicuius causæ, cũ nullam habeat. Tũc ex his sequiẽ notitiã causati physici ut abstrahit ab existẽtia non posse esse simplr̃ perfectam per unam, aut duas cãs, uidelicet materialẽ & formalem, ut in cõmentariis diximus. Nã cum effectus cõsideraẽ, ut abstrahit ab existẽtia, cõsideraẽ ſm certũ genus scibile. Nõ ergo ut sic eius notitia põt esse simpliciter pfecta, qppe cùm perfecta simpliciter sit rei, q̃ non cõtrahiẽ ad certũ genus scibile. Quòd si loqmur de definitiua notitia perfecta in genere, nõnunq̃ requiriẽ cognitio oĩum causarum, non tñ ſm oẽm rationẽ, sed ut causę illę oẽs cõtrahunẽ ad certum genus scibile: ut si notitia pfecta in genere definitiua sit hoĩs contracti ad genus physicum, hęc erit per oĩa genera cãrꝝ, non tñ ſm omnẽ rationem, quia non ſm rationẽ, qua sunt remotę. Aliqñ requiriẽ cognitio unius generis causæ, ut si sit res contracta ad genus mathematicũ. Aliquãdo requiriẽ cognitio trium generũ causarũ, ut si res habeat tres causas cõtractas ad certum genus, ut intelligẽtiæ. Aliqñ ad notitiam definitiuam pfectam in genere nullius generis cãæ requiriẽ notitia, ut si deus cognoscaẽ contractus ad genus scibile metaphysicũ: nullã enim habet cãm. Hęc de notitia definitiua. De notitia uerò demr̃atiua dicamus, ꝙ cũ medium in demõstratione sit definitio alterius extremi, tũc ad demr̃atiuã requiriẽ cognitio oĩum causarꝝ, quando mediũ in ea fuerit definitio assignata p omnia genera causarum. Qñ uerò per mediũ, quod est definitio assignata p unũ genus causæ, demõstratiua erit p unum genus, & ut breuiter dicam, pro rõne definitionis ita de demr̃atiua dicaẽ. Hactenus de recognitionibus primi textus, & primi cõmenti.

Vlti. recognitio. *De notitia definitiua recognitiones.* *De notitia demonstratiua.*

Insita aũt nobis uia hęc est, ut è notioribus nobis atq; manifestioribus ad notiora ac naturę manifestiora ꝓficiscamur. Nõ. n. sunt eadẽ nobis atq; simplr̃ nota. Quapropter hoc mõ ex his q̃ naturę qdẽ minus sunt nota, nobis aũt manifestiora, ad ea quę aptiora, naturęq; notiora ꝓficiscamur necesse est.

Dilucidatio textus com. secũdi

Innata est aũt ex notioribus nobis uia, & certioribus ad certiora naturę & notiora. Nõ. n. eadẽ & nobis nota sunt, & simplr̃. Vñ necesse est ſm hũc modũ ꝓcedere ex incertioribus quidẽ naturę nobis aũt certioribus ad certiora naturę, & notiora.

Eiusdẽ antiquus.

Textum hunc Themistius uir magnus exponit hoc mõ: Arist. hactenus cõcludit, in tractãdo de rebus naturalibus esse p̃tractandum de principiis, de principiis aũt nihil demonstrari potest, nã si demr̃o ex prioribus existit, priora inuestigantes principiorꝝ principia inuenire uelle uidebimur. uult ꝙ Arist. soluat per hoc ꝙ prius est, dupliciter, & ad nos & ad naturam: nobis ea priora uidẽtur esse, q̃ notiora sunt nobis, quæq; facilius possumus deprehẽdere: naturę autẽ priora, sunt illa quę ex sua substãtia simpliciora hñtur. uult ꝙ Arist. soluat qõnem, & non quod syllogiẽtt: sed nos huic nõ contradicimus, qa reuera cõtradici nõ potest, sed expõnem Auer. magis cõsuetam iam sectabimur.

Them. expositio. *Expõ cõ. 2. Auer.*

Cùm declarauit. Auer. ita ꝙ aliter textum hunc introducit, & uult ꝙ cum Arist. cõcluserit de principiis esse tractãdum, nũc ratiocinaẽ uias, quibus de his erit tractandum.

Et uia inducẽs. Nũc tãgit rõnem, cuius accipit maiorem, uidelicet à nobis notioribus est ꝓcedendum ad tractandum de principiis. Cui maiori põt addi plures minores: quarꝝ prima est, sed incertiora naturę sunt nobis notiora, cuius ꝓbatio est, quia nõ sunt eadẽ nobis & naturę nota: igiẽ ab incertioribus naturę, nobis aũt certioribus ꝓcedendum ad tractandum de principiis. Huius rationis tangit maiorem, & illius probationem, & conclusionem.

Quia illa q̃ sunt cognita. Soluit qõnẽ Auer. utrũ nõ sp ea dẽ sint nobis & naturę nota Rñdet ꝙ ĩ nãlibus nũq̃ eadẽ uel rarissimẽ sunt nobis & naturę nota: in mathematicis, aut, de scõ q̃ sunt nobis nota, eadẽ sunt ẽt naturę mãifesta.

Quia igitur. Ex his cõcludit differentiã inter demr̃onem signi, & demr̃onẽ simpliciter, & uult ꝙ demr̃o simplr̃ ea sit in qua ꝓficiscimur è nobis & naturæ notis, ut in mathematicis, in qbus demr̃ones sunt cãæ & esse, ut in ꝓœmio diximus. At cũ proficiscimur ab eis quæ nobis nota sunt, & nõ naturę, demr̃ones erũt signi, nõ simpliciter. Quid uero sit demr̃o causę, dictũ est: reliquũ cõmẽti patet. Circa hęc dubitatur primò utrũ possint aliqua eadẽ eẽ nobis & naturę nota, ut in mathematicis. Videẽ ꝙ non: primò qa ꝓcessus cõtrarii nõ pñt coincidere in unũ, sed ꝓcessus naturę & noster sunt cõtrarii, ut Themistius ait, igiẽ nunq̃ in unum

Dubĩ. *Prima rõ.*

Secunda. unum coincident. Secundo si in mathematicis idē esset notum nobis & naturæ, tunc idem esset simplex & cōpositum, quia ut Themi. inquit, notū nobis est cōpositū, naturæ uerò simplex. Tertia. Tertiò Arist. inquit. Non enim sunt eadem nobis atq; simpliciter nota, modo signū negatiuū distribuit uniuersaliter, ut sit sensus, nulla eadem sunt nobis & naturæ nota. Solutio. 1. Propter hæc argumenta nos aliquādo contra Auer. cum græcis sustentauimus nulla eadem esse nobis & naturæ nota, ut etiā nec in mathematicis: Argumēto uidelicet q̄ nāq nota sunt causæ, nobis uerò effectus, sed ĩpossibile est eadē esse causas & effectus ad idē cōparata, igitur nō possunt esse aliqua nobis & naturę nota. Tunc ad rationē Auer. dicerē demōstrationes mathematicas esse certissimas, quatenus media sunt causæ nobis notæ, modo si esse debēt p nota nobis & naturæ, causæ deberent esse simul causæ & effectus: Aristo. enim hic uocat notum nobis id ē quo nos procedimus, ut est effectus. Diceremus igitur media mathematica esse naturæ nota per se, per accidens uerò non quatenus media, sed quatenus possunt scribi in puluere sunt nota nobis. Solo Auer. Auer. uerò opinatus est enuntiatū Arist. esse legendum indefinite, & sic hæ duæ subcontrariæ sunt simul uere, eadē nō sunt nobis nota & naturæ, ut in naturalibus: secunda, eadem sunt nobis nota & naturæ, ut in mathematicis, ubi mediū quatenus causa est, naturæ notum dicitur, quatenus uerò accñs p se sensile, nobis notū dicit, qua rōne euenit, ut in illis nō fiant duo pcessus, sed unus tm̄ ē causa ad effectū. Nota. Aiaduersione tamē q̄ in aliq̄bus naturalibus idē est notū nobis & naturæ, ut color est notior nobis q̄ spēs in medio, & est notior nāæ, qa illius spēi cā est, ut patet. Tūc ad rōnes, & ad primā dico q̄ pcessus illi nō sunt cōtrarij nisi in nālibus, at in mathematicis secus est. Et p idē ad alia.

Recogni. { Textus iste uarijs modis exponitur, aliter enim cū exponit Themistius, aliter Simplcius, quē imitatur Auer. { De expositione Themistij satis diximus in cōmentarijs. Expō Simplicij. { At secundum Simpliciū postq̄ Arist. demōstrauit eum, qui de naturalibus sciētiam habiturus est, oportere principia talium cognoscere, transcendens deinde ad doctrinam principiorum, ipsorum doctrinā prius determinat. { Ergo secundum Simplicium Aristo. nunc transit ad modum doctrinæ principiorum, & sic redit in expositionē Themistij quoniam asserit Aristo. quærere utrum possibile sit principia discere. Causa uerò q̄stionis est, quoniam omnis dostrina & omnis disciplina διανοητικὴ fit ex principijs. Impossibile autē principiorū principia accipere, quare de principijs rectè doctrina haberi non potest: & propterea vult Aristote. hic tradere modum cōgnoscendi principia, qui possibilis est, & sic Simplicius incidit in expositionem Themistij. Dicunt enim ambo modum cognoscendi principia non esse per syllogismum demonstratiuum, cuius propositiones nobis repręsentent causam, qm̄ tunc principiorꝫ esset principiū, quod non attinet cognoscere ad nālē philosophū, sed ad metaphysicū, sed esse per ea, quæ sunt nobis nota ſm sensum. Demōnes { Nam nobis notiora bifariā sunt, aut tāq̄ principia & cāę quæ in textu nota ſm naturā uel simpliciter dicuntur, ut si demōstraremus mūdū bonū esse, qm̄ conditor bonus est, aut nobis notiora sunt tanq̄ causata & effectus, uel tanq̄ consequētia, uelut cum demōstramus deū bonū esse, qm̄ mūdus, cuius ipse est conditor, bonus est, uel cū demonstramus animā esse p se mobilē, qm̄ animata corpora interius mouentur. Hæc expositio ad longum declaratur à Simplicio, qm̄ accipit eam à Themistio, licet eam Qualis expō Simp. Them. breuiter tradiderit. Hanc expositionē oēs deberemus tenere propter authoritatē tantorū uirorum, cum quibus melius est errare quā cum alijs uera dicere. Verū pter duo hanc expōnē non teneo, primò quia impossibile est eam applicare textibus qui sequūtur, ut patebit. { Secundò quia dato q̄ applicari possit, ut eam Simplicius applicat, tamen cū difficultate & labore id fit, ut patet ꝯsideranti ea, quæ extorquendo Simplicius ait: Si ergo posterius facile hunc textum exponēt, facileq; cum sequētibus concordare, hoc uidetur esse agendum. Quare dicamus Aristo. in proximo textu unum supposuisse, tanq̄ posterius declarandū in principio libri de cœlo, ubi magis, ac proprius conueniebat, alterū autē expresse quod expressit, ut diximus, est doctrinæ ordo: quod supposuit, est intentio sciētiæ naturalis, quæ est in toto suo ambitu agere de rebus naturalibus, de accidentibus rerum naturalium, & de causis accidentium. Aristo. ergo supponēs hanc esse intētionē scientiæ naturalis, nunc in hoc secundo textu assignat uiam, qua uult pcedere ad scientiam rerum naturaliū, & accidētium, & causarū rerum naturalium. Quare assignare uidetur ordinem in doctrina totali, cūm textu priori ordinem assignauerit in doctrina particulari ſm ueriorem expositionē nam res naturales, & accidentia rerū naturaliū, & causæ accidentiū, considerari possunt in uniuersali & particulari per speciem, ideo talem ordinē ponit in scientia horum, ut prius agatur de rebus naturalibus, accidētibus, & causis rerū naturalium in uniuersali, postea in particulari per species, & sic facit. Nam in physica auscultatione agit de rebus naturalibus, & accidentibus rerum naturalium, & de causis accidentium in uli, postea in particularibus libris incipiēdo à libro de cœlo, p speciē agit de eisdē. Vnde et Auer. Cōmēt. primo libro de cœlo, dixit librum de cœlo esse primū librorꝫ, in q̄bus incipit Arist. agere de rebus naturalibus, & accidētibus, & causis rerum naturaliū in particulari.

Conclu. Intēdit ergo in presenti, & sequētibus textibus ſm hāc expōnem Aristo. hanc conclusionē, in scientia de natura prius agendū de uniuersalibus rebus naturalibus, & de uniuersalibus accidentibus rerū naturaliū, & de uniuersalibus principijs accidētium, dico uniuersalibus, & hoc est, uniuersalissimis, quæ esse possunt inter limites scientiæ naturalis, ut Auer. dicet posterius. Com. 4. Hanc conclusionem probat Arist. & potest eius ratio sic reduci ad artem prioristicam, ut sit syllogismus, ex his quæ sunt prius nobis nota, proficiscendū est ad ea, quæ sunt nobis posterius nota. Ars prioristica. Vniuersales res naturales, uniuersalia rerum naturalium accidentia, & uniuersales accidentium causæ, sunt nobis prius notæ minus uniuersalibus rebus, & minus uniuersalibus accidentibus, & minus uniuersalibus accidentiū causis. Igitur pcedendū nobis est ab uniuersalibus, & rebus, & accidentibus, & causis ad minus ulia, & res, & accidētia, & cās. Huius syllogismi Aristo. accepit primò maiorem in præsenti textu. secunda ibi, { Sunt autē primum } accepit minorem tertia ibi. { unde ex uniuersalibus } intulit conclusionem. Hæc expositio ē pulcherrima, qm̄ dilucidè ac facilè cōnectit tres textus, qui ſm expōnē priorē non facile connecti possunt. Applica. ad uerba. Vnde dicit: { Innata est autē uia ex notioribus & certioribus nobis ad certiora, & notiora naturę } .i. simpliciter. Hæc est maior syllogismi, Quod uerò ad uerba attinet, dixit { innata, } qm̄ talem esse uiam procedendi nō potest ratione probari, nisi quia hic ordo procedēdi nobis est à natura insitus, & cum dixisset notiora & certiora, non diuersa intelligit, sed idem, ut sit alterum alterius expositio. Sed dices, cōtra qa in mathematicis idem est nobis, & simpliciter notum: quasi respondēs dicit, { nō enim eadem } subaudi in naturalibus { sunt & nobis, & simpliciter nota, } ueluti in mathematicis, Demum epilogat maiorem, & dicit, { unde necesse est secundum hunc modum procedere } .s. in naturali scientia { ex incertioribus quidem naturæ, nobis autem certioribus, ad certiora naturæ & notiora. } Hæc de maiore.

Dilucidatoris textus cōm. 3. Sunt autem primum nobis nota atq; manifesta cōposita magis, posterius uero nobis q hęc diuidimus, nota fiunt ex hisce principia atq; elementa.

Eiusdem antiquus. { Sunt autē primū nobis manifesta & certa cōfusa magis, posterius autē fiunt ex his nota elementa, & principia nobis diuidētibus hæc. confusa συγκεχυμένα.

[Expoſitio. Cōpoſita Expō pri. S Tho.ſup hoc.] Expoſitor credit Ariſto. ratiocinari, ad probandū ex uniuerſalibus eſſe procedendum ad tractatum de principijs, exponit, enim per uerbum illud grecum συγκεχυμένα, confuſa, hoc eſt, uniuerſalia, quod ſtare nō poteſt, quia ſtatim ſubdit, poſterius uerò nobis qui hæc diuidimus, nota fiūt ex hiſce principia atq; elementa: conſtat autem ſpecies & minus uniuerſalia non eſſe principia, neq; elementa uniuerſaliū, niſi ualde æquiuocè. [Propria expō.] Propterea uidetur mihi eſſe de principijs tractandū dupliciter, & demonſtrādo de eis affectiones proprias, & definiendo illa. Ideo duo facit primo docet demonſtrare de illis paſſiones, deinde ibi { ſuſtinēt autem } docet definire illa, & in prima etiam duo facit, quia primò docet qualiter ad demōſtrationē de principijs proficiſcimur ſecunda ibi { unde ex uniuerſalibus } quo è principijs ad effectus procedimus. Erunt igitur in prima parte duo proceſſus: Primus quo proficiſcimur ad demonſtrandum de principijs propria illis, ſecūdus quō procedimus ad demōſtrandū de effectibus paſſiones per principia. concluſit itaq; in ꝓximo textu è nobis notioribus, & naturæ ignotioribus eſſe ad principiorū tractatū ꝓficiſcēdū nūc ſub hac cōcl'one ſubaccipit hāc minorē, ſed cōpoſita ſunt nobis nota, ſimplicia uerò nāæ nota, igitur ad tractādū paſſiones de principijs è cōpoſitis effectibus ꝓficiſcendū, quiq; effectus ex illis cōponūtur. Habes igiť primū ꝓceſſum, quo ad paſſiones principiorum ꝓficiſcimur, et hāc expōnē omnes ignorant, & qd uelit Ariſt. nemo tetigit inquit. [Hāc Scotiſte ſequūt. Vide etiā Sco.3.d. pri.q.2.] Sunt aūt nobis primū nota atq; manifeſta συγκεχυμένα, hoc eſt, confuſa, ſiue compoſita, quod idē eſt, poſterius aūt nobis qui hæc diuidimus procedēdo ꝑ reſolutionē, fiunt nota ex hiſce prīcipia atq; elemēta. [Melior & alia expō.] Hęc eſt minor, & concluſio. Aīaduertēdū tñ ꝙ Ariſt. fortaſſe non ſubaccipit, ſed auget in latus: nam concluſio ꝓximi textus erat, ꝙ ab incertioribus naturæ ꝓcedendū eſt ad tractatū de principijs. Rectius igiť auget in latus accipiendo ſub eadē maiori hanc minorē, ſed cōpoſita ſunt nobis notiora ꝙ̄ principia, igitur è cōpoſitis erit proficiſcēdū ad demonſtrationē principioꝝ. Quo fit ut totus ſyllogiſmus ſit, è nobis notioribus proficiſcendum ad naturæ notiora: cōpoſiti effectus ſunt nobis notiores, at illoꝝ principia & elemēta ſunt notiora naturæ, igiť è cōpoſitis effectibus ad principia atq; elemēta ꝓficiſcēdū, & ſic habeť primus ꝓceſſus, q̄ eſt demōſtratio ſigni, ſiue demonſtratio qa, & tūc huius ſyllogiſmi ſolā minorē accepit, & omiſit maiorē ex textu ꝓximo, & concluſionem.

[Expō cō. 3. Auer.] Dicit & illa. Primò accipit ſub maiori data q̄ erat, è nobis notioribus incedēdum eſt, hanc uidelicet minorē, ſed cōpoſita ſunt nobis notiora, igitur ex compoſitis. i. accidētibus illorum eſt procedendum ad cognitionē principiorum & in hoc apparet ꝙ bene Auer. expoſuit uerbum συγκεχυμένα, intellexit enim compoſita, confuſio enim quædam eſt compoſitio.

Cauſæ aūt. Soluit dubōnē, uideť enim ꝙ nihil ſit naturæ notū, nā natura nō cognoſcit. Rñdet ꝙ hęc ꝓpō debet intelligi hypotheticè, uidelicet ꝙ ſi natura cognoſceret, primò cognoſceret cauſas, quia illa primò occurrunt operationi naturæ.

Vnde vr. Declarat hoc ꝑ exēplū, nā ita eſt de natura ut de artifice, ſed ipſi artifici cāæ ſunt prius notæ, incipit. n. agere effectus ex cauſis, igitur & in natura idem erit.

Si igitur. Declarat nunc ꝙ effectus ſunt notiores nobis, & arguit ſic, ſi nos ageremus res naturales, cauſæ eſſent prius notæ nobis, ſed nos nō agimus eas: igiť cāę nō ſunt prius notæ nobis, & ſic diſpō eſt cōtraria, nā naturæ ipſi cāæ ſunt prius notæ, quia agit res ex cauſis, nobis uerò effectus, qa nō agimus res ex cauſis, ut patet. [Propria dubita.] Dubitať primo cōtra ſolutionē primi dubii ſic, ſi cauſę eſſent notę, naturę, natura cognoſceret: ſed natura nō cognoſcit: igiť cāę non ſunt notæ naturæ. [Secunda.] Scđo, cōditionalis nihil ponit in eſſe, igiť nihil dicitur eſſe notū naturę de ineſſe, ꝑ hoc ꝙ ſi natura cognoſceret, prius cognoſceret cauſas. Scđo dubitatur cōtra exēplū, nam. 7. meta. cō. 23. vult duos eſſe motus agētis artificialis, realē & intētionalē, & vult in primo eſſe prius notū effectū, in ſecūdo uero cauſas: ex qbus ſic arguo, ſi natura cognoſceret: haberet duos motus, & ſi haberet duos motus, effectus eſſet primus motus. Tertiò [Tertia.] dubitatur contra tertium, et uidetur ꝙ ipſe cōmittat fallaciam conſequentis, nam arguit à deſtructione antecedētis ad deſtructionē conſequentis ſic: ſi nos ageremus res naturales, cauſæ eſſent prius notæ nobis, ſed nos non agimus eas: igitur cauſæ nō ſunt prius notæ nobis. ecce quo modo arguit à deſtructione antecedētis. Secūdo uidetur ꝙ deſtructio ſit falſa, nā nos agimus res naturales: ſol enī & homo generant hominem ſecūdo huius. [Vide Bur.] Ad hæc ſunt multæ reſponſiones, quidā per naturā uolunt eſſe intelligendū deū, qui eſt natura (ut ita dicā) naturās, huic enim primo cauſæ ipſæ notæ ſunt, deinde effectus. Huic facit Them. 1. de aīa. cap. 23. ubi ait, opus naturæ eſſe opus intelligentię non errātis, ut etiā Auer. 12. met. cō. 18. cōcedit & tunc per hæc patet ad qōnē, & ad argumēta. Sed contra hoc arguunt qdam: In deo nullus eſt ordo, ut 12. met. tex. & cō. 51. igitur in ipſo non ſunt hæc prius, illa poſterius. Hæc ratio pace horū nulla eſt, nam ꝙ̄quā in deo nō ſit ordo realis, eſt ordo rationis ex parte noſtri modi conſiderandi, nam attributa deo inſunt ex nobis. 12. met. cō. 39. Aliter tamē vult Themiſtius ꝙ nota naturę ſunt, illa quæ ſunt priora naturæ, vnde per notū non intelligit cognitū, ſed prius naturæ ipſi ſtatutū, & tunc obiectiones ceſſant. Auer. aliter vult ꝙ per notū naturæ, ſit intelligendum id quod ſi natura cognoſceret, prius illud cognoſceret, ut cauſæ ipſę: & ſic hypotheticè & non categoricè dicuntur nota naturæ hæc. Tunc ad primū dico ꝙ cōcludit cauſas non eſſe notas naturę categoricè, ſed cum hoc ſtat illas eſſe notas naturæ hipotheticè. Ad ſecundā per idem, dico ꝙ cauſæ nō dicuntur notæ naturæ in eſſe, ſed hypotheticè, & hoc ſatis. Ad tertiū dico ꝙ exēplū illud debet intelligi q̄tum ad motum realē, non aūt quātum ad motum intentionalē. Ad quartū dicendū ꝙ non arguit, ſed ſumit duo diſperata ſimul vera & per ſe nota, ut patet.

{ Si rectè intellexi, quæ Simplicius lōga oratione in ſuis [Recognitiones. Simpli.] { expoſitionibus dixit, uelle uidetur Ariſto. declarare quæ { nobis prius, & quæ poſterius nota ſunt. Nam cū dixiſſet { non eadem eſſe nobis nota, & ſimpliciter ſuapte natura, { exponit q̄ nobis ſint nota, quæue ſuapte natura, ac ſimpliciter certa ſunt: & vult ea nobis eſſe nota, quæ ſunt { συγκεχυμένα, ideſt, cōpoſita, & quæ ſunt magis uniuerſalia poſterius uerò partes ſimplices, quæ tota componunt, & ipſa minus uniuerſalia. Cuius rationē affert, qm̄ { cōpoſita ſenſu cognoſcimus, cum prōptiorē multi hanc { cognitionē habeant: ſimplicia uerò intellectu intelligimus. Etenim animalia ſingula & plantas prōpte cognoſcimus, ꝙ hoc ſit homo, & hoc equus, & illud ficus, aut { uitis, ꝙ autē ex quatuor elemētis cōpoſita ſint, & quō ſe { habentia elemēta, animal, aut plantā conſtituant, non eſt { cuiuſuis hominis cognoſcere ſed eius dūtaxat, q in ſumma philoſophia uerſatus eſt. Sic quoq; uniuerſalia totaliorē habētia cognitionē, & manifeſtiorem notiora ſunt { nobis particularibus, cognoſcere enim id quod ī ſpatio { mouetur aīal ſit magis quā hō, & hō quā Socrates facilius cognoſcitur. Hæc eſt expoſitio Simplicij. [Qualis expō Simp.] Hæc expoſitio licet poſſit uerbis Ariſto. conuenire, tamen, vt { diximus, ponit confuſionem. Quare dicamus ꝙ cum { Ariſto. accepiſſet maiorem ſyllogiſmi, nunc aſſignat, minorem, quæ eſt, ſed magis uniuerſalia, ſcilicet res, & accidentia, & principia, ſunt prius nobis nota: nota uerò { nobis poſt hæc ſunt minus uniuerſalia, ſcilicet res, & { accidentia, & principia, concluſionem dicet textu proximo. vnde dicit: { Sunt autem primum nobis manifeſta, & certa confuſa magis, } ideſt, ea quæ ſunt magis { confuſa, hoc eſt, magis uniuerſalia, videlicet & res & { accidentia & cauſæ, { poſterius autem ex his, } ideſt, poſt hæc { nobis diuidentibus hæc } id eſt particularizantibus illa, { nota fiunt elementa & princi-

pia, } subaudi & res, & accidentia. Ex his patet Aristo. per συγκεχυμένα, idest, confusa, intellexisse uniuersalia,

Quid per confusa.

quę confusa dicuntur cõfusione cõtinentię: nõ enim per cõfusa exponendum est composita tantum, ut Auer. exposuit, quia tunc solum Arist. comparasset inter composita, & internas causas ex quibus componuntur: nec per confusa exponendum est cõposita, & uniuersalia, ut exponit Simplicius, quia esset in testibus confusio, acciperet enim quod est prẹter rem.

Dubiũ.

Sed dices Aristo. asserere, cõfusa magis eẽ prius nota, posterius uero fieri ex his nota elemẽta & principia, ubi apparet eum cõparasse inter composita, & elementa quę partes sunt. Similiter dixit { Ex his, } quoniam ex cõpositis deuenimus in cognitionem simplicium. Ergo per cõfusa cõposita intellexit, & hoc fuit argumentũ, quod fecimus in cõmentarijs contra expositorem. Potest dici ꝙ cõparatio fieri non potest, nisi ea q̃ cõparantur utraq; participent re, in qua comparantur, modo composita licet participent compositione, tamen simplicia ex quibus cõstant nõ participant, quare exponi nõ potest confusa magis, idest, magis cõposita, quoniã simplicia quibus cõparantur non sunt cõposita. Ergo per confusa intelligit uniuersalia, nam inter res naturales, & accidẽtia, & principia sunt magis & minus uľia. Et licet Arist. nõ expresserit nisi elementa, & principia, laconicè locutus est, sed debet atticè suppleri res, & rerum accidẽtia, hoc pacto: { Posterius autem nota elemẽta, & principia. } subaudi & res, & accidẽtia, & cùm dixit: { Ex his } intellexit nõ propter illa, sed post illa uniuersalia, quoniam in sciẽtia naturali primò agit de rebus, & rerum accidentibus, & principiis, & causis in uniuersali, ut in hoc libro, deinde agit de eisdem in particulari per speciem, ut in cęteris libris. Qua ratione fit, ut Auer. qui intellexit per confusa composita tãtum, nõ bene intellexerit, quoniã tunc Aristo. posuisset hic ordinem in doctrina particulari, & ita esset superfluus, quia talem ordinem assignauit primo textu: nec bene Simplicius, qui per confusa exposuit utraq;, uidelicet cõposita, & uniuersalia, quia sic Arist. eẽt superfluus, & cõfusus: superfluus, quia ordinem in doctrina particulari assignauit prĩo textu: cõfusus uero, q̃a miscuisset ordines, qui non debent misceri. Quare rectè expositũ est, ut exprimat ordinẽ in doctrina totali.

Vtrũ eadẽ nobis & naturæ nota sint.

In cõmẽtariis q̃rebã an eadẽ nobis, & naturæ nota sint. Ideo aiaduerte q̃d per nota naturę, & q̃d ꝑ nota nobis intelligẽdum sit.

Prima opi. Te. cõ. 20

Quidã per naturam deum intellexerunt, nec ab ratione, nam Arist. lib. de cœlo & mun. primò deum naturam appellauit, cum dixerit: { Rectè uidetur natura futurũ ingenitũ & incorruptibile eximisse à contrariis. } ubi patet per naturam deum intellexisse. Sed dices, ergo nota naturę erunt, quæ deus sunt prius nota: & posterius nota naturæ erũt, quæ deus posterius cognoscit: prætermissis his, quæ in cõmentariis diximus, nũc dici põt nota naturæ eẽ, q̃ deus cognoscit eẽ priora. quæ uerò deus cognoscit eẽ posteriora, sunt ipsi naturæ posterius nota, licet utraq; uno intuitu cognoscat, quoniam unica ratione cognoscẽdi, quæ est sua essentia hoc pacto simplicia, & causæ, & id genus sunt prius nota naturæ, cõposita uerò, & causata, posterius: nam deus eadem ratione cognoscendi, quæ est sua essentia, hæc priora, illa posteriora eẽ intelligit.

Scda põ.

Alii uerò per naturam intellexerũt agens naturale, asserẽtes priora naturæ eẽ, quæ prius occurrunt operationi naturę, queq; (ut Auerroes dicit) sunt nota naturę ex cõditione, si uidelicet natura cognosceret: posterius uero nota, quæ posterius occurrunt operationi naturæ, queq; si natura cognosceret, & posterius cognosceret, sunt hac ratione causæ & simplicia prius nota naturæ, posterius uerò nota sunt cõposita, & causata: illa quidem ꝙ operationi naturæ prius occurrãt, hæc autẽ ꝙ posterius.

Que nobis prius nota sunt & quę posterius.

Quæ uerò sint nobis prius, que posterius nota, dicamus. Prius nobis nota sunt, quę in cognitione nostra prius occurrũt, quæcũq; hæc sint: posterius uerò, quæ in cognitione nostra naturali, posterius occurrũt, quæcunq; hæc sint. Ex his sequitur quæcunq; sunt naturæ nota, hæc eadem esse nobis nota, cõtra etiam quæcunq; sunt nobis nota, hæc eadem eẽ naturæ nota: nõ tamẽ ęquè primò, nisi per accidens, ut in mathematicis, ubi æquè primò sunt nobis naturæ nota per accidens, quatenus media sunt in puluere descriptibilia. In naturalibus uerò, respectu effectuum insensibilium, ut colores, qui sunt causæ specierum sunt æquè primò nobis, & naturæ noti: in cæteris uerò nequaquam. Hæc de mente Auer.

Põ ꝓpria.

Nos uerò arbitramur omnem difficultatem ortam esse ex hoc uerbo natura, nam in gręco legit̃ in dtõ τῇ φύσει, & interp̃s etiã in dtõ transtulit: sed re uera in ablatiuo transferri debet, cum in sermone græco sit datiuus absolutus, qui pro ablatiuo ponitur: sicq; dico ea esse prius nota natura, quæ simpliciter, suaptèq; natura sunt prius in ordine rerũ naturalium statuta: non enim notum natura pro cognito, sed pro statuto in natura Arist. accepit, & sic quęcunq; simpliciter in natura rerum sunt prius statuta, hęc dicũtur prius nota natura. Vnde Arist. inter nota natura, & nota simpliciter, nullam fecit differẽtiam: posterius ergo nota natura sunt, quæ simpliciter in rerum natura statuta sunt. Ergo hac ratione priora natura erunt simplicia, erũt causę: posterius uerò erunt cõposita, & causata. Insuper prius nota natura erunt minus uniuersalia, tũ quia partes uniuersalium sunt, tum etiam quia illis genitis, uniuersalia fiunt, & illis omnibus corruptis uniuersalia corrumpuntur: posterius uerò nota natura erunt uniuersalia, quasi composita sint respectu particularium, & quasi genita particularibus generatis. Hactenus de notis natura.

Dilucidatoris textus cõ. quarti.

Quapropter ex uniuersalibus in singularia proficiscamur oportet, totum enim ipsum sensu notius est: uniuersale uerò totum est quoddã, quando multa complectatur ut partes.

Eiusdem antiquus.

Vnde ex uniuersalibus in singularia oportet procedere, totum enim secũdum sensum notius est: uniuersale autem totum quoddam est, multa enim comprehendit, ut partes uniuersale.

Expositio

Hactenus quo processu proficiscendum sit in cognitionem principiorum, causarum, & elemẽtorum, declarauit asserens esse procedendum specie demõstrationis signi, quæ dicitur demõstratio, quia ab effectibus cõpositis ad causas. Nunc sub illa maiori accipit tertiam minorem, &

Syllõs.

declarat è contra in cognitionem effectuum eẽ proficiscendum specie demõstrationis propter quid, hoc est, è prioribus naturę: est enim iste ordo, ꝙ per effectus adipiscimur causas, deinde retrocedimus ab ipsis causis ad effectus & hoc sit ratiocinatur: E nobis notioribus procedendũ ad uniuersaliora principia, & uniuersaliores causæ sunt nobis notiores q̃ principia aut causæ particulares, igitur è causis & principiis uniuersalioribus ad effectus particulares incedendũ. de ratione primo infert conclusionem, & inquit: Quapropter ex uniuersalibus causis atq; principiis ꝑ intermedia ad singularia, hoc est, effectus particulares proficiscamur oportet. hæc est cõclusio, deinde tangit minoris probationem: (eẽt enim minor.) Sed uniuersalia sunt notiora nobis declaratur, totum in sensu notius est sensu, igitur totum in intellectu, notius est intellectu: sed uniuersale totum quoddam est, ut saltem apud intellectum, igitur notius. Quod uerò sit totum, eo patet, quia complectitur multa ut partes. unde litera potest resolui in tres syllogismos, quorum primus erit: E nobis notioribus est proficiscendum, uniuersalia notiora, igitur ab uniuersalibus proficiscendum.

Tres sylli.

Minor prosyllogizatur sic: totum est notius partibus apud illam potentiam ad quam est totum, ut si apud sensum notius est sensu, si apud intellectũ, notius est intellẽ: Vľe totũ est: igit̃ notius partibus. Minor ꝓsyllogizatur, cõplectẽs multa ut partes totũ est quoddã, uľe

complectit̃ multa ut partes, igitur totū quoddā, nō. n. dixit esse totum simpliciter, sed totum quoddā, quia nō cōplectitur multa ꝓprie, sed ut partes. Hæc est una expositio, ut promisimus iam: hoc enim modo cepimus exponere. Cum declarauit. Litera modo exposita est secundū me, nunc exponam secūdū Auer. & The. qui in hoc sunt concordes. Volunt igitur ambo ꝙ Arist. uelit ponere ordinem librorum: nam postq̃ de principijs est agendum, & de illis procedendum & tractandum est à posterioribus, de quibus principijs est agendum primo, respondet Aristo. ꝙ primo de principijs uniuersalibus, nam ut bene Themistius inquit. Vt in libris resolutoriis, is qui est de syllogismo tractatus, præpositus est ei qui quærit de demōstratiuo, dialectico, atq; sophistico, ita tractatus qui de principijs uniuersalibus tractat præcedere debet ei qui de principijs est particularibus. Quare liber physicæ auscultationis ꝑpositus est cæteris, nā hic agitur de principijs uniuersalioribus, quantum est possibile scientiæ naturali. Quod autē tractatus de uniuersalibus sit alijs præponendus, rōnes factæ declarant. Hæc expositio multum ualet & textui consonat. Sed dubitabis, quia tūc oportet metaphysicam præponi physicæ, quia illa est de uniuersalissimis, iam sæpe. n. rñdimus ꝙ tractatus de ulibus & uniuersalissimus præcedit infra rationē subiecti scientiæ, hoc est, dūmodo non transcendat rōnē formalē subiecti.

Expō. cō. 4. Auerro.

Dubi.

Et intendit. Exponit quid per uniuersalia Aristo. uelit, & uult esse intelligenda uniuersalissima principia & uniuersalissimas cās, & tu itellige tā de causis q̃ de accidētibus ulissimis, ut fieri pōt in sciētia naturali: et ꝑ hoc patet i hoc libro esse tractādum de uniuersalissimis causis, & uniuersalissimis accidētibus cōibus oibus rebus naturalibus, ut diximus in ꝓœmio, cuiusmodi sunt uniuersalissima materia, ulissima forma, motus, tempus, locus, & id genus.

Et cùm dicit. Exponit quid per singularia Aristo. intelligat, posset enim obiici, de singularibus non est scientia, igitur ab uniuersalibus non proficiscimur in singularia. Respondet Auer. ꝙ Arist. intelligit per singularia ultimas species, aut quasi ultimas. Quidā uolunt esse intelligendū per singularia, indiuidua, nam licet de illis non habeatur scientia per se, habetur sciētia propter uniuersalia. Sed hoc stare non potest, nam in nullo librorum philosophiæ naturalis Arist. tractat de singularibus ut indiuidua sunt, imo particularissimi libri sunt de aīalibus & stirpibus, nullibi tñ de singularibus loquitur: quare bene Auer. ꝑ singularia spēs itelligit. Deinde Auer. exponit nōnulla et patet.

Expositio aliorum.

Causa igitur. Colligit nunc Auer. ꝙ una est causa amborū dictorum, duo enim sunt dicta, ꝙ ad cognitionem principiorum est proficiscendū demōstratione, quia à cōpositis effectibus, & ꝙ principiū doctrinæ totius sciētiæ naturalis est ab uniuersalibus, & hæc duo sunt dicta per unam maiorem, & duas minores. Maior communis est, à notioribus nobis proficiscendum, uniuersum demonstratum est notius nobis, & hoc quo ad sensum, igit̃ ab eo ꝓficiscēdū in cognitionē principiorum, & uult ꝙ indiuiduū demonstratū sit principiū fidei, hoc est demr̃onis signi, demonstratio. n. signi uocat̃ ubiq; fides. Scd̃m declarat̃ accepta eadē maiori, sed hac alia minori. E nobis notiorib⁹ proficiscēdū, ulia nobis notiora, & hoc quo ad itellectū, igit̃ ab ulibus in doctrina de principijs primo agēdū. Et ideo uult illa esse principiū sciæ, hoc est demr̃onis ꝓpter qd, ubiq;. n. ꝑ sciam intelligit demonstrationē ꝓpter qd. Reliquum cōmenti patet. Sed circa hæc dubitare solitus sum, utrū in naturalibus sint duo ꝓcessus, unus ab effectu ad cāæ inuētionē, alter à cā inuēta ad effectū, uidet̃ ꝙ nō qa tūc esset circulus in demr̃onibus & ꝑ cōsequēs cōtra Arist. 1. poste. Secūdò tunc idē esset nobis notius & ignotius respectu eiusdē, ut effectus esset nobis notior in demōstratione signi, & ignotior in demr̃one cāæ & ꝓpter quid. Respōdet The. in hoc loco & inqt: Cum igit̃ cōpositorum rōnē exprimus, ea q̄ naturę priorbus indicare oportebit, cum uerò de principijs agimus, ex his q̄ priora, sunt nobis: & est illa quidē propria demōstratio, hæc uerò q̃ quā nō propria, tamē sufficiēs ad demōstrāda ea quæ uolumus. In quibus uerbis cōcedit The. duos processus, & ambos demōstratiuos: unū quidē ab effectu ad causam, alterū uerò à causa ad effectū. Sed uidet̃ cōtrarius sibi. 2. poste. cap. 30. ubi iquit. Nullum enim incōmodū suscipitur, si talis causa cum sua cōclusione retorquetur: nec enim ea dē utrinq; ratio est, sed cū ab euētis ad causam subitur, syllogismus tantū uocatur: cū è contrario est, absoluta demōstratio dicitur. Ex his apparet processum ab effectu in causam esse syllogismū tantū, contrariū huic è causa ad effectum esse demonstratiuum. Philoponus uoluit esse duplicē effectū, per se, qui sequitur essentialiter ad causam esse: & per accidens, quod apud Themi. dicitur euentum: tunc vult ab euentis, hoc est, ab effectibus per accidens ad causam esse syllogismum tantum, ut interiit, igitur decapitatur: contra uerò esse demostrationem propter quid, ut decapitatur, igitur interijt. At in effectibus ꝑ se est ecōtra, ab effectu in causam esse demonstrationem à causa in effectum esse syllogismum tantum, vt eclipsatur, igitur interuenit terra: hæc demonstratio est, sed interuenit terra, igitur eclipsatur, syllogismus est tātum, & tunc per hoc Themistij tollitur cōtradictio, nam in præsenti textu concedit regressum in effectibus per se, ibi negat in euentis, licet Philoponus differat á Themi. Auer. autē, ubiq; concedit regressum, & uult esse demōstrationē signi ab effectu in causam, è contra rem causæ, ubi tamen est mediū notum nobis & naturæ, ut in mathematicis demōstratio est simpliciter, hanc positionem habes 2. cœli cōmen. 35. & octauo huius cōmen. 53. 50. & 65. Tunc ad rationem recentiores uolunt esse quatuor notitias, prima est effectus per sensum, aut obseruationem: secunda est inuentio causæ per effectum, quæq; demōstratione signi habetur, tertia est eiusdem causæ per intellectus negotiationem, ex qua cùm prima crescit notitia causæ intantū, ut digna sit effici medium demōstrationis simpliciter. Vltima est eiusdem effectus notitia propter quid, per talē causam sic cretam, vt sit medium. Imaginatur ꝙ notitia prima effectus sit vt sex, inuentio causæ per effectum vt quatuor, notitia causæ per negotiationem sit ut quatuor, quæ addita illi quę per effectū habebat̃, erit ut octo, è qua tandē redit̃ ad effectū, & habetur illius notitia ut octo. Ex his patet solō ad rōnes, est. n. regressus, sed nō circulus, qa nō est in demr̃onibus eiusdē speciei, sicr̃ nō idē notū & ignotum, ut patet. Sed cōtra hāc instāt, primò qa qd est hæc negotiatio: nō demr̃o, ut patet, nec diffinitio, qa nō differt à cā: nō īductio, nec enthymema: igit̃ nihil est. Scd̄ò tūc posset hr̃i aliqua notitia ꝑfectior, & nō ꝑ demr̃onē, ut illa q̄ habet̃ ꝑ negotiationē. Ad hęc dici pōt ꝙ illa negotiatio est cōpositio & diuisio, nā cā ipsa inuēta intellectus cōponit & diuidit donec cognoscat cām sub rōne medij, nā licet idē sit cā & mediū, differūt rōne: cā. n. dicit̃ qtenus ab ea effectus ꝓficiscit̃, siue ipsa sit notior effectu, siue nō: est autē mediū qtenus definitio: ab effectu igitur ad cām, est ꝓcessus inuētionis causæ: negotiatio est ad cām ut medium ac definitio, sed cùm definitio non inuenit̃ nisi cōpositione & diuisione, ideo inuenit̃ cā per hæc sub rōne medij, ex qua postmodū ꝓficiscitur ad effectū. & sic patet ad primū. Ad secundū patet solutio, cōpositio enim & diuisio sunt syllogismi, ut secundo poste. dicitur: nec est inconueniens syllogismo aliquā inchoatam notitiā intēdi, et fieri maiorē quā erat, & non per demonstrationem.

Dubita. pulchra.

Rñ. Phil.

Auerro. exēplo.

Rñsio pri.

Replic.

Defensio.

Quia Simplicius ꝯcōfusa intellexit tam cōposita q̃ uniuersalia, & Arist. declarauit qūo cōposita sint prius nota suis simplicibus, ex qbus cōponunt̃, nūc uult eū declarare uia cōsequētie ulia eē prius nota minus ulib⁹. Sed ad quā intētionē Arist. hoc faciat Simplicius nō exposuit. Auer. aūt qui seq̄t hāc expōnē, uult Arist. prius statuisse ordinē i doctrina particulari, qui seruādus est i hac scia, et genus ēt demr̃onis, quod uidelicet est demr̃o signi. At nūc uult, ut declaret, magis ulia esse prius nota minus uli

Recognitiones.

bus,ut explicet ordinē ī doctrina totali:nā cū intētio sciē de natura sit agere de rebus naturalibus, & de rerū naturaliū accñtibus, atq; de accñtiū rerū nāliū causis, uult ut Ari. q̄si ex eadē cā deducat,ut prius de his tribus ī ul'i, & post ī particulari agēdū sit,causa uerò eadē ex qua hūc ordinē deducit, est ꝙ à notioribus nobis ꝓcedendū sit, & ita uult,ut huic maiori quasi aliā minorē subijciat,uidelicet sed ul'ia sunt prius nobis nota minus ul'ibus, igitur in scientia de natura procedēdū,est ab ul'ibus ad minus uniuersalia,& sic censet Arist.attulisse ordinē in doctrina totali,& ad hanc intentionē uoluit Arist.declarasse magis uniuersalia esse prius nota minus uniuersalibus, quod Simplicius nō expressit, nec Themistius à quo & Auer.et Simp.acceperunt,q̄uis ex uerbis Themistij hāc intētionē,quā Auer.expressit,accipi possit,cū per exempla,quæ affert,hanc esse intētionem clare habetur. Sed quomodocūq; sit,hæc expō nō conuenit consequētibus ut superius diximus , & posterius dicemus:iō dicamus, ꝙ cum Arist. accepisset maiorē , & minorē syllogismi, nunc assignat cōclusionē,& dicit: { Vnde ex uniuersalibus in singularia oportet procedere. } Hæc est cōclusio, & intelligit per uniuersalia,uniuersalissimas res naturales,uniuersalissima rerū naturaliū accidentia,& uniuersalissima eorū principia,quasi dicat, unde in pertractatione rerum,causarū,& accidentiū naturalium oportet procedere ex uniuersalissimis rebus,accidentibus,& causis ad minus uniuersalia eadē & sic per uniuersalia uniuersalissima intelligit, quę esse possunt in genere physico ut rectè exponit Auer. & ꝑ singularia intelligit minus uniuersalia,ad quę tandem descēdit scientia de natura,ut etiam rectè Auer.exposuit, & hunc ordinē seruat Arist. Nam in hoc libro agit de uniuersalissimis rebus naturalibus,uniuersalissimis accidentibus, & de uniuersalissimis causis horū : postea descendit ad hæc ipsa particularius, deinde probat minorē syllogismi principalis , uidelicet ꝙ magis ul'ia sint nobis prius nota ,& dicit: { totū enim scd̄m sensum notius est. } Sensibus ꝑtibus suis,ex q̄bus cōponit̄ , ergo pari ratione totum secundū intellectū notius est partibus suis,ex quibus constat.accipiatur igitur hæc pro maiore,tunc addit minorē,& dicit. { Vniuersale.n.multa } .i.minus uniuersalia , { cōprehēdit ut partes. } Quoniā aliqua ratione cōpositū ex minus uniuersalibus est saltē cōpōne continētię, per q̄ patet minus uniuersalia esse prius nota natura: magis autem uniuersalia esse posterius nota natura , patet q̄a minus ul'ia sunt prius statuta in natura,& ita prius nota natura ac simpliciter. Quia uerò magis uniuersalia ex minus uniuersalibus cōposita sunt,saltem compositione continentiæ , ideo sunt posterius statuta in natura,& sic in natura posterius nota , nobis autem prius cognita. Magna fieri digradatio solet de regressu in naturalibus demonstrationibus,dico in naturalibus demonstrationibus, quia in mathematicis nō fit regressus,ut superius diximus. Iuniores in hac difficultate imaginantur in regressu demōstratiuo tres notitias,quarum prima est de effectu quia est, hoc est,ꝙ propositio effectum significans uera sit:& hęc notitia ex sensibus habetur,ꝙ enim hō sit sciētię capax, sensu patet. Secūda uerò notitia est propter quid eius, quod sensui patuit , dubitamus enim propter q̄d homo sit scientiæ capax,& non brutum,& dicimus quia habet animā rōnalē:Ergo effectus aut ꝓpōnis effectu significātis duę sunt notitiæ:altera,quia uera est,& hæc sensu perspicua est:altera propter quid est , & hæc nota fit nobis inuentione causę,causę uerò uel propōnū,quę cām significant,una est notitia,& hæc est inuētio , quæ nihil aliud est q̄ quia est causa,uel quia ueræ sunt propōnes,quæ significant cām.Imaginātur ergo per hanc notitiā,quę est inuentio causæ,uel quia ueræ sunt ꝓpōnes, q̄ significāt causam,haberi ꝑpter quid effectus,uel haberi ꝑpter q̄d conclusio,quæ sign̄at effectū, uera est. Ergo in regressu demonstrationis naturalis sunt tres notitiæ ,quarū duæ effectus sunt,tertia uerò causæ est inuētio,quæ quidē relata ad effectū est ꝑpter q̄d illius , relata autē ad causam est q̄a illius,quęq; inuentio est per effectū acquisita.Exēp'um afferri pōt omniū eorū quæ traduntur in libris de aīalibus,nā ibi Arist. primò in historia colligit effectus quia sunt ꝑ sensum,deinde inuestigat causas,etiam exēplum est huius conclusionis,homo est erectus , nam q̄a hæc uera est,patet sensu, ꝑpter quid autē patet, quia calidissima mēbra habet. Ex eo enim q̄a homo erectus est, patet hominē hr̄e mēbra calidiss:ma , q̄a uerò habet mēbra calidissima,est rectus.Sunt igiť duæ demr̄ones,prima quæ dicit , quia omne animal erectum mēbra habet calidissima,hō ē aīal erectū,igiť hō habet mēbra calidissima:quę uerò dicit ꝑpter q̄d hæc est,oē aīal hn̄s mēbra calidissima est erectū,hō habet mēbra calidissima,igitur hō est erectus, ꝙ hō sit erectus,patet sensu, ꝑpter q̄d hō sit erectus,patet q̄a mēbra habet calidissima, ꝙ uerò mēbra habeat calidissima,patet q̄a est aīal erectū.Ex his patet nō esse necessariā negotiationē,ut per eam reddatur notitia causæ maior,ut nos olim diximus,q̄m sola notitia q̄a causæ est ꝑpter q̄d effectus. Sed cùm Arist.uerba & Alexādri,ac Themistij.Philoponi,ac Simplicij cōmētaria diligētius reuoluerim,uideť mihi in regressu,qui fit in naturalibus demr̄onibus,primū ꝓcessum,quo syllogizať causæ inuētio,esse syllogismū tm̄, q̄m cōiecturalis tm̄ , cū ꝑ ipsum solū coniecturabiliter syllogizet causæ inuētio:scd̄m uerò,quo syllogizať ꝑ inuētionē cāæ propter quid effectus,esse demr̄onē ꝑpter q̄d , nō qui faciat scire simpl'r,sed ex cōditione,dato ꝙ illa causa sit,uel dato ꝙ ꝓpōnes uerę sint,quæ representant causam & nulla alia cā esse possit. Innuit hanc opinionē Aristo. libro meteorox primo,cū ait: { Q̄m de imanifestis sensui putamus sufficienter demōstrasse ꝯm rōnē , si ad possibile reduxerimus ex his, q̄ nunc apparent , existimabit utiq; aliquis sic de his maxime accidere. } ubi Alexāder asserit cāæ inuētionē esse cōiecturalē, cōtra uerò ab iuētione causæ ad effectū esse demōstratiuū,nō simpliciter,sed ex cōditione dato ꝙ illa cā sit,et etiā ꝙ nulla alia cā esse possit.Quā partē Themistius sectatur secundo posteriox,et Auer.etiā 2.de cœlo & mūdo,quasi in idē ueniens,asserit inuētionē orbiū epicyclox,& excentricox per apparentia,quæ nos uidemus,esse cōiecturalē,cū sit cōiecturalis syl'ľs,quo illa demōstrať,cōtrà uerò dicit esse demōstrationē,nō q̄ faciat scire simpl'r,sed ex conditione data ꝙ illa cā sit,& nulla alia esse possit:nā si illi sunt , apparētia sunt,sed utrū alia cā esse possit, nō ē simpl'r nobis notū. Ex his seq̄ť Them. ꝑ syl'm intelligere coniecturalē demr̄onē,cū dicit ꝓcessum ab effectu in cām esse syl'm tm̄,cū uerò dicit esse demr̄onē,ab utiť uerbo demōstrationis pro syl'ľo cōiecturali. Sed occurres,q̄a tunc scia de naturā nō esset scia.Dicēdū sciam de nā nō eē sciam simpliciter,q̄lis est scia mathematica,est tn̄ scia ꝑꝑ q̄d, quia inuentio causæ,quę habetur per syllogismū coniecturalem,est propter quid effectus. Per hęc delentur obiectiones,quę cōtra hęc fieri solent:prima quidē deletur ex eo, quia nō est circulus in demostratione, cum primus processus sit tm̄ syllogismus,secūdus uero demostratio propter quid. Deletur etiā secūda obiectio,q̄a effectus semper est notior ipsa causa in genere notitię quia est , nunquā enim causa potest esse ita certa quia est, sicut effectus,cuius esse est ad sensum notū. Ipsum uerò quia est causæ,est coniecturale,utrū tale esse coniecturale est notius ipso effectu,in genere notitiæ propter quid, nam posita inuētione causę semper scitur propter quid effectus. unde & Arist.in libro meteororum concedit se nō tradidisse ueras causas effectuum naturaliū sed quo erat sibi possibile coniecturabiliter.Sed de his hactenus.

Habent autem aliqua ex parte modo eodem & nomina ipsa ad rationem:totum enim quoddā et indistinctè significant, quemadmodum circulus:

Propria positio.

Quomodo ul'ia nota natura.

De regressu.

Prima pō.

Contra negotiationem.

Propria opinio.

Cap.de cometis.

Capi 30. Com. 35.

Dubiū.

Dilucidatoris tex. cōm. qnti.

Definitio uerò ipsius in singula diuidit. Et pueri primum quidem omnes homines patres, atq; matres fœminas appellant, posterius autem discernunt horum utrunq;.

Eiusdē antiquus. Substinent autem hoc idem quodammodo & nomina ad rationem: totum enim quoddam & indistinctè significant, ut circulus, definitio autē ipsius diuidit in singularia. Et pueri quidem primum omnes uiros patres appellant, & matres fœminas, posterius autem determinant horum unumquodq;.

uiros ἄνδρας homines. patres πατέρας tatas. matres μητέρας mãmas. dterminãt διορίζει definiunt discernũt

Hactenus quo processu sit proficiscendum in cognitionem principiorũ declarauit, quoniam demõstratione signi: nunc in processu definitiuo rerũ naturalium quo ordine sit incedēdũ addit, & uult idē esse seruandũ, ut inquit The. in nomine & ratione, & appellat nomē id quod definit, rationē uerò definitionē ipsius. Vt igitur in processu demonstratiuo procedimus à cõpositis effectibus in causas, deinde regredimur ad effectum, sic in processu definitiuo procedimus primò à definitis diuidēdo, deinde è causis cõponēdo proficiscimur in definita. Huius syllogismus est ex eadē maiori, uidelicet ex nobis notioribus proficiscendum, definita sunt nobis notiora q̃ definitiones, igitur è definitis ipsis ad definitiones proficiscendum. Minor declaratur, totum notius est partibus, definitum totum est, definitio diuidit in partes: igitur definitum notius. Hoc totum signo probat puerorum, qui prima in ętate cùm in eis cognitio incipit, hoĩes oẽs patres appellãt, fœminas quoq; oẽs matres: at cũ creuit in eis cognoscēdi facultas parentum, propria quasi definientes aiaduertunt. Verũ Themistius exẽplũ hoc nõ ad definitiones accõmodat, sed ordinē librorũ, uidelicet q; ab uñibus sit icipiēdũ, põt tñ utriq; aptari, ut patet. Sic igit̃ habes regulã & in demõstrationibus & in definitionibus unã, quasi per unam rationem.

Syllo tex.

Expõ. cõmen. 5.

Cum declarauit causam Auer. primò introducit literã, & eam intelligit, ut nos exposuimus, ideo uerba eius patent. Animaduerte tamen q; genus & differentiam uult esse elemẽta speciei, nam ut mixtum ex elementis conficitur, sic species ex genere atq; differentia licet illa partes rei, hæc partes rationis nonnunq; dicantur.

Et dixit quodãmodo. Soluit Auer. unum literarium dubium, quia nõ uidetur q; bene cõparauerit definitum ipsi uniuersali, quia non una ratione ambo tota sunt, nec una ratione partes illorum modo eodem se habent. Respondet Auer. q; totum est triplex: uniuersale, quod à nõnullis totum in modo dicitur in libro topicorum, quidditatiuum siue essentiale, ut species ipsa, cuius propriè est definitio: totum materiale ut indiuiduum, quatenus ex partibus fit integralibus totum est integrale, quatenus ex materia & forma totum naturale. Vult igitur q; uniuersale & definitum nõ eadē totius ratione sunt tota: nam uniuersale est totum ad species, & ita est totum in modo uniuersale, species partes subiectiuę, definitum est totum essentiale siue quidditatiuum, partes uerò essentiales genus & differentia: totũ physicũ est indiuiduum, partes sunt membra, aut materia & forma: quia igitur nõ uno modo penitus se habent, adiecit quodammodo.

Et hoc. Quod uerò quodlibet totũ suis partibus nobis notius sit, regula fuit, quoniam totum integrale notius est apud sensum q̃ suæ partes: propter quam quoq; regulã etiam accidentia sunt nobis prius nota q̃ causæ, quia accidentia sunt sensibilia primò, causæ uero non.

Et quæret aliquis. Mouet Auer. quęstionē, nam uidetur in dictis Arist. inanis repetitio, nam textu illo: Sunt autē primum nobis manifesta & certa composita, intelligi per compositã species, & hic: sustinent autem idem quodam modo hoc nomina ad rationem, intelligit species: igitur inanis repetitio, & q; in primo intelligat species, patet, quia non potest intelligere indiuidua signata, nam ab illis non procedítur in demonstrationibus, sunt enim extra artē & scientiam: hic etiã nõ potest intelligere nisi species, quia solius speciei est definitio: igitur est inanis repetitio.

Ad hoc autem. Respondet & uult q; ibi species, & hîc species intelligit: sed aliter atq; aliter: nam ibi loquutus est de speciebus in cõparatione ad partes, ut causæ sunt, & in processu secundũ fidem, hoc est, in processu demonstratiuo demonstratione signi: hîc in processu definitiuo, ad partes s̃m imaginē, hoc est, definitiuas. Sic igitur licet idē intelligit nõ eodē mõ, quia ibi in demonstratione fidei, hoc est signi, hic in definitione processuq; definitiuo.

Sunt igitur tres. Ex his cõcludit esse tres modos siue species cõpositionis, prima est cõpositio speciei ex suis causis qdditatiua atq; essentialis, secũda gñis ex spēbus uñis atq; in modo: & ambę hę notiores sunt ĩtellectu partibus suis: tertia est cõpositio indiuidui ex partibus s̃m sui qualitatē, hoc est, ita particulares ut ipsum est, et hoc cõpositionis rõne apud sensum notius est partibus.

Et ex eo. Ordo autē cõpositionũ taliũ & regula hæc est, ut quia totũ sensile notius sensu fuit partibus, scitum est cõposita illis duobus modis notiora esse ĩtellectu partibus.

Et ideo. Ex his quasi colligit aliam responsionē, q; in textu illo tertio potuit intelligere per cõposita, non tantũ species, sed indiuidua: nam ut nunc dictũ est, indiuidua possunt esse principia acqsitionis uñis pponis. Cum enim scimus totũ sensile quod est indiuiduũ esse sensu notius partibus, scimus ita esse in alijs apud intellectũ: igitur potest esse principiũ inuestigationis uñis. Sed re uera prima respõsio est melior: nã ibi loquit̃ in demõstratione quia, ubi indiuiduũ non põt esse mediũ nisi fuerit inductio.

Signum eius. Nunc per signum hæc confirmat, & animaduerte q; intellectũ pueri uigorari potest ĩtelligi p se, uel per accidens: per se falsum est, quia intellectus nõ senescit, ut in libro de anima diximus. Per accidēs uerò est cõcedendum: nam ut dicit Plato, sedatis motibus pueri, & sensibus exterioribus & interioribus uigoratis, per hoc q; humor recedit, intellectus quo ad illius operationem uigorari uidetur. Cetera commenti patent.

Sed circa hęc plures occurrunt qõnes, prima est q̃ prius cognoscuntur ab intellectu nostro, utrũ minus uñia uel singularia, aut magis uñia. Aiaduerte q; hîc sunt duæ positiones, una tenet singulare per se posse ab intellectu nostro cognosci, quatenus singulare: alia q; singulare per se quatenus singulare ab intellectu minimè cognosci possit. Ideo primi tenēt absolute singulare esse primũ cognitum, & magis ab intellectu nostro ipso uñi. Quod uerò singulare per se ab intellectu nostro cognosci possit, pluribus rationibus arguitur. Primò quia intellectus cognoscit differentiã inter uniuersale & singulare, igitur deprehendit per se extrema. Secundò intellectus componit hanc propositionē, Plato est hõ, igitur cognoscit extrema illius: operatio secũda & cõposita supponit simplicē & primã, ut in libro periher. Tertiò prudētia est de singularibus, & illa est operatio intellectus. Quidã alij qui subtiles habētur arguunt primò, intellectus per se fertur inesse: igitur in quodlibet contenta sub ente, & ita in singulare. Secundo, intellectus per se intelligit ens, igitur maximum ens magis intelliget, sed singularia sunt maxima entia, ut indiuidua substantiæ, quæ sunt substantiæ primæ.

Tertiò, si singulare non per se intelligeret̃ esset, quia adderet materiam, sed per materiam addit ad esse: igitur ad cognoscibilitatem. Quartò, aut singulare mouet intellectũ, aut uniuersale: non uniuersale, quia mouere est actio & operatio, sed actiones & operationes sunt singulariũ, primo meta. igitur singulare mouebit. Quinto, cuius syllogismi propositiones intellectui patent, conclusio eidem patere debet: sed propositiones syllogismi particulares in tertia figura intellectui patent, ut omne b.a. omne b.c. igitur aliquod c.a. patet esse singulare c. ipsum. Vltimò, intellectus imponit nomina singularibus, igitur intelligit illa: hoc supposito uolunt cognitione confusa, & non definitiua

Prima qõ

Primo pō Vide ... super hoc Vide ... ta. q. ... Ari ... meta q ... & Au ... eodē pri mo q. ... oẽs ...

Tertia. Vid. ... meta. q. 14 15. Vide & ... an. cap. pri mo hoc. q. 2. arti. 1. difu. & ... magi. hoc primo. q. ... & Tarta... retũ super hoc & di... consequen ter.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

tiua ſingulare eſſe prius notum, maximè ſi fortius mouet ſenſum, quod addunt propter eum qui uenit è remotis. Hæc poſitio peccat in duobus, primò quia dato ꝙ ſingulare per ſe intelligeretur à nobis, adhuc non oportet ponere ipſum eſſe prius notum intellectui, ut dicemus in noſtra poſitione. Secundo, ſingulare intelligi à noſtro intellectu per ſe contradicit authoritatibus & rationibus: primò quia ſi ſingulare per ſe intelligitur ab intellectu, aut ab intellectu, quatenus intellectus eſt, uel ab intellectu coniuncto ſenſibus: ſi ab intellectu quatenus intellectus eſt, tunc etiam ab intellectu ſeparato cõtra Auer. 12. meta. cõ. 51. & contra omnes: ſi ab intellectu quatenus coniunctus eſt, tunc non intelligitur ab intellectu per naturam intellectus. Igitur propter cõiunctionem quam habet ad ſenſus, & ita mediante ſenſu, ut arguit Auer. 3. de anima. cõ. 10.

Prima rõ. Secunda.

Secundò, è quocunq; remouetur ratio intelligibilitatis & modo quo remouetur, remouetur intelligibilitas: ſed ab indiuiduis remouetur ratio intelligibilitatis, nam ratio intelligibilitatis eſt forma & actus. 9. meta. cõ. 20. ſingularia non ſunt per ſe formæ, ſed participatiuè, quia compoſitum eſt ens in actu propter formã. 2. de anima. cõ. 4. igitur & per accidẽs intelligibile.

Quod contradicat Auer. Tertia rõ.

Tertio arguo argumentis Auer. omne receptum recipitur in ſubiecto per modum recipientis. 3. de anima. cõ. 5. ſed intellectus poteſtate eſt uniuerſale per eſſentiam: igitur non recipit niſi uniuerſaliter.

Alia forã.

Vel ſic, intellectus poteſtatis eſt uniuerſale per eſſentiam, igitur eſſentialius recipit & uniuerſalius ꝙ̃ uniuerſale participatiuè: ſed corpus in communi nõ recipit hunc colorem. 7. meta. igitur intellectus qui per eſſentiam eſt uniuerſalis non poteſt recipere cognitionem particularem huius hominis.

Quarta rõ

Quartò, intellectus agens comparatur intelligibilibus, ut lumen coloribus. 3. de aĩa. cõ. 5. 28. & 2. de. aĩa. cõ. 67. ſed lumẽ dat coloribus eſſe ſenſile in actu, igitur intellectus agens dat intelligibilibus intellectum actu: igitur ſingularia nõ quatenus ſingularia intelligibilia ſunt.

Quinta rõ

Quintò, plus differt intelleſtus ab imaginatiua ꝙ̃ imaginatiua à ſenſibus exterioribus: ſed imaginatiua non poteſt in obiectum ſenſus exterioris ſub ratione illius: igitur nec intellectus in ſubiectum ſiue obiectum imaginatiuę ſub ratione ſingularis. Multę rationes fieri ſolent, ſed hæ ſatis ſint.

Rñ. expoſitorum.

Sed pro ſolutione quæſiti aĩaduerte ꝙ duplex eſt reſponſio: una expoſitorum, alia Auer. Pro reſponſione expoſitorũ, debes ſcire ꝙ ſingulare eſt duplex: quoddam ęquiuocè pro quanto eſt unum in tota ſpecie, cuiuſmòdi eſt deus, & quælibet intelligentia. Hæc enim propria ſunt uniuerſalia per eſſentiam, ſed dicitur ſingulare unaquęq; quatenus una numero eſt in tota ſpecie: & de hoc modo ſingularibus nõ loquimur, quia patet illa per ſe intelligi per eſſentiã ſaltem a ſeipſis. Alio modo accipitur ſingulare unĩuocè, prout eſt indiuiduum determinati prædicamenti: ut hic homo Socrates & Plato: & hoc propter materiam, ut nunc ſuppono, & de hoc eſt q̃ſtio. Secũdò animaduerte ꝙ ſpecies intelligibilis, quam ponunt in intellectu genitam ab intellectu agente & phantaſmate, poteſt dupliciter conſiderari: ut ſimilitudo, & ſic primo repreſentat uñe, & naturã è qua priò genita eſt: Alio mõ ut effectus quidã genitus è ſingularib⁹ phãtaſiatis, & ſic repreſentat ſingularia ipa, q̃uo effectus repreſentat cãm. Tũc dicũt expoſitores ꝙ intellectus rectè, & ꝑ ſe intelligit ſolũ uñia, & oĩa ſub ratione uniuerſalis: nã intelligit per ſpeciem, quatenus ſimilitudo eſt & illa primo repreſentat uniuerſale. Reflexè uerò utpote quando redit ad cognitionem ſpeciei intelligibilis, intelligẽdo talem ſpeciem quodammodo intelligit ſingularia phantaſiata, quo modo per effectum percipimus cauſam, ut per artificium percipimus artificem: primo igitur actu fertur in uniuerſale, cùm conuertitur ad ſpeciem, & intelligit illam ut effectum intelligit ipſum ſingulare. Et per hoc patet ſolutio ad omnia argumenta: nam intellectus reflexè intelligit, & ſenſus rectè cognoſcit ſingulare: quę ſufficiũt ad omnia argumenta.

Rñ. Auer.

Auer. autem. 3. de aĩa. cõ. 10. uult ꝙ intellectus quatenus intellectus non intelligit ipſum indiuiduum per ſe, quatenus indiuiduum, ſed intellectus mediantibus ſenſibus cognoſcit indiuiduum ſub aliqua habitudine ad uniuerſale, ut pars illius, ut differens ab illo, ut conueniens cum illo: ſeorſum autem acceptum ſub nulla habitudine ad uniuerſale ab intellectu non intelligitur, ſed tantum à ſenſu. Vnde cum indiuiduum intelligitur ſub habitudine ad uniuerſale, hoc eſt, uel ut differens, uel conueniens, uel pars, uel tale aliquid: intelligitur quatenus ſubit rationem uniuerſalis, & ſic non quatenus ſingulare per ſe ſeorſum. Per hęc ad argumenta etiam patet, hęc de cognitione ſingularium.

De primo cognito.

Reſtat nunc diſputare de primo cognito, ubi animaduertendum eſt ꝙ de primo cognito duæ primæ fuerunt poſitiones: nam tenentes ſingularia per ſe eſſe à nobis intellectuq; noſtro intelligibilia, & q̃nq; per ſe intelligi, ipſa primo cognoſci à nobis, & poſt ipſa uniuerſalia deprehendi contendunt. Qui uniuerſalia tantum per ſe, ſingularia per accidens intelligi aſſerunt, in parte conueniunt, & in parte differunt. Quantum quidem ad definitiuam cognitionem rei, quam uocant diſtinctam, uolunt uniuerſalia prius cognoſci: ſed quantum ad cognitionem confuſam, quam uocant quid nominis, uel quid nomen ſignificet, differunt. Nam quidã uniuerſalia prius intelligi contendunt, atq; prius ſignificata nominum illorum uenire in notitiam noſtram probant: alij contra minus uniuerſalia ſemper prius, quo ad ſignificationes nominum occurrere aſſerunt: alij autem credentes mediare, aſſerunt minus uniuerſale prius cognoſci, cuius ſingulare fortius & prius mouet ſenſum, ut in proxima diſtantia: at in remota, cũ ſinglře magis uniuerſalis fortius moueat, magis uniuerſale præcognoſci uolunt: quorum rationes & euaſiones & ſophiſmata hĩc omitto, alibi enim longius perquiſita ſunt.

Propria poſitio. Vniuerſale duplex.

Ideo ad ueritatis inquiſitionem magis intendens, dico ꝙ uniuerſale eſt in duplici differentia: quoddam enim eſt per eſſentiam, qua ratione Plato formas ſeparatas uniuerſalia aſſerit eſſe: Ariſt. uerò deũ & ſubſtãtias omnes intellectuales uniuerſales per eſſentiam concedit eſſe: hęc quoq; nõnunꝗ̃ uniuerſalia in cauſando dicuntur, hoc eſt, uniuerſales rerũ cauſæ. Alia ſunt uniuerſalia participatiuè, ut animal uniuerſale, & homo uniuerſalis, & id genus: quę dicuntur uniuerſalia participatiue, quoniã ſua natura ſunt formę ſingulares, ſed participatiõe intellectus, qui per eſſentiam eſt uniuerſalis, efficiuntur uniuerſales. 12. meta. cõ. 4. Hęc nonnunꝗ̃ uniuerſalia in prędicando dicuntur, quia aut ſunt in pluribus, aut dicuntur de pluribus, ut Ariſt. inquit in libro de interpretatione, & in libro poſter.

Prima põ.

Vniuerſalia itaq; prio modo apud omnes poſterius cognoſcuntur, ut in primo de aĩa. cõ. 8. exponit Auer. animal uniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius eſt, qa idea Platonis, aut nihil eſt, aut ſi qd eſt, illa poſterius cognoſcitur. Et in hoc peripatetici omnes conueniunt.

Quod metaphyſica poſterior.

Qua ratione euenit ut metaphyſica ſit poſt phyſicam: nã metaphyſica, aut eſt de uniuerſalibus per eſſentiam, aut de uniuerſalibus per indifferentiam ad illa, & ad res materiales, ut ſunt ens, unum, & id genus: ſi quidem de uniuerſalibus per indifferẽtiam etiam poſt phyſicam, quoniam illa abſtrahi non poſſunt, ut cõia naturalibus & ſeparatis, niſi ſint ipſa ſeparata.

Vře prędicatiuũ duplex.

At ſi de uniuerſalibus ſit ſermo, quę ſunt participatione talia, cũ eiuſmodi uře ſit duplex, aut cõplexum, ut ꝓpõ uñs, ſiue ſylřs uniuerſalis: aut incõplexũ, ut uře prędicabile, tũc quęſtio nõ eſt una rõne ſoluẽda: nã ſi loqmur in ꝓpõnibus uñibus, poſſumus adhuc loqui de his in cõparatione ad ꝓpões minus uñes, aut in cõparatione ad ſingulares.

2 ꝓpõ.

Si in cõparatione ad ſingulares, uñes ſunt q̃nq; prius notę, ut in ſcientijs ſpeculatiuis, quarũ prĩcipia ſunt ĩnata, ut in mathematicis: in his. n. uñes precognoſcũtur, ut primo poſterio. aſſerit Ari. In ſciẽtiis uerò, quarꝫ magna pars ꝑ obſeruationes habeẽ, ut phyſicę, & practicę: quo qdem ad earꝫ inuentionem, ſingulares, ex qbus uñes inductione ꝓficiſcunẽ, præ-

cognoscunt: quo uero ad illam doctrinationē uñes præcognoscūtur, quō magister ipse discipulū docet: nō. n. nisi ex uñibus pcedit, ad singulares ppones. Vbi uerò cōparantur magis uñes ad minus uñes, ubiq; uñiores præcognoscunt, ppterea liber physicorum, cùm sit de pponibus uñioribus cęteris pponit: fiunt. n. huius ppones ex terminis uñioribus, ut dixit Auer. in pœmio. Dubō igitur de his nulla apud latinos nōdum facta est, restat igit ut dubō solum sit de uñibus & minus uñibus pdicabilibus, de qbus sit hæc dubitatio sic intelligēda, utrum uñe pręcognoscat singulari uel minus uñi, hoc est, an res ipsa: ut Socrates prius ab intellectu nostro pconcipiatur sub conceptu magis uñis, ut conceptu aialis, q̄ conceptu minus uñis, ut conceptu hoīs. Anteq; de qōne dicam, debes scire q sunt indiuidua spēi, & indiuidua generis pximi, & indiuidua generis remoti, usq; ad ens: nā Socrates potest apphendi, ut hic hō, ut hoc aīal, ut hoc corpus, ut hęc substātia, atq; hoc ens. Cū enim Socrates distat, deprehendit primo quatenus hoc ens, deinde quatenus hęc substātia, deinde quatenus hoc animal, deinde quatenus hic hō, ut Socrates & Plato. Qua ratione euenit ut duo sint ordines, alter quidē uñium, alter indiuiduorum illi ordini uñium correspōdens. Secūdo debes scire q in oī ordine totū est pcognitum parti, ut si est totū sensile, est pcognitū parti sensili, si totum uñe præcognitū parti subiectiuę, si totū definitiuum est pcognitū partibus definitiuis, ut diximus cognitione cōfusa & quid noīs. Ex his sequit solō quæstionis, q si magis uñe comparat minus uñibus ut totum, & minus uñia illi ut partes, de mente Auer. absolute magis uñia sunt pcognita cognitione quid p nomen importet, & confuse. Hoc patet ex his duobus, nam ut indiuiduū generis est pcognitū indiuiduo spēi, qa totum ad illud, sic magis uñe minus uñi. Ex. 2. uerò patet idem qm̄ in omni ordine totū est pcognitum partibus: ut supposuimus de mēte Auer. Si uerò minus uñe comparet ipsis magis uñibus utpote generi & differētiæ, ut totū definibile, sic minus uñe est pcognitum, & hoc per rationem in textu, & p signum in pueris: cōparari uerò inuicē non possunt ambo ut tota, quia totū non ad totū refert, sed ad partes, ideo acceptis utrisq; ut totis neutrū neutro est pręcognitū. Horum signum Auer. ponit, quia totū apud sensum notius est, igit omne totū est præcognitum partibus suis apud eā potestatem, è qua cognoscunt ipsa oīa. Aduerte tñ q in hoc dupliciter solitus sum alias loqui, nā dum quęrit quid prius cognoscit confuse, an uñe, an minus uñe: dici potest q uel loquimur in cognitione naturali, quæ pcedit actum uolūtatis, hoc est, quid nobis naturaliter prius occurrit sub lato omni uolūtario actu, & tūc dico inter hæc non posse poni ordinem essentialē ex parte intellectus. Nā cùm intellectus sit in potētia purè passiua, est in potētia neutra, nec potest poni ex parte rerum apprehēsarum, nā cùm res ipsę uariis occurrēdis modis possunt occurrere, nūc sic, nunc aliter, illud erit prius quod occurrit ut totū, aut illud prius, cuius singulare fortius mouet sensum. Sed quoniam frequentius indiuidua magis uniuersalia prius nobis occurrunt, & rationes totorum uniuersaliū sepius pmouent, ut in pluribus magis uniuersalia occurrūt. At si loquimur post actum intellectus, ut qn̄ uoluntas intrat in operationem, tūc illud est prius cognitū, quod uolūtas uult, rationes uerò & cōfutationes hincinde fieri solitę omittātur, nam passim hñtur. Hæc de primo cognito. Vlterius qrere solet, utrū definitio & definitū sint idē in re: Aris. enim & Auer. uidentur absolutè uelle nō differre nisi penes implicitum & explicitum, & ita eē penitus idē. Aīaduertendū itaq; primo apud Auer. definitionē nihil aliud eē nisi formam explicitā rei cōpositæ definibilis, hoc aūt quibus rationibus asserat Auer. collegi in libro destructio destru. dispu. 5. in solutione tertii dubii. Secūdo aīaduertendū sine materia nullum cōpositū definiri posse, ut Auer. primo de aīa cō. 16. aliter definitio eēt diminuta, qua ratione fit, ut aliqd interdum pertineat ad definitionem per se, ut forma, cuius definitionis partes nihil aliud sunt, q̄ formę partes. 5. met. cō. 30. aut p accidens, qūo materia ptinet ad definitionem ponitur enim in illa ut causa sine qua non, & sic per accidens necessario: hac ratione fit, ut nō uera pars sit definitionis, sed apparēs pars. 7. meta. cō. 34. eo modo quo subiectum ponitur in definitione simi, aut aquili. Hæc de definitione. Et de definito agamus: definitum triplex, quoddam p se primò, ut forma ipsa, nā definitio p se primo solam formam explicat: quoddam p se, sed nō primo, & sic cōpositum uniuersale ut species p se definitur: quoddam nec primo nec p se, ut singularia. De prīo Auer. loquit. 7. meta. cō. 37. de. 2. loquitur ibidem. cō. 4. &. 21. itemq;. 8. meta. cō. 9. de. 3. loquitur. 7. meta. cō. 35. Ex his tollitur contradictio inter dicta Auer. & Arist. ubi enim asserunt definitionem & definitum eē penitus eadem, uolunt & sumunt definitum p se primo: ubi uerò uolunt definitionem re differre à definitis, sumunt aliis modis, nam ut sic sunt cōposita, & ipsa cōposita differunt realiter à forma ipsa. Hæc de definitiōe, & de definito. Et de pœmio Ari. satis.

Secundum Simplicium Aristo. accepit duo, & q totum siue compositum sit nobis notius partibus simplicibus, quæ ipsum cōponunt: & quod uniuersale sit prius notum minus uniuersali. Et licet utrunq; Aristote. probauit, tamen in hoc textu uult, ut rursus probet compositum esse nobis prius notum suis simplicibus partibus, quæ ipsum componūt, & sic uult q primum exemplum de circulo cōueniat cōposito sunt partes, ut in totalitate confusa. Sic in ipso circulo sunt partes definitionis. Secūdum uerò exemplum uult eē cōueniens uniuersale respectu minus uniuersalis. Auer. autem exponit Aristotelem uelle declarare illud, quod significat nomen rei diffinibilis, eē prius notum suis definitiuis partibus ppter eādem causam, propter quam uniuersale est prius notum nobis minus uniuersalibus: & hoc ppterea quia ipsum definibile est totum, ea ex quibus cōstat definitio, sunt partes: hoc idem pbat exemplis. Sed re uera hæ expositiones non placent, illa Simplicii quidem nō placet, quia textus legitur in græco cum nota aduersatiua: igitur aliquid uult dicere, quod nondum dixit, nec pbauit. Illa Auerrois caret causa, quare uidelicet Arist. uelit declarare definibile esse prius notum suis partibus, quibus definit. Quare Arist. aliud intendit, nam primo textu declarauit ordinē in doctrina particulari demōstratiua, quem seruabit in pertractatione rerum naturalium, & explicauit genus demonstrationis, quo uult uti in hac scientia: In. 2. textu assignauit ordinem pcedendi in doctrina totali usq; ad pręsentem locum. At nunc assignat ordinem procedendi in doctrina particulari definitiua, & uult q in definitione qd nominis, procedendum sit à minus uniuersalibus ad magis uniuersalia, ut cognitione quid nominis speciei scilicet circuli, qui definitur, ad cognitionem quid nominis partium definiti, quæ sunt magis uniuersalia, uidelicet genus, & differētia. Sed in cognitione quid rei prius nobis nota sunt magis uniuersalia, & per illa fiunt nota species, quæ sunt minus uniuersalia, & hoc proponit cum dicit: { Sustinent autem hoc idem, } idest hunc eundem ordinem { quodammodo & nomina } scilicet definibilia { ad rationem } idest ad partes definitionis, quem substinere diximus in doctrina totali magis uniuersalia ad minus uniuersalia: & sic uult in cognitione definitiua quid nominis, definibilia ipsa prius nobis nota suis partibus, ex quibus definiuntur, & minus uniuersalia magis uniuersalibus. Quod uerò qualis ordo est inter magis uniuersalia, & minus uniuersalia in doctrina totali, talis sit & in doctrina particulari definitiua quid noīs, probat, & dicit: { totum enim quoddam, & indistinctè. } nomina ipsa definibilia { significant, ut circulus: definitio autem ipsius diuidit in singularia } .i. in simplices partes, qbus circulus definibilis est. Et cūm dixit nomina ad rationem substinere hoc idem, addidit { quodā modo. } quia noīa ad rationem eiusdem ordinem substinent nō simpliciter, qa licet in utroq; ordine

principiū

Marginal notes (left column): 3 ppō. — Expositio dubōnis. — 1. diuisio. — Duplex ordo. — Secundum notā. — Modus primus soluēdi — Secundus modus. — Vlti. dubō — De definitione. — Quę Auer. Primum. — Secundum

Marginal notes (right column): De definito Triplex definitum. — Solō qōnis — Recognitiones Expō Sim — Expō Auer. — Cōfutatio — Propria expositio.

principium sit totum,tamē ratio totius alia est in ipso uniuersali respectu minus uniuersalium, & alia nominis definibilis ad partes rationis. Illa enim indifferentię atque cōtinentiæ est,hæc uerò compositionis: ergo idem ordo est in doctrina totali,quo proceditur à magis uniuersalibus ad minus uniuersalia. Et in doctrina particulari definitiua quid nominis,quo proceditur à minus uniuersalibus ad magis uniuersalia:idem dico, quia in utroq; ꝓcessu principium ꝓcedendi totum est,nō tamē simpliciter, quia totum alia ratione accipitur in uno, & alia ratione in alio. Quòd autem definibilia in cognitione quid nōīs, sint nobis prius nota ipsis magis uniuersalibus,quę sunt eius partes, exemplo cognitionis puerorum demōstrat, & dicit, { & pueri quidē omnes uiros patres } siue tatas appellāt,& omnes fœminas }.i.mulieres { matres } siue māmas,per quæ innuit pueros prius de patre & matre habere quid nominis:cognoscitur enim pater & mater quid nominis,si appellabimus omnes uiros patres,& omnes fœminas matres: { posterius autē determināt } idest definitiuè cognoscunt { horum unumquodq; }.i. patrem & matrem ex cognitione earum partium,ex quibus cōponitur pater, uel mater. quod exemplum docet in cognitione quid nōīs definitiua eē prius nota minus uniuersalia,quæ sunt tota magis uniuersalibus, quę sunt partes. Contrà uerò in cognitione definitiua quid rei magis uniuersalia,quę partes sunt definitiuè,prius nota sunt minus uniuersalibus,quę tota sunt definita. Quod autem exemplum istud sit assignatum pro cōparatione definiti ad partes, patet, quoniam aliter Arist. cōmitteret transgressionem saltādo. Sed dices, tūc eadem erunt prius, & posterius nota:nam in doctrina definitiua quid nominis minus uniuersalia sunt prius nota, in doctrina uerò totali magis uniuersalia. Et diluitur hæc obiectio, nam idem quatenus totū potest eē prius, ac posterius notum respectu eiusdem,nō tamen eadem ratione accipiendo totum, quia in doctrina definitiua quid nominis minus uniuersale est prius notum quatenus est totum ſm compositionem:in doctrina uerò totali magis uniuersale est prius notum. quatenus est totum ſm cōtinentiam:& sic non est in utroq; totum prius notum eadē ratione. Sed quæres adhuc cur minus uniuersalia respectu magis uniuersalium in doctrina totali nō subeunt rationem totius, ueluti in doctrina particulari definitiua quid nominis? Causa aūt in prōptu est,quia minus uniuersale ut subest rationem totius,est totum essentiale cōpositum,& ita est totum definibile: & sic nō potest eē nobis prius notum, nisi in doctrina definitiua qd nominis, magis uerò ul'e, ut subest rationem totius respectu minus uniuersalis, nō subest rationem totius,nisi ſm cōtinētiā: & sic erit prius nobis notū in doctrina totali. Causa autē quare in utraq; doctrina ordo est ꝓcedere à toto ex naturali insitu ab Arist. assignatur,quoniam nulla alia ratio assignari pōt, ut Aris. demonstrauit ꝑ uerbum { īnata est autem nobis uia. } Ex iis patet in toto hoc prooemio Arist. tria fecisse,quia primo textu declarauit ordinem in doctrina particulari demonstratiua, cū conclusisset eē manifestum in scientia de natura eē procedendum ꝑ cognitionem principiorum,causarum,& elemētorum:textu uerò, { Innata est autem } declarasse ordinem in doctrina totali: textu autem, { substinent autem } exposuisse ordinem in doctrina definitiua. Auer. autem in cōmento aliter colligit ea quę Aris. fecit in prooemio, quæ cum exposita sint in cōmentariis,bona frōte ꝑtermitto: est tamen attentione dignum, Auer. intellexisse tres syllogismos assumendo sub eadem maiore tres minores. Maior quidem est, ex nobis prius notis est procedēdum ad posterius nobis nota. Si acceperimus sub hac,sed effectus cōpositi sunt nobis prius notis suis causis simplicibus, concludemus ordinem in doctrina demōstratiua,uidelicet ꝙ sit ꝓcedendum à cōpositis effectibus ad causas simplices. Si autem acceperimus,sed magis uniuersalia sunt nobis prius nota minus uniuersalibus, cōcludemus ordinem in doctrina totali ꝙ debeamus ꝓcedere à magis uniuersalibus ad minus uniuersalia. At si acceperimus,sed definibilia sunt prius nobis nota ꝙ partes definientes,concludemus ordinem in doctrina definitiua ꝙ debeam incipere à cognitione quid nōīs rei,quæ definitur:& sic sunt tres sylli, ex una tātum maiore, qa licet augere in latus primo poste. De primo uerò cognito ab Aristo. & ab Auer. cæterisq; græcis expositoribus nō habemus nisi duo, & ꝙ in doctrina totali magis uniuersalia nobis sint prius nota minus uniuersalibus,cùm magis uniuersalia in tali doctrina rationē totius habeāt:& ꝙ in doctrina particulari definitiua quidem minus ul'ia nobis sint prius nota, cum minus uniuersalia in hac ratione habeāt totius. Magis uerò uniuersalia rationem partium, demōstratiua uerò cōposita prius nota sint cōponentibus, & effectus suis causis: nec alia ex iis,quæ dixerūt habemus. Hinc emersit digladiatio inter iuniores, cū contingat aliquid cognosci distinctè aut cōfusè,quanam cognitione dicant Aris. & expositores cognosci hoc prius,illud posterius distinctè,an cōfusè? Si.n.in ordine doctrinæ totalis prius nota sunt magis uniuersalia minus uniuersalibus cognitione confusa,scientia uniuersalis,quæ habetur de illis eēt imperfecta, & scīa quæ habetur in libris auscultatoriis de uniuersalibus rebus naturalibus,uniuersalibus accidentibus, & uniuersalibus causis eorum, esset imperfectior scientia,quæ habetur de eis ꝑ spēm:at si cognitione distincta,tūc eēnt nota,ut partes, & sic ꝓbatio Arist. non eēt ad ꝓpositum,qui ꝓbat ea eē prius nota nobis,qa tota. Et licet de huiusmodi quæsito pluribus in locis disseruimus, tū iuxta expōnem huius ꝓœmij,quæ nunc occurrit nobis de nouo,hāc rem dilucidare oportet. Accipiamus itaq; notitiam,qua aliquid cognoscimus prius,aliqd posterius,bifariam eē:aut uniuersalē, & hæc dicitur doctrina totalis,in qua plures notitiæ particulares & eiusdem, & alterius rationis cōtinētur, & hoc pacto uniuersa scīa de natura dicit̄ doctrinalis notitia,in qua aliqua prius,aliqua posterius cognoscūtur. Aut particularem, & hæc est duplex:aut terminoꝝ,& hęc definitiua notitia dicitur:aut ꝓpositionum,& hęc est discursiua. Notitia quidem,quæ est doctrina uniuersalis,totalisue, qua aliqua prius, aut posterius cognoscuntur,nō est qua quæ prius cognoscuntur distinctè uel cōfusè cognoscantur,aut qa uel propter qd,sed qua prius ꝑtractatione aggregāte plures notitias cognoscunt̄. Notitia uerò, q̄ dicit̄ doctrīa ꝑticularis, si terminoꝝ est,ea est qua aliqua prius,alia posterius cognoscuntur cōfusè, uel distinctè:confusè quidē, cùm terminus cognoscet̄ quid significat:distinctè uerò,cum cognoscet̄ res significata quid est. Si aūt demr̄atiua est, qua prius uel posterius nota cognoscūtur,quia uel ꝓpter qd cognoscūtur. Ex ijs sequit̄ primò quæsitū, si magis ul'ia sint nobis prius nota minus ul'ibus, esse multiplex,sicuti notitia multiplex est,quia uel totalis, uel particularis, & sic ad ipsum ꝑ distinctionem est r̄ndendum. Sequit̄ secūdò ea, quę in totali doctrina prius aut posterius nota dicūtur,nō esse prius nobis nota,aut posterius confusè uel distinctè notitia quid, aut ꝓpter quid, notitia quid nōīs, uel quid rei,sed ꝑtractatione aggregāte has notitias oēs, & adhuc plures:nā cū cognoscūtur prīa principia in ul'i, quia tria uel cōtraria cognoscunt̄ notitia demr̄atiua quia uel ꝓpter quid,cū uerò cognoscit̄ quid unūquodq; scit, cognoscit̄ cōfusè,uel distinctè. Sequit̄ tertio ea,quæ dicuntur nobis prius nota in doctrina particulari demr̄atiua uel posterius, non dici prius uel posterius nota distinctè uel confusè,sed solum uel notitia, quia uel ꝓter quid. Sequitur. 4. ea quę dicunt̄ prius uel posterius nota in doctrina ꝑticulari diffinitiua eē solā prius uel posterius nota distinctè,ul' ꝯfusè q̄m hęc sola cognoscunt̄ qd nōīs,ul' qd rei. Ex ijs sequitur dilucidatio,cùm queritur sint ne prius nobis nota magis uniuersalia,an minus:quoniam uel loquimur in doctrina totali,uel particulari. Si in doctrina tota-

Dubō.

Dubō. 2.

Resumptio expōnis totius ꝓoemii.

De primo cognito.

De dilucidatione.

Suppositio

Excepta.

Dilucidatio quęsiti.

li, sic magis uniuersalia, immo uniuersalissima sunt nobis prius nota minus uniuersalibus, non quidem confusa uel distincta notitia, quia uel ꝓpter quid, sed per tractatione aggregãte plures notitias, & eiusdem & alterius rationis. Si autem loquimur in doctrina particulari, aut in demonstratiua, aut in definitiua. Si in demõstratiua, cum hęc sit propositionum, aut loquimur in notitia quia, aut in notitia ꝓpter quid. Si loquimur in notitia quia propositiones quæ significãt effectum, prius nobis notæ sunt ꝓpositione quæ significat causam illius effectus, & intelligo quouis modo ꝓpositiones sunt siue uniuersales, siue minus uniuersales: sin autem in notitia ꝓpter quid, propositiones quæ causam significant, prius nobis notæ sunt ꝓpositione significãte effectum illius causæ. Si autem loquimur in doctrina definitiua, aut loquimur in notitia cõfusa, aut distincta. Si in cõfusa, minus uniuersalia sunt prius nota nobis magis uniuersalibus, quoniam respectu illorum tota sunt: sin autem in distincta, magis uniuersalia prius nobis nota sunt minus uniuersalibus, quoniam respectu illorum partes sunt. Sed aduersus hãc dilucidationẽ sunt

Dubõnes. dubitationes nõ leues, prima quidem, quoniã in ipsa inductione aliqua prius, aliqua posterius cognoscuntur, ubi propositiones significantes res singulares prius nobis notę sunt ꝓpositione significante rem uniuersalem, deinde in ipso exemplo est unum singulare prius notum altero. Ad hæc accipio speciem lapidis, quę genita est in intellectu nostro ab obiecto representato per phãtasma, & ab intellectu agẽte: & quæro quid prius nobis representabit? Nam cum illa possit representare lapidẽ sub ratione magis uniuersalis uidelicet corporis, uel minus uniuersalis uidelicet Zaphyri, quęro quid prius nobis representabit? Vltimo accipio aggregatum ex omnibus scientiis speculatiuis, & certum est hoc aggregatum eẽ unam totalem doctrinam, ergo si in doctrina totali uniuersalissima sunt nobis prius nota, tũc metaphysica eẽt pria pars huius doctrinæ totalis, quæ tñ est ultima, & cõsequentia

Solutiones patet, quoniam est de uniuersalissimis. Sed dubitationes huiusmodi facilẽ delentur, prima quidem diluitur, qa inductio nõ est doctrina, ideo inter partes eius non est per se ordo. Interdum enim ꝓpositiones, quæ significãt singularia, sunt nobis prius notę, ut illa, omnis mula est sterilis, nobis prius nota est ꝙ illa particularis, hæc quæ est in utero, est sterilis. Aliquãdo contra ꝓpositiones significantes singularia nobis prius notæ sunt notitia experimentaria. Quare inter inductionis partes nõ est per se ordo, & sic nõ est doctrinalis notitia: & cùm de ordine, qui est per accidẽs non sit scientia, ideo de tali nec Aris. nec nos locuti sumus. Simili ratione de exẽplo: per accidẽs enim unum singulare est altero prius uel posterius notum, & ita inter ꝓpositiones, quę significãt singularia, nõ potest eẽ per se ordo. Diluitur etiam. 3. obiectio, uno modo asserẽdo inter representationes illas nõ esse rerum quę cognoscũtur ordinem, nisi ex cõditionibus. uerbi causa: Dato ꝙ indiuiduum moueat sensum à remotis, species eius representabit prius lapidem sua ratione corporis, ꝙ sub ratione lapidis: dato uerò ꝙ moueat de ꝓximo, sitq; impedimẽtum omne deductum, representabit lapidem sub ratione lapidis. Sed quia eiusmodi cõditiones indiuiduo, quod sensum mouet, sunt accidentales, iure inter has representationes erit ordo ꝑ accidẽs: quare cum conditiones eiusmodi ꝓmouent ad cognitionem magis uniuersalis, magis uniuersale prius cognoscitur, quãdo ad cognitionem minus uniuersalis, minus uniuersale prius cognoscitur. Accedit ad hæc ꝙ si ordo eẽt per se, omnia minus uniuersalia inter media præcognoscerẽtur, cuius contrarium experimur: ꝙ si huiusmodi ordo sit per accidẽs, non erit doctrinalis, & illius causa reddi nõ potest, nisi ex cõditionibus requisitis, quæ ꝓmouet ad diuersum modum cognoscẽdi. Melius autem dico per distinctionem, si intellexeris in notitia simplici, cũ hæc sit definitiua, dico ꝙ species prius representabit lapidem quid nominis, & minus uniuersale, in notitia ꝯfusa, ĩ notitia distincta prius magis uniuersalia, quæ sunt illius partes. Sin autẽ in notitia complexa demõstratiua, dicẽdum est, ut est dictum. Hactenus de primo cognito. Multa dixerunt de huiusmodi quæsito Alexãder, Philoponus, Porphyrius, & Simplicius, non tamen peruenerunt ad dilucidationem rei.

Necesse est itaq; aut unum eẽ principiũ, aut plura: & si unum, aut ĩmobile, & Parmenides atque Melissus dicũt, aut mobile, uti naturales, quorum alii aerem, alii aquam primum principium eẽ autumant. Si uerò plura, aut numero finita, aut infinita: & si finita sint pluraq; uno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut alio quodam numero constituta erunt. Si autem infinita, aut perinde, ut Democritus genere quidem unum. Figura autẽ, aut forma diuersa, aut contraria quoq; esse oportet. Tex.6.

Expositio Hactenus de intẽtione ꝓœmium perficit, nũc prosequitur: & primo de rerum naturalium principiis opiniones & ueritatem inquirit, ꝓcedit autem diuidendo positiones de principiis cõformiter diuisioni entis, & inquit: Necesse est itaq; rerum naturalium eẽ, aut unum principium, aut multa. est enim prima entis diuisio in unum, aut multa. Rursus eẽ utraq; pars habuit opiniones. & si unum sit rerum naturalium principium, aut ĩmobile eẽ oportet, aut mobile: est enim hęc diuisio unius prima, uidelicet ad ĩmobile & ĩmateriale siue abstractũ, aut ad mobile, materiale, & cõiunctum. Parmenides & Melissus, de quorũ opinione infrà dicemus, principiũ rerum naturalium unum eẽ & ĩmobile aiunt, qui (cum motum negẽt) non naturales dicti sunt, sed Theologi uocãtur à Platone in Parmenide. Naturales uerò unum eẽ aiunt, sed mobile, qui cum motum amittant, naturales græco uerbo physici nuncupantur: horum alii aerem dicũt rerum naturalium principium, ut Diogenes: alii aquã, ut Thales Milesius: alii ignẽ, ut Heraclitus Ephesius. alii uerò horũ medium uapores, uidelicet inter aerem & aquam, ut Hyppon & Cricias uulgarès Philosophi, quorum quidem nullus nisi Hesiodus poeta atq; theologus posuit terram: hic enim fuit primus apud græcos qui in cinerem nos uerti cõmemorari iussit: cęteri à rerum principiis terram ob crassitudinem atque mobilem ĩmobilitatemq; disiungunt. Si uerò plura sint rerum principia, cũ prima multitudinis diuisio sit ꝑ finitũ aut infinitum, ideo alii finita numero, alii infinita eẽ aiunt: Eorum uerò qui finita posuerũt. Parmenides, ut dicemus, duo terram & ignem autumat: Hyppon & Cricias tria, ignem, aerẽ, & aquam, è quibus uapores exoriri asserunt Empedocles agrigẽtinus quatuor uidelicet elemẽta, hic etiam alio quodam numero principia statuit, addẽs concordiam & discordiam, & ita sex ponit. Hi sunt qui finita cõtendunt. Eorum qui infinita, alii, ut Democritus, substãtiam atomorum. i. indiuiduorum corporũ arbitratus est unam eẽ genere, sola uerò figura siue forma, aut specie diuersa: nam licet hæc indiuidua, siue minima corpora sint natura, diuiduę sunt magnitudines, alię triãgulæ, alię quadrãgulæ, aliæ aliis figuris & speciebus descriptæ: ut in libro de genere anno præterito disputauimus. Alii infinita asserunt, sed cõtrarietatibus differre, ut Anaxagoras clazomenius homœomerias, hoc est, similares partes qualitatibus distinxit, caliditate, frigiditate, atq; nigritia, ut Themistius asserit. De rerum itaq; naturaliũ principiis necessitate diuisionis constitutæ, hæ sint positiones. Dubitat Auer. hìc primò, & inquit: Et ẜm naturam diuisionis deberet dicere & si unum, aut erit finitum, aut infinitum, ut dicunt Parmenides & Melissus. Rñdet ꝙ Aris. hãc diuisionem innuit per eam quam dedit de multitudine, qa dixit: Et si plura, aut finita, aut infinita. ꝑ hanc itaq; diuisionẽ datã circa multitudinem ĩnuit illã circa unũ. Secũda dubitatio eẽ potest, quonã modo pñt Parmenides & Melissus dicere unũ tm̃ eẽ ens, uidelicet pricipiũ, cùm pricipiũ sit relatiuum

Que Auer. cõ. 6. Dubõ pria Auer. Solõ.

2. dubõ.

latiuum ad principiatum? Sequetur enim nō tantum prici pium esse, ut si tantum pater est, non tantum pater est, ut Sorticolę aiunt. Respondet Auer. ꝙ hi per principium accipiunt ens, ut dicetur, modò ens non est relatiuum.

Soło.

Quotuplex diff.

Vlterius debes scire, ut Auerroes ait, ꝙ omnis multitudo, aut est rerum secundum formam, hoc est speciem, aut ₰m quantitatem, hoc est, numerum, quia omnis differētia ut est specifica aut numeralis: si specifica, dicitur multitudo ₰m formam: si numeralis, dicitur ₰m quantitatem. Ideo Democritus de multitudine principiorū asserit hos modos, quo quidem in loco colligere soliti sumus indiuiduorum principium distinctiuum esse quātitatem, quæ res cùm ꝓpositum nostrum transcendat, Metaphysicis omittatur.

3. dubō. Solutio.

Tertia dubitatio eē potest, quare Arist. non diuisit plura per mobile, & imobile? Respondet Auer. quia nullus asserit plura principia quiescētia esse, quam quoq; solutionem expositor sectatur in hac parte.

Cōfutatio

Hæc tamen solutio non mihi placet, nam potētium plura alij sunt qui ponūt omnia īmobilia esse, ut Zeno eleates, quem Arist. cōfutat in libro. 6. & in. 8. tex. cōmen. 22. Alij qui ponūt omnia semper moueri, ut Heraclitus Ephesius, quem confutat Aristo. in huius libri octauo tex. cō. 23. & ita falsum est quod Auer. ait, nullum dixisse plura principia quiescētia eē, cùm Zeno posuerit plura & entia & principia & asserat omnia semper quiescere.

Propria Solutio

Melius igitur dicerem, ut dixit ipse in solutione ad primam, ꝙ hanc diuisionem innuit per primam, uidelicet cùm dixit & si unum, aut mobile, aut immobile.

Tex. 7.

Eodem autem modo etiam quærunt, qui entia quot sint perquirunt: quærunt nāq; utrum ea ex quibus res ipsæ constant, unum aut plura sint: & si plura, finita ne aut infinita? Quare principium quęrunt ac elementum, utrum sit unū, an plura?

Expō.

Fuerunt alij Philosophi (ut Themistius asserit) qui de entibus apud ueteres philosophati sunt, ꝓbat modò Aris. ꝙ hi qui philosophabātur de entibus, non aliter uolebāt intelligere quæstiones suas, ꝗ̄ illi qui philosophati sunt de principiis. Huius rationem asserit Aristo. quia similes quæstiones mouebant, & similes diuisiones fecerunt de entibus, ueluti illi de principiis. Propterea concludit eos quærere principia, dum quærunt de entibus, quo fit ut posteriores per ὂν hoc est, ens, idem uelint quod primi per ἀρχὸν, hoc est principium.

Quę Auer. cō. 7.

Auer. autem reddit causam cur isti æstimarunt principium eē ens tantum, & ait hoc fuisse pro tanto, quia hi solum materiale perceperunt principium, & non formale, propterea naturales formas aut non esse aut accidentia eē asserunt: quo sequi uidetur apud eos uniuersam rerum substantiam esse materiam: ideo qui aerem rerum materiam asserebāt, nihil aliud res ipsas eē arbitrabātur nisi aerem: similiter & in cæteris. Quæ ratio docet ut quæstiones de entibus sint quæstiones de rerū principiis, ꝗ̄ & ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα græcè nuncupantur, hoc est, principia elementaria. Hæ de principiis & entibus positiones esse possunt, ut per naturam diuisionis entis patet.

Tex. 7.

Considerare igitur si unum sit atq; immobile ipsum ens, disputationi de natura nō cōgruit: Nam & ut geometrię disputatio ulterius non congruit aduersus eum, qui prīcipia tollit, sed aut ad aliam attinet scientiam, aut ad eam quæ omnibus est cōmunis: sic & illi nulla est aduersus eum ratio, qui naturę principia elidit. Non enim principium est, si unum tantū sit, atq; illo modo unum: principiū enim, aut alicuius, aut aliquorum est.

Expō

Aduersus igitur has positiones per ordinem procedit Aristo. & contra Parmenidem & Melissum primò sumit, ꝙ eorum positio non est physica, nec aduersus eos disputatio pertinet ad sciētiam de natura & syllogizat sic: Disputatio contra tollentes prima principia scientiæ naturalis, non est naturalis, ut per simile declarat in geometria: non enim ad geometriam attinet puncta & lineas demonstrare, neq; ad arithmeticum unitates, sed ut addit Themistius ex iis ueluti subiectis atq; constitutis ea efficere atq; colligere quæ sequuntur. addo minorem: Sed positio dicens unum eē principium tantum & immobile, tollit principia scientię naturalis. Igitur ad naturalem Philosophū non attinet. Minor in litera hac ratione probatur, quia Parmenides & Melissus dicunt tantū unum esse ens, & nullum aliud, quia unum tantum principium dicunt & illud eē ens: modo sequitur si tantum unum est ens, nullum principium est, ubi nanque sit principium etiam principiatum sit necesse est, & ita multa erunt: quare ens non est tantum unum, quæ ratio docet ut nullum principium sciētiæ naturalis sit. Themistius autem extra textum probat minorem sic, quia isti tollunt motum, quo sublato principia tolluntur naturalia, immò uero ipsa planē natura, quod Aristote. innuit cùm inquit: Non enim principium ullum est, si unum ens tantum sit. ut aiunt, quia ad eē ens unum tantum sequitur non eē principium unum tantum, & addit { atq; illo modo sic, } hoc est, immobile, nam sic tolletur motus & definitio naturæ.

Quod uerò ad uerba attinet Aristo. cùm inquit { aut ad aliam attinet scientiam, aut ad eam quæ est omnibus communis } per aliam intelligit subalternantem, ut dòcet Themist. per eam quæ est omnibus communis uult dialecticam & metaphysicam, quæ ad omnes probabiles rationes inducere possunt. Hanc expositionem etiam sentit Auer. in præsenti commento. — Expō uerborum.

Debes tamen scire, ut in commen. octauo colligitur, ꝙ triplicia sunt principia scientiæ naturalis, alia quidem cognitionis, quæ ab Aristo. primo posterio. describuntur, ꝙ sunt immediatæ propositiones, quibus in scientia cuius sunt, non sunt aliæ priores: & secundo metaphysicæ dicuntur ut fores domicilii, quas nemo in scientia ignorare debet & propterea dicuntur præcognitiones, aut communes animi conceptiones: & quæ hac ratione dicuntur principia cognitionis, hæc sunt, motus est, entia naturalia plura sunt, & id genus: hæc enim sese habent, ut puncta & lineæ in geometria, & unitates in arithmetica. Propterea ut in geometria, omnes conclusiones supponunt puncta eē & lineas ut præcognitiones, sic naturales motum eē & plura entia naturalia, ut facile cōstat in omnibus discurrendo. Alia sunt principia eēndi, quæ rerum naturalium sunt causæ, ut materia & forma, quæq; per principia ipsius cognitionis adinuenta sunt. Tertia sunt principia partim cognitionis, partim existendi, ueluti entia naturalia habere principia, quæ sunt causæ motus & quietis: hæc enim propositio definitiua, ens naturale est quod habet principium motus & quietis, est principium cognitionis, quatenus propositio immediata: eēndi uerò quatenus forma & definitio: ut enim definitio est cognitionis principium, ut uero forma est eēndi causa. Ad propositum igitur accepit Arist. principium pro principio cognitionis & eē, licet unum expressit, alterum tacuit. — Quę Auer. cō. 8. Principiū triplex. Vide Egi. de rerū. super hoc te.

Dubitat hîc nouus expositor, utrum dictio exclusiua addita uni relatiuorum excludat aliud, ita ut ualeat, tantum principium est, igitur principiatum non est. Respondet nouus expositor, ꝙ per dictionem exclusiuam excluduntur omnia quæ sunt non de intellectu primo termini cui additur nota exclusionis, & ita uult ꝙ excludatur suum correlatiuum. — Dubō noui expositoris. Solō noui expositoris

Sed hæc responsio stare non potest, primò quia unum correlatiuorum uidetur eē de intellectu primo alterius, quia est de definitione illius, ut dicitur in prædicamentis. Secundò, quia prædicata secundi modi non excluduntur, quæ sunt de intellectu secundo, stat enim ꝙ tantum homo sit, & risibile sit. — Cōfutatio

Videtur igitur mihi ꝙ dictio exclusiua excludat omne illud, de quo potest uerificari hoc relatiuum aliud à termino, cui additur nota exclusionis, ut dicendo — Propria solō.

tātum homo est, excludūtur equus, bos, leo, & id genus, nam quilibet horum est aliud ab homine, qua ratione nō excludūtur partes essentiales, nec definitiuæ, nec prędicata secūdi modi, cum nec aīal, nec risibile sit aliud ab hoīe, nec caput uel brachiū est aliud ab hoīe, cùm sit idem illi ſm esse partis: ideo dicēdo, tantum pater est, excludit filius, quoniam filius est aliud quid à patre: & dicendo tantum principium est, excluditur principiatum propter eandē rōnem. Ideo hæc ꝓpō tm̄ principiū est implicat opposita, ꝓpterea infert cōtradictorium, ut Sorticolę dicunt.

Tex.9. Præterea simile est considerare utrum hoc modo sit unū, quemadmodum de quauis alia positione differere, earum quæ sermonis causa dicuntur, qualis est illa Heracliti, aut cuiusuis dicentis ipsum ens unum hominem esse.

Expositio. Videtur Arist. confirmare rationem dictā, ꝓpterea græcum illud uerbum δὲ, quod in trāslationibus antiquis legitur, igitur transtuli. Præterea, & uis cōfirmationis est, ꝙ nullus artifex debet eniti cōtra positiones manifestè falsas, ut. n. dicitur primo topi. alio quouis ꝓferente contrarium sollicitari est stultum. Modò intēdere utrum ens sit unum illo modo, uidelicet īmobile, simile est ac si disputaretur aduersus quāuis aliam pōnem earum quæ sermonis causa cōceduntur non ſm rem, qualis propter sophisma cōceditur illa Heracliti, ꝙ oīa sunt in motu: aut cuiusuis dicētis ipsum ens totum esse unum hominem tantum, ut illa Parmenidis, ꝓpter alium cauillum. Sic igitur patet non esse physicum, disputare aduersus eiusmodi falsas & improbabiles positiones, ut iis rationibus constat.

Tex 10. Aut contentiosam rationem soluere, quod quidem ambæ rationes habent, & Melissi, & Parmenidis: nam & falsa sumunt, & syllogismo peccant. Ratio tamen ipsius Melissi ineptior habetur, nullam prorsus nobis ambiguitatem afferens, quando uno absurdo dato, cætera accidunt, quod quidem uidere non est difficile.

Expō. Debet textus sic cōtinuari: Aut contētiosam rōnem soluere disputationi de natura nō congruit, quam qdem contentionem ambæ rationes hn̄t & Melissi & Parmenidis: nam & falsa sumunt, & hoc quo ad materiam, & asyllogisticæ sunt, hoc est, forma & syllogismo peccant. Addit inter utrasq; rationem cōparationē, & uerba trāslatione patent, quibus uult ut neq; instare, neq; soluere rationes illorum sit physicū officium. Quod uero ad uerba attinet,

Declaratio uerborum. illud φορτικός, uel ut latinè scribam phorticos, in translationibus antiquis onerosa legitur, quod Auerroes uanum exponit: Est autem ratio Melissi magis uana, ꝙ illa Parmenidis, quia nullam prorsus concludit conclusionē, cùm minor sit negatiua in prima figura. Illa uerò Parmenidis, & si non concludat interā conclusionem, cōcludit aliquā.

Cauillus Melissi. Cauillus autem Melissi potest cōponi hunc in modum, omne quod nō habet principium est infinitum, omne quod non generatur nō habet principium, igitur omne quod non generatur est infinitum. minor ꝓbabatur à destructione antecedentis hoc modo: Si aliquid generat habet principiū, igitur si aliquid non generatur, non habet principium. sub cōclusione accipiebat: Sed ens nō generatur, igitur est infinitum. Vltrà, ens est infinitū, (assumatur una maior) sed omne infinitum est īmobile & unum, igitur est infinitum unum & īmobile. Hæc est ratio Melissi. Hæc itaque ratio peccat primò in prima minori, cùm sit negatiua in prima figura, & eius ꝓbatio est à destructione añtis, & sic peccat in forma dupliciter. Secūdò sumit falsa, nā maior falsa est: hippocētaurus enim non habet principiū, & tamen nō est infinitum. Similiter cœlū non habet pricipiū, quod tamen est finitum. Per idem minor est falsa, nam cœlū non generatur, & tñ habet principium saltem magnitudinis. Hæc igitur ratio peccat in materia, & est asyllogistica.

Cauillus Parmeni. Cauillus uerò Parmenidis erat, quicquid est præter ens est nō ens, quicquid est p̄ter unum, est p̄ter ens, quoniam unum & ens cōuertuntur: igitur quicquid est pręter unum est non ens tūc arguitur, unū est, & nihil nō unum est, igitur tātum unum est. Hec ratio licet sit cōtētiosa, peccat tamen minus, cū non uideatur peccare in forma aptè, ut illa Melissi, nō autem concludit ꝓpositum, sed de hac dicemus infrà. Debes scire, ut dicit Auer. ꝙ hic cauillus Parmenidis est etiam peccās, primò quia æquiuocis utit, nam unum potest capi ꝓ principio numeri, & sic minor est falsa: aut pro eo quod cōuertitur cū ente, & sic est uera: & non cōcludit ꝓpositum, sed tantum ꝙ quicqd est pręter unum transcendenter est nihil, siue non est ens, quod conceditur. Secūdò peccat, quoniam maior potest esse ꝓpositio infinita & negatiua, & diuersimodè potest uerificari: & hoc si syllogismus formetur modo nostro. Si uerò formetur modo Auerrois illa ꝓpositio est minor, sed quia res hæc latius infrà disputabitur, nunc sit dictum intantum.

Tex.11. Præterea nobis ea quæ natura sunt, aut omnia, aut aliqua moueri subiiciatur, ut ex inductione perspicuum est. Itaq; neq; simul cuncta soluere docebit, sed aut ea quæ quis ex principiis ostendens mentitur. Quæ uerò non mentitur, minimè soluere competit, ueluti quadrationem eam quæ quidem per portiones cōprobatur, ad geometram dissoluere attinebit. Illa autem Antiphontis ad geometram non pertinet.

Expō Vt Auerrois cōmentationi & expositori uidetur, Aristo. assignat aliam causam, cur non omnes cauilli sunt soluendi in arte cuius fiunt, & Auer. resoluit textus in duas causas. Ego uerò cum iis sentio, ꝙ Aristo. reddit causam cur quidam cauilli sunt soluendi, quidam non, & est una tantum causa, quicquid uelit Auer. uidelicet ꝙ illi sunt soluēdi, qui peccant suppositis principiis artis, ut in geometria cauillus Hippocratis Chii, & Brissonis, quo ꝓbare enitebantur quadrationem suppositis principiis geometriæ. Cauillus uerò Antiphontis, qui principia geometriæ non supponit, non est in illa soluēdus. Quales uerò fuerint cauilli, & quonam modo ꝓficiscantur, ex Theml. & Cōme. & oibus expositoribus constat. Quod uerò ad uerba attinet, uerbum illud p̄terea, quod græcè est δὲ, licet latinè sonet. Autem, aut uerò hîc cùm Arist reddat secundam rationem, uidetur potius eē accipiendum ut transtulimus: qua etiam ratione uerbum illud. Itaq; illatiuè latinum fecimus, licet græce aduersatiuè scribatur Dixit etiam, aut

Quę Auer. omnia, aut quædam, ut Auer. ait, ꝓpter animam & formas, siue motores cœlestes: est enim dubium utrum sint mobiles aut non, sed licet non moueantur sunt naturales, etiam ut īmobiles sunt, cùm sint principia motus. Aut forte dixit, quædam partes centrales terrę, quæ an moueri possunt dubitatur: similiter de tota terra, aut de polis mundi, aut aliis, ut dicemus in. 8. Secūdò Auer. addit, ꝙ omnia hæc dixit ad denotādum ꝙ intentio principalis scientiæ naturalis siue physici, est tractare quidditates rerū naturalium, per accidēs uerò refellere positiones falsas. Ex

Contra aliquos. quibus uerbis patet contra nonnullos, quidditates uidelicet rerum naturalium in particulari esse considerandas in scientia naturali, & non tantum in metaphysica: quæ res cum metaphysica sit, metaphysicis omittitur, esset enim transgredi, si rem illam aggrederemur.

Tex.12. Verum cum de natura non naturales ambiguitates ipsos dicere accidat, bene se habebit forsitan aliquantisper de iis differere: habet enim hæc consideratio philosophiam ipsam.

Expō Quia Aristo. disputare uult contra Parmenidem & Melissum non naturales, quasi sese excusans ait: Verum cùm de natura non naturales ambiguitates ipsos dicere accidat,

Dubĩ. dat, ex ea parte qua sunt de natura, bene se habebit forsitan aliquantisper de ijs disserere. Quod uerò non in toto sed in parte disputare de his bene se habeat, hac ratione constat, quia hæc cõsideratio habet philosophiæ siue metaphysicæ conditiones, propterea de hac potius metaphysice, q̃ physice agemus. Dubitant utrum in scientia naturali possint principia demonstrari, q̃ sic arguunt de motu, qui teste Auer. est principium cognitionis, & potest demonstrari, quia habet causam in ipso subiecto mobili.

Distinctio Ioannis. Ioannes gandauensis asserit triplex esse principium, doctrinæ, uel (ut Auer. dixit) cognitionis esse, & doctrinæ & esse. Vocat autem principia doctrinæ omnia p se accidentia rerum sensilium, ut motus & pluralitas entiũ, principia esse appellat materiam: & primum motorem principia doctrinæ & esse, uult esse formas rerum sensibiliũ. Cõfutatio. Sed licet uerum sit principia esse in triplici differentia, vt Auer. sentit, tamen Ioannes non intelligit quæ sint illa. Primò, quia non omnia accidẽtia per se rerum sensilium sunt principia doctrinæ siue cognitionis, ut Auer. loquitur, quia ut Auer. uult, hæc sunt supponenda, & ita omnes passiones rerũ naturaliũ essent supponendæ, quod Auerr. non concederet. Secundò, principia esse illa sunt, quibus subiectũ, & principalissima subiecti species est, talia sunt materia & forma, & fortè primus motor, igitur hæc omnia sunt essendi principia. Tertiò, Auerro. dixit q̃ principia cognitionis & esse sunt, ut res naturales habet principium motus & quietis, igitur malè exponit principium cognitionis & esse. Expositio propria. Propterea dicendum, ut diximus, q̃ principium doctrinæ siue cognitionis sunt præcognitiones, siue suppositiones ut motus est, & plura entia mobilia sunt, principium esse est ut materia & forma, & omne quo subiectum est principium cognitionis & esse est, definitio rei naturalis, aut propositio definitiua, q̃ constat ex definibili & definitione. Definitio enim ea parte qua forma, est principium esse: ea uerò parte qua notior & definitio, est principium cognitionis & suppositio. Sol. q̃õnis. Ex his patet solutio ad quæstionem, q̃ principia cognitionis demõstrari non possunt, cum sint imediatè propositiones, quibus nulla est prior in genere sciẽtiæ, cuius sunt: & ita motum esse, & plura mobilia esse demonstrari non possunt: principia uerò esse possunt demonstrari, ut in hoc primo uidetur: demonstrat enim materiam per transmutationẽ, & formam per actionem, & in octauo motorem primũ per motum. Principia autẽ cognitionis & esse, ex ea parte qua sunt principia esse sunt fortasse demonstrabilia, cũ enim definitiones sint principia esse & cognitionis ex parte qua sunt formæ, sunt demonstrabiles, ex parte qua definitiones demonstrari non possunt. Tunc ad rationẽ dico, q̃ licet motum esse habeat causam in scientia naturali ut naturam ipsam, quia uerò natura non cognoscitur In hac scientia nisi per motum, ideo dico motum non posse demonstrari esse, nec sufficit, ipsa negociatio: quoniam omnem certitudinem de natura nancifcimur ex ipso motu: & ita non oportet ut omne habens causam possit demonstrari, nisi illa causa sit certificabilis quo ad quẽdam gradum notitiæ, quem ab illo habente causam non nacti sumus. Hæc de quæstione.

Tex. 13. Cum principium omnium commodissimum sit ipsum ens multipliciter dici, quonam modo asserentes omnia unum esse dicunt, utrũ ut substantiam omnia, an quantitatem, an qualitatem? Rursus etiam si substantia unam cuncta esse dicant, utrum ut hominem unum, aut equum unum, aut animã unam? Et si qualitatem unam, utrum albedinem, aut caliditatem, aut aliquid id genus? Hæc enim nimium distant, neq; dici possunt.

Expositio. Anteq̃ contradicat positioni Parmenidis & Melissi, facit diuisionem in eorum positione, & inquit: Cum principium omnium commodissimum si ens multipliciter dici, iccirco quonã modo asserentes omnia unũ esse dicunt, quærendũ est, utrũ uidelicet unum ens substantiam, aut quãtitatem, aut qualitatem, aut aliquid cæterorum prædicamentorum? Hæc quo ad primam entis diuisionem: deinde subdiuidit dicens: Rursus etiam si substãtiam unam cuncta esse dixerint, utrum, aut hominem unũ, aut equum unum, aut animam unam? Similiter de qualitate ac quantitate subdiuidi potest positio eorũ, & quia quis dicere posset has diuisiones non esse per opposita, addit: Hæc n. nimium distant, neq; dici possunt esse eadem ac coincidere, ut q̃ omnia sint una substantia, uel una quãtitas, & eiusmodi. Ex his patet Arist. non fecisse diuisiones duas alteram uidelicet realem in decem prædicamenta, alterã intentionalem in uniuersalem & particularem, ut expositores credunt: sed est prima entis diuisio in decem prædicamenta, & subdiuisio cuiuslibet in species, & indiuidua per ordinem. Cõtra expositores. Sed dices, Aristo. petere uidetur, quia sumit ens multipliciter dici, igitur petit entia esse plura. Dubĩ. Sol. Auer. Auer. solutio innuit hoc principium esse acceptum, uti famosum atq; notum omnibus. Sol. sorticularum. Aut ut sorticolæ sentiunt propositio disiunctiua nõ asserit plura esse, sed unum tantum, ut si dixero homo currit uel quiescit: hæc propositio non ponit utrũq;, uidelicet hominem currere & quiescere, sed alterum tantum, eodem modo si petitur ens multipliciter dici, accipitur hoc disiunctiuè, non autem copulatiuè. Ideo nõ ponitur plura entia esse. Hæc satis pro nũc. De uniuocatione entis, cum sit quæstio metaphysica, transeo, quæ enim raptim hîc, & quasi suppositiuè accipiuntur, nolo principaliter disputare, ne uidear multos libros in unum corradere, ueluti multi ignari faciunt, qui ut uideantur scribere in logica, quæstiones pertractant physicas aut metaphysicas, proprias autẽ logicas pertractationes omittunt, ut qui nihil in illis sciunt. Alij in naturalibus trahunt metaphysicas disputationes, & tales homines nunq̃ possunt addiscere, potissimũ cum sint addicti.

Que Themist. Debes scire apud expositionem Themistij, q̃ Aristo. innuit diuisionem primam hunc in modum: Si omnia sunt unum ens, aut unum simplex, uidelicet per disiunctionẽ, aut unam substantiam, aut unam qualitatem, & cæterorũ aliud: aut unum cõpositè, uidelicet copulatiuè, ut & substantiam, & qualitatem, & alia. Et horum membrorum alterum explicat, alterum subticuit: qua ratione nõ est petitio principij, ut fabulantur recentiores.

Tex. 14. Si quidem enim erunt & substantia, & qualitas, & quantitas: siue hæc sint abiuncta inter se, siue coniuncta, multa entia profectò erunt. Si uerò omnia erunt qualitas, aut quantitas, siue substantia sit, siue nõ sit, hoc absurdum erit, si ipsum impossibile oporteat absurdum nuncupare. Nullum nanq; cæterorum è substantia ipsa separari potest, si quidem hæc omnia de subiecta dicuntur substantia.

Expositio. Facta diuisione arguit, si omnia sunt unum ens, aut omnia sunt unum ens copulatione, uidelicet & substantia & accidens: aut unũ ens simplex, uidelicet aut accidens aut substantia. Si quidem enim erunt unum ens copulatione, uidelicet & substantia, & qualitas, & quantitas, siue hæc sint abiuncta inter se siue coniuncta, multa entia profectò erunt: unum enim copulatione est plura seorsum simpliciter. Si uerò oĩa erunt unũ simplex, uidelicet aut qualitas aut quãtitas, hoc est aut accidẽs: aut supp. sub a nõ accidens: quia siue ipsa substãtia sit in rerum natura, siue nõ sit in rerum natura, hoc absurdũ erit & impossibile, si ipsum impossibile oportet absurdum nuncupare: quia nullum cæterorum è substãtia ipsa separari potest. Si quidẽ hæc omnia accidentia de subiecta dicuntur substantia, et ita esse non possunt omnia unum accidens præter substãtiam: an uerò omnia erunt unum substãtia; in textu sequẽti dicetur. Qualis arguendi forma sit. Ex hac forma arguendi patet Aristotelem nõ

petere principium, nec apparenter, nec existenter.

Tex. 15. Sed cum Melissus ipsum ens infinitum asserit esse, ipsum ergo ens erit aliquod quantum: infinitudo enim in quanto est, substantiam itaq; infinitam, aut qualitatem, aut affectionem non contingit esse, nisi per accidens, quatenus ipsa simul quãta sunt quædam. Infiniti nãq; ratio quanto competit, nõ autem substantiæ, neq; qualitati. Quod si & ipsa substantia sint & quantitas, id quod sunt unum ens, duo erunt sanè, sin uerò sint solũ substantia, ipsum ens infinitum non erit, neq; ullã habebit magnitudinẽ: esset enim quãtũ aliquod.

Expositio. Probat nunc ꝙ omnia non possunt esse unum ens simplex quod est substantia. Et arguit dicens: Sed cùm Melissus ipsum ens infinitum asserit esse, ipsum ergo ens erit aliquod quantum, cuius rationem addit, quia infinitudo in quanto est dũtaxat. Propterea concludit, substantiam itaq; infinitam, aut qualitatem, aut affectionem non contingit esse, nisi per accidens, quatenus ipsa sunt simul entia & quanta quædam: quia infiniti, ut diximus, ratio quãto competit, non autẽ substantiæ, aut qualitati, sic igitur id esse non potest substantia sola. Deinde epilogat rationem hanc hac forma dicens: Quod si & ipsa omnia sint & substantia & quãtitas insimul, id quod sunt unũ ens, plura erunt, uidelicet duo sanè: sin uerò sint omnia solum substantia, ipsum ens infinitum non erit, neq; ullam habebit magnitudinem: esset enim aliquod quãtum, & ita plura. Est igitur epilogus rationis, si omnia unum sunt substãtia, aut omnia sunt una substantia sola, & sic erunt nõ ens infinitum: aut omnia erunt substantia & quãtitas insimul & sic plura erunt. Hæc est uis rationis.

1. quæstio. Querunt hîc primo, utrum ratio finiti uel indefiniti soli quãto competat, & uidetur ꝙ non, nam quilibet motor cœli est finitus, quorum nullus est quantus. Secundo si sic, tunc substantia ipsa non finiretur per fines ac terminos proprij generis sed per quantitatem & terminos alterius generis.

Põ Ioan. Ioannes gandauensis in octauo huius, uoluit nihil esse finitum aut infinitum, nisi quantum molis, & ꝙ sunt differentiæ quanti molis, hoc probare uidetur authoritate Auer. cõ. 79. qui uult primum motorem non esse finitum nec infinitum, quia nec est quantus, nec in quanto, & patet eum loqui de quanto molis, & ita rectè Aristo. inquit { infinitudo enim in quanto est, } postmodum ait { infiniti nãq; ratio quanto competit } loquitur enim de quanto molis ac prædicamentali.

Cõfutatio. Sed hic homo in omnibus semper errat, Addictus enim ipsius Auer. dictis, sæpe truditur in aniles fabulas. Primò, quia Arist. in libro de motibus animalium, inquit: Adhuc autem oportet uirtutẽ ęquare mouentis, & eam quæ manentis, est enim aliqua multitudo uigoris & uirtutis, per quam manet id quod manet, quẽadmodum etiam per quam mouet mouẽs, & reliqua. Ex his arguo, est multitudo uigoris & uirtutis, igitur duplex quantitas, altera molis prædicamentalis uidelicet, altera uigoris & uirtutis: & ita duplex ratio finiti uel infiniti, altera quidem quæ est in ipsa mole, altera uerò in ipso uigore, & ita ratio finiti non tantum quantitati prædicamẽtali competit, ut Ioannes credit. Rursus secundo in libro de generatione, in tex. & com. 37. habetur, ꝙ aliqua sunt comparabilia & ęqualia in quanto mensuræ, aliqua in quanto quo possunt, ubi patet uelle duplicem quantitatẽ, uidelicet molis & mensuræ, & potentiæ siue uigoris: igitur duplex ratio finiti. Tertiò in 2. cœli, com. 39. probat Auer. omnes motores orbiũ esse finitos uigore, quia mouent finita uelocitate: ubi patet eos esse non quantos prædicamentaliter, & ita ratio finiti potest non quanto competere prædicamentaliter.

Põ ꝓpria. Propterea uidetur mihi esse dicendum ad aures Aristo. duplex esse quantum, vnum acceptum à mensura potentiæ, alterum acceptum à mẽsura ponderis. Dicimus enim terram esse maiorem igne aliquo, illum tamẽ esse pollentiorem, & ita potest duplex ratio finiti esse, una quæ ponderi competit, altera quæ uigori. Addimus tamẽ nihil esse finitum uel infinitum, nisi sit quantum prædicamentaliter, aut attributione ad quantum prædicamentale. Vnus nanq; motor cœlestium est maior altero, non penes magnitudinem qua sit aut quantus aut tantus, sed penes magnitudinem quã mouet aut maiorem aut minorem, & ita quantitas uigoris attributione ad quantum molis proficiscitur. Et hoc sufficit rationi Arist. contra illos.

2. quęstio. Quærunt secundo, utrum ratio infiniti tollat rationem generis. Et ne sit contentio uerbi, non loquimur de infinito secundum diuisionem, quod dicitur infinitum in potentia: nam cum hoc sit actu finitũ, constat ipsum non tollere rationem generis, nec de infinito successione, ut motus & tempus, quoniam hæc sunt in genere: loquimur igitur de infinito secundum extrema.

Rñ aliquorum. Respondent nonnulli qui acuti nuncupantur, & uidentur distinguere de infinito secundum extrema, quia alterum est in quantitate, ut linea infinita, & corpus infinitum, & id genus: alterum in uigore, ut ens infinitum, & bonum infinitum, & id genus.

1. regula. Tunc ponunt duas regulas, prima est ꝙ nunq; sequitur ad summum in inferiori summum, uel optimum in superiori, nisi illud inferius sit nobilissimum contentum sub illo superiori: ut non sequitur, perfectissimus equus, igitur perfectissimum animal: sed gratia materię sequitur, perfectissimus homo, igitur perfectissimum animal, quia homo est perfectissimum animalium, & ut dixi de animali, ita de ente dicũt. Nõ enim sequitur, optimum ens ad aliquod eorum quæ continentur sub ente, nisi illud sit simpliciter perfectissimũ sub ente.

Secunda. Secunda regula, omne id ad quod nõ sequitur perfectissimum ens potest esse in genere, ut licet linea infinita, aut corpus infinitum sit perfectissima quantitas, cui nihil desit in ratione quantitatis, quia tamẽ est limitatum ens & non perfectissimum ens, cum sibi desit aliquid in ratione entis, ideo est in genere. Tunc dicunt duo, primum ꝙ infinitum ens tolli rõnem generis, ut per regulam secundam habetur, & ratione patet: quia tollit omnem potentialitatẽ, quã requirit ratio generis. Secundum est ꝙ infinitum quãtum non tollit rationem generis, patet per primam regulam, & ratione, quoniam hæc infinitas non tollit omnem potentialitatem, quam requirit ratio generis, sed tantum ponit infinitatem secundum quid alicuius imperfectæ entitatis, in qua potest bene esse compositio requisita ad generis rationẽ.

Cõfutatio. Sed hæc positio nõ est peripatetica, quia apud Aristo. infinitum, siue secundum quid, siue simpliciter hoc modo sumptum, tollit omnẽ rationem entis, cum nec sit actu ens, nec possibile, ut tertio huius uidebitur. Modo quicqd tollit & repugnat rationi sꝑioris, tollit et repugnat rationi inferioris: cùm igitur infinitum hoc modo sumptũ repugnet rationi entis, etiam repugnabit quanto & generi. Secundò, diuisio entis in decem prædicamenta est diuisio entis quod est, aut potest esse, aut saltem nõ repugnat esse, ut dicetur tertio huius. Modo infinitum hoc modo acceptum, nec est ens, nec potest esse, & repugnat esse: igitur substantia fugit rationem prædicamenti & generis.

Põ ꝓpria. Prima. Propterea dico apud peripateticos, ꝙ omne infinitum ſm extrema, siue in mole, siue in uirtute est ens simpl'r, ut si esset corpus ĩfinitũ, esset ens simpl'r. Huius cã est, quia omne tale excedit aliquã sui partem aliquãtam in perfectione infinito excessu, & ita omne tale est infinitè perfectum, & per consequens infinitum ens, licet secundum denominationem dici soleat esse secundum quid infinitum, absolutẽ tamẽ & secundum rem omne tale est infinitum simpliciter.

2. ꝛñsio. Aliter quãdoq; diximus, ꝙ non sufficit ad rationẽ generis limitatio in ente: & ita licet linea infinita si esset, esset limitatum ens, non tamen limitatum in genere, quoniam non omnis limitatio est generis, nisi ea quæ stat cum entitate, & sic omnia hæc quæ dicunt, sunt uoluntaria & non peripatetica: & si Auerro. in cõmẽto dicat, quantum esse genus infiniti, loquitur de genere

Tertia q̃o. secundum opinionem & famam. Tertiò quærunt, utrum substantia materialis sit per se diuisibilis, & omissis rationibus hincinde solēt esse pōnes extremæ. Prima uult ꝙ substātia materialis sit diuisibilis purè per accidens. Secunda positio quæ est Ioannis, tenet ꝙ substātia materialis sit per se diuisibilis mediatè. Pro prima positione licet Ioānes plures adducat rationes, quas soluit, potiores uidētur hæ. Prima, cuicunq; per accidēs competit antecedēs, eidem per accidēs cōpetit & consequēs. Modò quātitas & diuisibilitas se habent, ut antecedens & consequēs, nā ualet, quātum est, igitur diuisibile. Ergo cùm substātiæ materiali competat per accidens quantitas, etiam diuisibilitas per accidens competet. Secundò, si posset aliquid esse diuisibile per se, & per accidens quātum, tunc aliquod esse posset diuisibile, & non quantum: contra omnia quæ dicet octauo huius, consequentia tenet, quia omne per se non repugnat esse absq; eo quod est per accidens. Tertiò, impossibile est aliquod unum per se cōpetere pluribus diuersorum prædicamentorum, primò quia diuersæ sunt differentiæ & genera, secundò, quia quæ conueniūt in aliquo prædicato per se, oportet ut sint eiusdē naturæ, aut ut conueniant in eadem natura. Quare esse diuisibile cum competat per se quantitati, ut de cubo dicitur quarto huius, non potest per se competere substātiæ. Pro positione Ioānis plures fieri solent rationes, ut ipse narrat, prima, quia omne per accidēs potest non esse, ut pluribus authoritatibus probare enititur. Secundò, quia accidens nō est per se subiectū accidētis, & ita diuisibilitatis ipsa quātitas subiectum esse non potest. Tertiò, cuius est potentia per se, eius est actus per se, ut in libro de Somno dicitur: actus diuisionis non est ipsius quātitatis per se, igitur nec aptitudo, siue ipsa diuisibilitas. Hæ positiones, siue contrariæ siue eædem, possunt concordari. Possumus enim dicere, ꝙ diuisibilitas competit per accidens substātiæ materiali in suo uniuersali pro aliquo eius indiuiduo: uniuersale enim substantiæ materialis est ipsa substantia, modo per accidens diuisibilitas competit substantiæ materiali ut substantia est, quia potest abesse ab aliquo indiuiduo illius, ut à primo motore, & aliis id genus, competit uerò per se substātiæ materiali in suo particulari, quatenus substantia materialis est, quia ut sic includit materiam & dimensionem. Hæc solutio accipitur .5. metaphy. com. 27. & est in textu, in exemplo de talpa. & 6. huius. cōmen. 15. & 7. huius. commē. 2. tunc facile patet solutio ad rationes utriusq; partis, ut intelligenti constat. Ad primam dico, ꝙ substantiæ materiali pro suo particulari competit per se dimensio & diuisibilitas, non tamē pro suo uniuersali.

Prima pō. *2. positio Ioannis.* *Rōnes primæ pōnis.* *Rōnes secundæ pōnis.* *Concor.*

Ad secundam dico, ꝙ substantia materialis pro suo particulari est per se diuisibilis, & per se quanta, non autem in suo uniuersali. Ad tertiam dico, ꝙ potest unum per se competere pluribus diuersorum generum, quādo unum illorum intelligitur in altero: modò licet substantia ut substantia, & quantitas ut quantitas sint diuersorum generū, tamen substantia materialis per se includit dimēsionem & diuisibilitatem. Ad rationes Ioannis patet solutio. Ad primam quidem, quia omne per accidens potest non esse, eo modo quo est per accidēs, modò diuisibilitas per accidens competit substantiæ materiali in suo uniuersali: & per idem potest non inesse illi in suo uniuersali, ut diximus. Ad secundam concedo, ꝙ nullum accidens est per se subiectum accidentis per independentiam, potest tamen esse subiectum accidentis dependenter. Ad tertiā respondetur, ꝙ eiusdem est potentia & actus secundum materiam, non autem secundum rationem & formam: & ita diuisio est substantiæ materialis & quantitatis, quæ sunt eadem secundum materiam & subiectum. Multæ aliæ quæstiones fiunt, quæ ex factione proficiscuntur: ego uerò cum nulli addictus sim, eas transeo.

Tex. 16. **Præterea cum & ipsum unum multifariam dicatur, ueluti & ipsum ens: considerandum est quonam modo ipsum omne, unum asserant esse. Dicitur nāq; unum, aut continuum ipsum, aut indiuisibile, aut ea quorum eadē atq; una ratio est eius quod est esse, ceu temetum & uinum.**

Secundo arguit hypotheticè, diuisiuè, destructiuè, hoc modo: si omnia sunt unum, aut continuum, aut indiuisibile, aut diffinitione: sed neutro modo esse potest: nō igitur omnia erunt unum. Circa hanc rationem primò probat maiorem, & inquit: Præterea cum & ipsum unum multifariam dicatur, ueluti & ipsum ens: cōsiderādum est quonam modo ipsum omne, unū asserant esse. Dicitur nāq; unum aut cōtinuū ipsum, qua ratione lineam ipsam unā dicimus: aut indiuisibile, cuiusmodi sunt punctus & nota: aut ea quorum ratio est una, ut temetum & uinum, aut uestis & tunica. Est igitur maior, si omnia sunt unū, aut cōtinuum, aut indiuisibile, aut definitione: & hęc maior patet, quia nō pluribus modis dicitur de eis. Sed dices, nonne unū adhuc pluribus aliis modis sumitur. 5. metaphy. ut pro uno genere: & uno analogia, & unum aggregatione? Respondet nouus expositor, primò quia Aristo. utitur modis famosis apud antiquos. Secundo, dicit omnes alios reduci ad hos tres: nam unum genere, specie, & analogia, reducuntur ad unum definitione, unum aggregatione ad unum continuum. Tutius tamen respondetur, ꝙ ipsi antiqui uolebant omnia esse unum simpliciter: modò unius simpliciter hi tres sunt tantum modi, cæteri sunt modi unius secundum quid.

Expositio. *Dubū.* *Rūsio.*

Tex. 17. **Si quidem igitur ipsum unum continuum sit, multa nimirū ipsum ens erit, quando continuum ipsum in infinitum diuisibile sit.**

Probat minorem per ordinem, & primo ꝙ omnia non sint unum continuum, quoniam unum continuū est multa, saltem potestate, quoniam continuum ipsum in infinitū diuisibile est. Sed dubitant, primò quia cœlum est continuum, & tamen non est diuisibile: secundò uidetur ꝙ ratio non concludit, nisi ꝙ sint multa potestate, non actu, modò hoc antiqui concederent. Ad primum respōdent quidam, ꝙ cœlum est diuisibile saltem secūdum designationem, quomodo ipsum diuidere solent astronomi. Per idem ad secūdum dicunt esse multa actu per designationem. Sed hæc respōsio nulla est, quia fortasse antiqui cōcederent omnia eam unum secundum res, & multa per designationem. Nouus expositor uult ꝙ continuum est multa secundū ubi, ut longa oratione declarat. Sed hęc expositio est cōtra textum, subdit enim Arist. quādo continuum ipsum in infinitum diuisibile sit, non continuū esse diuisibile in infinitum, sexto huius nō intelligitur secundum ubi, sed per partes ipsas. Propterea uidetur mihi primo dicere, ꝙ omne continuum est diuisibile secundū realem separationem, saltem in suo uniuersali, & in eo ꝙ continuum. Secundò, ꝙ omne quod est tale in suo uniuersali, oportet ut actu sit tale, uel possit esse tale in aliquo indiuiduo illius uniuersalis. Ex his habetur solutio. Ad primū dico ꝙ cœlum est diuisibile, saltem in suo uniuersali, licet ut cœlum nō diuidatur unq̃. Ad secundum dico ꝙ si illud est possibile in suo genere, oportet ut actu sit in aliquo indiuiduo illius, aut possit esse, modò omne possibile quādoq; erit, & pōt poni in esse, & ita propositū habebitur.

Expositio. *Dubita.* *Solutio 1.* *Confuta.* *Rūsio noui exposi.* *Confuta.* *Rūsio propria.*

Habet tamen dubitationem de parte ipsa atq; toto, quæ quidem licet forsitan ad sermonem nostrum non attineat, est tamen ipsa propter se consideratione digna, utrum uidelicet unum an plura sint pars atq; totum, & quonā modo sint unū uel plura: & si sint plura, quonam pacto plura? eritq; de partibus non continuis eadem contentio. Et si toti ipsi utraq; pars unū sit perinde ut indiuisibile, etiam ipsæ partes inter se eadē erunt.

Expositio.

Mouet dubitationem quæ non uidetur ad propositum, uidelicet utrum pars & totum unum sint an plura? Hæc dubitatio pro tanto uidetur facere ad rem, pro quanto dictum est ipsum continuum esse unum actu, plura tamen potestate, quatenus est plura partibus, quoniã pars aliud quid est à toto: propterea quærit de toto & parte an unũ sint, an plura. Et quia hæc dubitatio uidetur satis remotè ad rem sequi, ideo adiecit: Quæ quidẽ licet forsitan ad sermonem nostrum non attineat, est tamen ipsa propter se consideratione digna, addit contentionem hanc, non tantum esse de toto ex parte in continuis, sed etiam in contiguis. Placet omnibus expositoribus Aristo. soluere, cum inquit. Et si toti ipsi utraq; pars, siue utraq; medietas unũ sit perinde ut indiuisibile, etiã ipsæ partes ambæ inter se eædem erunt & indiuisibilitate. Videtur autem hæc solutio, nec ad propositum, nec clara. Ad propositum quidẽ non, quia quæstio mota est comparando partem toti, solutio est compatãdo partem partibus. Amplius quæstio erat de parte singulatim accepta, solutio est de utraq; parte respectu totius. Non clara uerò, quia esse possunt partes eædem toti, & tamen differentes inter se. Auer. uult ꝙ non Aristo. non soluat, sed arguat pro una parte quæstionis, uidelicet an partes sint aliæ à toto. Et arguit primo ꝙ sic, quia si partes sint eædem toti, ut cuidam indiuisibili, totum ipsum erit unum indiuisibile, & partes eædẽ inter se, quæcunq; enim alicui indiuisibiliter eadem sunt, etiam inter se eadem indiuisibiliter erunt, inquit Auer. Et sermo oppositis isti, hoc est, argumentum pro parte opposita non exprimitur propter suam famositatem. & explicat sic ipsum: Si quælibet pars est aliud à toto, omnes partes erũt aliud à toto, sed totum nihil aliud est quã omnes partes simul congregatæ, igitur totum est aliud à seipso. Vnde syllogismus est, omnes partes sunt aliud à toto, totum est suæ partes, igitur totum est aliud à toto. Auer. respondet ad sophisma & ad quæstionem: & uult ꝙ quælibet pars sit aliud à toto diuisim tenta, omnes tamen compositæ sunt suum totum. Hanc solutionem Auer. ad uerbum accepit à Themistio, qui inquit: Quamuis enim singulæ diuersæ sint ab eo uniuerso quod cõtinet, omnes tamen efficiuntur illud uniuersum. ecce quomodo una est solutio. Sunt qui uolunt intelligere responsionem Auer. de toto aggregatione, non de toto per se: nam de toto per se uolunt ipsum dicere aliquid additum distinctum à partibus. Cuius positionis fortasse ratio est, quia Auer. 7. metaphy. commen. 60. inquit: Sed ex congregato ex eis fiet aliquod additum aliud à componentibus, ut syllaba quę fit ex literis, syllaba enim non est literæ ex quibus fit, sed est aliquid additum literis. Et similiter caro non est terra & ignis, ex quibus componitur, sed est aliquod aliud additum. Sed hæc positio non est ad mentem Auer. nam 7. meta. cõmen. 39. uniuersaliter inquit: Intendebat ꝙ ens eiusdem speciei. s. ꝙ esse totius est esse partium. & cõme. 48. ait: Et uniuersaliter omnis natura congregata ex duabus naturis cõuenientibus, necesse est ut sit de natura cõponentium. & ita uidetur Auer. uniuersaliter uelle, ꝙ totum sit suæ partes simul sumptæ, & ẽ contra partes simul sumptæ sint totũ: & hæc sunt uera de omni toto cum suis partibus, ut Auer. ubiq; innuit. Est tamẽ attentione dignũ ꝙ totum per se, quod est uerè & per se unum, ut mixtum & compositum ex materia & forma, & id genus, addit partibus ordinẽ essentialem, quo partes ipsæ componuntur in ipso toto: Totum uero tactione, aut continuatione, talem ordinem partibus non superaddit, & ita intelligit Auer. 7. meta. com. 60. ꝙ additum dicit partibus, non ꝙ dicit esse, aut entitatem aliam, sed ordinem. Qua ratione fit ut totum sit suæ partes ordinatæ, partes uerò simul sumptæ non sunt totum, nisi addatur ordinatæ: partes. n. simul sumptæ & ordinatæ sunt suum totum, at in totis cõtiguis vel continuis totum est suæ partes simul sumptæ, siue cum ordine siue preter ordinẽ, cui de ratione totius hoc modo accepti nõ sit ordo essentialis. Hæc sine dubio est positio Auer. ubiq;, ut quarto huius. com. 43. & alibi. Et licet quæstio hæc sit magis metaphysica, tamen quædã breuibus pertingamus. Est igitur prima positio quorundam acutorum iuniorum, Primò ꝙ totum distinguatur realiter à partibus coniunctim & diuisim, & probant primò, quia aliter non esset differentia inter totum quod est per se unum, & totum per accidens, quia utrunq; esset suæ partes. Secundò, totum ipsum est per se terminus generationis: partes uerò nec cõiunctæ nec diuisæ sunt per se terminus generationis, igitur totum distinguitur à partibus. Tertiò arguunt ratione Aristo. in fine. 7. meta. qa manet a. & b. & nõ manet a. b. modò idem realiter non potest manere & nõ manere: igitur a. b. est aliud realiter ab a. & b. similiter argui potest in alijs. Quartò, tunc cõpositum est ut animal non esset per se causatũ à suis causis intrinsecis, quoniã nihil est causa sui. Quintò, tunc nullum ens esset, cui per se inesset propria passio, siue ꝓpria operatio, aut quodcunq; accidens propriũ illius speciei, quia hæc non sunt materiæ nec formæ. Dicunt secũdò ꝙ totum ipsum est alia quædã entitas absoluta, realiter distincta à partibus simul sumptis, & diuisim acceptis, & hoc probant maximè per hoc, ꝙ solus respectus non sufficit ad hoc, ut totum dicatur, per se unum, quia per idem esset in toto per accidẽs. Dicunt tertiò ꝙ illa entitas superaddita partibus est forma, non quidem partis & perficiẽs partem, sed quidditas quædam totius: dicta quidem forma respectu totius, non constitutiua aut informans, sed forma qua compositum est ens quidditatiue. Multa alia addunt quæ omitto: Pro hac positione arguũt iuniores, primo quia ea quæ fundant prædicata contradictoria realiter diuersa, sunt realiter distincta, secũdo quia tunc homo esset æternus, nam hæc materia & forma æterna, demonstratis materia & aĩa ratiõali: hæc eadem sunt hõ, igit hõ est æternus. tertio per rationẽ Ari. quæ sunt eadẽ eidẽ numero, sunt eadẽ inter se, & ita materia & forma esset idẽ numero. quarto tunc quatuor essent mille & alia multa. Multa alia facit Albertilla, quæ cum ipse soluat, præterimus. Sed hæc positio (ut mihi uidetur) non est peripatetica, & esse uidetur cõtra eos. Contra eos quidem, quia distinctio realis per eos est inter rem & rem: res autem est essentia cum existentia: igitur totũ haberet aliam existentiam à partibus, quod nunꝗ est auditum à seculo. Secundò ipsi sumunt pro maxima ꝙ quæcunq; sunt realiter distincta, possunt separari secundum rem in esse, modo nec partes simul sumptæ possunt à toto separari, nec totum ab illis: igitur non distinguuntur realiter. Tertiò, quæcunq; sunt eadem formaliter, sunt eadem realiter, qa per eos distinctio realis infert formalem, & identitas formalis infert identitatẽ realem, modo totum et partes sunt idem formaliter, quia partes per eos sunt de quidditate totius, & ita hæc erunt eadem realiter. Est etiã contra peripateticos quo ad modum loquendi, & quo ad rem ipsam: quo quidem ad modum loquendi, quia non inuenimus apud peripateticos distinctiones hoc modo dictas. Nullibi enim legi ab Arist. Alexãdro, Theophrasto, Themistio, & Auer. aliqua distingui realiter, uel formaliter, uel essentialiter, sed aut numero siue subiecto, aut ratione siue diffinitione, & apud peripateticos quæcunq; ratione & diffinitione eadem sunt, subiecto eadem & numero erunt. Tales itaq; modos loquendi sophisticos & extraneos, non ad aures peripateticorum diiudicamus, nec dignos Philosopho. Quo uerò ad rem ipsam, quia Aristo. 2. de anima, inquit. Sed ut oculus est anima & uisus, ita quoq; anima & corpus animal. Vbi Auer. com. 10. inqt idem, & Themistius etiam idem ibidẽ sentit. Præterea apud ꝑipateticos eadẽ est forma totius & partis, ut Auer. tradit. 7. meta. commẽ. 36. & uult ꝙ quidditas recti sit ipsum rectum, hoc est, ipsa forma totius, & eius forma: est enim forma partis quatenus perficit materiam, quatenus uero ab illa sumitur species, est forma totius, propterea uult ꝙ quidditas sumpta per modum totius, & concreti,

Margin notes (left column): Dubiũ — Quę Auer. — Quæ The. — Expõ aliquorum. — Cõfutatio.

Margin notes (right column): Rõnes additæ ab aliis. — Confutatio prima. Prima põ. — Secunda — Tertia. — Cõfutatio secunda. — Cõfutatio tertia. — Confutatio quarta.

Expō cu. cullatorū. de specie ipsa prædicatur, ut uerò sumitur per modū partis, nō prædicatur. Cucullati huius factionis dupliciter positionem eorum principis enituntur exponere, ut tollant in dictis eius contradictionem. Primò uolunt totum distingui realiter à partibus simul & diuisim sumptis mutuo ac uicissim, dicunt tamē illa esse eadem formaliter ac essentialiter, & hoc pro tanto, quia tenent distinctiones non habere inter se ordinem, cùm una aliam non inferat. Secundò uolunt partes esse toti easdem formaliter, quia sunt de illius, quidditate ac essentia, non tamen è contra: & consequenter dicunt totū esse idem realiter partibus, partes autem non easdem realiter toti: qua ratione concedunt ordinē in distinctionibus. Sed hæc non sunt peripateticè dicta, nec hunc modum loquendi unq̃ aliqs peripateticus insomniauit. Quod ideo dico, quia tales cōfusiones sunt causæ occultationis, nostris temporibus, ueræ philosophiæ, contra quorū authores in præsentiarum nihil dico, nisi quod tales non sunt digni legi, aut audiri in scholis peripateticorū. Peripatetici uerò, ut Themistius, & Auer. hîc breuibus dicunt, ꝙ tenendo uerbū Omnes, aut uerbum Partes, collectiuè, partes sunt suum totum, & omnes partes sunt suum totum, quoniam totum non superaddit aliquam entitatem tertiam partibus simul sumptis. Tenendo uerò uerbum Omnes, & uerbū Partes, diuisiuè sic hæc est falsa, omnes partes sunt suum totū, uel partes sunt suum totum, ut rationes Albertillæ nostri rectè probant. Vtrum uerò totum sit suæ partes, captiunculator noster Albertilla multas sophisticas conclusiones componit: ego uerò absolutè dicerē ꝙ totum est suæ partes, & hoc eodem modo sumendo partes, uidelicet collectiuè, & non diuisiuè, quibus perfacile soluuntur rationes cucullatorum & omnium illius factionis. Ad primam dicerem non esse differentiam quo ad hoc, ꝙ partes sunt suum totum, & totum suæ partes, sed bene quo ad modū quia totū per se est suæ partes per se, & partes per se suū totum. Totum per accidens suæ partes per accidens. Ad secundum concedo partes simul sumptas siue collectiuè tentas, esse terminum per se generationis, non autem partes diuisiuè sumptas. Per idem ad tertium, manet enim a. & b. diuisiuè tenta, non autem collectiuè, propterea collectiuè partes sunt suū totū, diuisiuè uerò nō sunt suū totum. Ad quartum dico, ꝙ partes diuisiuè causant suum totum, & hæ non sunt suum totum: Partes uerò collectiuè non causant suum totum, & hæ sunt suum totum. Per idem ad quintum. Ad rationes aliorum, & ad primam dico, ꝙ bene totum & partes diuisiuè tentè fundāt prædicata contradictoria, non autē partes collectiuè, & ipsum totum, quicquid enim de toto, & de illis prædicatur. Ad secundum nego consequētiam, & concedo, hæc sunt æterna demonstratis materia & forma hominis, hæc sunt homo: & nego ꝙ homo sit æternus, sed bene est æterna, qđ concedo. Ad tertiam Aristo. ratio est intelligenda ut iacet, uult enim ꝙ si aliqua sunt eadem toti ut indiuisibili, illa erunt eadem inter se: arguit etiam probabiliter non demonstratiue. Ad ultimum concedo quatuor esse mille: nam secundū aliam rationem sunt quatuor, & secundum aliam mille. Hæc sunt peripatetice dicta, & multa alia dici solent quę supersedemus breuitatis causa.

Pō peripateticorū.

Confuta.

Solutionū.

Tex. 18. Si uerò unū est uti indiuisibile, ipsum ens neq; quantum, neq; quale, neq; tandem infinitum, ut Melissus inquit: neq; finitum erit, ut Parmenides contendit, terminus enim indiuisibile quid est, & non finitum.

Expositio. Secundò destruit secundam diuisionis partem, & probat illud unum esse non posse indiuisibile atq; unum indiuisibilitate. Dicebant enim tria ueteres, ꝙ illud ens quod est unum, erat corpus, & figuratum certa ac statuta figura, finitum uel infinitum. Propterea inquit: Si illud ens sit unū indiuisibile, illud tale ens quod sic ponunt, neq; erit quātum, hoc est, corpus, neq; quale, hoc est, figura aliqua affectum, neq; tandem erit infinitum, ut Melissus inquit, neq; finitum, ut Parmenides contendit, & huius causam asserit: Quia terminus indiuisibile quid est, & nō finitum, neq; sup. infinitum.

Si autem omnia entia unum sint ens ratione, ut uestis & tunica, Heracliti sententiam ipsi dicere coguntur: eadem enim erit boni atq; mali essentia, itemq; boni & non boni. Quare & idem erit bonum & non bonum, atq; homo & equus. Et nō modo de ipsis entibus eius quod est unū ratio erit, sed eius quod est non unū. Insuper etiá quantitatis & qualitatis eadem erit essentia. Tex. 19.

Vltimò confutat tertiam diuisionis partē, & probat ꝙ omnia non sint unum definitione, per hoc quia tunc cogerentur fateri errorem Heracliti, uidelicet ꝙ contraria definitione sint eadem ut bonum & malum. Secundò cōtradictoria ut bonum & non bonum: nam ut Themistius inquit, malum est non bonum, et ita si concedunt contraria esse ratione eadem, etiam contradictoria concedere coguntur. Tertiò, eadē erūt & disparata, ut homo & equus. Quartò, eadem ratione erunt priuatiuè opposita unum & non unum, quia de ipsis entibus unum dicitur, & multa quæ sunt non unum, saltem secundum apparentiam. Demum eadem erunt diuersa, ut quantitas & qualitas & cætera prædicamenta. Sunt igitur (ut Themistius innuit.) quinque modis aliqua non eadem, aut contrarietate, ceu bonum & malum, album & non album: contradictione ut bonum nō bonū: disparatione siue differentia, equus, homo, capra, leo, & cætera id genus: priuatione, ut unum & non unum, siue ens & non ens: diuersitate, quātitas, & qualitas, & omnia hæc esse eadē ex dictis sequitur. Quęrunt hîc utrum aliquod indiuiduum siue indiuisibile possit esse quale. Debes scire ꝙ hæc quæstio non est necessaria, qa Aristo. per quale intelligit figuratum, modo quo ueteres dixerūt illud unum esse quale, hoc est, figuratum. Sed siue necessaria sit siue nō, Ioan. gādauensis tenet ꝙ indiuisibile alteri inhærēs, ut punctus aut unitas, potest esse quale, saltem per accidens quatenus inest alicui, quod est quale. Et in hoc non facimus uim, nam si talia indiuisibilia dentur, & actu sint, oportet concedere esse qualia saltē per accidēs, ut musicū est grāmaticum, quatenus insunt ei quod est musicum & grāmaticum. Sed quæstio est de indiuisibili per se existente, quale est deus, intelligētiæ, & intellectus humanus. Respondet rursus Ioānes ꝙ indiuisibile hoc modo sumptū, est quale prima ac secūda specie qualitatis, ut intellectus humanus subijcitur habitui siue scientiæ, siue sapiētiæ, & hoc quo ad primam speciem, subijcitur etiam potentiæ naturali, ut potentiæ intellectiuæ, cum sit potens omnia fieri: non autem esse potest quale, tertia aut quarta specie qualitatis, et hoc probat Ioānes primo de tertia specie, quia imobile. Secundò ut Arist. arguit, tunc idem posset uideri & nō uideri per casum, in quo ipsum indiuisibile poneretur in ultimo sphæræ intra quam potest esse uisio: tunc uideretur, quia in ultimo sphęræ uisionis, & non uidereť, quia in principio sphæræ nō uisionis: deinde de quarta specie probat, qa illa cōsequitur q̃titatē, ut dicit septimo huius: est. n. figura qualitas i quātitate. Sed Ioannes errat physicè & theologicè, physicè quidē, primo qa prædicamēta sunt ordinata ſm prius & posterius natura, ita ut substātia sit prima, secunda quātitas, tertia qualitas, & deinceps cætera. Tunc arguo qcqd absoluit à priori, absoluit à posteriori, sed indiuisibile per se existēs absoluit à q̃titate pdicamētali, igiť à qualitate, q̃ est naturaliter posterior q̃titate, & ita uniuersaliter non potest esse quale, sicut nec q̃tum. Secundò specialiter ea puritate apud Auer. quę ipse sequiť, qua intelligētia orbis est substātia separata, & actus purus, intellectus ipse est actus purus, sed nulla intelligentiarum subijciť accidētibus, propter eius actualem puritatem, igitur nec intelle-

Expositio

Quot non eadem.

Quęstio.

Pō Ioan.

Alia pars pōnsi Ioā.

Confuta.

ctus humanus. Tertiò speciatim arguimus .3. de anima, q intellectus humanus, nec habitui, nec dispositioni, nec potentiæ naturali subest: habitui quidem nō, quia habitus est circa potētiā neutram, 2. ethico. modò intellectus est summè inclinatus ad intellectionem: igit in illo nō potest poni habitus dispositioni minimæ, quia dispō est habitus corporis. Potentiæ naturali nequaq̃, quia potētia & actus sunt circa idem, cùm igitur tale in diuisibile subesse non possit alicui actui potentiæ, igit nec potentiæ. Sed de his quære diligētius in lib. nostro de intellectu. Sic igit physicè loquendo dicere cogimur, nullū tale indiuisibile posse esse quale aliqua qualitatis specie. Nec uerò theologicè, tenent enim theologi, indiuisibilia subesse posse qualitatibus primæ speciei & secundæ, ut de intellectu & intelligentijs planè dicunt: etiā & tertiæ speciei, qui animas & dæmones īdiuisibiles subesse pœnis & doloribus, maximè aīas maleficorū (ut Pythagoras etiam ait.) affirmāt, & ita nec theologicè sentit, uerū qa Aristo. physicè processit, rectè cōtra ueteres militauit. Hæc de quæstione.

Tex. 20. At cum iuniores etiam, quemadmodum & ueteres perturbabantur, ne ipsis eueniat ut res eadem simul sit unū & plura, iccirco alii ipsum. Est, auferebant, ueluti Lycophron: alii dictionem mutabant, hominem non album esse dicentes, sed albere: neque ambulantem esse, sed ambulare, ne ipsum Est, adiicientes id quod est unum multa diceret, ac si unice ipsum unū aut ens ipsum diceret.

Expositio. Alia positio fuit, (ut Themistius narrat.) q ea sola esse putandum sit, de quibus hoc uerbum. Est prædicabatur: at cum de sola substantia uerbum illud prædicari putarent ut Socrates est, solam substantiam esse affirmarunt: cæteri uerò à multitudine entium abstulerunt. Sed contra hoc solitum erat argui, quia hæc est uera, Socrates est albus, Socra. est ambulans, & id genus: sed cum ipsum. Est inter multa constituebat, idem esse unum & multa sequi uidetur, ut Socrates est ens & unum, quatenus est substātia: multa uerò quatenus subijcit accidētibus, & ita nō tantum substantia ipsa est ens, & unum. Huic cauillo respondebant iuniores post Parmenidē & Melissum. & hoc inquit: At cum iuniores etiam quemadmodum & ueteres perturbabantur simili absurdo, ne uidelicet eueniat ut res eadem simul sit unum & plura, iccirco bifariam respōderunt, alij ut Lycophron ipsum. Est, auferebant, dicentes hominem album, non hominem esse album. Alij (ut Plato) dictionem mutabant, hominem non album esse dicentes, sed albere, neq; ambulantem esse, sed ambulare. Fecerunt autem hoc ne ipsum. Est, adijcientes id quod est unū vt substantia ipsa, multa diceretur: Et hoc pro tanto pro absurdo susceperunt, quia ipsum unum & ens unice dici, uidelicet pro substantia contendunt. His igitur duobus modis à cauillo aufugiunt.

Tex. 21. Sed ea quæ sunt, multa sunt, aut ratione, quomodo quidem alia est ratio albi & musici, subiecto uero eadem, ipsum ergo unum plura nimirū est? Aut diuisione, uti totū ipsum ac partes, quo quidem in modo deficiunt conceduntq; unum plura esse, modò non eadem sed opposita ratione idem sit, unum & plura, nam ipsum unum est & potestate, & actu. Hoc igitur modo rem hanc nobis assequentibus, impossibile uidetur entia ipsa unum esse.

Expositio. Obijcit autem Arist. quasi respondens & declarans, quonam modo potest idem esse unum & plura, & concedit unum posse esse plura multifariam, ad propositū uerò trifariam. Primò subiecto & ratione, ut Socrates subiecto unus est: ratione uerò & accidente plura. Secundo diuisione, quo modo aliquid est unum toto, plura uerò partibus. Tertiò in actu unum, plura potestate. Et in horum modorum secundò defecerunt & coacti fuerunt cōcedere unum plura esse, nō eodem respectu, sed diuerso: ueluti idem est unum actu, plura potestate. Quod uerò ad uerba græca attinet, Arist. nōnūq̃ εἶναι, hoc est, esse, pro ratione siue essentia, ac definitione sumit: propterea quotiens sic sumit, nos positionem transferemus. Verba uerò illa, subiecto uero eadem, græcè leguntur, eodē uero ambo: Quæ cum nequaq̃ sonent, nos ad sensum, ut clariusculus textus esset, illo modo transtulimus. Verba etiam illa, modo non eadem, sed opposita ratione idem sit unum & plura: obscurè in græco sic leguntur, tanquā non contingens idem unum esse ac plura, nō opposita autem: Sed cum supersit negatio secundo loco posita, melius ad sensum transtuli modo illo, Qui enim uerbis adijciunt, ita ad unguē. Aristo. codices non modo nō intelligunt, sed euertunt. Verū (ut promisimus.) ubi græca series obscura est, & aliqua aut linguæ differentia, aut uerborum obscuritate, ad sensum trāsferemus, semper in cōmentationibus nostris annotabimus, ut fideliores cæteris habeantur. Debes scire q tantum substantiā esse, potest intelligi dupliciter: Vno modo per se ac principaliter, & sic rectè ueteres & iuniores concedunt, & hoc etiam Aristo. ipse in .7. meta. libro concedit. Alio modo solam esse ens, hæc modo ut sit ens & nihil non substantia sit ens aliquo modo, & hac ratione Aristo. positionem hanc hac in parte refellit. Et de positione illorum hactenus. Verborū expositio. Decl° positionis antiquorum.

Tex. 23. Insuper etiam ea ex quibus demonstrant, soluere non est difficile: uterque enim captiose ratiocinatur, & Melissus & Parmenides, nam & falsa sumunt & syllogismo peccant. Melissi tamē captiuncula magis est fatua, quippe cum nullam prorsus difficultatem afferat, uerū uno absurdo dato, cætera accidunt, quod quidem non est difficile.

Expositio. Duo (ut inquit Auer.) requirit perfecta disputatio, & ut positio reprobetur, & rationes soluantur. Hactenus positionem. Asserit tamen quæstionum soluere deliquia ac cauillos, nō esse difficile, quia uterq; captiose ratiocinatur, quod græce est sophistice, latine captiose, siue uitiose, siue litigiose, siue contentiose, nam & falsa sumunt, & ita peccant quo ad materiam & ἀσυλλόγιστοί εἰσι, hoc est, & in syllogismo uitia cōmittunt, uel in forma peccant. Melissi tamen λόγος siue ratio, siue cauillus, siue captiuncula magis est φορτικός hoc est, importuna, aut inepta. aut stulta: quippe cum nullam prorsus difficultatē afferat. Auer. inquit q sermones eiusmodi sunt uani, quoniā non attingunt finem, ob quem instituebantur, cùm nō concludāt. Sermo tamen Melissi est magis uanus, quia omnino non concludit: sermo Parmenidis concludit, sed nō quæ sunt ad propositum suum: uerùm (ut inquit.) uno absurdo dato, cætera accidunt, quod quidem non est difficile. Que Auer com. 22.

Tex. 24. Quod quidem igitur Melissus uiciose argumētetur, perspicuum est: putat enim esse sumēdum, si omne quod factum est principium habet, etiam quod non factum est, principium non habere. Deinceps etiam hoc absurdum est putare, cuiuslibet esse principium rei, & non temporis, & generationis non simplicis, sed etiam alterationis, quasi non fieret ulla subitaria mutatio.

Expositio. Vt uero intelligatur ratio Melissi, debes scire q potest formari enthymematicè à primo ad ultimum, medijs nō uariatis hoc modo, quod factum est habet principium: igitur quod non factum est non habet principium tenet enthymema à destructione antecedentis, ad destructionem consequētis. Vltrà, quod non factum est, non habet principium, igitur ens nō habet principiū tenet enthymema, quia ens non fit cum nec ex ente, nec non ente, ut dicetur.

Vltrà,


A Vltrà, ens non habet principiũ, igitur nec habet finem. tenet etiam enthymema, quia omne nõ habẽs principium non habet finem. Vltrà ens nõ habet principium neq; finem, igitur est infinitum: per descriptionem infiniti est infinitum, igitur ĩmobile & unum: ĩmobile, quidem, qa nullum habet locũ extra ad quem moueri possit: unum uerò, qa totum occupat. Sic igitur ipsum ens est unum infinitũ & ĩmobile, ut Melissus sentit: sed cauillus hic, ut Themist. innuit, trifariam peccat. Primò, qa arguit ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis: non enim sequtur, est factum, igitur habet principium: quare si non factum, non habet principium: ut nõ ualet, si homo est, animal est: non autẽ est homo, neq; igitur animal. si ambulat Socra. mouetur, non autem ambulat, non igitur mouetur. Secundò peccat, qa Melissus sumit factum omne habere principium, modo principium est aliud temporis, ut cũ dicimus geniturę suę principium habuisse Platonem hũc uel illum B diem. Aliud rei & magnitudinis, quẽadmodum caput uię & cuiusuis spatii dicimus esse principium, tunc ad rem uidetur ꝙ illa propositio est æquoca, omne factum habet principium: & est uera de pricipio temporis, homo enim, equus, olea, atq; platanus, cum fiant, principiũ habẽt temporis suę geniturę, & ex hoc nõ habetur ꝓpositum. s. ꝙ si non habet principium temporis, nõ habeat principiũ magnitudinis. Si uerò de principio magnitudinis intelligatur, sic illa propositio est falsa, cùm non omnia facta principiũ magnitudinis habere possunt, qualia sunt ea quæ nõ simpliciter fiunt, sed ꝑ alterationem & momẽtariã mutationem progenerantr: in talibus enim magnitudinis nõ datur principium, cum in alteratione non detur prima pars alterata: in subitariis uerò, cum fiant omnia simul, nihil est altero prius, & ita non potest assignari principium. Tertiò peccat, qa dato ꝙ ens non habeat principiũ temporis, nihil prohibet habere principium magnitudinis, ueluti cœlum. Multi alii errores esse possunt, sed hi satis sunt Arist. C uerò tangit duos errores, & de secũdo inquit: Deinceps etiam hoc absurdum est putare, cuiuslibet facti esse principium rei siue magnitudinis, & nõ esse principium temporis & generationis nõ simplicis, sed etiã alterationis. q. d. ꝙ absurdum est putare omne factum habere principium, accipiendo principium pro principio magnitudinis, & nõ pro principio temporis, quia hoc est falsum de subitariis: & ita hoc nõ esset uerũ, nisi dato ꝙ nulla sit subitaria mutatio. Quod uerò ad uerba græca attinet, παραλογίζειν est uitiose ac captiose arguere: propterea ratio hæc paralogismus appellatur, qa uitia cõmittit talia. Sed circa hæc solet dubitari, primò quia ualet, est homo, ergo disciplinæ capax: &, nõ est homo, igitur non disciplinæ capax. Secundò dubitatur, quia omne finitum habet principiũ suæ magnitudinis, & ita tam alteratum q̃ subitò factum habet principium magnitudinis. Ad primã respondet Aris. 2. topico. cap. 22. ꝙ constructiue ualet à positione ãtis, destructiue uerò ẽ contra à destructione cõsequentis, ut deducit ꝑ omnes oppositionis species: & Aris. probat hãc regulam inductione. Auer. in cõme. reddit causam, quoniam bene ad subiecti affirmationem sequitur prædicati affirmatio, cùm prædicatum prædicetur de subiecto, & omni quod disponitur per subiectum, ut Boe. inqt, in ante predicamentis, parte illa: Quãdo alterum de altero & reliqua. Contra autem ad negationem subiecti non sequitur negatio prædicati, quia cùm prędicatum sit in plus subiecto, potest de uno alio à subiecto affirmari: propter hęc sequitur ꝙ gratia materiæ interdum quotiens possunt extrema cõuerti, sequitur prædicatum ad subiectum destructiuè & cõstructiuè, ut ratio ante oppositum procedit. Hæc de prima. Debes scire pro solutione secũdę, ꝙ magnitudo finita potest dupliciter accipi: Vno modo ut subest mutationi & motui, alio ut magnitudo est. Primo modo non habet principium: ut enim subest alterationi, nulla est pars prima, ut disputabit in. 8. & 6. Si ut subest mutationi momentariæ, sic nec habet primam partem, quoniã mutatione subitaria id fit, cuius una pars nõ fit prius altera. Si aũt E consideret ut magnitudo finita est, & in facto, sic duobus pũctis terminatr, ut Arist. loquit primo mõ. Ex iis oibus patet tres primas illationes in cauillo Melissi nullas eē: prima qdem nulla, qa arguit à destructione ãtis. Secũda minimè, quia arguit de principio tẽporis, & sic nõ ad propositum, Tertia uerò nequaq̃, quia si arguit de principio magnitudinis, data est instãtia in alteratione, & subitariis.

Dubõnes. Pria dubõ Secunda. — Solo. — D — Quę Auer. cõ. 23. — Solo scdę.

Post hæc etiã cur ímobile est, si unũ sit? Cur. n. quẽadmodũ & pars, cũ una sit hęc aqua in eodem mouetur, & non ipsum omne? Itemq; cur alteratio non erit? Insuper etiã neq; unũ esse potest specie, nisi eo ex quo: quo quidem etiã modo nonnulli naturales unum omnia esse asserunt. Illo uerò modo non: homo nanq; specie differt ab equo, & contraria inuicem. Tex. 25. F

Reprehẽdit ulterius Melissum quo ad quartam illationẽ dupliciter: primò quia non ualet in latione, totũ est ímobile, igitur nihil illius mouetr, & per consequens potest eē infinitum, & moueri ꝭm partes, & hoc inquit: Post hæc etiã dato ꝙ ipsum omne sit infinitum, quo modo sequitur ꝙ sit ímobile. Primò in motu locali sequi non uidetur, quia potest uniuersa aqua quiescere & pars moueri: sic potest uniuersum & omne quiescere, & partes moueri, ut dicetr in fine. 6. ad cauillũ Zenonis. Secundò in motu alterationis, quia potest totũ quiescere, & moueri alteratione. Vltimò peccat, quo ad ultimã illationem, uidelicet est infinitum & ímobile, igitur unum: bene. n. sequitur ipsum esse unum ꝭm subiectũ & materiã, quo etiã naturales qdem concedunt oĩa esse unum: non autem ꝭm formã & speciẽ, cùm homo specie ab equo, & unum cõtrarium ab altero differat, materia autẽ unum sint: & ita si uelint oĩa unũ esse quo ad materiam, rectè aiunt: si quo ad formã, errãt. Hęc ad cauillum Melissi. Quęrunt hĩc utrũ aliquo toto quiescente, possit illius pars moueri. Sorticolę addicti captiũculis & uerbis, concederent parte mota posse quiescere totum, saltem in motu mixto alteratione & latione, non autem motu purè locali, quia potest una aeris pars quiescere altera calefacta ac rarefacta, & ita localiter mota: negarẽt tñ totum posse quiescere aliqua parte uel q̃libet mota. Causa huius captiunculæ est, quia totum ẽ parte subiecti accipitur distributiuè ꝑ qualibet parte eius, quod græcè ut Ammonius inquit in libro de interpretatione, syncategorematicè dicitur à parte uerò prędicati accipitr indefinite pro ente habẽte partes, quod etiã ab eodẽ Ammonio categorematicè appellatr. Iuniores uero magis physicè, non multum circa uim uerborũ attendẽtes, cõcedunt absolute cũ Auer. in cõmen. qualibet parte mota motu non pure locali posse totũ quiescere. Hoc probant tum uerbis Auer. præsenti cõmẽ. 24. tũ secũdò ponendo ꝙ a. sit unũ corpus orbiculare, cuius nulla superficies ultima nequaq̃ rarefiat uel condensetur, nec prorsus motu aliquo moueatur: pars uerò quælibet eiusdem inter cõuexam & concauam moueatr rarefaciendo se uel condensando. Tunc casu isto posito quęlibet pars corporis orbicularis a. a. mouetr & totũ quiescit, cum nec circulariter moueatur, cum nulla eius superficies moueatur circa centrum b. nec motu recto, quia a. a. manet continuo in eodem situ numero, nec appropinquãdo centro b. nec recedẽdo. Multa dicũt hic de sup̃ficie totius, & de uirga inflexa, quę cũ bene sint dicta, nunc sufficiant. Sed aduersus hãc positionẽ instant, primò quia si q̃libet pars aucti augetr, totũ augetr, ut dicit in primo de generatione: igit si quęlibet pars moti mouetr, totum mouetur. Secũdò, si qli-

Expositio — G Quęstio. Põ. sortico larum. — Põ iuniorũ. — H — Replic.



I bet pars alterati alteratur, totū alteratur: igitur si quęlibet pars moti mouetur, totum mouebitur. Tertiò, omnes partes orbis a. a. mouētur, orbis a. a. est suę partes, igitur totus orbis a. a. mouetur. Sed hę positiones possunt concordari supponendo, primò ꝙ pars quæ nō est separata à toto, mouet & quiescit ad motum & quietem totius. Hæc patet, quia ut pars ipsa nō habet esse, nisi in toto, ita nō habet motum uel quietem nisi ratione totius. Suppono secūdò tandiu totū quiescere quādiu nō mutat sitū. His stantibus dicerem quālibet partem moueri, & quālibet quiescere, non tñ eodem modo: moueri quidē motu ꝓprio quo uidelicet illa pars acquirit propter rarefactionē quandam alietatem, uel propter cōdēsationem: quiescere uerò quo ipsa est pars totius quiescētis. Prima igitur positio loquitur de partibus quatenus aliæ sunt à toto, secunda quatenus sunt ipsum totum uel ipsius totius. Nonnulli uerò, & nō imperitè concedunt infinitas esse partes ipsius a. a. quæ non mouētur localiter: infinitas quoq; esse, quarū quęlibet mouetur localiter. Prima pars patet, quia infinitę sunt partes quę terminantur ad superficies a. a. quarū quęlibet quiescit, uelut ambę illę superficies. Secūda etiā pars patet, quia infinitæ sunt partes inter a. a. superficies quarū quęlibet mouetur ſm se totam. Tunc tenent qualibet parte mota nō esse uerum ꝙ totum quiescat, quia licet infinitè partes mouentur, infinitè quiescunt, & ita non omnes mouent. Hęc pro nūc sufficiant ad uerba Aris. & Auer.

Cōcordia.

Expō aliquorum.

K

Tex. 26 Idem & in Parmenidem est modus rationum, tametsi nonnulli alii proprii sint, atq; solutio eadem, tum quia falsa sumit, tum quia non concludit. Falsa quidem sumit, quatenus ipsum ens dici simpliciter sumit, cum multipliciter dicatur: non concludit uerò, quatenus si sola alba sumantur, ipso albo unum significante, non minus alba plura erunt, & non unum, Nam album ipsum nec continuatione unum erit, nec ratione, siquidem alia sic

L albi ratio, alia eius quod album suscepit. Atq; nō erit præter illud, ipsum albū separabile: nō enim quo rationem propriam habet separabile est, licet albi ratio & eius in quo est, diuersa sit. Sed hoc Parmenides nondum uidit.

Expō Parmenidis uerò motiuū potest esse uno modo sic, qcqd est pręter ens est non ens, quicquid est ꝑter unum est non ens, igitur i secūda figura unū est ens: & hoc modo format ipsum Themist. Improbat Arist. cauillum hunc, primò quia sumit falsum: nam sumit ens dici uno modo tantum pro uno numero, Aliter nihil concluderet, quod tamen dicitur de decem ꝑdicamētis. Secūdò, qa peccat i forma, qa non quilibet syllogismus huic similis concludit, ut ponat ꝙ album sit idem quod ens: & arguo sic, qcquid est ꝑter album est non ens, quicqd est ꝑter unum est non ens, igiť unum est album. Patet ꝙ syllogismus nō concludit, quoniam possunt propositiones esse ueræ: prima quidem sumēdo album cōmuniter ad omnia alba, secūda eodem mo-

M do. Et tamen plura possunt esse alba numero, ut cygnus, nix, & cerusa: etiam & definitione, quia alia est ratio albi, alia subiecti. Auer. autē format cauillū Parmenidis hoc modo, qcqd est ꝑter ens est nō ens, nō ens & nihil conuertuntur, igitur quicquid est præter ens est nihil: sed ens & unum conuertuntur, igitur quicquid est præter unū est nihil: & ita tantum unum est ens. Hic igitur syllogismus errat, primò quo ad materiam, quia sumit ens dici de una intentione, cum dicatur de pluribus: nam hæc nomina ens & non ens dicuntur de decem ꝑdicamentis, quod intelligunt hoc modo, qa de quolibet ꝑdicamento prædicať ens quod est ipsum, & nō ens tale. ut de substantia, ens quod est substantia, & non ens quod est quantitas uel qualitas. Quo fit, ut inqt Auer. maiorem non esse uerā nisi accepto nomine entis pro communi quodam ad omnia prædicamenta: Et sic non concludit propositū, uidelicet ꝙ ens est

Quę Auer. cō. 25.

tātum unum numero, sed unum transcēdēter. Quod uerò ad uerba attinet, uerbum illud, & si sint alii proprii, Auer. uult esse alios modos proprios aduersus Parmenidem, qa contra Parmenidem possumus contradicere ex dictis suis, quæ probabilia sunt: contra Melissum uerò minimè, cum nihil probabile dicat. Properea Arist. contradicit Parmenidi dupliciter, primò ꝑ modum quo cōtradixit ipse Melisso, ostēdendo cauillum peccare in materia & forma: secundò ex cōcessis ab illo. Quod igitur Parmenides peccet quo ad materiam, perspicuum. Deinde ostendit ꝙ peccat in forma, nam sermo concludens per se debet cōcludere in omni materia, ut inqt Auer. unde Sorticolæ aiūt formalem eē consequentiam, quæ est bona, & qlibet sibi consimilis. Modo dato ꝙ sola alba sumātur loco entis ipso albo significante unum, siue cōuertibili existente cū uno, adhuc alba plura erunt, & non unum: nam album ipsum nec cōtinuatione siue numero unum erit, nec ratione. Numero qdem non, qa plura numero sunt alba, ut cygnus, nix, & cerusa: ratione uerò minimè, qa ratio albi alia est à ratione subiecti. Sed dices, si ratio albi est alia à ratione subiecti, tunc album eē poterit separatum à corpore: propterea addit: Atq; non erit ꝑter illud quod suscipit album, ipsum album: non enim quo sup. rationem propriam habet, & ratione differt à subiecto, separabile est ab illo, licet albi ratio, & eius in quo est diuersa sit. Verùm (ut addit) hoc Parmenides nōdum uidit, non enim poterat uidere res eē ratione diuersas, & nō separari: omne enim ratione differēs apud ipsum separari potest, sic igitur patet ipsum peccare in forma. Ex iis patet eē Peripateticum, decem prædicamenta subiecto eē eadem ac unum, definitione eē diuersa, ut Themistius, Auer. & Arist. asserunt. Qui uerò prædicamenta asserunt differre realiter, uel formaliter, uel eētialiter, uel aliquo modo talium, nō Peripatetice loquuntur. Similiter qui dicūt ea eē eadem realiter, nec Peripateticè loquūtur: omnis enim distinctio apud Peripateticos est, aut in subiecto, aut in ratione, tametsi distinctio in subiecto multifaria sit, ut dicemus fortasse in elencho aduersus distinctiones iuniorum, quam facere decreuimus. N

O

Quid sit peripatetticū de distinctione decē prædicamentorum

P

Necesse igitur est sumere eos qui dicūt unum esse ens, non modò unum significare ipsum ens, de quo quidē prædicabitur, sed & id quod ꝓpriè est ens quod propriè unum est: accidens enim de subiecto aliquo dicitur. Quare illud cui ipsum ens accidet, non erit, est enim aliud ab ente: erit ergo aliquid non ens. Non erit itaq; alii inexistens, uel id qnod proprie est ens. Non enim rationem entis subibit, nisi ipsum ens plura significet, hoc modo ut unumquodq; ens sit. At ipsum ens significare unum supponebatur. Tex. 26.

Secūdò principaliter arguit, & syllogismus est hypotheticus diuisiuus hoc modo: Si unum tantum sit ens, quæro quid per ens intelligunt, aut substantiam, aut accidens: Primò probat ꝙ non accidens dupliciter, primò sic, quia id debet pricipalius signare, quod est maxime proprie ens, talis est ipsa substantia. unde inquit: Necesse igitur est sumere eos qui dicunt unum esse ens, nō modo unum significare ipsum ens, quod sit ut entis species, de quo ꝑdicetur ipsum ens, sed debet illud quod significatur ab ente esse & id quod quidem est ens, & id quod quidē est unum. Verbum illud πρὸ, licet latinè sonet quidem, hîc tamen accipiť pro propriè & maximè, quod Plato appellat, ut Themistius inquit, ipsissimum. Debet igitur ipsum ens significare substantiam, quę est maximè & propriè, & ipsissimum ens. Secūdò idem probat. quia si ens quod est unū significaret accidens tantum, tunc subiectum & substantia esset non ens, & per consequens ipsum accidens esset & non esset, esset quidem, quia ponitur significatum per ens: non esset: uerò, qa nulli inesset: inqt: Accidens. n. de subīo aliquo diciť. Quare illud cui ipsum ens utpote accidēs accidit nō erit, & hoc qa est aliud ab accñte, qđ solū poniť ens, & ita Expositio

Q

A ipsum accidens quod poni(aliquid erit nō ens,qa nō erit alicui inexistens tale accidēs quod ponitur ens. Quod uero subiectū nō sit ens, ꝓbat dicens: Non.n.rationē entis subibit,nisi ipsum ens plura significet hoc mō ut quodlibet sit ens:hoc autem est contra positionem,quia ponebat ipsum ens unum significare. Sic igitur ꝑ duas rationes uidet,ꝙ tale unū ens nō sit accidens. Dices fortasse Arist. petere,cum accipiat cōtra Parmenidem ipsum ens significare plura:respondet Auer. hanc cōtradictionem esse redargutionem ex concessis à Parmenide, modo ut dicit Them. Parmenides concessit ipsum accidens esse ens alteri inhærens,& ut dicemus infrà,etiam concessit plura esse entia ꝭm apparitionem. Et hęc sufficiunt ad redargutionē.

Quę Auer. cō.26.

Tex.27. Si igitur id quod propriè est ens, nulli accidit, sed sibi aliud,cur id quod propriè est ens, significat magis ens ꝗ non ens? Nam si id quod propriè est ens est etiā albū, ipsi autem albo non accidit B quod propriè est ens, (non enim sibi accidere pōt id quod propriè est ens,neque enim est ens,quod non propriè est ens)albū ergo non est ens:nō quidem hoc modo ut non sit aliquod ens,sed penitus non ens est: igitur id quod propriè est ens, est nō ens. Verum enim est dicere quod propriè est ens album esse,quod quidem non ens significat. Quare si quòd propriè est ens album etiam significet, ipsum ens plura significabit.

Expositio. Secūdò probat illud ens nō esse substātiam,& uis rationis est:si illud ens est substātia, tūc tantum substātia erit ens,tātum substantia est ens, igitur accidēs erit non ens: ita ut album sit non ens. album est non ens,igitur idē est ens,& nō ens:ut substātia quidē ex ea parte qua ꝓpriè est ens,est ens:ex ea uerò parte qua est alba, quod album est non ens,erit nō ens,quicquid enim denoīatur à non ente, C est non ens: substantia igitur est ens,cum propriè sit ens: & non ens,cum sit alba,quod album est non ens. Pro constructione literæ debes scire ꝙ ipsum ὂν græcè in translationibus antiquis traducit quod est,& propterea est in illa litera aliqua obscuritas. Verbum περ, trāslatum fuit uerè,quod stare pōt:ego tamen ut sensus clarior esset,non recedēdo à grēcis uerbis trāstuli uerbū ὂν ens, & περ ꝓpriè. Inquit:Si igitur id quod propriè est ens nulli accidit,sed sibi sup.aliud,hoc est,si ipsum ens quod ponitur unum esse significet substātiam,quæ est id quod nulli accidit,sed sibi aliud,(posuit enim descriptionem pro descripto)cur id quod ꝓprie est ens significet magis ens,ꝗ non ens?quasi dicat,subā ipsa quæ, propriè est ens, non magis erit ens ꝗ non ens. Verbum illud. Cur,grecè est τί, sonat latinè quid, sed cùm ponatur(ut puto)interogatiuè, trāstuli cur D hoc enim fuit causa ut translationes ueteres obscuriores essent:probat ꝙ substantia nō magis subeat rationem entis ꝗ non entis,& inquit. Nam si id quod proprie est ens utpote substantia, est etiam albū, aut aliquo alio accidente affectum:ipsi autem albo non accidit siue non competit id quod propriè est ens,hoc est, ipsum autem album non est proprie ens { non enī accidere potest sibi id quod proprie est ens, } hoc est,nō cōpetit sibi ratio substātię, neq; rursus est ens,quod non proprie est ens, ex ijs omnibus restat ipsum album non esse ens. Hi enim putāt id esse ens quod propriè est ens,& quod nō propriè est ens,non putant esse modo aliquo ens,propterea subdit. Non quidem hoc modo ut non sit aliquod ens, sed penitus non ens. ex iis infert:Igit id quod propriè est ens est nō ens. uerū enim est dicere quod proprie est ens utpote substantiæ album esse, quod quidem album non ens significat, & ita patet idem esse ens & nō ens. ꝓpterea inquit: Quare si id quod proprie est ens albū etiam significet, ipsum ens plura significabit,utpote substantiam & accidens; hoc itaque modo translationes nostræ clariores sunt.

Insuper etiam neq; magnitudinem habebit ullā ipsum ens,si quidem ipsum ens id sit quod ꝓpriè est ens:ratio nanque partium diuersa est. Tex.28. E

Expositio Expositor(ut mihi uidetur)iniustè reprehendit Auer. nā & ex uerbis Aristote.& uerbis Themistij, mihi uidetur ꝙ Arist. arguat cōmuniter & simul contra Melissum & Parmenidē,uterq; enim illud ens quod posuerunt etiā unum, uoluerunt esse corpus,hic quidē finitū,ille uero infinitum, propterea Aris.obiicit,primò quia si tātum unum sit ens, illud ens quod ponitur non erit corpus,quia si erit corpus, erit habens partes,& ita plura entia saltem partes,quę potestate sunt plura,per diuisionē tamen reducibilia ad actū multitudinis Cuius interpretationis ē noster Themistius, licet Auer. uideat dupliciter literam interpretari,quod nūc omitto. Quod uerò ad uerba attinet,uerbum illud. Insuper,etiam græcè est τοίνυν,latinè. tum ergo, tū igitur,nōnūꝗ confirmatiue lege propterea,& insuper,& id genus, F ut modo transtuli.

Prętera ꝙ id quod est ꝓpriè ens, in aliud quid quod est proprie ens diuidat, ratione etiā perspicuum est:ueluti si homo id sit quod propriè ens quippiam sit,& ipsum animal id esse quod ꝓpriè est ens quippiam,& ipsum bipes necesse est esse. Si enim non sint propriè entia,accidentia erunt: aut igitur homini,aut alii cuidam subiecto. At neutrum esse potest.

Expositio Videtur Arist. hîc tāgere secundam rationem, ut Auer. rectè exponit,& Themistius innuit, & propterea uerbū δὲ,quod latinè sonat autem,aut uero,transtuli ꝑterea. Pōt autem ratio,ut Themistius innuit, hoc modo formari, si ens est tantū unum, quicquid sit illud, quæro aut potest definiri,siue describi, aut non. Si non potest describi aut definiri,tunc eius essentia uel. substantia nullatenus intelligetur:substantia enim siue essentia cuiusq; non nisi de- G scriptione aut definitione capitur. Si uerò definitur,oportet eam diuidi in entia uerè ac propriè dicta, ueluti si homo sit illud ens,oportet ut diuidatur in aīal, & bipes, quę sint uerè entia. Hoc autem probat,quia eiusmodi partes, aut erunt uerè et propriè entia,uti est ipsum definitum,aut accidentia illius uel alterius sumit esse non posse, ut sint accidentia illius aut alterius: propterea uult habere illas partes esse substātias rei definitę,ac proprie & uere entia, ueluti ipsum definitum esse asserunt.

Accidens nanque aut id dicitur quod inesse & non inesse contingit. aut id in cuius ratione id cui accidit sumitur,ceu ipsa sessio ut separabile: simitas autem id in cuius ratione nasus sumitur, cui simitatem ipsam accidisse dicimus. Præterea in eorum ratione,quæ in definitiua ratione cuiusdā insunt,aut eorum ex quibus aliquid constat nunquam ipsius totius ratio inest,ut bipede ratio hominis,aut in albo ratio hominis albi. Tex.29. H

Expositio Sumpsit Arist. partes illius entis definitas non posse esse accidētia,nec rei definitę,nec alterius, hoc nunc probare enititur,& ut Themistius rectè innuit,duas Aristo. sibi facit suppositiones:prima ꝙ accidens sit bifariam, aut separabile,aut inseparabile. Separabile est. quod quidem ad esse & abesse potest,qualia sunt sedere,legere,disputare, et id genus:inseparabilia ea sunt,quorū definitionē subiectū ipsum ingreditur,qualia sunt simitudo, paritas,& iparitas numeri:est enim nasi cauitas simitudo, & numerus qui secari potest in inęqlia impar. Hæc est prima suppositio. secūda est ꝙ si qd in alicuius rei definitione sumitur,in ipsius definitione res illa sumi non potest ,aliter in definitionib⁹ esset circulus,& idē esset notius & ignotius,& multa

I alia ſequentur dicta in.6.topico. Hęc eſt.2.ſuppoſitio.

His igitur ita ſeſe habentibus, ſi ipſi homini acci dat bipes, aut ſeparabile ipſum neceſſe eſt, & ita poteſt homo non eē bipes. Aut & in ratione bipe dis inerit ipſius hominis ratio, quod etiam fieri nequid: illud enim in ratione eius ineſt.

Expoſitio. Conſtitutis duabus ſuppōnibus, probat nunc aīal & bipes nō eſſe accidentia, & ꝑ conſequēs nullas definitionis partes poſſe eſſe accidentia. Dicebamus enim ꝙ ſi ſunt accidētia, uel ipſius definiti utpote hoīs, aut alterius ab hoīe, & ita primò probat eiuſmodi nō eſſe accidētia homini, ꝗa aut ſeparabilia, aut inſeparabilia. Separabilia quidē non, quia tūc poteſt eſſe homo, & nō eſſe bipes, neq; aīal: inſeparabilia uerò minimè, quia tunc in ratione illorum poneref homo, & non ipſa in ratione hoīs, ut ſuppōnes do-
K cent: & ita non poſſunt partes definitionis illius eſſe accidentia cuius ſunt partes. Quod uerò ad uerba attinet, uerbū illud ſi grecè eſt κατα & latinè ſonat. Et uel atq;: ego uerò ad ſenſum trāſtuli, ſi quoniā ſyllogiſmus eſt diuiſiuus à deſtructione partium.

Tex.30. Sin uerò alii bipes ipſum atq; animal acciderint, & neutrū ſit id quod ens quippiam propriè eſt, homo quoq; nimirum erit ex iis quæ alii accidūt. Sed id quod propriè eſt ens quippiam, atq; id de quo ambo, & utrunq; ac id quod ex iis componitur, prædicatur, nulli accidit. Ipſum igitur omne indiuiſibile eſt.

Expoſitio Probat ſecūdò ꝙ partes definitionis ut aīal & bipes, nō poſſunt alii accidere per hoc, quia id quod definitur ut homo etiam alii accideret: nam definitio & definitum eundem habent modum eſſendi, & ita homo erit accidens,
L quod deſtruit per hoc, quia id quod propriè eſt ens, & id de quo ambæ partes definitionis, uel utraq;, aut tota definitio quæ fit ex illis p̄dicatur, nulli accidit, cum ſit id quod ꝓpriè & principaliter & maximè ſubſtat oībus. Reſtat igitur ut definitionis partes ſint uerè, & ꝓpriè entia, & ita plura ſunt entia, ſaltē partibus & diuiſione. Hęc ſunt pro
Quę Auer. cō.28. expoſitione literæ ut uides. Auer. autem in cō.28. inquit, ſi poſuerint ꝙ ens quod eſt unum apud eos ſit homo, neceſſe eſt ut aīal quod eſt genus hominis, & bipes quod eſt eius differentia, ſint entia in rei ueritate: nam partes rei quæ ſunt ſm definitionem p̄cedunt rem in eſſe. Huic etiā concordat id quod Auer. inquit primò de aīa. cōmen.5. dicit enim definitiones non componuntur niſi ex principiis propriis quæ ſunt in re. & hæc eadem aſſerit.5.meta. cōmē.30. in fine. Oppoſitum uidetur ſentire ipſe.7.meta. cōmen.33.&.43. ubi ait partes definitionis eſſe partes ra-
Dubōnes. tionis. Hîc uidendum primò an partes definitionis ſint partes rei an rationis: Secūdò, dato ꝙ ſint partes rei, quo
M modo ſunt diuerſę. Ad primam reſpondet Auer.7.met. cōmen.42. & uult definitionē uno modo poſſe ſumi ꝓ rei definibilis eſſentia, & hoc modo conſideratur à metaphyſico, & habet partes quæ ſunt rei & non rationis, quatenus ſunt ipſius eſſentię rei definibilis. Alio modo ſumi poteſt pro inſtrumento quo intellectus rei eſſentiam deprehendit, & ſic eſt ratio quędam, quæ à logico conſideratur, cuius quidem partes ſunt rationis, non rei, ut genus & differentia. Ex hoc patet, quonam modo partes definitionis ſint rationis, & quonam modo ſint partes rei. Hæc de prima dubitatione. Reſtat modo uidere cùm partes definitionis acceptę pro eſſentia rei ſint partes rei, quonam modo ſunt diuerſę. Reſpondet Ioannes in.7.meta. pluribꝰ quæſtionibus, & uult quæſtione.12. ꝙ definitio ſit ſola rei forma, ita ut materia non ſit pars definitionis, ſed apparens pars: tenet ſecūdò, quęſtione.20.&.23. ꝙ partes definitionis ſint formę, ita ut genus ſumatur à forma generis: animal enim eſt anima ſenſilis, ſiue ab ea ſumptum.

Differentiæ intermedię ſunt formæ intermediæ à prima generaliſſima forma uſq; ad ſpecificam, è qua ſumitur differentia ultima, & ita definitio eſt eſſentia cōpoſita ex pluribus formis addita ipſa materia uti ſubiecto illarū omnium. Fauet autē huic poſitioni Auer. primo meta. cō.17. &.5.meta cō.30. & alibi, ubi genus uniuerſalē uocat formam, differētiam uerò ſpecificam. Contra ſe obiicit Ioānes, quia definitio eſt eſſentia una: modò genus & differētia non poſſunt fieri ꝑ ſe unum, tum quia nec differentia participat genere, nec è contra genus differentia. Iterum nec genus ineſt differentię, nec differentia generi, tum.2. quia ex duobus exiſtentibus in actu non fit per ſe unum. Cōfutatio N

Solutio Ioannis. Soluit has Ioan. in.7.met.q.23. primam quidē, quia differentia ineſt generi & recipitur in genere quatenus generi additur per hoc ꝙ educitur de potētia generis. Secundam uerò, quia licet ex duabus formis ultimis non fiat unum per ſe, ex duabus formis, quarum una eſt generalis, & altera ſpecifica poteſt fieri unum per ſe. Sed hæ ſolutiones ſunt deliramenta, primò quia ubi forma ſpecifica educit de potētia formę generalis, tūc forma generalis eſſet prę ſuppoſita uti materia, & ſic nulla uia poteſt euitari quin ipſa materia ſit actus ſaltem generaliſſimus, quod Ariſtote. ubiq; deſtruit. Secūdo ſi ex illis formis fieret uerè unū per ſe, tunc una forma reciperet in altera, & ſic actus poſſet eſſe ꝑ ſe ſubiectum alterius actus, quod nullibi Ariſt. dixit. Propter hoc latini tenuerunt definitionem eſſe eſſentiam conſtitutam ex materia & forma, quādo conſideratur ut eſt eſſentia: & ex genere & differētia, quādo conſideratur ut ratio ſiue inſtrumētum. Et quoniam ratio explicat eſſentiam, ideo genus explicat materiam, ſiue ſumit à materia: differentia uerò formam ſiue ſumitur à forma. Cùm enim dico aīal rationale, animal dicit mihi materiam affectam parte aīæ, quæ eſt ſenſilis, ſiue gradus aīæ ſenſilis, è qua ſumitur genus. rationale uerò dicit mihi ultimam formam: & ita animal ponitur loco materię proximæ, rationale loco formæ ultimę: & in cæteris id genus idem ſumitur. Iuxta has poſitiones poteſt ſaluari, ꝙ unum definitione eſt plura entia: iuxta enim primam quidem, quia definitio reſoluit in partes quæ ſunt formæ: iuxta ſecundam uerò, quia reſoluit in materiam & formam. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica quātum ad hoc, ꝙ materia ipſa ſit pars eſſentiæ. Primò, quia quidditas & eſſentia eſt principium eſſendi, ſed materia non eſt principiū eſſendi, ſed potius nō eſſendi. Secūdó principium eſſentię eſt principium cognoſcendi: modo ſola forma eſt principium per ſe cognoſcendi, materia uerò non eſſendi neq; intelligēdi, cum ſit penitus ignota. Tertiò, principium definitionis & eſſentiæ eſt uniuerſale, modo ſola forma eſt uniuerſalis, igitur ſola forma eſt eſſentia rei. Hæ rationes habentur ab Auer. prima quidem.7.meta. cō.20. ſecunda uerò primo meta. cō.27. tertia autē ibidem. cō.13.&.12. meta. cō.14. Hæc eſt poſitio omnium Peripateticorum, de qua in libro deſtructio deſtructionum, diſputa.5. in ſolutione tertii dubii. Alii uerò & ego tenemus totam rei definibilis eſſentiam eſſe eius formam, & definitionē eſſe ex partibus formæ ſiue gradibus formæ, materia addita uti deferente & ſubiecto: quo modo ſubſtantia ponitur in definitione accidentium. Eſt enim genus pars ſiue gradus formæ, differentia uerò pars alia uel alius formę gradus, qui quidem materia & ſubiecto idem ſunt, ratione diuerſi. Et hęc differentia ſufficit contra antiquos, qui omnem multitudinē abſtulerunt ab entibus: quæ ratio docet ipſum genus primò dicere partem ſiue gradum formæ, ſecūdò & connotatiue materiam ipſam. Nonnunquam uerò explicantur in definitione tria, differentia, genus, & materia: ut in definitione accidentium. At in definitione ſubſtantię nō oportet ſemper materiam explicare, quoniam in genere ipſo intelligitur cōnotata: uerùm cū hæc materia ſit metaphyſica, pro nunc ſit dictum in tantum.

O Reprobatio.

pō latinorum.

P Cōfutatio.

Pō ꝓpria.

Q

Quidam uerò utriſq; rationibus conſenſere, & ei quæ omnia unū eē concludit, ſi ipſum ens unū

ſignificat

significat, ipsum non ens eẽ fatentes: & ei quę ex participatione procedit indiuiduas magnitudines facientes.

Expositio. Duæ fuerunt rationes aduersus Parmenidem & Melissum ab Arist. ipso editæ. Prima ꝙ tunc aliquod non ens esset, ut sit illud unum ens quod ponunt esse substãtia, tũc accidens esset nõ ens. Secũda uerò, quia tunc magnitudo esset indiuidua, quia ubi esset diuisibilis, eẽt plura partibus. Plato (ut inquit Them.) acquieuit oppõni Parmenidis, & cõcessit impossibile Aristo. est. n. apud Platonem aliquid extra ens, & tñ est aliqd. Xenocrates uoluit magnitudinẽ esse indiuisibilẽ ex indiuiduis cõpositam. inquit: Quidã uerò utrisq; rõnibus consensere, quas Arist. aduersus illos dedit, & ei assentiẽtes, quæ oĩa unum esse concludit, si ipsum ens unum significat, quod quidẽ concedentes & defendentes dixerunt ipsum nõ ens esse; (hoc quo ad Platonẽ,) & ei quæ ex participatione ꝑcedit indiuiduas magnitudines facientes. (& hoc quo ad Xenocratẽ) Aĩaduersione dignũ in lib. Parmenidis de uno oĩum rerum principio asseruisse Platonem, nõ tantum id non esse, quod præter ens est, sed etiam unum ens esse: uerum unum esse oĩa nõ approbauit, quia uidelicet etiam nõ entia quodam mõ esse opinabatur. Constituit. n. ipsum uerè ens esse ideam, & unũ: materiam uerò prima atq; informẽ esse quidem, sed nihil habere entis extimabat. Arbitrabatur præterea cõstare res ex duobus, uidelicet ex eo ente quod ideam & unum uoluit esse, & ex eo non ente quod primam materiã appellabat. Hunc igitur in modum Plato sequutus est Parmenidẽ, & absurdum Aris. concessit: Xenocrates uerò Platonis discipulus cum Democrito, tenuit indiuiduas magnitudines, & ita concessit secũdum absurdum Arist. uidelicet aliquid esse magnitudinem, quatenus principium, non magnitudinem uero quatenus indiuisibilem.

Tex. 34 Sed perspicuũ est etiam non eẽ uerum, si unum significat ipsum ens, & non potest simul contradictio esse nihil non fore ipsum non ens. Nihil enim prohibet ipsum non ens, non simpliciter esse, sed non ens quippiam.

Expositio. Reprehendit Arist. responsionem Platonis, & illam Xenocratis dimittit usq; in sextũ, ubi Xenocratem etiam incusat. Plato itaq; sic arguit in illo lib. ens significat unum, & non potest cõtradictio simul esse uera, igitur ipsum nõ ens nihil non erit: sed stat aliquid esse nõ ens, & non esse nihil, ueluti materia est non ens, & extra unum, & tamen nõ est nihil, & ita ponit quasi non ens medium inter nihil & ens: nam ut Themistius dicit; Plato posuit ens proprie, & nihil, & horum medium esse ens impropriè, quod fortè Arist. concederet. sed Aris. inquit: sed perspicuum est etiã non esse uerum, si unũ sigñat ipsum ens, & nõ potest simul contradictio esse, ꝙ ipsum non ens non sit nihil: imò aliqd quasi medium. Sed quia Arist. dixit, enthymema hoc non sequi, ꝓbat illud, quia nihil ꝓhibet ipsum non ens, utpote accidens nõ esse ens simpliciter: sed non ens tale, & ubi ita sit non oportet cõcedere ipsum accidẽs esse nõ ens aliquo modo. Non enim sequitur, ens non ens tale, uidelicet substantia, igitur non ens: quia ubi sequeret̃, tunc esset nihil, cũ sit idem dicere non ens & nihil. Aris. igitur reprehẽdit Platonem pro tanto, quia non debet concedere esse aliquod non ens, & non esse nihil. Arist. igitur & Plato concedunt tria: aliquod esse ens ꝓprie, & aliquod impropriè, & nihil: sed differunt, quoniam Plato uult illud ens impropriè, qa est non tale dici non ens, non tamen nihil. Arist. uult illud non debere dici non ens, neq; consequenter nihil.

Dicere insuper, si non quippiam aliud erit id ipsum ens, omnia unum eẽ, absurdum est: quis enim ipsum ens aliud quicquam eẽ intelliget, q̃ id quod est propriè ens? Quòd si ita est, nihil obstat multa eẽ ipsum ens, ut dictum est. Quòd quidem igitur ipsum ens sic eẽ sit impossibile, perspicuũ est.

Expositio. Secũdò reprehẽdit Platonem, quo ad aliud enthymema: arguebat enim, si ipsum ens nõ erit quippiã aliud præter se, ut si sit substãtia ꝑter accidens, ita ut accidẽs nõ sit ens oĩa unum sunt: rñdet Arist. enthymema nõ ualere, põt. n. esse tantum substãtia, & nihil esse ꝑter substantiam: & tamen multa possunt intelligi entia, ut dictũ est, saltem ſm partes definitionis: & ꝑ consequens licet tñ substãtia sit, & nihil ꝑter substãtiam esse possit, adhuc esse possunt multa, saltem ſm partes definitionis. Deinde epilogat, & sermo patet. Hæc sunt quæ Arist. scribit contra Philosophos non naturales, Parmenidem & Melissum. Solet q̃ri circa põnem Parmenidis, utrum tñ unum sit ens: & uidetur ꝙ sic, ut logici probant, quia unũ est ens, & nihil nõ unũ est ens, igitur tantum unum est ens. Amplius ut metaphysici arguũt, omne ens est unum, & omne unũ est ens, igit̃ tñ ens est unũ, & tantum unum est ens. In contrarium arguunt Sorticolę, si. n. tantum unum est ens, tunc omne ens est unũ: consequens est falsum, quia plura entia sunt ens, & tñ plura entia nõ sunt unum ens. Circa p̃sentem qõnem primò uideamus põne antiquorũ, Parmenidis & Platonis, cum qua concordabimus Aris. Secundo uidebimus de rigore logico quid cõcedẽdum sit. Parmenides itaq; (ut ubiq; author est Simplicius) cũ dixit unum eẽ id quod est, deum uoluit intelligere: non. n. creditum est à Parmenide non esse in rebus diuisionem, multitudinẽ, ac pluralitatem, quam in suis poematibus aptẽ profitet̃: sed cũm dixit unum esse quod est, indicatũ est ab eo illud cui uerè entis appellatio cõpetit, & quod uerè est esse unum tantum, quod unũ deus est. Cætera uerò quę sunt, nõ debent simpliciter, & ꝓpriè esse, sed aliquid esse, quę ratio docet inter ens & nihil esse mediũ aliquid siue non ens: siquidem per ens deus intelligatur, ꝑ aliquid id quod nõ simpliciter est ac ꝓpriè, sed est hoc uel illud: per nihil uero oĩno extra aliquid & ens. Hæc Parmeni. Quid uerò Plato sentiat aperiamus, ut è Themistio hic colligi potest, & in lib. Parmenidis, de uno oĩum rerum principio. Quędam igitur inesse alicui negamus, aut quia illud ea non habet, ut cùm dicimus nigrum non esse album: aut quia excellẽtiori nota, rationeq; ꝑfectiori habet, quã nos habere eã rem ex tali loquutione significamus, ut cũ negamus candorem esse candidum: non quia niger sit, sed quia excellentiori nota, atq; perfectiori ratione cãdorem habet, ut quia ipse cãdor est. Plato itaq; ens uti concretum uult esse, ipsum uerò esse siue essentiam uti abstractum: & est ens ad esse, uti candidũ ad candorem: deus autem est esse simplex, atq; essentia pura ut candor. Ex hac ratione Plato deũ esse ens negat, non quia nõ sit, sed quia excellẽtiori ratione ens est, quia est essentia ipsa, qua cuncta existunt & sunt entia: erit igit̃ deus supra ens, cui cum unius detur appellatio, cõsequens est ut unũ supra ens dicat̃, & uocabimus tũc deum unũ. Sic igit̃ breuibus Plato ꝑ ens intelligit ens participatiuũ, per unũ ens ꝑ essentiam. Parmenides uero ens uult esse id quod ꝑ essentiam est tale, & ꝓpterea unum esse tãtum ens asserit. Arist. uerò hæc oĩa sic exposita cõcederet: apud. n. eum ipsum ens nõnunq̃ sumptum est pro essentia, ut cũ ait primo de cœlo, primum eẽ essentiam è qua deriuatũ est esse, & hunc in modũ concederet põnem Parmenidis. Interdũ ens accepit pro p̃dicamentali & participante essentiam, ut qñ diuisit ipsum ens. 6. met. in decẽ prædicamẽta, & sic concederet positionẽ Platonis. Interdum sumpsit ens pro omni eo quod intelligi potest extra nihil, & sic ut plerũq; accipit ens in põne sua, dum cõtra Parmenidẽ obiecit, & contra Platonem. Hæc de primo satis. De secũdò, uidelicet, quo modo hæc est uera tñ unum est, siue tãtum unum est ens. Ioan. in qõne de rigore logico, concedit illam per probõnem expositoriã, uidelicet unũ est, & nihil est quod nõ sit unũ, igitur tñ unum est: qua etiam probõne cõcedit illam, tñ ens est, uidelicet ens est, & nihil est quod nõ sit ens, quo etiã ꝑcedere cogit̃ hanc tñ unũ est ens, qa unũ est ens, & nihil est ens quod nõ sit unum, igitur tñ unum est

Quęstio circa põnem Parmenidis.

Ordo.

Põ Parmenidis.

Põ Platonis.

Concordia est Arist.

Secũda ps qõnis

Põ Ioan.

Cōfutatio. ens. Sed pace sua hęc sua declaratio, nec est Peripatetica, nec Sorticolaris. Peripatetica nō, quia omnis ꝓbatio est, aut sylls, aut exēplum, aut enthymema, aut inductio. Sorticolaris minimè, primò quia illa ꝓbatio apud Sorticolas habet instātiā, quia tūc tantum homo est animal, qā homo est aīal, & nihil est hō, quod nō sit aīal. Amplius expositoria ꝓbatio debuisset esse, hæc unum est ens, & nihil est unū quod nō sit ens: ipse uerò dixit; nihil est ens quod nō sit unum: ꝑpter hæc Ioānes non est audiendus. Vnde hic uir, ꝑpter ignorātiam captiūcularum sæpe trudit̄ in errores. Alii uerò ob nimiam illarꝫ obseruantiam sæpe philosophiam errāt ad milleqaria, & ꝑpterea laudamus mediocritatem. Sorticolæ igitur cōcederent hāc, tātū unum est ens, quoniam unum est ens, & nihil non unum est ens, igitur tātum unum est ens: potissimum si unum accipitur ut est æquale enti, & non p̄dicamentaliter ꝑ principio numeri. Vlterius cōcederēt plura entia eē unum ens, ac multa eē unum, ueluti cōcedi solet plures hoīes esse unum hominem, quia est sensus: hoc ens est unum ens, illud ens est unum ens, & sic de aliis: igitur plura entia sunt unū ens. Huius ratio est, quia particula copulatiua, uidelicet, Et in termino plurali inclusa diuisiuè tēta confudit confusē tantum terminum sequentem, sed de his satis in captiūculis. Ad rationes patet solutio.

Pō sorticolarum.

Tex. 32. At ut naturales contendūt, duo modi sunt: quidam enim ipsum ens unum subiectum statuētes, aut trium aliquod, aut aliud quod igne quidem densius, aere autem rarius: cætera uero generari raritudine & dēsitudine dicunt, multa adiiciētes. Hęc autē atq; uniuersaliter superātia & defectus contraria sunt, ueluti Plato magnum asserit atꝗ paruum. Verū hic quidem hęc materiā constituit, ipsum uerò unum formam: illi autem ipsum unū quod est subiectum, materiam: contraria uerò differentias atque formas statuerunt.

Expositio. Hactenus de nō naturalibus opinionibus loquutus est, nunc de naturalibus uult loqui: ꝓcedit autem more suo diuidēdo, atꝗ cōponendo, & inquit: At ut naturales Philosophi cōtendunt, duo sunt modi, quibus res ipsæ generant̄ ex suis principiis, quatenus alii unum ex tribus elementis rerꝫ principium statuerunt, terra ipsa dēpta ob crassitudinem: mox ex hoc asserunt generari reliqua raritudine densitudineq; adhibita. Alii nullum ex elemētis principium faciunt, sed quoddam quod est igne quidē densius, aere uerò rarius. Hæc autem ad prima reduci dicūt ut ad uniuersaliora, superātiam uidelicet & defectum: uidetur enim raritudo superātia quædam, densitudo defectius: sub quibus etiam Plato magnum & paruum collocat. Verꝫ apud Platonem magnum & paruum materiam significabāt, unum uerò causam efficiētem & formā. Cōtra uerò physici pro uno materiam & subiectum accipiunt, cōtraria uerò formas eē & differētias arbitrātur. Sic igit̄ prima positio est eorum qui ponūt materiam unum elemētorum, è quo deriuari uolunt res raritudine & dēsitudine, sed quo modo cum hac positione Plato cōuenerit, quoue disconuenerit, perspicuum est: dicūtur autē hi naturales, quia loquentes de rebus naturalibus cōcedūnt naturalia principia, ut motum & pluralitatem entium. Hæc de prima positione.

Breuiter pō prima.

Quidam autem ex ipso uno contrarietates, quæ quidem in ipso sunt, sequestrari fatentur, ut Anaximander inquit, & qui unum & plura entia esse aiunt, ueluti Empedocles & Anaxagoras. Ex ipsa nanꝗ mixtura & hi reliqua segregant: differūt tamen quatenus hic quidem redditionem horum facit, alter autem semel ex principio segregat, & alter infinita ait similaria & contraria, alter ea quæ uocantur elementa tantummodo sumit.

Et de secunda positione nunc loquitur: sunt enim alij, ut Anaximāder & Anaxa. qui nullum unum elemētorū materiam facit, cū quibus etiam Empe. Anaximander enim tertiam quādam naturam facit, quæ igne crassior est, aere tenuior. Hāc naturam nō στοιχεῖον hoc est, elementum uocat, sed μέσον hoc est, medium quippiam horꝫ. Anaxa. uerò cum hoc cōueniens elemētum nō facit materiā, sed quoddam quod nūc chaos, hoc est, cōfusionem, nunc migma, hoc est, mixtura siue miscellam nūcupat. Empe. autē quatuor elemēta ut materialia principia facit. Cōueniūt etiam in generādi, nam Anaximāder ex infinito illo medio contrarietates insertas atꝗ inexas excernit, Anaxa. ex illa miscella oīa perinde atꝗ prius inhęrētia, sed latētia exprimit atꝗ secernit: Empe. autem etiā segregatione cuncta ex elementis facit & corrūpit: segregatione enim è ꝓpriis locis, & miscella res deriuantur. Verꝫ differunt, nā Anaximander nihil meminit efficiētis causæ: Anaxa. cōcedēs migma similares illas particulas, quas homœomerias uocabat, & mētem diuinam fecit rerum principia: Empe. quatuor elementa & sphęrum. i. deum putauit eē principia. Est igitur secūda positio eorum, qui res generāt segregatione. Adiecit autem Arist. differētiam inter Anaxa. & Empe. quia Empe. secretionem illam tēporibus quidem terminatus facit, sed interpolle ac reducem uicibus: Anaxa. uerò sempiternam putat eē, & hoc, quia huic elemēta uidētur eē infinita, quæ similares sunt particulæ, & contrariæ aliquo modo: illi finita, uidelicet quatuor. Nec opus est textum aliter exponere, maximè cum textus hi inutiles sint, & trāslationibus ferè perspicui.

Expositio

Tex. 33. Videtur autem Anaxa. sic infinita posuisse, tum quia cōmunem illam positionem naturalium ueram eē sumit, ꝙ nihil ex eo quod non est exoriat̄: quo circa hac ratione cuncta simul prefuisse, generationemq; alterationem eē cuiusq; inquiunt: alii uerò congregationem atꝗ segregationem. Tum etiā quia cōtraria ex sese mutuo fiūt, inerāt ergo. Tex. 34.

expositio. Nunc tangit rationes Anaxagoræ, quibus latitationem & segregationem infinitam posuit, & sunt duæ. Prima, qa nihil fit ex nihilo, igitur oportet ut omne quod fit, præsit ei ex quo fit, & ita quodlibet est in quolibet, & generatio nihil aliud est ꝙ alteratio: quo argumēto Empedocles congregationem atꝗ segregationem abstulit. Secūda ratio, qa unum contrarium fit ex reliquo, igitur nihil fit, quin illius contrarium præsit, & ita omnia inerant in quolibet.

Si enim omne quidem quod fit, aut ex entibus, aut ex nō entibus fieri necesse est: ex non entibus autem nihil fieri potest, (In hac enim sn̄ia concordant naturales omnes) reliquum iam accidere necessario arbitrati sunt ex entibus quidē, atꝗ ex iis quę insunt fieri: pręnimia tamen magnitudinum exiguitate nō perspici à nobis. Quocirca quodlibet eē in quolibet mixtum aiunt, quia quodlibet ex quolibet exoriri uidebāt: uideri uerò atꝗ nuncupari diuersa inter se, ex eo quod præ multitudine sua in mixtura illa infinitorum maximè superabundat: quando syncere quidem nihil omni ex parte fit aut album aut nigrum, aut dulce, aut caro, aut os, sed cuius plurimum unumquodꝗ habet, id ipsius rei uideri naturam contendebant.

Expositio Syllogismus Anaxagorę hunc in modū erat, omne quod fit uel ex ente fit uel ex non ente, non est dicendum ea non ex ente fieri per cōem naturalium cōsensum, igitur omne quod fit, ex ente fit: ita sequit̄ ut singula insint in eo, unde fit aliquid, ut in aqua hac crines, ossa, neruos, carnem ineē necesse est. Et si dicit̄ cōtra Anaxagoram, qa tunc unumquodq; haberet infinitas appellationes, quia in unoquoꝗ sunt oīa. Respondet ꝙ denominatio fieri debet à p̄dominanti,

Defensio Anaxa. nanti, & ita ea caro dicetur, non quæ purè caro sit, sed in qua plurimum carnis apparet. Enititur quidam recētiores defendere Anaxagoram, dicētes respōsionem eē bonā ꝓpter partes actuales, quę superabūdant magis in uno q̄ in altero, nō autem propter partes potētiales, cum hæ sint Cōfutatio infinitæ. Sed hæc defensio est cauillus: Anaxagoras enim ex eo cōcludit quodlibet eē in quolibet, quia generat omne ex omni, & quodlibet ex quolibet ꝓpterea generationem asserit eē æditum quēdam in lucem, corruptionē esse occultationem: quæ ratio docet ipsum uelle quodlibet esse in quolibet actu, & nō potestate: sic.n. ab Arist. positione non differret. Propterea pro Anaxagora nihil afferri pōt fructuosi, sed ut diximus ipse uoluit rem maxime denominari ab eo quod magis in re super apparet: tu uerò ad meliorem pensitationem rem hanc transmitte.

Tex 35. Sed si infinitum quidē quatenus infinitū, ignotum est, infinitum quidem multitudine aut magnitudine quantum quoddam ignotum erit: infinitum autem forma, quale quoddam ignotum. At cum principia rerū tam multitudine q̄ specie sint infinita, fieri sanè nō potest ut ea sciātur, quæ ex iis constant. Tunc enim compositum scire arbitramur, cum principia ex quibus constant scimus quę & quot sint.

Expō Nunc uerò obijcit Anaxagoræ, & uniuersa litera resoluitur in syl'los duos. Primus est, infinitum est ignotum, principia apud Anaxagoram sunt infinita, igitur sunt ignota. Secūdus est, cōposita naturalia sciuntur ex principiis notis, sed eiusmodi principia ꝑ conclusionem dictā nō sunt nota, igitur in secunda figura cōposita naturalia non sciuntur. inquit: Sed si infinitum quidē quatenus infinitū ignotū est. hæc est maior primi syllogismi. Adiecit, quatenus infinitum est, quia ut dicitur. 12. met. cō. 2. infinitum sub ratione uľi finita cognosci potest. exponit hanc maiorem, & quare dixit quatenus infinitum, & inquit: Infinitū quidem multitudine, aut magnitudine, quantum quoddā ignotum est, & pro sua ipsius quātitate nō scibile: infinitum autē forma, hoc est ꝑ differētiam infinitorum specificam, ut in numeris, est quale ignotum: Rectè igitur patet omne infinitum quatenus infinitum eē ignotum, aut quo ad sui quantitatē, aut quo ad sui qualitatem. deinde sumit minorē dicens: At cum principia rerū apud Anaxagorā, tam multitudine q̄ specie sint infinita multitudine quidē, quatenus ponit similares partes infinitas: specie uerò quatenus contraria autumat in quolibet infinita, ex iis inferre debet ꝙ talia principia sint qualitate & specie ignota. Hinc accipiatur maior, illa cōposita naturalia sciūtur ex principiis notis, & inferatur cōclusio, uidelicet ꝙ res naturales quæ ex illis cōstant non sunt scibiles. cuius rationē addit: Quia tunc compositum quodq; scire arbitramur, cū principia ea ex quibus constant, scimus quæ & quot sint. Verbum illud Tūc, græcè οὕτω, latinè tum sic, tum hoc modo, uel Quę Auer. cō. 35 uel 36. aliquod tale: trāstuli tū, tunc, ut litera eēt clarior. Aiaduersione dignum, Auer. hūc textum resoluisse in sex ꝓpōnes, & tres syl'los: primus est, omne compositum notū est cōpositum quod scitur ex quot prīcipiis cōponitur & q̄bus. omne cōpositum ex principiis infinitis in quātitate & forma, est cōpositum quod non scitur ex quibus componitur & quot: igitur in secūda figura omne cōpositum ex principijs infinitis est ignotū. Huius syllogismi maior est posita sine medio, minor uerò per medium hūc in modū, omne infinitum in numero aut magnitudine est quātum ignotum, & omne infinitū in forma est quale ignotū, sed omne compositum ex principiis illis infinitis est in forma aut numero siue magnitudine, igitur in prima figura ignotū. Maior huius quę appellatur minor ab Auer. more græco prosyllogizatur sic, omne infinitum est ignotū, omne infinitum multitudine, & forma est infinitum, igitur ignotū: & ita sunt tres syl'i, & sex propositiones, quarum propositionum duæ sunt probatæ, ut minor primi syllogismi; & maior siue minor secundi, reliquę quatuor sunt positę sine medio, addit etiam aliquas esse expressas in textu, aliquas uerò non, ut textum legenti patet. Animaduerte etiā rationem hanc esse logicam, quatenus sumit ea quæ declarata sunt in logica, uidelicet definitionem ipsius scire. Huius rei causam affert Auer. quia logica uenit in usum, aut ut instrumentum, quo uerum discernitur à falso, & hic modus est proprius logicæ ipsi, sed transit in unāquāq; scientiam, aut uenit in usum nostrum, ut sumūtur declarata in logica, & transmittuntur ad alias scientias: & hic modus respectu artiū particularium est extraneus, respectu metaphysicæ est ꝓprius, cum metaphysica & logica sint scientiæ cōmunes. Hæc ex cōmēto colligi possunt. Quęrunt hic iuniores, utrum infinitū possit cognosci à nobis. Quęstio. Prima responsio: Respondent Sorticolæ, infinitum cognosci posse tam cōceptu uniuersali quā particulari, tam quo ad quantitatem q̄ quo ad rationem: hæc patet, quia hoc cognosci potest, & hoc est infinitum, aut partibus, aut ratione, igitur infinitū cognosci potest. Dicunt tamen nō posse cognosci infinitum, quia non sub ratione propria. Sed contra hanc positionem multipliciter solet obijci, primò quia ratio infiniti apprehendi potest, igitur cognosci potest infinitū sub ratione infiniti. Antecedens declaratur, quia nihil potest inesse uel non inesse intelligi, nisi eius ratio intelligatur, sed infinitum apprehendimus inesse uel non inesse, igitur eius ratio intelligi potest, & ita potest intelligi infinitu sub ratione infiniti. Secundò, omnis cognitio cōposita supponit simplicem, sed rationem infiniti attribuimus deo, & eam negamus à qualibet re causata, igit ratio infiniti potest esse nota. Tertiò, solet argui per media catholica, q̄a deus ut creator intelligitur, & ut creator est infinitus, igit ut infinitus intelligitur. Similiter, ut finis intelligitur, & ut sic est infinitus, igitur ut prius intelligi potest ut infinitus. Propter hæc argumenta & aliam ultra, dicunt infinitum sumptum quo ad rationem formalem qua est infinitum, hoc est, quo ad infinitatem posse cognosci, & ē contra posse cognosci ipsum ut sic: quo uerò ad id cui hæc ratio attribuitur, uidelicet numerū determinatum partium, aut magnitudinē determinatam, aut potentiam. Respondent ꝙ quo ad numerum partium & magnitudinem est ignotum, quo uerò ad uirtutem potest aliquod esse notū, ut deus: deus enim cognoscitur sub ratione īfiniti, & quo ad rationem, & quo ad rem cui competit illa ratio. Sed hæc positio est falsa, & non peripatetica, falsa quidem q̄a quæro, per rationem infiniti intelligant, aut quid rei, aut quid nominis, nō quid rei, quia quod nullo modo est, nō habet quid rei: si quid nominis, igitur ratio infiniti erit solum nomen modò nomē imponere possumus rei non per cognitionem eius, sed sui oppositi, & ita nihil noui afferūt solum enim habemus ipsum cognosci posse quid nō est. Secundò quo ad rem denominatam non est in toto peripatetica, quoniam peripatetici nihil ponunt infinitum nisi in potentia & fieri, ut sunt motus & tēpus, & deū nō ponunt infinitum, ut diximus in codicillo de infinitate primi. Nec rationes ualent, nam ad primam respōdetur, ꝙ si per rationem infiniti intelligit quid rei, negatur antecedens: si quid nominis, conceditur, & tunc dicitur ꝙ ratio illa habetur per quid non est, & per priuationē oppositi.

Replic. Secunda expō. Cōfutatio Solo rōnū secūdę positionis.

Ad secundam concedo antecedens, supponit enim simplicē, aut per se, aut ratione sui oppositi, & hoc sufficit ad compositionem & diuisionem. Ad media catholica patet solutio apud peripateticos, sed theologicè sentiēdo dico in syllogismo esse fallaciam accidentis, quia nō ualet. Cognosco hominem ut ueniens, & ut ueniens est Coriscus, igit cognosco hominē ut Coriscum. Cucullati enim isti plerūq; ex mala logica, & multo studio in chimericis, truduntur in pueriles errores. Ad propositum nos catholicè sentiendo tenemus deū posse cognosci ꝙ non sit finitum, ut aliqua res causata, sed positiuè atq; contrariè sumēdo infinitū nō itelligimus, nisi i patria ubi beabimur.

Pō Auer. Auer. uerò parum differens ab his in.2.meta.com.11. &.13.&.12.meta.com.14.& alibi, tenet infinitum poſſe cognoſci in potentia, hoc eſt, ſub propoſitione uniuerſali, in hac enim propoſitione, omnis ignis calefacit, intelligimus infinitos ignes poſſe calefacere: ſed cum hæc intellectio ſit in uniuerſali, & uniuerſale eſt potentia ſingulare, rationabiliter in potentia intelligitur. Ipſum autem actu cognoſci negat, ut ſi ſit infinitum quantum, non pōt cognoſci numerus determinatus partium, ſi infinitū quale, nec partes formales omnes cognoſci poſſunt. Hæc de quæſtione. Multa alia addunt iuniores, quæ cum ſint extra propoſitum, & facilia cognitu, bona fronte prætermittimus: non enim eſt iuſtum omnia in uno libro diſputare, & maximè ſi alij illa bene diſputauerint.

Præterea ſi neceſſe eſt ipſam partem quantæuis magnitudinis & paruitatis poſſe eſſe, etiā ipſum poſſe eſſe. Dico autem aliquam talium partium quæ inſunt, & in quas totum ipſum diuiditur. Si autem animal aut planta quantæuis magnitudinis & paruitatis eſſe non poteſt, perſpicuum eſt neq; partium quáuis eſſe poſſe, erit enim totum etiam ſimili modo. At caro & os & cætera id genus partes animalium ſunt, & fructus plātarum. Perſpicuum igitur, neq; carné, neq; os, neq; aliud id genus quantęuis poſſe eſſe magnitudinis, ſiue in maius, ſiue in minus.

Expoſitio. Secundò arguit hypotheticè à deſtructione conſequentis hoc modo, ſi partes alicuius totius poſſunt eſſe quantęuis magnitudinis: ſed totū ipſum etiā eſſe poterit quātęuis magnitudinis, ſed totum ipſum ut animal, aut planta eſſe non poteſt quantæuis magnitudinis: igitur neq; partium ulla, & quoniam partes ſunt in duplici differentia, addit: Dico autem aliquam talium partiū quæ inſunt, & in quas totum ipſum diuiditur, & ita per partes intelligendū eſt partes actuales potētes per ſe exiſtere, & è quibus ipſum totum conſtat. Ex his accipitur hæc maior, uidelicet nulla partium actualium eſſe poteſt quātęuis magnitudinis: cui addit minorem dicens. At caro & os & cætera id genus partes animalium ſunt, & fructus plantarum. concludit: Perſpicuum igitur neq; carnem, neq; os, neq; aliud id genus quātæuis poſſe eſſe magnitudinis, ſiue in maius, ſiue in minus. Vniuerſus itaq; textus in duos reſoluit ſyllogiſmos, unus eſt categoricus, qui ſpecialiter concludit, neq; carnem, neq; os, neq; id genus poſſe eſſe quantæuis magnitudinis. Alter eſt hypotheticus probans illam maiorem, uidelicet nulla pars actualis eſſe poteſt quātæuis magnitudinis, & ſic litera patet. Auerroes uerò ait partes eſſe in duplici differentia, aut ſecundum qualitatem, ut quę ſunt alterius rationis & inter ſe & à toto, ut ſunt materia & forma: aut ſecundum quantitatem, quæ adhuc bifariæ ſunt, aut actu, ut quæ eſſe poſſunt ſeparatæ & inter ſe & à toto, aut potentia, q̄ neq; inter ſe, neq; à toto ſeparari poſſunt, ut eæ uidelicet quæ tantum deſignantur: minima.n. ipſa cuiuſuis generis partes ſunt actu, partes minimorum potentia tantum. Ad propoſitum igitur totum & partes ſe conſequunt quo ad menſuram, accipiendo partes actu, non poteſtate. Ex his accipitur contra captiunculatores non eſſe infinitè paruum equum, aut infinitè paruū hominem, aliter ratio Ariſtotelis & Themi. ac Auerrois nulla eſſet. Sed de his poſtea.

Sillogiſmi.

Quę Auer. com.36.

Quid cō-tra captiū culatores.

Tex.37. Adhuc ſi omnia quidé talia mutuò ſibi inerint, neq; generatur quicquá, ſed cum inerat ſegregatur, atque à prędominante unumquodq; appellatur, & quodlibet ex quolibet fit, uelut ex carne aqua ſegregatione, & caro ex aqua: atq; corpus omne finitum ablatione finiti corporis conſumetur, perſpicuum eſt fieri non poſſe, ut quodlibet in quolibet ſit.

Tertiò arguit etiam hypotheticè, et ſumit in antecedente quinque, quatuor de mēte Anaxagoræ, & quintum uerum, quod Anaxagoras non negauit, & inquit. Adhuc ſi omnia quidem talia mutuo ſibi inerint, ita ut quodlibet ſit in quolibet (hoc eſt primum) neq; generatur quicq̄, ſed cum inerat ſegregatur, (hoc eſt) & generatio eſt rei inexiſtentis ſegregatio, (hoc eſt ſecūdū) atq; à prædominante unumquodq; appellatur, (hoc eſt tertium) & quodlibet ex quolibet fit, uelut ex carne aqua ſegregatione, & caro ex aqua: (hoc eſt quartum.) quod differt à primo, quia primum erat de eſſe, hoc autem eſt de fieri, atq; corpus omne finitū ablatione finiti corporis conſumet (hoc eſt quintum. qđ ſenſu patet, & Anaxagoras ipſum nō negaſſet.) Ex his quinque aſſumptis uti ab uno añcedente, infert: perſpicuum eſt fieri nō poſſe ut quodlibet in quolibet ſit, hoc enim erat unum aſſumptorum in antecedente, in ſyllogiſmis enim ad impoſſibile, ut dicitur in prioribus, ſemper concluditur deſtructio alicuius præmiſſorum. Themiſtius autem locum hunc non ſyllogiſticum facit, ſed uult Ariſtotelem tacitam ſoluiſſe dubitationem, quæ rés cùm ſit facilis cognitu, nunc ſit dictum in tantum. Expoſitio.

Expō Themiſtii.

Ablata nāq; ex aqua carne, rurſuſq; alia facta ex reliqua ſegregabitur, quamuis ea quæ diuidenda eſt, minor fuerit, tamen magnitudo aliqua illius non excedet paruitate aliam. Quare ſi quidé ſegregatio ſtabit, non quodlibet in quolibet erit, in reliqua enim aqua, nihil inerit carnis. Sin uerò non ſtabit, ſed ſemper ſequeſtratio proficiſcetur, finita profectò in magnitudine ęqualia finita erūt, multitudine infinita, quod quidé eſt impoſſibile.

Nunc deducit conſequentiā, & primò ſumit unum quaſi ſuppoſitum ex ratione proxima, & inquit: Ablata nāq; ex aqua carne, rurſuſq; alia facta, iterum ex reliqua quæ remanet ſegregabitur, quamuis ea quæ diuiditur, ſiue diuidenda eſt minor ac minor ſemper fuerit, tamen magnitudo aliqua ſupple illius nō excedet paruitate ſup. aliam, quaſi dicat, oportet uenire ad tantillam magnitudinem, ut amplius diuidi non poſſit in paruiorē uel minorem. Hæc ſuppoſitio fuit declarata, ex qua ſuppoſitione facile patet cōſequentia dicta: ſed quia tunc hæc tertia ratio nō multū differet à prima, quia uteretur his, quæ ſunt declarata in prima, propterea aliter per diuiſionem deducit illam conſequentiam, hoc modo. Aut ſegregatio ſtabit, aut non ſtabit: ſi ſtabit, tunc non quodlibet erit in quolibet, quoniam in reſidua aqua tandem non erit carnis quicquā: ſi nō ſtabit, ſed ſequeſtratio ſit infinita, finita profecto in magnitudine, æqualia finita erunt, multitudine infinita, quod quidem eſt impoſſibile, & contra quintum præmiſſum. Quod uerò ad uerba attinet, Ariſtoteles adiecit æqualia, nam finita inęqualia proportionaliter multitudine infinita eſſe in aliquo finito nihil prohibet. Poſſunt enim eſſe infinitæ, medietates in aliquo toto finito, atq; infinitæ partes proportionales, quod qdē rectè aīaduertit expoſitor. Expoſitio. Expō uerborum.

Ad hæc, ſi omne corpus aliquo ſui ablato, fieri ſe minus neceſſe eſt, carnis autem quantitas & magnitudine & paruitate definita eſt, perſpicuum eſt minima ex carne nullum omnino corpus ſegregari poſſe, alioquin erit minor minima. Tex.38.

Quarto arguit etiam hypotheticè, & ſumit duo in añcedēte, & inqt: Ad hæc ſi omne corpus aliquo ſui ablato fieri ſe minus neceſſe eſt (hoc eſt primum, & ſenſu patet) carnis autem quantitas & magnitudine & paruitate definita eſt, (hoc eſt ſecundum & probatum ſuperius, ex his infert) perſpicuū eſt minima ex carne nullum omnino corpus ſegregari poſſe. Deducit conſequentiā, alioquin erit minor caro minima data, ut facile patet. Hęc ratio ſupponit uel ad ſenſum, aut ex ratione ſecunda eſſe cujuslibet rei minimum, de quo etiam in fine capituli diſputabimus. Expoſitio.

A Insuper in infinitis corporibus caro iam infinita, sanguisq; atq; cerebrum inessent. Separabilia tamē inter se, & nihilominus esset unumquodq; infinitum, quod quidem rationis est expers.

expositio. Quintò arguit, si quodlibet esset in quolibet, tunc infinita essent in infinitis infinities, & actu, & separabilia inter se, quod mentem egreditur humanam consequētia patet, quia in quolibet esset sanguis infinitus, & in qualibet parte sanguinis esset quodlibet, & sic infinita in infinitis infinities. Dubiū. Dubitant quia Aristo. supponit semper partē esse toto ipso minorem, & hoc non uidetur uniuersaliter uerū: nam totum tempus præteritum terminatum ad primum nunc præsentis diei, non est minus seipso terminato ad ultimum nunc, cum ambo sint infinita, & per consequens neutrum neutro maius. Rñsio iuniorum. Iuniores concedunt propositionem Aristo. non esse uniuersalem, quia non in successiuis B at in permanentibus, & ijs quæ locum occupant, propositio est uniuersalis. Rñsio propria. Ego tamen dicerem non esse impossibile unum infinitum esse altero maius, si illud sit finitū ex altera partium, quia ut sic est finitum, & concederem tempus terminatum ad finem diei esse maius tempore terminato ad principium, quoniam ex illa parte tale tēpus est finitum, & recipit additionem.

Tex. 39. Id uerò quod fertur, nunquam segregata omnia fore, non sapidè quidem dictum est, rectè tamē quatenus affectiones inseparabiles sunt. Cum igitur colores & habitus mixti sint, si fuerint segregati, erit quippiam album, aut sanum: quod non aliud quid erit, nec in subiecto.

expositio. Vt expositor inquit & rectè, cum improbauit positionē nunc ponendi improbat modum: ubi debes scire q̧ interdum aliquid dicit & uerè, & ignoratur id uerè esse dictū, C ueluti pueri persæpe uera dicunt, sed non sapidè, propter hæc inquit. Id uerò quod fertur ab Anaxagora, nunquā segregata omnia fore, non sapidè quidem dictum est qa ignorat quid uelit dicere, rectè tamen dictum est quatenus affectiones & accidentia propria inseparabiles sunt è subiectis proprijs, & ita uerè dictum est, non tamen sapidè. Animaduerte tamen uerbum illud Sapidè, legi in græcis codicibus in uerbo: sed ut translationes essent clariores, in aduerbiū transtuli. Similiter uerbum illud, Quatenus, in græco reddit causam, sed clarius intelligitur modo quo transtulimus. Multi enim singulo uerbo addicti, fallunt milies sensus. Et ulterius quasi epilogās rationem, inquit: Cum igit̄ colores & habitus mixti sint apud Anaxagoram, quia constat illos generari, atq; in lucem ędi, si fuerint segregati, erit quippiam album, aut sanum in rerū natura, quod non aliud quid erit, sed erit tātum ipsum ac separatum, nec in subiecto: & ita affectiones & accidentia, sine subiectis, quod non est bene dictum, & sic in dictis Anaxagoræ erit contradictio: nam colores ex ea par- D te, qua cōmixti sunt, possunt separari, ex ea uerò parte qua affectiones, sunt inseparabiles.

Insuper etiam ipsa mens stulta est, ea aggrediens quæ factu impossibilia sunt: si separata quidē reddere attentat, quæ quidem tam quantitatis quā qualitatis ratione separari nequeunt: quantitatis quidem, quia non est minima magnitudo: qualitatis uerò quia affectiones inseparabiles sunt.

Expō Vltimò reprehendit modū ponendi ex parte causæ effectricis: posuit enim Anaxagoras diuinam mentē effectricem omnium causam ab illa siue miscella, siue chaos cuncta separare uolentem. Contra obijcit Aristo. inquiens: Insuper etiam ipsa mens stulta est, ea aggrediens, quæ facta impossibilia sunt, si uidelicet separata cuncta reddere attentat, quæ quidem tam quantitatis q̄ qualitatis ratione separari nequeunt, quod declarat, & inquit: Quantitatis quidem, quia apud Anaxagorā nō est deuenire ad minimam magnitudinem: igitur mens diuina quærens separare quālibet magnitudinē è qualibet, stulta ac absurda est qualitatis uerò, qa affectiones inseparabiles sunt, & ita uolens saparare affectiones, impossibile attentat. E Mens igitur illa quærens omnia separare stulta uidetur.

Animaduertas tamen ut translationes essent clariores nonnullas fr uolas particulas permutasse, ueluti illam insuper etiam, quæ in græcis codicibus legitur quare, & illam separari, quæ est fieri, quęq; cum pauci momēti sint, nō sunt ab re, uoluit tñ (ut promisi) has animaduertere.

Tex. 40. Præterea etiam nec rectè generationem similarium capit: lutum enim, tum in luta, tum non in luta diuiditur, neq; idem modus est ut lateres ex domo, & domus ex lateribus, sic & aqua & aer ex sese mutuo sunt, & fiunt. Insuper etiam melius est F pauciora principia, finitaq; sumere, quod quidem Empedocles facit.

Expositio. Vltimò reprehendit Anaxagoram quo ad materiam rerum, ipse enim posuit rerum materiam esse similaria corpora, atq; unumquodq; suo ab similari constare, ceu carnē ex carunculis, lapidem ex lapillis, aurum ex aurellis. Contra hæc obiicit. Arist. dupliciter, & inquit. Primò nec rectè generationē similarium capit, quod probat dicens, lutum enim, tum in luta, tum non in luta, sed aquā & terram diuiditur, & ita lutum constare potest non ex lutulis, sed humore potius & terra: constantia igitur luti ex terra & humore uera est luti generatio, ex lutulis autem est potius auctio uel diminutio, non igitur generatio fit ex similaribus. Sed dices contra, ita fit aër ex aqua, & è contra: ut domus ex lateribus, & è cōtra: sed domus ex lateribus & è contra congregatione & segregatione fit: igitur aër ex aqua & è contra segregatione & congregatione fit. Respondet: Neq; idem modus est, quo lateres ex domo & domus & lateribus fit, & quo aër & aqua mutuo ex se- G se sunt & fiunt: nam aqua ex aëre fit uera transmutatione in substantia, domus ex lateribus appositione tantum. Secundò obijcit Aristo. & inqt: Insuper etiam melius est pauciora principia finitaq; sumere, quod quidem Empedocles facit, q̄ sumere ex parte materiæ infinita corpora, siue partes similares, igitur ex parte materiæ non oportet infinita principia facere. Hæc sunt cōtra antiquos ab Aristo. breuibus sumpta. Quæstiones de minimis. Sed circa finem capituli præsentis solet quæri de minimis, quæ quidem materia licet in sexto & octauo ab Aristo. diligenter pertractetur, tamen vt iunioribus satisfaciam, colligemus nonnulla breuibus. Primò itaq; uidebimus de specie minimi, secūdò de potētijs minimis, tertiò de duratione. Circa primū solet quęri, utrum aliquod indiuiduum possit participare speciē sub quacunq; modica quantitate. Prima qō. Iuniorum quidam distinguunt, Prima pō. quoniam quædā sunt similaria, quæ græcè dicuntur homogenea siue homœomera, ut caro quę in carnes, & ignis qui in ignes secatur: quædam dissimilaria, græce organica, siue heterogenea, uelut oculus, brachium, & H id genus, ut Aristo. diuidit in libro de animalibus in principio. Tunc tenent in dissimilaribus dari maximum atq; minimum inclusiuè, in similaribus uerò minimè. Persuasio. Persuadent hanc positionem, quia dissimilaria ad hoc ut sub specie contineantur, aliqua exercere debent propriam operationē illius speciei, uerbi causa: si homo debet sub humana specie contineri, debet exercere risum, modo exercere non potest talem operationem nisi sub debitis terminis collocetur: secus autem in similaribus, quæ non reponuntur in specie ut speciei exerceant operationem, sed ut partes totius dissimilaris, quibus non competit aliqua per se actio. Cuius pōnis plures clarissimi uiri extitere nr̄a tēpestate, & nos quandoq;. Sed pace horū nunc nō mihi Impugnatio. uidetur ita, quia hęc positio contra omnes Peripateticos, & fundamentum eius esse potest cōtra eos. Contra peri-

I pateticos quidem, quoniam accepit Aristoteles paulò antè totum sequi dispositionem partium. Cùm enim totum heterogenium partibus cōstet tandem homogeneis, iure sequitur ad sectionem partium infinitam, minui ipsum totum etiam in infinitum. Sic enim Aristoteles arguebat aduersus Anaxago. Themistius quoq; idem ibidem explanauit de animalibus & plantis, & Auer. com. 36. quæ tu facile inuenies. Contra fundamentum uerò, quoniam omnis caro est in specie, quælibet autē species habet aliquā propriam formam, qua potest exire in certam operationē licet interdum nobis occultam, igitur & caro actionē habet suæ speciei, & ita uidetur argumentum etiam ad similaria applicabile, de quibusdam patet ut de igne & aqua, & id genus. Quare oportet eandem persuasionem facere de utrisq;, hęc igitur positio nō esse peripatetica. Alij acutissimi uiri tenent non esse minimum, neq; maximum in

K corporibus naturalibus ex parte naturę intrinsecæ, sed bene minimum, uel maximum corpus per se sensile de tali specie, ad hunc profectò sensum ꝙ minus illo de specie illa per se existens sentiri nō posset. Persuaderi potest hęc positio ex parte materiæ, ex parte formæ, ex parte agētis, ex parte dimensionis mediante qua forma introducitur in materia, ex parte demum modi agendi, siue alterandi uel disponendi. Prima persuasio ex parte materiæ est, quia non est dare minimam materiam, de qua potest ęduci aliqua forma, quia tunc de aliqua tota materia ęduci posset, & non de ejus medietate, quod non est possibile. Secunda persuasio est ex parte formæ, quoniam quælibet forma naturalis apud peripateticos est extensa, & diuisibilis in infinitū, tunc arguo: quælibet forma naturalis generatur successiuè, igitur nō est dare primam formæ partem genitam, quin ante illam sit alia prius genita, hanc rationem innuit Auerro. in hoc primo comen. 62. Tertia persuasio est ex parte agentis, nam sub quantacūq; quātitate potest agens formam in materia inducere, sub tanta esse potest forma illa: sed agens potest inducere formā in sub-

L iecto infinitè modico, quia citius agit in partē propinquā quā in remotam: igitur potest forma esse sub infinita parua dimensione. Quarta persuasio est ex parte quātitatis, quæ sic formatur à quibusdam cucullatis, cuicunq; naturaliter competit aliquod antecedēs, eidē naturaliter competit & consequens, dimensio est antecedens, diuisibilitas infinita est consequens, igitur cuicunq; competit naturaliter dimensio, eidem naturaliter diuisio infinita: quare non est dare minimum, cum illud sit naturaliter quantū, & per consequens naturaliter diuisibile. Quinta persuasio est ex parte motus, nā cùm omnis forma naturalis acquiratur per motum, & nullius motus detur primum & ultimum sexto huius, neq; rei generandæ dari potest minimū, daretur enim rei corrumpendæ ultimū instans sui

M esse. Multæ aliæ rōnes hincide fiunt, & etiā hincīde defendunt pōnes, quas hîc breuitatis causa omitto. Qui.n.curiosus est, potest illa in libris nostrorꝫ recentiorū legere, sat enim mihi sit tangere pollentiores fiunt etiam à captiūculatoribus captiuncularij infiniti casus, qui cum philosophiā nō sapiant, omittantur etiam. Sed hæc positio etiā nō est Peripatetica, est enim expresse contra Aristotelem & Auer. & uidetur contra seipsam etiam. Contra Aristotelem quidem & Themistium & Auerroem, ut patet hîc contra Anaxagorā maximè com. 37. & 38. Amplius Auer. in sexto huius. com. 32. & 8. huius. comento. 23. & 44. & 62. & 3. cœli com. sexto. & alijs locis in numeris. Contra se uerò, quia hæc implicant sensile esse determinatum ad minimum ac maximum, & non esse minimum naturale per rationē intrinsecā, quia ex uno sequitur contradictorium alterius, nam ex quo potest aīal minui in infinitum, potest potentia eius tactiua minui in infinitum, potest sua potētia tactura minui in infinitum: igitur sensatio minui proportionaliter in infinitum, & ita sensile, siue tactile potest minui in infinitum: & ita uidetur ex uno concesso, uidelicet ꝙ non detur minimum ex parte intrinseca

Persuasiones.

Prima persuasio ex parte materiæ.

Secūda ex parte formæ.

Tertia ex parte agētis.

Quarta ex parte qūtitatis.

Quinta ex parte motus.

Impugna. Authoritates.

Contradictio.

N sequi non dari minimum sensile. Propter hæc absolutè cum peripateticis sentio, cuiuslibet generati esse minimū & maximum inclusiue, & ex parte intrinseca. Vbi debes scire, ut colligitur ab Auer. in dictis locis, ꝙ radix terminationis est forma, è qua proficiscitur actio & species: Radix uerò interminationis est materia ipsa, quæ est quędā (ut Platonicè loquar) infinitudo, & ita uidet forma determinata maximo & minimo, quia est forma actiua alicuius effectus, quem agere non potest sub quacūq; quantitate. Hæc est positio omnium peripateticorū. Tunc per hæc facile respondetur ad rationem positionis proximæ. Ad primam dico ꝙ siue ex parte materiæ possit ex infinita parua materia forma æduci, siue agentis, ex parte formæ ipsa non potest esse, nisi in minima materia, & hoc satis est. Ad secundā dico ꝙ quælibet forma naturalis est quanta & diuisibilis, non tamen diuisibiliter inducibilis, cum per minima inducatur, ut patet per nunc dicta, & ita simul omnes minimi partes generantur. Ad tertiam di-

O co ꝙ agens omne habet sphærā suæ actiuitatis, in cuius quodlibet puncto agere potest æque pollenter, cū in quolibet æque bene applicetur: & ita negatur illa communis animi conceptio calculatorum, ꝙ agens naturale cæteris partibus citius agat in partem propinquā ꝗ̄ in remotam. Ad quartam cucullatorum dico ꝙ naturaliter dimensio competit rei naturali, & naturaliter diuisibilitas, non quidem in partes potentes per se existere, cum hæc non sit affectio cōmunis cuiusq; quanti sed in partes potētiales, siue designatiuas: sic enim competit omnibus, etiā cœlo. Ad quintam dico in motu etiam datur primum, non tamē ultimum, & ꝙ Aristoteles loquitur de motu locali in sexto, ut exponit Auer. in cæteris datur primū sine dubio, & ita minimū, neq; ualet ꝙ rei corrūpendę sit ultimum. Et si dicis sit corrumpendum unū minimum cui applicetur agens potēs ipsum corrumpere & sumus in primo instāti applicationis, patet ꝙ ī illo est, & imediatè, post nō erit, igitur illud instās applicationis fuit ultimū. Dico ꝙ

P prima exponēs est falsa, īmo in illo instāti applicatiōis primo nō est, īmo instans applicationis est primum nō esse pręcedentis, propterea in illo non est & continuo imediatè antea fuit. Et si dicis, aut applicaē ipm agēs enti, aut nō enti? Dico ꝙ applicaē enti in potentia, & nō enti actu. Et si dicaē omnem corruptionem siue generationem præcedit alteratio, igitur ante illud applicationis instans præcedit alteratio. Dico ꝙ præcessit in eodē, aut in alio, & hoc satis. De his uerò diligentius in sexto dicimus. Hæc de speciei rerum naturalium determinatione. Et de potentijs agamus, sectantur enim potentiæ ipsæ naturas & species rerum. Solet igitur quæri per quid terminatur potētia actiua? quia de passiua idem est iudicium. Captiunculatores oēs tenent potentias actiuas non ꝑ maximū inclusiuè terminari sed exclusiuè, quod est minimum quod

Q non, rem hanc probant potissimum unico argumēto sic, sit actiua potentia a. maximum quod potest, aut mouere, aut leuare b. Et arguitur, aut a. excedit b. aut nō excedit, non est dicendum ꝙ non excedat, quia tunc non ageret: à proportione enim minoris inæqualitatis non prouenit actio. Sin uerò excedit, aut excessu indiuisibili, aut diuisibili, non excedit excessu indiuisibili, cū ille non sit. Si uerò excessu diuisibili, sint illius partes c. d. & tunc si ipsum b. augeretur in tātum ꝙ ipsum a. excedere, ipsum in tātum adhuc moueret, quia ut quilibet excessus sufficit ad continuandum, ita quilibet sufficit ad mouendum, igitur adhuc moueret tale auctum, & per consequens ipsum b. nō fuit maximum. Hoc est Achiles captiunculatorum. Ego uerò teneo absolute cum Auer. in primo cœli com. 116. & 127. ꝙ actiua potentia definitur per maximum quod potest. Ex hoc sequitur ꝙ passiua terminatur per minimum in quod, uel è quo potest, erit enim passiuas potentia ad agens minimum uti maximum illius, Tunc ad rationem nego illam cōmunē animi conceptionem Sorticolarum, ꝙ quilibet excessus sufficit ad mouendum & motum con-

Pō. ꝑpria.

Solutio rationum.

Replica.

R̄ſio.

Replica.

R̄ſio.

Replica.

R̄ſio.

2. qō de potētiis.

Prima pō.

Argumētū

Pō. ꝑpria.

Solutio.

A tinuandum,imo dico secundum Peripateticos esse minimum excessum,quo potentia potest mouere,& nullo minori,& quolibet maiore. Et si dices,tunc rei successiuè daretur ultimum, quia uirtuti excedenti excessu minimo applicetur agens corrumpens in hoc instanti quod est præsens,& arguatur in hoc potentia illa mouet,& immediate post non,igitur motus erit ultimum. Dici potest(ut diximus)instans applicationis esse primum,non esse eius cui fit applicatio,& sic negatur prima exponens. Hæc de potentiis,multa alia in libris de cœlo resarciemus,quæ nūc raptim tangimus,ut iunioribus in parte satisfaciam. De maximo tempore durationis rei solet quæri, quæ quæstio ad librū de cœlo & de generatione pertractata est, nunc uerò raptim quædam afferam. Animaduersione itaq; dignū in omni corruptibili esse potentiam aliquam qua potest durare, siue illa potentia sit qua eius forma in sua

Replic.

Solutio

Quæstio. 3. de maximo tpe durationis.

Quid sit potētia durationis.

B materia conseruatur, siue potentia qua resistit causis corruptiuis. In ipso uerò incorruptibili nulla est potentia suę durationis,qm̄ siue potētia durādi sit ea quæ resistit contrarijs causis suæ corruptionis,siue qua cōseruetur eius forma ī materia,nulla est ī ipso īcorruptibili. Tunc cōsensim omnes tenent potentiam durationis cuiusq; rei corruptibilis,neq; maximo, neq; minimo tempore terminari inclusiuè:maximo quidem non,quia tunc rei permanentis daretur ultimū,ut facile deduci potest. Minimo uerò nequaquā,quia quocunq; tempore dato quo data est res ipsa corruptibilis,adhuc p minus perdurare potest,ut si durare potest per annum,etiam per medietatem durare potest,& per medietatem medietatis, & sic in infinitum. Propter hæc sequitur talem rei corruptibilis potentiam terminari maximo tempore exclusiuè,quod Sorticolæ uocant minimum ultrà quod non. Hæc res facile ex dictis deducitur.hæc de tertia questione. Post hæc restat uidere quid Anaxagoras ipse sua in ipsius fictione uoluit balbutiri, non enim tantus uir hæc uelle dicere uisus est,vt Aristo.sibi imponit. Picus uir nostra ętate clarissimus in heptaplo,quem de septiformi sex dierum geneseos enarratione inscribit,tres figurat mundos:supremum uidelicet omnium angelicum siue intellectualem,ut Plato in phædro,huic proximum cœlestem,postremum omnium sublunarem:hic tenebrarum mundus est,ille lucis,cœlum uerò ex luce & tenebris temperat. Vlterius sumit hos tres mundos unum esse, quoniā quicquid in omnibus simul est mundus,id & in singulis collocatur,uerū quæ in mūdo sunt inferiori,in superioribus sunt, sed meliori nota,q̄ itidem sunt in superioribus,in postremis etiam uisuntur, sed de generū conditione & adulterata ut sic dixerim natura. Hoc autem facile est uidere, & ne manibus uacuis recedamus, explicamus quædam, in mundo sublunari est ignis,in cœlo sol:in ipso angelico saraphicus intellectus. Tenet enim sol ad cœlum,& saraphicus intellectus ad angelicum mundum eam conditionem, quam habet ignis elemētarius in sublunari. Rursus est aqua apud nos,

Cōclusio quōnis.

Qualis pō Anaxa.

Expō pici.

C

Triplex mūdus.

Tres mūdi sunt unus.

Exemplū.

D in cœlo luna,in angelico cherubica mens, similem rationem ad suos mundos habentes,& in aliis omnibus simili ratione potest exponi,quæ cum propositū nostrū transgrediantur,rationabiliter pretermittimus. Ad rem uenio. Anaxagoras itaq; uidens quicquid est in uno illorum esse in quolibet,& quicqd in omnibus insimul esse in singulo hoc balbutiri uoluit dum asserit quodlibet esse in quolibet,quoniam qcquid in uno est mūdo in quolibet esse necesse est. Et licet hæc Anaxagorę allegorica expositio reprehendi non potest, si Aristoteli & Simplicio, cæterisq; græcis,& Themistio credimus, nullatenus consona est. Aristoteles enim ubiq;(ut Themistius interpretatur)uerba Anaxagoræ referens,innuit chaos esse id in quo quodlibet continetur,quod etiam nonnunq̄ migma uocat,hoc est,miscellam,siue mixturam. Hanc autem miscellā Themistius & Simplicius non minus Platonici q̄ Peripatetici materiæ tribuerunt,non mundo. Propter hæc græci fere omnes aliter positionē Anaxagoræ allegoriçarunt:in

Quid de expōne Anaxa. Prima.

Secunda allegoria

tellexerunt enim per migma siue chaos,id quod apud catholicos est abyssus,apud uerò Aristo.est materia, apud uerò Platonem omni capax. Homœomera siue similaria infinita,quę in chaos,siue materia illa contineri Anaxagoras asserit, interpretantur inchoationes formarum, quas uetustissimus Simeon tenebras abyssi ubiq; uocitat, & quoniam in quolibet ente naturali est materia in qua est sua ipsius forma, omni autem in materia sunt omnes inchoationes,iure quodlibet esse in quolibet per inchoationem autumat Anaxagoras. Per mentē uerò quæ inchoationes has,siue rudimēta hæc formarum extrahit,non mētem purā,sine omni corporis adminiculo intelligit Anaxagoras,sed mētem diuinam ut motrix est cœli. Sunt.n. omnes formarum, siue rudimenta,siue inchoationes esse ctiuè in primo motore, potestatiue in prima materia, ut auctor est Auer. 12.meta.in cōmen.18.&.36.Hanc autē E

positionis Anaxa.

expositionem celeberrimi uiri non solum græci Anaxagoræ ascripserunt,sed Aristoteli, ueluti doctissimus Albertus, & fundatissimus Egidius in pluribus locis suæ theologiæ. Sed ān hæc fuerit Aristo.mens,nunc non definio, sat enim est mihi abstulisse positionis Anaxagoræ secundam interpretationem. Hæc de Anaxagora. F

Omnes igitur contraria principia faciunt & qui uniuersum unum esse atque immobile dicunt, quando & Parmenides frigidum atque calidum principia profitetur, quæque ignem & terram appellat,& qui rarum & densum aiunt. Et Democritus plenum & uacuum, quorū alterū quidem ut ens, alterum uerò ut non ens esse dicit. Rusus per positionem, figuram, ordinem, differre res asserit,quæq; contrariorum genera sunt. Per positionem, quidem ut per suprà & infrà,antè atq; retro. Per figuram uerò ut per angularem,inangularé,rectam atque circunflexam. Quod quidem igitur omnes contraria aliqua ex parte principia faciant,ex hisce patet.

Dilucidatoris tex. com.41.

G

Omnes igitur contraria principia faciunt,& dicentes q unum sit ipsum omne, & īmobile. Etenim Parmenides frigidum & calidum principia facit,hęc autem appellat ignem,& terram. Et quidam rarum & densum, & Democritus firmum & inane, quorum hoc quidé, ut ens,hoc autem ut non ens esse dicit. Adhuc autem positione,figura,ordine. Hæc autem genera contrariorum positione,ut sursum, deorsum,antè,retro,figura angularis, inangularis,recta, circularis. Quod quidem igitur contraria quodammodo omnes faciant principia,manifestum est.

Eiusdem antiquus.

Parmeni.

Thales. Anaxime.

Nunc de ueritate ipsorum principiorum naturalium pertractare proponit,& primò q sint contraria per inductionem in omnibus positionibus ostendit: & hoc quia & hi qui unū omnia et immobile,& hi qui plura esse dixerunt, & qui etiam infinita,ut Themistius deducit. Nam Parmenides calidum & frigidum principia esse dixit,quorum alterum ignem,alterum terram uocauit. Amplius etiam & qui infinita principia asserunt:nam Anaxagoras, in similaribus particulis posuit rarum & densum,quę Anaximander secretionem & concretionem appellat: Democritus uerò plenum & inane. Et quoniā corpora indiuidua etiā dixit principia,uoluit rerum generationes differre figura, situ,atq; ordine,quæq; sunt contrariorum genera: Nam situs diuiditur in species,ut in dextrum,sinistrum, supernum,infernum,anteriorem,& posteriorem, figura etiam diuiditur in species,quoniam alia est rectilinea, alia orbicularis,& id genus. Tacuit uerò Empedoclem & Platonem,quoniam de his, ut Themistius inquit,abūdè suprà dixit. Verba Aristote. patent.

Expositio.

H

I Quum destruxit. Auer. primo concludit propositum, ꝙ melius est finita facere, tum quia nulla est necessitas ponendi infinita, tum quia possumus facilius rerum causas assignare, ut fecit Empedocles.

Et cùm declarauit. Secundum Auerroem Arist. uult uenari numerum principiorum, ut utrum tria uel plura, cùm enim numero finita sunt, necesse est scire quot sint. Ad huius igitur inquisitionem accepit suppositionem hanc, ut principium totius considerationis ꝙ principia sint contraria hæc est Auer. expositio. Animaduerte tamen omnes philosophos esse coactos à natura entis (ut ait Auerroes) dicere principia esse cõtraria, quod quidã intelligunt pro quãto cogũtur hoc dicere ratione & experiẽtia. Qui enim dicit ratione triangulum habere tres, potest id negare: at qui dicit ignem calidum esse, id negare non potest, aliter pena egeret aut sensu, ut in libro topicorum dicitur. Nota.


Parmenides autem. Soluit quæstionẽ, nam Parme. omnia ait unũ esse, igiť non concedet contraria esse. Rñdet


K Parme. duplicia posuisse entia, uera & hæc unum ait, & apparentia & hæc plura, & sic tollitur contradictio. Animaduerte (ut Simplicius refert tertio cœli) ꝙ posuit deum esse omnia, & alia à deo non esse, nisi in participãdo deũ, & ita solum deum uere esse concedit, cætera non esse simpliciter, sed quasi apparenter in respectu dei: & hoc modo exponit mẽtem Parmenidis Plato, in Parmenide de uno omnium rerum principio libro, ut alibi diximus.

Deinde dixit & quidam. Hîc narrat secundam positionem eorum qui dixerunt rarum & densum, & hi sunt ut Thales & Diogenes, qui elemẽtum medium principium solum asserunt: generationes autem & corruptiones propter rarefactionem & illius condensationem.

Et etiã posuit. Tertia positio est Democriti, qui ait principia esse cõtraria dupliciter. Vno modo quatenus ponit plenum & uacuum, quibus entia fiunt. Alio modo quatenus ponit res ipsas differre ordine, positione, & figura.


L Hæc autem dicuntur genera contrariorũ, pro quãto unũquodꝗ istorum diuiditur in species, ut situs per suprà, infra, antè, atꝗ retro. Figura diuiditur dupliciter per species priuatiuè oppositas, ut in figuram angularẽ, & inangularẽ, quę nõ ꝓpriè sunt spẽs, nã species sub genere sunt entia positiua, ut patet.





Itemq; diuiditur etiã in species contrarias apparenter, ut in rectam siue rectilineam, & circularem siue sphæricã. Ordo etiã diuiditur per prius &

M posterius, quãꝗ subticuit hãc diuisionẽ, quia intelligit illam in alijs diuisionibus: Sic igitur patet hæc esse genera contrariorum, et non ipsa esse contraria, quãdo sub se cõtinent species contrarias.



Et notandum. Soluit Auer. tria dubia: primum, quia non uidetur ꝙ rarũ & densum sint contraria, quia respectu diuersorum coincidunt. Secũdum, nam si unum contrariũ est in natura & alterum, igitur uacuum & plenum non sunt contraria. Tertium, opposita sunt nata fieri circa idẽ. Respõdet ꝙ Aristo. utitur noĩe contrarij, pro oppositis aut priuatiuè aut positiuè aut uerè aut apparenter, & sic patet solutio ad argumenta.



Secundum Themistium hoc est excerptum ex his, quæ dixerat de rerum naturalium principijs, secundum opiniones ueterum philosophantium: quod probat per consensum omnium physicorũ, qui de rerum principijs locuti sunt, quam expositionẽ Simplicius sequitur, qui asserit Aristo. hoc probare per omnium naturalium in hoc conuenientiam, & si in alijs dissentiant. Aliquando uerò diximus Aristo. hoc probare inductione topica, quæ in omnibus inducit secundum opinionem. Est enim, ut Auerroes inquit secundo priorum, inductio duplex, topica siue dialectica, & hæc est quæ in omnibus inducit secundum opinionem, qualis præsens inductio uidetur. Alia inductio est demonstratiua, & hæc inducit in omnibus secundum rei ueritatem, qua secundò huius utitur, cùm probat naturam agere propter finem. Vtrum uerò detur exemplum topicum & demonstratiuum, in rhetoricis perquirendum est. Fortasse enim cum exẽplum sit ueluti inductionis enthymema, oportebit dicere, sicut inductio duplex est, ita exẽplum duplex: ab una enim uel pluribus authoritatibus uel positionibus, topicũ est exẽplum: ab uua autẽ propositione singulari uera ac necessaria, exemplũ est demonstratiuum, ut si dixero, hic ignis qui apud nos est calefacit, igitur ignis ille qui est in globo lunæ calefacit. Aristo. igitur siue excerptum probat per omniũ consensum, ut Themistius & Simplicius autumãt, siue per topicam inductionẽ, quæ est per omnes opiniones, idem est: Auerroes autẽ asserit hoc esse principium considerationis, & ita uult hoc ipsum non excerptum, sed suppositionẽ esse. Aristo. enim supponit principia esse contraria, ut ex hac suppositione concludat numerum principiorum. Sed siue sit excerptum, siue suppositio sit, conclusio textus est, principia rerum naturalium sunt contraria, quæ sic intelligenda est, cùm aliqd transmutať naturaliter, terminus à quo & terminus ad quẽ, sunt contraria, & intelligit per contraria, ut Auer. exponit in fine cõmenti, modo quo forma & priuatio aduersantur: quare intelligit priuatiuè opposita, quæ fuso uerbo cõtraria dici possunt. Quod uerò cuiuslibet transmutationis terminus à quo, & terminus ad quẽ sint contrarij per consensum, probat & dicit: { Omnes igitur contraria principia faciunt, } & primò inducit opinionẽ eorum qui dixerunt unum ens, & imobile, vt Parmenidis & dicit, { & dicentes ꝙ unum sit ipsum omne, & imobile: etenim Parmenides frigidum & calidum principia facit, hæc autẽ ignem & terram appellat. } Appellat etiã hæc, ut Simplicius deducit ex uerbis Parmenidis, lumen & noctẽ siue tenebras. Deinde inducit opinionẽ eorꝶ, qui unũ & mobile principiũ supposuerunt, ut Thales & Anaximenes, & dicit, { & qui rarũ & densum } .s. principia cõtraria faciunt, ut Thales & Anaximenes, qui asserentes aquã esse cõmune oĩum rerum naturalium principium, ex eo cuncta generant raro atq; denso. Deinde inducit opinionẽ eorꝶ, qui asseruerunt rerũ naturaliũ principia materialia esse plura, & dicit { & Democri. } qui posuit atomas infinitas esse rerꝶ naturaliũ naturalia principia, asseruit principia formalia esse { firmũ & inane, si ue uacuũ, & plenũ, quorꝶ hoc qdẽ ut ens } plenũ uidelicet, { hoc aũt, ut nõ ens } .s. uacuũ { esse dicit. } Deinde subdit, { adhuc aũt põne, figura, ordine. } & Themi. & Auer. ꝓpter hæc uerba uolunt Democritũ duobus mòdis inter terminos gñationis cõtrarietatẽ cõtẽplatã esse, ex parte ipsorꝶ principiorꝶ qdem, plenũ & uacuũ, ex parte uerò rerꝶ quæ gñantur ab illis, figurã, põnẽ, & ordinẽ, quę nõ ipsa cõtraria sunt, sed contrariorꝶ genera, & quasi dicat, & nõ solũ plenũ & uacuũ principia cõtraria dicit, { sed adhuc } principiata ipsa, q̃ ex illis sunt { põne, figura ordine, } cõtraria asserit. Ego uerò authoritate Simplicij, assero Democritũ asseruisse ex parte principiorꝶ contrarietatẽ esse inuentã dupliciter: nã ex parte principiorꝶ formaliũ, q̃ sunt terminus à quo, & terminus ad quẽ, posuit plenũ & uacuũ: ex parte uerò principiorũ mãliũ, quę sunt

N Recognit. Alia expo. De intẽtione & exẽplo. O Expõ Auer. P Q

A { sunt atomæ, posuit figuram, ordinem, positionem, quæ licet in se nõ sint contraria, sunt tamen contrariorum genera. { Nã positio genus est superioris & inferioris, sinistri, dextri, anterioris, posterioris: figura angulatæ, inangulatæ, rectæ & circularis: ordo uerò prioris, & posterioris. dicit, { { adhuc autem } principia subaudi cõtraria asserit materialia, { positione, figura, ordine. Hæc autem } idest, quæ quidem { genera contrariorum sunt positione, ut sursum, deorsum, antè, retro, dextrum, sinistrum: figura, angularis inangularis, recta, circularis. } Atomæ positione quidem cõtrariæ sunt, nã aliæ sursum, ut leuiores: aliæ deorsum, ut grauiores: aliæ ante, ut meridionaliores: aliæ retro, ut septẽtrionaliores. figura uerò q atomarum, alia est angularis, alia inangularis, alia recta, hoc est, rectilinea, alia circularis, ut circulus: ordine deniq; quia aliæ priores uirtute & efficacia, & ad generationem prõptiores: aliæ cõtra posteriores uirtute ac pollẽtia, & quia posterius ad gene-

B rationem ueniunt. Quare in principiis dupliciter contrarietas est, quoniam uno modo ex parte principiorum formalium, alio modo ex parte principiorum materialium.

Dubiũ. Sed dices, nullus terram posuit principium rerũ, Aris. uerò asserit Parmenidem posuisse terram rerum principiũ. Potest dici terrã solam posuisse neminem nisi Hesiodum & Arcades, Parmenides nõ solam, sed terram & ignem: tacuit autem de physicis Platonẽ, & Empedoclem, quia, ut Themistius inquit, de his superius abũde dixit. Insup & Anaxagoram omisit nũc, quia de eo prius dixerat, ut Simplicius asserit, cum inter eum & Empedoclem differentiam assignauerit. Digreditur Eudorus declarando quonam modo Pythagorici unum principiũ posuerint, & quonam modo plura ac cõtraria: & tandẽ asserit unũ eos dixisse ex parte materiæ, plura uerò ex parte formæ & priuationis. Insuper est dubitatio quia Parmenides ait, omnia unum esse, igitur nõ concedet cõtraria esse. Innuit sol. Simplicius Parmenidem asseruisse omnia esse unum ad naturam, & ad ueritatem, plura autem ad opinionem.

(Margin: Plato. Empedoc. Anaxagoras. Eudorus. Dubiũ.)

C Auerroes autem quasi aliter respondet, ut in cõmẽtariis patet. Demum epilogat, & dicit, { q quidem igitur contraria quodam modo oẽs faciant principia, manifestũ. } Cur uerò dixerit { quodãmodo } prima ratio, ut Simplicius inquit, esse potest, quoniam nõ propriè contraria dicunt, sed quæ existimant cõtraria esse: neq; enim uacuum & plenum contraria, sed potius ut priuatio & habitus opponuntur: neq; angulare & inangulare, rectum & circulare contraria sunt, cùm in figuris nõ sit contrarietas, sed ut priuatio & habitus opponunt. Secũda ratio est, quia accepit contraria ut opposita priuatiuè, quæ non propriæ contraria dicuntur, & hanc rationẽ asserit Auerroes fortasse accipiens à Simplicio.

(Margin: Consideratio uerbi.)

Dilucidatoris tex. com. 42. Et hoc rationabiliter, principia, nanq; neq; ex se mutuo neq; ex aliis, & ex his omnia esse oportet. Contrariis autem primis hęc insunt, quia nanque sunt prima, ex aliis non sunt: quia uerò contraria sunt, non ex se mutuo fiunt.

D

Eiusdẽ antiquus. { Et hoc rationabiliter, oportet enim principia, neq; ex alterutris eẽ, neq; ex aliis, & ex his omnia. Contrariis autem primis insunt hæc, propter id quidem q prima sunt, non sunt ex aliis: propter id uerò q contraria, non ex alterutris sunt.

Expositio Secũdo idem probat ratione sic, quæcunq; non fiunt ex aliis, neq; ex se mutuo, & ex his oĩa, sunt, prima principia. Prima contraria non ex aliis, & hoc ea ratione qua prima & maximè communia: nec ex se mutuo fiunt, & hoc quia cõtraria: & ex his omnia quæ fiunt ut inductione deducetur. Igitur prima contraria sunt principia, & ita p conuersionem simplicem principia sunt prima contraria. Huius rationis tãgit maiorem & minorem, quo ad duas partes, in quibus nõ est dubium: quo uerò ad tertiam partem in textu sequenti tangetur.

Quia apparet. Colligit Auerroes consensum omnium, q uidelicet principia sint contraria, aut cum contrarietate: tum ut habeat per hæc principia esse plura uno, nihil enim sibi cõtrariũ est: tum ut incipiat tractare de ueritate in se. E

Quoniam si generentur. Tria, ut inquit Themistius, necessaria sunt inesse principiis: primum ut ex seinuicem nõ existant, alioquin principia & nõ pricipia esse probarent: secundum ut neq; ex aliis constent, nam si prima nõ sunt, quo pacto possunt esse principia: tertium ut ex illis constẽt cætera, atq; hoc est principiis maximè proprium.

Et cũ demonstrauit. Eadem inesse cõtrariis primis declarat, ut habeat syllogismum: uocamus autem prima contraria, ea quę sunt maximè generalia. Declarant modò Auerroes & Themistius hæc de primis cõtrariis, eo enim quia prima, ex aliis constare non possunt: quia uerò contraria, nec mutuo ex seipsis. tertiam conditionem per inductionem declarabit Aristoteles.

Contrarium enim. Sed cõtrà obiicit Themi. nam ex albo fit nigrum. Respondet unum contrarium fieri ex alio tanq; ex termino è quo, nõ autem tanq ex subiecto, & hoc inquit Auerroes, contrarium enim nõ generatur ex alio cõtrario. i. non mutatur in illud, quia licet fiat ex alio uti termino à quo, non fit ex alio uti subiecto, quomodo statua ex ære fit, ut addit Themistius. F

{ In cõmẽtariis præsentem syllogismum in tertio primæ confecimus hoc pacto, quæcũq; neq; ex alterutris sunt neq; ex aliis, & oĩa quę sunt ex ipsis sunt, sunt prĩcipia: prima cõtraria neq; ex alterutris neq; ex aliis sunt, & omnia sunt ab ipsis: igitur prima cõtraria sunt principia: quare per cõuersionem in parte prĩcipia sunt prima cõtraria. Et si uis poteris conficere hũc syllogismum in .7. primæ indirectæ, inferendo q principia sint prima contraria.

(Margin: Recogni. Darii. De resolutione ad artẽ prioristicam. Dabitis.)

{ Quod uerò ad syllogismos attinet, considerãdum nos syllogismos cõficere posse, aut ut docentes, aut ut utentes. Cum syllogizamus per uerbum inest, uel nõ inest, syllogizamus ut docẽtes, ut si dixerimus, a inest omni b. b uerò inest omni c. ergo a inest omni c: & huius rei causa est, quoniam qui docet, respicit formam syllogismi: forma uerò magis per inesse, q per esse apparet, quoniã esse in toto & de omni dici, uel esse in nullo & de nullo toto dici, euidẽtius cernitur, cùm syllogismus per uerbũ inest conficitur, q per uerbum est. Cùm uerò syllogizamus p uerbum est, ut utentes syllogizamus, nam esse & nõ esse respiciunt materiam, quoniam ab eo q res est uel nõ est, dicitur oratio uera uel falsa, & ita sic syllogizabimus, omne c b, omne b a, igitur omne c a. In præsenti ergo syllogismo Aris. maiorẽ accepit ut utens, & dixit, { & hoc } .s. quod ex uete philosophorum collegimus, { rationabiliter } dictum est, { oportet enim principia neq; ex alterutris esse, neq; ex aliis, & } oportet { ex his esse oĩa } .s. quęcunq; aut generantur aut corrũpuntur. Erit igitur maior sm hanc expositionem, quęcunq; neq; ex alterutris, neq; ex aliis, & ex his omnia sunt, principia sunt. Hęc est maior p uerbum est, quia eam Arist. accepit ut utens. Minorem uerò cùm dixit, { contrariis autem primis insunt hæc, } quam ut docens accepit assignãdo syllogismi formam simul cum ueritate. Sed dubitabis, nam si syllogismus resoluetur ad esse uel non esse, relinquet ex duabus negatiuis: nam syllogismus erit, q̃cunq; nõ sunt ex aliis, neq; ex alterutris, & ex his oĩa sunt, sunt principia. Contraria nõ sunt ex aliis, neq; ex alterutris, & omnia ex ipsis. Igitur in .7. primæ indirectè concludetur, q principia sint prima contraria, ex ambabus negatiuis. Nec dicere poteris syllogismum esse in secunda figura ex maiore affirmatiua, & minori negatiua hoc pacto, principia sunt ea quę nec ex aliis, nec ex alterutris sunt, & omnia ex ipsis, hæc affirmatiua est licet de prædicato infinito: prima contraria non sunt ex aliis, neq; ex alterutris, & oĩa ex ipsis, & hæc minor negatiua est: igit prima cõtraria sunt pricipia, qua cõuersa habet intentũ. Causa uerò quare sic dici non põt, qm conclusio est affirmatiua, q̃ esse nõ potest in secũda figura. Quare melius dicẽdũ sylm esse in .7. priæ,

(Margin: G, Cõsidõ. H, Dubiũ. Dabitis. 1 solutio. Dabitis.)

I ex maiori affirmatiua de aliquibus partibus subiecti infinitis, minori uerò affirmatiua de prædicato infinito toto uel pro parte infinita: componatur igitur sic, quæcunq; entia neq; ex aliis, neq; ex alterutris, & ex his sunt omnia, sunt principia: prima contraria sunt entia neq; ex aliis, neq; ex alterutris, & ex his omnia: igitur in. 7. primæ principia sunt prima contraria. Patet ergo utrãq; esse affirmatiuam, cuius Aristo. in textu pbat minorẽ, & dicit { propter id quidem q prima, non sunt ex aliis: propter id uerò q } sunt { cõtraria, non ex alterutris sunt. } & subaudi propter id etiam q sunt prima & cõisima, omnia quæ fiunt, ex his fiunt. Maiorem Auerroes probauit, ut in cõmentariis patet. Hęc de syllogismo iuxta iuniorum

K
Secundus modus resolutõi ad artem prioristicam.

expositionem. Aliter potest syllogismus cõponi, & qdẽ hoc pacto, quæcunq; neq; ex aliis sunt, neq; ex alterutris, & omnia quæ fiunt ex ipsis fiunt, sunt prima cõtraria Sed prima pricipia rerum naturalium sunt, quæ neq; ex aliis, neq; ex alterutris sunt, & omnia quæ fiunt, ex ipsis fiunt. Igitur prima rerum naturalium principia sunt prima omnium contraria. De ratione hac primò accepit minorẽ, & dicit { & hoc rationabiliter, oportet enim principia neq; ex alterutris esse, neq; ex aliis, & ex his omnia, } hæc est minor: deinde assignat maiorem, & dicit { contrariis aũt primis insunt hæc, } idest, quæcunq; sunt neq; ex alterutris neq; ex aliis, & omnia sunt ex ipsis, sunt prima contraria, & hæc est maior: igitur prima principia sunt prima cõtraria. Et cùm dixit { cõtrariis autem primis insunt hæc, } intellexit ea omnia quibus hęc insunt, sunt prima contraria, & sic habetur maior: conclusio autẽ fuit proposita: q autem prima principia non fiant ex alterutris, neq; ex aliis, sed omnia ex ipsis, in textu probatum est. Hanc expositionem laudo primò, quia non oportebit dicere cõclusionem esse indirecte illatam: deinde quia habebitur aliqua principia esse cõtraria, & non omnia, cùm indefinita propositio equipolleat particulari, quã hîc intendit: postremò, quia ex hac expositione nihil uiolenti

Te. cõ 47.
L

habetur in uerbis Arist. Sed de hac expositione posterius dicemus. Quod uerò ad uerba attinet, dixit, { & hoc rationabiliter, } quod grece est εὐλόγως, idest, bona ratione, quia ratio quam hîc adducit, est logica satisq; probabilis, non autem demonstratiua, quoniam propositiones quas accipit, non sunt omnino necessarię, sed receptæ à ueteribus, & ex his tanquam receptis syllogizat. De hac ratione Arist. probat minorem ſm hanc expositionem, q enim prima principia non sint ex alterutris, patet quia prima principia prima sunt, si enim prima principia ecent ex alterutris, ut Simplicius & Auerroes deduxerunt, tunc idem esset principium, & non principium. Principium quidem, quia ex ipso esset alterum: non principium uerò, quia principiatum esset ex altero: q etiam non ex aliis, etiam patet, quia primum principium nihil habet prius: q deniq; omnia ex iis, etiam perspicuum est, quoniã prima atq; cõisima: & intelligit prima contraria, uniuersalissima contraria. Sic igitur ſm hanc expositionẽ minor probatur in textu, ut etiam Simplicio uidetur, licet Auerroes probet maiorem & minorem, ut legenti uerba sua

M

perspicuum est. Sed queres, quonam pacto cõtraria nõ sunt ex alterutris, cùm ex nigro album, & ex imusico musicum fiat? Respondet Simplicius unum contrarium fieri ex altero, ut Ex, dicit ordinem eius quod fit post aliud, & nõ tanq̃ ex elementis remanentibus, ut ex ligno lectulus: quoniam non est possibile cõtrarium, cõtrarium materiam esse. Vnde & Auerroes in cõmento hoc uoluit, ut patet in nostris cõmentariis. Secundò quæres, quonam modo cõtraria principia sint, non enim prima principia esse possunt multa: quia, ut Aristo. inquit in fine. 12. primę philosophiæ, nõ bonum est pluralitas principatuum, & concludit unum esse principem: q si nõ possunt esse multa, quanto minus possunt esse cõtraria? Sed solutio est, ut Simplicius inducit, illud quod Arist. dixit, non habere locum nisi in abstractis. At in naturalibus nunc loquimur, in quibus oportet tria esse prima principia cõisima: N
quoniam omnia naturalia esse habent in transmutatione, omnis autem transmutatio ab aliquo in aliquid, & circa aliquid est, quod est commune subiectum, & ita non põt esse unum primum principium: quã solutionem probauit Simplicius.

Verum id ipsum oportet & in ratione considerare quõ contingat. Sumendum est igitur primũ, non quodlibet eorum quę sunt agere in quodlibet, neq; aptũ esse quodlibet pati à quolibet, neq; fieri quodlibet ex quolibet, nisi quis per accidens sumpserit: quo nãq; modo fiet album ex musico, nisi albo uel nigro musicum accidat? Sed album quidem fit è non albo, atq; ex hoc non quouis, sed è nigro, aut mediorum aliquo. Musicum uerò è non musico, atq; ex hoc non quocunq;, sed ex ímusico, aut medio, si aliquid inter ea medium sit. Dilucidatoris tex. com 43. O

{ Sed oportet hoc, & in ratione considerare quõ contingat. Accipiẽdum est igitur primũ, q oĩum entium ullum neq; facere aptum natum est, neq; pati contingens contingenti, neq; fit quodlibet ex quolibet, nisi aliquis accipiat ſm accidens: quomodo utiq; fit album ex musico? nisi accidens sit albo, aut nigro ipsum musicum? Sed album quidem fit ex non albo, & ex hoc non omni, sed ex nigro, aut ex eorum medio: & musicum ex non musico, nõ tamen ex omni, sed ex immusico, aut si aliquod ipsorum est medium. Eiusdem antiquus.

Syllogizauit Arist. sic, quæcunq; non sunt ab aliis, neque ex se mutuo, & oĩa quę sunt ex eis sunt, sunt pricipia prĩa sed prĩa cõtraria nõ sunt ab aliis, nec ex se mutuo, & omnia quę sunt, sunt ex contrariis primis. Igitur prima cõtraria sunt principia: uerificauit duo q non ex aliis ipsa prima contraria constent, neq; ex se mutuo. Cõmunis igitur expositio est, q nunc probet tertium, uidelicet q omnia fiãt ex primis cõtrariis. Et apud sic exponentes ratio sic cõponitur, contraria & media sunt cõtraria, oĩa quæ fiunt fiũt ex contrariis & mediis, igitur omnia quę fiunt ex cõtrariis fiunt: supponit maiorem, & minorem inductione probat in omnibus quæ fiunt, ut patebit: sed an hæc expõ sit conueniens, posterius dicẽt. Aliter exponit Themistius, cùm enim Aristo. acceperit in minori omnia ex contrariis fieri, quærere potest quis utrum eodem modo constent reliqua ex contrariis, ut ex principiis: & respondet Aristo. q non similiter eodem modo penitus: nam ex principiis unumquodq; fit uti aut ex partibus, ex cõtrariis uti ex termino è quo. Quòd uerò oĩa fiãt ex contrariis ceu termino à quo, petit tria: primũ, nõ quodlibet agit in quodlibet, aut patiẽ à quolibet, sed determinatũ in determinatũ. Secũdũ, non quodlibet fit ex quolibet p se, nisi fortè p accidẽs. Tertia suppõ est, nõ quodlibet corrumpitur in quodlibet per se, nisi forte per accidens. Harum duas accipit in præsenti litera, tertiam in alio textu: & uerba patent per se. expositio I suppõ. P 1. petitio. Q Secunda Tertia.

Quia ille. Istud cõmentum patet, duo tamẽ attentione digna sunt. Primum q Arist. ubiq; in isto textu & in sequentibus, sumit contrarium pro quodã genere subalterno ad contraria priuatiuè, & ad cõtraria positiua: signum autem affert, q exemplis usus est in utroq;: per hæc solui possunt obiectiones contra Arist. quas diximus suprà. Secundũ uerò est, q soluit dubium cur Arist. hypotheticè loquutus est addens, sic inter ea sit medium, quasi dubitans an inter musicum & ímusicum sit dare medium: uult igĩ Auerroes Arist. hypotheticè esse loquutum, pter qõnẽ hanc, ac si respondeat quęstioni: dico si inter hęc potest dare medium. Cætera cõmenti uerba patent. Quærũt nonnulli quare album ex nigro, aut horũ medio necessario fit, non aũt ex dulci, aut Primũ no. Secundũ not. Dub.

A Rñ.prima. ci aut musico, cũ omnia in subiecto sint eodem animali? Nouus expositor reddit causam ex parte subiecti proximi, ut quoniam colorum omnium pximum subiectũ est superficies, saporum mixtura ipsa, habituum uerò anima. Cõfutatio. Sed hoc stare non potest, ut quidam asserunt, primò quia tunc album fieret semper ab omni cõuenienti in subiecto secum, ut à rubeo, & cæteris aliis. Secundò φ per se est de omni primo posteriorum, modò non semper album fit ex contrario, sed interdum fit ad immediate ex elementis. Alii propter hæc uolunt album posse dupliciter effici, aut per se motu proprio, aut per accidens ad generationẽ mixti: tunc uolũt album fieri ex suo contrario quãdo fit p se. Pδ ppria. Sed mihi uidetur φ neuter satisfaciat huic quęsito. Nouus quidem expositor non, quia sola cõuenientia subiecti non uidetur causa sufficiens, φ aliqua fiãt ex se mutuo, ut φφ musica & grãmatica conueniant in subiecto, non pterea unum ex altero fit, nec uidetur esse sufficiens alterꝫ fieri ex altero, quia alterum per se pprio motu fit, ut dixerunt alii: B propterea uidetur mihi ab Aristote. 10. meta. esse dictum, aliqua fieri inuicem, quãdo per se fiunt, quia sunt contraria & eiusdem generis subiecti: contraria quidẽ siue propriè siue priuatiue, eiusdem generis uerò, quia apta sunt fieri circa idem subiectum proximum: & quantũ ad hoc bene dixit nouus expositor. Nec intelligas unum contrarium fieri semper ex suo cõtrario, sed ex medio interdum, in quo ratio contrarii saluatur. Et hæc est expositio Themistii hîc, Recognitiones. si bene consideras.

Simplicius, ut mihi uidetur, asserit Arist. tria dixisse de primis cõtrariis, & φ non fiant ex alterutris, & φ nõ fiat ex aliis, & φ ea omnia quæ generãtur & corrumpuntur, generentur & corrumpãtur ex contrariis: cùm itaqꝫ duo Expositio Simplicii. probasset, nunc probat φ omne quod generatur aut corrumpitur, generetur uel corrumpatur à contrario. Exponit autem quonam modo sit intelligẽdum hoc tertium, & uult ut per contrarium intelligatur agens ipsum cõtrarium: & sic intelligit φ omne quod fit ab agente sibi con C trario fiat, & omne quod corrumpitur ab agente contrario corrumpatur: & pro hac expositione uidetur textus, in quo Arist. accipit pro dignitate φ nullum entium sit aptum natum agere, aut pati quodlibet à quolibet, quod non est uerꝫ nisi de agente quod agit, & de patiente quod generatur. Sed hoc stare nõ potest, quia non semp agens est contrarium ei quod fit, album enim fit à miscente elementa, uel à generãte mixtum album, quod non est cõtrarium albo: & musicum fiat à præceptore qui generat musicam in anima discipuli, & non à contrario. Præterea omne quod fit, potius generatur à sibi simili, ut. 7. met. Reprobδ. patet: sed omne quod corrumpitur, corrumpitur à suo cõtrario, uel in suum contrarium. Sed fortasse pro defensione Simplicii, posses dicere quod omne quod fit, fiat ab agente contrario non sibi quod fit, sed à cõtrario ei quod corrumpitur. Sed nec hoc ualet, nam generans album nõ D est contrarium albo, neqꝫ in nigro quod corrumpit: similiter neqꝫ generans musicum est contrarium musico qui fit, neqꝫ ei à quo fit. Quare melius dicamus Aristote. intellexisse per contrarium terminum à quo, & terminum ad quem: & ita erit sensus, unumquodqꝫ fieri à suo contrario tanq̃ à termino à quo, & corrumpi in suum cõtrarium tanq̃ in terminũ ad quem: quoniã omne agẽs quod aliquid generat, illud generat ex suo contrario: & omne corrumpens quod aliquid corrumpit, illud corrumpit in suum cõtrarium: & sic Aris. primò probat φ omne quod generatur, ex suo contrario generetur. & fm hanc expositionem in hoc textu, una tantum suppositio ponitur. s. φ omne quod fit, fiat ex contrario. Quod uerò ad uerba attinet, cùm Aristo. dicit. { sed oportet hoc & in ratione considerare, } per rationẽ intelligit inductionẽ, ut Auer. exposuit, uel syllogismum, qui reduci potest ad inductionem, ut patet in cõmentariis. cùm uero dixit, { accipiendum igitur est primum } & reliqua, uidetur quasi argumentari, φ cùm omne agens agat in id quod est determinatum, sequitur, ut neqꝫ fiat quodlibet ex quolibet, nisi se E cundum accidens. Et cum dixit, { & musicum ex non musico, non tamen ex omni, sed ex immusico, aut } subaudi ex medio, { si aliquod ipsoꝝ est medium, } Auerroes asserit hoc esse dictum, quoniam inter formã & priuationem in rei ueritate non est medium. Quod nunc 1. dubδ. consideratione dignum esse arbitror, nam Auer. prima facie uerꝫ dicere uidetur, primò quia forma ut affirmatio est, priuatio, ut negatio. At inter affirmationem & negationem nullum prorsus est medium. Deinde quia priuatio cùm sit nihil formaliter, non est aliquod gradualiter tale: quare nõ potest habere mediũ graduale inter se, & suã formã. Sed calculatores tenent oppositũ, ut q̃ uolũt oẽm formam intẽsibilem & remissibilem habere cõtrarium, quæ est forma uel priuatio gradualiter intensibilis uel remissibilis: lumen enim quia est gradualiter tale, ideo tenebra est gradualiter talis. Secundo accipiunt inter quæcunqꝫ duo contraria, intensibilia siue priuatiua siue positiua fuerint, reperibile esse medium intensibile & remis- F sibile: quare ex his deducunt inter priuationem & formã esse medium intensibile, modo forma cuius est priuatio, intensibilis sit. Hoc idem probant ex eo, quia si aliqua forma esset gradualiter talis, & sua priuatio non, tunc subiectum cum inciperet deperdere formam gradualiter talem subito totam formam gradualiter talem deperderet, quod est falsum apud ipsos. Sed hi possunt concordari, nam priuatio uno modo accipi potest pro ipsa forma, quæ abest à subiecto, ut Arist. postea dicet: alio modo accipi potest pro subiecto quatenus caret forma: Et sic dicerem inter priuationem & formam esse reperibile medium, cum priuatio accipitur pro forma contraria, gradualiter tali quæ abest: cùm uerò accipitur priuatio pro subiecto carente, sic nõ datur medium, nõ enim in- G ter materiam habere formam, & materiã carere forma, datur medium. Quæres fortasse propter quid est, ut alte 2. dubδ. rum contrariorum semper fiat ex altero contrario uel medio? Egidius, ut patuit in cõmentariis, dixit contrarium fieri ex cõtrario, quia eorum subiectum est unum, & idem. Sed hoc stare non potest, quoniam unũ & idem est musicę & grammaticę subiectum, & tamen altera non fit ex altera: quare dicamus iccirco alterꝫ contrarium fieri ex altero uel medio, quia contraria sunt. Sicuti enim nulla est causa quare graue mouetur deorsum, nisi quia graue, ita nulla alia est causa, quare alterum contrarioꝝ fit ex altero uel medio, nisi quia contraria: sunt enim contraria eo ipso, quia contraria apta sunt fieri circa idem subiectũ non simul, sed successiue, nec hoc habent, nisi quia talia, propter hoc Arist. non probauit rem hanc, nisi inductione, Cõtraria quæ. & experientia. Exponit autem Simplicius, per contraria, ea quæ ante transmutationem simul in eodem subiecto esse non possunt, quæ non proprie contraria dicuntur, Mediũ quid. sed opposita fm quãcunqꝫ oppositionem. Quid uerò per H medium? Simplicius dicit triplex medium, per abnegationem, ut hermaphroditus: per participationem uel per mixtionem, ut colores medii: per potentiam innatam, ut quod est medium subiectum in potentia utrunqꝫ extremum. Aristo. medium accipit pro eo, quod participatione medium est, uel mixtione.

Neqꝫ etiam corrumpitur in quodlibet primum, ut album non in musicum, nisi interdum per accidens, sed in non album, atqꝫ in hoc non in quodlibet, sed in nigrum aut in medium: eodem modo musicum etiam, & hoc non in quoduis, sed in immusicum, aut in medium, si quid inter ipsa medium fuerit. Dilucidatoris tex. cõmẽ. 44.

Neque igitur corrumpitur in contingens primum, ut album non in musicum, nisi fortasse fm accidens, sed in non album, & in non album, non Eiusdẽ ãtiquus.

I {in contingens, sed in nigrum, aut medium: & ipsum musicum similiter, & hoc non in continges, sed in ímusicū, aut medium, si aliquod ipsorū est.

Tertia uidetur hæc suppositio, ꝙ uidelicet non quodlibet corrumpitur per se in quodlibet, nisi fortasse per accidens, quod exponit exemplis, & res patet.

Neq; etiam Auer. ponit hanc distinctionem, ꝙ aliquid potest corrūpi in aliquo ꝑ se & primò, in aliquod per se & nō primo & in aliquod per accidēs: ꝑ se & primò corrumpitur tātum in unum, ut in sui priuationem, quę tenet locum contradictorii, nam uni unum est cōtradictorium: per se & non primò corrumpitur in plura, sed in certo dato numero, quia corrumpitur in cōtraria, quæ sub eodem genere sunt species incerto numero: per accidēs uero res in infinita corrūpi potest, quoniam quæ sunt per accidens possunt esse infinita. uerbi causa: Album primò corrumpit in nō album, per se & non primò in nigrum & media, per accidens in infinita, ut in musicum grāmaticum, & in tot quot possunt esse in eodem subiecto, ut dicit Themistius. Et ꝑ hæc patet differētia inter motum & generationem siue corruptionem: motus enim per se primò est inter contraria, quia est de positiuo in positiuum, generatio & corruptio inter priuationem & habitum. Amplius motus per se secūdò est inter cōtradictoria, siue inter priuationē & habitum, generatio ꝑ se primò. Hæc in libro de suba orbis. Aristoteles igitur. Cōcludit expositionē Aristotelis, ꝙ corruptio quo ad terminum primū, quatenus uidelicet exigit primitatem, hoc est, quatenus consideratur respectu primi termini, est ad unum tantum, quia uni nō contradicit uel non opponit priuatiuè nisi unum: quo uerò exigit essentialitatem, hoc est, quò ad terminū per se non primū, potest esse ad plura, sed in certo numero, idem quoq; uult esse intelligendū in generatione: reliqua cōmenti patent. Quæres, quibus differētiis ꝑ se differt motus à generatione, siue corruptione? Respondent quidam ꝙ per successionē, nam de ratione motus est esse successiuum & continuū, de ratione uerò generationis & corruptionis est esse in nō tempore. Hæc solutio multis in locis est cōfutata, primò quia formæ elementariæ successiue generantur & successiue corrūpuntur, & tamē earū est generatio & corruptio. Secūdò, octauo physico. cōmē 23. solus motus in loco est continuus & successiuus. Ideo dicēdum motum à generatione differre penes subiectū primum, & terminos: subiectum quidem primum, quoniam primum subiectum generationis est prima materia, siue ens in potētia, at subiectum motus est ens in actu: penes terminos uerò primò, quia generatio est inter opposita priuatiua, motus uerò per se prìo inter cōtraria positiue, & ita stat eē motū, & ꝯtinuū neq; successiuū: & ecōtra stat generatio & successiua.

Nota de termino.

K

Dria motus & generationis.

Dubiū. Solu.

Cōfutatio.

L

Solutio propria.

Recognitiones.

{ In cōmentariis hanc fecimus tertiam suppositionem, at nunc puto eē secūdam, quoniam prima, ut patuit, est, ꝙ omne quod fit, ex contraria fiat: at secūda nunc est, ꝙ omne quod corrūpitur, in suum contrarium corrumpatur, ita ut quēadmodum generatio est ex cōtrario in contrarium, ita oīs corruptio est. ex cōtrario in cōtrarium, uel in medium: quæ expositio est Simplicii, qui textu proximo unam suppositionem, hic alteram facere uidetur. Quod uerò ad uerba attinet, aīaduerte Aristote. illatiue posuisse hāc secūdam in græcis codicibus, quoniam ꝓ suum contrariū, quod est generatio, est ꝑfecte exposita: propterea eam quasi ex dictis inferens, dicit { Neq; igitur } subaudi pari ratione { corrūpitur in quodlibet primum } Pręterea aīaduerte, nos in cōmētariis de mente Auerrois asseruisse elementoꝝ generationem esse gradualiter successiuam, nō tamen motum: primò ꝓpter subiecti differentiam, quoniam generatio est materiæ subiectiq;, quod est ens in potentia: motus uerò subiecti, quod est ens in actu. Deinde ꝓpter differentiam terminoꝝ, quia termini motus sunt positiui, at termini generationis huiusmodi sunt priuatio & forma. Sed nunc in hac determinatio-

M

{ ne dubitamus nō parum, quia licet absoluta generatio formę sub alis elētorū, differat à motu, & penes subm & penes terminos, cōparatiua generatio eiusdē nō uidetur differre penes subiectum, quoniám hæc supponit subiectum ens in actu: per hanc. n. non dicitur forma nunc primò esse, sed nūc primò eē maior ꝙ̄ prius erat. Quare supponit illam esse in materia, & ita supponit subiectū esse ens in actu. Supponit etiam terminos esse positiuos, cùm transmutatio supponat formam esse minorem ꝙ̄ postea erit, & sic est inter formam & formā. Secūdò dubitatur, quoniam si elementarię formę successiuè generarentur, essent intēsibiles & remissibiles, & cùm intēsio & remissio sint ꝭm partes formæ, tunc elementarię formę essent ꝭm essentiam intensibiles & remissibiles: sed rem hanc diligenter disputaui. 11. libro dilucidari. Ideo breuibus nunc aīaduerte generationem elementi, uerbi gratia, ignis esse dupliciter: uno modo simpliciter absoluteq; & per hanc ignis dicitur simpliciter ac absolutè nunc primò esse. Alio modo comparatiuè, per quam ignis nunc primò est maior ꝙ̄ prius erat, & hæc propriè est intensio ignis. Simili ratione corruptio duplex est, simpliciter quidem ac absolutè, qua uidelicet ignis nunc primò non est & comparatiuè, qua ignis nūc primò est minor ꝙ̄ prius erat: & hæc dicitur propriè remissio. Tunc putarem posse dici, ꝙ generatio quæ dicitur absolutè ac simpliciter, non sit motus, quoniam est subiecti, quod est ens in potentia & nihil formę præsupponit, sed solam priuationem in materia: at generatio comparatiua quæ est uera intensio formæ ignis, sit uerè motus, nā cùm sit intensio, semꝑ præsupponit partem formæ in materia, quæ est causa ut illius subiectum sit ens in actu: est enim pars illa formæ ita substantia, sicuti tota forma, etiam ut terminus à quo, & terminus ad quem sint positiui. Cum uerò dicitur ꝭm Auerroem generationem differre à motu, dicerem id uerum esse de absoluta generatione, qua nunc aliquid simpliciter absoluteq; primò est, nō autem de comparatiua quę intensio formæ est: simili ratione dici potest de corruptione. Sed dices fortasse, nihil est in genere quod non sit in aliqua specie, ergo si comparatiua generatio est motus, hic motus erit in aliqua specie: quare erit latio aut alteratio aut auctio. Dici pōt ꝙ sit alteratio, quia terminus ad quem est qualitas saltem ꝭm modum: est enim forma elementi remissa qualitas comparatione formæ mixti, quippe cùm respectu illius sit qualitatiua dispositio, ut ibidem exposui. Dici etiam potest, huiusmodi comparatiuam generationem formæ elementi non esse motum, quoniam licet quęlibet pars formę supponat subiectū in actu, quia tamen est pars alicuius transmutationis totalis, quæ non supponit subiectum ens in actu, ideo differt à motu: est enim pars generationis totalis ipsius formæ, quæ non supponit ens in actu, ideo hæc non est motus: oportet enim ad hoc ut aliqua transmutatio sit motus, ut supponat subiectum in actu, nec sit pars transmutationis, quæ supponit subiectum in potentia. At intensio formæ accidentalis, uerbi gratia, caliditatis, licet sit generatio comparatiua secundum quid, tamen dicitur motus, quoniam est pars motus, cùm supponat subiectū ens in actu simpliciter. Secunda dubitatio etiam ibidem est diluta, quoniā duplex est essentia, quædam quæ resultat ex partibus essentialibus alterius rationis, & secūdum hanc essentiam nulla forma nec substantialis nec accidentalis est intensibilis, cum omnis forma secundum talem essentiam sit indiuisibilis. Alia essentia est, quæ resultat ex partibus essentialibus eiusdem rationis, & sic omnis forma, cuius essentia est talis, est gradualiter intensibilis & remissibilis, & hoc pacto Auer. asseruit elementorum formas esse intensibiles ac remissibiles.

N

O

P

Q

Similiter autem res hæc & in aliis est, nam & ea eorū quę sunt, quæ nō simplicia sed cōposita sunt, ratione eadē se habent, quāq́, quia dispōnes oppo-

Dilucidatoris textus com. 4[?]

sitę

A sitę noībus carent, idipsum accidere lateat: etenim consonans omne ex incōsonante, atq; inconsonans ex cōsonāte fieri necesse est. Itēq; & cōsonās ad incō sonās corrūpi, & ī ipm nō qđ uis, sed in oppositū.

Eiusdē ātiquus. { Similiter autē hoc & in aliis, qm̄ & non solum simplicia entia, sed cōposita sm eandem se hn̄t rationem. Verum propter hoc q; oppositæ dispōnes non sunt denoīatæ, latet hoc cōtingēs. Necesse est enim omne cōsonās ex incōsonāti fieri, & incōsonās ex cōsonāti: & corrūpi cōsonās ad incōsonātiā, & hanc nō in cōtingentem, sed in oppositam.

Expositio Expō themistij. Themistius uoluit has suppōnes uerificasse Aristo. in his quæ p alterationes accidētium producuntur, qualia sunt quæ modo diximus: at idem nūc declarare ait in his quæ generantur, & non in oībus, sed in his quæ generātur per concretionem secretionēq;, qualia sunt ea quæ uocamus cōposita: & ita uult nunc Arist. inducere in generatione

B mixtoꝝ: & iuxta hanc expositionem uerba Aristo. patent. Dicit & similiter. Auer. uerò in hoc cōmento aliter exponit, uult enim q; Aris. idem declaret in generatione cōpositorum: declarauit. n. hoc in generatione simpliciū, & nūc in generatione cōpositoꝝ: & sic in generatione semp loquitur apud Auer. apud Themistium, Arist. migrat de alteratione in generationem. Sed inter hos sat est notasse differentiam, reliqua commenti patent.

Recognī. { Quomodo exposuerit hūc textum Themistius, quòue modo Auerroes, in cōmentariis patuit. Mihi autē uidetur, q; Arist. posuerit duas suppōnes, quaꝝ altera de generatione erat, q; sit de cōtrario in cōtrarium, altera de corruptione etiā q; sit de cōtrario in cōtrarium, & has in simplicibus generalibus atq; corruptibilibus declarauit: at nūc in cōpositis atq; mixtis ueras esse ostendit, quā expōnem Simplicius secutus est: & q; ita sit, dicit Arist. { Similiter autem hoc }. s. quod est dictum de generatione & corruptione, non solum in simplicibus, ut in albo & nigro &

C similibus, ueꝝ est, sed { & in aliis }. i. cōpositis ueꝝ est. { quoniā & non solū simplicia entia, sed & cōposita sm eandem se habēt rationē, } ut in domo, hoīe, & cæteris hmōi: horum. n. singula ex opposito fiunt, nō quocunq;, sed apto in hæc trāsmutari. Simili modo de corruptione dicendum est. Id autem fortasse, quod Themistium decepit, est quia Arist. superiori textu probarit eas suppositiones in accidētibus, quoꝝ non generatio, sed alteratio est. Aristo. tn̄ usus est exemplis in accidentibus, quoniam accidentia sunt notiora substantiis, nō autem q; loquatur in alteratione, quæ est ad accidentia. Quod uerò ad uerba attinet, cū Arist. dicit q; oppositę dispōnes non sint denominatę, Themistius asserit hoc esse ueꝝ in particularibus cōpositis: nā in pticularibus cōpositis cōtrariis propriis non sunt imposita noīa. In cōpositis uerò cōiter sumptis nomina patent, cuiusmodi sunt cōuenientia siue cōsonantia, uel congrua, & incōuenientia siue inconsonātia,

D uel incongrua, & his cōiter sumptis uti possumus: nam oē cōueniens ex nō cōuenienti fit, & ad non conueniēs corrūpitur, non ad quoduis, sed ad id quod speciatim cōtraponebatur ipsi. Non. n. (ut dicit Themistius) hominis conueniētia ad non conuenientiam equi corrūpitur, sed hoīs in hominis inconuenientiam abit. Similiter (ut Simplicius dicit) nec hominis conuenientia in lyrę inconuenientiam transmutari potest, sed in hominis: neq; dorica harmonia in lydiam harmoniam, sed in propriā. Quare licet particularibus contrariis nomina imposita nō sint ex quibus fiunt, & in quę corrumpuntur, communia tamen nomina satis sunt pro declaratione horum.

Dilucidatoris tex. cōmē. 46. Differt autem nihil, siue in ipsa consonantia, siue ordine, siue cōpositione, hęc ipsa dicantur. Patet. n. eandē esse rationē, atq; domū & statuā, & cętera id genus similiter fieri. Domus. n. ex nō cōpositis, sed ex hoc modo diuisis, & statua atq; cętera cōfigurata id genus ex nō cōfigurato fiunt, quæ

E qdē partim ordine, partim cōpositione constāt.

Eiusdē antiquus. { Differt aūt nihil in ipsa consonātia dicere, aut ordine, aut cōpositione: manifestū est. n. q; eadē sit rō. At uerò & domus, & statua, & qduis aliud similiter fit. Etenim domus nō fit ex his, q̄ cōposita sunt, sed ex his quę sunt sic diuisa, & statua, & ipsa figurata ex nō figurato, & unūqdq; hoꝝ alia qdē sunt ordo, alia uerò sunt cōposita qdam.

Expositio Easdem modò suppositiones uerificat Arist. in his quæ arte fiunt, & sermo patet suaipsius translatione.

Dicit q; non est. Primò præaccipit ea quæ arte fiunt, effici modis duobus, aut ordine ut urbes, aut cōposirione ut domus & statua, & aliis modis: & uult in omnibus his esse uerum quod dictum est.

F Et ita est. Declarat nunc idem esse in naturalibus quod in artificialibus, & è contra. Nam ut in naturalibus omnis generatio supponit priuationē in subiecto apto nato, ita in artificialibus. Non. n. potest domus fieri ex quolibet, sed ex his in quibus est aptitudo fieri: nec serra ex quolibet, sed ex ferro, in quo est aptitudo ad illam: cętera patēt.

Dubō. Sed tunc est dubitatio nō parua: nam si artificiale fit ,pter priuationem in subiecto apto nato, ut dicit Auer. tunc generatio illa esset naturalis, ut patet: nulla. n. esset differētia.

Rn̄sio. pri. Quidam aiunt generationē naturalē differre ab artificiali, quia naturalis supponit dispōnem factam in primis quatuor qualitatibus: artificialis uerò in nullis.

Cōfutatio. Sed hoc stare non potest, primò quia tūc primę qualitates essent artificiales, cū nullas alias supponerēt, Secūdò, quia in nonnullis artificialibus supponūtur qualitates primæ, ut in sanitate per artem facta, & cęteris id genus.

Rn̄sio. 2. Alii ,pter hoc ponūt formaꝝ inchoatiua, & uolunt ante generationem formaꝝ naturalium præesse inchoatiua: ante uerò generationē formaꝝ artificialium nihil.

Cōfutatio. Hæc res est dubia, adducit enim dubium in respōsione certi.

Rn̄sio. 3. Alii dicūt subiectum ad artificiales formas esse in potētia neutra, sed ad naturalis esse inclinatum, Nec hoc ualet, & est contra Auer. qui in pre-

G senti dicit oppositū.

Propria respōsio. Propterea de hac re alias dicemus fusius, nunc uerò dico q; subiectum ad formas artificiales se habet partim uiolenter partim in potētia: & ad naturales simpliciter est in potētia naturali, Quantum quidem ad dispositiones qualitatiuas, subiectum ad artificiales se habet uiolenter: quo uerò ad receptionem formarum, se habet naturaliter & in aptitudine: at in generatione naturali subiectum utroq; modo se habet naturaliter.

Recogni. { Hic textus diuidi potest in duas partes, quarū secunda incipit ibi { at uerò & domus, } sed quid faciat in prima parte Auer. expositio, in commentariis est assignata satis clara: uerùm secundum Themistium in hac prima textus parte, Arist soluit dubium circa dicta, Dictum est. n. consonans fieri ex inconsonanti, ideo posset aliquis dubitare quid per consonans; & quid per inconsonans sit intelligendum: cui quasi respondens dicit, { differt autem

H nihil in ipsa consonantia dicere, aut ordine, aut compōne: manifestum est. n. q; eadem sit ratio. } Ergo uult per consonans esse intelligendum alterùm, aut quod constat ordine partium, ut ciuitas, uel exercitus: aut quod constat compositione partium, ut domus, & nauis: per inconsonans uerò intelligendum esse dicit, quod utroq; simul est incompositum, Quam expositionem Themistius referēs hæc ad generationem atq; corruptionem mixtorum, nō spernit: exponit. n. Aristo. uelle dicere nullam esse differentiam, quantum ad rem nostram, si loco inconuenientis & conuenientis ordinatū & inordinatū dicas, cōpositū & incompositum, aptū & ineptū, formatum & informe, quoniam eadem ratio in omnibus est obseruanda. Nam ut dictum est, conueniens fieri ex conuenienti, ita dici potest ordinatum fieri ex inordinato, & compositum ex incomposito, & formatum ex informi: & sic hæc uerba, ut Themistius innuit, soluunt dubitationem. Dein-

I de sequit illa pars { at uerò & domus. } ubi Themistius asserit hæc esse exempla eorum, quæ nunc dixit: accipit.n. in generatione & corruptione cõpositorum ita eẽ, ut in generatione, & corruptione simplicium. Nunc p exempla hęc demonstrat, quæ habẽtur in artificialibus, & dicit, { at uerò & domus & statua, } quæ cõpositione compositæ sunt, { & quoduis aliud, } quod ordine est cõpositum, { Similiter fit } .s. ex opposito. cuius rationem affert, & dicit, { etenim domus nõ fit ex iis, quæ cõposita sunt } ea.s. cõpositione, qua domus cõposita est. { Sed ex iis quę sunt sic diuisa, } ut apta sint fieri domus. { & statua, & ipsa figurata ex non figurato. } & applicãdo exẽpla ad ppositum dicit, { & unumquodq; horũ, } quę in exemplo accipimus { alia quidẽ sunt ordo, } idest, sunt ordinata, ut exercitus, & ciuitas, { alia uerò sunt cõpositio qdã, } idest, sunt cõposita ut domus. Ergo unumquodq; horum fit ex suo opposito, alia subaudi sunt utroq; modo. Verũ
K Simplicius p cõpositionem intelligit ea, quę simul sunt sine ordine, ut cumulus tritici: p ordinem uerò intelligit in iis quæ cõposita sunt cũ ordine, uel ordinem sine compositione, ut numerus est. Auer. autem ppter hæc exẽpla esse in artificialibus uoluit Arist. illud, quod pbauit in naturalibus, probare in artificialibus, & totum stare potest. Quærebamus in cõmentariis, quonã pacto naturalis rerum generatio differt à generatione rerum artificialium: & tandẽ dicebamus subiectũ ad dispositiones qualitatiuas, quibus formæ artificiales fiũt, se habere uiolẽter, ad formas uerò se habere in potẽtia: at in naturali generatione subiectum se habet, & ad dispositiones naturaliter, & ad formas in potẽtia. Hæc sunt quæ uisa erant mihi tũc. At nũc contra hæc emergunt dubitationes nõ leues: prima quidem, quia si subiectum ad dispõnes, quibus res artificiales fiunt, se habet uiolenter, quæro aut per subiectũ intelligendum est subiectum propinquũ, quod est ens in actu, ferrum, uel lignum, uel id genus: aut subiectũ remotum, quod est prima materia? Nõ est intelligẽdum subiectum remotum, scilicet materiam ipsam, qm̃ ad tales non uio-
L lenter se haberent, cùm tñ nihil respiciat, nisi p eius naturalem potẽtiam: sinautem subiectum propinquum intelligẽdum esset, dubio procul ad dispositiones naturalium formarum subiectum proximum uiolenter se haberet: hę enim cũ sunt subiecti proximi corruptiuę, ad ipsas subiectũ proximum nõ potest se habere naturaliter, nõ enim aqua ad qualitates quibus forma ignis inducitur, potest se habere naturaliter: quare hęc drĩa nulla uidet. Pręterea accipio formas ipsas artificiales, & quęro, aut inducuntur in subiecto, aut educuntur à subiecto: si inducũtur in subiecto, igitur creantur (hæc consequentia est Auerrois. 12. meta. cõ. 18.) & ita artifex esset operum creator: sin autẽ educuntur, tunc naturali generatione fierent, quę nihil aliud est, ut eodem loco dicit Auer. nisi eductio quædã formæ de potẽtia materiæ. Nec dici potest, q supponant potentiam in qua, & nõ potẽtiam ex qua, sic enim nõ euitaret creatio: oĩs enim forma quæ creat in aliquo subiecto, ut rationalis aĩa, supponit potẽtiam in qua. His fortasse ra-
M tionibus, quæ, ut mihi uidetur, difficillimæ sunt, neoterici philosophi artificiales formas nihil esse præter res naturales sic uel aliter ordinatas, sic uel aliter compositas, ut Arist. in textu innuit, asserũt. Sed quia antiqui Arist. interpretes asseruerũt artificiales formas esse accidẽtia quędã, beneficio artis in subiectis rebus naturalibus inducta, quæ est aliquod & præter subiecta, & pter illorum subiectorum formas, ideo saluo meliori iudicio dicerem harum rerum generationes differre, primò ex parte agẽtis, qm̃ artificialium principium est uolũtas, naturalium uerò natura. Secundò ex parte subiecti, nã subiectum formarum naturaliũ, & dispõnum illarum est ipsa prima materia: subiectum uerò artificialium est corpus ipsum naturale, ut lignum, & ferrum. Tertiò ex parte dispõnum, nam dispositiones naturaliũ formarum sunt naturales subiecto illarum, utpote primæ materiæ: dispõnes uerò formarum artificia-

lium uel subiecto earum sunt uiolentę, uel non naturales. N
Tunc ad formam dico dispões differre penes subiecta propria, qualiacunq; illa sint: siquidem dispositiones artificialium subiecto suo pprio, aut uiolẽtę aut non naturales sunt: dispões uero naturalium proprio subiecto penitus naturales. Ad secũdam dicerem, tã naturales quã artificiales formas educi de potẽtia eorum subiectorum, uerũ naturales educuntur mediãtibus dispõnibus subiecto proprio naturalibus, artificiales uerò mediantibus dispõnibus non naturalibus, aut uiolentis subiecto pprio. Hæc nunc pro dilucidatione eorum. Ex iis patet differentia inter generationem formarum artificialium, & alterationem, quæ generatio sm quid accidentiũ: primò ex parte agentis, quia agens in alteratione naturali est natura, in artificiali uero generatione est uolũtas. Deinde ex parte dispo- O
sitionum, quoniam in artificiali generatione formæ quæ generantur, sunt non naturales subiectis: at accidentia sunt subtis, aut nãlia, aut pter naturã, & sic patet drĩa.

Si igitur hæc uera sunt, ut omne quod fit, ex cõtrariis fiat, & omne quod corrumpit, in contraria corrumpatur, & q horum media ex cõtrariis sint, ut colores ex albo & nigro: iure quæcunq; natura fiunt, aut contraria, aut ex contrariis sunt. Diluci datoris textus com. 4

Si igitur hoc est uerũ, omne utiq; fit quod fit, & omne corrumpitur quod corrumpitur, aut ex contrariis aut in cõtraria; & horũ media ex cõtrariis sunt, ut colores ex albo & nigro: qre oĩa utiq; erũt quę natura fiũt, aut cõtraria, aut ex cõtrariis. Eiusdẽ antiquus

His sic suppositis, nunc syllogizat ppositum sic, oĩa contraria & media sunt contraria, oĩa quæ fiunt fiunt ex cõtrariis & mediis, igitur oĩa quæ fiunt fiunt ex contrariis: maior patet quo ad primã partem.s. q contraria sint cõtraria, q uerò media sint cõtraria etiã patet, quia fiunt ex contrariis, ut colores medii ex extremis coloribus albo & nigro. expositio Syll. lite
Et quia ista. Auer. uoluit Aristo. procedere inductoriè, & non per suppões, ideo nunc uult Arist. dare cõclusionẽ uniuersalẽ ex his oĩbus deductã. Et cùm iũgimus. Quasi soluit dubium, q quis diceret colorem mediũ fieri, & non ẽ cõtrariis: cui quasi respõdet etiã medios fieri à cõtrariis, quia illi medii colores cõponunt ab extremis: & si fit unũ medium ab alio medio, ut fuscũ à rubro, fit quatenus fuscũ cõtinet nigrũ, & rubeum album: & sic patet ex iis oĩbus uniuersalis cõclusio literæ. Sed circa hæc dubões contingunt, primò uidetur q principia fiãt ex se mutuo, quia causæ sunt inuicẽ causę. 2. huius, & materiæ & formę sunt inuicẽ causę. 7. meta. cõ. 35. Secũdò uidetur q fiãt ex aliis, nam forma est ab agente, ut scis, & ex priuatione ipsa, ut deduxit Arist. 3. uidetur q non oĩa quæ fiũt, ex eis fiant, ut illuminatio non fit ex illis, & multa alia. 4. intelligentię nõ fiunt ex aliis, nec ex se mutuo, & oĩa quæ fiunt, ex eis fiunt, & tñ non sunt principia prima rerum naturalium. Vltimò dubitatur, quia nõ uidetur q principia sint cõtraria, quia nõ forma, & materia. Aĩaduertendum primò Arist. p principia intelligere prima principia, ut primã formam, primã materiam, & primã priuationem: & cũ dico prima, uolo intelligere ante quæ nihil est, ut sic. & p hoc patet nec elemẽta esse prima principia, nec formas elementarias: itẽq; uolo intelligere prima principia non finẽ, neq; agentẽ, quę potius sunt unde motus: tũc ut puto p prima principia intelligendũ est primam formam, primã materiã, & priuationem primam, ante quæ in genere taliũ nihil est. Tũc omnes cõueniunt cum Themistio, q prima cõditio & secunda debẽt intelligi, ut uerbum Ex, notat habitudinẽ partis cõstitutiuę, ut sit sensus: principia nõ fiunt ex aliis uti ex partibus cõstitutiuis, nec ex se mutuo ut ex partibus cõstitutiuis. Tertia uerò cõditio apud oẽs intelligit ut uerbum Ex, dicit, aut habitudinem partis constitutiuæ, aut habitudinem termini ẽ quo, aut habitudinem subiecti: & hac ratione
Dubõnes
P
Rñ prima
Q
Põ prima

A tione prima forma, prima materia, & prima priuatio sunt prima principia Primò, quia ex aliis uti ex partibus non constant. Secundò, quia nec ex se mutuo hac ratione constare possunt: nec enim materia est pars formæ, nec contra forma pars materiæ, nec forma pars priuationis, nec è contra. Similiter tertiò omnia quæ fiunt, ex his fiunt altero trium modorum, quia ex materia rei ex parte aut subiecto, ex forma uti ex parte aut termino à quo, ex priuatione uti ex termino à quo, & per hęc soluunt rationes in contrarium. Sed hæc expositio licet sit cõmunis, pace tantorum non uidetur ad mentẽ Aristo. quia non uidetur quod in tam paucis uerbis ipse æquiuocare tantopere debuisset. Propterea cum Themistio, mihi uidetur esse dicendũ Aristo. primò inquirere principia contraria ut formam & priuationem. Secundò tertium uti materiam, ut in processu uidebitur: qua ratione fit ut prima conditio & secunda intelligantur, ut uerbum Ex, notat habitudinem partis cõstitutiuæ, & sic nec fiunt ex aliis, nec mutuo ex se. Tertia uerò debet intelligi ut uerbum Ex, notat ordinem termini à quo ad terminũ ad quem, ut Themi. concludit: nam omnia quæ fiunt uti ex termino à quo, fiunt aut ex forma, aut ex priuatione, materiæ nihil meminit, quia per contrarietatem principiorũ nanciscetur tertium, & hæc est mens Themistij, & hac ratione istæ competunt primis contrariis, ut patet. Non enim prima contraria ex aliis constant, nec ex se mutuo constare possunt, atq; etiam omnia quæ fiunt, ex illis fiunt uti ex termino è quo, & sic sequitur totum quod dixit. Per hæc patet ad rationes, sunt enim sibi inuicem causæ, sed non partes ex quibus mutuo constent. Similiter forma proficiscitur ab agente, & nõ tamẽ ex agẽte constat. Illuminatio quoq; fit ex contrarijs priuatiuè, uel saltem Aristo. loquitur in principiis substantiæ, deinde in illis accidentium. Rursus licet intelligentiæ, nec ab aliis, nec ex se fiant, nõ omnia quæ fiunt, ex illis uti termino è quo fiunt: ultimum deletum est, quia loquitur de duobus. Ex his patet, syllogismum literæ esse hunc, quæcunq; nec ex aliis constant, nec ex se mutuo sunt, & quæcunq; fiunt ex eis fiunt uti ex termino è quo, sunt prima contraria. Sed aliqua principia, nec ex aliis constant, nec ex se, & omnia quæ sunt ex his sunt uti ex termino è quo. Igitur aliqua principia sunt prima contraria. Maior pro prima & secunda parte patet, pro tertia est probata in litera sic p̃ syllogismum, aut inductione, ut uisum est. Minor etiã probata est in litera, quia prima principia, quia prima non ex aliis sunt, quia uerò principia non ex se mutuo constabũt, atq; quia prima principia, omnia ex illis uti ex termino è quo proficiscentur. Et hoc modo, non oportet uti conuersione in conclusione, ut prima expositio uoluit. Nec oportet dubitare an aliqua principia uel omnia sint contraria, & quomodo ex illis fiunt omnia, quia Aristo. particulariter loquutus est de quibusdam ꝙ sint contraria, & omnia fiant ex illis uti ex termino, & sic uoluit habere formã & priuationẽ, quibus acceptis docebit uenari materiam primam. Hæc est expositio optima, & nunq̃ perueni ad hãc nisi hoc anno, licet multis annis aliter dixerim.

Confutatio.

Themistio. Propria.

B

C

Modus literæ.

D

Recognit.

Animaduerte quæso, nam translationes nostræ textũ hunc suspensiuè legunt usq; ibi, { Quare omnia utiq; } nec ab ratione, ut patet in cõmentarijs: græca tamen series suspensionem terminat ibi { omne utiq; fit, quod fit. } Quare dicamus secundum Auerroem, { si igitur hoc est uerũ } idest, si inductio perfecta sit, & quæcunq; in ea inducta sunt, uera sunt, uel secũdum Themistium, { si igitur hoc est uerũ } idest, si tres dictæ suppositiones ueræ sunt, { omne utiq; fit quod fit, & omne corrumpitur quod corrumpitur, aut ex contrarijs } subaudi tanq̃ ex terminis, { aut in contraria } subaudi tanq̃ in terminos. hic igitur in græca serie suspensio terminatur. Sed occurres, nam aliquid fit ex medio, & aliquid corrumpitur in medium, ergo non omne quod fit ex contrarijs fit neq; omne quod corrumpitur in contraria corrũpitur: Remouet igitur Aristo. hanc obiectionẽ & dicit, { & horum media ex contrarijs sunt, ut colores } .s. medij { ex albo & nigro: quare omnia utiq; erunt, quę natura fiunt, aut contraria } .s. his ex qbus fiunt, { aut ex cõtrarijs, } { quoniam si quid fit ex medijs, in medijs contraria sunt, ratione quorum aliqua fiunt ex medio, & si quid in medium corrumpitur, etiam in cõtrarium corrumpitur, quod est in medio. Sic quoq; uerba hæc Simplicius exposuit. Sed uidetur Arist. sibi ipsi aduersari, nam prius probauit contraria non fieri ex se inuicem, nunc autem ꝙ contraria fiant ex contrarijs. Simplicius respondet Aristo. prius uoluisse cõtraria nec fieri ex alterutris, neq; ex alijs tanq̃ ex materia, hoc est, constitutiuè, non enim nigrum fit ex albo tanq̃ ex permanente, ut lectulus ex ligno: hîc autẽ uult ea fieri ex alterutris, & ex alijs, & omnia fieri ex ipsis tanq̃ ex terminis. Hoc pacto conditiones primorum principiorum & primorum contrariorum exponit Simplicius. Ergo conditiones primorum principiorũ secundum Simpliciũ & Alexandrum intelligendæ sunt, ꝙ prima contraria non sint ex alijs, nec ex inuicem constitutiuè, & omnia quæ fiunt, ex ipsis fiant tanq̃ ex terminis. Sed quoniam prima principia non fiunt ex inuicem, nec ex alijs, & oĩa quæ fiunt fiunt ex ipsis, ergo prima principia saltem aliqua, sunt prima contraria, uidelicet prima forma, & prima ac cõmunissima priuatio. Est conclusio indefinita sicut minor, quæ æquiualet particulari, & licet syllogismus sit in secunda figura, cuius conclusio est affirmatiua, tamen maior conuertitur.

E

Dubiũ. Simpli.

F

Hucusq; quidem igitur & cæterorum plurimi profecti pœnè consentiunt, quemadmodum diximus antea: nam omnes elementa & ea quæ ab ipsis principia nuncupantur, tametsi absq; ratione, tamen contraria ponunt, quasi ab ipsa ueritate compulsi. Differunt tamen inter se, quia quidam priora, quidam posteriora, quatenus horum alii ratione, alii sensu notiora accipiunt. Quidã enim calidum atq; frigidum, quidã humidum atq; siccum, alii par & impar, nõnulli discordiam concordiãue causas generationis esse contendunt, queq; inter se differunt modo dicto.

Dilucidateris tex. com. 48.

G

Ad usq; quidem igitur hoc ferè, & complures alii secuti sunt, ut prius diximus: omnes enim elementa, & ab ipsis uocata principia (& quidẽ sine ratione ponentes,) similiter contraria dicunt, tanquã à ueritate coacti. Differunt tamẽ ab inuicem in eo ꝙ alii quidem priora, alii autem pósteriora suscipiunt: Itemq; alii quidem notiora secũdum rationem, alii autem secundum sensum. Nam hi quidem calidum & frigidum, illi autem humidum & siccum, alii impar & par, quidam uerò discordiam & concordiã causas ponunt generationis, hæc autẽ differunt s̃m dictum modum.

Eiusdem antiquus.

similiter ὁμως tamen

H

Hactenus ꝙ nõnulla principia sint primò contraria, & per testimonium ueterum, & per inductionem probauit: nunc quantum de ueritate talis conclusionis antiqui habuerunt, exponit, & dicit primò id in quo consentiunt, & uult ꝙ usq; ad hoc de ueritate sunt profecti, ꝙ principia sunt cõtraria: & sic consentaneè ab antiquis habemus aliqua principia esse contraria. Verum à nobis eo differunt, ꝙ nos ratione aliqua principia esse contraria dicimus, illi absq; ratione, sed à ueritate compulsi. Rursus dicit secũdò ꝙ licet consentaneè aliqua principia asserant contraria, de prioritate & ordine non una ratione sentiunt, quando alii priora, alij posteriora, quatenus alij ratiõe, alii sensu notiora accipiunt, ut per exempla declarat. Igitur quo quidem ad contrarietatem principiorum omnes nobiscum, & inter se consentiunt: quo uerò ad modum ponendi dissentiunt. Quantum uerò ad uerba græca attinet, ali

Expositio.

Nota.

I quis absq; ratione potest à ueritate compelli multipliciter, aut pœne, ut dicitur primò topicorum, si quis neget ignẽ calefacere, & aquã humectare, potest pœna compelli ueritatẽ, ut si cogatur igni manus ponere: aut sensu, ut si qs neget pluralitatẽ rerum, & sensu uideat duo sensilia seorsum loco & subiecto constituta aut intellectu, ut quando notis terminis aliquid cognoscitur ut nõ est idem affirmare & negare. Videtur igitur mihi antiquos sine ratione à ueritate fuisse cõpulsos sensu, nam quatuor sensibus principia esse contraria deprehendi potest, uisu quidem, quia uidemus album ex nigro aut medio fieri, auditu uerò, graue ex acuto: gustu, dulce ex amaro, odoratu, austerũ à suaui: tactu, calidum ex frigido. Amplius idem deprehendi potest notis terminis, nam noto quid sit generari aut corrumpi, & quid principio generationis & corruptionis, patet nõnulla principia esse contraria. Vtrum autem pœna, alias dicemus. Sic igitur antiqui sine ratione compulsi ue-

K ritate principiorum nõnulla coguntur dicere contraria.

Nota. Vlterius dissentiunt quatenus alii priora, alii posteriora generationum principia ponunt, licet omnes una ratione moti, qui enim credunt sensum esse tantum, & nihil ultrà, hi priora sensu solum principia dicunt, quemadmodũ Parmenides calidum & frigidum, Diogenes humidum et siccum: qui uerò negant sensus, & solum per intellectum philosophantur, hi priora intellectu asserunt generationis principia, ut par & impar Pythagorei, concordiam & discordiã Empedo. quęq; hoc modo differunt, ut diximus. Et hoc modo (ut vr̃ mihi.) fortè Themistius intellexit.

In hoc igitur. Illud cõmentum patet, uerùm colligenda sunt quædam pro expositione uerborũ Aristo. Primò qui antiqui sine ratione erant ueritate compulsi, quoniam inductione in quã nõ inducebantur omnia singularia, & sic licet per rationem quę est inductio illud sentiebant, quia inductio erat imperfecta, ideo sine ratione compulsi à ueritate illud dixerunt. Secundò ꝙ triplex est prius, sensu,

Primum.

Secundũ.

L intellectu, & ratione: & hæc tria de principiis asserunt antiqui: nã alii aiunt principia generationis esse priora sensu, ut calidum, frigidum, humidum, & siccum: alii priora intellectu esse generationis principia contendunt ut uniuersaliora, ut par & ipar: alii priora ratione, ut litẽ & amorem, quæ ratione adinuenta sunt priora apud Empedo. Hæc tamen expositio, & si possit stare, mihi non placet, ut uidistis. Tertiò solutionẽ dubii colligo, nam omnis comparatio præsupponit conuenientiã: igitur quæ nota sunt ad sensum non possunt dici notiora, nisi apud sensum, sicut notiora apud intellectum, non nisi apud intellectum: non igitur nota sensibus possunt comparari notis intellectui. Respondet Auer. & inquit, & cõparatio inter cõprehensibilia ab intellectu & à sensu nõ uerificatur, nisi quãdo accipitur in respectu cõmunis cõprehensionis. Vult igitur nota sensibus comparanda esse notis intellectui, in ratione notitiæ & apprehensionis secundum genus, non autem in specie, quia nec in sensitiua nec intellectiua co-

Tertium.

M gnitione. Cætera uerò commenti patent.

Recogni. In præsenti textu Aristo. duo facit, quia primò ostendit ueterum naturalium conuenientiam circa principia, in eo ꝙ ipsa contraria ponunt. secunda ibi { differunt tamen } quia in pluribus uidẽtur differre inter se, assignat differentias eorum. Hoc pacto hunc textum Simplicius exposuit, quæ expositio mihi placet, & ostendens conuenientiam nobiscũ, innuit differentiam: nam ueteres philosophantes sine ratione ueritate compulsi principia esse contraria dixerunt. Aristo. uerò ratione, ac demonstratiua causa idẽ probauit, nam demonstrauit nonnulla principia esse contraria secundum Simplicium demõstratiua ratione, ad quã pręmisit tres uel duas suppositiones, quas inductione probauit: uel fortasse per rationem inductionem intellexit, quoniam probauit illud inducẽdo in omni generatiõe, & corruptione. Quod uerò ad uerba attinet primæ partis, dixit { ferè } aut ut Simplicius dicit, ob cautionem philosophicam, aut dixit { ferè } .s.

secuti sunt, quoniam quæ dicunt principia, non sunt N principia, illa contraria erant. Ergo ferè secuti sunt quæ nos diximus, quoniam licet non simpliciter secuti sint, tamen ferè secuti sunt contrarietatem principiorũ. Et cùm dixisset, { & ab ipsis uocata principia, } ideo sic dixit, quia reuera principia nõ sunt, quę ipsi principia ponunt, nisi secundum nomen, re uera enim sunt magis principiata. Quantum uerò ad secundã partem, Simplicius per priora intelligit priora natura, & per posteriora posteriora natura, & intelligit secundum esse expositiuum primi, quasi sic legendo, { differunt tamẽ ab inuicem in eo ꝙ alij quidem priora } .s. natura, { alij autem posteriora } scilicet natura { suscipiunt. } Et exponens quid per priora natura, & quid per posteriora natura intelligat, subdit, { itemq; alij quidem notiora secundum rationem } .s. quæ priora natura alii appellabant, { alii autẽ ƒm sensum } priora, q̃ alii posteriora natura

Vocata principia.

dicebant. Ergo differẽtia est quo ad duo tantum, quoniã O alii asserebant ea esse principia, quæ sunt natura, & intelligitur priora: alii autem, quæ sunt natura posteriora, sensu uerò priora. Sic intelligit Simplicius, quorũ exempla affert, { nam } natura posteriora sensu priora, { hi quidem calidum & frigidũ, illi autem humidum & siccũ } principia posuerunt, { alii } qui principia natura & intellectu priora posuerunt, asseruerũt { par & impar, quidam uerò discordiam & concordiam causas ponunt } generationis, { quæ differunt secũdum dictũ modum } .s. ꝙ alia sint natura, & intellectu priora, alia natura posteriora & sensu priora. Calidum & frigidum, ut Simplicius dixit, Parmenides dicebat, qui dicebat frigidum & calidum, humidum & siccum principia. Alexãder hanc opinionem tribuit Empedocli, qui quatuor elementa posuit. Porphyrius primam opinionem Parmenidi, secundam Anaximeni, tertiam Pythagoricis ascribit: ut Plato narrat in Thimæo, & hæc expositio mihi placet. Aliter Simplicius textum & opiniones exponit, quæ cùm non placeat, omitto. Melius. n. puto omnes opiniones reducẽ- P das esse ad duas, ut Simplicius autumat, ꝙ alii intellectu priora dicant, qui solum intellectu philosophati sunt: alii sensu, qui non cognouerunt intellectũ differre à sensu. Philosophantium enim duo modi philosophandi habentur, nam qui non cognouerunt intellectũ præter sensum, principia quæ ponunt, secundum sensum priora ponunt suis principiatis, ut calidum & frigidum, sicuti Parmenides: & humidũ & siccum, sicuti Anaximenes. Qui uerò cognouerunt intellectum præter sensum, principia quæ ponunt, secundum intellectũ priora ponunt, ut concordiam, & discordiã, ueluti Empedocles: & par & impar, ueluti Pythagorici: quare oẽs opiniões ad duas species opinandi reducuntur. In cõmentariis tria ex cõmẽto Auerrois probauimus, quorum primum est, ꝙ ueteres philosophantes ueritate compulsi cognouerunt contrarietatem in principiis, quoniam inductione imperfe- Q cta id dixerunt: Aristo. uerò ratione, quoniam inductione perfecta, quod nunc nõ esse bene dictum probamus, quoniã inductio imperfecta, ratio quędam est, ergo non sola ueritate compulsi, sed etiam ratione peruenerunt ad principiorum contrarietatem. Secundũ uerò est, ꝙ tres sint sectæ eorum qui de rerum naturalium principiis philosophati sunt, ut eorum qui per sensum priora principia dicunt, & eorum qui per intellectum, & eorum qui per argumentationem: quod etiam non bene dictum esse patet, nam tertium membrum in secundo habetur, quippe cum principia quæ sunt per argumentationẽ priora, sint etiam per intellectum priora: quare tertium illud mẽbrũ non ponit in numero cum secundo. Tertium deniq; est ꝙ omnia cõparabilia sint in ratione cõprehẽsionis, quod etiam non est necessarium, quoniam Aristo. non comparat priora secundum intellectum ad posteriora secundũ sensum, nec ẽ conuerso. Insuper non comparat priora secundum argumentationem ad posteriora secundum in-

A tellectum, uel secundum sensum, sed cõparat principia ad sua principiata, quatenus alii ponũt principia priora secundũ intellectum suis principiatis, quæ sunt posteriora secundum intellectum, ut numeros, & concordiam, & discordiam. Alii ponunt principia priora sm sensum suis principiatis, ut calidũ, frigidum, humidum, siccum: & sic quod Auer. dixit, necessarium non est.

Dilucidatoris tex. com 49.

Quare eadem quodámodo atq; diuersa inuicem dicunt. Diuersa quidé quemadmodum & pluri mis uidetur. Eadé uero similitudine rationis. Ex eadem náq; contrariorum serie sumunt hęc quidé continentia alia uero contenta. Hoc quoq; pacto modo eodem diuersoq; illorum hoc deterius, illud melius dicunt. Atq; quidam ratione, quidã B sensu, ut antea diximus, notiora sumũt. Nam uniuersale quidem ratione notius est, singulare uerò sensu, quádo ipsius uniuersalis ratio est, ipsius uerò particularis est sensus: ueluti magnum & paruum ratione, rarum autem & densum sensu sunt notiora. Quòd quidé igitur principia oporteat contraria esse, manifestum est.

Et... antiquus.

Quare est eadem dicere quodammodo, & altera adinuicem, altera quidem quemadmodum & uidetur pluribus, eadem autem secundum analogiam: accipiunt enim ex eadem coordinatione, hæc quidé enim continent, alia continentur contrariorum. Sic igitur similiter dicuntur & aliter, & peius, & melius: & hi quidé notiora secũdum rationem (sicut dictum est prius) illi autem secundum sensum. Vniuersale quidem enim secũdum rationem notum est, singulare autem secundum sensum: Ratio quidem enim uniuersalis est, sen- C sus autem paricularis: ut magnum & paruum secundum rationem est, rarum autem & densum secundum sensum. Quod igitur oporteat principia contraria esse, manifestum est.

Expositio.

Nunc quasi simul antiquorum conuenientiam atq; differentias adijcit, & uult illos dicere aliquo modo eadem, atq; aliquo modo diuersa: dicunt quidem diuersa, quo ad positiones, quatenus principia ponũt rerum hi sensu priora illi intellectu: quo uerò ad modum ponendi atq; similitudinem rationis eadem dicunt, quoniam omnes principia rerum uolunt esse contraria. Item omnes uolunt illa esse priora. Amplius omnes uolunt in serie illorũ esse hęc quidem continentia & uniuersalia, illa contenta. Rursum uolunt semper alterum illorum contrariorum principiorum melius, alterum deterius. Igitur quo ad principia ipsa posita ab eis differunt, quo uerò ad modũ ponendi atq; D similitudinẽ proportionis conueniunt, ut patuit. Quæ uerò dicant notiora ratione, & quæ notiora sensu Arist. addit φ notiora sensu sunt singularia, notiora uerò ĩtellectu uniuersalia: nam intellectus est uniuersalium, sensus particularium, quæ ratio docet, quod magnum & paruum ratione notiora sunt, rarum & densum sensu, quoniam illa uniuersalia, hęc particularia sunt. Cum dixit. Auer primò colligit inter antiquos differentiam, et uult eos differre, ut diximus, quantum ad positiones ipsas. Et conueniunt.

Cõuenientiæ.

Secundò colligit quinque conuenientias, prima est φ omnes una ratione mouentur ad dicendũ principia esse contraria utpote inductione, nõ quidẽ perfecta (ut diximus) sed imperfecta. Secunda est, φ omnes inter sua principia aliqua dicunt esse determinantia, hoc est, continentia & uniuersalia aliqua determinata. Tertia est, φ omnes uolũt determinata & particularia reduci ad uniuersalia, ab sub illis contineri, ut per exempla declarat. Quarta est, φ omnes uolunt alterum cõtrariorum esse melius, alterum deterius. Quinta est, φ omnes uolunt illorum quæ intelle- E ctu nota sunt, hæc esse priora hæc posteriora, illa priora: ecce quomodo quo ad modum ponendi conueniunt, quo ad positiones differunt. Cætera cõmẽti patent, uerum in illis duo colligo. Primum propter quid uniuersale intellectu notius est, singulare uerò sensu: Et ait hoc esse, quia omne quod intelligitur ab intellectu est uniuersale, quod uerò cognoscitur à sensu est singulare: ex quo patet singularia non posse ab intellectu aliquo modo intelligi, ut multi uoluere. Secundum est cur magnum & paruũ sunt uniuersaliora raro & denso: Et ait, quia illa reperiũtur in naturalibus & mathematicis, rarum uerò & densum, nõ nisi in naturalibus, ut septimo huius cõmen. 15. Sed dices, Auer. 3. huius. cõmen. 76. uult si cubum poneretur in aere, aut aqua adhuc faceret tantũdem latera distare, igitur detineret raritatem & densitatem, & constat illud esse absolutum à rebus naturalibus. Dicendum φ rarum & densum possunt capi dupliciter, uno modo ut sequuntur cali- F dum & frigidum, ut loquitur Auer. septimo huius, & sic competunt solũ rebus naturalibus. Alio modo pro extenso & contracto, & sic sequuntur dimensionem, ut dimensio est, & hoc modo loquitur quarto huius in exemplo de cubo, & sic tollitur contradictio hæc.

Primum.

Secundum

Dubiũ.

Solutio.

Potest sensus textus uno modo sic reduci, ut oẽs dupliciter dicant eadẽ, quo ad similitudinem proportionis. i. quo ad modum ponẽdi, primò quia omnes uolunt principia esse de numero cõtrariorum continentium, atq; primorum, & hoc dicit, { Accipiunt enim } scilicet omnes { ex eadẽ coordinatione } subaudi ea cõtraria esse principia, quæ in uniuersa coordinatione sunt continentia, & prima: nec ab ratione { nam } ut inquit { contrariorum hæc quidem continent, alia continentur. } Qui ergo ponunt contraria de numero sensibilium, in coordinatione talium sensibilium principia ponunt esse prima contraria, & continentia, & qui ponunt contraria: & de nume- G ro intelligibilium, in talium coordinatione etiam ea contraria principia esse asserunt, quæ prima sunt, & continẽtia: quippe cùm semper principium uult esse primũ: tunc epilogat hunc primum modum, & dicit, { sic igitur similiter } .s. quo ad modum ponendi { dicunt & aliter } .s. quo ad positiones ipsas, de quibus positionibus dicunt { & peius, & melius: } nã de principijs & peius, & melius dicunt, peius enim & melius aduerbialiter accepit. Secundò conueniunt, quoniam hi principia ponunt notiora secundum rationem, ut dictum est prius, illi secundum sensum, siue enim principia dicant de numero sensibilium, siue de numero intelligibiliũ, omnes ponunt principia esse de numero notiorum. Secundũ uerò Simplicium & Themistium sunt tres conuenientiæ, & ideo lege uerba { quare est eadẽ dicere quodãmodo, } .i. quare apud omnes est eadem principia dicere quodãmodo, { & } est dicere { altera adinuicem. Altera quidẽ quemadmodum & uidetur pluribus } .s. his, qui præsunt opi- H nionibus, quoniam alij dicunt litem & amicitiam, alij calidum & frigidum, & alij alias dicunt oppositiones, { eadem autẽ sm analogiã. } Pro cuius declaratione, ut exponit Simplicius, animaduerte duas esse coniugationes oppositas, alteram quæ est meliorum, in qua amicitia, & par, & excessus, & magnum, & rarum, & calidum collocantur: alteram, quæ est peiorum, in qua contraria horũ sunt. Contraria igitur quæ accipiunt ex his coniugationibus pro rerum naturalium principijs, analogiam habent adinuicem: nam ut excessus ad defectum se habet, sic magnum & paruum, & rarum ad densum, & calidum ad frigidum, & amicitia ad litem: quare dicunt eadem secundum proportionem. Secundò dicunt eadem secundum melius & peius, nam qui asserunt cõtinẽtia, melius principia ponũt, quoniã excessus & defectus contentiua sunt magni & parui, & hæc rari, & densi, & hæc calidi & frigidi: qui uerò contenta, peius principia asserunt. ideo dicit, { hæc quidẽ enim continent } de numero { contra-

Recogni.

Prima cõuenietia.

Amicitia	lis
par	ipar
excessus	defect
magnum	paruũ
rarũ	dẽsũ
calidũ	frigidũ

Secunda cõuenietia

I { riorum,alia continẽtur. } Ideo concludit, { sic igitur si- { militer, } idest,proportionaliter { dicunt,& aliter. } de- { inde tangit secundam conuenientiã. { et } subaudi { pe { ius & melius } quædam dicunt,quoniã continentia me- { lius sunt,contenta peius. Erit igitur secunda conuenientia { secundum melius & peius quatenus omnes inter princi { pia quæ ponunt,alterum melius,alterum peius asserunt. { Deinde tangit tertiam & dicit, { & hi quidem notiora { secundum rationem,illi autem secundum sensum: } no- { tiora secundum rationem dicunt,qui intelligibilia, & to- { taliora,& continentiora ponunt,notiora uerò secundum { sensum,qui sensibilia,& contenta,& particulariora asse { runt. cuius rationem affert,& dicit, { uniuersale quidem { enim secundum rationem notum est,singulare autem se { cundum sensum, } cuius rursus rationem affert,& dicit, { { ratio enim } rei { uniuersalis est,sensus aũt } rei { par { ticularis:ut magnum & paruum secundum rationẽ est, { rarum autem & densum secundũ sensum. } Erit igitur

Tertia conuenientia.

K { tertia conuenientia,ꝙ principia uelint esse semper notio- { ra eis,quorum sunt principia,uidelicet aut quo ad intelle { ctum,aut quo ad sensum. Sed quæres, quo nam pacto { magnum & paruum uniuersaliora, & secundum ratio- { nem principia esse ait, rarũ autem & densum eorũ quę { singularia sunt & secundũ sensum:etenim singularia quę { que horum,& uniuersalia sunt. Auerroes ad hanc dubi { tationem respõdit, sed Simplicius aliam rationem affert, { quoniam rarum & densum sunt naturalia, & nobis no- { tiora,quẽadmodum calidum & frigidum,& sic sunt sin- { gularia,magnum autem & paruum manifestiora,& pro { pterea uniuersaliora, & ratione sunt magis cognoscibi- { lia. Auerroes in cõmento enumerat quinq; conuenien- { tias,quarum prima non est uera,quoniam ueteres indu- { ctione non utebantur nec perfecta, nec imperfecta,alio { quin non compulsi ueritate dixissent, quæ de principiis { dixerunt:tertia conuenientia nõ uidetur necessaria,nam { cùm dixissent alia esse uniuersaliora aliis,& alia particu-

Quæstio.

Solutio.

L { lariora, etiam dixerunt minus uniuersalia sub uniuersa- { lioribus contineri & ad illa reduci: igitur tertia conue- { nientia non est necessaria.

Dilucidatoris tex. com 50.

Consequens autem erit dicere utrũ duo an tria an plura sint? Vnum quidem enim esse non po- test,quia nõ sunt contraria ipsa unũ.Infinita uerò minimè, quia id quod est, scibile non erit. Vna quoque contrarietas est in omni genere uno: substantia uerò genus est quoddam unum,& qa generatio ex finitis fieri potest. Adq; præstantius est ex finitis, ut Empedocles, quam ex infinitis: cuncta enim reddere putat perinde atq; Anaxa- goras ex infinitis. Rursus aliis alia priora cõtraria sunt, & ex aliis alia fiunt, ceu dulce & amarum, & album atque nigrum. At principia semper ma nere oportet. Quod quidem igitur neque unũ, neq; infinita ex hisce modo patet.

M

Eiusdẽ antiquus.

{ Consequens autem utique erit dicere utrum { duo,aut tria,aut plura sint. Vnum quidem enim { impossibile est,quoniã non unum contraria. Infi- { nita autem non, quoniam neq; scibile ens erit: & { una cõtrarietas in omni genere uno: & substan- { tia unum quoddã genus est: & quod contingit { ex finitis, melius ex finitis quẽadmodũ Empedo { cles quam ex ĩfinitis,omnia nãq; ex finitis assigna { re opinatur,quemadmodum Anaxagoras ex in- { finitis. Amplius sunt alia aliis priora contraria,& { fiunt altera ex alterutris,ut dulce & amarum,& { album: & nigrum,principia autem semper opor { tet manere.

Expositio

Duo Aristo.proponit consequenter declarare, primum ꝙ principia nõ sint unum,secundum ꝙ principia nõ sunt infinita. Hactenus enim declarauit hãc siue particularem siue indefinitã, principia sunt cõtraria,modo ꝙ principia non sint unum neq; infinita adiicit. Quod non unum sint eo constat, quia cõtraria,nihil enim sibi ipsimet contra- rium est,igitur oportet ad minus esse duo. Quod uerò nõ infinita,pluribus rationibus ac ꝑsuasionibus suadet,pri- mo quia res naturales sub scientia cadere non possunt,eo uidelicet quia res naturales non sciuntur,nisi ex cognitio- ne principiorum causarum atq; elementorũ:ubi uerò hęc infinita essent,cum intellectus illa percurrere minimè pos set,non cognoscerentur:& sic minimè res ipsæ. Secundò una quoq; contrarietas est in omni uno genere una, ita ut etiam in substantia sit una,cũ & ipsa sit genus unum:quo sit ut aut contrarietates non sint ultra decem, & sic cõtra- ria. 20. aut ut prima contraria,quæ sunt in genere substã- tiæ sint tantum duo,& utcũq; sit,nõ infinita erunt. Tertiò cuncta ad generationẽ pertinẽtia saluari possunt per prin

N

O

cipia finita,igitur nulla est necessitas infinitorum. Quartò oportet principia semper manere,aliter non essent princi pia,modò cũ inter principia ipsa sint hæc priora: illa po- steriora,& posteriora ex prioribus proficiscãtur, sola pri- ma erunt principia:sed hæc non sunt infinita:igitur prin- cipia non sunt infinita. Ex his patet,ꝙ neq; unum,neq; in finita ipsa sint. Manifestum est igitur. Auer.duo facit,pri mò sumit ꝙ principia non possunt esse unũ, & hoc pro- bat,quia illa sunt contraria. Et impossibile. Secundò pro- bat ꝙ non possunt esse infinita,& hoc probat tribus ratio nibus,licet secunda ratio ab eo bis formetur. Prima ratio est,in omni genere est una contrarietas, substãtia est unũ genus,igitur in substãtia est una contrarietas. Tunc ultrà ut substãtia ad cætera prædicamẽta, ita contrarietas sub- stantiæ ad contrarietates cæterorum prædicamentorum: substantia est prima cæterorum: igitur contrarietas sub- stantiæ etiam prima erit. Sed principia sunt prima con- traria,igitur principia nisi duo prima contraria,& hoc mo do Auerro.exponit,& uult contrarietatem substãtiæ esse unam,& principiũ aliorũ entium:& hoc dicemus postea.

P

Et etiam si. Secundò arguit,potest generatio saluari cum finitis,igitur principia generationis non sunt infinita, ali- ter format ibi. { & si non } & arguit sic, quod potest fieri per pauciora,frustra fit per plura & ęquè bene,ut in actio ne artificiali exemplificat. Et etiam nõ. Tertiò arguit & quasi persoluit dubiũ,quia quis dicere potest omnia con- traria esse principia,soluens addit tertiam rationem,prin cipia non generantur ex aliis, sed posteriora generantur ex aliis,igitur non sunt prima principia. Maior probatur, quia principia debent esse permanentia non transmutabi lia, neq; generabilia ex aliis: & sic sola prima contraria erunt principia, quæ non sunt infinita. Sed circa textum & cõmẽtum multæ sunt dubitationes:prima non uidetur in genere substantiæ esse contrarietatem, quia substantiæ nihil est contrarium. Secunda dubitatio est, quo modo cõ- traria in genere substantiæ sunt prima,& omnibus com- munia? Tertia, quo modo oportet principia semper ma- nere,cum illa continuo transmutentur? Quarta,uidetur ꝙ tantum unum sit principium, quia omne principiũ est unum, igitur tantum unum est principiũ ab uniuersali ad exclusiuam de terminis transpositis,ut est regula sorticola rum. Ad primam Auer.ubiq; respondet, Aristo.per con trarietatem intelligere oppositionem priuatiuam, qualis est inter habitum & priuationem, & hoc modo non tan- tum est in aliis prædicamentis,sed etiam in substantia:& pro nunc hæc solutio satisfaciat, quia de contrarietate sub stantiæ quæstio maxima erit in. 5. lib. cõmen. 10. Ad se- cundam respondent recentiores, ꝙ principia substantiæ sunt prima,& cõmunia:prima quidẽ causalitate, quia aut in genere finis,aut in genere finis & efficientis sunt princi pia oĩum aliorũ principiorum aliorum generum: Com- munia uerò quia prædicabilia de omnibus principiis in genere substantiæ repertis. Sed hæc responsio stare non

Dubõnes quatuor.

Q

Ad primã

Ad secũdã pia ĩsio.

Confuta.

A potest, quia nec priuatio, nec materia possunt esse causæ, ut finis principiorum aliorum prædicamentorum: materia non, quia est nō gradus perfectionis, & id cuius essentia est pati, non agere: priuatio minime, cùm sit non ens.

Nota primum. Propterea animaduertendum ꝙ principia generationis substantiæ, sunt principia generationis non una ratione, nam forma ē principiū generationis quatenus terminus ad quem, priuatio ut terminus à quo, materia ut subiectū: igitur materia & forma & priuatio sunt principia generationis, & in nullo genere causæ: igit̄ non possunt esse principia principiorum decem prædicamentorum in alquo genere causæ. Secundò animaduertendum ꝙ principia aliorum prædicamentorū, ut materia qualitatis forma & priuatio, eiusdem sunt subiecta composita & accidentia: subiecta quidem composita quia materia, priuatio & forma accidens eiusdem substantiæ cōpositæ: albedo enim & priuatio eiusdem sunt accidentia substantiæ cōpositæ.

Nota secundum.

B Ex his sol. Tunc dico ꝙ principia substantiæ sunt prima & cōmunia, prima quidem principiatione, quoniā sunt principia generationis substātiæ. igitur medietate sub principia substantiæ, & substantia est principium omnium accidentiū, igitur principia aliorum principioꝶ in aliis generibus. Et sicut non sunt principia generationis in aliquo genere causæ, sed quia principia, sic nec aliorum principiorum erunt principia in aliquo genere causæ, licet forma & materia possunt dici subiecta partialia, sed nō ea ratione qua principia, sed quatenus causæ substātiæ compositæ: & hoc intellexit Auer. 12. meta. cōmen. 22. in calce, & tu uide uerba mea illic. Communia uerò dicunt principia substantiæ, communitate uirtutis & potestatis, quia omnia alia proficiscuntur ab illis. Ad tertiam nōnulli sorticolæ concedunt oportere semper manere principia generationis, nulla tamen principia oportet semper manere, ut semper est generatio, nulla tamen generatio est semper, ut in lib. de generatione disputatum est. Sed istæ captiunculæ (ut mihi uidetur.) non sunt ad aures Aristotelis & Auerro.

Solutio prima ad tertiam.

Confuta. Alia solo.

C Confuta. Propterea alij parum ab his recedētes uolunt principia semper manere uniuersaliter sumpta, & quasi in suppositione simplici, non autem semper manent modo particulari, & in suppositione formali. Sed hoc stare nō potest, ut recte recentiores arguunt, quia Aristo. per hanc particulam ponit differentiam inter prima principia, & posteriora principia, & ait prima principia semper manere, posteriora uerò non semper: modo per horū glosam utraq; principia uniuersaliter, & in suppositione simplici semper manent: igitur prima principia per hanc proprietatem nō differrent à posterioribus. Alij propter hoc glosant principia semper manere terminos cuiuslibet trāsmutationis.

Tertia sol. Replic.

Quarta solutio. Captiunculatores obiiciunt huic, quia nunq; manēt tria principia, quia quando forma est, priuatio non est, & quādo est priuatio non est forma: igitur nūq; manent tria generationis principia. Propterea aiunt manere tria principia generationis semper in definitione transmutationis, non enim potest definiri transmutatio, quin in eius definitione cadant tria principia, & certe sic intellexerunt illi, quos incusant, nec iustè cynicant. Hæc respōsio licet cōfutari nō possit, propter tria non mihi placet. Primò quia manere, quod græcè est μένειν, ubiq; ab Aristo. pro permanere in re accipit̄. ut patet his qui græca sapiunt. Secundò quia Aristo. nunc de definitione transmutationis non loquitur, sed de esse illius: igitur expositio fugit. Tertiò, quia etiam agens esset principium & finis, quia semper in definitione illius intelliguntur. Propterea duæ sunt expositiones ad mentem Auer. una accipitur partim 2. physicorum com. 15. ubi uult esse in prima materia priuationem, quæ est ut forma illius, hoc autem intellige nō potest, nisi de forma corporeitatis imperfecta coęterna materiæ, quę est priuatio prima, & forma prima. Forma quidē prima dispositio generalis & tanq; terminus ad quē omnis generationis: omnis enim generatio est ad aliquā formam, quæ continetur sub hac, ut species in genere. Est igit̄ eterna ut forma, ut uerò ipsa est imperfecta continens omnes alias, dicitur priuatio & terminus è quo. Ecce ꝙ principia generationis semper manent, quia materia & prima forma, quæ sumitur ut priuatio, quatenus terminus è quo quatenus terminus ad quē, ut forma prima: de hac tertio cœli. cōm. 61. ample lege. Cui consentit glossa texta Linconiensis etiam, & rectè: quo modo uerò Auer. neget formam coæternam materiæ, com. 63. huius primi disputabitur. Alia expositio colligitur in præsenti commen. ubi inquit: Principia enim debent esse permanentia, nō transmutabilia, neq; generabilia ex aliis: & sic uidetur ꝙ ipsa semper maneant, quatenus nec fiunt ex aliis, nec transmutantur ex aliis, quod quidā & recte exponunt in eodē genere principii, quo ipsa sunt generationis principia. Sed huic nōnulli asinicolæ obiiciunt, primò quia tunc aliqua semper manerent, quæ aliquādo inciperent esse & desinerent esse: nam forma semper manet per te, quia non ex alia forma, & priuatio etiam, quia non ex alia: & hæc aliquando inciperent & desinerent esse. Secundo, si quæ nō sunt ex aliis eiusdem speciei semper manent, igitur quæ sunt ex aliis non semper manerent: & sic cœlum & elemēta non semper manerent. Tertiò, tunc species nō semper maneret, quia fit ex genere & differentia. Sed hæ sunt calūnię atq; pueriles captiunculæ: Auer. enim uult principia semper manere sub rationibus principiorum, & nūq; mutari ad rationem principiati: & sic semper manere potest intelligi pro semper perdurare in tempore, quo modo cœli semper manent, & sic non semper manent. Alio modo pro semper durare sub rationibus propriis, quatenus rationes mutare non possunt: & sic stat ipsa semper manere. Quo fit ut semper maneant, & nō semper maneant, ut pro diuersis accipitur ipsum semper manere, stat etiā cœlum semper manere, ut semper durat, nō semper manet, quia ab alio, & sic de aliis patet solutio. Aduerte tamen ꝙ hæc solutio non est ita recta, ut prima Auer. quia uerbū illud. Maneo, pro perduro, accipit Aristo. nisi hîc abutatur eo. Ad quartā, & si tractabitur quando de numero principiorum dicemus, nunc sorticolæ soluerent ꝙ unum potest accipi pro principio numeri, & tunc illa exclusiua exponi debet per præiacentem & unam negatiuam de contrario. Hoc modo unum est principium, & plura nō sunt principium: igitur tantū unum est principium. & hoc modo exponendo exclusiuam, ab uniuersali ad exclusiuam de terminis transpositis non ualet. Si uerò unū capitur transcendēter, sic concedo illam exclusiuam tantū unū est principiū, sicut hanc, tātum ens est principiū. Sed de hoc alias, nunc uerò hic quæ sorticolæ dicunt, satis sit attigisse.

Expōnes Auer. Prima.

E

Scđa expō Auer.

Replic. Prima.

F

Secunda.

Tertia.

Defensio.

Nota.

G Solutio. 4.

Recognī. { Quod autem non unum sit principium, sic probatur apud Simplicium, principia sunt contraria, unum nō est contraria, igitur unum nō est principia, in secunda figura. Quòd autem principia sint contraria, demonstratum est. Quòd etiam unum nō sit contraria, mōstratur ex conuersione, quoniam si contraria nō sunt unum, unum nō erit contraria: si enim cōtrarium cōtrario cōtrarium est, non esse posset uni unum contrariū. De syllogismo huiusmodi affert minorem, cum dixit: { Quoniam nō unū contraria }. i. quoniam unū nō est contraria, subaudias maiorem: Sed principia sunt contraria. igitur unum non est principia. uel sic & longe facilius, unum nō est contraria, principia sunt contraria, igitur principia nō sunt unū, & tunc de syllogismo attulit maiorem, & hoc pacto expositio patet. Quod autem neq; infinita sint principia, primo eodē usus argumento probat, quo prius usus est contra eos, qui asserunt principia esse infinita, & dicit: { Infinita autem nō, quoniam neq; scibile ens erit }. i. quoniā ea, quæ sunt ab ipsis principiis, ignota erunt. Igitur per Ens, intelligit effectus naturales, ut Simplicius exponit: Consequentia patet, quoniam tunc opinamur cognoscere unūquodq;, cūm causas cognoscimus primas, & principia prima usque ad elementa. Secundò ad idem utitur syllogismo tali, in omni genere uno una est contrarietas,

H

I substātia est genus unum, igitur in substātia est una contrarietas. tunc ultra, una contrarietas duorum contrariorum media est, contrarietas substantiæ est una. igitur contrarietas substantiæ est media duorum contrariorū. quare per transumptum nō infinita sunt principia, dicit. Et una contrarietas in omni genere uno, & substantia unū quoddam genus est. igitur in substantia est una contrarietas reliqua Simplicius suppleuit. Quæstio. Quærit hic Simplicius quæ sit una substantia, & quid significet generis nomen & quæ sit una contrarietas circa genus substātiæ considerata, & ob quam causam, cum cōmunia omnium rerum naturalium principia inuenire proposuisset solam substantiam, & contrarietatem secundum ipsam accepit, quo pacto enim generationibus secundum alia prædicamenta adaptabitur contrarietas secundum substantiam. Quæstio prima. Sunt igitur plures quæstiones hæ, quarū prima est quæ sit una substantia. Alex. respondet substantiā prædicamentalem esse corpus compositum ex materia, K & forma, & sic per nomen generis substantiæ intelligit compositum, uel id, quod significat compositum ex materia, & forma. Quæstio secunda. Secunda quæstio est, quæ sit una contrarietas circa genus substantiæ considerata. Et ex his, quæ Alexander ait dici potest, ꝙ solum in genere substātiæ secundum singulas species uel genera subalterna est una contrarietas, in hoc enim solo genere una sola contrarietas uidetur, quę uidelicet est secundum formam & priuationem, at in cæteris prædicamentis, quæ cōtrarietatem habent, multæ sunt contrarietates, quoniam secundum singula genera, quæ sub qualitate sunt, una est contrarietas, ut in colore uno existēte genere album & nigrum, in habitu uirtus & uitium, in sapore dulce & amarū, & in alijs prædicamentis & generibus pari ratione, igitur in substātia est una sola contrarietas singulorū generū atq; specierū. in cęteris uerò generibus tot, quot genera sunt, ueluti in qualitate tot, quot qualitatis sunt genera, & in unoquoq; similiter. Quæstio tertia. Tertia quæstio quid sit genus unū & Alexander dicit genus unū esse quod diuiditur in species, L & nō in gña, ut substātia, ut qualitas, ut quātum, & id genus, est igitur ratio, in omni genere uno una est contrarietas. substantia est genus unū. igitur in substātia est una cōtrarietas. unius uerò contrarietatis duo sunt principia. igitur nō infinita sunt principia. Quæstio quarta. Quarta quæstio, sed si unum genus substātiam dicit, cum prius dixisset in substātia nō esse cōtrarietatem: non rectè nunc asserit in substātia esse unā cōtrarietatē. Ad hæc si solius transmutationis secūdum substātiam quærimus contrarietatem nunquid secūdum alia prædicamenta oporteat accipere cōmunem cōtrarietatem. Sed diluitur prima ratio, quoniam superius sustulit eam cōtrarietatem, quæ secūdum species, & formas. hic uerò cōtrarietatē affert, quæ est secundum habitum & priuationem. Diluitur secunda ab Ammonio, ꝙ ideo quærimus principia substātiæ, quoniam in substātia alia prædicamēta habēt esse, & sic licet plures sint primæ contrarietates, una tamē est primo prima, quæ in substātia est, ut Alexander confirmauit: forma igitur & priuatio prius quidē in contrarietate secūdū M substātiam apte dicentur. secūdaria autē ratione in alijs cōtrarietatibus, quæ sunt secūdum alia prædicamēta. nā & in illis est hoc quidem forma, illud autē priuatio. quare licet plures sint cōtrarietates primæ, tamē una sola est primo prima, ea uidelicet. quæ secūdum substātiam est. Syrianus uerò per genus unum intelligit prædicamētū, quod ideo unam habere cōtrarietatem ait, quoniam licet essent multæ, tamē in unam reducuntur in excessum. uidelicet, & defectum, qui secūdū unumquodq; prædicamētum rectè sumuntur, quoniam contrarium quod melius est, excessus est, cōtrarium uerò: quod est peius, defectus est. unde in quanto alius excessus est, alius in quali, alius in ubi, & sic in omnibus. Alexander etiam per unū genus etiam uocat unum subiectum. mos enim Aristo. est suppositam in unoquoq; naturam genus appellare: quemadmodum igitur in numero contrarietas una consideratur imparis, & paris, & in sapore dulcis, & amari, & in N superficie lenis & asperi, sic in substātia, una cōtrarietas consideratur formæ & priuationis. Sed Simplicius disputādo cōtra Syrianum, obijcit, quoniam si per contraria intelligit excessum ac defectum, tunc solius quātitatis propriæ contrarietas esset, & in alijs prædicamētis nō nisi propter quātitatē. Contra uerò Ammonium & Alexā. quoniam si substātia esset genus primo primū, nō decē essent prima rerum genera. Insuper si Alexander intelligit per genus unum subiectū & materiam, cum nōdum de materia aliquid dixit, adduxisset ignotū quippiam in declaratione alterius ignoti, & si per contraria intelligit formam & priuationem, tunc nō in sola substātia essent hæc, sed in omni prædicamēto, quoniā albedo, cum adest, forma dicitur, cū uerò abest, priuatio, & in alijs prædicamētis similiter, propter hæc Simplicius tandem intelligit per substātiam, substātiam quæ in transmutatione est, & per genus unum, intelligit naturam cōmunem O ad plura, & per cōtraria intelligit ea, quæ plurimū inter se differunt, quæ in omni prædicamento nō sunt plura duobus, in quali enim una est suprema contrarietas simile & dissimile, in quāto uerò æquale, & inæquale, sic & in substātia quæ cōmunis est, forma & priuatio. Ad hæc igitur Simplicius se resoluit. postea aliter dicit & asserit Aristo. per substantiam intelligere substātiale, & hoc pacto in omni prædicamēto est substātiale, secūdum quod generatio & corruptio dicitur, quare per substātiam intelligit nunc circa quā generatio, & corruptio est. hoc pacto uidetur Simplicius exposuisse. Sed tunc est dubitatio, quomodo syllogismus intelligetur: cum enim dicitur in omni uno genere est una prima contrarietas. substantia est unum genus, ergo in substantia est una prima cōtrarietas, nō enim uideo quonā modo maior, & minor possint intelligi ad propositum. Ideo tandem uisum est mihi Aristo. probare, quod proposuit. uidelicet ꝙ principia nō sint infinita, & tūc ratio sic intelligit̄, in omni uno genere est una prima contrarietas, substātia est unū genus, P & quātum est unum genus, & quale est unū genus, & sic omne prædicamētum est unum genus. igitur in substantia est una prima cōtrarietas, & in quāto una prima contrarietas, & sic in cæteris, & cum cuiuslibet contrarietatis duo sint principia cōtraria, ergo non erunt plura quā uiginti principia contraria, nō igitur infinita, & tunc per genus intelligit prædicamētum, quod unum esse asserit, qa licet multa sit, tamē ordine unū est, & per prima cōtraria intelligit formam & priuationem, quæ coaptant̄ unicuiq; prædicamēto, ut in substātia formam, et priuationē substātialem, in quali autem formam & priuationē qualitatiuam, & in quāto similiter, & sic cessant omnes obiectiones, nam cum quærebatur quid per substantiam intelligat in minore, patet Aristo. intelligere prædicamentum substātiæ, quæ ordinatio est omniū generabilium, & corruptibilium substātiarū, & patet per genus unum Aristo. in maiore intelligere genus ꝑdicamētale, nō enim Q potest intelligere genus pro subiecto, cū nōdum de materia sit locutus, insuper patet eum intelligere per cōtrarietatem, contrarietatem primā, quæ una est in omni prædicamēto. res cōtrarietates in eodem genere esse possint, una tamē est prima, ad quā aliæ reducuntur, & est formę & priuationis, quæ in omni genere est prima, patet etiā Aristotelem accepisse in minore ꝙ substantia sit genus unum, sed ꝙ intellexerit de cæteris, ꝙ unumquodq; sit genus unum, & sic habebitur nō esse plures decem contrarietatibus, & consequenter non esse plura quā uiginti principia contraria, quare nō infinita. ea autem quæ Simplicius dicit, sunt confusiones potius quā expositiones.

Dilucida.

Hactenus de secunda ratione. Deinde assignat tertiam rationem, & potest intelligi uno modo, ut exponit Simplicius, si quę q̄runtur de generabilibus & corruptibilibus, melius assignātur per finita quā ꝑ infinita, principia rectius

Tertia rō. Syllo hypothetic.

rectius

A {rectius ponunt finita, sed duo q̃runt de gñabilibus, & cor {ruptibilibus uidelicet gñatio, & scia, & hęc melius p prin {cipia finita assignātur, ut fecit Empe. q̃ p infinita, ut fecit {Anaxagoras. igit principia sunt finita. dicit. {Et quod con {tigit} .s. aut cognosci, aut fieri {ex finitis} pricipiis, {me {lius ex finitis quẽadmodũ Empedo. q̃ ex infinitis, } sub- {audiat põ añtis, sed fieri, & cognoscere gñabilia, cõtingit {ex finitis, {oĩa nãq;, } .s. sciam & gñationẽ {assignare {opinat. } .s. Empe. {quẽadmodũ Anaxa. ex infinitis. } {addat põ ñtis uidelicet. ergo melius ponant principia fi- {nita. hæc est expõ bona. Al'r potest rõ intelligi sic, q'd con {tingit p finita, melius p finita principia adiplet, gñatio & {corruptio cõtingit p principia finita. pbat. {oĩa nãq; ex {finitis assignare opinat } Empedo. {Quẽadmodũ ex in- {finitis Anaxa. } pria expõ intelligit p oĩa gñonẽ ac corru- {ptionẽ & sciam. Secũda expõ intelligit p oĩa q̃ ad gñatio- {nẽ & corruptionẽ attinet, aut ipsam gñonẽ & corruptio- {nẽ. Deinde assignat. 4. rõnẽ, quę sic cõponit, q̃cunq; sp {manẽt, sola sunt principia, pria principia sp manẽt. igitur {principia prima sola sunt principia. Tũc ultra pria princi- {pia nõ sunt infinita, & prima pricipia sola sunt principia. {igit prima principia nõ sunt infinita syll'i principalis. ma {ior supponitur, ut notissima, minor pbatur, quia pricipia {posteriora non sp manẽt, cũ fiãt ex primis ipsis pricipiis. {Sed tũc est qõ, quonã mõ pria pricipia sp manẽt. Rñdet {Alex. Aris. intelligere p prima pricipia sp manere, ipsa eẽ {ppetua ac ęterna, nõ quidẽ ẽm rõnẽ particularẽ, sed u'lem. {Sed hæc expõ refutatur in cõmẽtariis & à Simplicio, q̃m {tã prima q̃ posteriora principia ẽm rõnẽ u'lem sunt perpe {tua}. Ammonius uerò intelligit p principia pria sp ma- {nere. i. sp esse terminos cuiuslibet trãsmutationis, quo pa {cto posteriora principia nõ sp manent, q̃m non sp manẽt {termini trãsmutationis, forma. n. & priuatio, ut Simpl. oñ- {dit, sp manẽt termini trãsmutationis, albũ autẽ & nigrũ, {uel dulce & amarꝫ, uel cætera id genus, nõ sp manent, nõ {enim cuiuslibet trãsmutationis sunt termini. Sorticolæ {uerò occurrũt, ut in cõmentariis diximus, quia q̃n forma {est, tunc nõ est priuatio, & q̃n est priuatio, tũc non est for- {ma. igitur non sp manẽt. Dicẽdũ Ammoniũ intellexisse {hæc sp manere terminos gñationis ad hũc sensum, ut ni- {hil fieri aut corrũpi possit, quin sit de uno horꝫ in alterꝫ, si- {ue sint simul, siue successiue. Multa alia in cõmẽtariis dixi {mus. asseruimus. n. pria pricipia sp manere, nõ respũ tpis. {sed respũ eius rõnis, q̃ ipsis cõpetit, q̃m sp manẽt pricipia {nunq̃ mutãtur ad rõnẽ principiati. at cõtra posteriora li- {cet aliq̃n maneãt principia respectu aliquorꝫ, non tñ imu {tabiliter, cũ respectu aliorꝫ possint esse principiata. Sed ut {diximus, melius cũ Ammonio dicẽdũ prima principia sp {manere nõ quo ad differẽtiã tpis, sed quo ad imutabilem {rõnẽ terminorꝫ, quatenus sunt termini cuiuslibet mutatio {nis, & ad quos stat ultima resolutio, & qui supponantur {cuilibet mutationi. hac ratione posteriora cõtraria non sp {manent, cum nõ cuilibet transmutationi supponãtur, nec {termini sint, ad quos oĩs trãsmutatio resoluatur. Ex iis põt {aliter cõponi rõ textus, hoc pacto, si pricipia sint infinita, {oportet oĩa contraria ponere principia, & priora, & poste {riora, tenet ñtia, qa priora sunt pauca, & ad tñ numerũ {non sufficerẽt, quare oportet ponere oĩa, ut sint principia, {sed destruit cõsequẽs, q̃m oĩa poni non possunt, nõ. n. po- {steriora poni pñt, cũ pricipia prima oporteat sp manere, {& posteriora nõ sp manẽt, ut expositũ est ẽm Ammoniũ.

4. ratio, 1. syll's. B Quæstio Dubõ. C Alia forma rationis. D

Dilucidatoris textus com. 52

Cum aũt ipsa finita sint: ea duo tñ non facere, rationis habet nõ nihil. Dubitauerit. n. nõ iniuste q̃spiã quonã mõ densitas ipsa raritatẽ facere apta sit, aut hęc dẽsitatẽ? & alia q̃uis cõtrarietas simili mõ, non. n. cõcordia discordiã, aut ecõtra discordia concordiã congregat, & aliq̃d facit ex ipsa, sed aliud tertium quoddam ambę. quidã uerò sunt q & plura sumunt, è q̃bus eorũ quę sunt naturã cõficiunt.

E ANTI.

{ **Quoniã autẽ finita facere nõ est facere duo tan {tum, habet quãdam rõnem. Dubitabit. n. utique {aliquis quo modo densitas raritatẽ facere apta sit, {aut hęc densitatẽ. Similiter autẽ & alia quęcunq; {contrarietas, non. n. concordia discordiã conducit, {& facit aliquid ex ipsa, neq; discordia ex illa, sed al- {terum quoddã tertium. quidam autem & plura {accipiunt, ex quibus parant entium naturam.**

Expositio. Sylls.

Quòd uerò nõ tantũ duo sint principia gñationis & corruptionis rerꝫ naturaliũ. Et si Aris. interrogatoriæ pcedat, ex uerbis suis, tñ illis q̃ Themistij. sic syllogizo, nulla duo cõtraria se transmutare possunt absq; tertio. sed pria principia sunt cõtraria, & prima cõtraria. igit inuicẽ trãsmutari nõ possunt absq; tertio. & ita p trãsmutatione necessariũ est tertiũ utriq; subtũ. Prio pponit cõcl'onẽ. & inqt. {Cũ aũt ipsa finita sint, ea duo tñ non facere, rõnis habet nõ nihil} hæc cõcl'o, hanc pbat, & pcedit interrogatoriæ. & inquit. {Dubitauerit. n. } ubi illa sint duo tñ non iniuste q̃spiã, quonã mõ densitudo ipsa raritudinẽ facere apta sit absq; tertio. aut cõtra hæc raritudo quo mõ densitudinem? & alia q̃uis cõtrarietas si'li mõ. non. n. cõcordia discordiã, aut ecõtra discordia cõcordiã cõgregat, & aliq̃d facit ex ipsa, sed aliud tertiũ quoddã ambæ faciũt. & in quo mutuo recipiũtur, per hæc uoluit habere hãc maiorem nulla contraria inuicẽ transmutant absq; 3. quasi rẽ hanc p testimonium confirmãs. inquit. Quidam uerò sunt qui & plura sumunt, è quibus eorum quæ sunt, naturam conficiunt, & sic concedunt syllogismum & conclusionem. & uidetur non tãtum duo esse generationis & corruptionis pricipia.

F

Cum declarauit.)Primo textum introducit declarans q̃d factum sit, quidue agẽdum. deinde accipit maioris uim nulla cõtraria recipiunt sua contraria, hoc est nullum contrariũ alterat in suum contrariũ sine tertio. hãc probat exemplis, quia neq; calidum quatenus calidũ recipit frigidum neq; frigidũ quatenus frigidum recipit calidũ. & dicit quatenus calidũ, aut quatenus frigidum, quia calidũ ut remissum potest stare cũ frigido, & econtra frigidum ut remissum cum calido. non autẽ calidum ut calidũ, quia sic omne calidum cũ omni frigido stare posset, adeo q̃ calidũ ut octo cum frigido ut octo stare posset. Sic igitur patet. nullũ contrarium esse subtum alterius. & ita patet maior, cui subaudi minorem, & inferas conclusionem: ut in expositione feci mus. uerba patent per seipsa nec egetur expositione.

G

Et dicit hoc.)Reddit causam cur Arist. usus est teste dicente ad rerum factionem esse necessaria plura. & ait hoc addidisse, quia si omnia principia essent contraria absq; tertio omne generatum esset simplex, propterea oportet ut sit ex materia & forma, hæc consequẽtia patet, quia generatum ipsum non posset esse compositum ex contrariis, quia illa non possunt se recipi. nec ex materia & altero contrario, quia nulla est materia. igit omne generatũ esset simplex. Sed contra obiicies, quia in cœlo nulla est materia, & tñ cœlũ componitur ex materia & forma, ut in libro de suba orbis declarat. Dici potest q̃ in cœlo est materia alterius rationis, quã fecit inuenire motus in loco. & sic adhuc est compositum. Verum dubitatio non est ad ppositũ. Auer. enim sumit si oĩa principia generationis eẽnt contraria generatũ esset simplex, modo de cœlo non est ad ppositum.

Solutio.

H

Alteratio igitur.)Ex iis cõcludit corollarium trimembre, cuius prima pars est, q̃ alteratio fecit scire corpora generata esse cõposita accipiendo alterationẽ corruptiue, nam alteratio fecit scire materiam, & naturam materiæ. igit cõpositionem ex cõtrario altero & materia, & sic fecit scire compositionem. 2. pars est q̃ alteratio fecit scire in cõposito esse plura uno. hoc patet p idem, quia fecit scire contraria & materiam. 3. pars est q̃ maxime per alterationem elementorum scitur cõpositio illorum, quia illa maxime patet.

Ista enim principia.)Sed obiicies materia & forma & priuatio non sunt cõia nisi mixtis. igitur nihil ad elementa. respondet q̃ hæc tria de quibus in hoc libro pscrutatur sunt

I communia elementis & mixtis, & nõ tantum mixtis. Ideo hic liber est communis & primus.

RECO. { Secundum Simpliciũ & Themistium cũ declarasset ꝙ prima cõtraria, quæ sunt principia sint duo, hic uult tertiũ principium inducere, quod contrariis subiicitur, quod est materia, & hãc inducit pluribus argumẽtis, & ſm Simplicium conclusio textus est ꝙ prima cõtraria non sint principia si ꝑ se sumerent. & resoluit ratione textus ad artem prioristicam hoc pacto syllogizando, principia efficiũt aliquid, patet qm̃ principia sunt. contraria prima nõ aliquid efficiunt, si per se sumant. s. absq; tertio. igitur contraria prima non sunt principia, si ꝑ se sumantur. ꝙ aũt prima contraria nõ aliquid efficiant, si ꝑ se sumãtur, patet ex hoc, oẽ illud in quod agens agit, ꝑmanet, contrariũ non permanet, igitur contrarium non est, in quod agẽs agit. Sed hęc expositio parũ aut nihil differt ab illa Themistii, quã nos secuti sumus in cõmentariis. modo illa non placet nobis nũc, qm̃ Arist. nõ probauit hucusq; ꝙ duo sint principia,

Cõclusio textus.

K sed ꝙ neq; unũ sit principium tm̃, neq; infinita, unũ quidẽ non, qm̃ sunt inuicẽ contraria. infinita uerò minime, ꝑꝑ quatuor rationes. modo non ualet hæc cõsequẽtia, prima contraria non sunt unũ, neq; infinita. ergo prĩcipia prima quæ sunt prima contraria sunt duo. Et ꝑpterea magis ad uerba uidetur mihi, ꝙ cum declarasset principia esse infinita, nunc ꝓbat ꝙ facere principia finita, non sit facere duo tm̃ & hoc ꝓponit, & dicit. { Qm̃ autem finita facere non est facere duo tm̃, habet quandam rationem } & dixit { quãdam rationem, } quia nõ habet rõnem efficacem, sed ꝓbabilem ſm opiniones eoꝝ, qui loquũtur de principiis, & ratio quã affert potẽtia est hæc, quia nulla prima contraria trãsmutantur inuicẽ sine tertio, sed prima principia sunt prima contraria. igitur prima principia non transmutantur inuicẽ sine tertio, ꝓcedit aũt ad ꝓbõnem maioris interrogãdo, ut induat rõnẽ hanc eẽ probabilẽ, cum. n. procedimus ꝓbabiliter, interrogãdo procedere debemus 8. topicoꝝ. ut captato consensu rñdẽtis habeatur ꝓpões & supponit in textu prima principia eẽ prima contraria.

Syll's.

L unde dicit. { Dubitabit enim aliquis quo modo densitas raritatẽ facere apta sit, aut hæc dẽsitatẽ, simil'r aũt & alia quæcũq; contrarietas, non. n. concordia discordiã conducit, & facit aliqd ex ipsa, neq; discordia ex illa, sed utraque alteꝝ quoddã tertium }. s. faciunt. Quo uerò ad hæc uerba attinet, aĩaduerte Arist. locutum esse more ueteꝝ, q non cognouerunt formã esse diuersam ab efficiẽte causa. nam ſm Arist. dẽsitas non facit, sed agẽs ex densitate facit raritatẽ, neq; cõcordia efficit, sed agẽs ex cõcordia facit discordiam, sed quia sic uel aliter dicere parũ refert, Aris. usus est modo loquendi ueterum. similiter, cũ dicit. { Sed utraq; alterum quoddam tertium. } scilicet faciunt, loquitur more ueterum, non enim utraq; faciunt materiam, sed agens ex una contrario inducit alterum in materia.

Dilucidatoris tex. com. 53.

Insuper etiã id ambiget quispiã, subiicit uel ne cõtrariis ipsis natura quædã alia? Nã nulli rei uidemus subiecta esse contraria. Principium rursus, de nullo subiecto dicatur oportet, alioquin principii principium erit, nã subiectũ principiũ & prius p̃dicato esse uidetur. Præterea subam non esse subę cõtrariã dicimus, nã quo pacto suba ex non substãtiis erit, aut non substantia quo modo prior substãtia.

M

ANTI. { Adhuc autem amplius & hoc dubitauerit aliquis, si ne quis alterã supposuerit contrariis naturã? nullius. n. uidemus entiũ subam cõtrariã. Principiũ autem nõ de subto oportet dici aliquo. erit enim principiũ principii, subtũ enim uidetur principiũ & prius p̃dicato esse. Amplius nõ esse dicimus subam contrariã substãtię. quo modo igitur ex non substantiis substantia erit, aut quo modo prius non substantia substantia erit?

si ne
ἰμή
an si
nisi
δὲ aũt
γὰρ enim

Expositio. Hunc textum nemo, ut mihi uidetur intellexit nisi lucidus

N doctor Themistius, conclusit. n. Ari. tertiũ subiectũ utrisq; contrariis, contra hoc dubitat ꝑ tres rationes, prima ipsa principia in nullo subto collocari debent. igitur nullum est subtũ primoꝝ principioꝝ. Añs declaratur, quia aliter principii esset principiũ. nã subtũ uidetur prius esse iis p̃dicatis quæ in subto continentur. sed contraria parte in subto sunt oĩa. igitur non sunt principia, & ita si esset materia, prima contraria nõ essent principia. Secundo arguit. principia nõ sunt contraria, igitur nõ oportet materiã subiici. añs declaratur, nulli rei suba sunt contraria. principia sunt oibus quę fiunt suba, aliter non essent oĩbus cõia. igitur non sunt contraria. & ita non oportet dare tertiũ. Tertiò arguit. prĩcipia non sunt subæ. igitur nulla sunt, & ita nõ oportet eẽ tertiũ. añs declaratur. subæ non sunt contrariæ, principia sunt cõtraria. igitur non subæ, & si non sunt subæ, nihil erunt, aliter suba fieret ex non substãtiis. hæc sunt argumẽta dubitatoria: ut Themistius format. Aris. tñ hunc ordinem non seruat. inquit. { Insuper etiã id ambiget quispiã, subiicit uel ne contrariis ipsis natura quædam alia? } hæc est dubõ. O

Aĩaduerte tñ uerbum illud uel ne græce scribi, ἰμὴ quod latine multi transtulerunt ꝑ si non aut nisi: & hoc fuit errãdi causa oĩbus expositoribus, hic aũt interrogatoriæ, ut mihi uidetur accipitur, pro si ne, aut ꝑ uel ne, & id genus, & sic apud Themistium grece legitur. Deinde arguit primo & inquit, nam nulli rei uidemus subiecta esse cõtraria. siue nullius eoꝝ quæ sunt subiecta uidemus eẽ contraria, nec inter se neq; rebus quibus subiiciũtur. Sed prima principia quatenus prima oĩbus subiiciũtur, ut ex illis oĩa proficiscantur. igitur non possunt eẽ contraria, nec inter se, nec rebus quibus subiiciuntur, & cum nullo modo sint contraria, tertium ꝓpter generationẽ ipsam non est necessariũ. Aĩaduerte ꝙ uerbum illud subiecta, siue subiectũ græce est, husia, quod in frequẽtiori usu ꝑ substãtia accipitur. ueꝝ hic ꝑ subiecto accipitur, nã & substãtia ipsa à subiiciẽdo dicta est, & sic Themistius sentit. & hoc fuit cã ut expositores errarent. Secũdo arguit. principiũ rursus de nullo subiecto dicatur, oportet igitur hæc prima principia quæ sunt contraria in nullo subiecto cõtineri oportet. añs probat. & inqt. Alioquin principii principiũ erit. nã subiectum ipsum in quo aliquid est, aut de quo aliud dicitur prius est p̃dicato saltẽ uia originis. Aĩaduerte ꝙ omne subtũ est aut de quo aliud dicitur. & sic est indiuiduũ siue inferius, & p̃dicatũ supius siue genus, aut cui p̃dicatum inest ut in p̃dicatione denoĩatiua, ut dicit Boetius in antepredicamẽtis. ubi subiectũ est in quo aliud inest, illud sine dubio prius est p̃dicato accidẽte sibi. ubi uerò sit indiuiduum, illud prius est generatione p̃dicato. si quidẽ uñia generentur ꝑ accidens ad generationem indiuiduoꝝ. sic igitur hæc principia in subiecto contineri non possunt, quia non essent prima, haberent. n. subtũ in quo continerentur prius, hæc fuit prima rõ apud Themistium, sed de ordine nõ est curandũ. Tertio arguit, aut illa principia prima sunt substantiæ, aut nõ substantiæ. non est dicendum ꝙ sint subæ, quia nihil eis esset contrarium, nec inter se essent cõtrariæ. si sunt nõ subæ, tunc substantiæ non essent ex illis, quia ex nõ substantijs non constat substãtia. cũ igit' nec sic, nec sic talia prĩcipia cõtraria esse nõ possunt, & per cõsequens nulla erit materia. inquit. { Preterea substantiã nõ esse subæ cõtrariã dicimus } igitur hęc nõ possunt esse subę. ꝙ nec possint esse nõ subę, probat & inquit. { Nã quo pacto suba ex nõ substãtiis erit aut nõ suba quo modo prior est substãtia } cũ igit' hęc cõtraria prĩcipia substãtię esse nõ possint, quia cõtraria sunt. neq; non substãtię, quia ex iis substãtię nõ essent. Oportet dicere si sunt illa eẽ nõ contraria, & ꝑ consequẽs nulla erit necessitas materię, quæ ꝑpter contraria ipsa ponitur. hæ sunt rationes ꝓbabiles pro dubõne, ut lucidus doctor Themistius exposuit, & nos clarius accõmodauimus literæ. ubi uides aperte literę difficultatem & malas latinorum expositiones.

P

Q

Quia ratio.) Auer. aliter literam introducit, & extra ꝓpositum ut sui moris est. uult enim ꝙ Aristo. in textibus p̃teritis ꝑ rationes ꝓbabiles cõcluserit principia eẽ contraria, ut multis

ut multis

A ut multis modis patuit, nūc uult φ arguat ad partē cōtrariam ꝓblematis φ nō sunt contraria huius causam affert, ut colligat duas subcontrarias. per primas qdem rationes habeat aliqua principia esse contraria, ut sunt forma & priuatio. ꝑ rationes oppositas habeat aliā subcōtrariā uidelicet φ quędā non sunt cōtraria ut sunt materia & forma, aut materia & priuatio. rationes ꝓbabiles quādo sunt pro utraq; parte, faciunt ueritatem non secundum totum. sed secundum partem, & hoc est dicere subcontrarię.

Et iste sermo.) Prima ratio φ principia nō sint contraria hæc est. nulla cōtraria sunt subæ, principia reꝝ naturalium sunt subæ. igitur non sunt cōtraria. ꝓsyllogizat maior substantiæ non dicuntur de subto. cōtraria dicunẗ de subto. igiẗ cōtraria nō sunt subæ. ꝓsyllogizatur minor. principia substantiæ debēt esse subæ. principia reꝝ sunt principia subę, ut patet. igiẗ sunt substantię. hoc igitur tres syllogismos intellexit Auer. suis uerbis. & hæc est prima ratio.

Sed ista consequutio.) Respōdit huic rationi & negat maiorē principalis syll'i, nam in suba possunt esse cōtraria, ƀm priuationem & habitum, & per idē ad illius probationē;
B maior. n. intelligitur de cōtrariis positiuis. hæc. n. dicuntur. ꝓprie de subto, sed de priuatiue oppositis illud nō tenet.

Deinde induxit.) Secunda ratio. subę non sunt contrariæ, principia sunt substantiæ. igitur non sunt cōtrariæ, hęc ratio non differt à prima, nisi quia prima est in secūda figura. hæc uerò est in prima figura, & sic est quasi prima per conuersionem maioris in terminis.

Et modus.) Soluit generatim φ quando ex utroq; latere sunt rationes ꝓbabiles, oportet eas cōcedere ƀm partem, & sic cōcedo primas pro forma, & priuatione. hæc. n. sunt contraria. concedo uerò secundas pro materia & forma uel priuatione. nā hęc nō sunt ꝯtraria. & utraq; pars ē uera.

Et similiter etiā) Speciatim soluit rationes ꝑ hac parte, quę negat ipsa principia esse contraria, & uult substantię nihil esse contrarium secundū subiectum & materiam, sed bene est ei aliquid contrarium ƀm formas.

Et hoc adiuuat.) Tangit pōnem Alexandri, & illius ratio
C nem. Positio est φ subæ elementarię sunt cōtrariæ ƀm formas, nō autem ƀm materias. ratio autem est, quia pricipia subæ sunt contraria. Tūc Alexander uult substātias cōpositas nō esse contrarias ut mixta, bene simplicia, ut elemēta.

Et Alexā.) Contra obiiciebaẗ Alexādro, quia in prædicamentis diciẗ substantiæ nihil est contrarium. Rñdet illud esse ueꝝ in mixtis atq; perfectis substantiis, in simplicibus uerò non est uerum.

Aristo. enim.) Quòd aūt non in simplicibus illud sit ueꝝ, patet, quia. 2. de generatione Aristo. tex. cō. 22. asserit elementa ipsa esse contraria, & sic si nō est sibi cōtrarius, oporNota. tet ipsum glosare, ut diximus. Aiaduertēdū tñ Auer. hæc dixisse nō ad mentem ꝓpriam. si enim substantiæ nō sunt cōtrariæ ꝓpter subiecta. nec accidētia essent contraria, hoc De expōnibus Auer. modo, propterea huic obiicit Auer. 5. huius cō. 10. & usque in illud derelinquaẗ tempus. Hæc est expō Auer. in hoc tex. quæ quam deuia sit à litera, tu qui nostras uides transD lationes, necnō expōnes diiudica. hic. n. cum barbarus sit, uerba Arist sepe male intelligit, quāq; ex grecoꝝ fragmenDubōnes noui expositoris. tis bonas enodet qōnes. & inde magni Cōmentatoris nomen nactus est. dii boni quātum prodest studium bonoꝝ libroꝝ, atq; exercitium bonis in literis. Quærit hic nouus expositor duo. primū an materia habeat rationē principii magis q̃ forma, uel priuatio. Secūdo quærit an materia sit magis substātia q̃ forma. Hæ qōnes non sunt ad ꝓpositum, proficiscuntur enim ex malo intellectu uerboꝝ Arist. nam Arist. nihil dicit hęc assertiue, ut autumat ipse quemadmodum tam per expōnem Auer. q̃ per expōnē Themistii patet. & si essent ad ꝓpositum non uidenẗ bene solutæ. respōdet. n. ad primā φ forma habet rōnem principii magis, quia est principalius id quo res habet eē. & per idē ad Reprehensio secūda. secūdam cum. n. forma sit quo res sit, & suba nomen habeat ab eo quod est, iure forma erit principalior substātia. Prima solutio nulla est, qm̃ quæstio quærit utrum materia habeat magis rōnem principii & nō rationē causę, & tunc E ut forma est principium principale generationis, ita priuatio & materia principale corruptionis. igiẗ in rōne principii non magis unum q̃ alteꝝ erit magis, & ꝓpterea concedo neutrū neutro esse magis principiū, licet causa sit potior forma q̃ materia. Secūda etiā nō ualet, quia ut Themistius ait, substantia quę græce est, husia, rōnem nanciscit ab ipso subiici, qm̃ materia principaliter subiicitur, & est id quo oē quod est subtū subiicit, iure materia ipsa rōnem subæ magis sortiẗ. Propterea pōtest aliter dici, aut ƀm quod nomē subæ significat aut ƀm rationem. unde nomen sumptum est, secūdum id quod significat, sic forma est magis substantia, quia ꝑ ipsam omnē cōpositum est suba. Si secundum rationem unde nomen deriuatum est, materia est magis substantia, quia ipsa magis habet rationē subiecti, est id quo subiiciẗ compositum. Hęc de his.

{ In cōmentariis hunc textum induximus interrogatorium, nā cum in ꝓximo textu ꝓbasset cōtrariis principiis RECO. subiici tertium, quod materiam appellamus, dubitat nunc F contra tale tertiū contrariis subtum, ideo lege sic. { adhuc autem amplius & hoc dubitauerit aliquis, sine quis alterā supposuerit contrariis naturam? } . i. an altera contrariis sit subiicienda natura? ecce quō interrogatoriæ textus legendus est. sed quo modo rōnes, quibus dubitatio habeatur, sint cōficiendæ, in cōmentariis dictus est modus Themistii, sed nunc uideẗ φ ratio sic conficienda sit, si prima principia non sunt cōtraria, tertiū, quod erat materia non est ponēdum. sed prima pricipia nō sunt contraria. igitur tertium non est ponendum. Huius rationis ꝓbat minorē 1. syll's. rationibus, quaꝝ prima est, subæ reꝝ naturalium nō sunt cōtrariæ principia reꝝ naturalium prima sunt subæ, igiẗ nō sunt contrariæ, de hac ratione tangit maiorē, & dicit. { Nullius. n. uidemus entium } . s. naturaliū { subam contraria } subaudi esse aliis contrariis. in cōmentariis ꝑ substantiam subiectum intelleximus, & quidē non ab ratione. Ad nūc per subam fortasse essentiam intelligit, sunt. n. reꝝ ipsa principia uniuersa eaꝝ reꝝ essentia, ex quibus res naturales ipse describūtur, quatenus sunt generabiles, & G corruptibiles, cū igitur reꝝ naturalium essentiæ non sint contrariæ, iure nec principia reꝝ naturalium prima erunt cōtraria, quę sunt eaꝝ essentiæ, & subæ & cū dixit nullius entium naturalium substantiam id est essentiā esse cōtraria, quoniam essentia alicuius, nec cōtrarium, nec cōtraria copulatiue sumpta esse potest. unde syll's erit nulla rerum essentia est contrariū alicui, nec contraria inuicē copulatiue sumpta. prima reꝝ naturalium principia sunt essentia eaꝝ, aut seorsum, aut copulatiue sumpta, igiẗ non sunt contraria. Secūda ratio sic cōponitur per quā probat eandem minorē. prima cōtraria sunt p̄dicata de subiecto aliquo. 2. ratio. prima rerū naturalium principia nō sunt p̄dicata de subiecto aliquo. igitur nō sunt contraria. maior patet ex contrarioꝝ definitione, sunt. n. contraria ea, quæ circa idē subiectum mutuo inuicē transmutanẗ, mutuoq; inuicē prædicantur, minor in textu ꝓbatur, quia si prima principia de aliquo subiecto essent p̄dicata, non essent prima, quia subiectū de quo illa p̄dicarētur, esset eis prius. quādoquidem subtum semper prius p̄dicato uideẗ. & dixit. { subiectum H uidetur prius p̄dicato, quia res hæc habet. q. at nūc, ut probabile assumit, nā ƀm ueritatē in substātiis subiectum est prius p̄dicato suo ƀm quid. in accidentibus uero subiectū p̄dicato simpl'r est prius, & e ratione hac ꝓbat minorem, & dicit. { principiū } . s. primū { nō de subto oportet dici aliquo, } cuius rōnē subdit, { erit. n. principiū pricipii, } cuius rursus rōnē affert, & dicit. { Subtū. n. uideẗ principium & prius p̄dicato esse. } Deinde epilogat primā rationem, quoniam illius nō probauerat minorem, & dicit. { Amplius non esse dicimus substantiam contrariam substantiæ, } subaudi tū, & prima rerum naturaliū principia sunt earum substātiæ, cuius probationem affert ꝑ interrogationem, & dicit. { Quo modo igitur ex nō substātiis substantia erit? } & subaudi & pria pricipia sunt ea, ex qui-

I bus sunt rerꝝ naturalium substãtiæ, igitur sunt earꝝ subæ. Deinde probat alia ratione eandẽ minorem uidelicet ꝙ principia prima sunt rerꝝ naturalium substãtiæ, & dicit. { Aut quo modo prius non substantia, substantia erit? } sed subaudi prima rerꝝ naturalium principia sunt priora rebus naturalibus, quæ substantiæ sunt. igit̃ sunt substantiæ. Hæc de prima ratione, quam epilogauit, quoniam superius nõ probauerat minorem.

Expõ Alexã. Alexan. uerò asserit nõ esse hic tres syllos, sed duos contra Themistiũ, quorum primum sic cõponit. cõtraria nulli subiacẽt, principia subiacent, quia supponunt ut cõia omnibus. non igitur principia sunt cõtraria, & sic per subam intelligit id quod subiacet. Secũdum syllm cõponit sic. contraria dicunt̃ de subiecto. principia nõ dicunt̃ de subiecto. igitur principia nõ sunt contraria, & sic secũdum Alexã. Aris. argumentatur contra illud, quod supposuit, ꝙ uidelicet principia sint cõtraria, & nõ contra tertium, quã expõnẽ approbat Auer.

Rõ Simp. K Simplicius uerò exposuit, ut nos diximus ꝙ hoc sit ꝓblema uidelicet utrum sit alia natura subiecta primis ipsis principiis, & argumẽtum est ꝙ nõ, quoniã si oportet esse aliam naturam, erunt principia prima contraria. sed prima principia nõ sunt contraria. igit̃ nõ est alia natura. minor ꝓbatur, ut diximus, & Simplicius sic cõponit, contraria sunt & in subiecto & accidentia. prima rerꝝ naturaliũ principia nõ sunt accidẽtia in subiecto. igit̃ principia prima nõ sunt cõtraria. de ratione tãgit maiorẽ. primo cum dicit. { Nullius enim uidemus entium subam cõtraria. } idest cõtraria sunt accidẽtia in subiecto, & hæc fuit maior, & sic ꝑ subam intelligit ꝓprie subam, quoniã prima cõtraria nõ sunt substantiæ, sed accidẽtia in subiecto. Deinde tãgit minorẽ, & illius ꝓbationẽ quo ad eam partem quæ est ꝙ prima principia nõ habeant subiectum, hoc pacto, quod de subiecto dicit̃, uel subtum habet pricipiũ habet, prima principia nõ habent principiũ. igitur nõ habẽt subiectum. tangit minorem & illius expõnem & primo minorem principalis sylli. ibi { Principium aũt nõ de subiecto oportet dici aliquo. } .i. primũ principium nõ habet

L subiectum aliquod. Deinde probat hãc minorem, quo ad primam partem ut patet, & sic secũdum Simplicium una est ratio. deinde. ibi { Amplius non eẽ dicimus, } secũdũ Simplicium hic intẽdit syllos ꝑ quos ꝓbat secundam partem minoris uidelicet ꝙ prima principia non sint inuicẽ accidẽtia contraria, quorum primus est, substantia cõtrarium non habet, contrarium, contrariũ habet. contrarium igitur substantia non est, & cum rerꝝ naturalium principia sint subæ, igitur non habent contrariũ. ꝙ uerò sint subæ, probat ꝑ secũdum syllm, quoniã non suba non est causa subæ, prima principia sunt causæ subæ, igitur non sunt nõ suba, & sic sunt suba. Insuper & ꝑ syllm tertium nõ suba non est prior suba, prima principia sunt priora substãtiis uidelicet naturalibus igit̃ non sunt nõ suba, sunt igit̃ subæ, & sic sylls hic unus est, cuius minor probat̃ per duos syllogismos. Nostra uerò expositio clarior est, qm̃ Aris. intẽdit unum syllm hypotheticũ, cuius minorem probat duabus rõnibus, quarꝝ primã epilogauit, ut ꝓbaret minorẽ. ergo in hoc textu sunt tres expõnes, quarꝝ est nostra secun

M da Alexandri, quã Auer. sequitur. tertia Simplicii, quę conuenit cum nostra quantum ad problema, differt autem quantum ad rationes problematis.

Dilucidatoris tex. com. 53. Quãobrem si quis priorẽ & hãc rõnẽ ueram esse putauerit, si utrasqꝫ rõnes illas seruare uoluerit, necesse est tertiũ quoddã subiicere, quẽadmodũ aiũt qui solam unam naturam uniuersum esse asserũt, ut aquam, aut ignem, aut medium inter hæc.

ANTI. Vnde & si aliquis & priorẽ uerã putauerit esse rõnẽ, & hãc necessariũ est, si debet seruare utrasqꝫ rõnes supponer̃ quoddã tertiũ, quẽadmodũ dicũt unã quandam naturam esse dicẽtes ipsum omne. ut aquam, aut ignem, aut medium horum.

Expositio. Ex contrarietate principiorꝝ est conclusa materia, ex non

N contrarietate est materia ipsa ablata. igitur factæ sunt pro utraqꝫ parte rationes, priores rationes in principiis oppositionem persuadent. Posteriores uerò ã pricipiis oppõnem tollunt, propterea si ambæ partes sunt ueræ, oportet dare tertium, nam sic per eiusmodi dabuntur duæ subcontrariæ simul ueræ. Est enim regula topica quãdo in uno ꝓblemate sunt rationes pro utraqꝫ parte, ꝓblema est terminãdum subcontrariæ pro utraqꝫ parte, ut utrum omnis homo sit albus, si sunt rationes ꝙ oĩs homo est albus, & rationes ꝙ nullus hõ est albus, dicetur ꝙ qdam hoĩes sunt albi ut scithæ. quidam uero nõ albi, ut Ethiopes, cũ igitur primæ rationes dent principia esse contraria. posteriores uerò ꝙ nõ sunt contrariæ. erunt aliqua contraria. aliqua uerò nõ erũt contraria & sic illud problema, utrum detur materia, iam terminatum est ad partem affirmatiuã, & hæc est expositio O Themistii. Sed Arist. rationes tãtum in generali persoluit, uidetur modo ꝙ adhuc in speciali rationes proximi textus quæstionem faciant. Propterea respondetur per ordinem. Ad primum dico nulla subiecta esse cõtraria, de subiecto in quo, aut de subiecto de quo. subiectum in quo est suba respectu accidẽtis. subiectum de quo est inferius respectu superioris, ut dicit Boetius. & sic concedo ꝙ talia subiecta non sunt contraria prædicatis, possunt tamen esse cõtraria inter se. Prima principia nõ dicuntur subiecta hoc modo, sed sumẽdo subiectum pro requisito aut præsupposito, & hoc modo possunt eẽ contraria inter se, & si non respectu eorꝝ quibus præsupponunt̃. Ad secũdum respondet Themi. & (ut mihi uidet̃) uult contraria illa supponere materiam, pro generatione rerꝝ, & respectu materiæ non sunt principia, sed respectu generationis rerꝝ, nec inconuenit principia habere prius qd, nõ respectu eorꝝ, quorum sunt principia. Ad tertiam soluit Auer. ꝙ in suba est contrarietas priuatiua, nõ positiua. Aĩaduertẽdũ ꝙ duo problemata sunt. Primũ, utrum materia ipsa sit. Secũdum, utrũ principia sint contraria, & quia primũ soluitur ꝑ secũdũ, ideo P Arist. in proximo textu arguit. ad secũdum, licet ipse mouerit primum. In præsenti uerificans secũdum uult habere solutionem ad primum, & hoc est magnum huius uiri artificium, quod latuit omnes nostros expositores. huius autem solutionem confirmat per testes, & inquit. { Quẽadmodũ aiunt qui solam unam naturam uniuersum esse asserunt ut aquam, aut ignem, aut medium inter hæc } & sic patet solutio utriusqꝫ problematis.

Et propter hoc.) Commentum istud glosa nostra non indiget, cum per expõnem literæ sit etiam declaratum.

RECO. Postqꝫ demonstrauit naturalium rerum principia esse contraria ex eo, quia omne quod fit, non ex quocunqꝫ fit, sed ex contrario, & quia omne quod corrumpitur, non in quodcunqꝫ, sed in contrarium corrũpitur, deinde demonstrauit ꝙ principia nõ sint contraria, cum hæc pro utraqꝫ parte egisset, non ex more sophistico, sed ẽm syllogisticã topicamqꝫ diligẽtiam, nũc (ut Simplicius autumat) affert Q artem quo pacto ueterꝝ sermones priores qdem pro parte affirmatiua, posteriores uerò pro parte negatiua, cũ contraria uideantur dicere, in idem incidant, est autẽ ars hęc: ut dicamus principia esse contraria, ut demonstratum est, non quidem ẽm se sumpta, sed cum tertio aliquo alio contrariis subiecto, nam sic etiam dicere possum pricipia nõ esse contraria, sunt enim contraria nõ ad tertium, sed inter se, & sunt non cõtraria ad tertium, quod authoritate ueterum probãs dicit. { Quẽadmodum dicunt, unã quandam naturam dicẽtes ipsum omne. } supponentes enim unam naturam contrariis, ꝑ quam unũ dicebant esse omne, quod fit, ex hoc omnia generãt, { ut } thales, { aquã, aut } Heraclitus { ignẽ, aut } Anaximenes aerẽ, { aut } Diogenes { horum mediũ. } etenim hi omnes unã hanc naturam contrariis supposuere, cõcretione, & secretione, aut raritate, & densitate cætera omnia fieri dicentes ab ipsa. aut aliter si recte ꝑcepisti duo problemata physica sunt de rerꝝ principiis primũ an principia sint cõtraria, secundũ an duo uel tria, & i utroqꝫ ꝓblemate Arist. dixit qdã, ex

quibus

A { quibus pro utraq; illorum parte fieri possunt argumenta. in primo problemate q sint contraria, probauit, quia omne quod fit, ex cõtrario fit, & omne, quod corrumpit, in contrarium corrumpitur. Quòd uero nõ sint cõtraria, pbauit proximo textu, ex eo, quia nõ est tertium. At in. 2. pblemate q sint plura duobus, probauit, quia principia sunt cõtraria, ergo tertium, q uero non sint, plura duobus probauit pximo textu, quia nõ sunt cõtraria, ergo non est tertium. Arist. ergo præsenti textu solũ primũ problema absoluit, quia co diluto, patet solutio ad secundum. Quæ uero in cõmentariis diximus, clara sunt, ubi patet Alexandrum textum proximum exposuisse modo, quo diximus, quia considerauit præsentem textum.

Dilucidatoris tex. com. 54. Verum quod inter hæc medium est eẽ, uidetur magis, nã & ignis & terra, & aer & aqua ex contrarietatibus constãt, quáobrem nõ sine ratione agũt, qui subiectum ipsum aliud ab his faciunt inter cæteros uero, qui aerem, habet etenim aer ipse drias minus aliis sensiles. hos sequitur, qui aquam facit.

B

ANTI. { Videtur autem medium magis. ignis. n. iam & terra, & aer, & aqua, ex contrarietatibus completa sunt, unde non irrationabiliter faciunt subiectum alterum ab iis facientes. aliorum quidam aerem. etenim aer minus habet aliis differentias sensibiles, consequenter autem aquam.

Expositio Cum textibus usus sit, qui eorum propius ueritatẽ accedũt, nunc enarrare uult. & inquit. Verum quod inter hæc medium est, esse uidetur magis. Cuius rei causam affert. & inquit. Nam & ignis, & terra, & aer, & aqua ex contrarietatibus constãt, unde syllogismus est subiectũ ex nullis cõstare debet contrariis ignis & id genus ex cõtrariis constant. non igit subtum. maior à Themi. declarat, qa aliter necesse eẽt ut alterutrũ, aut nõ susciperet, aut corrũperet quorum utrũq; est contra rationem principii. Ideo repetens cõclusionem. inquit. { Quãobrem non sine ratione agunt, qui subiectũ ipsum aliud ab his faciunt. } Inter cæteros minus rationabiliter agunt illi qui faciũt aerem, pter similem rationem. habet enim aer ipse differẽtias minus aliis sensiles. tertio succedunt loco, q aquam cõstituunt subiectum similem ob causam. Quales igitur de ueritate dixerunt ueteres patet.

C

Dicit Auer. comparat inter ueteres, fuerunt enim de materia pro nunc tres põnes. Prima uoluit nullum quatuor elementorum esse materiam. sed inter hæc medium ut igne crassius, rarius uero aere, & id genus. Secũda uero q aer. Tertia q aqua sit materia. nullus terram ponit nisi Hesiodus. harum cõparationis hæc est regula, subiectum debet esse sine contrariis, quo fit ut illi uerius dicant, qui huic ppius accedunt. quare præferendi sunt, qui medium, post hos qui aerẽ. Vltimo qui aquã faciunt. huius ratio est, quia medium à contrariis magis remouet, post medium uero aer magis q̃ aqua. ultimo aqua magis q̃ cætera. Sed inter cõmentum præsens & cõmentum. 47. &. 5. huius cõ. 6. &. 51. &. 10. meta. cõ. 23. &. 4. cœli cõ. 24. est contradictio. nam hic uult medium non constare ex extremis ut patet. In oĩbus aliis locis uult medium formaliter constare ex extremis. Secunda contradictio est, quia. 2. de generatione cõ. 23. in aqua esse sensiliores differentias, quia uult illam esse frigidiorem & minus humidam, terram uero siccioreẽ, non frigidiorem, & sic ibi uult aquæ differẽtias esse sensiliores illis terræ. hic uero &. 2. cœli cõ. 94. tenet oppositum. uult enim in terra eẽ sensiliores. ideo eẽ nõ potest materia. de his diximus alibi. Pro nunc uero dico q medium est duplex. formæ, & subiecti, superius uoluit medium formæ constare ex extremis. hic uero uult medium subiecti nõ constare ex extremis. De his uero. 5. huius dicemus longius. Ad secũdã dicẽdum q duplex est frigiditas cœlestis, quæ est pter priuationem causarum calefacientium, ut propter elongationem à cœlo, & hoc modo terra est aqua frigidior, quia è cœlo lõgius iacet. & hoc satis est in proposito. 2. de generatione loquit de frigiditate elementaria qua ipsa aqua est frigidior terra. & sic tollitur contradictio.

D

E

RECO. { Secundum Themi. & Simplicium. Aristoteles duo facit, quia primo laudat eos, qui subiectam naturam asserue runt non eẽ elemẽtum, sed medium inter elementa, & non intelligit per medium elementum medium, quale est aer, uel aqua sed id, quod inter duo elementa medium est, ut id, quod est igne densior, aere uero rarior, aut id, quod est aqua densior, terra rarior, uel id, quod est aere densior, aqua autem rarior. hoc. n. medium uocat, & dicit. { Videtur autẽ medium magis } subaudi accedere ad naturam subiecti, quod contrariis subiicitur, q̃ elemẽtorum aliquod, huius rationem subdit, quæ sic cõponitur apud Simpliciũ, & Themistium. nullũ subiectum, quod cõtrariis subiicit, constat cõtrariis, hãc sumit pro explorata ignis, terra, aer, & aqua sunt ex contrarietatibus. ignis quidem ex calido & sicco, aer ex calido & humido, aqua ex humido & frigido, terra ex frigido & sicco igitur nullũ horum est subiectum. Secũdo ostendit, q eorum, qui posuerũt aliquod elementũ esse subiectum, quod contrariis subiicitur, minus irrationabiliter dixerunt qui aerẽ, deinde, qui aquam posuerunt, & dicit. { vnde non irrationabiliter faciũt subiectum } .s. quod contrariis subiicitur, { faciẽtes alterum } scilicet elemẽtũ { ab iis } .s. extremis. { aliorum quidã aerẽ, Consequẽter autem aquam. } aer enim ratione habita ad alia insensibiliores uidetur differẽtias habere. consequenter aqua: nam aqua est apta uerti in contraria. calefit enim & frigefit facilius, & in glaciem concrescit, ut neq; humiditatem sm subam habere uideat. ignis aũt manifestas habet contrarietates caliditatem dico & siccitatẽ, maxime autem caliditatem, & suscipere contraria ignis permanẽs non sit aptus. Huius autem causa est, quia est effectiuum magis, formæq; proportionatum non materiæ. Dubões uero, quæ his occurrunt, in commentariis patent.

F

G

Dilucidatoris textus com. 55 Omnes tamẽ unum illud contrariis informãt, ut raritudine atq; densitudine. itemq; magno & paruo. quæ uidelicet oĩno sunt excessus atq; defectus, ut prius dictum est. uidetur insuper & uetus hæc opinio q eorũ quæ sunt principia sint ipsum unũ, atq; excessus & defectus. uerũ non eodẽ modo. ueteres quidẽ aliqui duo agere, unum pati dicebant posteriorum uero quidam contra, unum agere, pati duo asserunt potius.

Eiusdẽ antiquus. { Sed & oẽs unum hoc contrariis figurant, ut dẽsitate & raritate, & eo, quod maius, & minus, hæc autem sunt oĩno uidelicet excellentia, & defectus, sicut dictum est prius. & uidet antiqua eẽ & hæc opinio, q unum & excellentia & defectus principia sint, sed non eodẽ modo. sed antiqui duo quidẽ facere, unum autẽ pati. posteriorũ autẽ quidã cõtrariũ. unũ, qdẽ facere, duo aũt pati magis dicũt.

H

expositio. Fere consensim ab oĩbus tertium principiũ accepit, nunc quo modo ex illo principio generat res ipsas exponit, & uult oẽs antiquos fere cõuenire, quatenus oẽs illud unum subiectum cõtrariis informant, alii raritudine densitudine. alii magno atq; paruo hæc autem sub excessu atq; defectu recidunt. rarum & magnum sub excessu. densum & paruum sub defectu. iterum positionem de trinario numero pricipiorum confirmat. quia uidetur peruetus esse opinio q tria rerum sint pricipia. unum ipsum defectus atq; excessus, & licet numerum principiorum omnes eundem asserãt, non tamen eodem modo oẽs, nam ueteres duo agere & ex parte formæ, tertiũ pati putauere. Posteriorum uero quidã. ut Plato contra, duo pati & ex parte materiæ, unum agere & ex parte formæ asserunt. & sic omnes in numero cõueniunt. Cũ narrauit.) Cõmentum istud patet, cõtinet enim nihil pter textum.

Recogni. { In hoc textu sm Themistium, cum declarasset ex con-

I sensu omnium esse tertium quoddam principium: nunc duo facit, quia primo docet quo modo ueteres ex illo uno dicebant cuncta fieri. 2. ibi. { Et uidetur antiqua. } confirmat trinarium numerum principiorum ex opinione ueterum. Simplicius uero uult quod cum demonstrasset esse tertium, tum ratione, tum ueterum testimonio, nunc ostendat quod huiusmodi tertium secundum seipsum non sufficiat, quoniam posuerunt cum illo uno etiam cōtraria, & hoc, ut ostēdat tria esse principia ex sententia illorum. 2. ibi. { Et uidetur, } ostēdit antiquā esse opinionem de trinitate principiorum, sed quod nō eadem principia posuerint, de prima parte dicit. { Sed & omnes unū hoc contrariis figurant, ut dēsitate & raritate, & eo, quod maius & minus, hæc autem sunt oino. uidelicet excellentia, & defectus, sicut dictum est prius } nam rarum & magnum excellētia sunt, densum uero, & paruum defectus. Quare tria sunt rerum naturalium principia. Deinde ostendit, quod licet cōueniant in numero principiorum, non tamen cōueniunt in ipsis enumeratis principiis, & dicit. { Et uidetur antiqua esse & hæc opinio, quod unum } ex parte materiæ, { ex excellentia & defectus principia sint. } ergo omnes ab antiquo conuenerunt in numero principiorum, quod

Expositio Simplicii.

K uero differāt in ipsis numeratis principiis ostendit, & dicit. { Sed non eodē modo, sed antiqui quidem, duo autē facere } .s. qui fuerunt ante Platonem, & accepit, facere, pro informare, quoniam cū non cognouissent causam effectricem diuersam esse a causa formali, facere pro informare accepit. q. d. quod antiqui ex parte formæ duo posuerūt, { unū autē pati } .s. ex parte materiæ. { Posteriorum uero quidā, } { ut Plato { contrariū } dicūt. { unum quidem facere } .s. posuerunt unum ex parte formæ, { duo autem pati magis dicunt } id est duo ex parte materiæ. Sed quo modo intelligatur hæc Platonis opinio. Simplicius exponit tripliciter uno modo, quod Plato posuerit excessum ac defectum pro materiis, unum autem ex parte formæ, quod quomodo possit esse uerum, nō exposuit. Alio modo quia Plato secutus est Pythagoram. qui numeros posuit rerum substantias ac materiam, & quia numerus est magnus, & alius paruus, quorum forma est unitas, quæ determinat oēm numerum, ideo

L magnum & paruum Plato posuit materias, unitatem uero formam, quæ expositio nō est intelligibilis, cum quantitas non possit esse substantia. Tertio modo dicit, quod Plato posuit duo principia materialia, alterum quod subiectum omni capax dicit, alterum priuationem, nam priuatio etiam se tenet cum materia secundum Aristo. infra. Tertium uero asserit esse formā, quam ipse noie unitatis uocat, sed si sic exponatur opinio Platonis, nō differt ab illa Arist. Ideo aliter solitus sum dicere, quod cū duplex sit corporum genus, cœlestium. uidelicet & sublunarium, duas constituit materias, quarum alteram magnum uocat, quia est materia sublimium corporum, alteram paruum, quia est materia sublunarium corporum, formam autem posuit unitatem, quæ deus est, non ab informādo, sed a formādo dictā, quam expositionem Plato in Parmenide asseruit, sed si hæc sit expositio, nō propter hoc habenē pricipia interna generationis, & corruptionis, ultra enim unitatem, quæ est effectrix causa, oportet assignare terminos in generatione, & corru-

M ptione, & subiectum eorum, quæ ex hac expōne non habentur. quare satis sit exposuisse. Sed quæres quonā modo qualitates sensibiles minus sunt in elementis mediis, ut Auer. asserit hic, quam in extremis. cū. 3. libro de cœlo cōtrarium asserat. Potest dici elementa media esse magis uel minus intelligi posse, aut quo ad graduale mensuram primam qualitatum, & sic quæstio erit, quæ nō debet hic dissolui, tamen Auer. asserit oia elementa, cū fuerint pura, esse æqualia quantum ad huiusmodi graduale mensuram, aut quo ad potentias, & hoc pacto media minus talia sunt, cū illa minus moueant sensum nostrum, tum propter assuetudinē, tum propter alias causas, & sic intelligit Aristote.

Dilucidatoris tex. com. 56.

Tria quidem igitur elemēta putare, ex his & eiusmodi aliis aiaduersis, rōnem aliquā, quēadmodum antea diximus, habere uidetur. Plura tribus non amplius conuenit. quādoquidē ad patiendum sufficit unum. Si autem quatuor sumptis, duæ sint contrarietates, utrisque seorsum alterā quandā naturā subesse oportet. Quod si ex seinuicē generare possunt, contrarietatum altera nimirum superflua erit. Simul autē etiam impoſe est plures esse primas contrarietates. est enim substantia ipsius entis unum genus quoddam, quare nō genere. sed penes prius & posterius inter se principia tātum discrepāt. semper enim una est contrarietas in uno genere atque contrarietates omnes in unam recidi uidentur. N

Eiusdē antiquus.

Tria quidē igitur dicere elementa esse, & ex his, & hmōi aliis intendentibus uidebit utique habere quādam rationē sicut diximus. plura enim tribus non amplius est, ad patiendum enim sufficiens est unum. Si autem quatuor existētibus, duæ erūt cōtrarietates, oportebit seorsum utrisque esse alteram quandam naturā mediam. si autem ex inuicē pnt generare, otiosa utique erit altera contrarietatū. Simul autem & impoſe est plures eē contrarietates primas. suba. n. unum quoddam genus est entis. quare in eo quod prius & posterius sunt differūt ab inuicem principia tantū, sed nō genere. Semper. n. in uno genere una contrarietas est. omnes autem contrarietates uidentur reduci in unum. O

expositio

Arist. primo epilogat. & inquit. { Tria quidem igit elemēta putare, ex his & eiusmodi aliis aiaduersis rōnem aliquā uidetur habere, ut ante diximus } cuius causam affert, & inquit. { Plura tribus non amplius conuenit quādoquidē ad patiēdum sufficit unū } subaudi ad agēdum satis sunt contraria duo prima. Cauillabis fortasse quod sunt duæ contrarietates, contra obiicit. { si autem quatuor sumptis, duæ sint contrarietates } ut cauillatores dicere possunt, { utrisque seorsum alterā quandā naturam subesse oportet } & hoc per regulam datam, quā quoque hic Themistius affert quod oppositione addita, subiectum addere oportet. & si subiectū addideris, oportet oppositionē etiam addere. Tunc secundum expositionē Themistii, aut ex utraque trinitate eadē generabūtur, aut diuersa. si eadē, superfluet altera. si diuersa, nō erūt eadem rei principia, nec contraria in se uicissim conuertentur, at secūdum uerba textus. si erunt duæ trinitates, utpote duæ contrarietates, & duo subiecta, aut ille duæ contrarietates uicissim inuicem agentes generare possunt. aut non possunt generare. Si ex seinuicem agentibus possunt generare, altera superflua erit. una. n. agens inter se potest generare, & ita altera superfluet. Si non possunt, tunc non erunt primæ contrarietates & sufficientes, quia una poterit, altera nō poterit, & sic illa quæ poterit, ē pria. alia uero nō erit pria. P

Secūdo idem psuadet. Vnum est primū genus simpliciter, ad quod oia genera reducunē, ut uidelicet suba. igiē & una prima contrarietas ad quam cunctæ reducuntur, sed unius contrarietatis satis est subiectum unū. igitur tria tantum sunt principia. inquit. Simul autem etiam impossibile est plures esse primas contrarietates. hoc pbat & ponit aās. & inquit. Est enim suba unum primū genus ad quod omnia alia reducunē uti in causam. igitur subaudi una est prima omnium cōtrarietas, ad quā cunctæ reduci debent, quare nō genere differunt cōtrarietates cū sint oēs unius generis, saltem reductiue, sed penes prius & posterius inter se principia tantum differunt. semper enim una est contrarietas in uno genere, atque contrarietates omnes in unam reduci uidentur. Sic igitur ut unum est genus simpliciter primum, ita una contrarietas simpliciter prima. Q

Quoquo modo.) Soluit primo literalem dubitationē. ait enim Aristo. dicere tria esse principia, habet aliquam rationem. & in arabica translatione ait. est secundum rationē quoquo mō. est igiē dubiū cur usus est uerbo diminutionis. Rndet hoc esse, quia rationes tactæ non fuerūt demōratiuæ, sed pbabiles

A biles siue disputatiuę: deinde continuat textum & patet.

Quia in passione.) Prima ratio ꝙ tantū tria sint, est quia ad agendum sufficiunt duo. Ad patiendū uerò sufficit unū in omni genere. igitur tria tantum. quod sufficiat unum eo patet, quia patiens ipsum debet esse contrarium & simile. contrarium quidem in principio. simile uerò in fine. igitur sufficit unum patiens. quo primo rei genitæ dissonet. deinde illi consonet.

Si igitur contraria.) Secundo idem probat, si nō sufficit una cōtrarietas, tunc erunt duę, sed multiplicata cōtrarietate, oportet ut multiplicetur subiectū per regulā Themistij, igitur si sunt duæ contrarietates, erunt duo subiecta, & sic quatuor contraria, & duo subiecta, & ita sex principia.

Et ipse dixit.) Anteꝗ̄ destruat incōueniens, soluit dubiū literale. Aristo. enim uocat materiam medium inter contraria. uidetur enim non bene uocasse, quoniam medium B est extrema ipsa compositione & remissa. materia uerò nō est extrema aliquo modo nisi potentia. igitur non est medium. Respondet ꝙ subiectum est medium similitudine, non ueritate, similitudine quidem, quoniam ut mediū ipsum nō est extrema simpliciter actu, sed differt ab illis penes intensum & remissum, quia medium continet extrema actu sub esse remisso, sic materia non est extrema sub esse actu, sed in potentia. ueritate uerò non est mediū, quoniam medium ab extremis nō differt, nisi penes intensum & remissum ut tepidum continet actu calidum & frigidū, sed differt, quia nec est calidum intense nec frigidum, sed ambo sub esse remisso, & sic mediū est in potentia ad summitates contrariorum, materia uerò nec cōuenit extrema remisse nec intense, & ita est in potentia pura tam ad extremitates, ꝗ̄ ad remissiones, uerū de ista materia disputauimus. 5. huius com. 6. & 52. Nunc uerò sit dictū in tm̄.

Et si posuerimus ꝙ principia essent sex.) Destruit consequens modo illatum hypothetice sic. si unum par contrariorū cum una materia sufficit pro generatione, superfluet aliud par cum alia materia, sed pro omni generatione suf- C ficit unum par contrariorum cum una materia, igitur alterum superfluet. minor probatur, quia dictum est ꝙ oportet illa esse communissima ad omnes generationes atque transmutationes. igitur una trinitas sufficit, Sed dubitabis fortasse, quia a pari in una mixtura nō essent necessaria quatuor contraria, quia per idem argumentū ad agendum sufficiunt duo, ad patiendum unum. itemq; uidetur omnino ratio eadem in mixtura & generatione. Respondet ꝙ nō est simile, quia contraria prima oportet ut sint cōmunissima omnibus, & ꝓpterea si duo cum una materia sint omnibus communia, altera trinitas superfluet. ut enim Themistius arguit, aut una trinitas omnibus sufficit, aut qbusdam, si omnibus competit, altera superfluet. si non omnibus, tunc non erit cōmunissima. de mixtura non est simile, quia illa non est generatio, sed alteratorum unio.

Et impossibile est.) Secūdo idem arguit unum est primū D genus simpliciter primū ut substantia, igitur una simpliciter oīum prima contrarietas, & cuilibet contrarietati respōdet unū subiectū, igiṫ una trinitas simpliciter prima.

Potest intelligi.) In textu Aristo. dixit. principia differre penes prius & posterius, non autem in genere. Auer. exponit hoc dupliciter. Vno mō pro diuersis generibus. Alio modo pro uno tantum genere. primo modo sensus est ꝙ omnia principia omnium. 10. prædicamentorū sunt eiusdem generis. Sed in illo differūt penes prius & posterius.

Dubiū. Tu dices igitur forma, priuatio, & materia in generibus Rñsio. nouem accidentium erunt in prædicamento substantiæ. Respondet ipse ꝙ reductiue sunt in prædicamēto substātiæ. nam trinitas in genere substātiæ est causa alterius trinitatis. Immo omnium aliarū aliorum generum causa est. igitur omnes aliæ reducuntur ad trinitatem in genere substantiæ, sed trinitas substantiæ est in genere substātiæ reductiue saltem. igitur omnia sunt in eodem genere reductiue, sed differunt penes prius & posterius, quatenus quanto prædicamentum est proprius substantiæ, tanto illius trinitas prior est. Sed ambiges, quia superius dictum est & E determinatum trinitatem principiorum in genere substan Dubiū. tiæ nō esse causam aliarum trinitatum. & sic cōtradictio.

Dici potest ꝙ si consideretur illa trinitas ut generationis Solutio & transmutationis est principium, siue ut sunt transmutationis principia, ut sic, sicut non sunt causæ transmutationis in aliquo genere causæ, sic nec aliorum principiorum. Quod autē in nullo genere causæ sint trasmutationis causæ patet, quia priuatio generationis nullius generis causa est, forma corruptionis minime, materia uerò neutrius causa est ut materia. cum non sit illarum elementum, sed subiectum, quod ut sic non est elementum, cum ut sic non habeat rationē partis. igitur illa tria principia quatenus sunt transmutationis principia in nullo genere causæ esse possunt causæ illius. & per consequens nec transmutationum aliorum generum. igitur nec principiorum illorum. Si uerò considerentur ut principia rerum generatarum & corruptarum, sunt causæ illarum saltem materia & forma, & F sic sunt causæ etiam aliorum in eodem genere causæ, quo sunt causæ substantiarum, & quia sunt causæ substantiarum compositarum, alterum ut materia, alterum ut forma & finis, sic etiam cæterorum principiorū, cum & alia principia sint accidentia, principia enim accidentium sunt accidentia. & sic sunt causæ illorū remotæ & mediatæ, in genere materiæ & formæ, & finis, materiæ quidem saltem partialiter, formæ uerò & finis, quia coincidunt, & fortasse efficientis, saltem ipsa forma.

Et potest intelligi alio modo.) Secunda expositio est intelligendo singula singulis, ut principia in genere substantię omnia conueniunt genere, & differunt secundū prius & posterius. illa prædicamenti quantitatis similiter. & in cæteris eodem modo. prima tamen expositio consonat literæ, quia uult habere esse unam primam contrarietatem.

Et forte.) Ait Aristo. in litera semper enim in uno genere est contrarietas una. dubitat quis ad quid hæc propositio est addita: non ne satis sunt illæ primæ. Respondet dupli- G citer secundum duas expositiones. Primo ꝙ hæc est addita ut reddat causam eius quod dictum est in secunda expositione. dictum est enim ꝙ in unoquoq; genere sunt aliqua priora aliqua posteriora. reddit modo causam, qa in uno genere est una tantum contrarietas prima. igitur sunt una reductiue. Secundo respondet secundum secundam expositionem, ꝙ est maior syllogismi principalis, qui sic cōponitur, prima cōtrarietas in uno genere una est. prima contraria in genere substātiæ sunt contrarietas prima in uno genere, igitur illa sunt una prima contrarietas, & tunc uult per hanc secundam literam legi textum præpostere, quia maior debet poni in primo loco, ut legit, & patet secundū uerò primam cum non sit maior, sed reddat causam illius quod ante dixit, debet legi ut iacet.

Potest intelligi ꝙ omnia.) Vltima uerba exponit etiā dupliciter iuxta ambas expositiones. omnia enim principia reduci ad unam contrarietatem, potest intelligi dupliciter. H aut in uno genere, & de principijs eiusdem generis, ut dicamus omnia principia eiusdem generis reduci in unā contrarietatem. aut potest intelligi de omnibus principijs omnium generum, ut uidelicet reducantur ad primam contrarietatem in genere substantiæ, ut dictum est, hæc est expositio Auer. in isto cōmēto, & satis conueniens.

Cum demonstrasset ex aliorum opinionibus tria esse rerum naturaliū prima principia, nunc demonstrat pri- Recogni. ma rerum naturalium principia non esse plura tribus. Et intelligit ꝙ pro unaquaq; generatione uel corruptione cu- Conclusio iuscunq; rei naturalis non sunt necessaria plura quā tria & conclusionis expositio. prima principia. s. unum subiectum, & duo termini. Dico pro unaquaq; generatione uel corruptione, quoniā sicut generationes & corruptiones sunt infinitæ, sic trinitates principiorum infinitæ, tamen pro unaquaq; generatione uel corruptione non plura quā tria principia sunt necessaria. Dico principia, quoniam pro unaquaq; generatione, uel corruptione causæ possunt esse plures quā tres. nam

I causæ quatuor sunt principia autem tria. dico prima, quia fortasse in una generatione uel corruptione enumerando principia, & primo prima, & posteriora possunt esse plura quã tria. ergo conclusio est, ꝙ pro unaquaq; gñatiõe, uel corruptione non sunt necessaria plura quã tria prima principia uidelicet, unum subiectum, & duo termini primi, qui uicissim se pellant mutuoq; recipiãtur in illo subiecto, unde dicit. { Tria quidem igitur dicere elemēta } .i. principia prima { esse } pro unaquaq; generatiõe, uel corruptione & non plura, { & ex his } .s. opinionibus, { et } ex { huiusmodi aliis intẽdentibus uidebitur utiq; habere quãdam rationem sicut dictum est, } quia nõ solum patet hæc positio ꝙ tria sint tãtum prima principia per eas positiones, quas diximus, sed etiã ex alijs positionibus, quæ omnia principia non ad plura quã tria reduxerunt, & dixit { quãdam rationem, } quoniã ratio, quã hic assignat, nõ est demõstratiua, sed ducens ad id, quod est contra positionem respondentis, & sic erit dialectica,

K quæ procedit sumpto consensu respondentis, et appellauit prima principia elemēta more ueterũ, qui prima principia elementa dicebant. Diuiditur autem hic textus in duas rationes, quarum secunda ponitur ibi. { Simul autem } prima ratio multipliciter componi potest, quoniã & secundum Themistium ut in cõmentarijs patet, & secundũ Simplicium ut patet in his, quæ ipse scribit, nunc uerò mihi uidetur Arist sic procedere ꝙ si pro unaquaq; generatione uel corruptione sint prima principia plura q̃ tria uerbi gratia ut sint quatuor, illud quartũ additum uel se tenet ex parte materiæ, ita ut sit secũda materia, aut ex parte contrariorum, qui termini sunt, ita ut sint quasi tria contraria prima, tresq; termini primi cum una sola materia. non potest illud additum esse ex parte materiæ quasi sit noua materia, quia ad patiendum sufficiens est unum primum, & cõmunissimum subiectũ, una prima, & communissima materia. Est enim materia prima cõmunissimum subiectum, omniumq; capax. non ergo præter illã

Forma rationis.

L alia necessaria est. & hoc dicit. { Plura enim tribus } primis & cõmunissimis principijs pro unaquaq; generatione uel corruptione { nõ amplius est } .s. opus. Quod autem non possit illud additum esse ex parte materiæ, probat, & dicit. { Ad patiendum enim } in unaquaq; generatione uel corruptione { sufficiens est unum } .s. subiectum primum ac communissimum, unaq; prima ac cõmunissima materia, cum sit hæc omni capax. Si autem illud additum sit ex parte contrariorum quasi tertiũ contrarium, tunc oportebit ponere non tantum tria contraria, sed duas contrarietates, quatuorq; cõtraria, quoniam ut ex metaphysicis probatur, uni non possunt plura contraria esse. quare oportebit saltem esse quatuor contraria, ac duas cõtrarietates, ꝙ si quatuor fuerint cõtraria, duęque contrarietates, opus est addere alteram primam materiam, ut Themistius suppleuit, & pro explorato assumit quo fit, ut pro unaquaq; generatione uel corruptione sex

M principia prima sint, quatuor uidelicet contraria prima, & duæ primæ ac cõmunissimæ materiæ, quod Aristoteles destruit, & dicit. { Si autem quatuor existẽtibus. } scilicet contrarijs, { duæ erunt contrarietates, } utputa si illud tertium fuerit addẽdum ex parte contrariorum, tunc { oportebit seorsum utrisq; esse alteram quãdam naturam mediam, } et sic pro unaquaq; generatione uel corruptione erunt necessariæ duæ contrarietates & duæ materiæ, & hoc destruit, { si autem ex inuicem possunt generare } .i. sed si pro unaquaq; generatione uel corruptione sufficit una contrarietas cum una sola prima materia, { ociosa utiq; erit altera contrarietatum } .s. cum altera sua prima materia. Quod autem una sola contrarietas cũ sua sola prima materia sufficiat, Aristoteles non probat, sed accepit pro explorato superius, ubi dixit, ꝙ quia prima, ac cõmunissima sunt oĩa ex his sint: quare patet aliã trinitatẽ superfluam esse. Sed quæres utrum addita pro generatione uel corruptione noua contrarietate, semper

Quæstio

debet addi noua materia prima. Themistius enim hoc suppleuit, & nõ probauit. prima enim fronte uidetur hoc falsum, cum possit unum subiectum esse infinitorum contrariorum. Et dicendum Aristotelem & Themistium, & Simplicium intellexisse per contrarietatem, primam contrarietatem, & per contraria prima ac cõmunissima ipsa contraria, & per materiam propriam illorum materiam, quæ simul propria illis est, ac omnium capax, primorum enim & cõmunissimorum cõtrariorum contrarietas unã tantum materiam requirit pro una generatione, unaq; corruptione, quæ materia licet non sit nisi duorum primorum, potest tamen ipsa eadem esse infinitorum posteriorum, nec regula hæc alio probari debet nisi ex ratione primorum, ac cõmunissimorũ contrariorũ, oportet enim ut prima ac cõmunissima contraria unam habere materiam propriam, quæ ita sit omnium capax, sicut ipsa sunt prima ac cõmunissima. In cõmentarijs dubitatum est de mistione, quæ uidetur quædam generatio, & tamẽ ex quatuor contrarijs alteratis fit. Breuibus est dicẽdum mistionem quatenus est generatio uel corruptio non requirere nisi duo cõtraria priuationem, uidelicet, & formam, & unam materiam, quatenus uerò est mistio, requirere plura contraria duobus. Est enim mistio, ut mistio alteratorum unio. deinde sequitur illa pars, { simul autem, } ubi assignat secundam rationem: sed ad quid sit hęc secũda ratio, in cõmentarijs patuit: nunc uerò dicamus cum Simplicio, ꝙ hæc secunda ratio sit ad probandum ꝙ non sint plures primæ contrarietates q̃ duæ. unde ꝓbauit pro unaquaq; generatione uel corruptione non esse necessaria plura q̃ tria principia, nunc probat ꝙ non sint plures primæ contrarietates una, & ꝙ ita sit, patet per ea, quæ proponit, & dicit. { Simul autem } subaudi cum eo quod probauimus ꝙ non sint necessaria plura tribus primis principijs pro unaquaq; generatiõe uel corruptione { & īpossibile est plures esse primas contrarietates } .i. probabimus ꝙ non possunt esse plures primæ contrarietates q̃ una, & sic patet Aristotelem uelle probare tãtum unam esse primam contrarietatem, duoq; tantum prima cõtraria. Sed de forma argumentandi, nec Auer. nec Simplicius, nec Themistius mihi placet. quare uidetur mihi Aristotelem facere tale enthymema, substantia est unũ quoddam genus entis, præter quod sub ente nullũ aliud est genus, ergo contraria prima non genere differunt, sed solũ ordine, quo sunt in illo uno genere alia priora alia posteriora. unde dicit. { Substantia enim est unũ quoddã genus entis } subaudi pręter quod nullum aliud genus sub ente esse potest, hoc est antecedens, deinde affert consequens, & dicit. { Quare in eo ꝙ prius, & posterius sunt differunt ab inuicem principia } .i. cõtrarium { tantum, sed non } differunt { genere. } est ergo consequens ergo contraria, quæ sunt rerum principia, nõ genere differunt sed tantum quatenus alia prius, alia posterius sunt in eo genere. Sed contra hoc enthymema primo dubitatũ contra consequens. nam non uidentur principia cæterorum prædicamentorum esse in genere substantiæ hæc prius, illa posterius, quoniã sicut cætera prædicamenta nõ sunt in prædicamento substantię, sic nec contraria cæterorum prædicamentorum uidentur esse de genere eorum contrariorum, quæ sunt contraria in genere substantiæ. quare non possunt in genere substantiæ contrariorũ esse alia priora, alia posteriora, quæ enim in aliquo genere nõ sunt in eo non possunt esse hæc prius, illa posterius. Secundo dubitatur contra antecedens. nam sumit Aristo. substantiam esse unum genus entis, præter quod nullũ aliud est, quod falsum est, cum rerũ sint decem prima genera, quorum nullum est prius, quare substantia non erit entis genus præter quod nullum aliud est. Respondet Aristo. ad primã dubitationem, & dicit. { Semper enim in uno genere est una contrarietas. } scilicet prima, ad quam cæteræ contrarietates eiusdem generis reducuntur, quare decẽ sunt primæ contrarietates. & cum dicebatur cõtrarieta-

N Quæstio O P Rõnis forma. Q

A {tes cæterorum prædicamentorum non sunt sub contrarietate, quę est in genere substantiæ, ergo non possunt esse aliæ prius, aliæ posterius in eo genere, respondet, & dicit. { Omnes autē contrarietates uident̄ reduci in unū } genus contrarietatis primæ, uidelicet in contrarietatem, quæ est in genere substantiæ, sicuti cætera entis genera reducuntur per analogiam ad genus entis, quod est substantia, & quia omnia contraria sunt de genere substātiæ reductione ad prima contraria in genere substātiæ, sicut cætera entis genera sunt de genere substantiæ reductione ad substantiam, de qua ens per prius dicitur ideo in genere substantiæ cæterorum prædicamentorū contraria esse possunt posterius, quoniā in eo genere contraria substantiæ sunt prima, cęterorum uerò posterius. Ad secūdam dubitationem contra antecedens Aristo. hic non respondet, tamen ex his, quæ dicit in metaphysicis, respon-

B deri potest, ꝙ rerū decem genera prædicabilitate sint prima, ac secundum rationem prædicādi impermista, cum nullum de alio prædicetur. essentia uerò, & esse unū est primum genus uidelicet substantia, de qua per prius ens prædicatur, & de cæteris non nisi per attributionem ad eam: per quæ patet omnia ea, quę pro expositione textus Auerroes hic asserit, esse infructuosa, cum textus sic expositus nullam habeat difficultatem. Animaduerte tamē ꝙ decem generum prima contraria non solum sunt eiusdē generis prædicamenti, saltem reductiue, sed eiusdem generis principijs. nam omnes formę omnium generū sunt in eodem genere formæ, & omnes priuationes omnium generum sunt in eodem genere principij, quod est priuatio. simili modo materiæ omnium generum sunt in eodē genere principij, quod est materia.

Dilucidatoris tex. cōmē. 57. Quod quidem igitur elementum non sit unum neq; duobus aut tribus plura, perspicuum est, horum uerò utrum sit, quemadmodum diximus,

C dubitationem habet magnam. Sic igitur nos dicimus primo de omni generatione aggredientes, est enim secundum naturam primum communia dicere, deinde circa unūquodq; ꝓpria contéplari.

ANTI. { Quod quidem igitur neq; unum sit elementum, neq; plura duobus, uel tribus, manifestum est, horum autem utrum sit uerum (quemadmodum diximus) dubitationem habet multam. sic igitur nos dicamus primum de omni generatione aggredientes, est enim secundū naturam communia prius dicere. deinde circa unumquodq; propria speculari.

Deinde οὕτω sic. Expositio. Epilogat, & inquit. Quod quidem igitur elementum nō sit unum, neq; plura duobus aut tribus, perspicuum est. istud itaq; patet ꝙ non sit unum tantum, & sint plura duobus, aut non sunt plura tribus, horum uerò utrū sit ut utrū non plura duobus, quia tantum aut duo, aut non plura tri-

D bus, quia tantum tria, dubitationem habet magnam, tunc ordinē addit dicens { sic igitur nos dicimus primo de omni generatione aggrediētes } quia naturę consonat prius cōmunia dicere, deinde circa unumquodq; propria contemplari. generatio enim in cōmuni (ut dicit Themistius) est de alteratione & motu locali, & auctione etiam dicta, quando per generationem simpliciter substantia ipsa generetur, per alterationem uerò qualitas, per auctionē quātitas, per motum in loco ubi fiant.

Intendit.) Exponit primo Auerroes quid Arist. uult per elemētum, & ait ipsum intelligere principium quod est in re, cuiusmodi sunt materia & forma tantum. Themistius uerò per elementum intelligit principium, & est melius, quia hic loquutus est de principijs generationis, & non de partibus rerum generatarum.

Et dixit.) Duo complicat primo quomodo mouet quæstionem iterum de numero principiorū, cum illam absol-

uerit. Et respondet quæstionem esse solutam per rationes dialecticas, & non per demonstrationem. secundo declarat quomodo hæc est maxima quæstio, & uult esse maximam quæstionem, propter cauillum antiquorum, quo cogebantur negare generationem, & per consequens principia & numerum illorum. Cauillus uerò quo negarunt generationem est, ꝙ si generatio est, quæro de eo quod recipit generationem, aut est contrarium, ut quādo generetur calidum generatio eius in frigido recipiatur. aut est quoddam subiectum aliud a cōtrario, quod materiam dicimus si subiectū recipiens generationem est alterum contrariorum, unum contrarium reciperet aliud, & sic nō esse quod est priuatio mutaretur in esse recipiendo illud. Si uerò dicatur subiectum recipiens esse alterum utpote materiam, illud aut erit substantia aut accidens. non est accidens, quia subiectum generationis substantialis non potest esse accidens. igitur substantia, si substantia, aut æterna, aut generabilis, non generabilis, quia tunc illius generatio requiret adhuc aliud subiectum. si æterna, sequuntur duo, primum ꝙ non tota substantia secundum se & quodlibet sui generaretur, quia non illud subiectum, quod est substantia ęterna. Secundum tunc aliquid esset anteq̃ fieret, quia esset materia ipsa quæ est substantia, anteq̃ substantia ipsa esset. hæc igitur ratio coegit antiquos negare generationem, & per consequens facit nos dubitare & de principijs, & de numero illorum, uerum hæc ratio quo modo soluenda sit, posterius dicet ipse Aristo.

E

F

Quia ista.) Reddit causam Auer. cur tractatus de generatione in cōmuni debet esse primus, & cur iste ordo est naturalis, & uult esse priorem, quia per propositiones communes, cōmunes autem propositiones priores sunt, aliter idem bis repeteretur, ut in proœmio diximus, est uero iste ordo naturalis, quia naturale est nobis incipere a notioribus, modo propositiones quibus declarabit generationem cōmunē sunt notiores, quia maxime & sine medijs, quatenus solum per sensum habentur, ut loco suo dicetur. G

Et intendit.) Exponit ordinem in tota scientia naturali. Et primo quid uelit Aristo. per generationem, & uult ꝙ Aristo. accipiat generationem pro quodam cōmuni, tam ad generationem simplicem substātiæ, quā secundū quid accidentium, ut Themistius etiam dicit, & loquēdo de generatione, loquetur de generatione communi ad generationem simplicium & mixtorū, igitur de generatione communi nunc dicet, dicit secundo ꝙ de gn̄atione elemētorꝝ in libro de gn̄atione sermo est. de generatione uerò mixtorꝝ loquet̄, partim in lib. de gn̄atione parti in quarto meteororꝝ at de generatione mixtorꝝ in specie loquet̄ in libro de mineris, in libro de plantis, & libro de animalibus. addit tamen de plantis & mineris non habere libros, nisi duos tantum, quos forte non dico esse Aristo. bene tamen Theophrastus fecit, & complete, illos uerò duos tractatus, quos credit Auer. esse Aristo in græcis codicibus inuenies inscriptos Nicholao peripatetico. De his uerò satis. H

{ Cum monstrasset unam oportere esse contrarietatem in principijs, unumq; contrariorum subiectum, nunc hoc quasi epilogando resumit, & dicit. { Quod quidē igitur neq; unum sit el'ntum. } i. principium, ut dixit Parmenides, { neq; plura duobus, } subaudi si solum respexerimus ad materiam, et formam, { uel tribus } subdandi si respexerimus ad materiam, & formam, & priuationem, { manifestū est. } Quare patebunt hæc duo, & ꝙ nō sit unū, & ꝙ nō plura duobus aut tribus. Deinde mouet. q. & dicit. { Horum autē } .s. duorum. uidelicet. an duo, uel tria { utrum sit uerum, quēadmodum diximus, dubitationem habet multam. } est enim non. q. parua, utrū duo, uel tria, quia dicet pateat, nec unum esse, nec plura tribus tamen est. q. utrum sint duo tantum. uel tria tantū. RECO.

Quæ Simplicius. { Cur uero hoc sit questione dignum, Symplicius causam affert, quoniam si contraria accipiantur tamq̃ unū principium, duo erunt principia. uidelicet materia, & contraria, que uicem subeunt unius principij. Si autem contra-

I ria sumantur tanquam duo principia, tria erunt, quoniã duo contraria, & materia. Vel ut Simplicius inquit melius dici potest esse hoc quæsitu dignũ propter priuationẽ, quæ uidetur idẽ cũ materia, quoniam si differt, nõ nisi per accidens differt. quare dubium est utrum duo tantũ sint principia, forma & materia, cũ priuatio nihil sit prẽter materiã, aut tria uidelicet priuatione cõnumerata. Vel tertio dici potest Aristotelem per q. intellexisse argumentum ueterum, quo destruebant generationem, ut patet in cõmentarijs. q. d. licet pateat esse non plura tribus, tamẽ adhuc est quoddam argumentum, quo aufertur generatio, per quod patebit nullum esse principiũ generationis.

Quæ Auer. Vltimo Arist. assignat ordinem, & Auer. credidit Aristotelem attulisse ordinem doctrinæ in tota scientia de natura, ex ordine, qui habetur in scientia, quæ est de generatione, & errat,

Primus error Auer. quoniam uniuersa scientia de natura nõ solum agit de generatione, sed de rebus naturalibus, & de rerum naturalium accidentibus, quorum unũ est ipsa generatio, & de causis accidẽtiũ, quæ rerum naturaliũ sunt,

K ergo Aristo. obiter solum ordinem statuit in pertractatione de generatione, ut ex hac pertractatione, quæ de generatione est habeať ordo in pertractatione cuiusq; rei naturalis.

Secũdus error Auer. Cũ uero Auer. probauit ordinẽ doctrine esse ab uĩbus, quoniã propõnes quæ de illis sunt, maxime sunt sine medijs & manifestiores, & p illas nõ accidit reiteratio, errat etiam, quoniam tunc ordo doctrinæ totalis esset a propositionibus ad propõnes, & sic esset ordo demonstratiuus, sic erit ordo in doctrina particulari, & non in doctrina uniuersali, quod Auerro. ignorauit.

Quæ Sim. Simplicius autem assignat causam, quare Arist. declarauit ordinem in generatione, et asserit, quoniam ex ipsa generatione ad inuenit principia. Ego uero uerba Arist. sic intelligo. { Sic igitur nos dicamus primum de omni generatione } .i. de principijs cuiuslibet generationis. { Est enim secundum naturã cõmunia prius dicere, deinde circa unũquodq; } .i. circa unamquãq; generationẽ { propria } .s. principia { speculari. } Quare exposuit ordinem in pertractatione

L de principijs, & non in pertractatione de generatione quod nec Auer. neq; Simplicius intellexit.

Dilucida. textus cõmen. 58. Dicimus itaq; fieri ex alio aliud: & ex altero alterum, aut simplicia dicentes aut composita. Dico autem hoc modo, nam est quidem hoĩem fieri musicum, & est non musicum fieri musicum, est autem non musicum hoĩem, fieri musicum hominẽ. Simplex quidẽ igitur dico id quod mutatur. uidelicet hominem atq; nõ musicum, quodq; fit simplex musicum. Compositũ uerò dico & id quod mutatur, & id per quod mutatur, ut quando nõ musicum hoĩem dicimus fieri musicũ hominem, uerum horum hoc quidem non tantum dicitur fieri hoc, sed etiam ex hoc, ut ex non musico, mu-

M sicus. Illud uerò, in omnibus, sic non dicitur, non enim ex hoĩe fit musicus, sed uel hõ fit musicus.

ANTI. Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum, aut simplicia dicentes, aut composita. Dico autem hoc sic, est enim hominem fieri musicum, est autem & nõ musicum aliquod fieri musicum, aut nõ musicum hominem fieri hominem musicum. Simplex quidem igitur dico quod fit, hominem, & non musicum, etiam quod fit, simplex musicum. Compositum uerò & quod fit, & id per quod factum est quando non musicum hominem dicimus fieri musicum hominem, horum autem hoc quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri, sed etiam ex hoc, ut ex non musico musicũ, hoc autẽ nõ dicitur in oĩbus. nõ enim ex hoĩe factus ẽ musicus, sed hõ factus est musicus.

N Expositio. Nunc prosequitur.) Et primo distinguit generationẽ in simplicem & compositam, & uult generationem esse simplicem, quando subiectum simplex mutatur in terminum ad quem simplicem, ut quando homo solus acceptus mutatur ad musicam, quãdo uerò subiectum cum addito mutatur in terminum ad quẽ compositum, tunc uocatur generatio composita, ut cum homo ĩmusicus mutatur ad hominem musicum. Causa distinctionis est, quia quinto huius com. 9. mutationes distinguunť p terminos ad quos. Quantum uerò ad uerba græca attinet animaduertendũ ꝙ Aristo. subiectum uocať græce gignomenon, latine mutatum, aut id quod fit, additum uerò illi, quod est causa generationis compositæ, uocat quod gignete latine per quod fit, aut per quod mutatur, quotiens igitur solũ simplex subiectum in simplicem formam, tunc dicitur simplex generatio, at cum subiectum ipsum, & id per quod mutatur ad terminum compositum mutantur generatio est composita, ut homo & ĩmusicus ambo ad hominem musicum, & ita si extrema sunt composita, generatio est composita, sed si simplicia, generatio est simplex.

Obiectio. O Sed cõtra. tunc omnis generatio esset composita, quia omnis generatio est ad terminum compositũ, omnis enim generatio terminatur ad materiã cũ forma. omnisq; est e materia cum priuatione, igitur omnis generatio est composita.

Solutio pri. Respõdent qdam. ꝙ generatio composita est quando terminus ad quem nõ est p se unus, ut generatio totius hominis musici e toto homine musico. simplex uerò quando est ad terminum per se unum modo materia cum forma est quoddam per se unũ. Ideo illa generatio est simplex.

Cõfutatio. Sed hęc respõsio falsa est. quia transmutatio per se una est ad terminum per se, sumit enim unitatem transmutatio ipsa e termino ad quem quinto huius com. 9. Sed omnis generatio mũdi est per se una, ut patet igiť terminus illius semper debet esse p se unus.

Solutio propria. Propterea dicendum aliter ꝙ Aristo. per generationẽ simplicem uult illam per quam id quod generatur uariatur in nomine entis simpliciter, ut si hõ generatur, homo fit ens simpliciter, per generationem uerò compositam uult illam per quam id quod fit, uariatur in nomine entis cum additione, ut si paries fit paries albus, ipse paries non fit paries,

P aut ens simpliciter, sed fit paries cum additione, hoc est fit paries albus. Et sic uidetur ꝙ Aristo. per generationẽ compositam uelit generationem secundum quid, cuius, uidelicet id quod generatur accipit esse nõ simpliciter sed additum, & per generationem simplicem, uult generationem, cuius id quod generatur accipit esse simpliciter, & nõ esse additũ. Exempla uerò eius ponũtur ut sentiant qui discũt.

Animaduertendum etiam circa uerba græca ꝙ differunt id quod fit, & id per qđ fit, ut homo qui fit musicus, & ĩmusicum per quod fit, differũt dico in uoce & in re. In uoce quidem, quia id per quod fit dupliciter potest efferri in quæstione, nam & ex ĩmusico fieri musicum, & ĩmusicum fieri musicum assueuimus dicere, id uerò quod fit ut homo in altero uariare non est, sed plurimũ utimur recto, ita homo fit musicus, non flexo ita ex homine fit musicus. Dixit Arist. illud uerò in omnibus nõ sic, quia pauca sunt in quibus id dici potest ex hoc fit hoc. uerbi causa. ex ere fit sta-

Q tua rectius ꝙ si es fit statua, ex lateribus fit domus, rectius quam si lateres dicamus. hæc est dĩa in uoce: de dĩa uerò in significatione mox subscribet. Verba textus patent.

Et est manifestus.) Apud Auerroem generatio est simplex & composita. Simplex est dupliciter a subiecto simplici, ut cum dicimus hominem fieri musicum, aut ab opposito simplici, siue illud oppositum sit priuatio, siue cõtrarium, generatio uerò composita est quæ attribuitur subiecto & opposito ut homini et ĩmusico.

Dubiũ. Sed uideť uelle Auerro. eiusmodi generationes distingui penes extremũ e quo & non penes terminum ad quem contra ipsum quinto huius cõmen. 9.

Solutio. Dici potest hanc differentiam esse secundum uocem uel secũdum denominationem, nam secundũ rem generatio sortitur speciem a termino ad quem. Hæc omnia applicat uerbis Aristotelis & patet.

A Et per oppositum.) Contradicet quis quid intelligit per oppositum, aut priuationem tantum, & sic hæc distinctio non haberet locum nisi in substantia. aut contrariũ, & sic solum in accidente. Respondet. ꝙ oppositum intelligit cõmune priuationi et contrario, qua ratione fit, ut hæc distinctio de generatione cõpetat omnibus generationibus decem prædicamentorum. Sed contra. quia nihil generatur nisi substantia septimo metaphysi. cõmen. 22. Dici potest per Auerroem quinto huius cõm. 7. ꝙ substantia generatur generatione simplici, alia nouẽ pdicamẽta generatione ſm quid, quã diximus generationem compositam.

Et cum notificauit.) Poni differentiam inter modum loquendi de opposito & modum loquẽdi de subiecto apud græcos, deinde apud eos, & quod dicit apud græcos patet apud eos uerò. hæc prępositio, ex, cõmunis est opposito & subiecto, illa præpositio, ab, propria est agẽti tanꝗ ei qđ B supponitur & apponitur, præiacet enim agens effectum. hoc uerò fieri hoc apud eos competit subiecto nõ opposito. Sed prępositio, post, propria est opposito, & uerba eius patent, quid uerò apud græcos, & qd apud nos patet, hæc de differẽtia secundũ uocem. Circa hæc quærunt utrum materia habeat esse aliud a priuatiõe & forma. Circa hãc quæstionẽ sunt tres positiones famosæ. prima est ꝙ materia habeat essentiam esse, & existentiam, aliam a forma nec a forma ipsa dependentem. Secũda positio uult ꝙ materia habeat aliud esse a forma, sed illud est sibi ꝑpter formam & a forma, adeo ꝙ si separaretur a forma non haberet nisi esse in anima. Tertio positio est ꝙ materia ipsa per seipsam habeat esse essentiæ, & non a forma, nec propter formam, existentiam uerò & subsistẽtiã atꝗ omnẽ actualitatem habet a forma & propter formam. Prima positio quæ est nõnullorũ theologorum acutorum, exponitur ꝙ materia ipsa est qd prius ipsa forma, subiectũ illius, estꝗ ex ea parte qua materia incausata, siue ingenita, solũꝗ terminus creationis, igitur habet esse sibi proprium, essentiã propriam, & quoniã existentia est modus intrinsecus (quẽ C græci idiotropiã uocant) essentiæ, ueluti intensio & remissio est idiotropia qualitatis intensibilis & remissibilis, igitur ut non daẽ qualitas intensibilis & remissibilis absꝗ intensione & remissione actuali, ita nec essentia absꝗ existẽtia, & quoniam ut addunt nõnulli sequaces materia põt per se esse terminus creationis, & absꝗ forma, & oẽ quod creatur est suppositum aut indiuiduum subsistens, igiẽ habet esse per se subsistentiæ, & non a forma, & sic materia quatenus materia habet essentiam esse, existentiam & subsistentiã. & non a forma, sed quatenus materia ipsa est terminus creationis, sic igitur habet esse, & existẽtiam formaliter indepẽdens, sed esse formale a forma. hæc positio probatur ab eis rationibus naturalibus & rationibus theologicis. Naturalibus quidẽ primo, quia subiectũ adæquatum generationis manens idem numero sub utroꝗ termino generationis habet esse essentiæ & cætera consequentia illam per se & non a forma. hæc patet, quia si cum for- D ma corrupta materia perderet esse formale, & omne esse, tunc non esset eadem numero materia. Similiter cum sit idem numero subiectum, & subiectum nõ est subiectum, nisi quatenus est ens & existens, igitur ut prius. Secundo illud quod est principium ex æquo cum ipsa forma entis positiui & absoluti, habet esse positiuũ & absolutum per seipsum ut sit æque independens ut est illud formæ. hæc omnibus patet. sed materia ipsa cum forma sunt causę per se & positiuæ compositi existentis, igitur ut prius, minor patet apud omnes. Tertio, omne prius absolutum habet esse simpliciter absꝗ omni posteriori, sed materia est absolute prior ipsa forma & composito, igitur habet absolute esse, & nõ ab ipsa forma, nec ab ipso composito. Hæ sunt potiores rationes naturales. Theologicis uerò rationibus arguunt primo, quicquid deus absolutum facit in esse ctibus mediãte causa secunda, potest illud idem facere sine illa causa secunda, quæ non est de essentia causati, sed ipsa forma est causa secunda quæ non est de essentia materiæ

Vtrũ materia habeat esse aliud a priuatione & forma.

Prima rõ.

Secunda.

Tertia.

Rõnes theologicæ.

quatenus materia cum in eadem materia adueniat alia, & E alia forma materia ipsa remanente eadem, igitur deus potest dare omne esse materiæ sine forma. Secundo, & quasi idem quicquid potest causa secunda, potest prima & superior per se absꝗ secunda, sed forma dat esse materię, igitur deus potest absꝗ forma dare esse materiæ. Tertio, materia est per se terminus creationis alius a forma: igitur potest conseruari in esse alio a forma, antecedens patet, quia ex quo est res distincta a forma habet esse essentiæ, & esse existentiæ aliud, et per consequens alia creatione creatur. consequẽtia uerò patet, quia agens potens creare aliquid, illud idem potest seorsum ab alio conseruare. Quarto, cõnexio materiæ & formæ non est necessaria absolute, quia tunc materia determinaret sibi aliquã formam numero, probãt. quia quicquid determinat sibi genus, determinat sibi aliquã speciem. sed quicquid determinat sibi aliquod in specie, determinat sibi aliquod in indiuiduo, igitur materia sibi determinaret hanc uel illam. Vltimo materia se F habet contingenter ad omnem formam, igitur habet omne esse aliud a forma. antecedens patet, quia quicquid contingenter se habet ad aliquod genus, se habet contingenter ad quodlibet illius generis. hæ sunt rationes meliores pro eis. Sed hæc positio stare non potest, & primo arguamus contra conclusionem secundo contra rationes. Contra conclusionem quidẽ, primo non magis dependet forma materialis educta de potẽtia materiæ ab ipsa materia quã materia e forma, sed apud Peripateticos formam materialem eductam de potentia materiæ esse sine materia, & habere esse independens a materia implicat contradictionem, igitur materiã habere esse independens a forma implicat contradictionem. hæc ratio colligi potest septimo meta. com. 35. Secundo, omnis effectus denominatiuus alicuius rei reducitur ad aliquod tale ꝑ essentiam, ut esse album ad albedinem, sed esse existẽtiæ est effectus denominans omnes res, igitur reducitur ad aliquod tale per essentiã, uel illud est forma, uel materia, uel ambo nõ ma- G teria, quia tunc compositum haberet esse a materia, & per se, contra Philosophum septimo meta. ubi ait per materiã res non est, per formã est tex. com. 22. igitur forma, & per consequens nihil esse potest absꝗ forma, hæc ratio colligitur secundo huius cõmen. 12. Tertio, illud quod essentialiter inest alicui per aliud, non sibi cõpetit, nisi per illud, sed essentialiter competit materiæ esse partem cõpositi quinto meta. quia sibi competit ratio elementi & essentialiter, igitur nullum potest habere sibi esse proprium nisi in composito, igitur esse eius est esse compositi, & per consequens esse formæ. hæc ratio colligitur tertio cœli cõmen. 29. Quarto, omnem entitatem potentialem atꝗ possibilem, & omnem possibilitatem habet forma educta de potentia materiæ a materia, ergo omnem entitatem actualẽ habet materia a forma. tenet consequentia, aliter enim plus forma dependeret a materia quã econtra. antecedens est Aristo. 12. meta. tex. cõmen. 51. ubi uult substantiam pri- H mam nullam habere potentiam, quia liberata a materia. Hæc ratio est Auer. 9. meta. cõ. 2. ubi uult formas liberatas a materia non pati nec recipere aliquo modo. Quinto, in genere potentialiũ prima potentia qua omne quod patitur est passiuum, est prima materia, igiẽ in genere actualium primum est forma, e qua omne quod est aliquo modo in actu, est existens et ens. cor. sequẽtia patet, quia actus & potentia sunt opposita igitur & prima in illa debent esse opposita. Sexto, si materia existeret, & non per formam igitur forma existet & non per materiam, tenet consequẽtia, quia plus ipsa materia e forma dependet ꝗ̃ econtra, uel non minus, si forma existit, & nõ per materiam, igitur oĩs forma est appropriata materiæ, sic enim uocat Auer. formã appropriatam. Septimo, si materia existeret existentia sibi propria, tunc forma etiã existeret existentia sibi propria: per idem. igitur quęlibet forma esset completa, & sic non possent esse partes compositi, nisi congregatione. Hæ rationes pro nunc satis. Contra uerò rationes, & primo

Cõfutatio rõnum. Prima rõ.

I contra primam, subiectum in transmutatione accidentali non manet idem numero secundum quid sub utroq; termino transmutationis, igitur subiectum in transmutatione simpliciter non debet manere idem numero simpliciter in transmutatione substantiali, antecedens patet, nam in transmutatione accidentali substantia uariatur secundum quid quatenus uariatur in accidēte a quo esse habebat secundum quid. consequentia patet, quia plus depēdet simpliciter materia a forma substantiali quā subiectum secūdum quid dependeat ab accidente. Secundo, cōtra idem data ratione hac tunc materia esset una positiue, & nō per priuationem omnium formarum, haberet enim esse idem numero & existētiam eandem numero in utroq; termino, igitur unitatē numeralē positiuam secundum sui esse reale hoc est contra Aristo. 10. metaphy. ubi inquit. materia enim negatione ostenditur, ubi Auer. com. 24. inquit materia cognoscitur per negatiuam, cum dicitur ꝙ est materia priuatio formæ, & ita eius unitas non est nisi per priuationem omnium formarum. Contra secundam arguo & accipio maiorē eius. illa quæ sunt ex æquo principia & causæ alicuius quodlibet in suo genere causæ, neutrum secundum sui esse dependet ab altero, hæc est maior eorum, sed agens & finis sunt causæ rerum naturalium ex æquo quęlibet in suo genere causæ, igitur neutrum secundum esse dependebit a neutro. conclusio est contra Arist. secūdo huius tex. cō. 30. & non minor ut patet, igitur eorum maior.

Secunda. K

Tertia. Contra tertiam arguo. assumo eorum maiorē, & addo minorem, sed forma elementaria est prior absolute in materia, ipsis primis qualitatibus, & distincta realiter ab illis. Igitur habet esse & existentiam propriam independētem ab illis in materia. consequens est contra Aristo. secundo de generatione, & etiam contra eos aliter non implicaret contradictionē formam elementariam esse & existere, in materia sine primis qualitatibus, quod Arist. derideret, & ita hæc positio non est Peripatetica.

Quarta. Secundo accepta eadem maiori addo hanc minorem, sed formæ naturales ut anima equi & id genus sunt priores absolute in materia quā dispositiones, quibus in materia est, quia apud eos fit

L resolutio in accidentibus. igitur possunt stare, seu nō implicat contradictionem illas stare in materia, sine dispositionibus qualitatiuis & quantitatiuis. Credo eos hoc non concedere. quare maior illa falsa est.

Quinta. Contra rationes eorum theologicas iterum arguo & assumo maiorē primæ rationis, & addo minorem, sed deus facit parietem album mediante albedine. igitur potest ipsum facere album sine albedine. consequens est contra eos igitur eorum maior est falsa.

Sexta. Contra secundum uerò arguo & assumo maiorem & addo, sed calor potest calefacere & efficere ignem formaliter calidum, igitur deus poterit facere ignem calidū sine calore. consequens est ut supra contra eos: quia nō potest deus supplere uicē (ut dicunt) causæ formalis.

Septima. Cōtra tertiū arguo & assumo maiorē quā intēdunt ipsi. uidelicet quicquid deus pōt distincta, siue ꝑductione, siue creatione efficere, alia. uidelicet a creatione, siue productione alte-

M rius, pōt illud cōseruare sine illo. Sed deus de facto creat, siue producit omnes animas brutorum in materia sine dispositionibus qualitatiuis & quantitatiuis apud eos in eodem libro. cum hæ ab agēte sint, igitur illas potest conseruare in materia, sine dispositionibus qualitatiuis & quantitatiuis. Hæc conclusio (ut puto) est contra eos, quia licet deus possit facere animas omnes sine materia, non potest illas facere in materia sine materia, & per consequens nec sine dispositionibus materialibus.

Octaua. Contra quartam arguo & assumo maiorem probationis eorum, & addo hanc sed corpus determinat sibi locum in genere, igitur locum in specie, igitur locum hunc uel illum, quod eos id concedere non credo.

Nona. Amplius addo aliam, sed a, corpus continuum limitat sibi partem diuisibilem, aliter non esset continuum sexto huius, & primo de generatione, igitur limitat sibi partem aliquam in specie, igitur partē aliquam in numero. quod ipsi (ut puto) nō concederent. Potest enim continuum aliquod, ut a, adhuc remanere continuum sine illa parte.

N Decima. Contra ultimam arguo & assumo maiorem quam intendunt quicquid contingenter se habet ad aliquod genus, siue in genere contingenter se habet ad aliquod in specie illius, & ad indiuiduum eiusdem, sed caliditas se habet contingenter ad gradus, siue intēsionem & remissionem, igitur potest esse sine gradu suæ intensionis atq; remissionis, quod non concederent. Sic igitur nec positio: nec rationes ualent propterea ad illas pro me, & pro eis respondebimus in fine.

2. positio Auer. Restat modo uidere de secunda positione Auer. ubi animaduertendum est ꝙ apud Auerroem ut ipsa materia est causa formę in esse conseruari, ut in libro de substantia orbis accipitur. ita ꝙ forma educta de potentia materiæ cum intelligitur esse sine materia non habet esse nisi in anima, sic econtra materia habet esse & omnē entitatē a forma, ita ut si ipsa esset absq; forma, intelligeremus aliud esse non sibi correspondere nisi hoc esse cognitū, hęc est sententia Auer. 12. meta. cōm. 14. Sunt igitur materia & forma sibijnuicē causæ & secundum esse, & secundū causalitatem. secundum esse quidē, quia nec forma potest habere esse quin dependeat a materia, nec cōtra materia qn dependeat a forma, quo uerò ad causalitatem, quoniā nec materia potest componere cōpositum sine forma, nec forma sine materia.

O Cōcēnes Auer. Prima. Tunc ex his sequuntur multa de mente Auer. quorum primū est, ꝙ materia est alia, atq; alia sub alia, atq; alia forma secundum unitatem numeralem positiuam, hoc patet ab eo. 12. meta. cōmē. illo. 14. ut enim est propter formam, sic erit una propter formam secundo de anima.

Secunda. Secundo sequitur ꝙ materia est una per hoc ꝙ intelligitur sine forma, ut aqua est una per hoc ꝙ intelligitur absq; uasibus, uerum differunt, quia unitati aquæ responderet in re aliquod ens reale extra animā, unitati uerò materiæ nihil præter priuationem, quod habet esse in anima, hæc Auer. 12. meta. ut supra.

Tertia. Tertio sequitur ꝙ licet materia sit prior forma, cum forma sit prior materia, qa sibiinuicem causæ secundum esse & causalitatē, in nullo priori posset capi materia in genere causæ materialis, quin in illo forma ipsa sit adhuc prior ea in genere causæ formalis,

P & econtra non potest sumi forma in aliquo priori in genere formæ, quin materia sit prior illa in genere materiæ, quoniā sunt inuicem mutuo causæ, & mutuo sese priores.

Quarta. Vltimo sequitur, ꝙ licet sint simpliciter mutuo sibi causæ & secundum esse, & causalitatem, materia tamē distinguitur realiter a forma, & entitas materiæ ab entitate formæ. Exemplum in alijs. conclusio omnem necessitatem habet a propositionibus, & tamen necessitas conclusionis & necessitas propositionum distinguuntur simpliciter. Similiter mundus omnem entitatem habet a deo, & tamen distinguitur simpliciter a deo eodem modo licet omne esse essentiæ & existentiæ habet materia a forma, cum esse non possit absq; illa, tamen esse materiæ est realiter distinctum ab esse formæ.

Rñsio ad tacitā obiectionem. Nec ualet, distinguitur realiter a forma. igitur potest habere esse sibi proprium ab illa separatum, bene concedo distinctum, nō tamen separatū

Q quia tunc haberet esse independens, contra præsupposita, hæc colligi possunt. 12. meta. com. 14. Et hæc est positio expositoris nostri ubiq;, qui in hac re non differt ab Auer.

Rñsio ad argumēta. An materia prima sit una numero in ci[...]bus generabilibus & corruptibilibus. An materia sit generabilis & corruptibilis. Per hæc ad rationes. ad primam dico ꝙ in maiori debet addi ꝙ maneat eadem numero positiue, imo ut dixi materia est alia atq; alia sub alia forma positiue, eadem uerò ut intelligitur priuata, cui intellectioni nihil respōdet præter priuationem, quę non habet esse, nisi in anima. Sed dices igitur materia generatur secundum rem. nego consequentiam, sed bene concedo ꝙ depēdeat continuo ab alia atq; alia forma, sicq; continue alia atq; alia propter formā aliā atq; aliam, & ita potest dependere ab aliquo in genere formæ e quo non dependet in genere agentis, imo est simpliciter independens in genere causæ agētis.

Replica. Adhuc animaa titubat contra, materia quæ erat cum a, forma, nō est eadē numero positiue cum b, forma, igitur desinet esse materia ipsius a, & materia ipsius b. incipiet esse, sed omne quod

desinit,

A Responsio. desinit aut incipit esse, desinit aut incipit esse p generationẽ, igitur materia generatur, hoc est ultimum posse eorum. Dico q materia quæ erat cum a, desinit esse f m identitatem numeralem positiuam, & materia sub b, incipit esse alia propter aliam unitatem numeralẽ positiuam, sunt tamen una per hoc q intelligit sub priuatione, p hoc tñ non infertur plus, nisi q hæc materia positiue sumpta desinit eẽ positiue una hac unitate. nõ tamen desinit eẽ, simpliciter, quia non desinit eẽ forma simpliciter, qa succedit alia, à qua habet unitatem aliã numeralem positiuam, est tamẽ una numero per carẽtiam formarum faciẽtium distinctionem numeralem positiuam. Hæc est respõsio Auer. 12. meta. (ut dixi)
Replica. 3. cõ. 14. Adhuc obiiciũt scholares. agẽs & patiẽs cõicant in materia una numero, qa contraria sunt apta fieri circa idẽ
Rñsio. numero. Iam respõdet Auer. 8. meta. q communicant in una materia, quę est una numero p priuationem, nõ unam
Solo scdę. numero positiue, qa tunc haberet formam ppriam unam
B numero. Ad secundum patet solutio, maior enim falsa est,
Solo tertię nam agẽs & finis sunt ex æquo causæ rerum naturalium, & tamen sunt sibiinuicẽ causæ. Ad tertium Auer. negaret maiorem & minorem. minorem quidẽ, quia forma & materia dicuntur ad aliqd. 2. huius cõ. 26. maiorẽ uerò, quoniã non est uera nisi de priori, quod nullo modo est posterius, modo materia est prior forma in genere suo, hoc est in ge-
Ad rõnes theologicas. nere causæ materialis, & posterior, qa forma est prior illa in genere causæ formalis. Per hæc ad rationes theologi-
Sol primę. cas, ad primam dicerẽ maiorem eẽ ueram in causis efficiẽtibus, deus enim potest supplere uicẽ finis & agẽtis, nõ autem formæ ut etiam cõcedunt ipsi; non enim potest facere album sine albedine, ideo nec materiam eẽ quin habeat formam, cum omne esse sit à forma. Per idem ad secundum.
Sol. secũdę & tertiæ. Ad tertium dicũt alii catholici q materia nõ est per se creata, aut p se producta, quia esset facta informis. Sed est con
C creata simul cum forma, & q̃q̃ sit res distincta à forma, nõ
Sol. quartę propter hoc est creata sine forma, quoniam esse suum non est nisi esse formæ. Ad quartum dico. q cõnexio materiæ ut materia accepta sub priuatione omnium formarum nõ est cõnexio necessaria ad formam, tamen sibi ut sic nihil respõdet pter priuationem, quæ est res in anima, hæc tamen materia necessario cõnexionem dicit ad hãc formam quã habet, qua corrupta non remanet eadem materia numero per unitatem positiuam, sed eadem numero per unitatem
Sol ultimę priuatiuam. & de hac ratione satis diximus supra. Per idem ad ultimum, materia enim ut materia sub ratione qua est una priuatione contingenter se habet ad omnem formam, sed ut sic nullum esse habet nisi cognitum, at materia hæc uel illa necessario se habet ad hanc
Alia põ de mẽte Auer. uel illam formam, ut diximus. Sic igitur hęc positio nec in se, nec quo ad rationes suas ualet. Animaduerte tamen q si teneatur de mente Auer. forma corporeitatis de genere subæ materiæ ipsi coeterna, facilius rõnes hę possunt solui, habebit enim materia esse pp formã illã genericã,
D quæq; etiã est una numero p priuationẽ formæ indiuiduæ. Et sic cõcedetur q manet eadẽ numero realiter positiue,
Qualis põ Auer. & priuatiue. positiue qdem ratione illius formæ, priuatiue uerò p carẽtiam formarum indiuiduarum. sed de hac forma in cõ. 36. dicemus. Sed qm̃ hæc positio Auer. est multum
Põ ppria. Distinctio. difficilis ut uides, & uix pceptibilis, ideo mihi uidet eẽ mediãdum, & cũ Themistio in digressione huius primi dicendum: Ille. n. (ut mihi uidet) probabilius loquit. Aiaduertendum igit q materia potest dupl'r cõsiderari, uno modo absolute, alio modo relatiue ad formam. Vt lignum potest
Expositio. Omnes q necessitatem materiæ & subiecti. nunc nanciscatur, consentiunt. Amplius consentiũt rem hanc Arist. assequi inductione. Causam affert expositor & bene, qa hoc qui quidem per rationem probare pertinet ad. 7. metaphy. at per inductionem sumptam ex ipso fieri & motu, pertinet ad præsentem librum, perficitur autem primo inductio ex parte rerum quæ fiunt, qnoniã omne quod fit, aut substantia est, aut accidens, & prima inductio est ex his. Secundo ex parte modi faciendi, quo uidelicet fiunt res ipsæ,& sic uidentur fere duæ inductione. Ad euidentiam prime sumit distinctionẽ eorũ quæ fiunt. uult omne quod fit, aut simpliciter fieri, aut secundum quid, simpliciter fiũt substantiæ, accidentia uerò secundum quid, in generatione secundum quid, patet subijci aliquid ut substantiam ipsam, in generatione simpliciter, similiter igitur in omni, inquit. Cum autẽ multifariam quippiam fieri dicatur,& horum aliud quidẽ non absolute fieri, sed hoc quid fieri. Sim-D pliciter autem fieri substantiarum sit solum, cum inquã ita est, secundum quidem alia a substantia, patet subijci aliqđ quod fit, nam & quantum,& quale,& ipsum ad aliud, siue relatio,& quando,& ubi, fiunt aliqua re subiecta, propter quid autem ipsius substantiæ generatio dicatur simpliciter,& propter quid generatio accidentis secundum quid, longius in libro de generatione diximus,& recentiores recte exponunt hæc, sic igitur patet in generatione secũdum quid esse opus ipsa materia subiecta. illa litera { propterea q substantia } a Themistio exponitur q sit causa dubitationis, cum enim ipsa subijciat omnibus,& sit prima, quæ nec de subiecto, nec in subiecto sit, quispiam suspicari potest substantijs producendis non esse subiecto opus, propterea in substantia idem declarat litera Themistij qualis erat, ignoro,& temerarium esset cum græcis de litera contendere, cum ipsum habeant Aristo. codicem propriũ. nos autem illum deriuatiue. Vtcũq; sit, literæ nostræ,& quam E habeo in græco textu non consonat, reddit igitur causam, cur accidentium generationi subiectum præesse pateat,& inquit. { Propterea q substãtia sola de nullo subiecto dicitur, cætera uerò alia de substantia } maxime accipiendo substãtiam sensibilem & indiuiduam, ut exponit Themi. idem declarat in substantia dicit { quoniam uerò & substantia, et alia simpliciter entia } sumet particulam illam, & pro idest. q. d. quoniã uerò & substãtia,& pro. i. alia simpliciter entia ex subiecto quodam fiant, consideranti patebet, considerãti dico uniuersalia,& generalia in rebus quæ producuntur, ut exponit Themistius. semper enim est aliquid quod subijcitur, ex quo generatur id quod fit, ueluti plantæ,& animalia ex semine. sic igitur ex parte rei genitæ, patet prima inductio.

Expositor declarat quare substãtia simpliciter fit,& quare accidens, secundum quid,& uult hoc ideo esse, quia fieri importat initium essendi & in substantia, quod fit, prius F simpliciter non erat, ideo fit simpliciter, cum enim homo fit, non solum prius non fuit homo, sed simpliciter uerũ est dicere ipsum nõ fuisse. cũ aũt homo fit albus, non est uerum dicere, q prius non fuit, sed q prius non fuerit talis.

Sed ambiges contra expositorem, quia motus & mutationes semper specificantur e terminis ad quos quinto huius. com. 9. igitur generatio in substãtia dicitur potius simpliciter fieri, quia terminus ad quem est simpliciter ens, generatio secundum quid uerò, quia terminus ad quẽ est ens secundũ quid. Dici potest q ratio expositoris est amplior quia non potest esse terminus ad quẽ simpliciter ens, nisi terminus a quo fuerit simpliciter nõ ens. nec terminus ad quem ens secundum quid, nisi terminus e quo fit ens secundum quid. ratio igitur expositoris fuit ex parte utriusq; termini. Ideo fuit potior,& amplior. Dubõ. Defensio.

Idest.) Commentũ continet duas partes. primo exponit secundo ibi. (& dixit hoc.) digreditur. prima pars ex declaratione literæ patet.

Et dixit hoc.) Hæc est secunda pars ubi digreditur,& declarat primo qualiter subiectum est in generatione humana,& hoc per simile, quia ut in generatione accidentis, ita G in generatione hominis ex semine, sed in generatione accidentis semper est aliquod quod prius erat sub uno,& postea sub alio, igitur & in generatione hominis erit in ipso semine, quoddam quod primo habet formam seminis. Secundo illa corrupta, habet formam hominis.

Et queadmodũ etiã.) Declarat priuationẽ & materiam insimul, per simile etiam sic, ut in generatione accidentium est oppositum, quod desinit esse,& subiectum tertiũ, quod recipit contrarium illi corrupto, ita in generatione substantiæ, erit oppositum utpote forma spermatis,& erit subiectum. quod amittit illam,& recipit formam hominis.

Et similiter partes.) Tertio declarat quo ordine hæc opposita in generatione se habeant,& uult partes oppositi successiue desinere, partes formæ successiue introduci, ut in generatione hominis, ubi partes seminis successiue desinunt, partes uerò formæ successiue fiunt. H

Et hoc si forma.) Contra, qa forma hominis nõ est diuisibilis. igitur nõ successiue fit, sicut illa successiue desinit, respondet formam successiue acquiri in se quando ipsa est diuisibilis & extensa, quando uerò ipsa non est diuisibilis tunc successio erit in acquisitione accidentium propriorũ. affert signũ, quia gñatio sequit alterationẽ,& ita successio erit in præuia alteratione, ut dicit in secũdo huius cõ. 32.

Dubõnes recẽtiorũ. Dubitant recentiores et satis rõnabiliter. Tum de forma minimi quæ partibilis est, non tamẽ partibiliter acquiritur. Tum q accidentia propria consequuntur formam,& non prægenerantur. Quicquid dicant ad primam, ego dico q Auerro. loquitur in forma totali, in quo mobile quiescit, illa enim partibiliter acquiritur & per minima, successiue,& non continue. Ad secundum satis bene respõdent per dictũ Auer. 2. de anima. com. 115. q loquitur de accidentibus proprijs in fieri non in facto esse.

I RECO. { Quo uerò modo hic textus sit expositus, in cõmẽtarijs { patet, nunc uerò dicamus ꝙ cum ꝓposuisset in omni ge { neratione subiectũ inuenire, & illius subiecti differẽtiam { accipere ad priuationem, nunc hoc exequitur, et primo ꝙ { in generatione accidentium subiectum inueniatur, prędę { monstrat, quoniam in generatione accidentium est faci { lius subiectum inuenire. Deinde ibi { Etenim quantũ } { assignat causam illius tertio ibi. { Quod autem substan { tia } transit ad demonstrandum ꝙ in generatione substã { tiæ etiam subiecto aliquo opus est, ac etiam priuatione. { De prima parte procedendo suspensiue, usq; ibi. { Se { cundum quidem alia } significat ꝙ multipliciter dicatur { ipsum fieri, & dicit. { Multipliciter autem, cum dicatur } { ipsum { fieri, & horum quidem non fieri, sed hoc aliquid { fieri } .i. unum dicitur nõ fieri simpliciter, { sed hoc } .s. { subiectum { fieri aliquid. } dicitur enim multipliciter fie { ri, quoniam in nouẽ prædicamẽtis dicitur subiectũ, quod
K { fit, non fieri simpliciter, sed fieri aliquid, cum enim genera { tur album, non dicimus substãtiam, quæ subijcitur gene { rationi albi, fieri simpliciter, sed albam fieri, similiter cũ { generatur tricubitum uel dextrum, non dicimus substan { tiam, quæ subijcitur generationi horũ, fieri simpliciter, sed { fieri aliquid .s. tricubitam, uel dextram { simpliciter autẽ { fieri substantiarum solum, } nam cum in hominis gene { ratione materia dicatur fieri, dicimus illam simpliciter fie { ri, non ꝙ aliquid fiat. Deinde terminando suspensionem { dicit, cum multipliciter dicatur ipsum fieri, & in nouẽ prę { dicamẽtis, & in substantia, { Secundum qdem alia } .s. { prædicamẽta a substantia ipsa, { manifestum est, ꝙ ne { cesse est subijci aliquid, qđ fit } .s. esse aliquod subiectũ. { Deinde assignat causam huius differentiæ, & dicit. { Et { enim quantum, & quale, & ad alterum } hoc est & rela { tio, { & quando, & ubi. } & alia accidentium prædica { mẽta, { fiunt in subiecto aliquo, propter id. quod sola sub { stantia, de nullo alio dicitur subiecto, sed omnia alia dẽ
L { substãtia, } quia igitur substantia ipsa per se subsistit, per { se fit, quia uerò alia in substantia esse habent, substantia { dicetur fieri secundum ea, non autem simpliciter. propte { rea secundum alia nouem prædicamenta cum fiat gene { ratio, manifestum est ꝙ oportet subiacere aliquid in eorꝫ { generatione. oportet .n. subiacere aliquid, quod dicimus { aliqd fieri. uidelicet aut albũ aut tricubitũ. cuius ratio, ut { diximus, est, quoniam accidentia omnia in subiecta sub { stantia sunt, quia uerò substãtia nõ est in subiecto eo mo { do quo nouem prædicamenta sunt in subiecto, ideò non { eo modo subiectũ erit in generatione substantiarũ, quo { subiectum est in generatione nouem prædicamentorum. { Deinde transit ad demonstrandum ꝙ in generatione sub { stantiæ sit necessarium subiectum, & dicit. { Quod autẽ { substantia, & quæcunq; alia simpliciter entia } subaudi } si aliqua dentur, quę non sunt substantia. { hoc enim di { cit propter Platonicos, qui posuerunt quædam simplici
M { ter entia, quæ non sunt substantiæ corporeæ prædicamẽ { tales, ut dæmones, quos posuerunt animalia mortalia. } { { ex quodam subiecto fiant, consideranti } .s. per indu { ctionem { fiet manifestũ, semper enim est aliquid, quod { subijcitur } .i. subiectum, { ex quo fit, quod fit } .i. in ge { nerationibus substãtiarum omnium, { ut plantæ, & ani { malia ex semine, } hoc enim permanente simul & altera { to plantæ, & animalia gignuntur, sic igitur per inductio { nem in plantarũ & animalium generationibus patet in { substantiarum generatione esse necessarium subiectum.
Dubões. { Sed dubitabis quoniã ex hoc ꝙ plantæ et animalia fiunt { ex semine, nõ sequitur substantias fieri ex subiecto, non { enim semẽ est subiectum, sed materia alterationis, quę in { aduentu formæ corrumpitur. Secundo non sequitur, ut { omnis substantia fiat ex subiecto, quoniam licet hoc per { spicuum sit in substantijs, quæ ex semine fiunt, tamen in { substantijs simplicibus non apparet. Fortasse Arist. sub { iectum in substãtiis sumpsit pro præsupposito, quod an { tecedit generationẽ, hic enim est cõmunis modus, ut di

{ cit Themistius, non enim nunc curat exponere quid ue N { lit per subiectum, satis enim est colligere ꝙ ante genera { tionem præsit aliquid, quod dicitur subiectum, siue illud { sit materia alterationis, siue materia compositionis. hanc { etiam expositionem uidetur sequi Simplicius, qui semen { dicit esse materiam in generationibus plantarum, & ani { malium, quatenus permanente simul, & alteratio, plantę { & animalia gignuntur. Auerroes autem laborauit expo { nere quonam modo si substãtię fiant ex semine, sequitur, { ut fiat ex materia, quæ est subiectũ. nam (ut inquit) in se { mine manifeste apparet aliquid esse, cuius proportio ad { animal genitum, uel ad formam animalis geniti est sicuti { proportio substantiæ indiuiduæ ad accidens, quod gene { ratur, & propterea sequitur si substantiæ fiunt ex semini { bus, ut fiant ex subiecto. Cum uerò dicebatur non, sequi { in omnibus esse subiectum, quia non in generatione sub { stantiarum simplicium, quæ sunt elementa: dico Aristo { telem alterum supposuisse tanq; alia ratione notum, alte O { rum per inductionem probasse, per inductionẽ enim pro { bauit necessarium esse subiectum in generatione earum { substantiarum, quæ fiunt per semen. supposuisse uerò tã { quã alia ratione notum esse necessarium subiectum in ge { neratione elementorum, nam constat sensibus hæc fieri { præcedente motu, qui requirit subiectum. Hæc mihi ui { dentur de recognitionibus huius textus.

Insuper eorum quæ fiunt simpliciter, hæc quidẽ transfiguratione fiunt, ut statua ex ęre. Alia uerò additione, ut ea quę increscunt. alia ablatione, ut ex lapide Mercurius. alia cõpositione, ut domus, alia alteratione, ut ea quæ propter materiam conuertuntur, patet autem omnia quæ sic fiunt ex subiectis fieri. Dilucidatoris tex. cõmẽ.63

{ Fiunt autem, quę fiunt simpliciter, alia quidẽ ANTI. { transfiguratione, ut statua ex ęre. alia uerò appo { sitione, ut quæ augumentantur. alia autem sub P { tractatione, ut ex lapide Mercurius. Compositio { ne uerò alia, ut domus. alteratione autem alia, ut { quæ conuertuntur secundum naturam. omnia { autem quæ sic fiunt, manifestum, quoniam ex { subiectis fiunt.

Expositores uolunt, ꝙ nunc faciat secundam inductionẽ Expositio aliorum quo ad modum generandi, sunt modi hi generandi, qbus omnia generantur, quinq;, ut transfiguratio, additio, ablatio, cõpositio, & alteratio. Asserunt aũt hãc inductionẽ esse cõmunẽ oĩbus rebus & nãlibus & artificialibus nãlibus q dẽ, quia ipsa simpliciter fiunt altero, quinq; modorꝫ. artificialibus uerò, quoniam illa sunt in genere substantiæ propter materiam, uel hoc ait ad antiquorum positionem, qui non fecerunt differentiam inter artificialia & naturalia, & Q iuxta hanc expositionem exposui textum præcedentem. Hæc expositio non placet, quoniam nũquã Aristo. artificia Cõfutatio lia & naturalia diceret fieri eisdem modis. isti enim quinq; faciendi modi non possunt naturalibus accõmodari, sed solum artificialibus, artificialia fieri simpliciter, non legimus apud Aristo. Propterea uerius cum Themistio sentio, ꝙ postq; induxit in generatione naturali, nunc inducit in ar Verius cũ Themistio tificiali, ubi enumerando omnes illos quinque modos, patet in omnibus illis subijci materiam. Causa uerò erroris expositorum fuit uerbum illud græcum, aplos, ꝙ licet latine sonat simpliciter, ut distinguitur contra secundũ quid, nunc aplos, sumit pro uniuersaliter, ut sit sensus eorũ quæ fiunt uniuersaliter. unde & Themistius inquit, eorum quę fiunt in uniuersum. q. d. ad sufficientiam, fiunt (ut dixit) illis quinque modis. Sed dices quid intelligit per fieri altera Dubĩ. Respõsio tione, qui modus est quintus. Respondet nouus expositor per alterationem intelligere elementorum generationem, quia subdit ut ea quæ per materiã conuertuntur, hæc autẽ Cõfutatio sunt elementa. Hæc expositio non conuenit textui, quoniam (ut dixit) loquitur in artificialibus. Themistius uidẽ Rñ Them.

A tur uelle duas esse alterationis species. una est in qualitatibus passiuis, quæ proprie alteratio appellatur. altera quæ ad substantiam pertinet, quæ proprie transmutatio dicitur hæc autem potest esse artificialis, ut est generatio tritici, & & id genus per alterationẽ igitur intelligit generationẽ, quæ hẽt initiũ ab arte, et hęc expositio aufert oẽm scrupulũ.

Et apparet.) Cõmẽtũ diuiditur, quia primo exponit, secundo ibi. { & hæ duæ. } digreditur, prima pars patet, exponit enim non aliter quàm nos exposuimus.

Digressio Auer. Et hæ duæ.) Hæc est secunda pars in qua Auer. colligi primo inter mutationem in accidentibus, & mutationem in substantia conuenientiam, & uult in ambabus tria esse necessaria uidelicet rem quæ subijcitur duos terminos inter quos uertuntur, ideo inquit. quod utraque est alteratio, eiusdem rei, & hoc quo ad subiectũ de una qualitate in aliã & pro.i. de una dispositione in aliam. dixit alteratio, quoniam generatio est alteratio terminata ad terminũ ad quẽ alterius prædicamẽti, ut dicitur sexto huius com. 52. Adiecit uel de una dispositione ad aliam, quia re uera, nec priuatio, nec forma sunt qualitates, nisi secundũ modũ quinto metaphy. sed bene sunt dispositiones, quibus afficitur ipsa materia. Hæc de conuenientia. B

Sed quia.) Dat differentiam & quo ad nomen, & quo ad rem quo ad nomen quidem, quia transmutatio in substãtia dicitur transmutatio simpliciter. transmutatio accidentis dicitur transmutatio secundum quid, siue alteratio, siue auctio, siue motus in loco, & id genus, quo ad rem uerò, quia in transmutatione simpliciter subiectum perdit nomen & definitionem. in transmutatione secundum quid, subiectum neque perdit nomen, neque definitionẽ. Sed contra hæc soliti sumus ambigere. prima, quia materia manet eadem in generato & corrupto, eadem & numero & specie, igitur non amittit nomen neque definitionem. Secundo id quod est ante formam & ante priuationem, non perdit nomen neque definitionem, nec essentiam per aliquid illorum, sed materia est ante formã, ut probat Themistius, & ante priuationem, quare ut prius. Tertio, omne quod perdit nomen & definitionem ad perditionẽ alterius, cum illo desinit, aut incipit, sed materia nec desinit nec incipit cum forma, igitur non perdit nomen neque rationem. Propter hæc dicunt nõnulli, qui acuti habentur, quod materia habet duplicem actum, alterum, quem nouo nomine entitatiuum uocant, quo ipsa materia & est extra nihil, & extra suas causas, & ideo est esse existere, quo est terminus creationis, & quo ad hunc actum ipsa nullo modo dependet a forma, sed solum a deo in genere causæ efficientis, alterum quem formalem uocant. secundum quem ipsa habet esse formale, & penes talem actum ipsa perdit nomen & definitionem, & sic uolunt habere contra Auer. Huic positioni contradiximus supra. scio enim certe ipsam non esse ad mentem Aristo. nec Peripateticam, licet sit difficilis confutationis. Sed quicquid sit, non placet mihi, primo, quia nõ magis forma dependet e materia, quàm materia e forma, ut in secundo de anima habetur. igitur si materia haberet actũ entitatiuum quo ipsa per se existeret propria existentia, per quã non dependet a forma, etiam forma haberet talẽ actũ entitatiuũ per quem existeret propria existentia, qua non dependeret a materia, & si sic, igitur forma non dependet a materia, nec quo ad esse formale, nec quo ad esse existentiæ, & tunc omnis forma deforis accederet ut intellectus siue rationalis anima, et per consequens omnis forma esset creata, quod non est Peripateticũ. & est contra eos, qui cõcedunt formas creatas esse solum animas, cæteras educi.

Dubĩones cõtra Auer. Prima rõ. Secunda. Tertia. C Prima põ. Cõfutatio Prima rõ. D Secũda rõ.

Secundo, omne tale denominatiue oportet ut reducatur ad aliquod tale per essentiam, per regulam Aristo. secundo meta. & physicorum, quã ipsi concedunt. Sed hæc apud eos, materia existit, est denominatiua, cum existentia non prædicetur formaliter de re igitur oportet reduci ad aliquid tale per essentiam, tale uel est forma, uel materia, uel compositum, uel ipsamet existentia, non potest esse materia, quia tunc illa prædicatio non esset denominatiua, nec potest esse compositum per idem. nec potest esse ipsa existentia, quia tunc ipsa esset talis per essentiam, sed omne tale per essentiam, est tale formaliter per eos, essentia enim & formalitas idem pro nunc, igitur ipsa existentia esset talis formaliter, & per consequens esse formaliter non erit a forma cõtra eos. restat igitur ut materia sit talis propter formam. E

Põ Them. Themistius uerò in digressione uult quod materie habeat esse essentiæ per se, hoc est similiter independens, rationem uerò materiæ habeat per habitudinem ad formã aptitudinalem, rationem subiecti per habitudinem actualẽ. Tunc diceret quod materia perderet nomẽ subiecti & nomen materiæ, & rationem subiecti, & rationem materiæ, quando amittit formam, non tamen essentiam, nec rationem essentiæ, per quã ipsa est tantum ipsa, quã positionẽ non semel tenui ad mentẽ Auer. Auer. aũt (ut uides) uult quod perdat nomen materiæ subiecti, esse essentiæ, & omne esse: sed quia remanet cum alia forma eadẽ numero priuatiue, ideo non perdit esse simpliciter secundum numerum & speciem. Põ Auer. F

Solũones. Ad primã patet solutio, manet eadem numero priuatiue, & eadem specie positiue, siue genere eadem propter formas easdem, & propterea amittit nomẽ huius materiæ & rationem huius. Ad secundum dico, quod materia secũdum speciem bene est ante formam numeralem, sed materia eadem numero positiue est prior materia in genere suo, & posterior in genere formæ. ut diximus. Ad tertiam dico, quod materia absolute, nec incipit, nec desinit cum hac uel illa forma, sed bene hæc materia uel illa materia desinit uel incipit secundum esse positiuum cum hac uel illa forma, non autem secundum esse in specie, uel secundum unitatẽ priuatiuã, cum nihil correspondeat præter singulares materias, & esse cognitũ. de hac re supra satis diximus.

Et cum considerauerunt.) Declarat insimul conuenientias & differentias. Conuenientia est, quod subiectum utrisque transmutationibus est corpus idem numero. probatur: quia sensu uisus patet idem corpus numero transmutari de carneitate in terrestreitatem. sensu etiam uisus patet idem corpus mutari de albo in nigrum, igitur in utraque transmutatione est idem numero subiectum. hæc est conuenientia. Differentia uerò est quod in transmutatione simpliciter, illud corpus perdit nomen & rationem, in transmutatione secundum quid neque nomen neque rationem. G

Et ex hoc.) Assignat causam differẽtiæ, nam in ipsa transmutatione secundum quid, corpus illud nõ perdit formã substantialem per quã est corpus in actu. & existens idem numero positiue. & sic non perdit nomen, nec definitionẽ, definitionẽ quidẽ non, quia non perdit formã, e qua est definitio nomẽ uerò minime, quia ratio quã significat nomẽ, est definitio, in ipsa uerò trãsmutatione simpliciter, cum perdat formam, amittet rationem & nomen. Sed ambiges circa hæc primo, quia quó modo uisu apparet idem corpus remanere, cum corpus non sit uisile per se, nisi ratione coloris. Secundo quo modo manet idem numero corpus. Prima dubõ. Secunda

Solutio primę. Ad primum dicerem corpus ratione dimensionis & quãtitatis esse sensile per se, sed nõ propriũ sed cõe, ut habetur. 2. de anima. & ita potest esse uisile seruatis conditionibus uisionis. Et ita potest illud sensu uisus apparere. Ad secundum quidam aiunt Auer. per idem numero corpus uelle aggregatum ex prima materia & dimensione interminata. tale enim aggregatum idẽ numero manere testatur uisus ipse. Sed contra hoc arguunt quidã, primo, quia omne per accidens reducitur ad per se. igitur nõ potest loqui de subiecto per accidens, quin loquatur de subiecto per se, & sic esset diminutus. Secundo, tale aggregatum esset corpus, & in nullo prædicamento cum sit aggregatũ per accidens. Propterea aliter aiunt, quod Auer. per corpus intelligit materiam. sub his dimensionibus, non aggregatũ ex his. Hæc responsio est contra Auer. argumenta contra primam non ualent. Contra Auer. quidem, quoniã illud corpus asserit remanere, quod est sensile, materia uerò nõ est sensilis. Secundo, non uidetur differre dicere materiã cum his, & materiam sub his. aut enim materia & hæc re- H Solo pri. Ad sedam uide. Bur. hic. Cõfutatio. Prima rõ. Secunda. Rñsio. 2. Confuta. Prima rõ. Secunda.

I manent,aut desinunt, cum non desinant, igitur materia & hæc remanent,& per consequens aggregatum remanet.

Defensio primæ. Ad argumenta contra primam respondeo ad primum ꝙ Auer. loquitur de utroq;,loquutus est enim de materia qđ est per se subiectū,nunc loquitur de subiecto per accidens & sic de utroq;. Ad secundum dico,ꝙ est corpus reductiue in prædicamento quantitatis ratione quantitatis, & in prædicamento substantiæ,ratione materię. Sed quicquid sit de argumentis dico, ꝙ hæc positio non ualet, qa omne per accidēs præsupponit per se,cū igitur tale sit aggregatū per accidēs.igitur supponit cōpositum per se. Propterea dico ꝙ Auer. per corpus idē numero intelligit indiuiduum generis corporis.ut enim genera sunt coordinata secundū prius,sic idiuidua illorū.ut igitur corpus est prius animali & aial homine, ita hoc corpus est hoc aiali,& hoc animal prius hoc homine.& sic manet idē numero corpus, quod est indiuiduum generis remoti. oportet enim imaginari ta

Cōfutatio uera pri.

Pō ꝓpria.

K le indiuiduum esse compositum quoddam ex materia prima & prima forma,e qua sumitur primū genus, quod est corpus ,cui formæ sunt annexæ tres dimēsiones coæue, ut propria accidētia,per quæ illud indiuiduum est extensum indeterminata extensione, & hoc esse subiectum utriusq; transmutationis asserit, alterationis quidem remotum ,& quasi partiale.generationis uerò proximum, non tamē per se,sed ratione materiæ.

Vnde necesse est.) Cum descripsit tale subiectum esse idem numero corpus,declarat quo modo est idem numero:& uult inuere talem distinctionem,ꝙ aliquid esse idem numero potest intelligi sub specie, ut callias sub homine, aut sub genere.idem numero specie est propter formā indiuidualem e qua sumitur species.ut callias propter rationalem animam e qua sumitur homo.& hoc uocatur unum numero positiue,qa est in actu simpliciter. unum numero sub genere,est illud quod est unū numero propter formā

L indiuidui generis.& hoc uocatur unū numero, partim positiue,partim priuatiue,positiue quidem ratione formæ indiuidui generis.priuatiue uerò, quia talis forma est in potentia,& adhuc determinabilis per alias formas,& cōtrahibilis ad speciem per formas ulteriores, & ita dicitur unū numero per carentiam formarū ultimo specificarū.Et hoc inquit,unde necesse est ꝙ istud subiectum sit unum, quia non habet formam dantem ei nomen & definitionē unā. uidelicet specificam & ultimam.igitur est unum numero, partim priuatiue,partim positiue. est unum numero indiuiduum generis positiue.est unum numero indiuiduū speciei priuatiue, quatenus non distinguitur per illa. Ex hoc apparet Auerroem per hoc subiectum non materiam, sed illud quod proxime dixerat intelligere uidelicet. corpus idem numero.

Et est.) Cum loquutus est de subiecto utpote de corpore ipso,in parte ista loquitur de propria & prima illius affectione,quæ dicitur dimensio trina,& etiam corpus de ge

M nere quātitatis.Et declarat duo,primū ꝙ dimensio sit una numero in generatis & corruptis omnibus priuatiue sicut subiectum suum.unde ut subiectum illud est unum numero per carentiam formarum ultimarum ,sic dimensio illa per carentiam terminorum. Et sic non sunt unum numero propter formam substātialem ultimam. Secundū quod declarat est ꝙ iste dimensiones sint accidētia & ꝓbat sic, quia si essent substantiæ siue formæ substantiales:tunc materia nō amitteret nomen neq; rationem:imo haberet nomen & rationem specificam. deduco consequentiam:quia ubi materia haberent illas ut sibi formas:illæ non possunt esse formæ generales,quia dimēsiones sunt in genere quātitatis & indeterminata illius specie.igiť erunt formæ specificæ.& ita dabunt materiæ esse specificum: nomen & rationē specificā. & hoc mō debet intelligi iste locus.

Et cum ita.)Hactenus loquutus est de subiecto demonstrato quod per uisum apparet remanere idem numero, & de illis prima affectione, quæ est dimensio trina & corpus quātitatiuum.In parte ista uult loqui de primo oium

N subiecto ut de prima materia quæ est subiectum formæ corporis & dimensionis.& inquit, & cum ita sit, hoc est cum pateat esse duas illas res formam & dimēsionem,est igitur subaudi dare unum aliud subiectum numero ultra hæc non habens de sua essentia aliq; dispositionem substātialem:quæ sit de essentia eius:sed sua essentia est natura recipiendi istas dispositiones substātiales ordine quodā: primo forma primam. secundo dimensionem & utrasq; ab æterno,ultimo.& in tēpore omnia alia.igitur est ī sui essentia in potentia ad omnia:& substantias & accidētia,& hoc primū subm dr̄ materia & hyle. Ecce quo modo per hæc uerba Auerro. non exclusit formam corporis: imo dedit illam intelligere.

Et ex hoc.)Tunc infert duos errores. primus Platoni de dicatur ꝙ materia ipsa prima sic corpus per essentiam,ut patet secundo de generatione.Secundus error est Auicēna qui uoluit materiam habere formam corporis tanq̄ sibi ultimam,& specificam:mediante qua subijcitur dimēsioni, non enim potuit uidere ipse quo modo aliquid possit subijci accidenti,nisi sit in actu specifico & ultimo. Obijcit contra:& inquit,& ex hoc patet, ꝙ qui ponit hanc materiam esse corpus per essentiam:ut Platoni adijcitur:peccat,& similiter qui ponit illud quod defert dimensiones subm habens formam in actu: qui simpliciter dicitur de specifico, ut extimat Auic.peccat.Ecce quo modo est pro me :nam Auer. uult materiam nō esse corpus per essentiam:nec habere formam corporis in actu. Ego autem dico ꝙ ipsa recipit primam formā corporis:& ꝙ illa est in potentia cum non sit species:sed id ē quo sumitur genus,& ita contrahit ad indiuiduum generis. Quia uerò multi negant hāc formam,ideo primo probo ipsam dari.Secūdo dubitationes nōnullas soluam. Quātum ad primū: dimensiones sunt accidens:& coæternæ materiæ.igitur ante illas præest aliqua forma de genere substantiæ. Hæc consequentia declaratur.primo,omne accidens fundatur in composito, dicit.n. Aristo.in prædicamentis,ꝙ omnia alia a primis substantijs:aut sunt in primis substantijs, aut prædicantur de primis substantijs.unde ibidem cōcludit ꝙ destructis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere.

Vide.1.Ph. meta.c.1

O

Prima 16

P

Secundo Auer.in secundo de anima.com.4.ponens differentiam inter substantiam & accidens. uult accidentia fundari in ente in actu:igitur cum dimensiones sint accidens:oportet præesse ens aliquo modo in actu: & ita oportet præesse formam corporis. Tertio.7. meta.com.4.declarat substantiam esse priorem accidentibus: definitione & tempore.Constat autem definitionē sumi a forma maxime apud Auer. igitur ante dimensiones oportet præesse aliquā formam. Quarto ens per se prius est ente per accidens.sed compositum ex forma corporis prima & materia ipsa est per se.compositum uerò ex dimensione,& materia est ēns per accidens,quia compositū accidentale.igitur prius materia recipit formam corporis,q̄ dimensiones.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Ex his & alijs quæ scripsi in libro de substantia orbis,patet ante dimensiones præesse formā aliquā de genere substantiæ,& nulla uidetur alia q̄ illa corporis:hæc enim potest esse cōmunis generato & corrupto: & potest esse immediatū fundamentū dimensionū. Quod uerò hæc sit intentio Auer. patet tertio. cœli commen.61.ubi Aristo. in textu inquit, oportet autem fortasse sensiliū sensilia,sempiternorum uerò sempiterna: corruptibilium autem corruptibilia esse principia. supra quibus uerbis Auer. ita sup. & intelligendū est propinqua non remota. quia principia rerum sensiliū remota non sunt sensilia,ut prima forma et prima materia & reliqua.modo non potest per formā intelligere:nisi formam corporis:quia non dimensionem,nā illa est accidens:quod non est substātiæ principium: itēq; est sensile cōmune:ipse uerò ait primam formā esse insensilem. Amplius in secundo huius. cōmen.15. inquit,& forte intendit ꝙ forma dicitur duobus modis de habitu et priuatione existēte in prima materia. Ista.n.priuatio quodam modo nō est priuatio simplex.imo est sicut forma ma

Q

Quod intentio Auer. prima auctori.

Secunda.

A teriæ:& certum est eum non loqui de priuatione pura:sed de ea quæ est quasi forma materiæ:qđ intelligi nō uidetur nisi de corporeitate substantiali.hæc enim est quædā priuatio generalis ,de qua omnes formæ educuntur. Tertio (Tertia.) Auer.uult eiusdē dimēsiones remanere easdē numero, uel igit̃ remanent eędem numero realiter aut secundum rationem si secundum rationem, hoc est remanere idem in specie secundum rei ueritatem,nam priores desinent secūdum rem,& aliæ secūdum rem generabuntur. igitur erūt eædem. quatenus priores & nouæ possunt sub eadem ratione considerari.igitur eædē fm spēm. Si eædem secūdū rem,tunc & materia ipsa remanebit eadem secundum rē. & tunc uel oportet ponere formā substantialem materiæ coæternam,qua illa semper remaneat,uel oportet ponere materiam secundum esse reale nō depēdere a forma contra Auer.12.meta.cō.14.& ubiq; & hæc iudicio meo est potior ratio cogens illam formā. hæc de primo. Quantū ad secundum incidunt dubitationes prima quid est forma corporis. B Secūda quæ est necessitas huius.Tertio utrū hæc forma sit æterna:an genita. Multæ aliæ dubitationes tanguntur in libro de substantia orbis: quas prætereo, ne toties idē repetatur. Respondent quidam ꝙ hæc forma est mixtionis.uolunt.n.in materiam aduenire siue aduenisse formas elementarias, quæ postquam mutuo inuicem egerint,corrumpuntur: & inde hæc forma emergit quæ continet illas ut mediū extrema.Post hanc asserunt aduenire formam specificam,per q̄ homo est homo, equus est equus,& id genus,per hanc uerò aiunt equum reponi in genere corporis. Sed hoc stare non potest cum reuerētia eorum. Quod quidem non sit ad mentem Auer. Ego non probo:quia siue sic,siue aliter,non curant, nec ego curo,Sed ꝙ nō sit necessaria breuibus declaro:primo uel hęc corporeitas siue mixtura:siue quod uis, est eadē specie in homine & equo,siue differt specie.Si eadem specie, cū hęc sit īmediatum principiū complexionis apud eos. igitur in eo & homine erit una complexio specie, & cum complexio C arguat formam:igitur erit una forma in specie in homine & equo.Si uerò differat specie:tunc frustra ponitur,q̄a ultima forma continebit perfectionē huius & ultra, igitur hæc frustra. Amplius tunc duæ formæ specificæ essent in eodem puncto materiæ non intensibiles nec remissibiles. rursus uel hæ eque simul in materia inducunt̄ uel una prius altera.Si æque simul tunc æque simul desinerent. itēq; essent æque perfectæ si una prius altera:secunda quæcūq; sit:erit accidens aduenit enim enti in actu specifico. Ideo aliter dico.ubi animaduertēdum . ꝙ unūquodq; compositum ī specie est dupliciter indiuiduū.uerbi causa hic ignis, aliquod uerò multipliciter idiuiduū ut hic hō. hic.n.ignis, ē hic ignis & sic indiuiduū speciei,ꝑ formā e qua sumit̃ species ignis:est etiam hoc corpus per formam corporis e qua sumitur genus corporis.Similiter hic homo est hic homo per formam hoīs e qua sumitur species hominis, est etiam hoc corpus,e quo sumitur genus corporis. Ex his sequit̃ ꝙ hæc forma corporis est forma per quā cuncta generabilia reponūtur in genere corporis,& ob quā unūquodq; ipsorꝫ est sub corpore indiuiduum,& q̄m corpus est ante omnia alia generali: ideo hæc forma est ante omnes formas. D Hęc etiam est in omnibus eadē numero,& genere, differens quoq; in omnibus numero specie,& non genere generalissimo,est quidē eadē numero:pro quāto per eam omne generabile est idem numero corpus : unumquodq; numero sub genere corporis.& sic est eadem numero indiuidualitate generis,differt quoq; numero:specie,in omnibus,q̄m in oībus iam est cōtracta ad diuersa numero & specie per formas diuersas in specie,nec est inconueniens aliquid esse idem numero genere:non autem idem numero specie.Et per hæc patet quid sit hæc forma. Ad secundam dico,ꝙ necessitas huius est propter quatuor : primo (Prima.) ut euitetur creatio.Ipsa enim est ut semen materiæ , quod inchoationem uocant generalem,confusam, potentialē,q̄ conuenit in potentia omnes formas specificas. Extrahunt enim illæ ꝑ agentia ex tali habitu confuso ꝑ hoc ꝙ agētia diuersa diuersimode materiam disponunt . E ubi nāq; hæc non præsupponeretur,formæ specificæ nihil præsupponerent formæ , & ita crearentur ex nihilo formæ. Secundo (Secunda.) hæc ponitur tanq̄ principiū geminum rerum naturalium, est enim priuatio & forma.Priuatio quidē quatenus terminus e quo generationis , extrahuntur enim formæ ex hac, & ita ut sic habet uim priuationis,est forma: quatenus generatio terminatur ad formas specificas,quæ continentur sub hac.igitur terminus ad quem,& sic est geminum principium,qua ratione principia semper manēt, & sunt tria.

Propria solutio. Suppō. Circa hāc .q an forma aliqua subal' gñabil' & corrupti. habeat aliqd esse in materia ante sui productionem. Vide Sco. .d.2.

Tertio ponitur ut disponat materiam . est enim materia (Tertia.) ualde e formis remota:qua e re eas recipere nō potest,nisi sit apta recipere,aptitudo autem & appetitus sunt propter formam. Vltimo propter dimensiones, nam dimēsio est (Quarta.) materiæ coæterna una numero,non potest autē accidens unum numero esse æternum nisi propter formā. Propter F has quatuor necessitates hęc forma posita est. Ad tertiam dico corporeitatem hanc non inesse materiæ ab agēte naturali,sed est materiæ coæua, factaq; ab ex efficiente materiam,nec sequitur eam esse de essentia materiæ,aut substantia materiæ, nam calor non est in igne ipso extractus de potentia materiæ ab agente : sed simul una factione cū igne factus:nam agens quantum dat de forma:tantum dat de accidentibus,& sic non est de essentia ignis,nec materia est in potētia contradictionis ad illam,quia illa pōt stare cum qualibet,nec habet priuationem , nec recipit eam mediante dimensione sed ecōtra.ideo est materiæ coæterna.Hæc pauca de hac re satis,q̄m diligētius in libro de substātia orbis diximus . posset autem quæri de dimensionibus & terminis dimensionum. uerum quia hæc res obiter hic tacta est,ne extra propositum euagari uideamur , in libro de substantia orbis uideatis.

Et hoc quidem.)Redit ad textum,& uult ex textu habere hanc rationem. omne quod fit alteratione substantiali: eget materia,omne quod fit artificiali cōgregatione , aut segregatione & id genus, indiget materia. sed oē quod generatur fit , aut alteratione substātiali,aut artificialiter , igitur omne quod fit , eget materia. G

Et ideo.)Antiqui quatenus consensere omne quod generatur , generari ex materia , bene dicunt , quatenus naturam huius subiecti ignorabant .de generatione uaria dicentes,in errores cecidere,ut narrat,& patet.

Quod autem.)Probat tamen esse necessariam materiam ex hoc quia si compositum fieret sine materia reali,oportet ut esse compositi recipiatur in ipso nō esse , & ratio fundatur in hoc ꝙ omnis motus siue mutatio eget subiecto, cum transmutatio sit motus,igitur eget subiecto uel igitur istud subiectum est materia in potentia,uel non esse præcedens esse,non est materia ens in potentia,quia tunc habetur propositum.igitur est non esse,& sic non esse transmutabitur subiectiue in esse,quod uidetur erroneū. Animaduertendum ꝙ physice & theologice concedendum est nihil generari ex nihilo,sed aliquid fieri ex nihilo per simplicem productionem,quā creationem uocamus , est necessum,quod Auer.non intellexit,ut postea disputabitur. H

Et quia corpus.)Infert duo corollaria ex dictis,primū est ꝙ cœlum careat omni potentia,& intelligas ad generationem. & hoc quia caret materia , quæ potentia ad utrunq;. uidelicet ad esse,& nō esse,ego uerò nō legi ipsum in propria lingua:tamen apud me sic habetur & quia corpus cœleste caret potentia ad aliquā dispositionem , nisi potentia generata:hoc est præter potentiā generatā hoc est in actu .q.d.ꝙ habet potentiā ad esse actu.apud alios legi.s.potentia generata.q.d.quia corpus cœleste caret potētia ad formam scilicet potētia generabili,& corruptibili, ideo istud subiectum caret potentijs, quid denominetur possibile esse, & possibile non esse.

Et q̄a caret.)Scđm cōsequēs est ꝙ q̄a caret materia q̄ est potētia ad utrūq; , iō caret forma q̄ sustētatur ꝑ hoc subm .q.d.ꝙ forma cœli nō est educta de potētia materiæ cœli

I nec depēdet inesse, & in conseruari a materia illius.

Et fuit necesse.) Declarat hoc secundum & uult ꝙ forma cœli sit liberata ab hoc subiecto: quod est materia potētia ad utrūq;, & sic non dependet in esse & conseruari a cœlo sed corpus cœleste constituitur per illam: hoc est dependet in esse & conseruari ab illa. Animaduertēdum, ꝙ duplex est forma: quædam reponens subiectum: cui inest in specie, dans illi esse, & conseruationem, & etiam dependēs in esse, & conseruatione à subiecto, ut sunt animæ animalium ut equi bouis & id genus, & tales formę habent materiam quæ est potentia ad utrunq; hoc est ad esse, & non esse. Alia est forma quæ constituit subiectum in esse, reponens illud in specie, non autem econtra constituitur ab illo in esse, et hoc modo anima cœli est forma cœlestis materiæ, quatenus constituit illam inesse, illaq; dependet in esse conseruationeq; ab ea: qua ratione materia cœlestis est in potentia ad animam, non secundum utrūq;, sed secūdum dimidium contingentis hoc est ad esse tantum. Ex his sequitur ꝙ intelligentia superior est forma intelligentiæ inferioris, & forma cœli est forma cœli quidem secundum esse reale, quo constituit cœlum in specie, & esse, sicut anima equi constituit equum in specie equi. Secundum esse uerò intentionale est forma intelligentiæ inferioris. omne enim intelligibile est forma intelligentis. uerum de materia & forma cœli in libro de substantia orbis satis scribimus, & in libro de cœlo, nunc uero sit dictum intantum.

Duplex formę.

Correlariū

K

RECO. { Cum probasset inductione in his, quę fiunt generatione naturali, & substantiali, ꝙ necessarium sit subiectum, nunc, ut Alexander inquit & Syrianus probat ꝙ necessarium sit subiectum per inductionem secundum omnes modos, quibus fiunt ea. quæ fiunt, etiam generatione naturali, & substantiali. Themi. uero, ut in cōmentariis diximus, asserit ꝙ cum Arist. induxisset in generatione naturali, nunc inducit in generatione artificiali enumerādo omnes modos, quibus fit res artificialis, & hæc expositio est uera quoniam huic consonant exempla, ac modi generādi & dicit, { fiunt autem quæ fiunt simpliciter } .i. ut uł'iter dixerim in artificialibus non enim accepit simpliciter pro generatione, quæ est in substantia, ut græci uelle uidētur, & Simplicius annotauit { alia quidem transfiguratione, ut statua ex ere } ueluti cū eliquescit ęs, & per uas concauum fit statua, nam nō aliquid additur, aut demitur, sed sola trāsfiguratione statua ex ipso ære fit. { alia uerò ex appositione, ut quę augumētanᵗ } ceu paries, ex lapidibᵘˢ, calce, cemētis, & arena. { alia uero subtractione, ut ex lapide } subtractiōe fit { Mercurius } fit.n. Mercu. cū ex lapide partes subtrahūtur { cōpositione uero alia ut domus } q̄ fit cōpositiōe lignoꝝ, & parietū { alteratione uerò alia, ut quę conuertuntur } ut cum fit triticū, nō tamen absq; natura, ars.n. disponit, natura uerò formam efficit, tunc concludit, &. q. d. si omnia artificialia, quæ secundū hos modos fiunt, ex subiecto fiunt, { manifestum, quoniam ex subiectis fiunt } ꝙ autē omnia hæc ex subiecto fiant, patet quoniam in transfigurato & apposito, & subtracto, & alterato, & composito, est aliquid, quod transfiguratur, & cui apponitur, & subtrahitur, & cōponitur, & alteratur, quare hæc omnia ex subiectis fiunt. Quærit Alexander quo pacto posuit modū qui secundum transfigurationem est, differre à modo, qui est secundum alterationem, cum figura ipsa etiam sit qualitas. potest dici, ꝙ alteratio proprie est secundum passibiles qualitates, at figura non est passibilis qualitas, licet sit qualitas. scias tamen ꝙ Simplicius aliter exposuit, sed q̄m eius expositio nullo modo placet, bona fronte prætermisi illam.

L

M

Dilucidatoris tex. cōmē. 64.

Quare perspicuum ex dictis est, ꝙ omne quod fit semper compositum est. Et ꝙ est quidem aliqd quod fit, est uerò aliquid quod fit hoc, & hoc duplex, quia aut subiectum: aut oppositum. Dicetur autem opponi quidem imusicum. subiici uerò hominem. Itemq; infigurationem atq; informitatem aut inordinationem uoco oppositum. ęs auté uel lapidem, uel aurum subiectum appello. N

ANT { Quare manifestum ex dictis est, quoniā quod fit omne semper compositum est, si est quidem aliquid quod fit, est autem aliquid quod hoc fit, & hoc dupliciter, aut enim subiectum, aut oppositum. dicitur autem opponi non musicum, subiici uerò hominem & infigurationem & informitatem, & inordinationem oppositum. ęs autem aut lapidem, aut aurum dico subiectum.

ti καὶ et

Exposi. Ex rationibus tactis cōcludit propositum, ut uult Themistius, & inquit, quare perspicuum ex dictis est ꝙ omne quod fit, semper compositum est. uidelicet, ex materia & forma, & litera sequēs potest esse pars conclusionis. & tūc legetur. & patet ꝙ in ipso composito est quidem aliquid quod fit. est uerò, aliquid quod fit hoc: aut fortasse particula illa græca καὶ est reddens causam, & tunc legatur { quoniam in ipso composito est quidem aliquid quod fit est uero aliquid quod fit hoc. & hoc duplex, qa aut subiectum, aut oppositū } & hoc declarat, & inqd { dicetur autē opponi quidem imusicum, subiici uerò hominem. itemq; infigurationem informitatem aut inordinationem uoco oppositum } siue contraria. ęs uerò uel lapidem uel aurum subiectum appello. est itaq; syllogismus, omne in quo est aliquid quod fit utpote forma: qua uel secundum quā fit, & id quod fit hoc, quando fit, ex materia & forma fit. Sed id quod generatur est id in quo sunt hæc: igitur ex materia & forma fit. O

Intendit.) Auer. primo præponit necessaria generationi. secundo mouet dubitationem. De primo uult in generatione esse tria id quod generatur. uidelicet. formā, quæ proprie generatur, & est id quo cōpositum ipsum generatur. Secundo est materia: quæ in generatione fit hoc uel illud. Est tertio compositum quod in rei ueritate generatur. Est quarto oppositum uidelicet priuatio, quæ est de necessitate generationis, nam ipsum non esse necessario præcedit esse, aliter non esset genitum. sed semper fuisset. P

Sed non esse.) De secundo dubitat Auer. quo modo uult ꝙ priuatio sit pars generationis. unde inquit, sed nō esse. i. priuatio recedit a forma. & econtra, quo fit ut generatū solum ex materia fiat a forma, tunc arguit quo modo dixit ꝙ omne generatum est semper compositum ex aliquo quod generatur, & ex aliquo quod est generatū, & hoc duobus modis, quasi uelit ꝙ id quod generatur sit ex forma. & eo quod fit ambobus illis modis. & sic ex priuatione, quod falsum uidetur: cum illa recedat. Animaduerte ꝙ hęc dubitatio contingit in translatione sua, nam in nostra, & maxime secundum primam expositionem hæc dubitatio nulla est, ipse enim ex dictis duo concludit, & ꝙ composiū fiat, & ꝙ duo sint in generatione ipsa, alterum quod fit ut forma, alterū quod fit hoc, quod secatur in duo. modo ex hac litera nō habetur ꝙ generatum fiat ex priuatione. Ideo quæstio non est ad propositum. Q

Forte igitur.) Quicquid sit de litera, q̄m fortasse secundum expositionem secundam uidetur haberi priuationem esse generati quicq;. Propterea respondet dupliciter & primo uult ꝙ per generatum possimus intelligere generatū in facto, & ipsum in fieri. Si in fieri, sic tria sunt illius principia. materia ut in quo, forma ut ad q̄d, priuatio ut e quo. & sic priuatio potest esse pars generati saltem in fieri. In facto uerò partes gn̄ati sunt materia & forma: tametsi materia ipsa semper habeat priuationē formę cōtrariæ annexā.

Aut sermo.) Respōdet secundo ꝙ ipsum generatū integratiue siue constitutiue est ex materia & forma. dispositiue atq; præparatiue est ex priuatione, quia esse nō potest nisi præsupposita priuatione. Sed circa hæc accidit dubitatio quid per se primo generatur. mouetur hæc quæstio, quia Aristo. & Auer. uidentur dicere ꝙ forma, & ꝙ compositum

Quæstio an cōpositū generetur

A positũ, & supra ait q̃ mã est id quod in rei ueritate gñatur. lo.7.meta.q.16.copiosis uerbis se expedit, & cõuertit sermonẽ suũ ad terminũ generationis. & tunc uult tria. Primũ q̃ cõpositũ non est terminus gñationis p se primo, ut distinguit contra scdãm partẽ qm cũ nõ generet ẽm mãm, generat ẽm formã igr per partẽ. Secũdum est q̃ cõpositũ est p se primo terminus gñationis, capiẽdo p se primo p eo quod p se includit cãm terminãdi gñationẽ. nã includit formã, quę p se est cã terminãdi generationẽ. Tertiũ est. q̃ forma est p se primo terminus gñationis, qa ipsa est pcisa cã terminãdi gñationẽ. ulterius in rñsione ad dubia uult q̃ forma p se prio generet, & cõpositũ, alia atq; alia rõne. Sed

Cõfutatio hęc põ quãtũ ad hęc duo uidet dubia. prio uidet dubiũ qd forma possit dici terminus gñonis aliquo mõ. Scdo uidet q̃ q̃q̃ fora uel ipsum cõpositũ sint per termini gñonis: nec

Declaratio primi. debet dici genita, nec gñari. Primũ declaro. prio, qa gene-

1 ratio. ratio est ad eẽ, igr primo ad id quod magis est, sed cõpositũ magis est. Forma uero est pars entis. igr absolute cã ge-

Secunda. nerationis est cõpõ, & nõ forma. Secũdo id uidet esse terminus gñonis, quod p se subsistit, mõ cõpositũ per se subsi-

B stit. forma uerò est in cõposito. Secũdo declaro secũdũ. pri-

Declaratio secundi. mo forma uel cõpositũ sunt p se termini gñonis. igitur nec gñant, nec dñr esse genita. Deduco eẽ id quo aliud denoĩat

1. ratio. gñari, ipsum nõ dicit gñari, ut qm albedine paries est alb⁹,

2. ratio. ideo albedo nõ est alba. Secũdo id quod est gñatio, ipm nõ gñat, ut nec albificatio albat. Sed fora ipsa genita ẽ generatio sicut calefactio est caliditas, ut dicit. 5. phy. cõ. 19.

Sol. ppria igit ipsa nõ di. it gñari nec genita. Propter hæc dico prio

Triplex eẽ. de termino gñonis. Secundo qd denoĩat uel dicatur gñari. De prio dico. q̃ triplex est eẽ, essentię, exñtię, & subsistẽtię. esse eẽntię est quo res, ipsa definitionẽ participat. eẽ exñtię est quo res ipsa est extra nihil, & extra suas cãs. eẽ uero subsistẽtię est, id quo ipm subsistẽs quod nõ est accñs alicuius. nec pars alterius. Quibus pmissis dico q̃ cũ gñatio terminetur ad eẽ, sicut multiplex est eẽ, ita multiplex põt eẽ terminus, de esse eẽntię loq non possumus, qa illud eẽ nõ põt

C eẽ terminus gñonis, qa est æternũ sp in suis causis cõsistẽs. Restat ut duplex sit esse gñabile, ut exñs, & ut subsistens.

Primum. Tunc dico prio q̃ terminus gñonis p se primo in rõne existẽtis est forma, ipsa. pbo, qa ipsa pprie uere est. 2. de aĩa. p ipsam quoq; cõpositũ ponitur extra suas cãs. igitur ipsa est

Secundum p se terminus gñonis. Secũdo dico. q̃ p se primus terminus gñonis in rõne subsistẽtis est cõpositũ, nã ipsum pprie subsistit, cũ nec sit accñs alterius, nec p se alicuius. Hæc de

De secũdo Prima rõ prio. De scdo uerò dicẽdũ est q̃ materia siue subtũ dicit gñari, aut genita. Declarat, illud pprie debet dici gñari, quod recipit gñonẽ, ut paries dicit albescere, nõ albedo. qa

Secunda. ratio. paries recepit albificationẽ. Scdo illud pprie dicit gñari. quod recipit formã, quę est cã denõationis, ut qa paries recipit albedinẽ, q̃ est cã denoĩandi albũ. Materia uerò recipit formã, quare ipsa. pprie dicitgñari. Ex his cõcedo q̃ forma & cõpositũ sunt p se termini gñonis, nõ tñ denoĩan

D tur gñari. & si Arist. & Auer. dicãt. hæc gñari: intelligi debet improprie, sicut iproprie albedo dicit alba, qa ut supra dixit Auer. qd in rei ueritate gñat est materia: hęc de qõne.

A Et etiam.) Tertio arguit. si materia haberet aliquam formam propriam: cum illa sit sibi specifica & ultima, omnis forma adueniens erit accidens: cetera patet. Sed circa uerba cōmenti dubitatur primo, quia Auer. ait materiam non eē ens in actu: & nullam habere quidditatē, & propterea non est intelligibilis, uidetur quod hoc sit falsum: quoniā materia est ens realiter distinctum à forma. igitur habet quidditatē aliam à forma. Secundo dubitatur. quia ait. quod materia cognoscitur per comparationē ad substantiam compositam, & ad formam. Videtur enim quod bene per comparationē ad substantiam compositam, sed quomodo ad formam, non declarat. Tertio dubitatur, quia uult materiā esse unam numero, & cōmunē omnibus: nam primo metaphy. com. 31. dicitur quod unum numero non inuenitur in pluribus: igitur cum ipsa sit una numero nō potest esse cōmunis pluribus. Quarto dubitatur quia hic habetur materiam non habere nisi unam formam. tertio uerò cœli cōmen. 67. habetur. quod in mixto sunt quatuor elemētariæ formæ, & quinta forma mixti specifica, maxime quia nos tenemus formam corporis esse materiæ coæternā. hæc quātum ad cōmentum occurrunt. Dicendum per ordinē, ut alias soliti sumus dicere quod definitio potest esse duplex: absoluta, & relatiua siue similitudine rationis. Absoluta est per uerum genus, & ueram differentiā, & quia omne ens in specie uel in genere constitutū habet differentiam, quæ sumitur à forma, ideo omne definibile definitione absoluta est habens formam hoc est compositū ex materia & forma: aut est ipsa forma. Ex hoc patet error recentiorū: qui credunt quod quia materia est ens distinctum à forma, debeat habere propter hoc definitionem: ubi. n. ipsa haberet definitionem, esset aut forma: aut habens formam. & sic patet solutio ad primam. Ad secundam dici potest: & ipsa materia habet definitionem relatiuam ad formam, & ad substantiam cōpositam, relatio uerò est duplex: aut inter quatuor terminos: aut inter duos tantum terminos, inter quatuor terminos uocatur proportio, & hoc modo definitur acuties uocis, est. n. uocis acuties subtilitas ita se habēs ad uocem ut acuties gladij ad gladium. Inter duos uerò uocatur simplex relatio: & hac formula definitur pater: est. n. pater qui habet filium. Tunc dico quod materia in comparatione ad substantiam compositam definitur per proportionem in quatuor terminis, sic uidelicet materia est subiectū ita se habens ad omnes formas ut cæra ad omnes figuras. In comparatione uerò ad formā definitur per relationē inter duos terminos. ita uidelicet materia est quæ habet formam. Ex his patet quod prima definitio competit materiæ & quatenus materia, & quatenus subiectū, secunda uerò tantum quatenus subiectum: non. n. materia habet formā: nisi ut subiectum. Sequitur etiam quod materia definitione prima magis cognoscitur: cum cognoscatur tam ut subiectū quam ut materia, per secundam uerò minus: cum tantum cognoscatur ut subiectum. Tertio patet materiam esse relatiuum quoddam: & referri ad duo. Tum ad substantiam compositam: ad quā proportione refertur, & respectu eius ipsa definitur in quatuor terminis. Tum ad formam ad quam habet relationē tantum, & respectu illius per duos terminos describitur. Ad tertiā dici potest quod duplex est unū numero apud Auer. positiuū, ut Callias & Plato & hoc modo nō pōt esse cōmune pluribus, alio priuatiue, quō cera respectu figurarum, & sic pōt esse cōmune pluribus de unitate materiæ qualis sit. 12. meta. com. 14. ab Auer. perquire: et à nostris abbreuiationibus ibidē. Ad quartā respondent iuniores quod dictū Auer. hic intelligitur de formis perfectis non recipientibus magis neque minus: de formis uerò suscipientibus magis & minus loquitur. 3. cœli. Sed hoc non pōt stare, quoniam intensio & remissio non uariant speciem, igitur si formæ quatuor elemētorum pñt esse in uno mixto: illud esset in quatuor spēbus. Ideo aliter dico quod formā recipi in aliquo bifariā est, aut ut disponens tm̄, quō qualitates & id genus præsunt in materia, aut perficiens quō forma ultima. Tunc si prima regula, quælibet forma recepta ut disponēs tm̄, nō reponit subm in specie. nec in esse ultimo. Secunda regula, quælibet forma quæ inest subto ut perficiens cōstituit subm in spē atque esse ultimo. Tunc dico quod Auer. hic uult nō esse plures formas in cōposito ut perficiētes, quia tunc reponeretur in pluribus speciebus. Tertio uerò cœli uult plures posse esse formas ut disponētes: qua rōne fit ut mixtū nō reponatur per eas in quatuor speciebus. sed in specie ultimæ formæ, cū illa tm̄ in materia recipiatur ut perficiens tm̄. de his anno preterito diximus multa in lib. de generatione, & etiā in libello de mixtione. hæc satis. Quærere solebam, utrum materia sit intelligibilis per se, & uidetur quod sic, omne ens reale est intelligibile per se, materia est ens reale, igitur per se intelligibilis. In contrariū est Arist. qui uult materiam non esse per se intelligibilem, nisi similitudine rationis, ut dictū est. In isto quæsito sunt positiones. prima est nōnullorum, qui tenent materiam esse intelligibile per se absolute, & non per formam. hanc persuadent. primo quicquid continetur sub per se obiecto intellectus est per se intelligibile. sed materia continetur sub ente, per se igitur est per se intelligibilis. Secundo omne quod est in actu aliquo modo, & nō per formam: potest intelligi ab intellectu per se, sed materia ipsa est aliquo modo in actu, saltem entitatiuo, igitur est per se intelligibile. Tertio omne quod est pars quidditatis est per se intelligibile, sed ipsa materia est pars quidditatis, igitur per se intelligibilis. Quarto. intelligibilitas est propria passio entis, materia est ens distinctum a forma, igitur habet intelligibilitatē aliam à forma: & per consequēs est per se intelligibile multæ aliæ rationes possunt fieri: sed hæ sufficiant. Propter hæc uolunt materiam esse per se intelligibile terminatiue: non autem motiue, terminatiue quidem, quia potest terminare operationem intellectus: & per se propria terminatione. non autem potest mouere intellectum, quia non potest facere phantasma in actu. Sed hæc positio est expresse cōtra Aristo. & Auer. Aristo. enim ait ipsam non esse intelligibilem, nisi similitudine rationis, & ad formā, & ad substantiam compositam. idem Themistius in paraphrasi expræsse ait. Et arguo rationibus primo omne per se intelligibile est in actu uel actus. 9. meta. tex. com. 20. sed materia nec est actus, nec habens actum, ut probaui alias igitur nō intelligibilis per se. hæc ratio est Auer. in principio commenti. Secundo intelligatur per se materia: aut igitur intellectus tunc phantasma speculatur, aut non, si nō tunc sine phantasmate intelliget anima, cōtra totum tertium librum de anima, si speculatur phantasma. aut materiæ, aut formæ: aut compositi, non materiæ, quia tunc materia posset agere phantasma, & sic posset mouere intellectū si formæ uel compositi: hoc dixit Aristo. materiā eē intelligibilem per analogiam ad formam & substantiā compositam. Tertio, oē per se intelligibile debet per se, aut per propria accidētia mouere sensum: sed materia per se nō mouet sensum nec propria accidētia, cum nulla hēat propria, quēadmodum nec formam propriam: igitur non potest per se intelligi. Quarto materia est ad aliquid ut ad formam & substantiam compositam. secūdo huius. com. 26. igitur nō est absolute intelligibile, propter hæc & alia multa tenemus cum Aristo. Themistio, & Auer. & expositore, quod materia nō sit intelligibilis nisi relatione, aut ad formā, aut ad substantia compositam, & hoc intellectu simplici, per accidēs uerò tam intellectu cōmuni, quam discursiuo intelligi potest. Animaduertēdum pro solutione rationum quod multū refert dicere hæc est per se materia est intelligibilis, & dicere materia est intelligere per se. Bene enim concedunt peripatetici hanc esse per se, materia est intelligibilis, saltem secundo modo per se, sed negabunt materiam esse intelligibile per se, quia esset sensus quod ipsa sit ens quod per se absolute absque omni alio possit intelligi. Secundo animaduertendum quod non differt apud peripateticos posse mouere intellectum & terminare intellectionē. Nam intellectus est uirtus passiua, & intelligibile uirtus actiua, & ita omne intelligibile cōparaē ad intellectū ut forma, & per consequēs

Marginal notes (left column): Dubōnes; Secunda.; Tertia.; Quarta.; B; Definitio duplex.; Solutio. 2.; C; Ad formā.; Pri. illatio.; Secunda.; Tertia.; Solutio. 3.; D; Ad quartā

Marginal notes (right column): E; Secunda.; Solutio; Quære; F; Secūda rō.; Tertia.; Quarta.; Solō eorū.; Cōfutatio.; G.; Prima rō.; Secunda.; Tertia.; Quarta.; H; Nota pri.; Nota. 2.

I omne intelligibile mouet intellectum. Tunc ad rationes ad primam dico ꝙ minor est falsa, quoniam materia non continetur sub ente, nisi propter formã, & ut est pars compositi. igitur non continetur per se sub ente. Ad secũdam patet solutio, est enim minor confutata supra. Ad tertiam similiter minor est falsa: ut etiã supra diximus. Ad quartam, quidã concedunt ꝙ materia habet distinctam intelligibilitatem aliam ab ipsa forma, loquẽdo de intelligibilitate naturali, sed loquẽdo de ĩtelligibililate respectu nostri: illa nec est per se passio entis, nec competit materia. Aliter potest dici ꝙ materia ut est ens ita est intelligibile modo cum non sit absolute ens, nisi per habitudinem ad formam & ad substantiam compositam, ideo non potest habere intelligibilitatem, nisi relatiuam. debet igitur in maiori addi quicquid habet distinctam entitatẽ absolutam: habet distinctam intelligibilitatem, sic autem minor est falsa. Hæc de quæsito isto.

Solutio

Rñsio pri.

Rñsio. 2.

RECO. K { Quoniam ea, quæ de materia assignata exempla sunt ut { homo, & semen, & si quid aliud est id genus, non ꝓprie { materiam faciunt scire, nunc docet quonam modo materia est scibilis ubi animaduertẽdum: ut Simplicius admonet, aliquid intelligi posse aut per astractionẽ, & hoc pacto intelligitur id omne, quod imaginẽ, uel formã habet, quo etiam modo fortasse forma naturalis posset intelligi, aut per analogiam: per quã ad alia se habet hanc autem per analogiam cognitionẽ, illegitimam consideratione appellauit Plato, quoniam non fit per abstractionem formæ, sed potius per negationem, & tanq̃ lusca fit, qui. n. uult intelligere materiam, prius debet eam intelligere, ut informæ quippiam, quare per negationem eam intelligere oportet propterea dicit { subiecta autem natura scibilis est } non per se generando in intellectu propriam speciem, qua per se intelligatur, quod Simplicius per abstractionẽ intelligere appellat { sed secũdũ analogiã, } quod potius est per abnegationẽ formæ, & exponit quo modo per analogiam, & dicit, { sicut enim ad statuã } quod est compositum quippiam ex ære, & quadam figura, se habet { æs, aut ad lectum lignum, aut ad aliqd aliorum, quę habent formam in materia, & } sicut { se habet in formę prius quã accipiat formã } subaudi ad formam, & respondens singula singulis, ad primam quidem comparationem. d. { sic ipsa } . s. materia { se habet ad substãtiam, & ad hoc aliquid } . i. quæ substãtia est hoc aliquid, & quoddam compositum, ad secundam uerò comparationem. d. { & ad ens } id est & ad formam, respectu cuius est informæ quippiam, ergo hæc cognitio per analogiã est illegitima, ut dixit Pythagoricus Thimæus in proprio opere, quoniam est per negationẽ formæ ab ipsa materia, non autem per abstractionẽ similitudinis à re, quæ intelligitur, oportet. n. eum, qui debet intelligere materiã, prius remouere ab ea formã, qua intelligitur ut informæ & ut subiectum in potentia quare per negationem formę intelligibilis est. Tum quasi epilogando dicit, { unũ igitur principium est ipsa } . s. materia { non sit unũ existẽs, nec sic ens, sicut } est unũ ipsum { hoc aliquid } & sicut est ens ipsum hoc aliquid, & substantia composita, licet materia sit magis propinqua ad ipsum hoc aliquid q̃ priuatio. { unum autem } id est alterum { autem } . s. principium est { quo ratio, } id est forma. { est autem } . s. tertium { contrariũ } hinc priuatio. igitur principia tria sunt quo uerò ad uerba attinet, scias hæc uerba greci legi μι'α δὲ ἡ ὁ λογὸς ubi uerbũ ἡ obscuram reddit literam, qm̃ est fœminini generis, λογὸς autem masculini, dici tamen potest ꝙ particula ἡ adiuncta est non illi uerbo λογὸς, sed illi uerbo ἀρχὴ id est principium, quod apud græcos, est fœminini generis. q. d. alterum principium est, quod ratio, & forma. Alexander autem dicit in quadam scriptura nõ legi uerbum. ἡ, sed sic { unũ autem ratio } . q. d. secundũ uerò principiũ est ratio. Quæsiuimus in cõmẽtarijs an materia ipsa sit per se intelligibilis, dixerunt nonnulli intelligibile trifariã dici, per se motiue, ue ens sensibile, siue

Cognitio illegitima.

L

M

Greca uer.

Questio de intellectione materię

{ sit forma, siue sit formã habens ꝑ se terminatiue, ut quicquid potest per se terminare operationem intellectus primam. & tertio modo per accidens, & hoc uel quia cõiungitur ei, quod per se mouet intellectum, ut substantia, aut ei, quod ꝑ se terminat actum intellectus, ut priuationes tunc dixerunt primo materiam non esse per se intelligibilem motiue, quia nec est actus, nec habens actum, secundo ꝙ est per se intelligibilis terminatiue, primo quia continetur per se sub ente, quod est primum intellectus obiectum, deinde quia est in actu aliquo pacto saltem entitatiuo, & quidẽ distincto à forma tertio quia est pars quidditatis demum quia entis est ipsa intelligibilitas affectio. N

Prima pa

Sed pace tantorum uirorum dixerim, hæc opinio nõ est Peripatetica, primo quia nihil per se est intelligibile à nostro intellectu, nisi sit per se intellectus motiuum, hoc est nisi sui ipsius speciem in intellectu possit generare, quod Simplicius authoritate Platonis, & Aristo. & Pythagorici Thimæi probauit, & hoc secundo meta. in dilucidario probaui, primo q illud, cuius definitio est impati & moueri ab intelligibili. ad nullum intelligibile cõparari põt, nisi, ut passiuum ac aptum moueri ab illo. At definitio intellectus est in pati & moueri ab intelligibili, ut tertio de anima satis explicatum est, igitur ad nullum intelligibile cõparari potest, nisi, ut passiuum, & mobile. Insuper omnis terminus alicuius actionis per illam actionem accipit esse potest non esse, ut terminus generationis per generationem, & terminus alterationis per alterationem, & terminus auctionis per auctionem semper esse accipit, quo fit, ut terminus intellectionis per ipsam intellectionẽ accipiat esse, sed hoc est falsum, cum intelligibile sit ante ipsum intelligere. Demum si intellectus posset aliquid intelligere, à quo non pateretur, tunc eius natura non esset, q̃ passibilis tantum uocaretur, quandoquidem alia ratione uocari potest non passibilis saltem respectu eorum, à quibus non pateretur. Ex hisce sequitur duplex tantum esse intelligibile, per se quidẽ quod per se potest in intellectu propriam speciem generare, & hoc uocat Simplicius intelligibile ꝑ abstractionẽ, hoc pacto est intelligibilis forma sensibilis, uel id omne, quod sensibilem formam habet per accidens uerò. quod uel coniungitur ei, quod est per se hoc pacto intelligibile, uel quod relatione, uel proportione ad per se intelligibile intelligitur, ut in cõmentarijs declaraui, & hanc intellectionem Simplicius uocat illegitimam. Tunc dicerem materiam non esse intelligibilem per se, cum non possit per se mouere intellectũ: est tamen intelligibilis per accidens, aut relatione: qa est subiectum, & materia formæ, aut proportione, qa ita se habet ad formas, ut substãtia cõposita, quod est corpus naturale, ad formas artificiales. Tunc licet rationes oppositę opinionis sint deletę in cõmentarijs, tamen rursus prima diluitur, quia obiectum ꝑ se intellectus est ens sensibile, uel habens ens sensibile: at materia non est ens sensibile, nisi propter formam, uel propter substãtiam cõpositam, ideo propter illa intelligitur. insuper dato ꝙ ens sit obiectum intellectus, non tamen est per se obiectum intellectus ex parte sui, & ex parte intellectus, sed tantũ ex parte intellectus, quoniam intellectus nihil per se intelligere potest, nisi sit ens, tamen aliquid potest esse ens, quod nõ per se intelligitur ab intellectu. Præterea Auerroes diceret ens esse per se obiectum intellectus, materiam tamen non diceret esse per se ens, sed propter formam, aut propter substantiã compositam, secunda uerò diluitur, quoniam licet materia sit in actu entitatiuo, non tamen est in actu sensibili, & ideo nõ potest per se mouere intellectũ. Auerroes etiam negaret, quoniam asserit materiã omne esse habere à forma, cuius est subiectum. Diluitur quoq; tertia qa Auerroes asserit materiam non esse partem qdditatis, nisi per accidens, quatenus defert formã, quæ est tota qdditas. Vltima diluitur ex eo, qa bene intelligibilitas per se enti competit. non quidem perseitate entis, sed perseitate passionis, quæ est ipsa intelligibilitas, quoniã

Refutatio

Suppõ.

O Disputatio ne. 2. ca. 3

Duplex intelligibile

P

Q

A multa sunt entia per se, quæ non sunt per se ab intellectu nostro intelligibilia, ut materia, & dimensio, & intelligentiæ cœlestis & numerus stellarum, tamen nihil potest intelligi nisi ens, quia igitur materia per se non potest mouere intellectum, per se quoq; non erit intelligibilis, quare erit intelligibilis per accidens. Sed quonam modo per accidens intelligibilis, licet in cōmentarijs sit expositum satis dilucide, tamen dicamus primo ꝙ materia nō sit scibilis, siue cognoscibilis per se generando propriam speciē in intellectu, aut per se absoluta definitione, alioquin aut esset forma: aut habens formam, ut in cōmentarijs deduximus, Secundo dicamus ꝙ materia non est intelligibilis per accidens, quia inest alicui, quod est per se intelligibile, cum materia nulli insit. Tertio dicamus ꝙ materia ipsa sit cognoscibilis atq; scibilis per accidens, quoniam definitione relatiua, quatenus aut ad formam aut ad substantiam compositam refert, non tamen eodem modo, quoniam ad formam refertur materia ipsa relatione, quæ est

Quomodo materia sit p accidens intelligibilis.

B inter duos terminos, ueluti pater ad filium, & ecōuerso refertur. & ideo pater definitꝰ ꝙ sit qui habet filiū, & econuerso. ad substantiam uerò compositam refertur relatione, quæ est in quatuor terminos, modo quo acuties uocis describitur est. n. uocis acuties tenuitas ita se habens ad uocem, ut acuties gladij ad gladium. Tunc dicamus materiam relatione ad substantiam compositam intelligi definitione, quæ est in quatuor terminis. Sic uidelicet materia est subiectum ita se habens ad omnes formas, ut cæra ad omnes figuras. relatione uerò ad formam intelligi definitione, quæ est inter duos terminos hoc pacto materia est, quæ subijcitur omnibus formis. Materia igitur ꝑ accidens intelligibilis est, quoniam intelligitur per speciem corporis naturalis, quod est substantia composita, atq; materia artificialium, atq; formarꝫ accidentalium. & per speciem abstractam à forma sensibili. species. n. quæ abstrahitur à corpore naturali quæ est substantia composita, per se substantiam compositam, representat, per ac-

C cidens autem materiam, quæ proportione est ei similis ita se habens ad formas substantiales, ut corpus naturale ad artificiales, & ad accidentia. similiter species, quæ abstrahitur à forma sensibili, quæ est in materia, ꝑ se representat formam, per accidens uerò materiā, quæ illi subijcitur, uel subijci potest recte ergo Simplicius asserit intellectionem, qua materia intelligitur, esse illegitimam, quoniam siue intelligatur per relationem ad formā, siue per relationem ad substantiam compositam, semper intelligitur per accidens, & non per abstractionem speciei ab ipsa, sed uel per abstractionē speciei à forma, uel per abstractionem à substantia composita, quæ est corpus, atq; materia accidentalium formarum, sed siue sic, siue sic nō est intelligibilis ꝑ accn̄s, quia materia alicui insit, qđ est ꝑ se intelligibile, cū materia nulli insint, sed oīa ei.

Dilucidatoris tex. com. 70.

Hæc autem, quonam modo duo sunt atq; quomodo plura: pauloante dictum est. primum quidem igitur dictum est contraria solum principia

D esse, deinde necessarium etiam esse quoddā aliud subiici, triaq;. esse. Ex his uerò quę nunc, patet quęnam est contrariorū differentia, & quomodo principia se habent inter se, & quid est ipsum subiectū: utrum tamen forma ipsa substantia sit aut subiectum: nondum patet. Sed ꝙ principia tria, & quomodo tria, atque quis ipsorum sit modus patet. Quot quidem igitur & quæ sint principia: ex his perspectum.

ANTI. Hæc autem quo modo duo, & quo modo plura, dictum est in his, quæ superius. Primum quidem dictum est, ꝙ principia contraria solum sunt. posterius autem ꝙ necesse est & aliud subiici, & esse tria. Ex his uerò nunc manifestum est, quæ differentia contrariorum est, & quo modo se habent ad inuicem principia, & quid subiectum. Vtrum autem substantia species, aut nondū manifestū est. Sed ꝙ principia tria, & quo modo tria, & quis modus eorum, manifestū est. Quot igitur & quę sint principia, ex his consideretur. E

Hæc pars est epilogus tam eorum quæ antedixit, ꝗ̄ eorū quæ nunc. Excusat se tamē. quia nondum patet an forma uel materia ipsa: aut ambæ sint substantiæ. Addit tamen Themistius alias quæstiones, quas Arist. prætermisit, quoniam ad curam superioris philosophi maxime pertinere uidentur. Et sermo totius patet.

Et iam.) Cōmentum patet: sunt tamen nonnullæ digressiunculæ animaduertendæ, prima est quomodo materia & forma sunt inuicem causæ, & uult ꝙ sint sibijnuicē causæ secundum esse materia quidem est causa formæ, quatenus ipsa forma esse non potest absq; materia, igitur dependet e materia in genere subiecti, qua ratione accidens dependet e substātia, forma uerò est causa materiæ, Tum essendi. Tum essendi in actu. essendi quidem, quoniā materia esse non potest absq; forma: imo materiæ considerate penitus sine forma nihil correspondet præter priuationem quæ non est ens extra animā. 12. metaphy. com. 14. essendi uero in actu, quoniam materia recipit esse formale & specificum à forma, quatenus per ipsam efficitur pars compositi entis in genere & specie. De hoc dicemus secundo huius commentis. 12. & . 30. F

Et modus essentiæ.) Secunda digressiuncula continet multas partes. prima qualiter materia se habeat inter entia & non entia. Et dicit primo, ꝙ modus suæ essentiæ nō est demonstratum in actu tanq; indiuiduum substātiæ, ut nōnulli antiquorum dixere. Dicit secundo, ꝙ est mediū inter esse simpliciter. & non esse simpliciter, hoc est, est subiectum capax priuationis & formę, per medium enim intelligit subiectum commune utrisq;. per esse in actu intelligit formam, aut compositum, per non esse intelligit priuationem materia itaq; est mediū subiectū & cōmune utrisq;. Aliter pōt intelligi, ut recentiores exponunt, & bene. G

Et accidit.) Secunda pars est ꝙ accidit suæ substantiæ esse in potentia omnes formas ad hunc sensum ꝙ potentia eius nō sit substantia eius, ut sit pars definitionis genus uel differentia materiæ, probat primo, quia si potentia esset essentia uel substantia materiæ, tunc in aduentu formæ desineret materia esse omnino, declaratur, quia definit potentia ad illam formā, igitur desineret simpliciter materia.

Et uniuersaliter.) Secūdo si potētia esset substātia & essentia materiæ, tunc in aduentu formæ materia secundum se & quodlibet sui corrūperetur, & sic nihil materię esset.

Et esset. Tertio, materia est in prædicamento substantiæ, potentia in prædicamento relationis, igitur essentia materiæ non est potētia. Ex his dat ꝙ materia est substantia nō potentia, neq; priuatio, sed substantia, cum pars substātię sit substantia, reliqua patent. Sed circa hic occurrunt dubitationes: prima quia Auer. in libro de substantia orbis. capite primo & in cōmento meæ expositionis. 13. dicit totum oppositum. Inquit enim. unde natura huius subiecti recipientis substantiales formas. uidelicet primę materiæ, necesse est ut sit natura potentiæ. s. ꝙ potentia sit eius differentia substantialis: ecce totum contrarium huius. Dubōnes. H

Secundo cōtra rationes dubitatur. prima concludit uerū: nam in aduentu formæ materia desinet esse, quia habebat esse per primam formā, igitur adueniente alia materia habet nouum esse: & acquirit aliam definitionem, & sic non uidetur inconueniens: secunda ratio per idem destruitur, quia non differt a prima. Contra tertiam dubitatur: nam materia ipsa est in prædicamento relationis secūdo huius com. 26. & sic uidetur nulla. Dubitatur ultimo cōtra omnes, si potentia esset ad aliquid, utrum ad formam uel agēs hæc dubitatio est non parua. Multa possunt dubitari de potentijs materiæ quæ omnia in libro. de substantia orbis.

I potès legere. Circa has difficultates qcquid dixerim alias, nõ enim habeo pro inconuenienti in eodem libro dicere cõtraria:si cõtraria obiter occurrunt. Dico. ꝙ duplex est materiæ potẽtia una quidem absoluta:non quidem ꝙ nulla ratiõe relatiua sit ad operationem:sed eo ꝙ respicit generatim & indifferẽter omne genus, ac omneq; speciẽ,ac omne indiuiduũ formæ, & hæc est materiæ propria siue affectio,siue passio:siue(ut græce loquar)idiotropia hoc ẽ propria materiæ naturalitas:per quã ipsa primo & per se exit ad receptionẽ:altera potẽtia est respectiua:quæ nõ una rõne est:nam siquidem ad genus formarũ generalis est si uero ad speciẽ: specifica:at si ad indiuidua, indiuidualis. Tunc dico ꝙ potẽtia primo mõ est differẽtia materię:siue loco differẽtię posita:ut prima illius affectio:& de hac loquitur in de substantia orbis potẽtia uero secundo modo est in prædicamento relationis, & differt a materia, quando illa sit generabilis & corruptibilis omnino,materia uero non. Tunc patet ad primam. Ad secundã dico. K ꝙ materia in aduẽtu formæ desinit esse secũdũ indiuiduũ in actu, nõ tñ simpliciter desineret, ubi autem materiæ essentia essent potentia omnino & secundum esse actuale, & simpliciter desineret, queadmodum desinit potẽtia illa 12. met. cõ. 11. Ad tertiã dicẽdum . ꝙ esse in predicamẽto relationis potest intelligi dupliciter. Vno modo per habitudinem ad terminum:quomodo pater est ad filiũ,& dñs ad seruum,& hoc modo materia ut subiectum est in habitudine ad formã. Alio modo per habitudinem ad causam è qua simpliciter dependet,qua rõne effectus refertur ad deum, & hoc modo materia ipsa est in habitudine ad formam. Tunc dico ꝙ hic uult ꝙ materia sit ens absolutum à termino. In. 2. huius uult ꝙ sit relatiua ad causam, & hoc pauci intelligunt. Ad ultimam Ioãnes respondet ꝙ potentia est ad agens:declarat,quia potẽtia materiæ uel est actiua,uel passiua,non actiua, igitur passiua, igitur principiũ transmutandi ab altero inquantum alterum. Sed dices ad quod agens:an æternum ut cœlum,an corruptibile. Secũ L do potentia est formę:quia actus & potentia sunt relatiua. Ad primam dici potest,ꝙ refertur ad agens uniuersale et æternum utpote ad cœlum nec inconuenit unum esse terminum plurium secundum diuersas rationes,ut unus pater ad plures filios. Sic unum agens ad plures potentias secundum diuersam rationem. Ad secundum dicit Ioãnes materiam referri ad formam & ad agens alia atq; alia relationis specie,ad agens modo actiui ad passiuum,ad formã modo mensuræ ad mensuratum:quãdo forma sit materiæ perfectior,& oẽ perfectius sit mensura imperfecti. Multa alia in lib. de subãa orbis dicta sunt. Hæc satis.

RECO. { Quicquid sit dictum in cõmentarijs, nunc dicamus, ꝙ Aristo. in hoc textu epiloget,& tria faciat,& primo ꝙ epiloget,quæ olim disputata sunt de numero principiorũ. secunda ibi { ex his uerò nunc } q̃ dicta sunt nunc de principijs. tertia ibi { utrum autem substantia } excusat se à quæstionibus metaphysicis. de prima parte dicit, { hæc autem quo modo duo, & quo modo plura } .s. duobus, M { dictum est in his, quæ superius } nam primo probauit ꝙ principia sint solum contraria, ex eo, quia omnia, quæ fiunt ex contrarijs fiunt. { posterius autem ꝙ necesse est & aliud subijci, & esse tria }, argumento ꝙ nullum contrarium recipit aliud, hæc de prima parte. de secunda uero { ex his uero }, quæ proximis lectionibus dicta sunt, { manifestũ est, quæ differentia contrariorum est, } quoniam dictũ est aliud esse quod fit, & est terminus ad quẽ, aliud autẽ ex quo fit,& est terminus a quo. { & quo modo se habent ad inuicem principia } .s. contraria nam dictum est, ꝙ alterũ alterius sit absentia, { & quid sit subiectum }, quoniam dictum est ꝙ sit illud, quod ita se habet formas, sicut cera ad figuras. Auerroes autem dixit, { quæ differentia cõtrariorum est } quoniam aliud est per se, aliud per accidens, & cum dixisset, { & quomodo se habent ad inuicem principia } Auerroes per principia intellexit materiam & formã, nam forma substentat materiam, & econtrario. & non recte dicit, cum Aristo. repetat, quæ proximo loco dixit, modo hoc non dixit. ꝑpterea melius per principia intelligas contraria, nam dictum est alterũ alterius esse absentiam. & cum dicit, { & quid sit subiectum, } non bene exposuit Auerroes, quia declaratum est ꝙ nõ sit ens in actu, sed quasi medium inter ens simpliciter, & non ens simpliciter, quoniam hoc non dixit Arist. in ꝓximis lectionibus, sed melius, ut diximus, quia declaratum est ꝙ ita se habet ad formas naturales, ut substantia ad accidentia. de tertia parte dicit, { utrum autem species } .i. forma, { & subiectum } id est materia sint { substantia, nondum manifestũ est, } qm̃, ut Themistius dicit, est q̃stio attinens ad metaphysicum { sed } subaudi ad physicũ attinet scire { ꝙ prĩcipia } sint { tria & quo modo tria, } qm̃ quatuor modis tria, & quatuor modis duo, ut superius diximus. { & qs modus eorũ, } qm̃ dictum est omne principiũ esse necessariũ, ut suppleuit Auerroes. uel & quis modus eorum est, quo sunt quo modo duo, & quo sunt quodã modo tria. Sunt enim modi quatuor quibus sunt quodam modo duo, & quodam tria, ut superius enumerati sunt. unde legenda sunt uerba sic, { & quo mõ tria & } pro id est quis modus eorũ est, quo, uel quibus sunt quodam modo duo, & quodam modo tria. tunc epilogat generatim, et dicit, quot igitur. s. numero, { & quæ } secundũ substantiã { sint principia ex his, } quæ dicta sunt, { consideretur }. Quæret fortasse quispiam non ab re, utrum si forma substantia sit, priuatio quoq; sit substantia. Quicquid dicat Simplicius, dico ꝙ priuatio formaliter in nullo prædicamento est. reductiue autem est in eo prædicamento, in quo est forma, cuius est priuatio, nam forma, ut dictũ est, aliquo pacto est priuatio. Quo uerò ad illa uerba attinet, { utrum autẽ substãtia species, aut subiectũ. } Simplicius legit comparatiue. Vtrum species est subiectum sint magis substantia, q̃ compositum ex materia, & forma. Vbi attentione dignum Aristo. in lib. prædicamentorꝝ diuisisse substantiã in primã, & secundam. Archytam uerò in materiã & formam, & compositum, quã diuisionem secutus est Arist. in libro metaphysice, ubi ait compositam substantiã esse primo digniorem, deinde formam, demum materiã. Sed an materia sit formæ præferenda, Simplicius asserit quo ad æternitatem materiam esse formæ præferendam, quo uerò ad rationem essendi, formam materiæ. Dubitat hic Alexander, quoniã si forma corrumpitur, quo pacto principium esse potest. incorruptibile enim uidetur principiũ nam, ut Plato inquit, principio destructo, neq; ipsum ex alio, neq; aliud ex ipsa fiet Respondet Alexander ꝙ non oportet, ut omnia principia generationis & corruptionis sint incorruptibilia, sed satis est, ut unum sit incorruptibile, si enim omnia principia essent æterna, nec esset generatio, nec corruptio. secundo respondet ꝙ licet forma sit numero corruptibilis, specie tamen est incorruptibilis, semper enim est calidum, & frigidũ, non tamen semper idem numero. Ad authoritatẽ Platonis dicit Alexãder ꝙ Plato in Phedro non dicit elemẽtare principiũ, quod est ꝟm formam, ingenitũ esse, sed illud, quod est initiũ & fons motus, quod primũ efficiens dicitur, uel primus motor. Postea Alexander respõdet aliter, asserens ꝙ forma non corrumpitur, sed cõpositũ, qm̃ neq; materia, neq; forma fit, igitur nec forma, nec materia corrũpitur. nec sequitur, ut Alexãder inquit, forma est incorruptibilis. igitur forma est æterna. secundum numerũ. Sed hoc non uidetur recte dictum, qm̃ de forma dicitur ꝙ prius non erat, & postea est, igitur forma generatũ, etiã de forma dicitũ ꝙ prius erat, & nunc nõ est. igitur forma corrũpitur. Melius igitur dicatur formã ꝟm speciẽ esse incorruptibilem, & æternam, & secundum numerũ esse corruptibilem, & genitam.

Marginal notes (right): N; O; Questio.; Expositio Simplicii.; P; Dubiũ Alexãdri.; Q

Quod uerò per hæc solum antiquorum quoq; dubitatio tollatur: adijciamus post hęc, primi nãq; per philosophiam, eorum quæ sunt & ueritatem

A & naturam inquirentes, se quasi in aliam quãdam uiam diuerterunt ab imperitia depulsi, & asserunt neque fieri quicquã eorum quæ sunt neq; corrumpi: propterea quidem quod necesse est omne quod fit: aut ex eo quod est: aut ex eo quod non est fieri: quorũ neutrum esse potest. Non enim fit id quod est. Iam enim est. ex non ente uerò nihil fit: aliquid enim subiiciatur oportet.

ANTI. { Quod autem singulariter sic soluatur & antiquorum defectus, dicamus post hæc. Quærentes enim secundum philosophiam primi ueritatẽ, & naturam rerum diuerterunt quasi in uiam quandam aliam absedentes ob infirmitatem. Et dicunt neque fieri, entium ullum, neque corrumpi, propter id, quod necessarium est fieri, quod fit, aut ex ente, aut ex non ente. Ex his autem utrisque impossibile est esse. neque .n. ex ente fieri contingit, esset .n. iam. neque ex nõ ente, subiici enim aliud oportet.

Ob infirmitatẽ. υποσπεις ob iperitiã logicę entium ὀντ eorũ q̃ sunt ente ὄντος eo qđ est. Expositio.

B Dubitatio priscorũ erat syllogismus hypotheticus diuisiuus: quo generationẽ & corruptionẽ, atque oẽm penitus genitură auferebant. Verbi causa, si aliqđ fit: aut ex eo quod est fit: aut ex quod nõ est: non ex eo quod est: nõ .n. fit id qđ est, iam .n. est neque ex eo quod nõ est, nã ex non ente nihil fit, aliquid enim subiiciatur oportet ut prædixit, cum igitur nec sic, nec sic, iure nihil fit: nihil etiam corrumpitur. Quãtum uerò ad uerba græca attinet particula illa p hæc græce scribitur οὑτω latine est. tum sic. tum ita. tum modo isto uerum ut litera clarior esset transtuli per hæc: Illa autẽ quæ græce est monachos latine est singulariter, malui solum latine dicere, quoniam dubitatio antiquorum solum per uiam hanc quã diximus & dicemus soluit̃: ut enim Auerroes pluribus in locis ait: perfecta definitio ea est: quæ nata est tollere oẽm dubitationem: igitur sit perfecta definitio

C materiæ explicata: per hanc defectus ueterũ tolletur. Illam quæ græce apeirias, latinæ imperitiã logicæ transtuli, qm̃ hi ppter ignorãtiã logicæ in hunc errorẽ depelluntur.

Quum declarauit.) Cõmentum istud fere patet, uerũ circa literam format syllogismum hypotheticum diuisiuum, cuius ambas partes destruit duobus categoricis syllogismis primus sic, generatum est illud quod non est, dum generatur: ens est illud quod est. igitur ens non generatur: & sic patet primum ens non fieri ex ente. secundus syllogismus. quicquid generatur est aliquid dum generatur: nõ ens non est aliquid igitur non generatur.

Et ideo.) Digreditur aliquantulum & probat nihil generari ex nihilo dupliciter primo. si aliquid fit ex nihilo, tunc aliquid poterit de nouo habere aliq̃ dispositionẽ: quã nec simpliciter: nec secundum quid præhabuit, hoc est: nec in actu, nec in potentia declarat consequentiam, quia si aliqđ fit in actu ipsum habebit hanc dispositionem quæ est esse in actu: & hanc non præhabuit in actu, nec præhabuit in potentia: igitur aliquid habet de nouo dispositionẽ aliquã, quã nullatenus prẹhabuit: hoc reliquit pro impossibili, qm̃

D si non præhabuit eam in actu: nec in potẽtia: nec fuit factũ nec impossibile fieri, igit̃ impo̊e fieri erit iam factum.

Qui igitur.) Secundo arguit omne quod fit: aut factione fit. uel nulla factione. si nulla factione: igitur aliquid fit sine factione: si factione, aut hæc recipitur in aliquo: aut in nihilo, si in aliquo: igitur nõ est ex nihilo: si in nihilo, tunc factio esset recepta in nihilo. Quamquam rationes istæ melius dissoluentur in quæstione de creatione, nunc rationes istę friuolæ sunt. Ad primã dicunt catholici, quod istud quod creatur ex nihilo ante fuit possibile fieri, nõ possibilitate in materia: sed possibilitate contenta in agente: & sic dico quod habet nunc de nouo dispositionem, quã præhabuit secundũ quid in potentia primi agentis: non in potentia materiæ: & hoc ignorauit Auer. Ad secũdã dicimus, quod res creatur ex nihilo per aliquam factionem siue creationem, & cum dicitur, uel hæc ricipit̃ in nihilo: aut in ente, dicimus quod hęc creatio non est aliud quàm res creata, differens tantum ratione à re creata, & ita non oportet ut recipiatur in aliquo sicut nec res ipsa creata, res enim, ipsa creata maxime si est substantia: per se stabit, & hoc ignorauit Auer. de re tamen hac multa dicemus post modum. E

RECO. { Cum Aristo. de principiis rerum naturaliũ, quæ in generatione, & corruptione consistunt, hæc & tanta dixisset nunc ex his, quæ dixit soluit cauillum ueterum, & per quẽ substulerunt generationem, & corruptionem à rebus naturalibus, & negauerunt rerum, quæ mouentur, pluralitatem. sed cur hoc loco huiusmodi cauillum introduxerit, ac diluerit, Expositor uir clarissimus causam affert, & ait, ut afferat signũ, quo intelligamus id omne, quod de principiis dictum est, esse uerum, nam, ut inquit, ueritas excludit omnem falsitatem atque dubitationẽ, quippe cum posito quocunque falso, semper oporteat aliquã difficultatẽ remanere. Auerroes autem in cõmento quasi in idem incidens causam assignans asserit cauillum esse hic inductũ, & ex his, quæ dixerat, solutum, ut ostendat sermonẽ, quẽ attulit de principiis esse perfecte demonstratiuũ, cum per ipsum omnes dubitationes, quæ accidunt de principiis. tollantur, quoniam, ut inquit, sermo perfecte demonstratiuus aptus est soluere q̃stiones omnes, quæ contingunt in re. Præterea Auerroes quasi innuit aliam rationem, uidelicet, ut demonstraret se solum inuenisse, ac cognouisse materiam atque principiorum numerum, nam ex intellectu materiæ & ex cognitione principiorum in numero diluitur cauillus, quæ si cognouissent nõ incidissent in cauillum, & in ea, quæ ex cauillo sequuntur. Nos uerò superioribus annis assignauimus duas alias causas. Tum ut pateat ueritas ipsa, quæ est quod generatio & corruptio sint, & quod plura sint entia. Hæc autem ueritas patere solet ex solutione eorum, quæ ipsam excludunt, & magis hoc loco inducta est solutio, qm̃ consuetudo & regula topica est soluere post dilucidationem, ueritatis. Tum etiam qa ex solutione horum cauillorum dilucidius patebit materiæ intellectus, Simplicius uerò asserit Aristo. hoc ipsum fecisse, ut ostenderet inter principia rerum naturaliũ esse necessarium priuationem introducere, ex hoc quod aliqui ueteres philosophi illam ignorantes generationẽ, & corruptionem, & rerum pluralitatem tollere cogebantur, nam dubio quodam superati uoluere & in alia absurda, ut dicemus. unde dicit, { quod autem singulariter } .i. solum ex declaratione priuationis { sic soluatur & antiquorum defectus, dicamus post hæc: } deinde exponens defectum dicit, { quærentes .n. secundum philosophiam primi ueritatem, & naturam rerum } & ut Simplicius inquit per primos secundum philosophiam non tantũ eos dicit, qui tempore præcessere, sed eos, qui primi ueritatem inuestigauerunt, nec loquitur de oĩbus primis, sed de his tm̃, qui generationem substulerunt, qui quoque in tres sententias diuisi sunt, nam alii unum ens esse, & ingenitum, tradunt ut Parmenides, & Melissus, Alii multa in existentia quae secerni dicebant generationem dementes ut Anaximãder, & Anaxagoras. alii concretione, & secretione generationem primorum elementorum constitueban t, ut Democritus & Empedocles, non .n. generationem esse dicunt, sed mixtionem tantum eorumque miscebãtur. permutationem. hi igitur generationem, ut inquit, tollere uoluere ab ambiguitate quadã coacti, quã soluere non potuerunt. soluitur tamẽ principiis naturalibus suppositis talibus, qualia nos supponimus prius tamen dubium afferens, dicit { { quærentes enim secundum philosophiam primi ueritatem, & naturam rerum diuerterunt quasi in uiam quandam aliam absedentes } ac recedentes { ob infirmitatem } .i. ut expositor exponit, ob cauillum quem nesciebant soluere ob infirmitatem intellectus, quam expositionem olfecit Simplicius, qui exponit ob infirmitatem .i. superati dubio quodam. Themistius autem exposuit ob infirmitatem .i. ex imperitia disputandi, quã expositionem

F G H

I { Auerroes secutus exposuit ꝓpter paucitatẽ exercitationis in dialectica, quã expositionẽ approbo, qa superius Arist. hoc idẽ dixit, et explicat dubitationẽ, cum inquit, { & dicunt neq; fieri entiũ ullum, neq; corrũpi, ꝓpter id quod necessariũ est fieri, quod fit, aut ex ente, aut ex nõ ente, ex his autem utrisq; impossibile est esse }. s. ens. igitur ens non fit. ꝙ autem ens non fiat ex his utrisq;, probat, & dicit, { neq;. n. ex ente fieri cõtingit }. s. ens. { esset. n. iã }. s. ipsum ens, cum anteq̃ fieret ens, ens preerat. { neq; ex nõ ente, subijci enim aliquid oportet }, ut probatum est superius est igitur ratio, si est generatio, ens fieret, sed ens nõ fit, igitur nõ est generatio, ꝙ autẽ ens nõ fiat, ꝓbatur, quoniã uel ex ente, & sic ens esset anteq̃ ens fieret. uel ex non ente, & sic non subijceretur aliquid in generatione.

Dilucidatoris tex. com. 72. Atq; modo isto id quod deinceps accidit augentes: neq; multa esse aiunt, sed solum ipsum quod est. Illi igitur ob ea quæ dicta sunt: talem acceperunt opinionem.

K

ANTI. { Et sic utiq; consequenter contingens augumẽtantes, non esse multa dicunt, sed tantum ipsum ens. Illi ergo hanc acceperunt opinionem, ob ea, quæ dicta sunt.

Expositio. Declarat quæ consequẽter cõcesserunt: nam ut dicit Themistius his rationibus, cum uterentur, id quod consequens statim erat, adijciebant: hoc est multa non esse entia oportere: sed unum: cum enim nihil generẽ tollitur omnis causa differẽtiæ rerum: & ita relinquitur unitas rerum, paralogizabant autem & alio modo, si plura sunt tunc plura entia ab entibus differunt: quæ differunt, ab ente: non sunt ens. ideo non possunt esse plura: hoc modo arguebant ut Them. refert: quæ ait patent.

Et cum). Auerroes deducit consequens alio modo. uidelicet cum nõ est generatio neq; corruptio: nõ erit materia neq; forma: & cum non erit materia neq; forma: quibus res transmutãtur, tollitur omnis compositio: igitur omnia erunt unum simplex. hic est primus paralogismus. secun-

L dus fuit si ens generatur, ens habet principium, sed ens nõ generatur: igitur à destructione antecedentis, ens non habet principium: sed hi paralogismi sunt omnes uani, ut uisum est.

RECO. { Nunc infert id, quod consequenter ab hoc dubio deuicti concesserunt, & dicit, { & sic utiq; consequẽter contingens }. i. consequens { augumentantes, non esse multa }. s. entia { dicunt sed tantũ ipsum ens } id est sed tantum unum esse ens. ut Parmenides, & Mellissus putauerunt, { illi ergo hanc acceperunt opinionẽ ob ea }. s. argumenta: { quæ dicta sunt. } cum enim nihil generetur tollitur omnis rerum differentiæ causa, & sic relinquetur unitas rerum. Quare tantũ unum erit ens. Them. & Simplicius addunt ad hoc idem rationẽ aliam sed de his adcõmentaria. nam & Auer. etiam aliã addit ad hoc idẽ rationẽ. Sed anteq̃ transeamus ad ea quæ Aristo. respon-

Digressio de materia Opinio stoicorũ. det, de ipsa materia digrediendũ est., Vbi sciendum fuisse stoicorũ opinionem, ꝙ materia sit corpus, inaffectum tamen, ac nudum ab omnibus, quæ speciem ei dare possunt. dico inaffectum, qm̃ nec calidum, nec frigidum, nec

M aliqua aut qualitate, aut substantiali forma affectum, sed esse corpus, quod est substantia, compositum quidem nõ ex substantia, & substantia, sed ex re, & re, quatenus altera eius pars quæ est substantia & corpus de genere substantiæ imo forma corporis, ut ita dixerim recipit alterã . s. trinam dimensionem quadam æterna receptione, sicut cœlestis substantia recipit dimensionem receptione quadam æterna non tamẽ ex re, quæ est materia, & ex re, quę est forma de genere substantiæ, quoniam materia nõ dicitur nisi prius fuerit informis, & forma, nisi qa prius nõ inerat. componitur tamen ex quadam re, quæ est subiectum, & substantia, & ex quadam re, quæ est illius dimẽsio. tale. n. compositum est corpus trina dimensione affectum, & materia apud eos, nam est prius elemẽtis, & omni eo, quod generabile est.

N

Pericles lydus. { Hanc opinionẽ Pericles lydus pro uera de mente Plato. & Arist. substinuit, asserens omnes rerum formas esse accidentia, quibus res ipsæ generantur, & corrumpuntur dixit. n. formam ignis, & formam aquæ esse accidẽtia, uidelicet caliditatem, & frigiditatem. Simili modo in mixtis formam equi, & bouis esse accidentia, quibus bos & equus specie differunt, apud. n. hanc opinionẽ differentia specifica non est essentialis, & per substantias, sed accidentalis per accidentia. Vbi sciendum Periclem lydum rerum naturalium formas appellasse aliquando habitus, nonnunq̃ affectiones, interdum dispositiones. nam elementorum naturales formas appellauit affectiones, quatenus erant duarum qualitatum combinationes formas uerò mixtorum in animatorum dispositiones. at formas animatorum aliquando complexiones, nõnunq̃ habitus appellauit, quæcunq; autem sunt præter hæc, accidentia dictitabat, licet reuera omnia sint accidentia. Nota.

Argumẽta contra hãc põnent. { Sed aduersus hanc opinionem sunt argumenta Simplicij, tum ea quæ colliguntur ex uerbis Plato. & Aristo. & cæterorum expositorum, & primo quidem quia tunc non essent plura entia. deinde, qm̃ nulla esset generatio, uel corruptio simpliciter imo omnis generatio, uel corruptio esset alteratio. 3. ꝙ tunc inter simplex, & mixtũ nulla prorsus esset differentia, quarto ꝙ tunc materia ipsa esset corpus in actu, quod falsum uidetur, siquidem corpus in actu omne, aut graue est, aut leue, demũ tunc nulla esset differentia inter generans siue corrumpens, & alterans, qm̃ utrũq; accidens aut inducit, aut abijcit. Simplicius laborat ostẽdere hanc esse aduersus Aristo. & Plato. O

Defensio. Propterea quicquid sit de ueritate, uidetur mihi ꝙ hæc argumenta nõ concludant nisi suppositis fundamentis peripateticis. propter quæ primum diluitur, concedendo secundum hanc opinionem non esse plura entia secundum substantiã, qm̃ omnium eorum, quæ sunt, una est substãtia, quę est materia, & corpus in actu scd̃m etiã diluit, qm̃ reuera nihil generat simpl'r nihilq; simpl'r corrũpitur, qm̃ omnis generatio. uel corruptio est secundum formas, quæ sunt accidentia, secundum hanc opinionem est tamẽ quædam differentia, qm̃ generatio & corruptio dici possunt, quæ fiunt secundum eas formas, quæ sunt, aut habitus, siue complexiones, aut affectiones, aut dispositiones, quæ uerò fiunt secundum eas formas quæ sunt præter has, dici solent apud hos alterationes nec apud hos assignari potest alia differẽtia tertium refellitur qm̃ dicerent simplex esse, cuius forma est una cõbinatio, ut in elementis, mixtum uerò cuius forma est dispositio, uel complexio, quæ est ex pluribus combinationibus. quartum aufertur, quoniam materia licet sit corpus, tamen in illo priori, in quo non intelligitur compositum aut cum affectione, aut cum dispositione, aut cum habitu siue cõplexione, nec est graue, nec leue, & hoc sufficit, in proposito. quintum etiã confutatur, quoniã licet reuera non sit aliqua differentia essentialis, tamen Pericles lydus diceret illud esse generans, uel corrumpens, quod inducit in tali corpore affectionẽ, aut dispositionem, aut habitum, cum uero inducit aliquã formam præter has dicitur alterans. Ex his potest deduci secundum hanc opinionem omnes differentias esse accidentales genericam, uidelicet, specificam, & numeralẽ, differentes tamen secundum magis, ac minus, quippe cũ maxima sit generica, minima uerò numeralis, inter has media specifica. Si quidem omnes sunt ex accidentiũ differentijs. Hanc opinionem putarem esse problema neutrum, cum pro utraq; parte sint argumẽta probabilia, nisi humana anima huic occurreret, quę esse non potest accidens. Quod autem humana anima nõ possit esse accidẽs probatur, quia si esset accidens, esset complexio, uel habitus, ut Hippocrates credidit, sed non potest esse complexio, quoniam tunc intelligere, & uelle esse complexionalia, ut ita dixerim, mõ hoc falsum est, cũ ipm̃ intelligere sit uniuersale

P

Q

Excerpta de dijs.

Refutatio Opinionis secundum ueritatẽ.

A universale, & ab omnibus particularibus conditionibus absolutum, ipsum autem uelle cōplexionale esse non pōtest, quoniam homo aliquādo uult quædam cōtrā complexionem, ad quorū opposita cōplexio impellit, ut sanguinei castitatem, melācholici liberalitatē, & cætera id genus, quę penitus impulsioni cōplexionali aduersanē. non ergo pōt humana anima eē accidēs, & sic oportet negare materiam esse corpus, & cōcedere aliquas differentias esse secundum substātias; hactenus de prima opinione.

B formam ad extra, uel igitur ad productionem, illam est necessaria materia in genere causæ materialis: aut nulla est materiæ necessitas. Si est necessaria materia in genere causæ materialis, erit absoluta generatio. Si materię nulla erit necessitas, igitur erit absolute creatio, quæ non concedunt ipsi. Tenendũ igitur est ꝙ omnis productio de nouo est uel generatio simpliciter: uel generatio secũdum quid, aut creatio. primas duas cognouisse Aristo. nemo dubitat: restat uidere, utrum cognouerit tertiam, quę dicitur creatio. Videtur igitur mihi cum protestatione dicendi aliter si aliter occurret, ꝙ Aristo. per suum philosophandi modũ creationem non cognouit. Genus enim philosophandi Arist. ut auctor est Themistius: & habet metaphysices primo: differt à cæteris ab ueteribus quidem quatenus obscuritates & stirpes illorum transtulit in perspicuam quandã & propriam expositionem, & uim probationibus & syllogismis adiecit. à Platone uerò eo usqꝫ uidetur dissensisse ꝙ demonstrationes apertius illustriusqꝫ inducit, ꝙqꝫ earum

An Aristo. cognouit creationẽ.

C principia à sensu, & euidentibus rationibus sumit. Sic igitur philosophandi Aristo. genus est per rationes sensibus coniunctas: uel illis quę sensibus iuncta sunt: quem philosophandi modum in ultimo libri poste. scimus ab ipso esse explicatum. His sic stantibus oportet ea dare in doctrina Aristo. quæ uel ille explicat, uel sequuntur ad ea quæ explicat, uel saltem quæ suo philosophandi generi non repugnant. Dicere aliquod est in tempore creatum ex nihilo: repugnat suo philosophandi generi: quoniam aliquod esse creatum uel creari: sensibus non subiacet, imo sensus transcendit. nec potest sumi ab aliquo, quod sensibus subiacet. illud enim quod sensibus subiaceret, unde posset creatio sumi, aut esset substantia, aut accidens. & si detur licẽtia fingendi dari non potest: nisi intellectio ipsa, uel eufortuniũ: siue diuina fortuna, illa conuenire non potest: nisi rei transcendẽti à materia utpote intellectui, hæc nõ nisi rei à deo affectæ. Alia accidentia in rebus non uidemus, e quibus posset creationis suspitionem Aristo. nancisci. Sed hęc ad creationem nõ ducunt: intellectio quidem solum ducit ad hoc ꝙ intellectus non sit uirtus in corpore dependens uidelicet in esse & conseruatione ab illo: ex hoc ultra habe-

Quod intellectio ad creationem non ducat.

D tur ꝙ intellectus non ex semine traducitur, sed ꝙ deforis accedat, quod Aristo. usqꝫ ad hoc explicauit, ꝙ uerò accedat per creationem, est creditum. nam Alexander. Themistius. Simplicius & post hos Auerroes intellectũ siue mentem cõcedunt deforis accedere. Themistius per animationem, quæ ab illo in nobis exurgit, ut primo de anima cap. 33. Simplicius per copulationem, quatenus ex intellectu & dyanoea una emergit totius anima. Auerroes & Alexãder: per appropriationem: siue naturalem unionẽ, de qua tot dicta sunt in libro de intellectu, quorum nullus accedere ait. per creationem illius ex nihilo, & ita intellectio ad creationem nõ ducit ipsius intellectus. Effectus uero fortuitus diuinus, cui tantum innituntur theologi, non ducit ad creationem: quoniam Aristo. uocat effectum illum fortuitum diuinum, quãdo solum cœlum et deus concurrunt:

Quod fortuitus effectus ad creationẽ non ducat.

E non mediantibus causis secundis. Videmus enim nonnullos euentus fortuitos grandes euenire hominibus, qui & transcendunt intentionem illorum. & capacitatem generis. Quemadmodum Nicolaum picininum lanij pistoris uidimus filium ad summa fortunæ imperia elatum. Mutium sfortiam quolibet ad maiora accessisse scimus. Catamalatam etiam inter duces strenuissimum accepisse baculum, & innumeros alios. Tum apud priscos claros. Tum apud recentiores. his præter intentionem & ultra genus eorum culminationes hasce contigisse nemo dubitat. Euenerunt autem hæc illis, quoniam in genituris eorũ habuerunt stellas potentissimas: in locis cœli pollentibus. Qui enim habuerit (inquit Ptolomæus) ambo luminaria in signis masculis, & in cardinibus genituræ, fuerintqꝫ ambo aut alterũ cui temporis conditio datur circumsessum stellis, hic ad regium sceptrum attolletur, & si humilis sit generis. Qui etiam (ut in libro cẽtum ait enuntiatorum) habuerit stellas regias in pollentibus genituræ locis: aut cum lo-

F co fortis, aut cum locis luminariũ: hic ad imperij sceptrũ assurget, propterea ait. dare dona grandia præter opinionem. Quãdo igitur cœlum sic statũ est, cum quis primum in lucem æditur, ab alterato aere, alterato dico ab illis stellis sic constitutis, æditus ille natus alterabitur: e qua alteratione qualitas quædam coæua uitæ remanet, quã impetũ uocat, seu propensionem, quaqꝫ præter intentionem mouetur, aut concitatur ad ea agenda, quæ ad regium culmẽ natum extollunt, hanc siue qualitatem: siue propensionem: siue impetum, siue fatum, quæ remanet in nati complexione, uocat Aristo. diuinam fortunam, & ait esse à deo, non ꝙ sit immediate à deo: sed à cœlo, quod immediate mouetur à deo, quãdo ad illam uix concurrant parentes, uel terrenæ causæ. Quibus e rebus patet talem effectum non ducere ad creationem, sed ad cœli causalitatem. Nihil igitur est in rebus sensilibus, uel à sensilibus effluxis, quo Aristo. intellectus rationi & sensibus coniunctus creationem suspicari possit. Propter hæc uidetur mihi esse dicẽdũ Arist.

G cum suis principijs creationẽ nullatenus cognouisse. Plato uero ut in thymæo accipitur hac ratione creationem in tempore contẽpsit. nam ut tempus in quo res ipsa fit præcedit id tempus post quod tempus illa est, ita & rem quæ fit præcedit res alia postꝙ & ex qua extat, quæ facta est. Quapropter mutationẽ tanꝙ genus omnis quæ sub globo lunæ est factionis: siue productionis: Plato atqꝫ Arist. posuere. Cuius rei testis est Platonis (, ut dixi) Thimæus: qui & docet hoc aperte, & cum Aristo. consentit. Hæc de positione Aristo. Qualis uero propositio sit hæc ex nihilo nihil fit, uel huic equiualens. omne quod fit, ex ente fit, declaremus secundum positionem horum. Videtur itaqꝫ primo aspectu hanc ꝓpositionẽ apud hos esse principium, & Aristo. ita per consensum omnium qui de natura loquuntur accepit, persuaderi potest hoc per eos, nam principiũ in scientia illud esse solet, cui omnes sensus conueniunt, & cuius opposito omnes contradicunt. Quod uero in illo omnes conuenerint: patet primo de sensilibus per se. Visu

Qualis hęc ꝓpõ.

H .n. patet albũ ex nigro fieri, aut econtra. uel ex medio. Auditu graue ex acuto uel medio. gustu dulce ex amaro, tactu calidum ex frigido, olfatu uero suaue ex austero, & omnino omnes sensus conueniunt unũ contrarium ex alio uel medio fieri. Simili ratione patet in sensilibus cõmunibus: nam magnum ex paruo circulare ex recto. motum ex quiete fieri constant. Similiter quolibet in his quæ per accidẽs sentiuntur idem diiudicari potest, quoniam ignis ex aqua, compositum ex simplicibus, quare consensim patet, omne quod fit ex ente & contrario fieri. Intellectus igitur sensibus coniunctus illi principio dissentire non potest. nam neqꝫ uia sensilium per se, neqꝫ uia sensilium cõmuniũ, neqꝫ prorsus uia sensilium per accidens, & quoniã principium est propositio immediata qua non est altera prior in sciencia cuius est, iure hæc propositio principium erit in naturali scientia. Et quoniam principium multiplex est, uidetur mihi esse suppositionem, siue postulationem. Tum primo.

Quale principium.

I quia probari potest in altiori scientia, utpote in metaphysica. Tum etiam, quia non est necesse quemlibet docẽdum habere, sed solum naturale philosophum, & ita patet qualis hæc propositio est apud Arist. & Plato. Consequens autẽ est quarto declarare quibus rationibus Aristo. & Pla. moti sint. Et uidetur mihi ꝙ omnes rationes reducantur ad tres, quædã enim erunt acceptæ ex parte materiæ, quædam ex parte agentis, quædam ex parte productionis, siue factionis ipsius. Ex parte materiæ igitur supponendũ est ipsam esse infinite passiuã. Hanc recipiunt Aristo. & Pla. quia nulla forma est, nulla fuit, nulla erit ad quam materia non sit in potentia, igitur est infinitæ potentiæ passiuæ.

Rõnes Ari sto. & Pla.

Prima uia ex pte materiæ. Suppõ.

Ex hoc arguent sic, si aliqua forma fieret ex nihilo, uel ad illam materia ipsa habebat potentiam, uel non, si non igitur materia defecisset aliqua potentia: & per consequens non fuisset infinitæ potentiæ passiuę. hanc rationẽ olfecit Auer. 12. meta. com. 18. ubi ait, omnes formas actu cõtineri in primo motore & potestate in prima materia, ut igit̃ agẽs

K illud non esset infinitæ potentię contẽtiuæ si aliquod esset producibile. ad quod sua potentia non se extẽdit, sic materia ipsa non esset in potentia infinitæ passiua, si aliqua forma esset, ad quam ipsa non habet potentiam. Secũdo ex parte materiæ etiam arguerent, illud uel illa forma quæ ex nihilo produceretur uel continetur in aliquo genere & aliqua specie, uel nullo in genere nulla in specie, si in nullo genere: nullaq; specie, igitur esset nihil, & in nullo prædicamento. Si uero in aliqua specie uel genere, sed materia habet potestatem recipiendi omne genus uel omnem speciẽ igitur omne contentum sub specie, saltẽ ratione illius speciei uel generis. igitur præcessit potentia in materia ad illud. Ex parte uerò agẽtis arguit Auer. pluribus locis, primo ab æterno nihil per se immediate euenire potest in tẽpore. igitur creari potest nihil in tempore. Antecedens declarat, quoniã agens quod nunc agit aliquid & prius non, habet aliquam proportionem ad effectum productum, q̃ prius non habebat. Sed huius siue relatio siue proportio fieri non potest sine mutatione illius in quo aduenit. igitur deus ipse mutatur. Secundo ex eadẽ parte arguit, aut ante

Secũda uia ex parte agentis.

L illius creationem deus uoluit ipsum facere, uel nõ uoluit si uoluit: & nihil ipsum potest impedire: igitur creauit, & ita non nunc, sed ab æterno. si uoluit igitur cum facit illud mutabitur de nolente uolens. Tertio ab ęterno deus fuit optimũ & perfectum. igitur ab æterno fuit agens in actu, quia esse causam in actu est melius q̃ causam esse in potentia. igitur nihil potest de nouo agere. Ex parte uero modi agendi siue faciẽdi arguitur tertio. omne quod fit: cum fit, mutat̃ de non esse ad esse, aut igitur hæc mutatio recipit in aliquo uel in nullo, si in nullo igitur accidens sine subto, si ĩ aliquo, uel in re facta uel in re faciẽda, uel in re media, nõ in re facta, quia tunc mutatio esset in mutato, & non in ipso mutabili. si in re faciẽda uel media fieri, tunc aliquid supponitur, quod est propositum. hæc sunt argumenta Arist. Auer. & Plato. quæ sunt ultimæ uires eorum, si quæ uero aliæ erunt, in octauo longius disputabuntur, hæc de quarto. Sed quoniam hæc falsa sunt, atq; colorata tantum, aggrediamur nunc ueritatẽ, & dicamus ꝙ deus benedictus

Tertia uia.

Veritas quæsiti.

M potest facere aliquod ex nihilo ad intellectum datum, & hoc dupliciter ex nihilo hoc est nullo præsupposito ad illius productionem in genere causæ materialis, & post nihil, primum patet de facto in animarum rationalium creatione. Secundum uero patet, quia creauit mundum, post nihil. Pro hac ueritate sunt multæ persuasiones, sed pro nunc accipiantur potiores, prima agens uniuersale & particulare differũt, quoniã agẽs particurare supponit actionem agentis uniuersalis, et uniuersale differt eodem modo ab uniuersaliori, quia supponit adhuc actionem illius. igitur agens simpliciter uniuersale nihil penitus supponit, & ita agit ex nihilo, uel agere potest. Secundo, maxime uerum & maxime ens esse debet causa essendi & essendi uerum cæteris secundo meta. Sed materia est ens secundum determinatum modũ entis, igitur deus est causa materiæ, ultra nullã causa simpliciter est causa alicuius mediãte effectu suo. igitur ipse potest agere non supposita materia. N

Tertio antiquum & nouũ sunt eiusdem rationis. ut Socra. ubi esset æternus, & ipse nouus esset eiusdem speciei, sed deus potest facere ex nihilo æternum aliquem effectũ, ut mundum apud Platonem in Thimæo, igitur potest facere eum de nouo. nam equalis est ipse nunc & tunc. aliter essent diuersarum rationũ multæ rationes fiunt hæ satis pro suasione nostra, potior enim ratio & fortissima est catholicorum authoritas, miraculorũ claritas, & alia quæ nos habemus, hæc sit ueritatis determinatio. Tunc ad rationes pro philosophis dicendum ꝙ deus potest facere aliquod ex nihilo utpote a, ad quod materia non habet potentiam. imo fecit mundũ, & angelos, & id genus, ad quæ ipsa materia nullam habuit potentiam. potest etiam facere de nouo aliquam speciem in mundo, ad quã materia non habet potentiam, & quãdo dicitur, igitur non esset potentiæ infinitæ passiuæ, cõcederent theologi, illa enim suppositio est falsa: quoniam deus potest agere cum materia & sine materia. Per idem ad secũdum dico ꝙ si deus creat a, potest O teneri ꝙ a, est eiusdẽ speciei cum b, genito. ut homo creatus & homo genitus a, uero esset creatum, quia nulla præsupposita fuit secundum potentiam indiuidualem de qua extrahitur ad illud, si sit præsupposita potẽtia generalis uel in specie, hoc rationem creationis non tollit. satis enim est ut nulla potentia sit supposita indiuidua ad illud. Ad primam alterius uix dico. ꝙ deus habet nouam relationẽ ad rem creatam, non per nouum fundamentum contingens in eo, sed in re facta, ut accidit dextreitas in colũna ꝑpter nouitatẽ in animali. 7. phy. com. 20. est enim regula theologorum ꝙ absolutum in causa præcedit absolutũ in effectu, sed resolutio in effectu præcedit relationem in causa.

Ad secundam rationem dico ꝙ ante tempus siue instans creationis deus uoluit producere a, sed nego ꝙ tunc produxit, quoniam ab æterno uoluit, sed nõ pro æterno, sed pro tempore quo produxit. Ad tertiã dico ꝙ ab æterno deus fuit optimum, igitur semper fuit in actu, concedo secundũ beatitudinem, quæ est sui intellectio, non autem in producendo cum hoc nulla sit eius perfectio rerum productarũ. P

Ad ultimam uiam solutio patet, ex his quæ diximus in com. diximus enim ꝙ res creata creatione fit, hæc autem creatio non est mutatio sed ipsamet res creata, ideo nõ debet recipi in aliquo. Ex his seqtur ꝙ sicut in philosophia Arist. ex nihilo nihil fit est suppositio, & principiũ, ex quo multa Aristo. deducit, ita ex nihilo aliquid fieri est suppositio & primum principium in philosophia theologorum, ex quo multa proficiscuntur uerissima in theologia, illud Aristo. a sensibus fallacibus accepit. hos nos scimus ex reuelatione uerioris testis. Ad illud sensus conueniunt, hoc sensus transcendit, ideo nõ contra sensus, sed supra sensus dicitur esse. Ad argumenta pro & contra patet solutio. Hæc de quæstione.

In commentarijs authoritate latinorum expositorum diximus Aristo. uelle assignare secundum modũ respondendi, ut ostendat ex quo ens, quod generatur per se, fiat per se, nam per primum respondendi modum solum habetur ꝙ id, quod generatur, fit ex ente per accidens, & ex non ente per accidens non tamen habetur ex quo fiat per se. Hæc expositio nõ est omnino explodenda, propter tantos uiros. tamẽ uidetur mihi in uerbis Arist. nullã esse factam mentionem, de eo, ex quo per se generetur, id ꝙ per se generatur, nec declarauit quid est illud, ex quo ꝑ se generatur, quod per se generatur. Ideo Simplicius, & Alexãder, & Syrianus asserunt Aristo. nunc afferre secundum modum soluendi, nec aliam causam afferunt, nisi quia defectus. Antiquorũ potest dupliciter solui, & utroq; modo bene soluitur, posset tamen assignari causa, quoniam primus modus soluendi, est logicus, demonstratiuum est eum decipere per locũ, qui accipitur ab equiuocatione, Secundus uerò est metaphysicus, quoniam defectus erat metaphysicus, & hoc demonstrat Aristo. in suis uerbis, cum RECO. Q

A remittat nos ad nonum librum metaphysicæ. unde dicit { unus quidē igitur modus hic est, } qui est ut dicamus syllogismum eorum peccare per locum qui accipitur ab æquiuocatione, uidelicet q fieri aliqd ex ente, uel nō ente fit dupliciter, per se, & per accidens, { sed alius } .s. soluendi modus est, quoniam contingit hæc } .s. duo membra uidelicet ex ente fieri, & ex non ente fieri { dicere secundum potentiam & actum, } nam omne quod generatur, fit ex ente potentia, actu autem non ens. quoniam materia est id, quod fit potentia, non autem actu est igitur hæc determinatio sumpta ab ipsa materia. quippe cum materia sit id, quod fit, potentia, non autem actu.

Quæ Simplicius Causa autē, ut materia sit huiusmodi, ut simplicius suppleuit, est priuatio, quæ nihil aliud est. quā absentia in eo, quod aptum est. nam quatenus priuatio absentia est, efficit ut materia non actu sit id, quod generabile est, quatenus uero in subiecto apto est, facit, ut subiectum sit illud quod generabile est potentia, & quia agere de potētia &

B actu spectat ad metaphysicum, ideo dicit { hoc autem } .s. de potentia & actu, { determinatum est per certitudinem magis, } ac plenius { in alijs } .s. ix. metaphysicæ.

Dubiū. Sed dices, uidetur, q hic soluendi modus etiam sit logicus, quoniam est etiam per locum multiplicis, qui est ab equiuocatione. dicas hunc soluendi modum quo ad formam soluendi esse logicum, quemadmodum fuit primus quo uero ad membra multiplicis est metaphysicus. At primus modus tam quo ad formam, q̄ quo ad membra, est logicus. nam de per se, & per accidens agit logicus sicuti & metaphysicus. Tunc repetendo solutionem dicit. { Quare ut diximus, defectus } .i. syllogismi sophistici quibus destruxerunt generationem { soluuntur, propter quos coacti remouent quædam prædictorum. }

Quę Syrianus. Syrianus per quædam intellexit quædā ex principijs, quoniā per tales syllogismos substulerunt materiā, & priuationem, quæ sunt quædā ex principijs, quæ dicta sunt, quo-

C niam per syllogismos illos substulerunt generationem, quare & materiam, & priuationem, ex quibus generatio fit. Sed hæc expositio non uidetur uera, primo quia per illam rationem non tantum materiā & priuationē substulissent, sed etiam formam, & sic non quædam, sed omnia principia substulissent, deinde quia nō consonat uerbis, quoniam Aristo. subdit ea, quæ substulerunt propter illos syllogismos, & dicit, { propter hoc enim } uidelicet argumentum, quo substulerunt generationē, { in tantum } .i. etiam priores destiterunt à uia } subaudi, q̄ ducit { in generationem, & corruptionem, & } quæ ducit in { omnino mutationem } .s. substantialem, ergo per, quædam intelligit uiam, qua itur in generationem, & corruptionē: hanc. n. substulerunt per defectum Antiquorum per quæ patet non recte Simplicium exposuisse per, quædam, generationem, & corruptionem. quoniam Aristo. dicit eos destitisse à uia ducente ad has. ideo dico Arist. intellexisse per uiam. i. materiā, nam hac remota, tolluntur generatio, & corruptio, & omnino mutatio, uel fortasse per uiam, in

D tellexit pluralitatē entium in substantia, nam uia, quæ ducit in generationem, & corruptionē, est pluralitas entiū in substātia, hac enim sublata: nec generatio erit, nec corruptio. Alexāder autem per, uiam, intellexit priuationem, quia subdit Arist. { hæc. n. utiq; natura } .s. priuatio { uisa } .i. intellecta, & bene cognita, { omnem soluit ipsorum ignorātiam. } ego uero per uiam intelligo materiā, hanc. n. intellexit per quędā, sumpsit. n. plurale pro singulari, sicuti aliquando accipit singulare pro plurali, q autem sic intellexerit, subdit { hæc enim natura } .s. materia { uisa } ac cognita { omnem soluit ipsorum ignorantiam } non. n. Aristo. appellauit priuationem ipsam in aliquo loco naturam, sed bene materiam, ut patet. 2. huius.

Quę Auer. com. 78. Animaduerte Auerroem uelle in præsenti loco materiā non esse puram priuationem hoc est purū nihil, quia cum id, qd̄ generetur, fiat ex materia, tunc q generatur fieret ex nihilo simpliciter uult etiam illam nō esse actum purum siue ens simpliciter in actu, quia tunc generatū esset an-

E teq; fieret, & potest hæc consequentia deduci primo, quia si materia esset simpliciter in actu, materia esset forma, aut cōpositum specificum, & ita quod reciperetur in ea, esset accidens, & sic non fieret simpliciter, sed simpliciter fuisset præexistens, & solum secundū quid fieret. Aut consequentia ualet intelligendo antecedens hoc pacto, q id quod fit, fiat ex ente in actu per se uidelicet inquātum ens in actu. nam sic intelligēdo sequitur, ut fiat ex omni ente in actu, & ita ex seipso. aliquid autem fieri ex ente in actu p accidēs nihil prohibet, aut Auerroes intelligit, quod materia, ex qua fit generatio, non sit ens in actu illud, qd' ex ipsa generatur, quoniā tunc sequitur, ut illud esset anteq̄ fieret. propterea concludit materiam esse mediū inter purū nihil, & esse purum. & intelligit medium per abnegationē, quoniā materia nec est ens simpliciter in actu, nec omnino nihil, sed ens in potentia, quod ignorātes ueteres detrusi sunt in errores, quos dixit. Aristo. Et addit Themistius talem uiam nobis aperuisse priuationem, quæ fecit, ut materia sit potestate, non actu. Præterea ostendit Quę Themistius.

F Themistius propter hoc priuationē esse generādis rebus necessariam. licet non sit causa per se, sed per accidens, nō tamen ita per accidens, ut albū, quod coniungitur causæ per se, ipsum tamen ad generationē nihil conferendo, sed est causa per accidēs conferens ad generationē, quoniam est causa sine qua non, nisi enim priuatio præfuerit generatio ipsa nunq; erit. uerbū superius diximus de hoc. In commentarijs quęsitum est sit ne temporalis creatio, quàlis illa intellectiue anime, Peripatetica, an credita tātum? Quæstio de creatione. In commentariis asserui creationem tpalem nec esse peripateticam, nec esse platonicam, in libro. vero de intellectu asserui creationem tpalem, non tanquā expressam ab Aristotele, quoniam nullibi, vt per se quęsitum eadem determinauit. sed tanquā ea sequentē, quę Arist. asserit, uel tanqam nō repugnantē his, quæ ipse fatetur. demum in eo lib. quem scripsi nuperrime de immortalitate aīę, hæc omnia retractaui, & asserui tēporalem ip-

G sam creationē saltem intellectiue animæ & esse peripateticam, & platonicā. non tñ q de ipsa Arist. seorsum quasi per se quæsierit, pro utraq; parte adducendo argu. & opiniones, & tandem determinando, sicuti quæsiuit de ęternitate mundi, in lib. de cœlo, de æternitate motus in lib. 8. physicæ auscultationis, de uacuo, & de loco in libro. 4. eiusdem, & de continuo lib. 6. etiam, sed bene tractando de alijs, obiter inter seruit talem creationem. nam lib. 2. de generatio. animaliū disputans de generatione animalium, quæ fiunt ex semine, interserit de modo, quo intellectiua anima aduenit semini. & declarat tria, & quonam tēpore recipiatur? & quonam modo, & unde, hoc est utrū ab agente extrinsecus efficiente, an ex ipso semine traducatur, & loquitur de intellectu, qui accipitur pro tota ipsa intellectiua anima, nam pauloante se exponens, declarauit intellectum, qui est intellectiua anima, esse formā, qua

H homo est homo, & ita loquit̄ de intellectiua anima, quæ aduentu ultima est, & declarans illa tria, uult primo mentem semini aduenire ultimo loco post sensualem. qa, ut inquit, primo ei uegetatiua, deinde sensualis ex semine traducitur. ultimo rationalis accedit, ubi inter rationalem, & intellectum nullam fecit differentiam, deinde declarans secundum asserit rationalem non uenire in semen, sicuti cætere ueniunt, quæ educuntur de potētia materiæ, quod probat argumēto sumpto ab operationibus animæ rationalis. deinde exponēs tertium eam accedere asserit extrinsecus, & ita ab agēte extrinsecus ipsam producēte, p quę patet eum clarissimæ tēporalē creationē assignasse. nam cum, ut inquit, rationalis ex semine non traducatur, p generationē non fit. sed cum extrinsecus accedat, per creationē fiat, necesse est, nisi cōmētum illud quorundam fingatur, q sit per animationē, quæ nec est gñatio, nec creatio. Quod cum sit cōmētum, dicamus creationē tēporalem rationalis aīæ probari posse demonstratiue, si tria Quod demonstratiue creatio. demōstrat.

I { concedantur, quorum primum eſt, ꝙ intellectiua anima non deſinit deſinente corpore, cuius eſt anima, deinde ꝙ ipſa ſit humani corporis forma & perficiēs, & informās. Tertiū ꝙ ſit pro numero corporū multiplicata. has tres ſuppoſitiones demonſtrari poſſe in cōmētarijs de anima clariſſimæ declaraui. Ex his ſequitur uel intellectiuas animas creari, uel egredi, & ingredi corpora, ſed cum hoc ſecundum ubiq; Ariſto. explodat, derelinquetur creationē intellectiuæ animæ omnino eſſe peripateticam. Et cum in cōmentarijs huius loci dixerimus huiuſmodi creationē ex ſenſibilibus deduci non poſſe, dico eam poſſe deduci ex ipſis intelligere, & uelle quæ licet non ſint per ſe ſenſibilia, tamē ſunt per accidens ſenſibilia propter obiecta, uia.n. quæ accipitur ab obiecto, ſcimus ipſum intelligere non depēdere ab aliquo ſubiecto corpore, eſt enim obiectum uniuerſale in materialiter, & ſic ſcimus ipſum non depēdere à corpore, quare ſcimus ipſum intellectum non dependere à corpore, & ita ipſum per creationem extrinſecus acceſſiſſe. Similiter ipſum uelle uia, quę ſumitur

K ab obiecto, ſcimus nō depēdere à corpore, experimur.n. duorum oppoſitorū ſenſibilium alterum nos mere libere eligere contra inclinationem corpoream, ut caſtitatem, in cuius cōtrarium nos inclinat appetitus Veneris, abſtinētiam. in cuius contrarium nos mouet fames. Quare concludimus ipſum uelle non dependere à corpore, hac uia Ariſto. 2. lib. de generatione animalium uſus eſt, & cum ſcierimus per intellectū formaliter nos intelligere, & uelle, ſciemus intellectum eſſe formam, quę humanum corpus perficit, & informat et cum etiam ſcierimus formam unam numero non poſſe informare nō poſſe corpora numero diuerſa, ſciemus intellectū eſſe numeratum, et cum non deſinat cum corpore, nec migret de uno in alterum, ſciemus eum per creationem accedere, hoc pacto creatio huiuſmodi eſt res peripatetica. }

Dilucidatoris tex. cōmē. 79. Tetigere quidem igitur ipſam quoq; alii quidā, ſed non ſufficienter. Primū enim ex non ente ſimpliciter aliquid fieri fatentur: quatenus Parmeni-

L dem recte dicere ſentiunt. deinceps ſi quidem numero una eſt, poteſtate quoq; eis eſſe uidet una, hoc autem differt plurimum. nos enim materiam & priuationem diuerſa eſſe dicimus. atq; horum materiam quidem non ens eſſe per accidens, priuationem per ſe, & materiā quidem prope atq; quodāmodo ſubſtātiā. priuationē uero nullatenus.

ANTI. { Tangentes igitur & alii quidā ſunt ipſam, ſed non ſufficienter. Primo enim confitentur ſimpliciter fieri aliquid ex non ente, inquantum Parmenidem recte eſt dicere. Poſtea uidetur ipſis, ſiquidem eſt numero una, & potentia tantum una eſſe, differt autem hoc plurimum. nos enim materiam, & priuationem alteram eſſe dicimus, & harum hanc quidem eſſe non ens ſecundū accidens

M materiam, priuationem uerò per ſe. & hanc eſſe prope ſubſtantiam aliqualiter materiam, priuationem autem nequaquam. }

ipſam αὐτῆς

Expoſitio. Qui de materia loquuntur. (ut inquit Them.) alij omnino nihil de priuatione dixerunt. alij dixerunt quidem, ſed imperfecte, nam hi qui rerum materiā ſubiectum quoddam actu eſſe arbitrabantur & corpus ut ignem, aquam, aerem, aut huiuſmodi aliquod priuationem penitus ignorabant. Plato uero cum diceret materiam inter non entia eſſe annumerandam innuiſſe uidetur quodāmodo eſſe in rebus priuationem, defecit uero primo, quia ex his quæ dixit ſequitur ex non ente in eo ꝙ non ens generari res poſſe, & hoc quatenus Parmenidem laudat ſentientem unum ens eſſe, & id quod præter ens eſt, eſſe non ens, & ita uidetur concedere ex ſimpliciter non ente fieri omnia oportere, quando fiunt ex materia, quæ eſt ſimpliciter non ens.

N Secundo errat Plato quatenus materiam & priuationem ait neq; ratione ſiue definitione differre, ſed quoniam numero idem eſſe ambo illa uidebantur, arbitratus eſt ratione quoq; idem eſſe, proinde ęquepollere definitione & poteſtate naturæ. His igitur duobus Plato errare uidetur. Primo igitur declarat quo modo Plato ueritati plus alijs appropinquauit, et inquit { tetigere quidē igitur ipſam materiam quoque alij quidam } . ut Plato deinde declarat ꝙ non ſufficienter. & inquit. { ſed non ſufficienter. } propter duo, quæ explicat, & inquit. { Primū enim ex nō ente ſimplr aliqd fieri fatent quatenus Parmenidē recte dicere ſentiunt } ut dictū eſt, deinceps ſecundo errant, qa credunt ꝙ ſi numero una eſt materia cum priuatione, poteſtate & definitione atq; ratione uidet materia ipſis eſſe una cum priuatione, particula illa una græce eſt, monon, latine tantum uel ſolum, clarius uero legitur, ut tranſtuli. hoc differt plurimū dicere eadem numero, & eadem ratione, quia aliqua poſſunt eſſe numero eadem, differre tamē ratione, ut diximus. Hæc eſt poſitio Platonis, & eiuſdem

O errores, ut uero ueritas dicta magis eluceſcat, ſubſcribit differentias inter materiam & priuationem. Prima eſt ꝙ priuatio eſt per ſe non ens, materia uerò per accidens non eſt: ea. uidelicet, ratione qua & priuatio non eſt, quam ipſa complectitur. Secunda materia uſq; adeo prope eſt ut ſitens & ut propinqua compoſito ſit, & pars ipſius de principalibus altera, illa. uidelicet in quam omnium ſit reſolutio. at priuatio nec prope ens, nec pars compoſitæ ſubſtantiæ, nec ad ipſam ſit ultima reſolutio. inquit { nos enim materiam & priuationem diuerſa eſſe dicimus, & horum materiam quidem non ens eſſe per accidens priuationem per ſe } hæc eſt prima differentia. deinde ponit ſecundam, & inquit, { & materiam quidē prope } ens propter formæ receptionem atq; quodammodo ſubſtantiam. Priuationē uero nullatenus. hæ ſunt duę differentiæ. ut Ariſt. dixit. & Themi. declarauit. Dubitat hic expoſitor, quia non uidetur ꝙ potentia materiæ ſit ſimpliciter una ſicut & ipſa materia, quia eſt reſpectu pluriū formarum. Amplius uidetur ꝙ ſit accidens & non ſubſtan-

P tia. Reſpondet ipſe ꝙ actus & potentia diuidunt quodlibet genus entiū. ut. 9. metaphy. &. 3. huius, quo ſit ꝙ ſicut potentia ad qualitatem non eſt aliud extra genus qualitatis, ita potentia ad eſſe ſubſtantiale non eſt aliquid extra genus ſubſtantiæ. non igitur potentia materiæ eſt aliqua proprietas addita eſſentiæ materiæ, ſed materia ſecundum ſuam ſubſtantiam eſt potentia ad eſſe ſubſtantiale. Vlterius ait ꝙ eiuſmodi materiæ potentia eſt una numero ſubiecto reſpectu multarum formarum, ſed ratione ſunt multæ potentiæ ſecundum habitudines ad diuerſas formas, ut una eſt paternitas ſubiecto, qua pater refertur ad plures filios, habitudine & ratione plures, quo modo poſſe ſanari & poſſe infirmari ratione plura ſunt, ut dicitur. 3. huius. Ex poſitoris igitur ratio conſiſtit in hoc ꝙ recipiēs, hoc eſt potentia, & receptum hoc eſt actus ſunt eiuſdem generis.

Q Sed contra hoc fundamentum obijciunt quidā, primo eo dato nullum accidens poſſet immediate recipi in ſubſtantia, & ſic a, accidens reciperetur mediante b, & b, iterū mediāte c. & ita ꝓceſſus in infinitum. Secundo ſubſtātia ſecūdū expoſitorē ponit imediata cauſa receptiua accidētis, igitur recipiens & receptū non ſunt eiuſdē generis. Tertio expoſitor concedit ubiq; ꝙ eſſentia aīæ eſt imediatum principiū & ꝓximū receptiuū potētiarꝝ, quæ apud ipſum ſunt accn̄a & tn̄ entia recipiēs & ipſæ recepte differunt genere & ſic nec potētia & actus. Tunc rn̄det ꝙ potentia uno modo accipit pro principio operandi, quęq; diuiditur per potētiā actiuā, & paſſiuā. Alio modo ut diuiditur contra actū, quæ dicitur potētia obiectiua apud nōnullos, & hoc modo potētia & actus nō tm̄ ſunt eiuſdē ſpeciei, ſed etiā eiuſdē numeri. Illud enim indiuiduū quod nunc eſt in actu, illud idem fuit in potentia, tunc dicunt ꝙ potentia & actus ſint eiuſdem generis eſt falſum de potētia tranſmu- Rn̄ſio

A tandi. Sed bene de potētia cōtra distincta actiui, qualis nō est illa materiæ, hæc est responsio eorum, & ita dubitatio Thomæ nulla est, nec solutio. Dupliciter ut mihi uidetur isti confutatores errant, primo, quia non differt potētia primo & secundo modo accepta. Secundo ꝙ intelligunt positionem expositoris. Quod uero non differunt, declaratur: quæro.n.ab eis illa potētia distincta cōtra actū respectu Socratis: aut equi generādi, est aliquid uel nihil omnino. Si quidem nihil oino, non plus est possibilis equus ꝙ hircocerυus. aut id genus: nā possibilitas utriusq; est simpliciter nihil. Si uero aliquid quicquid sit, cum non sit in effectu, oportet in causis contineri, uel igitur in agente tm̄, uel in materia & agente. Si in deo tantū: tunc omnis res producenda crearetur, quod non est peripateticū, si uero in materia & agēte: igitur unamet potētia erit subiectiua siue passiua, & obiectiua cōtra actū distincta, & hoc uolūt expositor hic & Auer. primo cœli com. 124. dū ait, oē possibile ab intrinseco esse possibile ab extrinseco. Secūdo, &
B est idem clarius, equus generandus qui distinguitur cōtra equum genitū, cū sit possibilis fieri aut possibilitate cōtenta in causis actiuis, aut in causis passiuis, aut in utrisq;, si in actiuis. igitur equus semper crearetur. si in passiuis & actiuis. igitur hæc possibilitas nō differt a potentia receptiua, quod erat positio expositoris. Dico igitur ꝙ potentia materiæ, ut respicit agens dicitur principiū transmutandi ab altero, & illa agentis ut materiā, dicit principium transmutandi alterum ut uero respicit formam à qua est existere, distinguitur contra actum essendi, igitur una est potentia qua Socrates potest fieri, potentia distincta contra actum essendi, & potentia qua forma eius potest recipi in materia ab agente. hæc de primo. Quod uero pace sua expositoris mentem non habeant, declaratur, nam expositor non uult oē receptiuum esse eiusdem speciei & generis cum recepto, sed illud quod est potentia & principium & ratio. atq; medium recipiendi illud receptum, & huius causa est, quia finis & media in finem, ut dicit Auer. 5. hu-
C ius com. 9. sunt eiusdem speciei, loquor de fine intrinseco, & non extrinseco, gn̄atio enim finis est extrinsecus alterationis, ideo non oportet ut alteratio & gn̄atio sint eiusdem speciei. Medium autem siue principium recipiendi & finis intrinsecus unius sunt speciei & generis, & hoc nunꝗ ab aliquo bono peripatetico est dubitatum, receptiuū autē illud quod recipit, ut quod potest esse diuersi generis à recepto, cum non finaliter ordinetur ad illud receptum: sed potius receptum ordinatur à recipiens. Ex his patet, ꝙ non bene se habent ad expositorem. ratio enim sua uidelicet de potentia quæ est principium siue ratio, siue medium recipiendi actum hæc enim, ut dixit Auer. oportet esse eiusdē speciei. Pro solutione ad rationem est animaduertendum ꝙ accidētia sunt in duplici differentia quædā quæ insunt substantiæ per mediū propter suas perfectiones ut actus omnes & accidentia per modum actus, quædam quæ nō indigent medio quo insint, propter eorum imperfectionē, quia ad illa sufficit essentia subiecti, & propterea dicuntur
D fluere ab essentia sola, ut omnes potentiæ. Tunc ad rationes patet solutio, omnes concludunt substantiam posse recipere accidētia per essentiam, hoc concedit expositor, sed ait substantiam non esse rationem & medium recipiendi illa, sed illa fluunt ab essentia īmediate sine principio, propterea differunt ab essentia.

An materia & priuatio differant realr & quō differunt.

Id est.) Cōmentum istud continet textus expositionē & digressiunculam secunda ibi { Et dixit ꝙ materia. } Prima pars patet. uerum colliguntur in illa Platonis tres errores, primus quia concessit materiā esse simpliciter nō ens per argumentū Parmenidis, & tunc patet ipsam nō differre à priuatione. Secundus quia uoluit materiam & priuationem esse unū numero & unum definitione: quæ multū differunt. Tertius est ꝙ per hæc sibiipsi contradicit, nam per hoc ꝙ dixit materiam esse non ens, habet ipsam non esse, propter argumentū Parmenidis: per hoc uero ꝙ uult materiam & priuationem esse unum numero & definitione: sequitur ꝙ materia sit, nam materia est eadem cum priuatione, igitur materia est, idem enim & diuersum sunt entis differentiæ, & ita sequitur ꝙ materia sit & non sit. Sed dices contra a pari arguo de priuatione. Nam per hoc ꝙ priuatio est terminus a quo generationis ipsa non est. & per hoc ꝙ ipsa est eadē cū materia ipsa est quare sm̄ Aristo. idē erit, & non erit. Dici potest ꝙ priuatio ut uidebitur apud Aristo. in prædicamētis dicit duo. aptitudinem siue potentiam ad formam, & per hanc Aristo. supra reduxit ad materiam uolens priuationē nihil esse præter materiam, qua rōne concederet ipsam, ut sic esse ens, aliud etiā habet, qa dicit absentiā formæ, & quo ad hoc reduxit eā ad formā, sic enim ipa priuatio nihil aliud est ꝙ forma ab ens ut dicebat Them. tunc dico ꝙ quatenus reducitur ad formā differt rōne a matera, & sic nihil est, quatenus uero reducitur ad materiam differt rōne a forma, & sic aliquo mō est. E

Et dixit ꝙ materia.) Hæc est digressio, in qua primo colligit materiam & priuationē se habere ut subiectum & accidens: quoniā materiæ accidit priuatio propter quod uult materiam esse nō ens per accidens, quatenus denominatur priuata, ut non equus, non bos. dicitur uero ens ratione formæ, quatenus dicitur aut homo aut canis, sed de hoc erit dubitatio. F

Et ex hoc.) Concludit causam generationis & corruptionis & uult ꝙ omne ens sit generabile & corruptibile propter materiā, quatenus in natura materię est priuatio. Sed dices in natura entis nō potest esse nō ens, igitur in natura materiæ non est priuatio. Dici potest & bene ꝙ esse in natura alicuius potest intelligi dupliciter, uno modo per se, et sic definitio & accidentia p se sunt in natura subiecti. alio modo, quia nihil requiritur ad hoc ut insit, quo modo dicimus, ꝙ graue habet naturam descendendi, quoniam solis impedimētis remotis descēdit, & hac ratione priuatio est in natura materiæ: quia nihil requiritur ad hoc ut materiæ insit, nisi solum remotis impedimentis.

Et si in sua.) Quæret quis, utrum etiā forma sit ita in natura materiæ, respondet ꝙ nō, qa sic forma esset de essentia materiæ, quia esset in natura illius propter causam agentē, & non propter impedimentorum ablationem, quare tunc omne quod fieret, ex ente actu fieret, qa ex materia ut formata illa naturali forma. G

Quemadmodum.) Dicet rursus iunior, utrum in materia sit priuatio simpliciter: hoc est omniū formarꝫ respondet ꝙ nō, qa ubi materia esset uniuersaliter priuata, materia esset nō ens, nō enim est ens nisi ꝑpter formā, & ubi esset simpliciter nō ens; gn̄atio fieret ex nō ente simpliciter, & concludit ꝙ materia nec est simpl'r formata, nec simpliciter priuata. ubi enim simpliciter formata esset, generatio esset ex ente actu per se, ubi simpliciter priuata, esset generatio ex non ente simpliciter. igitur quasi cōposita siue continens formam & priuationem formam quidem unam & priuationem contrariæ formæ.

Et ex hoc.) Concludit cōtra Auicē. ꝙ corpora cœlestia nō sunt cōposita ex materia eiusdē rationis cum materia generabili, qm̄ tunc essent gn̄abilia & corruptibilia ꝑpter admixtionē priuationis cum natura eorum, affert autem tunc cām qm̄ præcisa causa gn̄ationis & corruptionis est materia cum priuatione admixta, quod quomodo intelligitur, superius fuit expositum. H

RECO.

{ In cōmentarijs Themistij expositionē secutus sum ad { uerbū qui, referens uerbū { ipsam } ad priuationē arbitra { tur nunc Aristo. loqui de priuatione, innumereq; Platonē { de ipsa non nihil tetigisse inquantum materiam enume { rauit inter non entia. In eo.n. ꝙ materia est nō ens, sequi { tur ipsam esse priuationē, & ita non nihil Plato de priua { tione locutus est. ꝙ uero materia sit nō ens, probabat Pla { to argumēto Parmenidis quia est præter ens, est.n. præ { ter ens in actu, ergo præter ens, & quod est pręter ens, est { non ens, ergo materia est nō ens, cum aduersus Platonē { obijceretur, ꝙ si materia sit non ens, aliqd simpliciter fiat { ex nō ente, concedebat totum. Ergo Plato nō nihil de pri

I uatione locutus est. uerum insufficienter, primo inquantū concessit aliquid fieri simpliciter ex non ente. quia ex materia, quæ est non ens, ut argumento Parmenidis patuit. Deinde inquantum nullam prorsus inter materiā, & priuationem differentiam fecit, hæc secundū Themi. in commenta. Simplicius uero per { ipsam } materiam simul cum priuatione intelligit, ubi considerandum ꝙ qui Platonem præcesserunt, huiusmodi materiam cum priuatione nullo pacto tetigere. Quicunq; enim unū ens esse censent, nullo pacto illā tetigere, nec quæcunq; omnia actu præexistere dicunt, nec etiam quicunq; generationem tollunt, propterea dicit, { tangentes igitur & alij quidā sunt ipsam } .s. materiam cum priuatione, ut exponit Simplicius. { Sed non sufficienter }, & Simplicius Platonē intelligit, quia, ut inquit, Plato in timæo asserit materiā nullum ens actu esse his uerbis uidelicet, formis subiectum non est recte apparatum tamen omnibus formis carens,

K omnes suscepturum est. his itaq; uerbis Plato uidetur attingere aliquo pacto materiā simul cum priuatione, quod enim aptum est suscipere id, quod non habet, subiectū priuatum iure dici potest. Iure etiam dici potest ꝙ sit potentia & non actu, & ꝙ non sit ens per se, sed per accidens. Quare Plato primus dixisse uidetur ꝙ materia sit aliquo pacto ens, aliquo pacto nō ens. Præterea in alijs libris etiam Plato ens multipliciter dici demōstrauit, ueluti Eudemus in naturalibus, testatur, propterea tetigisse uidetur & Plato naturā hanc. Alexāder uero per { ipsam } intellexit materiam non priuationē, quoniā Arist. in fine huius textus de materia loquens assignat differentias inter materiam, & priuationem, & hanc expositionē Auer. sequitur. Themi. uero, ut diximus, per { ipsam } priuationem intellexit, quoniā illud, quod in fine textus de materia dicit, de materia dicit, quatenus uidetur habere priuationē in propria natura. Tandem Simplicius per { ipsam } materiam intelligit, quoniā in fine textus loquitur de materia, cum differentiæ, quas assignat, superius sint

L assignatæ. Quod autem non sufficienter, Aristo. ostendit dupliciter, & dicit, { primo enim confitentur simpliciter fieri aliquid ex non ente, inquantum Parmenidem recte est dicere } .i. inquantum arbitrantur Parmenidem recte dicere. est igitur prima causa insufficientiæ inquantum dixerunt generationem fieri ex non ente, arbitrantes argumentum Parmenidis, quo Syllogizabat materiā esse nō ens, esse ualidum, probabat. n. Plato per argumentum Parmenidis materiā esse non ens sic, quicquid est præter ens est nō ens. materia est pter ens, quia est pter ens in actu, & ita præter aliquod ens, & sic præter ens, ergo materia est non ens. argumentabatur igitur, Plato materia est nō ens, omne quod fit, generatur ex materia. igit omne qđ generatur, fit ex non ente. Prima ergo causa insufficientię est qm̄ errant de generatione, & hoc totum est, quia non plene uiderunt naturam materiæ. Si enim uidissent perfectæ naturā materiæ cognouissent eam esse præter ens in actu, non autem præter ens simpliciter. s. actu, & potē-

M tia. Plato ergo putans argumētum Parmenidis concludere, opinatus est materiā esse non ens, & sic postea lapsus est in errorē de gn̄atione. Aut pōt exponi aliter ꝙ primo Plato errauit inquātum existimauit argm̄ Parmenidis recte concludere materiā nō esse ens, qm̄ sic cogetur dicere gn̄ationē fieri ex nō ente, & tunc lege sic. { primo. n. } insufficienter tradiderunt, { inquantum Parmenidē recte est dicere } .i. inquātū dn̄t Parmenidē recte dicere ꝙ materia sit non ens, nam sic cogunt̄ confiteri simpl'r aliquid fieri ex nō ente. & hanc expositionē, ut Simplicius inquit fere omnes greci expositoris sequuntur, quare dicit, { sed non sufficienter subaudi tetigerunt, primo. n. inquantum Parmenidem } secundum eos { recte est dicere } & supplendum est nam sic dicentes { confitētur simpliciter fieri aliquid ex non ente. } hanc expositionē miratur Simplicius, ex eo, quia Plato clare in sophista multis argumētis aduersatur Parmenidi qui unū ens esse dixit. Ego autē

Pria expō.

Secunda expō.

miror ipsum, qm̄ Plato fuit academicus, & propterea, inuenitur sibi contrarius, nam academici nō determinant, sed oēm partē, ut probabilem concedunt, propterea non mihi uidetur remotū, ut aliter dicat in timæo, aliter in sophista, laborat autē Simplicius exponere multis modis aliter hunc locum, sed cū ea, quæ dicit, nō faciāt ad ueritatem, bona fronte ptermisimus. Deinde assignat secundā insufficiētiā, & dicit, { postea uidetur ipsis } .s. Platoni, { siquidē est } ipsa materia { numero una, & potētia tm̄ una esse } .i. ut una tm̄ sit cum priuatione potētia et rōne, & nullo modo differat, existimātes q̄cunq; sunt subto eadem, esse & potentia, & rōne eadem. Contra quos dicit { differt autē hoc } .s. esse idem subto { plurimū } ab esse idē potentia, & rōne, ꝓpterea inter materiā, & priuationem assignat duas dr̄ias, & dicit, { nos. n. materiā & priuationē alterā esse dicimus, } Quas dr̄ias exponēs dicit, { & harum hanc } .s. { materiā quidē esse non ens secundum accn̄s, priuationē uero } esse non ens { per se. } est igitur prima dr̄ia ꝙ materia sit non ens per accn̄s, quoniam priuatio ei accidit { priuationē uero per se } .s. non ens, qm̄ nō ꝓpter aliud est non ens, deinde assignat secundam, & dicit, { & hanc } .s. materiā dicimus { esse ꝓpe subam, } uno mō exponitur. i. ꝓpe formā, quatenus est in potentia ad formā. alio mō { prope substantiā } .i propre substantiā cōpositā, ut exponit Simplicius qm̄ ꝓprie & potissimū cū dicit̄ substātia, intell'r cōposita consequēter intelligunt̄ huius partes, ꝗ igit̄ materia est pars substantiæ cōpositæ, uidetur esse ꝓpe subam. { priuationem autē nequaq̄ } subaudi substātiā dicimus, cū. n. priuatio sit absentia tm̄ ꝓcul à substātia est, ṗterea si ꝓprie & primo substantia, cōposita substātia est, deinde forma, cum materia suscipiat formā. materia ꝓpe substantiā dici pōt. At cum priuatio formæ absentia sit, sit ut longe à substantia ab esse dicatur. ex his patet materiā esse ꝑ accidens nō ens, qm̄ priuationē participat, priuationē uero per accn̄s ens, qm̄ in materia est, quæ est ens. hæc. ut Simplicius inquit, est sententia Aristo. de materia, & priuationē. Quid autē senserit Plato de materia, & priuatione, Simplicius laborat exponere authoritate Porphyrij referentis Dorcilli dē in. xi. lib. Platonicę philosophiæ, ubi Hermodori Platonis socij dictionē exponēs, de materia et priuatione ad ipsius Platonis mentem differit. Quæ differe nos inutile putamus. qm̄ si sunt contra pōnē Aristo. falsa esse credimus, cum Aristo. positio de materia, & priuatione cōmuniter ab oibus teneatur. At si fuerint pro opinione Aristo. non oportet in illis immorari, qm̄ positio Aristo. satis dilucide intelligitur per ea, quę ipse, & expositores dixerūt, relinquamus igitur onus Simplicio, qui fere totū suū cōmētariū blatterizat in his, quæ prorsus sunt superflua.

N

O

P

Cōtra uo- bolitatem Simpli.

Illi uero non ens magnū & paruū similiter aiunt, siue unum siue duo sint, ut modus iste trinitatis penitus diuersus ab illo sit, usq; huc itaq; progressi sunt ut aliquā naturam oportere subiici dicant: hanc tamē unam faciunt. Nam & si quidam dualitatem facit, magnum & paruum ipsam appellans: nihilo minus idem facit quando alteram. uidelicet priuationem despexit. Materies. n. permanens quidem una cum forma causa est eorum quæ fiunt: perinde ac mater. Altera uero contrarietatis particula persepe ei qui illius maleficium mente concipit uidebitur non esse penitus.

Dilucidatoris tex- cōmē. & c

Q

Quidam autem non ens, magnum & paruum similiter aut simul utrunq;, aut seorsum utrunq;. Quare penitus alter modus est hic trinitatis, & ille, uerū usq; ad hoc perueniunt, ꝙ oporteat quandam supponi naturā, hanc tamē unā faciunt. &. n. si aliquis dualitatē facit, dicēs magnū & paruū ipsam, nihil minus idem facit. Alteram. n. despexit

ANT aut fine uerum quidem

priuationem

A { priuationem. nã subiecta quidẽ materia cõcausa { formę est eorũ, quę fiunt, sicut mater altera uerò { pars cõtrarietatis multoties utiq; uidebit̃ ad male { ficiũ rõnem protendenti, non esse pœnitus.

Continuet̃ lr̃a. Nos sicut dicimus ut uisum est, illi uerò ut Plato & sequaces magnũ & paruũ q̃ ex parte mãæ ponũt siſr nõ ens eẽ aiũt siue unũ siue duo illa sint, ita ut modus iste trinitatis penitus diuersus ab illo nr̃o sit, q̃n ut Themi. ait nõ tris res, sed tria uocabula credũt eẽ pricipia, uel qm̃ trinitatẽ ponũt alia rõne, qa duo ex parte materiæ unũ ex parte forę, nos autẽ ex parte materiæ unũ ex parte cõtrarij duo. & ita alius modus ẽ trinitatis. uerbũ illud { siue unũ si ue duo sint. } iuxta græcã cõstructionẽ eẽt, siue utrũq;, siue seorsum alter̃ est, qd̃ cũ cõfusionẽ faciat in lingua nr̃a, ad sensum ita latine dixi. deinde usquequo de ueritate profecti sunt, & in quo defecerunt adiecit, & inqt, hucusq; itaq; ꝓgressi sunt ut aliquã naturã oportere subiici. subaudi dicãt.

B & q̃tũ ad hoc recte nobiscũ sentiũt, hãc tñ unã faciũt nã & si qdã. ut eor̃ priceps Plato dualitatẽ faciat, magnũ & pũũ ipam appellãs, nihilominus idẽ facit, & sic ꝓ uno cõputat, q̃n priuationẽ, q̃ est altera despexit, & q̃tũ ad hoc ꝙ ponit illa duo reduci ad unã materiã, recte ait. quo uerò despexit priuationẽ, Vr̃ bñ dicere, sed nõ bñ dicit. Quòd uerò bñ di cere uideat̃, subscribit, materies. n. ꝑmanẽs qdẽ una cũ fora cã est eor̃ q̃ fiũt, utpote cõpositor̃ perinde ac mr̃, quatenus receptrix atq; capax patet eẽ. Altera uero cõtrarietatis ꝑticu la hoc est priuatio, ꝓ sepæ ei q̃llius maleficiũ mẽte cõcipit, uidebit̃ nõ esse penitus. potius. n. g̃nonẽ ipedire uidet̃, q̃ ad illã facere. ad qd̃ fortasse Plato aĩaduertẽs à trinitate princi pior̃ abiecit, & quo ad hoc licet uidet̃ bñ sentire, nõ bñ sen tit, ut statim in ꝓximo textu declarabit̃. Quo uerò ad uer ba gręca attinet, moira, græce latine est ꝑticula, appellauit autẽ priuationẽ particulã, qm̃ inter pricipia minimũ locũ tenet. particula uerò illa, parapã, latine est, p̃ter oẽ, qd̃ cum minime sonet apud nos, feci, penitus, quia idem est.

Vtrũ priuatio sit principiũ p se generationis.

Inducit.) Cõmẽtum istud nullã aliã p̃ter illã textus expõ nẽ clamat. Sed circa hæc q̃runt utr̃ priuatio sit ꝑ se princi piũ g̃nonis aliud oĩno à materia, & fora, uidet̃ ꝙ nõ, quia Aris. reduxit illã ad materiã, deinde ad formã. igit̃ non est

B esse risibilē per se, quia risibile per se illi inest, aut esse animal per se, quia animal per se de homine pdicatur, & hac ratione priuatio non per se corrumpitur, qm̄ cum priuatio nihil sit, nihil ei inest, nihilq; de ea prædicari potest. Alio modo aliquid dicitur tale per se, quia est tale per essentiā, quo modo dicitur ꝙ albedo est alba, quoniam sui essentia est albedo, paries uero albus participatiue, qua ratiōe priuatio per se corrumpitur, quia per essentiam & simpliciter est ipsa corruptio. ut igitur albus est paries participatiue, & per accidens quatenus accidit sibi albedo, quæ est per essentiam alba, sic materia est corruptibilis per accidēs ratione priuationis, quæ sibi accidit, quatenus est per essentiam corruptio ipsa, & sic est generabilis per accidens, qa sibi accidit forma quæ per essentiam est generatio. Potentia uero cum non per essentiam sit uel generatio uel corruptio. Iure materia propter ipsam non dicitur generabilis aut corruptibilis, immo potius per potentiam absolutam materia est æterna.

C Et iste sermo.) Format Auer. rationem sic per impossibile omne generatum habet materiam ex qua fit, materia per te generatur, igitur materia habet materiam. Conclusio est impossibilis ut dicetur, & nō propter maiorem, igitur propter minorem, & ita materia non generatur. Similiter potest formari syllogismus similis per impossibile de corruptione, ut intelligenti patet. Quod uero materiā habere materiā sit impossibile. probat Auer. per declarata, quia omnium generabiliū una numero est materia, & ita si generaretur materia eadem numero præesset anteq̃ fieret, ut patet, quia fieret, & præesset ut id ex quo fit. Similiter si corrumpitur ad materiā: materia corrumperetur anteq̃ corrumperetur, imo corrumperetur, & semper esset.

Intelligo enim.) Auer. innuit talem distinctionem ꝙ materia est duplex. Prima simpliciter, & hæc est subiectū simpliciter in potentia. Et secunda materia quæ est subiectum medium inter potentiam & actum: hæ conueniunt, quatenus ambe sunt subiectum ex quo manente fit res composita. differunt ut dictum est, quia materia prima est simpliciter in potentia, materia secunda est media inter potentiam & actum, ut elementa respectu mixtorum.

D Et dixit hoc) Remouet dubium. posset enim dici ad quid Aristo. repetit materiæ ipsius definitionē, respondet ut habeatur ꝙ ipsa sit primum omnium subiectū. & hoc ut habeatur ꝙ sit una numero omnium, & hoc ut inferat impossibilia dicta ꝙ aliquid fieret & præfuisset, & aliquid corrūpitur & remaneret, per hanc igitur definitionem excitauit nos ad intelligendum ipsam esse primum omnium subiectum unum numero. hæc utilitas colligitur ex his digressiunculis. Et propter nonnullorum obstinationem quæro iterum utrum priuatio sit res distincta à materia, ut more recentiorum quæram, utrum materia & priuatio distinguantur realiter, uel ratione tantum. Themi. in digressione unica huius primi authoritate Boethi uult priuationem

Qōestio.

E esse qualitatem aduenientem materiæ sub esse relatiuo differentem ab illa ut differt qualitas à subiecto. Faciunt pro Themistio rationes prima, nullum accidēs alicui est idem suo subiecto, sed priuatio accidit materiæ. text. com. 79. igitur non est idem materiæ. Secunda nullum ens est idē non enti, sed priuatio est non ens. text. cōmen. 77. materia uero ens, igitur materia non idem priuationi. 3. priuatio est idem formæ, ut text. com. 68. 4. ea quorum unum permanet alterum non permanet non sunt eadem. sed materia permanet priuatio uero non, ut tex. com. 59. 5. arguit The. digressione illa. si materia in sui substantia priuationē haberet innexam apprehensamq;, tunc materia in aductu formæ corrumperetur. igitur non sunt una res. eādem ratiōnē fecit Auer. com. 66. & 79. hæc fieri possunt pro Them.

Huic positioni aduersari uñr Arist. & Auer. Aristo. quidē tex. com. 65. & 67. Auer. uero com. 66. in principio, itemq; 12. meta. com. 11. & 14. Sorticolæ non iniuste dicunt ꝙ materia & priuatio nec sunt eadem nec differunt, ut patet

F per expositiones eorum. & fortasse hæc positio est peripatetica, quoniam eadem sunt, quorum substātia est una differentia uero sunt idem, aut eadem ente: ut dicitur. 5. meta. Captiunculatores dicunt ꝙ materia & priuatio sunt idē, sicut album & albedo, quoniam priuatio & materia quo ad principale importatum sunt idem, sed differunt cōnotato. nam priuatio ultra materiam notat absentiam. materia uero absolute dicit solum potentiam, siue substantiam materiæ. Animaduertendum igitur ꝙ priuatio apud peripateticos sumitur aliquando pro potentia respectiua materiæ, qua respicit formam, & hoc modo accepit priuationem Auer. 9. meta. com. 3. cum dicit priuationem intelligi non posse sine potentia. Interdū pro forma materiæ coæterna, quā nos diximus formam corporis: hæc enim forma uidetur priuatio quatenus continet sub se omnes formas specificas & nullas actu. & hoc modo accepit Auer. fortasse. 2. huius com. 15. & isto modo priuatio differt et distinguitur à materia, etiam ut sumitur pro potentia. tertio modo sumitur pro absentia formæ. & sic nihil aliud est, ni

G si forma absens, ut tex. com. 68. ait Aristo. & Them. 4. modo accipitur pro dispositionibus qualitatiuis & quantitatiuis, qbus materia caret forma, & est apta recipere eam de proximo, & hoc modo Themi. intellexit in digressione, cū appellat ipsam qualitatem. ultimo potest sumi pro ipsa carentia præcise, & sic nihil est præter materiam solū addens carentiam. & hoc modo possunt concordari omnes. Ad rationes pro Themi. patet solutio, omnes enim ualent capiendo ipsam pro qualitate, & si quæ aliæ sunt, solutæ sunt in alia quæstione. Quærunt hic utrum sit una omniū formarum materia numero. Respondent recentiores ꝙ infinitæ sunt materiæ primæ, nā alia est materia prima ignis. alia prima materia aquæ, & sic tot primę materiæ quot formæ. Vlterius uolunt ꝙ differunt numero, & conueniunt specie. nec est uerum ꝙ omnis distinctio sit per formā, sed solum distinctio formalis. Hæc positio potest dupliciter in

H telligi. uno modo ꝙ sint plures materiæ primę & distinctę & differentes, non ut sunt sub formis: & hoc modo concedunt plures esse, qa uolunt illas esse distinctas seipsis. alio modo quatenus sunt subiecta actu sub formis, & sic nihil mali est, sunt enim infinitæ materiæ primæ, ut actu subijciuntur formis. nam tunc differunt per formas. uerum ablatis omnibus formis materia erit una, sicut ablatis oibus figuris à cæra, cæra erit una. Quia uero positio tenet plures esse primas materias, & non propter formas. ideo errant. quod declaro. Quæcunq; conueniunt specie & differunt numero, sunt indiuidua eiusdē speciei, sed omne īdiuiduū est unū numero propter materiam. igitur materia esset una propter materiam, nisi fugias ad hypostasim, quā posuit Auicen. & recentiorum quidam uocant nouo nomine hęceitatem. siue hæcheitatem. hoc autem non est Peripatetice dictum, nec ipsi contra quos arguo, concedunt. Immo aiunt eas differre seipsis. Secundo unus est primus actus numero omniū possibiliū. igitur una prima materia tenet

I consequentia per eandem rationem, quã facit Aristo. primo cœli & Auer. com. 90. nam una materia prima numero est in potentia ad omnes formas. igitur uel una forma extrahetur de infinitis materijs, aut omnes aliæ sunt superfluæ. Confirmatur quoniam quantum possunt omnes, potest una sola. igitur una sola sufficit. Sic enim arguit Arist. primo cœli de deo. Tertio. uel formæ quæ educũtur per generationem de potestate unius materiæ, quandoq; educentur de potentia cæterarũ, aut nunq̃. si nunq̃, igitur omnes potentiæ in alijs erunt ociosæ, si aliquando, tunc idem infinities generabitur. Quarto, quæcunq; se totis distinguũtur in nullo conueniunt. per ipsos primæ materię se totis distinguuntur, quia per nihil sui, nec per formas. igitur in nullo cõueniunt. Vltima est determinatio Auer. expressa. 12 meta. com. 14. Dicendum igitur ꝙ materiæ primæ sunt multæ. quia hæc sunt plura demõstratis subiectis diuersarum formarum. hæc sunt primæ materiæ igitur ex-
K positorie materiæ primæ sunt plures, non tamen multæ sunt materiæ primæ, quatenus materiæ primæ, Nam quatenus materiæ primæ sunt una materia per priuationem omnium formarum, ut dictum fuit supra. tu uero quære ea quæ diximus supra, & ea quæ diximus in. 12. meta. com. 14. Animaduerte tamen ꝙ unum numero accipitur interdum a Peripateticis pro eo quod est unum numero coincidens cum uno specie, ut sol est unus numero, & unus solus sol. Alio modo pro eo quod cum alio participat idem specie ut Socrates & Plato, quia participant hominem Amplius unum numero pro eo quod est unum specie, dupliciter sumitur. uno modo pro eo quod nec actu nec potentia potest effici plura numero, & sic deus est unus numero sol unus numero, & id genus. Alio modo pro eo quod licet secundum essentiam suam sit unum, potest tamen effici plura, & hoc modo materia est una numero, quoniã in specie materiæ est una numero secundum se, ut sol in specie solis. potest tamen fieri plures, ut dicit Themi. in digressione, quatenus efficitur actu subiectum plurium, & hoc
L non intellexerunt illi. Hæc de unitate materiæ satis.

RECO. Cum demonstrasset ꝙ materia sit, & qualis sit, & quanam ratione cognoscibilis, & quo differat à priuatione, licet non uideatur ab illa diuersa, nunc demonstrat ꝙ non per se generabilis, uel corruptibilis sit, sed ꝑ accidẽs, qm̃ id, quod ipsi accidit priuatio, uidelicet per se corrũpitur, & forma quæ ipsi accidit, per se generatur. cur uero hoc ostendat, Simplius rationem assignat, quia per hoc habebitur quædam differentia inter priuationem & materiã, quatenus materia per accidens, priuatio per se corrumpitur. uel fortasse hoc declarat propter megaricos, qui materiã asseruerunt ipsum corrumpendũ. Mouet igitur quæstionem, & dicit, { Corrumpitur autem & generatur } materia ipsa subaudi ita uel nec hæc est quæstio. Respondet Aristo. per distinctionem ꝙ materia bifariam considerari possit, aut coniuncta formæ, atq; priuationi, uel in illo priori, in quo præcedit formam & priuationẽ, ut cum
M consideratur secundum sui essentiam, quæ est sua potẽtia si consideratur, ut coniuncta formę, atq; priuationi, sic est generabilis, et corruptibilis per accidens ratione eorum, cum qbus coniungitur. est enim corruptibilis per accidẽs, quia coniungitur priuationi, quæ per se hoc est per essentiam est corruptibilis, priuatio enim per essentiã est corruptibilis quia formaliter est ipsa corruptio. Silr est gñabilis per accidens, quia formæ coniungitur, quæ per essentiam generabilis, imo ipsa generatio, dicit igitur Aristote. respondendo, { est quidem, ut sic } idest uno modo contingit ipsam corrumpi atq; generari, { est autem ut nõ } .i. alio modo nõ contingit ipsam corrumpi atq; generari. deinde exponit membra hæc, & primo ꝙ corruptibilis sit per accidens; dicit, { nam ut est quidẽ in quo } idest priuatio, quæ { per se corrũpitur, } subaudi materia corrumpitur, appellat autem priuationẽ, quæ materiæ accidit, ut Simplicius dicit, id, in quo, pro eo, quod est in ipsa materia. hæc enim est natura accidentis, ut in aliquo sit, & proprie id in quo subiectum significat, aliud enim est N id, in quo est aliqd, aliud uero id, quod in illo est. uel aliter & dilucidius. { nam ut est quidem } materia ipsa id, { in quo } subaudi aliqd est, quod { per se corrũpitur, } uidelicet. priuatio, subaudi materia est corruptibilis. { quod enim in hoc } scilicet in materia { corrumpitur, priuatio est, } quæ potius est ipsa corruptio, tacuit autem quomodo generetur per accidens ratione formæ, quoniã de similibus idem est intelligendum, hæc de expositione primi membri. deinde exponit secundum membrum, & ostẽdit ꝙ si materia consideretur in illo priori, in quo præcedit formam, & priuationem, ut cum consideratur, ut est in potentia ad illa, nec generabilis, nec corruptibilis per se esset, immo, ut sic est ingenita, & incorruptibilis, & hoc dicit, { est autem secundum potentiam non per se, sed } sic ipsam considerando { necesse est ipsam esse incorruptibilem, & ingenitam. } & per potẽtiam, ut Simplicius inquit, materiæ naturam, ac essentiam intelligit. quoniam materia, ut materia per potentiam constituitur. Quare idẽ O
est dicere materiam non esse generabilem, uel corruptibilem secundum potẽtiam, & non esse per generabilem, uel corruptionem, ut Simplicius exponit, & recte, quoniã si Aristo. intelligeret per potentiam, respectum, quo materia ipsa respicit certam formam, materia propter illum respectum esset corruptibilis, & generabilis, est ergo conclusio ꝙ materia nec sit per se genita, nec per se corruptibilis, & primo demonstrat primam partem, uidelicet ꝙ materia non sit per se genita, & pro huius demonstratione supponit duas dignitates, quarum prima est, quod omne qđ fit, ex subiecto fit aliquo primo, idest ex prima materia. secunda uero ꝙ id, quod fit, nondum est id, quod fit, uel omne quod fit, dum fit, nondũ factum est. deinde demonstrat secundam partem. uidelicet ꝙ materia non sit per se corruptibilis, & pro huius demonstratione iterum accipit duas dignitates, quarum prima est, ꝙ omne quod corrumpitur, in id corrumpitur, ex quo primo fit, uel ꝙ omne, quod corrumpitur, in materiam primam corrumpitur, quã uocat hic ultimum, quia uia resolutionis ipsa est ultimum, sicuti uia generationis ipsa est primum, secũda P
ꝙ id, quod corrumpitur, dum corrumpitur, nondum corruptum est, propter has quatuor dignitates accipit definitionem materiæ quasi cõmunem dignitatem omnibus ut Simplicius putat, & est ꝙ materia sic primũ subiectum, ex quo fit aliquid, cum insit, non secundum accidens, aut fortasse dici potest Aristo. accepisse definitionem materię ad significandum per materiam consideratam in potentia se intelligere materiam secundum naturam & substãtiam. nam definitio, quã assignat, ut sic materiæ, competit enim ut substantia est, & subiectũ, uel fortasse & melius denotauit per definitionem illam, materiam esse unã numero omnium eorum, quæ generãtur, & corrumpuntur tam in generatione, quã in corruptione sub utroq; termi- Q
no. quoniam materia est in generatione primum, in corruptione ultimum. probat igitur Aristo. primam partem, & dicit, { etenim si fiat } .s. materia ipsa per se, ꝑ primã dignitatẽ, { subijci oportet aliquid primum, ex quo inexistente ipsa sit, hoc autem } primũ { est ipsius natura, quare materia erit ante fieri } .i. anteq̃ generetur, { quod est contra } secũdam dignitatem. uidelicet illam, ꝙ id quod fit, nondũ est id, quod fit. unde breuis ratio est, si materia fieret, non fieret nisi ex seipsa, & ita anteq̃ fieret esset in rerum natura, quod est contra secundam dignitatem, posses fortasse aliquis dicere materiã fieri ex priori materia, & illa ex alia, & sic in infinitum, obijcit per definitionem materiæ, & dicit, { dico enim materiam primum subiectum uniuscuiusq; } .s. quod generatur, { ex quo nõ secundũ accidens fit aliquid } .i. quodcũq; { cum insit, } per quæ patet materiam esse unam numero omnium eorum, quæ generantur, cum per se consideratur, per hanc enim definitionem patet materiam, ut sic consideratam esse primum in generatione, & eandem esse ultimum in

A
Considera tio cuiusdã partis definitionis.

corruptione, quare si fieret, non nisi ex seipsa fieret, & sic esset anteq̃ fieret. Cur uero in definitione materiæ additur non secũdum accidens, Simplicius asserit id additum esset propter priuationem, ex qua fit omne, quod fit, non ut inexistente p se, sed, ut inexistente per accidens. Alexãder autem dicit, hoc esse dictum propter accidentia, quæ insunt materię, ex illis enim fit omne quod fit, non pro se, sed per accidens. ex ære enim per se fit statua, per accidẽs uero ex coloribus æris, deinde probat secundam partem uidelicet q̃ materia non sit per se corruptibilis, & dicit, { & si corrumpitur aliquid, in hoc ultimum } .f. quod est materia { corrũpitur. } idest si materia sit aliquid, quod corrumpitur, { in hoc ultimum } idest in ipsammet materiam corrumpitur, atq; { abibit. } tenet consequentia per primam suppositionẽ. uidelicet. q̃ omne id, quod corrumpitur, in id corrumpitur ex quo primo fit, igitur materiam oportet corrumpi in materiam. { Quare } materia { corrupta erit anteq̃ corrumpatur, } quod est contra secundam suppositionem. uidelicet q̃ id quod corrũpitur, dum corrumpitur, nondum corruptum est, q̃ autẽ si materia corrumpitur corrupta erit anteq̃ corrumpatur, patet, quoniam ex quo omne, quod corrumpitur, in materiam corrumpitur, materia corrumpetur in materiam, & sic materia nunq̃ corrumpetur, quin remaneat materia, quare corrumpetur anteq̃ corrumpatur, immo corrumpetur in materiam, quæ nunq̃ corrũpetur, & sic corrumpetur, & non corrumpetur, q̃ si ita sit, corrumpetur anteq̃ unq̃ corrumpetur. Simplicius hic dicit duo quorum primum est q̃ Aristo. æternitatem materiæ assumpsit ex Timæo Platonis, cuius uerba ipse refert, & ex Pythagoricis. Secundum uero est q̃ tota uis demõstrationis Arist. firmatur in illa dignitate quæ est nihil generatur ex simpliciter non ente & nihil corrumpitur in simpliciter non ens, quã superius probat mõstrans per inductionẽ quod omne, quod generatur, ex contrario generatur, & omne quod corrumpitur, in contrarium corrumpitur. hoc idem etiam probauit q̃ oporteat cõtrarijs aliquid subsitũ esse, & per alias rationes. Plato autem in Timæo hanc dignitatem probauit, quoniam in omni eo, quod est præsens, triplex genus intelligere oportet, ipsum quod fit, uel corrumpitur ipsum in quo fit, uel corrũpitur, & id unde assimilata imago germinat uel degerminat, quare nihil generari potest ex simpliciter non ente nihil quoq; corrumpi in simpliciter non ens. Sed circa ea, quæ dicta sunt, dubitat primo Simplicius cur potius materia dicitur corruptibilis per accidens propter priuationẽ, & non propter formam. cum forma accidat materiæ, & sit ipsa etiam corruptibilis. Dici potest quicquid Simplicius blacterizat, iõ propter formam non dici materiam corruptibilem, quoniam forma non est per se corruptio, sed p se generatio. At priuatio est per se corruptio: & non nisi per accidens generatio. Quare quemadmodũ amphora corrumpitur propter uinum, quod per se corrumpitur in ipsa, sic materia propter priuationem, quæ est per se corruptio, corrũpitur p accidens. Secundo dubitat quæ materia est incorruptibilis, utrum cõmunis materia, quæ secundũ speciem est cõmunis tuæ & meæ materiæ, an materia secundum indiuiduum quæ est mea uel tua, non materia communis, q̃m non solum materia est incorruptibilis in sua cõmunitate, sed etiã forma, nã homo semper est, equus semper est, album semper est, & omne tale secũdum speciem incorruptibile est. igitur non sola materia. nec materia mea uel tua, quoniam unaquæq; materia desinit, sua forma desinente. Simplicius bene mouit quæstionem, sed in respondendo blacterizauit, propterea dicẽdum q̃ materia quæ est una numero omnium, est incorruptibilis, quæ est cõmunis per subiectionem, quoniam omniũ formarum est susceptiua, non autem per prædicationem est enim per prædicationem indiuidua, sed per subiectionem est cõmunis. Aristo. igitur probauit materiã esse incorruptibilem non secundum cõmunitatem prædicationis, q̃m illa non prædicatur nisi de seipsa. Sed secundum subiectionem, quæ tamen secundũ prædicationẽ est indiuidua per essentiam, sicut deus. & ita probauit materiã esse incorruptibilẽ capiendo materiam in illo priori, in quo p̃cedit formas; quia sic est una numero, & cõmunis, una numero quidem, quia solũ de ipsa p̃dicatur, cõmunis uero p subiectionẽ, q̃m est susceptiua oium formar. Tertio dubitat, q̃m si materia ingenita est & incorruptibilis, qua nam ratione ipsa non erit deus? Si enim à deo deportata est, nõ ingenita est. Sed diluitur hæc dubitatio, q̃m Arist. per ingenitum non id intellexit, quod ab effectiue causa non dependet, sed id quod non à principio aliquo temporis effectum fit. q̃m in octauo huius monstrat motũ esse ingenitum atq; incorruptibilẽ, & tamẽ eum effici à motore demõstrat, cum pbauerit omne, quod mouetur ab aliquo moueri. Insuper pari ratione ingenitas, atq; incorruptibiles dicit specierum cõmunitates, quæ si eẽnt prima principia, multa principia prima esse diceret, & tamẽ ipse est, qui multorũ principatum malum esse clamitat. Qui autem aliter sentiunt materiam malum esse asserentes, et aduersum principium bono ipsam ponentes, eam uelut effectiuum principiũ opponunt. Plato autem in Timæo proprias causas, & concausas subsistentiæ mũdi exibens materiam inter concausas cõnumerat, & incorruptibilẽ ipsam esse dicit, quemadmodum uniuersum mundum. Quod autem ipsam esse tanq̃ primum principium recuset. Hermodorus Platonis socius, (ut Dercyllides enarrauit,) in eo libro exposuit, ubi Platonis Platica scripsit. Ad ppositũ igitur redeundo, licet materia sit ingenita, atq; incorruptibilis, tamẽ non est deus, q̃m est id, quod ab ipso deo, ut Simplicius inquit, depẽdet, atq; pductum est. Ex quibus pspicuũ est deum ideo esse oium simpliciter primum, q̃m est ingenitum, atq; incorruptibile quippiam & a nullo dependens. cætera quæ sunt ingenita, atq; incorruptibilia, ideo non sunt prima, ut Simplicius inquit, quia licet nõ sint effecta ab aliquo principio temporalis, tamẽ dependent ab ipso deo. Sed quid sit huiusmodi depẽdentia, in theologicis dilucide plusquã in cæteris nostris libris explicauimus.

B

Quæ Simplicius.

C

Prima dubitatio.

Solutio

Secunda dubõ.

D

Solutio

E

Tertia dubitatio.

F

Hermodora Platonis socius. Dercyllides Aristo. expositor.

G

De principio uero formali utrum unum aut plura, quicq; uel quę sint, primæ phylosophię exq̃site munus est determinare. Quare usq; in illud differatur tempus. at de naturalibus corruptibilibusq; formis, in his quæ posterius ostendentur, dicimus. Quod quidem igitur principia sint & quę & quot numero, determinatum sit a nobis hoc mõ. Rursus autẽ alio principio sumpto dicamus.

Dilucidatoris text. com. ulti.

De principio autem secundum speciem utrum unum, aut plura aut quot, & quæ sunt, per certitudinem primæ philosophiæ opus est determinare. quare in illud tempus apponatur. de physicis autem. & corruptibilibus speciebus. in posterius demonstrandis dicemus. Quod igitur sint principia, & quæ, & quot numero, determinatum sit a nobis sic. Rursus autem aliud principium incipientes dicamus.

ANTI. speciem εἶδος ideam formam. Expositio.

H

Partim excusat se, partim p̃ponit ad secundum librum procemium, partim epilogat, quæ res omnis translatione tantum nostra perspicua est. Verum animaduersione dignum q̃ expositor Aristo. se excusare a quæstione illa de idea, quã Plato posuit, introducit. Themistius uero non de idea, sed de forma ipsa, quę est alterum principium rerum naturalium, cui litera consonat, nam tractare de unitate, pluralitate, quidditate formæ, munus est primi philosophi. Non desunt qui de ipso deo excusationem intelligendam esse uolunt. quod certe absonũ est, cum de deo nulla facta sit quæstio. Expositio uero expositoris (ut mihi uidetur) satis sonat, quia subdit. At de naturalibus corruptibilibusq;

I formis, in his quæ posterius ostendentur, dicemus. & ita uř excusatio de forma q̃ dř à Platone idea eẽ intelligẽda.

Cũ notificauit.) Auer. prio exponit & itroducit literã, & patet. Formarũ enim digredit.) & primo declarat dictũ Arist. & ꝓponit talẽ distinctionẽ, & formarũ aliæ sunt in materijs aliæ uero non sunt in materijs, ut declaratũ est in hac scia naturali, declarat autẽ mẽbra ipse in lib. de suba orbis ꝙ formæ in materia sunt q̃ depẽdẽt in esse & conseruari a materia, quæq; eductæ dicunť de illius ptãte, formę uero separatę hac rõne dicunť separatę, quia nec depẽdent a materia, nec eductæ sunt de materiæ ptãte, ut formæ cœlorum, quæq; licet sint abstractę a materia. non tamẽ materiæ sunt abstractæ ab illis. nam materiæ earum deponẽt & constituuntur ab illis. ut com. 63. dictum est.

Et ideo.) Ex hac distinctione uerificat dictum Aristo. ꝙ consideratio de formis est duplex, naturalis quidẽ de formis materialibus. Metaphysica uero de formis immaterialibus, & sic bene dixit Aristo.

K Sed notandũ.) Soluit dubiũ, nam posset qs dicere. si metaphysicus ptractat de formis imaterialibus, tunc scia probaret suum subm esse. Rñdet & dicit primo ꝙ tale genus subarũ quo ad qõnẽ an est, in sciẽtia naturali ꝓbať. Dicit secundo ꝙ qui dicit subas abstractas esse i metaphysica probari peccat, & hoc ꝓbat & sylľs cõponit sic. nulla scia probat suum subiectũ esse, sed supponit aut ipsum esse ꝑ sensum, aut accipit illud a sciẽtia superiori subæ abstractæ sunt subiectũ, ut supponit in metaphysica ipsa. igitur substantias abstractas esse non probatur in metaphysica.

Vnde Auicẽ.) Infert tres errores Auicẽnæ. Primus ẽ, qa uult metaphysicũ demõstrare primũ principiũ esse. Scđs est ꝙ ad illud ꝓbãdũ fecit multas rõnes, & illę fuerunt imbecillæ cum certior illarꝫ nõ transcendat metã ꝓbabiliũ. ut se alibi declarasse asserit. uidelicet. in libro destructio destructionum, & in libro de substantia orbis.

Et peius.) Tertius error ẽ ꝙ uult ꝙ primus Philosophus declarat corpora cõponi ex materia & forma, & ꝙ naturalis sumit hoc a metaphysico. Mouebať aũt, quia Aristo. in metaphysica ꝓbauit multa de materia. ut patet in. 7.

L Negligẽs est ne.) Contra arguit: quia tunc Aristo. esset negligens, quia nullibi posuit aliam uiam ducentẽ ad rerum compositionẽ nisi uiam motus & transmutationis. Ideo quasi interrogans & admirans inquit. negligens ne est Aristo. aliam uiam ad probandum hoc.

Sed sicut dixit.) Soluit argumentum Auicen. & uult ꝙ de materia tractatur hic & in metaphy. in meta. quidẽ ut est una dñia entis. uidelicet potẽtia. hic uero ut est subiectũ & materia transmutationis. ideo hic declaratur & in metaphysica sumitur tanq̃ declarata.

Et innuit.) Arist. in litera dixit. rursus aũt alio principio sumpto dicamus, laborat Auer. exponere quid Arist. uelit per principium aliud. Et prima expositio est ꝙ per aliud principium intelligit materiam & species causarum.

M Et forte.) Secũda expositio est ꝙ ꝑ aliud principiũ Arist. intelligit primũ motorẽ, de quo in. 8. dicet, & dicit primo ꝙ oĩa hic declarata sunt ꝑꝑ illius cognitionẽ. sunt. n. oĩa uti suppõnes qbus cõducit primũ motorẽ esse, ut uidebiť loco eius. igitur cum in secũdo incipit disponere ad cognitionẽ illius, iure incipit tractare de illo, ut qui incipit disponere ad gñationẽ, incipit gñare. Dicit secundo. ꝙ ibi naturalis cessat. & metaphysicus incipit. nã nãlis ducit ad separatas subas, & cũ ꝓbauit illas eẽ sistit et metaphy. succedit.

Et totum hoc.) Repræhẽdit Auicẽnã, qui uoluit totũ contrariũ, uoluit enim genus illud nõ ꝓbari nisi in metaphysica, contra arguit, qa si hic non demõstrareť istud genus separabilium, non esset nisi scientia naturalis & doctrinalis, ut patebit. Affert signum ex antiquis, qui uoluerunt naturalẽ esse alijs priorẽ, & nõ ob aliud, nisi qa subiecta hæc & hoc genus entiũ abstractorꝫ credidere hic esse demõstratum, quod genus est omnibus entibus prius.

Et forte.) Tertia expositio est ꝙ ꝑ aliud principiũ intelligit principiũ doctrinæ, q̃m principiũ doctrinæ est in hoc secundo libro. Et sic hic secundus liber uideť quasi primus N totius sciæ naturalis, quã expositionẽ approbat. hæc sunt quę Auer. attingit in expõne ultimi textus. In quibus patet error Auicen. Quidã Auerromastici, quorꝫ studium potissimum est in repræhẽdendo Auerroẽ hic repræhendunt in multis. Primo, qa deus nõ põt esse subm in meta. ut sumit Auer. Secũdo ꝙ nulla scia particularis præter metaphysica est de substãtijs abstractis. Tertio ꝙ aliqua scia põt demõstrare suũ subm esse demr̃atione signi. Quarto ꝙ etiam metaphysica põt ꝓbare deũ esse, & subas abstractas esse. Primũ deducunt, primo quia subiectũ in scia debet habere ꝓpria & principia unde fluũt illa, ꝑ quę demõstratur de illo, ut dicit Arist. primo poste. scia est unius generis subti partes passiones & principia considerans, sed in deo oĩa sunt idẽ essentialiter. igitur in eo nihil erit cã alterius, nihil erit principiũ demõstrandi. Secundo, deo & intelligẽtijs nihil potest esse cõe uniuocũ, qa tunc essent definibilia, igitur non põt esse una scia de deo & intelligentijs. Tertio. Apud Auer. in ꝓœmio tertij metaphysicę. & in principio quarti, ens simpľr est subiectũ in metaphysica. igitur non deus, qa nõ pñt esse prima subta eiusdẽ scię.

Obiectiones.

Declaratio primi.

O

Secundũ deducunt, si subæ abstractæ in aliqua particulari scia cõsiderarenť, aut in naturali. & hoc nõ quia nõ sunt mobiles, aut in metaphy. & hoc minime, qa non sunt q̃te: quare ad metacam quę abstrahit a motu & q̃titate. Tertiũ deducunt, etiã qa effectus nõ põt esse sine tali cõditione in causa, & est notior cã. igitur põt demõstrare cãm esse. Sed subtũ in scia quia, est cã. igitur põt demonstrari ꝑ effectum esse. Quartũ arguunt, oĩs ꝓprietas cõsiderata de effectu, quã impoľe est sibi inesse, nisi talis cã sit. concludit cãm eẽ quia est saltẽ. Sed tam ꝓprietas cõsiderata in naturali sciẽtia q̃ in metaca de effectu nõ põt sibi inesse, nisi prima cã sit, primũ mouẽs sit, & primũ ens sit. igitur utraq; scia põt ꝓbare ipsum esse. Secundo tunc illa q̃ esset simpľr cõclusio in physica, esset oĩno prima ꝓpositio in metaphy. indemonstrabilis, & ita physica esset prior metaphysica ꝓpter hæc dicunt quatuor contraria dictis Auer. Primũ ꝙ deus non ut subiectũ, non ut species subiecti, sed ut cã subiecti consideratur in metaphysica. Secundũ ꝙ substantiæ abstractæ, ut intelligentiæ considerãtur tm̃ in metaphysica, non tm̃ ut causæ subiecti, sed ut species, siue partes subiectiuæ subiecti. Tertiũ ꝙ aliqua scientia põt demõstrare suum subiectũ esse, utpote saltẽ scientia quia, hæc enim demonstrat suũ subiectũ esse ꝑ effectũ. Quartũ ꝙ tam metaphysica q̃ physica pñt demonstrare substantias abstractas esse, & primũ ens esse, id genus. hæc contra Auer. determinant. Sed pace horũ hæc stare nõ pñt. primũ quidem nõ. Primo, si deus consideraretur ut subiecti causa, igitur ꝑ ipsum deum pñt demr̃ari passiones primæ de subiecto. quod credo eos non concedere. Secundo, oẽ contẽtum uniuoce sub subiecto põt considerari ut species, siue pars subiectiua subiecti. Sed deus per eos continetur sub ente uniuoce, sicut & alia. igitur potest cõsiderari ut pars subiectiua entis. Tertio, quicquid de ente demr̃atiue scitur, potest de deo demr̃atiue sciri. igitur deus continetur sub ente tanq̃ sub subiecto primo. Contra secũdũ arguo. nam Arist. 8. physi. ꝓbat ꝑ uiam motus æterni primũ motorẽ esse & substãtias abstractas esse, aut igiť ut metaphysicus, aut ut physicus, non ut metaphysicus, quia cum illa demõstratio sit ꝑ motũ, metaphysicus consideraret de motu, igitur ut physicus, & ꝑ consequẽs aliqua scia particularis pertractat de substantijs separatis. Secundo quæcũq; sunt causæ & principia primę passionis sciæ naturalis, saltem ut principia & causæ considerarentur in sciẽtia naturali. Sed substantiæ illę sunt causæ & principia motus ęterni. igitur ut sic considerabuntur in naturali. Contra tertiũ est Aristo. primo poste. ubi dicit. oportet autẽ de subiecto præcognoscere quid & quia, igitur est præcognitũ. & per cõsequens nõ q̃situ. Secundo, suppono ꝙ scire spẽm subiecti esse sit scire genus subiectum esse. ut si quis scit hominem esse, scit aĩal esse. q̃m ualet, hõ est igiť aĩal est. Sed in

Declaratio secundi.

Declaratio tertij.

Declaratio quarti.

Quatuor opposita.

P

Confutatio primi.

Q

Cõfutatio secundi.

Cõfutatio tertij.

A in omni bona consequētia scita a te esse bona. si antecedēs est scitum a te. etiā consequens erit scitum. Tunc arguo. si demr̄atur subm esse in aliqua scia, demr̄etur illud. & sit a, demr̄eturq; p b, & arguo. aut b, est aliqd sciæ a, ipsius, aut alterius sciæ. Si aliquid sciæ ipsius a, igit̄ cōtinebit̄ sub illo subto, aliter illud non erit cōmunissimū ad oīa considerata in scia, continetur sub illo, igr̄ est spēs, uel pars subtiua, uel inferius ad illud, ultra spēs illius, igr̄ petitio principij qm̄ p suppōnem spēm subti esse est æque notū cum ipso subiectū esse. Si enim supponitur spēm illam esse. igitur subiectū esse, qa ad illā esse, seqtur subm esse. unde si i scia b. esse est pcognitū a, etiā erit pcognitū, qm̄ subm primū esse seqtur ad illud esse, & in oi bona consequentia si antecedens est scitū, cōsequēs etiā erit scitū. recte igr̄ dicit Auer. subm esse cōcessum, aut ex alia scia, aut p sensum. Tertio. si a. esse demr̄atur in aliqua scia, cuius est subiectū per b. esse, uel b, esse est notum p sensum, aut p aliqd notius eiusdem sciæ, aut p sciam aliam. Si p sensum. igitur a. scitur p sensum nā una est sensatio hois & aīalis. Si p aliqd eiusdē sciæ, eodē mō arguo de illo, sicut de isto. Si p aliqd alterius sciæ. hæc est pō Auer. Quarto arguo & suppono de mente Arist. q genus & ulr̄ oē cōius sit prius inuētione specie, & omni minus cōi, qa bene ualet. hō est igitur aīal est, & nō ecōtra. Silr̄ & de inuētione cū nihil aliud sit iuētio q̄ eē. nā hō inuētus ē. igit̄ aīal inuētū ē. unde & inuētionis appellat̄ qō an res est, qa idē est inuētio rei & eē rei. Tūc arguo. si subm in scia, cuius est pōt demr̄ari esse, aut p aliqd alterius sciæ, aut p aliqd eiusdē sciæ. Si per aliqd alterius sciæ, est pō Auer. Si p aliqd eiusdē sciæ, uel illud est prinm subti uel aliqd cōtentū sub subto. nō principiū, qa tunc demr̄atio esset pp qd & a priori, qđ negāt. Si aliquid cōtentū sub subiecto, sicut oportet esse, aliter nō esset in oībus cōe in illa scia, tunc illud mediū esset aliquid minus cōe, uel spēs, uel pars subiecti. Sed genus ē prius inuentione specie, igitur demr̄atio esset p ignotius. Ex oībus his rōnibus fieri pōt una rō sic. Si subiectū esse pōt in ea scia demr̄ari, cuius est subiectū, uel p principiū subiecti, uel p spēm subiecti, uel p aliqđ accn̄s subiecti uel spēi subiecti. nō per principium, quia tunc esset demr̄o causæ cōtra eos. nō p speciē, qm̄ subiectū etiā est notius sua spē. ut pbatū est, non p aliquod accn̄s subiecti uel speciei, quia tunc illud accn̄s esset prius notū esse q̄ subiectū uel spēs, quod est falsum, quia accn̄tis esse est inesse. igitur oportet pscire ipsum alicui inesse, & eius subiectū esse, & p cōsequens petitio. Pro confutatione quarti aīaduersione dignū q duplex est ens abstractū unū exclusione materiæ atq; p essentiā, ueluti deus intelligentiæ & id genus. Alterq; indifferētia, atq; nō inclusione materiæ, ueluti ens, principiū, cā, actus, potētia, unū bonū, & q̄cūq; pn̄t inesse indifferēter tam materialib9, q̄ īmaterialibus, ut. 6. meta. cō. 2. colligitur. Secūdo. aīaduersione dignū, q licet isti duo modi entis abstracti a materia sint diuersi, sunt tn̄ inuicē ptinētes. qm̄ nō pōt esse ens abstractū a materia p idifferētiā nisi sit ens abstracta a ma teria p essentiā & p se: ut Arist. 6. meta. ubi infert, q si non esset aliud genus entiū separatoꝝ: physica esset prima philosophia. uide Auer. cō. 3. quā cōsequētiā declarat Auer. 1. meta. com. 18. & ponit eam hic contra Auicen. huius consequētiæ deductio est. qm̄ ubi non ponit̄ esse imateriale p essentiā oīa erant realiter concepta cum materia, & ita idē erit ens simpliciter & ens materiale, cū enim tollatur abstractum p essentiā, nihil remanebit cōe imateriali & materiali, cum imateriale non sit, & nō enti nihil est commune. His sumptis arguo pro pōne Auer. argumēto ei9 hic, qđ fecit Simplicius etiā. Si substātias abstractas esse, uel primum motorem esse, aut primū esse ens, pōt pbari. aut illud mediū quo pbabitur erit naturale, aut metaphysicū. Si primū, igr̄ non in metaca. Si secūdū, tunc idē esset cōcessum & quæsitū, qđ deduco, quia si tale medium esset metaphysicum, oportet illud esse abstractum, aut p essentiam aut p indifferentiā. Si per essentiā. igr̄ idē erit concessum & q̄situm. hoc. n. entiū genus q̄rebamus. Si per indifferentiā

B

C

Cōfutatio quarti.

D

Argumētū.

idem quod prius. nā hæc spēs entis abstracti supponit primam speciem entis abstracti per essentiam, & ita ut prius idē erit concessum & quæsitū, q; rōnem Aristo. tangit primo meta tex cō. 47. Et per hæc patet consequētia Auer. hic q si hic non demr̄aretur tale genus entium separatoꝝ per essentiam, non esset nisi physica & mathematica, qm̄ si non demr̄atur hic tale genus, nihil potest abstracti haberi, non per essentiā: ut deductum est, non per indifferētiam similiter, igitur tolletur metaphysica, & sic ueteres non cognoscentes aliud genus entium solum duas scias tetigerūt physicā & mathematicā. & sic patet hæc ratio. quæ recte considerantibus demonstratiua erit omnino. Secunda rō, quā tetigit, est q nulla scientia pbat suum subiectum esse nec species subiecti. unde per subiectū intelligit, aut principale subiectum, aut species subiecti. modo ut dicit. 2. de aīa com. 27. sciētia ponit subiectū, & species subiecti. subiectum quidē ppter rōnes datas, quia in scia subiectum, ex quo est cōissimū, est prius inuētione cæteris in scia cōsideratis. spēs uero, qm̄ si pn̄t pbari species esse, pbari posset subiectum esse, qm̄ ad species esse, sequitur genus esse, ut fuit deductum. Et si non pbatur subiectum nec species, & econtra. quia inuentione subiectū est prius speciebus suis, & hæc ratio etiam est demr̄atiua recte inspicienti. Est una tertia ratio, q̄ quære in lib. destructio destructionum. disputa. 3. in solutione dubij primi. Pro declaratione illorū quatuor, in quibus hi repræhendunt Auer. per ordinē, est aīaduertendum. Et primo circa primum q subiectū apud Auer. alicuius sciæ nōnunq; accipitur pro genere continēte omnia in sciētia. & sic ab eo ponitur in multis locis ens inquantum ens. Interdum pro prima subiecti specie, quæ magis, ppriæ dicitur subiectū: nam primum genus dicitur potius primum pdicatum scientiæ. & hac ratione genus entium separatoꝝ: hoc est ens abstractū a materia per essentiam est subiectum in metaphysica, quod est unum analogum dictum per attributionem ad primū in tali genere. uidelicet ad deū. Et sic attributione dici pōt deus primū subm. Vlterius accipio q duplex est sciētia de ente separato p essentiā, altera, quidē intuitiua illoꝝ per essentiā quā Auer. credit habere fœlix. In quo agens intellectus est sibi copulatus ut forma. nos uero tenemus hanc habere in patria, & hæc scientia metaphysica est propria, cum nō sit alia hæc scientia quā res scita, deus enim sibi & nobis est scientia sibi per essentiam nobis participatione: & sic deus est beatus metaphysica per essentiam. altera quæ est abstractiua est sciētia de deo per doctrinā, quæ dicit̄ uespertina etiā. Illa p essentiā hæc demr̄one & quasi participatione & ab effectibus. Et hæc quo ad qōnē an iste subæ sint, est naturalis, quo uero ad ea q̄ cōsequūtur illas subas ut abstractæ sunt, ut eē intelligētes esse intell̄s, eē fœlices & alia attributa declarata ex. 12. met. cō. 39. est scia metaphy. Et ita patet eē duplicē metaphy. de deo atq; subijs separatis, unā intuitiuā per eēntiā & nō per demr̄onē. alterā abstractiuā per demr̄onē uni9 attributi ex alio, ut dictū est. Tūc ad rōnes. ad primā dico q subtū in scia debet hr̄e pricipia & cās qubus demr̄ent̄ affectiones. in sciētijs nālib9 pprie. in meta. trāsumptiue & attributiue, & p quandā attributionē alterius rōnis ab his sciētiis. Ad secūdū patet solō. satis est ut sit unū cōe analogū. analogia. n. sufficit ad unitatē sciæ. Ad tertiū patet solō. Aue. n. cōcedit utrūq; mō diuerso. Ad rōnē uerō cōtra secūdū dicēdū q unamet ppō cōsiderari potest in una scia ut principiū. in alia ut cōclusio ut continuum esse diuisibile in semper diuisibilia, ut suppositio sumitur a geometra. ut conclusio demonstratur in sexto huius. nam naturalis considerat illam in ordine ad medium naturale. Geometra in ordine ad conclusiones sic in proposito substantias abstractas esse considerat metaphysicus ut suppositio naturalis ut conclusio inordine ad medium naturale. Ad argumenta contra tertium patet solutio. nam in scientia quia. accipitur inuentio causæ quæ est subiectum illius scientiæ quia, sed talis inuentio accipitur ab alia cognitione alterius speciei a scientia qa, qm̄

E

Cōsequentia Auer. hic.

F

Pro solōne

G

Qualr̄ cognitio de abstractis.

H

Duplex metaphy.

Solutio.

Solō ad secundum.

Solō tertij

I Soľo quar. aut per sensum, aut per scientias effectus, quæ est alia a scia causæ. Pro solutione ad argumenta contra quartum animaduertendum quod multi sunt syllogismi necessarij qui non sunt demonstrationes, sed thopici, ut quãdo media uel sunt ignotiora conclusionibus, uel æque ignota, modo in proposito dico quod si a, est, sequitur deum esse, sed non est notum per se ad a, esse sequi deũ esse uel primã causam esse, quia non est scitum an illa consequentia sit bona. Tunc respõdeo quod omnis proprietas reperta in effectu consequentia bona de materia infert primum ens esse, & deum esse, non autem bona de forma, nisi motus æternus. Causa est, quia si illa proprietas esset spectans ad metaphysicum, aut esset ignotior, aut æque nota cum ipsa cõclusione. si est physica non est nisi motus æternus, debet igitur addi maiori, dum modo talis proprietas sit notior cõclusione, quod esse nõ potest, ut dictum est. Ad secundum dico quod licet quod est conclusio in physica sit suppositio in metaphysica, nõ propter hoc physica subalternat sibi metaphysicam, tum quia

K illa conclusio non probata est in naturali scientia a priori, tum quia deficiunt aliæ conditiones, quia non continetur subiectum sub subiecto, & aliæ recitatæ, primo poste. Multæ aliæ occurrerent qõnes hic, sed in libro destru. destructionum. disputa. 8. in solutione ad primum multa diximus ad hoc propositum, quæ uidere potes. Sunt tamen

Dubõnes circa commentum. Prima. circa commentum dubitationes aliæ. Prima propter quid subiectum neq; a priori neq; a posteriori demõstrari potest in scientia cuius est, & principia subiecti possunt demonstrari esse in illa a posteriori. uidetur enim per principia illa demonstrata possit subiectum demõstrari. Secun

Secunda da est propter quid principia subiecti possunt demonstrari esse, & partes subiectiue non. Tertia uidetur quod princi

Tertia. pia & subiectiue partes demonstrari possunt, nam materia prima ẽ pars subiectiua entis mobilis & principiũ & demõstratur esse in sciẽtia naturali. Quarta propter quid

Quarta. materiam primam esse ut principium potest demonstrari in naturali scientia, & substãtiæ abstractæ quæ sunt prin

L cipia entis ut ens non possunt in metaphysica demonstrari esse ut principia. Ad primã solutio ex dictis patet. sub

Soľo pri. iectum enim est in scientia, cuius est primũ præcognitum atq; concessum. Inquit enim Aristo. primo poste. de subiecto. oportet præcognoscere in scientia quia est hoc est ipsum esse, ei quid est saltem secundum nomen, & cum esse alicuius sciri nõ possit maxime in naturalibus, nisi aut per effectum aut sensum, & subiectũ sit præcognitum secundum esse. recte dicit Auer. quod debet sumi, aut quia notũ ad sensum, aut quia sumptum ex alia scientia. principium aũt probari potest, quoniam sua inuentio non est præcognitio nec propter hoc potest per illa principia demonstrata subiectum demonstrari, quoniã ubi illa principia sint demonstrata per aliquod medium pertinens ad eandem scientiã tale mediũ erit ignotius subiecto. & per consequens nũq; potest certificare ita principia ut illa sint notiora subiecto,

M & per consequens nõ poterunt principia demõstrare subiectum esse. cum demonstratio esset per ignotiora. nihil

Solutio. 2. enim est notus in scientia subiecto. Ad secundã patet solutio, partiũ. n. subti & subti unũ est esse, & ita una inuentio, ubi enim partes esse posset demonstrari, tunc & subiectum esse. quoniam subiectum est prius inuentione partibus, ut animal ipso homine, quia ualet, est homo. igitur animal, & non econtra, quare si partes esse posset demonstrari, subiectum esse posset etiam. igitur per destructionẽ consequentis. ubi subiectum demonstrari non potest, nec partes possunt, principia uero possunt, quoniam alia est inuẽtio, & esse principiorum & alia subiecti & partium subie-

Solutio. 3. ctiuarum. Ad tertiam dici potest quod materia prima, ut species entis mobilis est præcognitum, ut principium rerum naturalium est quæsitum. nec hoc inconuenit. & sic demõstrat ex ea parte qua principiũ, non ex ea parte quã subiecti ua siue species entis mobilis. Ad quartam dico quod nõ omni

Soluťo ne principium potest demõstrari esse in scientia, cuius est, sed bene aliqua. propterea nõ ualet. materia demonstratur esse in scientia naturali, ut principium. igitur substantiæ ab N stractæ etiam demonstrari possunt esse, ut principia, est. n. ratio ab una particulari ad alteram, sed bene ualeret, quãdo omne principium posset demõstrari esse, ea enim principia possunt demonstrari in scientia, quæ supponunt rõnẽ subiecti, ut materia, quæ supponit mobilitatem, quæ uero non supponunt rationem subiecti sed ab ipsis ratio subiecti accipitur, non possunt demonstrari. modo a substãtijs separatis sumitur ratio entis in eo quod ens, quia nõ esset ens in eo quod ens, nisi tale genus entium esset, ut dictum est propterea eo ipso quod substantias abstractas esse in metaphysica demonstretur, etiam subiectum esse demonstraretur, quia ratio entis oĩs ab hoc genere proficiscitur. & hoc igno rarunt Auerromastici. Quærunt hic recentiores propter Questio de materia cœli. multa dicta Auer. in isto primo, utrum cœlum sit compositum ex materia & forma, & licet in lib. de cœlo, & in lib. de substãtia orbis, & in lib. de generatione & corruptione, & alibi plurima dixerim de re ista, pauca hic uolo tãgere, & solum in opinione Auer. Respondent recẽtiores ad mẽ- O tem Auer. & dicunt. Primo. quod cœlum cõponitur ex duabus naturis, quarum una est agens motum. altera est recipiens motum. Dicunt secundo quod cœlum, licet componatur ex duabus naturis, non tamen ex forma perficiente materiam & materia perfecta atq; constituta a forma. Dicũt tertio, quod cœlum seclusa forma siue intelligentia, est substãtia simplex media inter puram materiam & purum actũ, cui intelligentia ut motrix seu forma appropriata attribuitur, hanc dicunt esse mentem Auer. Sed hæc positio stare Cõfutatio oppositionis. non potest, quicquid sit de prima conclusione, arguo contra secundam. Primo. quia in primo de cœlo tam ab Aristote. quam ab Auer. com. 95. sumptum est, ut principium. omne compositum ex natura sensili & intellectuali est cõpositum ex materia & forma. Quod autem cœlum his cõstet naturis, patet. Secundo. Arist. in lib. de genera. 2. tex. cõ. 51. inquit. sunt. n. & numero æqualia & genere eadẽ principia quæ in sempiternis & in primis. igitur materia & forma sunt in cœlo eadẽ genere. Tertio. omne illud in quo P indiuiduum est aliud a quidditate, est compositum ex materia & forma, nam quidditas est a forma, indiuiduũ a materia. 3. de aĩa. com. 10. sed in cœlo aliud est cœli quidditas & hoc cœlum, ut dicitur primo cœli. com. 92. quare cõpositum ex materia & forma. Quarto omne animal componitur ex materia & anima. 3. de anima. com. 66. sed cœlum est animal. 2. cœli com. 42. 71. & 74. & in lib. de substantia orbis. cap. 2. & per totum fere librum destructio destructionum. Quinto. cœlum constituitur ab intelligẽtia, ut dicitur in hoc primo. com. 63. uel igitur in genere causæ efficientis tm̃, & certũ est quod in genere causæ efficientis, formalis, et finalis igitur cœlum dependet ab intelligentiis formaliter, quia in separatis a materia hæc tria sunt unum Cõfutatio contra cõclusionis. 12. meta. com. 6. & per totum. Tertia etiam conclusio est falsa. Primo quia si cœlum est medium inter purũ actum & puram potẽtiam: cœlum recedit a materia per aliquid, aut per nihil. Si per nihil, tunc ab ea nõ recederet, quia per Q nihil recedere est nõ recedere. Si per aliquid, uel illud spectat ad actum, aut ad potentiam, non ad potentiam, qa nihil recedit a potentia propter potentiam. igitur spectat ad actum. & per consequens tale cœlũ oportet habere actũ, quo recedit a prima materia. quod ipsi negant. Secundo. omne simpliciter actu potest agere. igitur omne in actu secundum quid potest agere secundum quid. sed cœlum est in actu, quia recedit a materia propter hoc quod puro actui appropinquat. igitur est aliquo modo in actu, & per consequẽs sibi competit aliquo modo agere. quod nõ cõcederent ad mentem Auer. Propter hæc & alia disputata alibi uidetur propria positio. Materia subiecti differunt. mihi esse dicendum, ut ex doctrina Themistij in digressione unica huius primi, quod differt ratio materiæ a ratione subiecti. Nam huius materia alicuius capitur, tunc cũ priuatione potentiaq; id est, dicitur enim materia earũ rerum esse quæ factæ aut ortæ nondum sunt. cum uero accipitur pro subiecto, tunc cum priuatione nõ est, & ita concludit posset esse

Expositio. Declarat definitionem. Vbi animaduertendum ꝙ natura & ars conueniunt, ambæ enim esse possunt principiū motus eius in quo sunt. ut ars medendi nōnunq̄ est principiū sanationis medici, sed hoc differūt, ꝙ natura est principiū per se motus in illo in quo est. ars uero est principium per accidens, ad differentiam artis quæ in subiecto eius nonnunq̄ est principium motus, adiecit, non per accidens. inquit. Dico autem non per accidēs, quia sibiipsi aliquis medicus cum sit sanitatis propriæ causa esse potest, attamen non quatenus sanatur medicinā habet, sed accidit ut idem sit medicus & sanetur, signum ponit, & inquit, quando & nōnunq̄ inuicem separentur, & cum contingat separari, iure ars non per se causa erit motus eius in quo est. Animaduersione dignum ꝙ omne per se est de omni & necessarium & ita quod nō est de omni uel necessarium esse nō potest per se, & quoniā potest interdum ars esse causa motus in subiecto eius, & interdū non, rationabiliter per accidens & non per se causa erit motus sui subiecti, quia uero nūq̄ esse potest quin natura sit principium motus subiecti in quo est, iure nām per se causa erit motus sui subiecti. Et sic patet differentia.

B

Dilucidatoris tex. eiusdē cō.

Similiter autem & cæterorum quæ efficiuntur unumquodq; se habet. nihil enim ipsorū effectionis in se principium habet. Sed alia quidem in aliis atq; extrinsecus, ut domus & unūquodq; eorum quæ manu conficiūtur, alia uero in ipsis quidem, non tamen per se ut quæcunq; causæ per accidens sibi fieri possunt. id igit̄ est natura, qđ dictū est.

C

ANTI. Similiter autem & aliorum, quæ fiunt, unumquodq; nullum enim eorum habet in seipso factionis principium. sed alia quidem in aliis, & ab exteriori, ut domus, & aliorum manufactorum unumquodq;. alia autem in seipsis, sed non per se ipsa, quęcūq; autē ſm accidens fiunt, causæ sunt utiq; ipsis. est igitur natura, quod dictū est.

Expositio. Et ne credat quis ꝙ natura solum ab arte medendi differat, ampliat dictam differētiam ad omnia. & inquit. Similiter autem & cæteroꝝ quæ efficiuntur arte unumquodq; se habet. ut dictū est in medicina. nihil enim ipsorum effectionis in se principiū habet, & sic natura differt ab arte & cæteris id genus. Adiecit tamen effectionū artis talem differentiam, ꝙ effectionū artificialium, quædā principiū hñt in alijs & extrinsecus, hoc est non in subiecto in quo sunt, neq; ꝑ se, neq; ꝑ accñs. ut domus & unūquodq; eoꝝ quæ manu conficiuntur. hæ enim artificiales effectiones, neq; per se, neq; ꝑ accidēs in subiecto eorū hñt principiū alię uero effectiones principiū hñt in subiecto in quo sunt ut sanatio medici ab arte eius, uerum non per se, sed per accidens habent causam in earū subiecto. ut dictū est ideo iterum concludit naturā esse (ut dictū est) principiū motus & quietis per se primo & nō ſm accñs eius in quo est.

D Dña effectionū artificialium.

Quia manifestū.) Auerroes primo facit enthymema ut in litera fecimus. Et sermo patet.

Et ista.) Digredit̄ & disputat cū Auicenna & dicit primo ꝙ ista definitio naturę est manifesta hic. Dicit secūdo ꝙ naturā esse est manifestū ꝑ se, ut post dicet Arist. Dicit tertio ꝙ est unū principioꝝ istius sciæ, imo principiū subti sciæ uno mō & subtū in scia alio mō. Dicit quarto ꝙ nō est declarandū a metaphysico. Hæc est positio Auerrois. E

Neq; est.) Narrat pōnē Auicēnæ. & inqt neq; est ex eis q̄ non sunt nota per se ut apparet ex uerbis Auicēnæ. Et ita uult Auicēna ꝙ naturā esse nō sit per se notum.

Nisi intēdat.) Excusat Auicē. q. naturā esse ꝓbari a metaphysico pōt intelligi dupr. Vno mō absolute, tāq; conclusionē ꝓpriā in metaphysica demonstratā per propriā rōnē, & hoc mō errat. Alio mō tanq̄ negata ab ipso cauillatore, & sic fortasse bene ait, quemadmodum. Aristo uoluit metaphysicū debere contradicere negantibus prima principia, nō quidē demōstratione simpliciter, sed ꝑ cōcessa.

Et iste hō.) Adducit Auer. tres rationes Auicē. acceptas a signo quibus enitebatur probare ꝙ naturā esse non sit per se notum. Primo sic nō est aliud naturam esse, q̄ motum ipsum habere motorem. idem enim est natura & motor, et ita idem erit ipsam esse, & motorē esse motor est, quia res mota habet ipsum, tunc arguo, motorem esse. probatur in octauo per hoc ꝙ res mota habet motorē. Sed natura est motor. igitur etiam naturā esse probabitur per hoc ꝙ motum habet motorem, ut idem est probare album esse, quia paries habet albedinem. F

Et dixit illic.) Secundo arguit. Arist. 8. physi. dubitat utrū simplicia habeant motorem. Sed natura est motor, igitur dubitat an habeat naturam, sed naturam haberi est ipsam esse. igitur dubitat an natura sit.

Et potest.) Tertio Aristo probat elementa habere grauitatē tāq; motorem, sed natura est ut grauitas & motor. igitur demonstrat. ut supra habere naturam, & ita naturā esse est quæsitum & non præcognitum.

Et hoc non est.) Respondet ad rationes eius unica respōsione, & uult ꝙ multū refert dicere hoc habet illud, & hoc habet illud differēs ab hoc. habere enim animal caput per se patet, an habeat caput differens a collo, non patet. Omne itaq; motum habere motorē per se patet. sed an habeat motorem alium a re mota est occultum. Dico igitur ꝙ in illis locis Aristo. probauit & inuestigauit an natura mouens sit alia a re mota. supponit autem naturam esse.

Et causa.) Affert causam, quorum Aristoteles disputauit non de quæstione an natura sit, sed an natura mouens sit alia a natura mota, propter Platonem, qui extimauit esse aliquid quod mouet se. G

Et manifestum. (Et ꝙ non probauerit naturā esse declaratur ratione, quoniam siue positio Platonis sit uera ꝙ idē mouet se, siue sit uerum ꝙ natura mouens est alia a re mota, ut dicit Aristo. semper naturam esse est præcognitum, nam ubi positio Platonis sit uera, illud quod seipsum mouet dignius habet hoc nomē natura secundum definitionē datam, uidelicet ꝙ sit principiū motus & quietis. ubi uero positio Aristo. sit uera, etiam naturam esse est præcognitum, Sed illud quod latet, est an motor sit alius a moto. Et sic patet solutio rationum Auicennæ. H

Et cum notificauit.) Volens dubitare Auer. contra se, format syllogismum literæ hypotheticæ sic. si quo naturalia differunt artificialibus est principiū quo mouentur & quiescunt per se primo & non per accidens, & natura est quo differunt naturalia ab artificialibus, igitur natura est principium motus & reliqua. Hic est syllogismus.

Et nō debet.) Obijcit sibi, quia si definitio naturæ est per se nota. igitur non potest esse conclusio demonstrationis. modo Aristo. syllogizauit illam ex differentia naturalium & artificialium.

Quoniam est dictum.) Respondet. ubi debes scire, ut primo cœli. com. 2. colligitur, ꝙ triplex est propositio, quædam simpliciter nota ut dignitas. quæ non demonstratione, nec syllogismo, nec aliquo id genus deduci potest, sed ut ait Arist. quatenus terminos cognoscimus, & q̄m lumine tantum terminos cognoscimus, ideo solo lumine patet. Alia est propositio penitus ignota, & hæc est quæstio, quę conclusio efficitur & nota sola demōstratione. quędam est

An quelibet ꝓpō immediata sit ꝑ se nota & econtra.

I media, quæ cum non sit quæstio, non est demonstrabilis. cum uero sit aliquãtulum ignota est locorum aliquo probabili explicabilis, ut uel syllogismo hypothetico, aut diuisione, aut compositione, aut exemplo, & id genus, & propterea uult ꝙ Aristo. non simpliciter demonstrauit de ipsa natura propriam definitionẽ. Sed syllogismo hypothetico eam conclusit, quo docet uti in libro priorũ nõ ad propositionem simpliciter ignotam. ut est quęstio, nec ad simpliciter notam. ut est dignitas, sed ad mediã, quæ indiget modicula innuitione. & sic bene dubõnẽ soluit. Sed dubitant hic satis rationabiliter qualis est iste syllogismus hypotheticus quo probatur definitio naturæ, an ꝑpter quid an quia. Respõdent quidam ꝙ est syllogismus quia, nam res naturales sunt effectus naturæ, & hæc definitio per ipsas naturales conducitur. Sed obijciunt quidã. quoniam Aristo. & Auer. quãdo dicunt aliquam definitionem esse principium demõstrationis aut conclusionem, loquuntur de demonstratione propter quid a priori. Sed isti delirant.

K nam Auer. in procemio ait ꝙ raro Arist. utitur demõstratione propter quid & rarissime demonstratione simpliciter. igitur semper per demonstrationem intelligendum est demõstrationem signi. propterea uidetur dictum illorum alia ratione ambiguum, nam Aristo. probat naturam esse per se principium motus, per hoc ꝙ est differentia qua ipsa naturalia differunt ab artificialibus. modo nec differentia est causa naturæ, nec natura causa differẽtiæ. igitur hæc demonstratio siue syllogismus non est quia. nec propter quid fortasse dici potest ꝙ syllogismus est a signo: quoniã natura est causa fundamentalis illius differentiæ qua differunt naturalia ab artificialibus, & sic uidetur reduci ad genus demonstrationis signi, Tu uero considera.

Et dixit primo.) Remouet dubitationes circa definitionẽ examinando illam. primo si addit per se, cur adiecit primo, & si per se primo cur adiecit non per accidens. Mihi uidetur ꝙ Auer. uelit oẽs has particulas esse positas ad circũloquendum unam differentiam ignotam, qua natura ipsa differat ab arte, quę ait in se siue in subiecto proprio, & sic

L uult ꝙ sic legatur. natura est non per accidens, sed per se & primo principiũ motus & quietis eius in quo est. Tunc respondeo ꝙ non sunt superflua hęc, cum non sint eadem nam per se est in plus ꝙ̃ primo, & non per accidens est in plus q̃ per se. Declaro. nauis mouetur per se a remo, nõ aũt primo, quia primo ab homine. Medicus mouetur a medicina, sed non per se, neq; primo. igitur hæ omnes particulæ non sunt superfluæ, cum ponantur propter circũloquutionem unius innominatæ differentiæ.

Artes igitur.) Concludit distinctionẽ artiũ, ꝙ artes sunt aliæ, quæ nec per se, nec per accidens possunt agere in subiecto in quo sunt. ut ædificatoria & id genus. alię quæ licet per se non agant in subiecto in quo sunt, per accidens agũt in illo interdum. & ait ꝙ Aristo. addit, quæ fiunt manu, nã pars medicinæ cui accidit agere subto in quo est, est theorica & non chirugia, cum nullus flobotomet se.

Sed est dubium.) Contra obijcit. nam ars saltãdi semper

M agit in subiecto in quo est. Respondet ꝙ sermo suus est solum uerus in artibus, in quibus eueniunt actu in materia exteriori & nõ solum accidens, ut est de arte musicæ & id genus. Sed dices. si sermo tuus non est de istis. igitur istæ artes erunt naturæ, quia eis competit definitio. dici potest ꝙ saltus ut motus est a natura utpote ab aĩa, ut talis uel talis motus sic. modificatus est ab arte, & per consequens, ꝑ accidens ars est principium saltus, & ita nõ erit natura. Sic igitur patet solutio dubitationis.

Vtrum autem.) Remouet dubium, dubiũ est tale. utrum detur aliquod principium naturale abstractũ & supra naturam. Respondet ꝙ hæc res est digna perscrutatione, sed quicquid sit. Aristo. non considerat nisi in generali talium principiorũ, hoc est naturalium & de accidentibus, quæ accidũt illis, & sic si illud detur, nõ dicitur natura nec principium rerum naturalium.

Et iam.) Repetit solutionem q̃stionis factæ, an hæc definitio sit uniuoca, ex quo competit generabilibus, alterabilibus, augmentabilibus, & mobilibus in loco. Respondet N ꝙ non est uniuoca, sed analoga dicta secundũ prius & posterius, qm̃ principium accipitur ut cõmune actiuo & passiuo, & per prius dicitur de actiuo, ꝙ̃ de passiuo.

Et in talibus.) Contra dicet quis, qm̃ æquiuoca sunt prius distinguẽda, postea debet eligi membrum de quo est intentio, & hoc nõ fecit. igitur hæc definitio uel definitũ non est æquiuocum. Respondet ꝙ definitum non est æquiuocum purum, sed analogũ, & tale bene põt definiri prius, & postea diuidi, uel fecit Aristo. qui prius naturã definit, deinde eam diuidit, & sic Aristo. non errauit.

Et sciendum.) Soluit ultimo quæstionẽ, quare sicut in isto lib. definit naturam, non definit corpus naturale, quod est subiectum totius scientiæ naturalis, sed illud definit in lib. cœli. Respondet ꝙ natura & principia naturalia sunt substantia hoc est præcognita & suppositiones cõmunes toti scientiæ naturali, & quia hic liber est de cõmunibus præcognitionibus ac suppositionibus totius scientiæ, recte de O finit naturam, & principia naturalia in lib. de cœlo definit subiectum artis huius quia ille est primus librorum huius scientiæ, dico primus specialium propterea decebat subiectum in illo libro definire. Hæc sunt, quæ crassa minerua in cõmento hñtur. Circa definitionẽ naturæ sunt confusiones & nugæ innumeræ, ideo resecando illas moueo dubitationes, quas alij mouent. deinde dabo expositiones famosiores huius definitionis. Quantum ad primum uidetur in definitione duplex nugatio. prima est, qa ait principium & causa. idẽ enim est, secunda nugatio est, quia ait primo & per se & non secundum accidens. hæc enim uidentur abunda. Secũdo dubitatio est, quia oppositorum idem non est causa primo & per se & non secundum accidens, modo quies & motus sunt opposita. Tertia, qa cœli natura est natura, & tamen non causa quietis. similiter forma uel materia terræ est natura, & tamen non motus est causa. Quarta, anima animalis est principium motus & quietis animalis primo & per se, & non secundum accidens, & tamen non est natura. ut dicitur secũdo de anima, P etiam quia tunc motus animalis esset naturalis. Quinto dubitant, quia substantia & absoluta non debet definiri ꝑ accidens & respectiuum. nam est substantia, quia materia & forma, & absoluta quia substantia. Principium est relatiuum, motus & quies sunt accidentia. igit̃ hæc descriptio falsa est hæ sunt dubõnes a diuersis collectæ. Pro intellectu harum hic sunt adinuenti tres modi intelligendi hanc naturæ definitionẽ. Primus est quorundã recentiorum quos Ioannes in quæstione sectatur. Et uult iste modus ꝙ omnes particulæ copulatiuæ legantur disiunctiue. Secundo uult ꝙ particulæ ille tres non per accidens, & per se & primo determinent diuersa, & sic sensus est, natura est nõ per accidens principium uel causa prima uel primum, hoc est principale eius in quo est per se mouendi uel quiescendi. Et tunc dicitur principiũ uel causa loco generis, ut amplectatur formam & materiam, hoc est actiuũ & passiuũ. Q Cæteræ particulæ loco differentiæ ponuntur. ut nõ per accidens ponitur ad differẽtiam artis medicinæ & id genus, quæ principia prima sunt motus uel q̃tis eius in quo sunt per se, sed non sunt principia per se, sed secundum accidẽs. Dicitur primum ad differentiam uirtutum & instrumentorum naturaliũ, quæ sunt non per accidens principia motus uel quietis eius in quo sunt per se, non tamen prima et principalia. additur eius in quo est per se propter principium motus uiolenti, nam proijciẽs est nõ ꝑ accidẽs principium principale proiectionis in lapide, sed quoniam nõ per se est in lapide, iure non est natura. Hic est primus modus, quo facile soluuntur obiectiones ut uidebitur. Dupliciter quidam calũniantur hunc exponẽdi modum. Primo, quia corrumpit textum. Aristo. enim loquitur copulatiue. igitur non debet legi disiunctiue. Secundo, quia non bene dicitur ꝙ illa determinatio. non secundum accidens, determinet uerbum est primo loco positum, quoniam nulla pro

Dubõnes.

Primus modus exponendi.

Calũnie.

A positione existente, adhuc illa determinatio. nõ secundum accidens, esset pars definitionis naturæ, & non determinaret illud uerbũ est, faciens compositionem definiti cum definitione. Sed istæ friuolę sunt. prima quidem quoniã & si corrumpat uerba, sanat sensum. ille enim est sensus Arist. sepe enim eiusmodi particulæ confunduntur apud Arist. Secunda uerò, quoniam licet nulla propositio sit, tamẽ esse potest, sufficit igitur ꝙ non possit formari propositio nisi illa determinatio cadat supra uerbum illud, & ꝗ̃quã propositio non sit, est apta nata esse, & illa determinatio erit apta nata determinare, & hoc sufficit. hic igit̃ modus primus non est inutilis. Pro secundo modo qui est Auer. ut dictum est in commento. animaduertendum primo ꝙ illæ tres determinationes. non per accidẽs per se. & primo cadunt super idẽ. nam ponuntur (ut dictũ est) ut innuant unam differentiam innominatam, qua differat natura ab omni non natura, est enim ipsum nõ per accidens in plus ꝗ̃ per se, & per se in plus ꝗ̃ primo, & ideo sese determinantes contrahunt ad unam differentiam propriam. Erit igitur sensus. natura est non per accidens, sed per se & primo principium mouendi & quiescendi eius in quo est. Patet quia per hanc differentiam differt natura ab arte medẽdi, & ab instrumentis naturæ. ars enim medendi per accidens est causa sanationis in medico. Instrumenta naturæ non per se primæ causæ sunt, per particulam illam. uidelicet eius in quo est habetur differẽtia ab artibus, quæ sunt extrinsecæ ab operibus, ille enim non sunt in opere, ut patet, & ita superfluit addere per se, signũ autem est, q̃a Arist. unam particulam declarauit uidelicet, illam non secundũ accidens, quoniam omnes ponuntur ad unũ sensum. Vlterius animaduertendum ꝙ Aristo. per principium & causam intelligit idem, sed usus est diuerso uerbo, propter antiquos quorum quidam cognouerunt causam, & ignorauerunt principium, alij contra norunt principium & nõ causam. uerum ut dixit Auer. principium est analogicæ sumptum ut commune actiuo & passiuo. Vlterius animaduertendum ꝙ natura in omni est principium motus & quietis, in cœlo quidem (ut dictum est) non secundum totum. Sed secundum partem, est enim cœlis natura principium motus hodierni & quietis hesternæ uel crastinæ, & sic secundum partes. In generabili uero principiũ est motus & quietis etiam secundũ partes subiecti, nam licet terra quiescat secundum partẽ mouetur. ut quando generatur in media regione aeris. Præterea tota terra continuo mouet̃, ut alias ostendetur & quiescit. Amplius satis est ut sit principium potentiale actiuum uel passiuum. Ex his potes colligere totum definitionis intellectum. Et hic modus etiam bonus est. Tertius modus (ut mihi uidetur) est Themistij, qui sic legit, natura est principiũ & causa motus quietisq; in eo cui primo inest per se, & nõ per accidens. Et est sensus natura est principium non per accidens motus & quietis in eo in quo primo inest per se. dicitur, non per accidens, propter artẽ medendi dicitur, cui inest. primo, propter statuã & artificiaria, quæ deorsum feruntur, & habent principium motus, non tamen primo hoc est secũdum ꝙ talia. Dicitur. per se propter gubernatorem nauis, qui mouet primo nauem, & primo ipsi inest, & tamen non per se inest. hæc uide ab eo. Et si dicat̃ q̃d de uirtutibus & instrumentis naturæ, diceret Themistius. ꝙ illæ sunt per accidens principia agendi motũ in eo in quo sunt. Hi sunt tres intellectus, qui oẽs possunt stare. Tunc ad rationes. Ad primam allatæ sunt nugationes, secũdum primũ modum idem, quia ponuntur ad diuersa. Secundum Auer. uero ia ponuntur ut innuant rem innominatam. secundum hemistij expositionem etiam ponuntur ad diuersa. Ad ecundã respondent recentiores & Ioãnes ꝙ quies in termino ad quem non contrariatur motui. Et de hac intelligit, sed hoc stare non potest, quoniam quietis in termino a quo ipsa natura non esset causa, quod falsum est, Ideo dico ꝙ possunt esse causę oppositorum priuatiue, ut materia est causa esse & non esse. Et sic cõcedo idem esse causam oppositorum priuatiue, ut patet in multis alijs. Ad tertiã patet solutio per dicta in modis dicendi. Ad quartã dici potest ꝙ motus animalis est naturalis ut definitur hic, quoniã non uiolentus nec fortuitus, accipit enim Aristo. hic naturã amplissime ut distinguitur contra casum & artem, & hoc satis, & hoc mõ non contradicit sibi in secundo de anima, quia ibi sumit naturam præssius. ut patet. Ad quintã conueniunt omnes ꝙ natura est in prędicamento relationis ut patet, ideo definitur per relatiuum per accidẽtia. Est tamẽ in prædicamento substantiæ secundum esse, hæc de definitione. multæ confusiones solent addi, quæ cum sint inutiles ad rem, & extra propositũ, omittantur.

B — C — D — E — F — G — H

Sc̃ds modus Auer.

Tertius modus Themi.

RECO.

Animaduertẽdum ꝙ Aristo. in definitione naturæ posuit tres particulas. uidelicet primo. & per se, & non secũdum accidens. Et laborant Simplicius, & Philoponus assignare necessitatem, qua addit illas tres particulas, & Alexan. etiam ualde elaborauit, & breuiter omnes expositores, & græci, & latini, At ego puto Aristotelem uoluisse illas tres particulas intelligi pro una uidelicet pro per se copulari uero cum uerbo principiũ & causa, ut sit sensus, ꝙ natura sit per se principium, & per se causa mouendi, & quiescendi id, in quo est, puto etiam per esse in quo, intellexisse, esse ueluti partem essentialem eius, in quo est, quoniam sic intellexit, cum dedisset differentiam inter naturale, & artificiale. Quod autẽ ꝑ illas tres particulas uelit intelligere unã. uidelicet ipsum ꝑ se, patet primo, quia illas tres declarauit sub forma unius particulæ. uidelicet sub forma particulæ eius, quod est nõ secundum accidẽs, Deinde quia plura accepisset in consequenti, ꝗ̃ in antecedenti seminata fuissent & sic peccasset in loco consequentis. postremo, quoniam per has duas particulas. uidelicet per ipsum in quo est, & per ipsum per se differt natura ab omnibus illis, cum quibus cõuenire uidetur. Videtur. n. cõuenire cum arte, quæ est principium sanationis eius in quo est, cum proijciente, cum pellente, cũ trahente, & cũ instrumẽto, nã omnia hæc principia sunt motus uel quietis aliquo modo ueluti natura, non sunt autem natura prĩmo, quia nec proijciens, nec pellens, nec trahens sunt, ut partes in eo, quod mouent. nec quoq; ars, nec instrumentum sunt, ut partes in eo q̃d, mouẽt. at natura est, ut pars in eo, quod mouet. secundo quia ars, & instrumẽtum nõ sunt per se principium mouendi uel quiescendi id, in quo sunt. instrumentum quidẽ non, quia non mouet nisi motum, ars uerò minime, quia licet moueat nõ mota: nõ per se sanat medicum, in quo est, quia non sanat medicũ, quo medicus, sed quo medico accidit esse infirmum. Quare illæ tres particulæ. uidelicet primo per se, & non secũdum accidens omnes intelliguntur pro per se. nec uideo necessitatem aliquam, ut intelligantur pro diuersis, ut turba expositorum exclamat, hoc pacto, ut mihi uidetur, exposuit magnus Syrianus, hoc quoq; pacto, & Auerroes, & licet in posterioribus analyticis Arist. has tres particulas non accipiat pro eadem, nam assignat differentiam inter pro se, & primo, & non secundum accidens, ut etiam Simplicius, & Philoponus laborarunt hic ostẽdere, tamẽ in prę senti loco pro eodem accepit, quia non oportet uti illis in proprijs significatis, cum possumus eis uti pro eodem cõmuni significato. Qua ratione fit, ꝙ Aristo. cum dixerit, {dico autem non secundum accidens} pro per se dixit, quoniam non secundum accidens, & per se idem est hic. cum uero dicit. {Similiter autem, & aliorũ quæ fiunt} ipsum fieri pro arte strui accepit, ut dilucide in commentarijs est expositum & cum dicit, {quæcunq; autem secundum accidens fiunt, causæ sunt utiq; ipsis,} non posuit hoc tertium membrum, sed tanꝗ̃ expositiuum secundi membri, nam eorum quæ arte struuntur, quædã principium habent in alijs, hoc est extrinsecus, ut domus, & arca, & id genus. hæc enim neq; per se, neq; per accidens principium habent in seipsis, sed in artifice, quædam uero habent principium suæ effectionis in seipsis, sed per accidens, ut sanatio medici, quãdo sanat se, est enim prin

ars proijciens expellens trahens instrumentum.

Syrianus

I { cipium, quo se sanat, in seipso, sed non quo medicus, sed quo infirmus, cui accidit esse medicum. expositiue autem hæc { autem sunt quæcunq; secundũ accidens fiunt causæ utiq; ipsis, ut fiant. } Sed quoniã de natura hæc pauca habemus, ideo intelligendum apud physicos aliter naturam accipi, aliter apud uulgares, aliter apud theologos & aliter apud medicos. Apud enim physicos naturã intelligimus materiam, & formã, cum utraq; sit per se principium motus eius, in quo sunt ut partes, & ab hac natura denominatur agens naturale. Est enim agens naturale compositum ex materia, & forma agens per essentiã suæ formæ, patiens uero per essentiã materiæ, ut libro de generatione dictum est, dico per essentiam formæ ad differentiam agentis artificialis, quod non agit per essentiam suæ formæ, & si agit per suam formam, agit per illam, ut affecta est arte. unde compositũ ex materia, & forma dicitur naturale passiuum, quia patitur per essentiã suæ ma-

De natura.

Quomodo nã apud physicos.

K teriæ, & hoc pacto de natura loquitur Aristoteles hic, & physici cæteri. Apud uero uulgares, qui solum sensibilia prospectant, natura accipitur aliquando pro agẽte naturali, aliquando pro nexu omnium causarum circũscriptis uoluntate & intellectu, tam creatis, quã diuinis, primo modo Aristoteles accepit in libris de natura animalium. ibi enim id omne, a natura esse dicit, quod ab agente naturali proficiscitur, siue agens naturale sit generans per calorem seminalem qui in menstruis recipitur, siue per calorem putredinalẽ, qui in aliqua materia est, quæ subijcit uicem menstrui, omne enim tale asserit esse a natura, hoc est ab agente naturali, pro nexu uero causarum, identice (ut ita loquar) non est aliud quã ipsæ causæ secundæ intellectu, ac uoluntate circũscriptis, formaliter autem est quædam relatio, quæ omnes causæ secundæ connectuntur ad unum effectum. hoc pacto de natura loquitur Plinius, cum in libro, quem scribit de natura proponit se uelle dicere naturę opera, non autem operũ causas, hic enim cum Epicureus esset, sustulit a rebus deũ, & cum illum

Quomodo natura apud uulgares.

L aliquando concessisset, inter deum, & naturã hoc modo sumptam nullam uidetur facere differentiam, nec solum deum sustulit, sed cætera numina, quæ nos intelligentias appellamus, cuius opinionem in theologicis refutaui mus. Apud uero Theologos natura accipitur pro deo, essentiaq; ipsa diuina, quæ natura est suo instituto omnia naturans, redigensq; in finem. De hac natura Cicero librum inscripsit, quem de natura deorum appellauit. de hac quoq; Aristo. libro primo de cœlo ita scribit, { recte uidetur natura futurum ingenitum, & incorruptibile exemisse à contrarijs } ubi per naturam deum intellexit, cum nullum aliud agens, nisi deus cuiusq; finem prospiciat, & iusta illius exigentiam prouideat. propter hanc etiam causam natura dicitur aliquãdo prouidentia, ut primo huius scribit Themistius de hac Ouidius primo Metamorpho. dicit. { Hanc deus & melior litem natura diremit, } ubi deum meliorem naturam appellauit, cum sit natura diri-

Quomodo natura apud theologos.

Tex. com. 20.

Themistius. Ouidius.

M gens, inferior uero natura ab hac directa, quasi dicat hanc litẽ deus, qui est melior natura q̃ infima diremit. Apud uero Medicos natura est complexio, ut Celsus inuit, qui ubiq; complexiones appellat naturas. hac ratione uulgares intelligentes naturã quærunt medicos, qui eorũ naturas alias experti fuerint. Circa ea, quæ dicta sunt, aiaduerte Aristotelem per quietem, ut Philoponus inquit, intellexisse, nõ solum eam, quæ est contradistincta motui, sed etiam eam, quę status dicitur, nõ enim solum quietis, quæ est secundum motũ, natura est causa, sed etiam quietis, quæ corporibus inest sine eo qđ fuerint mota aliquando, ut de statu in his, quę sunt in cẽtro, & de statu, qui est in totis elementis. Et ut melius intelligas, reperatur dubitatio de anima corporis cœlestis, quæ natura est, et tamen non est principiũ motus, & quietis, cum corpus cœleste incessanter moueatur. Preterea forma totalis elemẽti in propria sphæra est natura, & tamen non est nisi quietis principium. nõ enim totalis ignis in proprio loco mo-

Quomodo nã apud medicos.

Dubiũ de cœli natura.

N { uetur, sed semper stat, motus enim eius circularis, non naturalis est, sed supra naturã, quia circulatione corporum cœlestium circũducitur, terra autem & aqua totæ omnino in proprijs locis immobiles sunt. igitur horum natura non est nisi quietis principium: quare nõ recte dicitur naturam esse principiũ motus, & quietis. Porphyrius, ut superius diximus, legit ipsum & uel, uel, & sic satis est ut natura sit per se principiũ motus uel quietis eius, in quo est uti pars essentialis. Philoponus uero dicit q̃ in cœlestibus natura non solum est causa motus, sed status. uidelicet eo modo, quo cœlestibus competit status, modo totalitas cœli, & centra, & poli stant. Huius autem status in cœlestibus causa est natura ipsa: sed quoniam in aliquẽ finem respiciens mouet ipsa natura, ut illum sortiatur, quem cum acquisierit, in illo quiescit, & corpora cœlestia semper in fine sunt, ideo fit, ut cum semper sint in fine, ut semper quiescant, quare in his natura nõ solum causa est

Porphyrius.

Philoponus.

O motus sed quietis ea ratione, qua dicitur quies, ut uidelicet semper sint in fine. Similiter dicendum in cæteris elementis, q̃ natura causa sit quietis totalis, & motus ea ratione, qua competit illis motus, competit enim motus localis eis secũdum partes, & alteratio etiam, ut dictum est, status uerò competit secundum totum.

Naturam uerò habent quęcũq; principium eiusmodi habent, suntq; hec omnia substantia, quia subiectum quoddam, & in subiecto natura ipsa semper est.

Dilucida. textus cõmen. 4.

ANTI. { Est igitur natura quod dictũ est, naturã autem habent, quęcunq; huiusmodi habent principiũ, & sunt hęc omnia substantia, subiectum enim est quoddam, & in subiecto est naturam semper.

Expositio.

Natura est relatiuum, & ad ens naturale, & ad motũ siue quietem ideo cum descripsit naturam per habitudinẽ ad motum, describit habens naturam per habitudinẽ ad naturam, quia unum correlatiuum debet per alterum definiri.

P Sed quia quãdo loco definibilis ponitur eius definitio, definitio erit uerior & notior. ut dicitur. 6. top. Aristo. definit habens naturam per definitionem naturæ, & inquit. Naturam uerò habent quæcunq; principium eiusmodi. uidelicet motus & quietis primum & per se & non secundũ accidens habent. Hæc dicuntur habentia naturam siue entia naturalia, & quia ens naturale & naturã descripsit modo quo describuntur relatiua, ne quis credat hæc esse penitus relatiua, adiecit. suntq; hæc omnia substantiæ, dico hęc omnia, hoc est & ens naturale & natura ipsa. probat autẽ q̃ natura sit substantia, & inquit, quia subiectum quoddã est natura ipsa, saltẽ ut natura sumitur pro materia, & est in subiecto semper ipsa natura, utpote forma ipsa, & sic stat esse substantias, & entia relatiua, ut patet est substantia, & relatiuum secundum diuersas rationes.

Cum descripsit,) Auer. facit duas partes. In prima exponit textũ. In secunda uerò ibi. Sed uidetur, digreditur. prima pars adhuc continet duo. primo resumit definitionem

Q entis naturalis. secundo exponit quomodo natura & ens naturale sint substantiæ. Prima pars patet.

Et natura & habens.) Declarat Auerroes q̃ tam natura quã habens naturam sint substantiæ. nam materia est substantia, & forma est substantia. omnis autẽ natura est aut materia aut forma. igitur omnis natura est substantia. Materia quidem est natura, quia est subiectum substantiæ, & primum omnium subiectorum. forma uerò est natura, quia est in subiecto quod habet esse simpliciter ab illa, & sic per esse in subiecto semper intelligit esse in subiecto & constituere subiectũ. hoc enim notat particula illa semper, ut uidelicet sint coexistenter mutuo se sustentando, & per hoc forma differt ab accidentibus, nam accidentia sunt in subiecto, & ab illo sustentãtur, neq; dant esse illi nisi secundũ quid. Sic igitur est materia ipsa substantia, quia subiectum forma uerò quia sustentat substantiam.

A Et ex hoc.)Dicet iunior Aristo. proposuit tam ens natura le quã natur- m esse substantiam, & non probauit nisi illud de natura. igitur diminutus. Respõdet Aur. & inquit & ex hoc declarabitur, ꝙ utraq; natura, hoc est ens conditum atq; compositum ex illis sit substantia, quoniã si partes sunt substantiæ, totum ipsum est substantia. Hæc omnia ex Themi- io sunt.

Sed uidetur.)Hæc est digressio, ubi Auer. soluit dubium, nam Aristo. probat materiam & formam esse substãtias, cum sit proprium metaphysico. igitur uel errauit, aut ista spectabunt ad naturalẽ. Respondeo ꝙ Arist. sumit ac petit hæc ab ipso metaphysico, & ita non dicit hæc ꝑ habitũ proprũ naturalis philosophiæ, sed habitũ metaphysicę.

Et uniuersaliter.)Probat responsionem, primo, quia tractare de substantia spectat ad metaphysicum, cum substãtia & accñs sint primæ entis siue differentię, siue species, siue modi ipsius entis, de quo est scientia metaphysica.

B Et apparet.)Secũdo idem probat, quia apparet in. 9. metaphy. ꝙ materia est substãtia in potentia, forma est actus & id quo materia est ens actu igitur de substantia nõ hic, imo in metaphysica est tractãdi locus. Animaduertendum ꝙ ꝓpõnum quædam est, cuius tam subiectum q̃ prædicatum sunt unius generis scientiæ, ut ignis est summe calidus physicæ cõsiderationis, quia ambo extrema sunt physicæ considerationis, aut omne ens est unum est metaphysicæ scientiæ, propter idem, quædam est ex terminis mixta secundum diuersas scientias ut ignis est substantia, aut substantia est ignis, est enim ignis philosophicæ scientiæ substantia uerò metaphysicæ. Dicendum igitur ꝙ propositio non mixta, eius sciẽtiæ est, cuius sunt ambo termini, mixta uerò, cuius est prædicatum, propter quod hęc est metaphysicæ. ignis est substantia, hæc philosophicæ, substantia est ignis. Causa autẽ est, quoniam prædicatum est tota propositio reductiue, ut dicit Porphyrius, in libro de interpretatione.

C Compositum igitur.)Infert primo nõ per se, sed incidẽter, ꝙ compositum est dignius habere hoc nomen substãtia, q̃ materia, quoniam compositum ipsum est in actu, & materia in potentia. Infert secundo ꝙ forma per idem est dignior habere hoc nomen substantia, q̃ compositũ, quoniam causa rei est dignior causato, modo forma est cã, quare compositum est in actu, ait tamen ꝙ omnes istæ propositiones sunt cõmunes & essentiales enti, hoc est scientiæ consideranti de ente, ideo sunt positiones sumendæ in hac scientia. hæc ex cõmẽto colliguntur. Quærunt hic, utrum cœlum sit natura, uel ens naturale siue habens naturã. Secundo quærunt discipuli, utrum una specie relationis natura referatur ad motum & ad ens naturale. Tertio dubitant an Auerrois illatum sit uerum. Ad primam respondent recentiores ꝙ cœlum magis debet dici natura, cum sit magis materia. Sed hoc stare non potest, quia aut per cœlum intelligunt ipsum animal cœleste, quod ex se mouetur, uel intelligunt materiam seclusa intelligentia, nõ materiam seclusa intelligentia, quoniam seclusa intelligentia

Dubõnes. Prima sol.

Ad primũ

Rñ. ꝑpria.

D ab ipsa cœli materia, ipsa non esset nisi in anima, ut colligitur in secundo cap. de substantia orbis. Si uero intelligit animal, tale est ens naturale & habens naturam. Amplius in primo cœli. com. 95. uult cœlum esse compositum ex duabus naturis, igitur ens est naturale. Propter quod dico ꝙ cœlum acceptum pro animali est ens hñs naturã, quoniam habet materiam & formã saltem alterius rationis physicæ, ut in ultima quæstione primi est dictum, pro parte cœlesti acceptũ est natura, aut melius pars cœli, quę est, aut forma, aut materia alterius rationis physicæ, ut dictum est, est natura. Ad secũdã dici potest ꝙ natura refertur ad motum uel quietem modo potentiæ ad effectũ, siue actiui ad passiuum, siue potentiæ ad actionẽ, ut dicitur. 5. metaphy. Referẽ uerò ad naturale, modo mensuræ ad mẽsuratum, quoniã est dignius ens illo, ut dicit Auer. uel saltẽ illius entitatem constituit & terminat, & sic reducitur ad modum hunc. Ad tertiam respondẽt quidam ꝙ totũ est

Solutio. 2.

Pri. rñsio tertię.

perfectius forma. Primo, quia plures continet perfectiones. Secũdo, quia totum ipsum per se a natura intenditur, partes uerò per accidens. Tertio, totum & perfectũ, idẽ primo cœli com. 3. igitur quod magis habet rationem totius erit ꝑfectius & magis ens. Quarto, cui insunt plures ꝑfectiones. i. ꝑfectius. Sed formæ plures insunt, q̃a carẽtia perfectionis materiæ & totalitatis. Auer. tenet cõtrarium hic, & 7. & 8. metaphy. & 2. de anima. ubiq; cõmẽtis. 7. Pro intellectu positionis Auerrois animaduersione dignum. Totum bifariam sumi pro continente, qua ratione aurum est totum respectu metallorũ, & deus est omne, ut dicit Parmenides, ut accipitur primo cœli com. 3. Et hoc modo nos sumus partes dei, nõ q̃dẽ essent ales sed cõtentiue. Altero modo pro composito ex re & re ipsis, quarum una est actus altera potentia, aut ad hæc reducibiles, quod habet plures modos, ut diximus primo huius, commen. 5. Secundo animaduersione dignum ꝙ aliquod potest esse totum contentiuum alicuius & esse pars illius compositione, ut deus est totum quodam respectu mundi contentiuũ, & tamen est pars constitutionis mundi primo cœli. Tertio accipiendũ totum contentiuum esse absolute perfectius sua parte, potest tamen in aliquibus esse imperfectius si dependet a materia illius totius, qđ est sua pars contentiue. Qua ratione patet deũ esse absolute perfectius omnibus entibus, q̃ sunt illius partes, & respectu nullius est imperfectius, cum a nullo ipse dependeat, & ita compositum ex deo & mundo nõ est perfectius deo. Ex his accipitur solutio ꝙ forma absolute est magis ens magisq; substantia, quã compositum. Probatur, quia est totũ illius contentiuum, cum sit illius essendi in actu causa. Est tamen secundum quid imperfectior, cum habet rationẽ partis dependenter saltẽ à materia illius. Per hæc ad rationes. Ad primam dico ꝙ forma continet omnem perfectionem compositi, & illam materiæ si quã habet, quia est totum contentiuum, quia uerò pars compositionis dependenter est secundum quid imperfectior illo. Ad secundã per idem, forma est enim totum quod per se intendit. compositum uerò propter formam. Ad tertiam patet solutio, ꝙ ipsa forma est totum contentiuum sine perfectione. Ad quartam similiter, forma enim nullam continet priuationem siue carentiam nisi actualis cõpositionis. hoc autẽ non est sibi imperfectio, sicut nec carentia irrationalitatis est homini imperfectio, & si qua est illa erit secũdũ quid. hæc de mente Auer. Animaduersione dignũ. ꝙ nõnulli imponũt Auerroi ꝙ ipse uelit cœlum seclusa intelligentia esse corpus simplex, & quasi medium inter potentiam & actum. Mouentur autem ex hoc, quia audierunt ab eo cœli materiam esse in actu, quare ultra intelligentiam materia illa est in actu, & per consequens est corpus simplex Huius positionis est. Ioãnes etiam & alijs omnes. Obijciũt igitur contra hanc positionem. Primo, quia tunc talis cœli materia non esset natura. tenet consequentia, q̃a omnis natura est pars habentis naturam, ut dicĩ in tex. cœlũ seclusa intelligẽtia est corpus per se exñs. igiĩ nullius pars. Secũdo, cœlũ seclusa intelligentia mouetĩ ex se. Sed omne motum ex se diuidiĩ in partẽ motam & partem mouentẽ. igiĩ cœlũ seclusa intelligentia est ens habens naturã & nõ natura. Tertio, cœlũ est ꝑ se uiuẽs & ꝑ se appetẽs. ut in lib. de substãtia orbis. Sed nihil ꝑ se uiuit aut appetit nisi forma uiuens aut constitutũ ex illa. igiĩ cœlum aut est forma uiuens, aut ex illa constitutũ, & cum nõ sit forma uiuens, igiĩ compositũ, & per consequens non simplex. Quarto corpus cœleste seclusa intelligentia est corpus de prædicamento substantiæ. igitur compositum ex actu & potentia. tenet consequẽtia, quia omne existens in genere est in specie, omne existens in specie est ex genere & differentia, ut dicit Porphyrius. igitur ex actu & potentia. Propter hæc tenent ꝙ cœlum seclusa intelligentia est compositũ ex forma & materia. Ex forma quidẽ alterius rationis à formis generabilibus. Ex materia uerò eiusdem rationis cum materia generabili, licet illa cœli materia sit absoluta a priua-

E Prima rõ. Secunda. Tertia.

Quarta.

Põ Auer. pri. suppõ.

2. suppõ.

F 3. suppõ.

Solutio.

Ad rõnes.

G

Põ Auer. fm quodã

Cõfutatio Prima rõ.

Secunda

H Tertia.

Quarta.

Põ illorũ.

I tione. hæc uero priuationi admixta. Cuius exemplum est Exemplum. nam cœlestis diaphanitas, & hæc nostra elementaria eiusdem rationis sunt, ut in secundo de anima dicitur ab Auerroe. Sed differũt, quia illa semper est in actu lucida, hæc uero admixta tenebre. Cōfutatio Sed hæc positio est deliramentũ, tũ quo ad positionẽ, tum quo ad rationes contra Auer. Quo quidem ad positionem, quoniã si illa materia & hæc sunt unius rationis, & unius speciei, tunc eadem definitione definientur. Modo ab Aristo. habentur materiæ duæ definitiones. altera in 7. metaphy. conueniens metaphy. uidelicet. materia est qua res potest esse uel non esse. Altera primo huius. tex. com. 82. ubi inquit. Dico autem materiam primum subiectũ unicuiq; ex quo fit aliquid cum insit non secũdum accidẽs, & si corrumpitur in hoc abibit ultimũ, est igitur secunda definitio, materia est primũ subiectum compositionis, & ultimũ resolutiones. nec inuenimus ab Aristo. materiam esse descriptam nisi per potentiam tam ad esse q̃ ad non esse, Si igitur materia cœli est eiusdem ra-
K tionis cum hac oportet dicere illam esse potentiam ad esse & non esse, & sic cœlum erit corruptibile. Secundo non est bene intelligibile cœli materiam esse eiusdem rationis cum materia horum, & formam alterius, cum materia & forma sint relatiua, & unum per alterum diuersetur.

Tertio, materia illa cœli habet formam, quæ non continet perfectionem omnium formarum, igitur caret perfectionibus illarũ, & p consequens appetit alias, quod enim aliquid nõ appetat ipsa materia, est nõ ob aliud, nisi q̃a habet illud actu uel uirtute, modo materia cœli nõ habet oẽs formas actu, nec habet omnes illas uirtute, cũ non habeat unam formã continentem uirtualiter omnes, qm̃ nõ continet formas superiorum cœlorum. igitur appetit alias, & cum appetitus sit ratione priuationis ut dicebatur, rationabiliter in illa erit priuatio. Quarto cœli forma est alterius rationis a forma naturali generabili, & recipitur ante dimensiones cœli. igit̃ est indiuisibilis & intellectus, & p
L consequens nõ est necessaria alia forma præter illam unã. Sic enim arguit Auerro. in lib. de substantia orbis. Et licet multa alia dici pñt, hæc sufficiant, qm̃ in pluribus locis rẽ Solo tõnũ hanc confutaui. Quo uero ad rationes declaratur, q̃a ut in ultima quæstione primi dictum est, cœlum potest considerari ut elementum. Vt enim elementũ est corpus in actu præsente forma elementaria, & mobile per se, ita cœlũ est corpus actu & cœlum præsente intelligentia, & ex se mobile. Et ut elementum absente forma secũdum rem uel rationem, non est nisi quo ad eius materiam, ita cœlum seclusa intelligentia non erit nisi quo ad eius materiam, quæ nec est corpus simplex nec corpus in actu, nec medium inter actum & potentiam. Amplius sicut elementum non potest capi nisi pro elemento in actu cõposito ex materia & forma elementaria, ita cœlũ non potest capi nisi pro composito ex intelligentia & cœli materia. Quo fit ut non possit capi pro orbe seclusa intelligẽtia. ut recẽtiores autumãt. Bene uerũ est q intelligentia est actus cœli, ut anima corporis, & ut intellectus hominis. Ad sensum datũ ultima
M quæstione primi. dico tamen q materia cœli, & materia elementi sunt diuersarum rationum, cum illa sit semper in actu & in specie a sua forma. Hæc uero semper in potentia illa subiectum semper simpliciter, hoc materia simpliciter & subiectum secundum quid. Nec illa dicitur carere aut priuari forma, quoniam carentia & priuatio non sunt nisi possibilium. In illa nulla alia forma est possibilis præter eam quã habet, nec ualet, nõ habet omnes. igitur caret uel est priuata. ut licet lapis non habeat uisum, non tamen caret uel est priuatus uisu, nisi hoc sibi sit possibile. quando enim non habet & est possibile, bene caret aut priuat̃. Materia igitur cœli & si non habeat omnes, nulla alia est sibi possibilis præter eam quã habet, cum careat potentia, nisi secundum dimidium contingẽtis, quod sequitur ad inesse & ad necessario inesse. Tunc ad rationes. Ad primam dicendum q cœlũ est habens naturam, materia cœli cum sit pars cœli est uera natura, licet alterius rationis physicæ ut milies dictum est. Ad secundũ nego assumptũ, ubi enim N ab ipso cœlo per possibile uel impossibile remoueret̃ forma & intelligentia nihil remaneret præter materiam, quæ non est per se mobilis. Ad tertiũ dico q cœlum est uiuens & appetens, ppter intelligentiã, qua seclusa nihil esset præter materiam. Ad quartã patet solutio, cœlũ seclusa intelligentia nec est corpus de p̃dicamento substantiæ, nec corpus, sed bene cum intelligentia. Et ita patet hæc argumenta non esse digna recitatione. Qui uellet etiã tenere positionem communem, q cœlum potest sumi pro orbe, & pro colligato ex intelligentia & orbe, etiam posset respondere ad rationes has, quod omitto, quia facile esset.

Cum dixisset quid sit natura, uel cum accepisset tanq̃ concessum quid sit natura, nunc exponit quid est habens naturam, id est quid est ens naturale, & quoniam ex definitione naturæ concludit quid est habens naturam, repetit definitionem naturæ quam ut concessam accipit, ut ex ea inferat quid est habens naturam, & dicit. { Est igitur natura, quod dictũ est } idest motus per se principium eius, in quo est. { naturam autẽ habent quæcunq; eiusmodi habent principium. } Simplicius multifariam legit, tamen illud quod plus putat, est Aristo. epilogasse definitionem naturæ. ut ex illa inferat quid sit habens naturã. et ita oportet legere autem pro quare hoc pacto, { est igitur natura, quod dictum est, autem } .i. quare { naturam habent quæcunq; huiusmodi habent principium. } quã ex positionem Philoponus sentire uidetur. sunt etiam aliæ expõnes, quas Simplicius narrat, de q̃bus non curo, deinde ut distinguat ipsum habens naturã ab eo, quod est secundum naturã, exponit q habẽtia naturã sint substantia, nã ut postea patebit, declarabit ea, quæ sunt secundũ naturã, esse accidẽtia, ut ergo pateat differẽtia eorũ, accipit q hñtia naturã sint substantia. unde dicit. { Et hæc } .s. habentia naturã { omnia sunt substãtia. } oẽ enim hñs naturã est suba. s. cõposita ex natura, & natura, qm̃ ex natura, quæ est materia, & ex natura, quę est forma. Deinde assignat causam quare omnia habentia naturam sunt substãtia, & dicit. { subiectum enim quoddã } subaudi sunt omnia habentia naturam et subaudi nullum subiectum est accidens. unde syllogismus est, subiectum omne est substantia, omne habens naturã est subiectum. igitur oẽ hñs naturã est substãtia. Quod aũt omne hñs naturam sit subiectũ, pbat, & lege { et } pro nã ꝭm interpretationẽ Philoponi. q. d. nã { natura semper } uidelicet quo uis sumpta siue materia, siue forma { est i subiecto } .s. i hñte naturã, ut in subiecto, qđ ex definitione naturę patet, in qua dicit̃ q natura sit principiũ motus eius, in quo est, ergo natura est in habẽte naturã, nõ sic autẽ, ut Philoponus exponit, modo quo accidens est in subiecto. sed sicut pars essentialis complens substantiã. Sed fortasse, ut Alex. inquit, per in subiecto esse itelligit subiecto indigere aliquo modo materia & forma indigent composito ut sint. igitur indigent subiecto, & sic possunt dici esse in subiecto. Simplicius uero hanc rõnẽ aliter intelligit, quod cum sit superfluum, non curo enarrare. Animaduerte circa illam dubitationem, quã diximus in cõmẽtarijs, an forma sit dignior cõposito, nam diximus deum esse totũ cõtinẽtia, partẽ uero mundi cõpositione, quod uidetur male sonare, cum deus nec sit compositus, nec alteri componibilis, cum deus nõ possit esse pars, quia tunc esset saltem secundum quid imperfectum, quod absit dicere. propterea per partem intelligas id omne, quod simul cum alio enumeratum facit binarium, ut Arist. accepit primo de cœlo. cum igitur deus & mundus collectiue sumpti faciãt binariũ, admodum loquendi Aristo. diximus deum esse partẽ illius aggregati, quatenus est altera unitas binarii ex deo & mundo collecti. non enim deus illius binarii pars esse potest integralis, nec essentialis, nec quidditatiua, nec potestatiua, nec uirtualis ueluti elementum mixti. sed solũ, ut dixi, pars est simultatis, quatenus cum mundo simul facit binarium aggregationis.

Margin notes (right): RECO; O; P; Q; An deus sit pars.

Secundũ

A Dilucidatoris text. com.5. Secundum naturam uerò sunt & hęc ipsa & quę cunque his per se insunt. ut igni ferri sursum. hoc enim neque est natura neque naturam habet. Sed est ens & natura & secundum naturã, quid quidem igitur natura est, & quid id quod natura & secundum naturam est, dictum est.

ANTI. { Secundum naturam autẽ sunt & hęc, & quæcunque his insunt secũdum se, ut igni ferri sursum. { Hoc enim natura quidem non est, neque naturam { habens, sed à natura, & secundum naturam est. { Quid igitur natura sit, dictum est, & quid à na{tura, & secundum naturam.

Expositio. Nunc quid sit ens ẜm naturã declarat, & uult ꝙ tam habẽtia naturã quã actus & naturales impetus siue affectiones sint entia ẜm naturã: uerum hæc se habent ꝑ ordinẽ, B ut dicit Them. hñs naturã. ens ẜm naturã, & ens natura. nam oẽ hñs nãm est ens ẜm nãm, nõ autẽ econtra, qm̃ ferri sursum est igni ẜm naturã, nõ tñ est hñs naturã, neque est natura ipsa. uidelicet aut materia aut forma. Sed operatio uel affectio entis naturalis siue naturæ. Amplius oẽ ens secundũ naturã est ens natura, non autẽ econtra. nam uitia & oblęsiones ex ipsa genitura contractæ entia natura ipsa sunt, non tñ ẜm naturã. Hæc ex Themi. colliguntͬ, inqt. Secundũ naturã uerò sunt & hoc ipsa. uidelicet hñtia naturam, & quæcũque his per se insunt hoc est e natura. Vt igni ferri sursum. hoc enim neque est ipsa natura utpote neque est materia, neque forma, neque habet naturã cum non sit cõpositum ex materia, & ita dat intelligere ens secundũ naturã esse ulius ꝙ̃ hñs naturã. iõ subdit, sed est ens & natura & ẜm naturã, deĩde epilogat & patet. Cõmẽtũ qntũ patet.

tendum ꝙ in relatiuis habitudo ad terminũ est de essentia eorũ, & propterea nec relatiuum ut pater intelligi põt sine habitudine ad terminũ, nisi ſm p̃dicata cõia oĩbus, & ita restat ut pater abstrahi nõ possit aliquo mõ ab habitudine ad terminũ. Itẽ nec abstrahi põt ab habitudine à fundamẽto, qm̃ fundamẽtum est prius fundato, & nullũ posterius abstrahi põt à priori, sed ẽ cõtra. Sed dices. quot igr̃ erũt abstractiones ſm peripateticos? Rñdet Ioannes in qõne ꝙ abstractio intẽtionalis ſm genus duplex est. altera ptinẽs ad intell'm agẽtem, ut facere de potẽtia intelligibilibus actu intellecta, p hoc ꝙ intell's una cũ phãtasmate efficiunt speciẽ intelligibilẽ. Altera ptinẽs ad intell'm pol'em, q̃ est intellectio prioris absq; suo posteriori cui cõiungit̃. Et hæc est multifariã, ut multifariã prius cõiungit̃ cũ posteriori, una quidẽ qñ prius coniungit̃ suo posteriori essentialiter necessario, ut aĩal, homini, & equo, & hæc uocat̃ abstractio à suppositis. Alia qñ prius coniungit̃ posteriori necessario, non tñ per se primo, qua abstractione subiectũ abstrahit̃ à ꝓpria affectione. Tertia qñ nec p se nec necessario prius suo posteriori cõiungit̃, sed tm̃ per accñs, qua rõne lac abstrahi põt à dulcedine, & hõ à disputatione, & cursu. Sed hæc sol'o bona est quo ad has tres abstractiones, sed errat quia abstractio ptinẽs ad intellectũ agẽtem non est alia ab ea q̃ pertinet ad intell'm ptãtis. nã ſm doctrinã Auer. ul'e est dũ intelligit̃, & illius intellectio est ul'e. nec differt intellectio, res itellecta, & ul'e, unde tñ sit necessitas intellectus agentis, in lib. de intellectu perquire. Ibi. n. confutauimus Ioãnem, & declarauimus põnẽ Auer. Sic igit̃ oĩs abstractio est ptinẽs ad intell'm ptãtis, qa est intellectio alicuius prioris sine suo posteriori cui cõiũgitur uel p se, uel necessario, uel p accñs, & hoc est Peripatetice dictũ. cætera uerò gerræ sunt penitus. Cõsequenter q̃runt qua abstractionis speciei res geometricæ siue mathematicæ à rebus sensibilibus, de qbus physicus agit, abstrahat. Pro sol'one aĩaduersione dignũ per res sensiles hĩc esse intelligẽdũ res q̃ sentiũtur uel pñt sentiri p se ꝓprie, unde sensilia, ut in. 2. dicitur de aĩa bifariã sunt, q̃dã propria, q̃ non cõtingit altero sensu sentiri, q̃dã cõia, quæ pluribus sentiri pñt sensibus. Tũc licet Ioãnes dicat multa, reducũtur ad duo. Primũ est, ꝙ res mathematicæ abstrahuntur abstractione tertiæ spẽi, quia intelliguntur sine sensilibus ꝓprijs, cũ quibus accñtaliter coniunguntur. Secũdum est, ꝙ nõ abstrahunt̃ à sensilibus cõib⁹ aliqua abstractionis spẽ. Hoc ꝓbat qa nihil abstrahit à se, mõ mathematicus cõsiderat sensilia cõia ut dimẽsiones, & subtũ quãtum. Sed hæc põ quo ad primũ bona est, quo uero ad secũdum nõ uidetur uera, qm̃ mathematicus ꝓcedit à cõioribus ad minus cõia, sicut qlibet artifex. igit̃ non nulla cõsiderat abstracte abstractione primæ spẽi, qua superiora intelliguntur sine inferioribus, & ita põt sensilia cõia considerare abstracte à sensilibus cõibus, ut cõia à minus cõibus, & ita corrigẽdus erit Ioãnes hac in re. Consequenter q̃runt utrũ cũ mathematicus abstrahit hæc ab illis mentiat̃. Ioãnes & oẽs currũt ꝙ duplex est intellectio, simplex & cõposita. Tũc dicũt quod abstractio qua mathematicus abstrahit est simpliciũ intelligẽtia, sed in hac, neq; est uerũ, nec falsum, sed si abstraheret intellectione cõposita mentiret̃. Sed cõtra, qa tunc oĩs mathematici intellectio eẽt simplex, & ita definitiua, & nulla demr̃atiua, qm̃ ipse nõ intelligit nisi abstrahẽdo. Secũdo, tunc scia mathematica nec esset uera uel falsa, quod ipsi nõ diceret. Propter hæc uidetur mihi esse dicẽdũ ꝙ mathematicus de rebus mathematicis intelligit multa, qñq; ipsa actu simplici, ut qñ definit. Interdũ cõpõne aut diuisione, ut qñ cõponit, aut diuidit, interdũ demr̃atione, ut si syllogizat, & in nulla harũ actionũ cadit res sensilis. Tunc ad rõnẽ fieri solitã dico ꝙ abstrahentium non est mẽdaciũ, qm̃ abstractio est intellectio illius quod est abstrahibile, ut prioris à posteriori. Et cũ dicit̃ aut intelligit sicut est, aut aliter q̃ est. rñdeo ꝙ rẽ mathematicã respectu affectionũ mathematicarũ interdum intelligit sicut ẽ, ut ꝙ triãgulũ habeat tres, respũ aliarũ affectionũ sicut nõ est, ut ꝙ nõ sit sphæricũ, interdũ nec sic nec sic, ut qñ definit, respũ uerò rerũ sensiliũ, nec intelligit sicut est, nec sicut

Quot abstractiones apud peripateticos Rñ. Ioã.

B

Qualis solutio Ioan.

Quæstio. 2

Suppõ.

C

Põ Ioan.

Qualis põ Ioan.

3. quæstio. Põ Ioan.

D

Cõfutatio.

Põ ꝓpria.

nõ est, cũ ad illas nec cõponat, nec diuidat. uerbi cã possum ĩtelligere ꝙ hõ sit risibilis nõ intelligendo Socratẽ, nec Platonẽ, nõ pp̃ hoc intellectio erit falsa, qm̃ nec intelligo p respectũ ad Socratẽ, nec ad Pla. qua rõne euenit ut una intellectio sit composita, & simplex. Intellectio. n. qua intelligo hoĩem esse risibilẽ, cõposita est, qa unũ de uno enũtiat. est aũt simplex respũ Socratis, qa nec de Socrate enũtiat, nec à Socrate diuidit, ita quoq; intellectio, qua mathematicus intelligit triãgulũ hr̃e tres, est simplex respectu sensiliũ, & cõposita respectu extremorũ, ẽ qb⁹ resultat. patet igit̃ ꝙ respũ sensiliũ nec intelligit sicut est, nec sicut nõ est, licet respũ affectionũ sui generis, aut sic, aut aliter. Sed adhuc dubitabis utrũ abstractio qua metaphysicus abstrahit à sensilib⁹ sit eiusdẽ spẽi cum ea qua mathematicus abstrahit ab illis. Dici põt ꝙ differũt, nã metaphysicus abstrahit à sensilibus interdũ prĩa abstractionis spẽ, qm̃ prædicata metaphysica ut ens, unũ, & id genus sunt cõia, & superiora, ad sensilia, cũ cõpetãt etiã insensilibus. Interdũ uerò abstrahit. 2. mõ, ut qñ considerat subam sine qualitatibus sensilibus. mathematicus uerò solũ abstrahit tertia abstractionis spẽ à sensilibus. Cõsequẽter q̃runt utrũ eadẽ materia consideretur à physico, & à mathematico, ita ut differat physicus à mathematico? Et arguit̃ ꝙ nõ eadẽ mã considere᷑ ab utroq;. Primo, qa tunc essent eiusdẽ generis sciæ, qm̃ scia genus sortit̃ à genere subti, secãtur. n. sciæ, queadmodũ & res de quib⁹ sunt, ut dicit̃. 3. de aĩa. Secũdo, oẽm dimẽsionem cõsiderat mathematica, oẽm dimẽsionẽ cõsiderat physica. igr̃ in tertia figura ex obliqs physica est mathematica. Pro sol'one dici põt ꝙ subtũ sciẽ bifariã dicit̃. alterũ, quasi mã, q̃ à nõnullis rõ materialis dicit̃. Aliud quasi forã, quod & rõ for̃alis à qbusdã dici solet, hæc. n. est qua oĩa in arte considerant̃, & per quã scia differt à scia, atq; ea quã affectiones oẽs ꝑficiũtur in subto. Ex hac distinctione dici põt, ꝙ una est mã mathematicæ, & physicæ, ut corpus, utraq;. n. cõsiderat corpus. Sed forma & rõ cõsiderãdi alia atq; alia nã mathematicus corpus spectat ut q̃ntũ, physicus ut nãle siue mobile. qua rõne euenit ut esse possint unus habitus ſm genus subiecti, quod est materia, nõ autẽ unus habitus, aut una scia ſm spẽm, cũ rõ considerãdi nõ eadẽ sit. Per hęc patet ad primũ. Ad secũdũ uero negãda est forma, qm̃ uis est. oĩs dimẽsio est cõsiderata à mathematica. oĩs dimẽsio est ꝯsiderata à physica. igit̃ quod cõsideratũ à physica cõsiderat̃ à mathematica, qđ cõcedẽdũ est sub hac for̃a, sub illa uerò nihil hr̃.

{ Philoponus refert hæc oĩa ad figuras, & ad accña. cũ. n. { dixisset quosdã eẽ qui putẽt nãlẽ pĥiam agere de sole, & luna, & de substãtijs stellarũ, astrologiam uerò de figuris, & { accñtibus earũ, nũc assignat drĩam inter cõsiderationẽ nãlẽ { de illis accñtibus, & cõsiderationẽ mathematicã, & dicit. { De ĳs igr̃ } .s. figuris, stellarũ, { negociat̃ } nãlis Pĥus. s. { { & mathematicus } maxĩe astrologus. { sed } mathe{ matic⁹ subaudi nõ agit de figuris, stellarũ { inq̃tũ unum{ quodq; } eorũ { est terminus } .i. finis atq; for̃a { physici { corporis, neq; } mathematicus subaudi { accña stellarũ }. { .s. aspectus & ꝯiũctiones { speculat̃ inq̃tũ talibus exñtib⁹ { accidũt } .i. q̃tenus sunt accña corporũ nãliũ. { uñ & } ma{ thematicus. s. { abstrahit } .i. cõsiderat illa nõ cõsiderãdo { naturalia corpora, & assignat cãm, & .d. { Abstracta enĩ { intellectu à motu sunt, & nihil differt } .i. nõ refert si ma{ thematicus illa accña consideret, nõ consideratis naturali{ bus corporibus, in quibus sunt, { neq; fit falsum } abstra{ hentiũ. sic igitur Philoponus refert hæc oĩa ad figuras, & { ad accña, & ita uult mathematicũ non differre quantum { ad ipsa cõsiderata à naturali, sed quãtum ad modũ doctri{ næ, qm̃ mathematicus quidẽ disserit de figuris & acciden{ tibus, quatenus materia nullo pacto inest ipsis considera{ tis, quo ad eorũ intelligentiã atq; cogitationẽ. naturalis au{ tem cum intelligi figuras, & reliqua accidentia, & passio{ nes tãquam in materia existentia ipsa speculat̃. spectat. n. { uel in sole, uel in cœlo, uel in terra, uel in aliquo alio natu{ raliũ corporũ. hoc quod dixit Philoponus, declarat, quoniã { Theodosius in lib. de sphæris docẽs passiones accidẽtes { sphæræ, nec cogitat, nec cõsiderat materiã, sed separans

E

Dubiũ.

Solutio

F

4. quæstio.

G

RECO.

H

I ab oi suba figurā sphæricam, sic accñа ipsi cōsiderat, demonstrat.n. si sphæra in plano secet̃, circulū facere,& alia talia, ubi nullo pacto materiā consideravit. Simpl. autem ut mihi uidet̃, diuidit textū in duas partes, quarum primā retulit ad geometrā, secūdam uerò ibi { neq; accña, } retulit ad astrologiā, quā exponē Auer. sectat̃, de prima parte dicit. { De ijs igr̃ } .s. magnitudinibus, supficiebus, lineis, & pūctis { negociat̃ } .s. physicus, { & mathematicus } idest geometra sed subaudi nō eodē mō sicuti physicus, qm̄ { nō inquātum physici corporis terminus est unumquodq;. } sic igitur, ut Simpl. recolligit, naturalis differt à geometra. primo, qa naturalis non solū de accñtibus rerum naturaliū curam habet, sed etiam de materia, cū geometra nullā de materia curā habeat,& de accñtibus de qbus uterq; curā habet, nō eodē modo de eis agit, nā naturalis de supficiebus, lineis, pūctis agit tanq̃ de finibus naturalis ac mobilis corporis. geometra uerò, nec motū nālem considerat, nec tanq̃ fines naturalis corporis illa contemplat̃. non.n. considerat corpus quatenus naturale, sed quatenus trifariā distat p longum, latū,& ,pfundū, nec considerat supficiem, quatenus est accñs alicuius naturalis corporis, sed quatenus distat p longū latusq;,& sic de cæteris. De scda uerò pte di. { neq; } subaudi mathematica.s. Astrologica { accña } .s. figuras & id genus { speculat̃ } : quæ magnitudinibus accidūt, { inquātum talibus } .s. finibus corporis naturalis { existentibus, accidunt } .& sic astrologis & si de ijs accñtibus, q̃ insunt p se rebus naturalibus dicit, non tñ quatenus rebus naturalibus hæc insunt, q̃rere solet. sed qa rerum, q̃ ueniunt in nr̃am cōsiderationē, aliæ sunt, q̃ nec esse, nec intelligi pñt absq; ,pprijs materijs, ut formæ naturales elemētorum, mistorum, plantarum, & aialium,& has solū physicus spectat, aliæ sunt, quę nec sunt in materia, nec intelligibiles sunt cū materia, ut sunt subæ diuinę, q̃ necne, nec intellectione sunt in materia, & has metaphysicus contēplat̃. aliæ uerò sunt inter has medię qm̄ in physicis corporibus affectiones sunt, suapte tñ natura sine physicis corporibus sunt cōsiderabiles ut magnitudines,& harum figurę,& accña ideo dicit. { Vnde & abstrahit. } .s. uterq; mathematicus cūm considerat.s. magnitudines,& earum accña, cuius rōnē affert,& dicit. { Abstracta.n. intellectu } subaudi suapte nā { ā motu sunt, } dixit intellectu, qm̄ re sunt in motu, ad differētiam subarum, quæ sunt oīno separatę { & nihil differt } subaudi si mathematicus illa intelligit sine materia, { neq; fit falsum } & mēdacium abstrahētium, qm̄ licet secundum rē sint in materia, tñ intellectu suapte natura separabiles sunt, igitur si mathematicus agit de illis, aut definiēdo ipsa sine materia, aut de illis passiones demr̃ando nulla habita rōne ad materiam, in qua sunt, non errat, qm̄ licet sint in materia, tñ intellectu cōsiderabiles sunt quauis cōsideratione sine materia.s.& definitiue,& demr̃atiue, nulla rōne habita ad materiam. Quæres ppea, q̃ diximus in cōmētarijs, utrum oīs abstractio ptineat ad intellectū polem. Diluit̃ hęc qō, qm̄ abstractio alia est cognitiua, alia operatiua, operatiua quidē abstractio est, qua spēs intelligibilis fit ex phantasmatibus,& hęc ptinet aliquo pacto ad intellectū agētem, cognitiua uerò abstractio est, qua intelligimus aliquod prius non intellecto suo posteriori, cui coniūgitur,& hæc est triplex, ,put triplr̃ prius cōiungi pōt posteriori. nā pōt coniungi essentialiter,& sic genus, quod est prius spē, coniungitur spēi, aut necessario, modo quo subtū ɔiungit̃ suis ,pprijs accidētibus, aut cōtingēter, mō quo magnitudo cōiungit̃ materię sensibili, uidelicet calidę, uel frigidę,& alijs talibus,& oīs talis abstractio spectat ad intellectū polēt cū solus ipse sit cognoscitiuus. Deinde q̃res qua spē abstractionis cognitiuæ intellectio mathematica est abstracta. qcquid sit dictū in cōmentarijs, dici pōt ea, quę cōsiderat mathematicus posse referri, aut ad ea, q̃ physicus cōsiderat, ut ad corpora naturalia,& sic recte Gādauēsis autumat mathematicū illa ɔsiderare abstracta abstractione cognitiua, qua cognoscimus prius sine posteriori, cū quo accidētaliter cōiungit̃, aut posse referri intra se,& sic in mathematicis cōsiderationibus pōt inueniri oīs abstractionis spēs. mathematicus.n. aliquādo cōsiderat figurā nullam illius spēm cōsiderādo, cū definit q̃ sit, quæ termino, uel terminis claudit̃, aliqñ considerat magnitudinē, nulla ɔsiderata figura, cū qua accñtalr̃ ɔiungit̃, nōnunq̃ ɔsiderat triangulū nulla habita rōne ad angulū extrinsecū, cū quo cōiungit̃ necessario. igr̃ in mathematicis cōsiderationibus pōt reperiri oīs abstractionis spēs. Tertio quæres utrū abstractio qua mathematicus abstrahit a sensibilibus sit simplex intelligētia dicas res mathematicas posse cōsiderari respectu sensibiliū sine qbus intelligunt̃,& sic semp respectu illorum est simplex intelligētia,& hoc pacto in tali intellectiōe, nec est falsum, nec mendaciū, aut cōsiderari possunt intra se,& sic intellectio mathematica pōt esse simplex cū fuerit definitiua, aut cōposita, cū fuerit enuntiatiua, uel demōstratiua,& hoc pacto pōt esse uera uel falsa. Ex ijs colligi pōt eandē abstractionē eē simplicē intelligentiā,& cōplexam, ut intellectio rerū mathematicarum respectu sensibiliū est simplex intelligentia. respectu autē eorum, quæ cōsiderantur in mathematica pōt esse simplex .s. definitiua,& cōposita. Sed dices utrum abstractio, ut est intellectio simplex sit uera. dicas eā non posse esse ueram uel falsam enūtiatiue, qm̄ ab eo q̃d res est, uel nō est dicit̃ intellectio uera, uel falsa. trāscendenter aūt oīs intellectio tā simplex q̃ cōposita, pōt dici uera. Insup queres utrum astrologus abstrahat à corpore mobili, atq; à motu, hāc qōnē disputauimus in cōmētariis, tñ adhuc dicamus cū Philopono,& Simplicio astrologū cōsiderare motus stellarum,& stellas ipsas, ut etiā naturalis cōsiderat, ut authoritate Antolyci,& Euclidis oñdit Philo. uerum eos differre asserūt, qm̄ astrologus cū cōsiderat motus, non considerat motus ,put insunt corporibus nālibus pro eorum natura, atq; naturali aptitudine. nō.n. demr̃at hunc nāę tales figuras, tales magnitudines & tales motus inesse, nō.n. demr̃at cœlum esse sphæricū quatenus est primū corpus simplex,& pfectū,& uniforme. Sed qa capacissima est sphæra,& cœlum est capacissimū, quare ut Alexā. tādē cōcludit astrologus agit de cœlis,& de stellis,& de motibus eorum sed non nisi ut cadūt sub numero,& quātitate,& tempore. naturalis autem, ut mouentur, ex aptitudine naturę.

Atq; qui ideas defendūt. latēt id agētes. Nā naturales separāt formas, q̃ minus mathematicis separabiles sunt. Fit uerò illud pspicuū, siqs utrorūq; hoc est & harum & accñtiū definitiones explicar̃ intētauerit. Etenim impar qdē & pār, rectū quoq; & curuū, insuperq; & numerus,& linea,& figura sine motu sunt. at caro,& os,& hō nequaquā. Sed hęc pinde atq; nasus simus, nō autem ueluti curuū dicunt̃.

Latēt autē hoc faciētes,& ideas dicētes. Physica enim abstrahūt, cū minus sint abstracta mathematicis. Fiet aūt hoc manifestū, si aliqs utrorūq; tentauerit dicere terminos,& ipsorum accñtiū. Impar quidē.n. est & par,& rectū,& curuū, adhuc aūt & numerus,& linea,& figura sine motu. Caro autē,& os,& homo non adhuc, sed hæc sicut naris simitas. sed non sicut curuum dicitur.

Ex his quasi obiter Platoni obiicit & ,pponit hoc. Atque qui ideas defendūt latent id agētes, hoc est ita Platonici de ideis ruditer loquuntur, ut nō possint intelligi ab his, q differētiā inter nālē & mathematicā afferūt. Argumētū latentiæ subscribit,& inqt. Nā qui ideas defendūt, naturales separant formas, quæ minus mathematicis formis separabiles sunt, imo quæ nullatenus separari pñt, cuius ,pbōnes subscribit.& inqt. Fit uerò illud, hoc est formas naturales nō separari perspicuū, siquis utrorūq;, hoc est & harum naturalium formarum,& accñtium mathematicorum definitiones explicare intētauerit. Etenim impar qdem & par, rectum quoq; & curuū, insuperq; & numerus,& linea,& figura sine motu sunt. subaudi definibilia, quæq; res sunt mathematicæ, tam ad geometriā, q̃ arithmeticā spectātes. at caro,&

os,&

Margin notes (left): K; L; M; Quæstio.1.; Quæstio.2.
Margin notes (right): N; Quæstio.3; O; Quæstio.5.; Quæstio.6.; Antolycus. Euclides.; P; Dilucidatoris textus com.19.; ANT.; Q; Expositio.

A os,& hō quæ ad physicum attinēt, nequaꝗ sine motu definiri pñt. Sed hęc pinde atq; nasus simus, non autem ueluti curuũ dicunt, simitas.n. nequaꝗ sine naso, neq; sine cruribus blesitas definiri pñt. Curuitas uerò definiri pōt sine materia sensili, cum accidat etiam supficiei, ut supficies est.

Intendit)Cōmentum patet, uerũ sunt nōnullæ utilitates, prima ibi. & manifestum est, quæ est una regula. uidelicet quicquid separat in eē separat rōne & nō conuertit. Et si dicas contra qm̄ duo hoies in esse separant, non tñ ratione & definitione. Cogunt quidã propter hoc dicere duos homines separari definitione nō specifica, sed indiuiduali. Qđ est derisibile. Singularium.n. nullatenus definitiones sunt, nisi ut uſr concipiunt, ut ubiq; Auer. sumit. Propterea uno modo dici pōt ꝙ Socrates & Plato nō distinguuntur ſm eē essentię, e quo definitio ꝓficiscit, sed ſm eē accñtale. Soc.n. & hic equus differũt ſm eē essentiæ. ideò etiam definitione

B discrepāt. Vel dici pōt alio mō ꝙ Soc. & Plato differũt eē, & rōne, non sumēdo rōnem ꝓ finitione ipsa, sed ꝓ mente. Secũda utilitas sumit ibi. & dixit hoc quia ꝗdam formæ, quæ est ꝙ in formis est inuenire latitudinē ſm gradus separationis, nã quædã formæ sunt separatę in summo, ut intellectus separati, q nec secũdum eē, nec secundum rōnem sunt in materia, ꝗdam sunt formæ penitus cōcretæ, ut formæ naturales, ꝗdam sunt mediæ, qm̄ ratione separãtur. re uerò ꝯcretę sunt. tertia. ibi & hoc quod dixit. ubi uult i nulla definitiōe rerꝫ mathematicarꝫ cadere materiã sensilem, in oī uerò formæ naturalis descriptione sic, numerus.n. est multitudo ex unitatibus cōfecta. par uerò numerus est per æqualia sectilis, ipar numerus ꝑ inequalia. linea est longitudo sine latitudine & altitudine. rectum.i. cuius mediũ ab extremis nō discrepat. curuum uerò cuius medium discrepat ab extremis. figura ē id quod termino uel terminis clauditur. Sic de oībus aliis deduci pōt. At res naturales formę oēs cum materia definiuntur. ideo in calce cōmēti. inqt. Et induxit exēplum de simitate, qm̄ in illius definitione poni sensilem materiã patet. est.n. simitas cauitas nasi. In defini

C tione uerò cauitatis minime. cũ sit depressio supficiei. Sed obiicies nã numerus, linea, figura, & cætera id genus etiam à physico cōsiderantur. Sed illæ sine motu & sensili materia definiuntur, ut ait. igitur physicus nōnulla sine materia definiret. Dici pōt ea definiri à physico & à mathematico, à

GRECO. phy. qdē cũ motu & mã. à mathem. sine motu, ut dictũ est.

Cũ dicit. { Latēt aũt hoc faciētes } intelligit ut Philo. inquit. mathematicos, qui faciunt, quod aptũ natum est fieri. id autē quod faciunt, est separare passiones à substātiis sensibilibus secũdum intelligētiam, quæ aptæ sunt separari, qui cũ latuissent Platonicos, dixerũt ideas, credēdo ita eē de formis naturalibus, sicuti de mathematicis, quare bene dixit, { faciētes autē hoc } .s. separationē rerꝫ mathematicarꝫ { latet & } ipsos faciētes, & { dicētes ideas } cũ uerò dixit { cũ minus sint abstracta mathematicis. } Philo. exponit cũ nullo pacto sint abstracta nec secũdum intelligētiam, nec secũdum subsistētiam. mathematicæ uerò res saltē ſm intelligētiã sunt abstractæ. Cũ uerò dixit { utroruq; } intelligit tã formarꝫ naturaliũ ꝗ magnitudinum, &

D ipsarꝫ magnitudinũ accña, ꝗ sunt figuræ, & id genus. unde Simplicius ait Aris. ꝑ hæc uerba regulã exhibuisse, tum eorꝫ, quę intelligētia separari pñt, tum etiã eorꝫ, quę nō possunt, ex definitionibus, qbus definiũtur. Cũ.n. definierimus & nō sumimus in definitione ea, cũ qbus cōiungebãt, hęc ab illis intelligētia sunt separabilia. contra aũt cum sumimus ea, cũ quibus cōiunguntur. ꝑpea dicit. { Impar.n. & par, & rectũ, & curuũ adhuc & numerus, & linea & figura est sine motu, } qa unũquodq; horꝫ definit sine motu. { caro aũt & os, & hō, non adhuc } sine motu definiũtur, uel sine re attinēte ad motũ. { sed hæc } .s. caro, & os, & hō { dñr } .i. definiũtur { sicut naris simitas, } quę non absq; naso definitur, { sed nō sicut curuum dicitur, } qđ definit sine naso. qua rōne fit, ut res naturales nō sint intellectione sepabiles, cũ per regulã nō sint definibiles absq; motu.i. absq; aliqua re attinēte ad Phm nãlē, quãto min⁹

E sunt separabiles subsistētia, ꝓ intelligētia horꝫ enumeremus definitiones, & dicamus ꝙ ipar est numerus q nō est diuisibilis in duas partes æquales. par uerò, qui diuisibilis est in duas partes æquales, rectũ est, cuius mediũ non discrepat ab extremis. curuũ cuius mediũ ab extremis discrepat. numerus est multitudo ex unitatibus aggregata. linea est lōgitudo cuius extrema sunt duo puncta. figura uerò quæ terminis uel termino clauditur. patet ex regula hæc oīa intelligi posse absq; motu.i. absq; re attinēte ad physicũ. caro uerò est sanguis coagulatus. os est corpus frigidũ & siccũ durũ. simitas est cauitas nasi. patet ex regula hæc nequaꝗ intelligi posse absq; motu.i. absq; re attinēte ad Phm nãlē. Hęc ex Philopono & Simplicio satis dilucide.

Indicát uerò illud & mathematicarꝫ illę ꝗ magis nãles sunt. ut pspectiua armoniaca atq; astrologia. nã quodámō contra sese hñt atq; geometrię. geometria náq; de naturali qdé linea cōtemplat. sed nō ut est naturalis. pspectiua uerò mathematicá qdé cōsiderat lineá, nō tñ ꝗtenus mathem. sed ꝗtenus nãlē. — Dilucidatoris text' com. 20.

F Demstant át & ꝗ magis physicę ꝗ mathe. ut pspectiua, & harmonica, & astrologia. è cōtrario enim quodámō se hñt cũ geometria. qm̄ geometria physicá lineá intédit, sed nō inqtũ physica: pspectiua uerò mathematicam lineam: non auté inquátum mathematica, sed inquátum est physica. — ANTI. — sed ἀλλὰ quoniam

Secundo Aris. idē probat (ut mihi uidetur) loco à minori, hoc modo. si facultates mediæ in definiēdo cōcernunt sensum & motum, argumēto ꝙ ꝓximæ sunt naturalibus, quę penitus sunt naturales definiēdo penitus cũ sensu & motu erunt. Quòd uerò facultates mediæ ita sint, inqt. geometria nãq; de naturali quidē linea cōtemplat, sed non ut naturalis. pspectiua uerò mathematicam quidē cōsiderat lineam, non tñ quatenus mathematicã, sed quatenus naturalem, ut pote ut uisilis. Armoniaca numerum ut auditilis atq; sonorus. quæ ratio docet eam facultatem quæ penitus naturalis est, penitus rem suam finire cum motu atq; sensu. — Expositio.

Et declarabitur.)Cōmentũ diuidit quia primo sensum literæ exponit. 2. ibi. & dixit quodámō. digrediēdo aliquantulũ persoluit dubitatiunculã literariã. prima pars patet. — G

Et dixit quodámō.)Soluit dubitatiũculã. uidelicet cur has medias uocat quodámō contrarias geometriæ, & arithmeticę. Rñdet, qa sunt extremæ geometriæ & naturalis. nam geometria penitus omittit sensilē materiã. naturalis eã oīno claudit. Ad pspectiua materiã cōsiderandi ē geometria suppeditat. è naturali uerò formã. considerat.n. lineã uisilē. linea.n. materia est suæ considerationis. uisilitas uerò forma. quare medium tenet in extremis. Simili rōne armoniaca materiã ex arithmetico nãciscit. uidelicet numerꝫ formã uerò à phy. uidelicet. sonorꝫ. contēplat.n. numerꝫ ut sonorus.

Et ideo.)Ex hoc infert ꝙ cōsideratio pspectiui & musici de rebus suis nō est penitus nãlis, sed ꝓprior nãli facultati, cum formã habeant à physico, materiã uerò à mathematico. modo forma potior est materia, ut dictũ est. Sed quęrunt quõ mathematicus definit ꝑ materiam intelligibilē. etsi de hac re in 3. de aīa aliqua dixerim in expōne cōmēti. 11. nũc debes scire ꝙ quid sit intelligēdũ per mãm intelligibilem sunt duę pōnes. una expositoris. 3. de aīa. ibi ubi uult materiam formarum mathematicarum esse ipsum continuum. nam est subiectum omnium figurarum. — Quæstio si mathematicus definit p materiã intelligibilem. — H — Pō Thome.

Huic opponit Ioã. qm̄ cum cōtinuum sit res mathematica, adhuc habebit materiam. Secũdo tunc non abstraheret à sensili materia. est.n. continuum sensile cōe. Propterea est secũda pō Ioãnis, quæ uult materiam mathematicorꝫ esse subam. qm̄ nihil est subtũ mathematicorꝫ ꝓximũ nisi suba, cum sit cã propinqua, ut dicit Plato. Amplius mathematicus abstrahit à sensilibus qualitatibus: igitur cōsiderat oē quod est citra illas, & ita subam. Sed huic cōtradiximus. 3. de aīa. primo quia Auer. 7. meta. cō. 35. in fine uelle uidetur lineam & eiusmodi non cōsiderari cũ suba, sed ut materia — Rōnes Io.

I figurarū. Si'r. 12. met. tex. cō. 44. Secūdo, quia tūc mathematicus cōsideraret principia subæ. nihil. n. cōsiderat aliqd in ordine ad subam, quin in ordine ad principia illius intrinseca. Hoc est contra Auer. 3. meta. cō. 3. Sed quicquid scripserim ibi, nūc uidet̃ mihi esse dicēdum ꝙ mathematicus q̄dam cōtemplatur ut affectiones ueluti figuras continuorū, & numerorū, q̄dam ueluti subiecta affectionum, ut continuum in geometria, & numerū in arithmetica. In geometria. n. affectiones cōtinui considerat ut figuras, & cætera quæ huic insunt p se. In arithmetica uerò affectiones numerorū, ut par uel impar & cætera id genus. Tunc dico primo ꝙ materia intelligibilis, hoc est q̄ sensibus nō subiacet, sed intellectui ipsarū affectionū in geometria est cōtinuum ut recte expositor ait. In arithmetica uerò est numerus. Propterea eiusmodi affectiones definiuntur per continui aliq̄ speciem, uel numeri. Dico. 2. ꝙ si numerus & continuum ulterius considerētur ut accidētia sunt, etiā intelligi nō possunt nisi in eorū definitione cadat suba, & tunc materia illorum dici pōt suba, ut recte Ioānes autumat. Verū ut perspectiuus sumit à geometra definitionē lineæ, & harmonicus ab arithmetico definitionem numeri, ita geometra definitionem continui sumit à metaphysico, & arithmeticus definitionē numeri. Arithmeticus igitur & geometra affectiones horū definiunt per ꝓpriam eis. at subta illarū definit per propria metaphysico, & ut induit habitum metaphysici, qa ut recte ait Aris. mathematicus subæ nullam facit considerationem ut mathematicus, sed si facit id efficit per habitū superioris. Tunc ad rōnes contra expositorem. ad primam dico ꝙ continuum est res mathematica, sed est prima res, utpote cōe subiectum. cuius definitionem sumit à superiori artifice, & ita cōcedo ꝙ habet materiā intelligibilē ut substantiam, sed non spectat ad mathematicum, sed trāscēdit illius diocesim. Ad secūdum patet solutio. mathematicus enim abstrahit à sensilibus ꝓpriis, non cōibus. De pōne

L uerò Ioānis dico ꝙ si uelit ꝙ materia oīum rerū mathematicarū ultima sit suba, & considerata ab ipso mathematico, errat, quia suba trāscēdit iurisdictionem mathematici. Sed si uelit ꝙ sit ultima intelligibilis materia, & spectās ad aliū artificem, recte sentit. Sunt. n. sciæ spāles ita metaphysicæ, connexæ, ut sp descriptiones subtorū primorū inde lucrent̃. Et per hoc faciunt rationes. oēs. n. probāt de suba non considerare mathematicū, quod uerū est ut mathematicus, sed ut induit metaphysici habitum, resoluit tādem ad subam & principia substantiæ. Consequenter q̄runt utrum naturalis definit p materiam sensilē. Ioā. r̄ndet ꝙ materia sensilis est subiectum quod est principium motus, & ita uult ut oīa definiat per talem materiā. Sed hoc stare non pōt, q̄m motus est sensile cōe ueluti magnitudo & numerus. igitur physicus se haberet ut mathematicus circa sua cōsiderata. Propterea uidetur mihi Aris. intelligere p materiam sensilem oē illud quod est infra quātum, & sub hoc continetur omne mobile quacunque specie motus, omne sensile quacunque specie sensilis. Scientiæ enim hę sic statutæ sunt, ꝙ ubi definit physica incipit mathematica, ubi hęc definit, sumit metaphysica, qua ratione fit ut p materiā sensilem intelligamus oē ens infra ens quātum, quod ideo dicitur materia, non quia subiacet formæ, sed quia subiacet cōsiderationi physicæ. Tunc dico ꝙ definitiones naturales semper dant̃ per aliquid contētum sub hac materia sensili, ueluti definitiones geometricę per aliquid cōtetum sub continuo aut numero, ut siquis simitatē definiat, addet nasum. siquis uerò blęsitatem addet crura, nasus uerò & crura sub ipsa sensili mā continent̃, & in cæteris idem facile spectari pōt. Consequenter q̄runt utrum facultates mediæ ut perspectiua & harmonica atq; astrologia sunt magis naturalis ut sentiunt Aris. The. & Auer. Circa q̄onem aīaduersione dignum, primo ꝙ conclusio pure mathematica est p syllogismum, cuius ambæ propōnes sunt purę mathematicę. naturalis uerò puræ est per syll'm cuius ꝓpōnes sunt purę naturales. Media uerò est per syll'm cuius maior est mathematica, minor uerò media, & p experiētiam sumpta. patet.

Pō ꝓpria.

K

Si naturalis p materiā definiat qō

M

Vtrū mediæ sint magis naturales.

N ꝓbat. n. astrologus cœlū esse sphęricum sic. omne illud est sphæricum in cuius medio est punctus è quo oēs lineæ ductæ ad circūferentiā sunt æquales. hæc maior est geometrica. Sed cœlum est tale, hæc est media. & p experiētiam accepta. & tunc cōcludit igitur sphæricū. Hoc stante dicunt duo. Primū, sciæ mediæ s'm rem sunt magis naturales. Secūdum scię mediæ nuncupant̃ magis mathematicę. Primū probāt quadrupl'r. ratione certitudinis, rōne finis, rōne denoīationis, & rōne inceptiōis & desitionis. Rōne certitudinis, q̄m certitudo illarū nec est tāta sicut mathematicę puræ sed ꝓcise sicut sciæ naturalis. est. n. cōposita ex certitudine mathematicę puræ, & physicę. quarū secunda est minor, ideo illi æquat̃, est. n. demr̄atio earū. cuius maior est certa certitudine mathematicæ minor certitudine physica, & ita una copulatiua cuius una pars est incertior, & ita tota erit incertior, sicut illa pars. Rōne finis uerò, qa incipiunt à mathematica, & termināt in naturalē. A fine aūt est rei eē. Ratione denoīationis, q̄m denoīatio potius debet esse ab eo quod est uti forma, q̄ ab eo quod est uti materia. modo in his medijs ratio formalis est à naturali, materialis à mathematico. Rōne desitionis q̄m ut dicit Aris. hæ incipiūt modo cōtrario geometriæ. Dicūt secūdo ꝙ magis sunt appellādæ mathematicę q̄ naturales. saltē quia cū eis addisci solēt. Sed uidet̃ ꝙ hæc superfluāt, & incōsulte dicant̃. Superfluūt quidem, q̄m secūda ratio cōcidit cū quarta, finis. n. & desitio idē sunt, Secūdo, oīs certitudo tā definitiua q̄ demōstratiua accipitur à ratione formali cōsiderādi, ut q̄m ratio formalis cōsiderādi in physica est mobilitas, ideo definitio & demr̄atio sp erunt concernēdo mobilitatē, & materiam sensilem. Propterea dico ꝙ eiusmodi sunt s'm rē magis naturales, q̄m materiam nācîscuntur à puris mathematicis, formam cōsiderādi à physica. Et hinc certitudinē hn̄t à physica, & modū definiendi & demr̄andi. Loquuntur uerò inconsulte, quia si à fine res sumit spēm & nomen, & finis harum est ad rē physicā, iure erūt physicæ appellādę, cuius cōtrarium dicūt. Propter quod dico ꝙ scia & dicit̃ habitus, & dicitur forma à subto materiali habitus appellat̃, à subto uerò formali forma. quo fit ut noīe habitus sint magis dicēdæ mathematicę, cū materiā habeāt ab illis. noīe forīæ magis naturales dici debent, cum formam habeant inde.

{ Quòd aūt naturales formas neq; intelligere, neq; definire poss̄e sit sine materia, demōstrat p scias, quas quidam medias uocāt. & dicit. { Demōstrant aūt, & q̄ magis physicæ q̄ mathematicæ } .i. ut exponit Philop. q̄ propius sunt physicis, q̄ mathematicis, { ut perspectiua, & harmonica } .i. musica, { & astrologia } .s. q̄ theoretica est. & exponit quo modo hæ sciæ illud demōstrent, & dicit. { E cōtrario. n. quodāmō se hn̄t } sciæ ille { cū geometria. } cuius cām affert, & dicit, { q̄m geometria physicam lineā intēdit, } accipit. n. lineas ex corporibus naturalibus. (ultima. n. corporū naturalium sunt lineæ) & eas non tanq̄ terminos naturaliū corporū speculat̃, ideo dicit, { sed } subaudi eā non speculat̃ { inquātum } est { physica } .i. inquantum est in corpore naturali, nā separās ipsam à naturalibus corporibus sic speculat̃. { ꝑspectiua uerò mathematicā lineam intendit, } quia accipit lineā, quæ definit̃ in mathematica sine corpore naturali, nō autem illā considerat, { ut mathematica } est, quia ea utit̃, ut uisualis, & ut in corpore naturali. nihil. n. est uisibile, nisi sit in corpore naturali, ꝑspectiua. n. speculans accidētia circa uisus, & aspectus linearū rectarū, & circa extramissiones, & refractiones, & angulos qui conos constituunt, hæc accipit ex geometria non sine motu & materia cōsiderās. Si igit̃ & lineas, quas speculatur perspectiua, & numeros, quos contēplatur harmonica, & circulos, quos spectat astrologia, quæ idonea sunt, ut separent̃, non sp licet separare, quāto magis nō licet separare naturalia ipsa, q̄ nullo pacto definiuntur sine motu, & materia. ergo nō dantur ideæ, quæ sunt naturales formæ separatæ. Aīaduertendum Diuum Thomā uelle materiam intelligibilē rerum mathematicarum esse ipsum cōtinuum, quod uerū esse puto intelligendo

O

Cōfutatio

Sol. ꝓpria.

P

RECO.

Q

Via rōnis s'm Simpl. lineæ numeri circu li.

De materia intelligibili.

A do p res mathematicas ea, q mathematicus cōsiderat per modum accidētium, ut figuram, Gandauensis autē asserit materiam intelligibilē esse subam, quod ē fortasse uerum respectu oīum, q mathematicus speculat̄ tam ut subiectū q̄ ut accidētia, & p subam non determinatā uidelicet certę sensibilitatis sensibilē, sed secūdum rationē cōfusam intelligo, est. n. linea lōgitudo subæ alicuius, cuius extrema sunt duo pūcta. & superficies ē latitudo alicuius subæ, cuius extrema sunt duæ lineæ, & sic de cæteris. mathematicus. n. non pōt imaginari lineā, uel supficiem, quin illā fingat in aliq̄ suba confuse sumpta. ideo nō abstrahit à suba confuse sumpta, licet abstrahat à suba distincte accepta. nec ē inconueniens mathematicū distincte cognoscere aliquid in suo genere p aliquid, quod ipse nō distincte cognoscit, in spē. Quæsiuimus an astrologia harmonica, & pspectiua, sint magis naturales, qcquid cōmentariis diximus, uidet̄ mihi aliq̄ cōparationem supponere positiuū, ut cū dicimus, Socrates ē Platone prudētior. supponit. n. hæc cōparatio utrunq; prudētem aliq̄ esse, quæ positiuū non supponit, ut simia ē humanior ceruo, neuter. n. est humanus. ē enim sensus simiam plus haberi humani q̄ ceruum. Tunc dico has facultates, quas iuniores medias appellāt, eē mere mathematicas, cum oēs, qui mathematicā scribāt, illas inter mathematicas enumerēt & hac rōne nō sunt mediæ, nec illas Aris. medias dicit. Secūdo dico has esse cæteris mathematicis magis physicas comparatione non supponēte positiuum. non. n. sunt physicę. igitur sunt magis physicæ, quia hn̄t plus de physico q̄ arithmetica, & geometria. hn̄t. n. rōnem formalē subiecti physicā. Iuniores uerò hanc cōparationē asserūt supponere positiuū, cum dicāt eas eē physicas, & mathematicas, sed magis physicas, qui uerò aiūt has eē medias, non recte dicūt. nō enim in uerbis Aris. hoc legit̄. Aris. enim ait δηλοῖ δὲ καὶ τὰ φυσικώτερα τῶν μαθηματικῶν. i. declarant autē & q̄ magis physica mathematicis. igitur eas nō uocat medias. nec cōparatio hęc pōt supponere positiuum, quia arithmetica, & geometria non sunt physicæ, quare hæ non sunt magis physicę geometria, & arithmetica. igitur cōparatio Aris. debet intelligi non supposito positiuo.

Quæstio B

C Dilucidatoris tex. com. 21.

Quoniam uerò bifaria natura est, forma. uidelicet & materia, res naturales perinde cōtemplemur oportet, atq; si de simitate quid sit consideremus. quare neque sine materia, neque secundum materiam res tales erunt.

ANTI.

Quoniam autem natura duplr̄ dicitur & species, & materia, sicut de simo quid sit intēdimus, sic considerandum est. quare neq; sine materia, neque s̄m materiam hmōi. sunt etenim iam & de hoc dubitabit aliquis dupliciter, cum duę naturę sint, de utra est physici, aut de eo qd̄ est ex utrisq;? & si de eo quod est ex utrisq;, & de utraq;, utrum igitur eiusdē, aut alterius utrâque sit cognoscere?

Expositio. D

Compleuit differētiam inter naturalē & mathematicum, nunc usq; ad quātum, & q̄ consideret naturalis disputat, & primo concludit ppositum, & inquit. Quoniā uerò bifaria natura ē, forma. uidelicet & materia, res naturales perinde contēplemur oportet, atq; si de similitudine quid sit consideremus. quare neq; sine materia res naturales describuntur, neq; p materiam res naturales erunt tales & definibiles. Expositor credit Aris. declarare ad naturalē pertinere considerare de materia & forma, & hoc p duos processus, quos ex textu elicit. Sed hæc expō est contraria textui. Aris. enim concludit res naturales definiri non sine materia. & nō per materiam. Ideo melius cū Themistio uidetur q Aris. concludat definitiones naturales, neq; esse sine materia, neq; esse secundam materiam. Ideo utit̄ uno enthymemate hoc modo. duplex ē natura, & sup. q̄libet spectat ad naturalē. igitur naturalis cōtēplatio de rebus naturalibus ē, ut illa de similitudine. quæ definitur non sine materia. non tn̄ per materiam. Sed obiicies quomodo pōt naturalis res definiri non sine materia, non tn̄ secundum materiam. Dici potest aliquod esse non sine alio, quod tn̄ non est secundum ipsum. uerbi cā homo non est rationalis sine risibilitate, non tamen ē rationalis, ppter risibilitatē. Quamobrem (ut ait Themistius) definiturus rem naturalem, utet̄ quidem materia, & ita non sine materia. Sed definiet p formam, & ita pars definitiua erit sola forma, & pars formæ. materia uerò ponetur ut apparens pars, non uera, quia tanq̄ causa sine qua nō. Et hęc est mēs Auer. ubiq;, ut alibi disputauim⁹.

E

RECO.

Cum assignasset differētiam inter mathematicum, & Philosophum naturalem, nunc mouet qōnes, & primo resumit quales definitiones sint naturales. & dicit. Quoniam autem natura duplr̄, dicitur, & species, & materia, & ptermisit alia significata, qm̄ non faciunt ad ppositū quæstionum, quas mouet, & subaudi tu, & de utraq; considerat naturalis Phus, ideo concludit, & dicit. sicut de simo quid sit intēdimus. i. sicut ipsum definimus, sic considerādum est subaudi & definiēdum cōposita naturalia, quare neq; sine materia definiēda sunt, qm̄ nec simum definitur sine naso, neq; s̄m materiam. s. solā, ut suppleuit Philop. hmōi subaudi cōposita naturalia sunt definiēda. qui. n. definit simitatē dicit q sit cauitas nasi, uel qui definit simū, dicit, q sit nasus cauus, ubi non sola materia ponit̄ in definitione. Simpli. aūt aliter dicit, ait. n. q sicut qui cognoscit simū, cum naso cognoscit, tn̄ cognoscit s̄m concauitatē, sic qui cognoscit composita naturalia cū materia cognoscit, tn̄ s̄m formā cognoscit, & hoc non ab re. nā naturalis naturæ est contemplator, natura autem cum dicatur de materia, & de forma, peculiarius s̄m formam dicitur nō indecēter igitur dicit̄ naturalia cōposita cognosci s̄m formam. ppea dicit, quare nō sine materia hmōi. s. composita definibilia sunt, qm̄ materia debet poni in definitione, sed quia forma est principalius natura neq; s̄m materiam dn̄r illa definibilia, sed s̄m formam, tanq̄ per partē definitionis pricipalē. Deīde mouet qōnes, ubi Simpli. ait, q ideo mouet qōnes, quia uidet̄ ea, quæ hic dixit, sine demr̄one tractâsse, reuera tn̄ demōstratione illa tractauit. si. n. duplr̄ natura dicit̄, & altera altera peculiarior, & notior est, merito naturalis de utrisque est dicere, sed secundū peculiariorem, sed qm̄ hæc peride ac sine demr̄atione dicta sunt, ideo dignū esse ait, si cum duæ sint naturæ elemētares, q̄ nam in cōsiderationē naturalis deducat̄, & ex diuisione qōnem hanc pfert. unde dic. etenim iam & de hoc dubitabit aliquis duplr̄, cū duę naturæ sint, de utra an de materia an de forma est physici. s. in definitiua rōne indagari. i. ut exponit Philop. utrum per materiā an p formam definit physicus, aut de eo, qd̄ est ex utrisq;, est subaudi physici in definitiua rōne indagari. i. aut debet definir̄ p eam definitionē, q̄ est ex utrisq;. Hanc qōnem Philop. ait motam eē primo de aīa, ubi asserit definitiones assignari uel ex specie, uel ex materia, ul' ex utrisq; simul, ut est uidere in ira, q̄ ex materia definitur, q sit ebullitio sanguinis circa cor. ex specie uerò q sit appetitus ulciscēdi, ex utraq; autem simul q sit ebullitio sanguinis circa cor pp ulciscēdi appetitum, tūc subdit. & si de eo, quod est ex utrisq;. subaudi physici est indagari in definitiua rōne. i. & si definit p definitionem est physici indagari in definitiua rōne cōpositam ex utrisq;, & de utraque. i. igr̄ definit p utraq;. s. materiam, & formam seorsum, nam aliqn̄ per solā formā, aliqn̄ per solā materiam. Tunc quęrit, cum per utraq;. s. seorsum physicus definiāt, utrum igit̄ eiusdē. s. physici ut exponit Philop. aut alterius physici, atq; alterius physici utranq; sit cognoscere. i. per utranq; seorsum sit definire, an definitio, q̄ est p solam formā spectet ad unam naturalis phiæ partē, quæ uerò p solam materiam, ad aliā partē, est. n. multiplex physicus, sicuti multæ sunt partes naturalis phiæ. Hæc est expō Philoponi, Simpli. autē refert has qōnes ad considerationes, & dicit secūdum hanc expōnē Aris. etenim iam & de hoc. s. quod dictum est q naturalis psideret mām

F

G

H

I { & formā, { dubitabit aliqs dupl'r } .i. per duas dubōnes, { quarum pria affert, & dic. { Cū duę naturę sint, de utra } .i. { de qua istarum { est physici } cōsiderare utrum de sola mā, an { de sola forā, { aut de eo } .s. cōposito, { qđ est ex utrisq;. { & si de eo, quod est ex utrisq;, & } pro ergo { de utraq; } { seorsum est physici indagari. Impoſſe.n. est cōpositum co { gnoscere nō cognitis seorsum simplicibus, ex quibus con { stat. Et si de utraq; seorsum ē naturalis Phi indagari, { utrum { eiusdē, } .s. partis nālis phiæ, { aut alterius } atq; alterius { { sit utrāq; } seorsum { cognoscere } uerbi de forma in { libris de aīalibus, uel alibi, de mā in lib. physicorum, uel ali { bi. Expō quidē prima Philoponi uidet' uerior, qm̄ Aris. di { cit. { Etenim iam & de hoc dubitabit aliqs dupl'r, } mo { do illud ꝑnomē, hoc ondit id, quod proximis uerbis con { cluserat. uidelicet ꝙ definitiones nāliū rerum sint ueluti defi { nitio simi. s. per materiā & formā. igr̄ q̄rit de definitione, { Expō uerò Simplicij est cōsona ijs, q̄ statim subscribet.

K Dilucidatoris tex. com. 22.

At ueteres quidem.n. respicienti, de materia uidebitur utiq; esse, nā Democritus & Empedocles de forma & qdditate modicū quiddam tetigerunt.

ANTI. { In antiquos.n. aspicienti uidebit' utiq; esse mate { riæ. In parua.n. parte quadā Empedocles & Demo { critus spēm & quod qd erat esse tetigerunt. Sed si { ars imitat' naturā & eiusdē scię est cognoscere spe { ciem & materiā usq; ad aliqd, ut medici sanitatē, { & cholerā, & flegma, in qbus est sanitas. Silr autem { & ędificatoris est cōsiderare & spēm domus & ma { teriam. qm̄ lateres & ligna, similiter autē & in aliis { & physicæ utiq; erit cognoscere utrasq; naturas.

et ... autem

Soluit qōnem, & primo narrat pōnem antiquorum. & inqt: At ueteres quidem.n. respicienti, de materia utiq; uidebitur esse cōsideratio naturalis. nā Democritus & Empedocles de forma & quidditate modicum quiddā tetigere. Prętermisi uerbum græcum meros, hoc est partē, esset.n. translatio, hæc in modicū.n. quiddam partē; quod cum ad sensum

L faciat, prætermisi, tu uerò potes id legere, & idem erit.

Tex. 22. At si ars imitetur naturā, eiusdē sane scię erit formā & materiā usq; ad terminū quendā spectare, ueluti medici sanitatē & bilē & pituitā, in quibus est sanitas. & ædificatoris silr & formā ipsius domus atq; materiā, qm̄ lateres & ligna. Silr āt & in cęteris id genus, physicę itaq;, & utrasq; naturas cognoscere competit.

Soluit nunc qōnē ſm̄ ueritatē & uult ad physicā facultatē spectare utrāq;. Primo natura efficit effectū cum utrisque; Sed ars aut ē natura aut æmula imitatrixq; illius. igitur ars cōsiderabit materiā & formā. Vt exēplis quoq; testat' medici, & ædificatoris. Et eius sermo trāslatione patet. Sed

M syll's literæ est: ars cōsiderat materiā & formā. physica est ars. igit' cōsiderat materiam & formā. modo iste syll's est ex particularibus, ꝙ si maior ē ul'is hoc. modo oīs ars considerat materiā & formā, tunc uel p artē intelligit cōem rationem ad practicas & speculatiuas. Et tunc maior est falsa de mathematica, q̄ solam formā spectat. Aut intelligit artem practicam, & tūc minor est falsa, physica.n. nō est ars operatiua. Dici pōt, ꝙ per artē intelligit quoddā cōe speculatiuis, & practicis, & cōcedo ꝙ mathematica considerat formam & materiam intelligibilem, ut fuit dictum. & cum dicit' ꝙ solā formā ꝯsiderat, dici pōt pro nūc hoc eē uerum in demrōne. Tu uerò lege q̄ dixim⁹ in expōne primi cōmēti.

Et cum hō.) Hoc cōmentum diuidi pōt in expōnem lrę, & digressionē. digressio ibi. non debes intelligere. Prima pars patet, uerum colligi pñt duo. Primū, est rō textus, & ut mihi uidet' facit unū enthimema, cuius añs sunt tres ꝓpōnes. Prima, ars cōsiderat formā & materiā usq; ad certū terminū. Secunda, ars assimilat' naturæ. Tertia, cōsideratio nālis debet conuenire actioni naturæ, hoc mō. uidelicet ꝙ illud qđ

N est notum apud artificem sit illud quod est notū apud naturam, q̄ est artifex rerum naturalium. Tunc infert manifestū ꝙ unius sciæ ē scire has duas naturas. Sed contra dubitabis, qm̄ primo huius. cō. 3. dixit oppositū, dixit.n. actionē naturæ ex causis eē, nrām uerò ē contra ab effectibus. Secundo, dubitare potes quare ars est imitatrix naturæ atque illius æmula, uidet'.n. in multis deficere. Ad primā dici pōt ꝙ Auer. cō. 3. dicto loquutus est in primo ꝓcessu. ubi à notioribus nobis ꝓficiscunt'. at nūc loquitur in. 2. ꝓcessu, ubi à notis naturæ ꝓcedimus. Ad secūdam dici pōt artē æmulari atq; imitari naturā propter duo. Tum quia generatur in nobis à cognitione rerum naturaliū, & cū genitū debeat assimilari generāti, iure ars naturæ erit æmula. Tum quia opus naturæ ē opus dei, & cum nos appetamus assimilari deo, iure naturæ etiam assimilari enitimur.

Et scia de forma.) Ponit drīam inter cōsiderationē scię & artis circa mām, & uult artē de materia agere usq; ad certū O terminum. sciētiam uerò simpl'r de pria & ultima materia.

Non debes.) Hęc ē digressio, ubi primo remouet dubium. nā in litera dictum ē artē cōsiderare de materia usq; ad terminum certū. Ex hoc sumi posset etiā sciam idem facere. Respōdet ꝙ non est siſe, quia cognitio artis est particularis, & de particularibus. sciētia uerò est uniuersalium. ideo ars considerat materiam particularem ut ædificator lateres. Medicus humores. scientia uerò uniuersalem & communē omnibus materiis. & sic patet differentia.

Si autē est.) Sed cōtra hanc differētiam arguit' dupl'r. Primo qa scia particularis, ut scia de aīalibus nō materiā ul'em oībus spectat. Sed māteriā proximā. Igit' scia cōsiderat materiam particularem etiā. Secundo ars cōsiderat materiam cōem ut medicus humores, qui sunt materia cōes oī sanitati. Rñdet Auer. ꝙ si daret' ars cōis oībus artibus hæc cōsideraret materiā cōem oībus formis artificialibus, sed qm̄ non datur hæc ars cōis, ideo oīs ars materiam particularē suæ opationis considerat, ut medicus humores. Faber lignū. Sutor pellē. & id genus, at in ipsis oībus sciētiis naturalibus dat' una cōis oībus ut scia hæc tradita in isto lib. ideo P hæc agere debet de cōi materia oībus formis naturalibus. Tūc ad formam dico ꝙ oīs ars cōsiderat materiā particularem. Non tñ oīs scia, qm̄ non scia naturalis hic tradita, & ita patet differētia. Ad secūdum dici pōt ꝙ per particularē intelligit nō indiuidualē, sed cōtractam ad certam formam spēm. ut sutor pellē contemplatur, quæ est materia calcei. Medicus humores qui sunt materia sanitatis.

Auicēna autē.) Tūc narrat pōnem Auicēnæ, q dicit duo. Primū ꝙ naturalis tm̄ mām ꝓpinq̄ considerat. Secundum ꝙ prima materia & oībus cōis spectat ad metaphysicum.

Et peccauit.) Ponit motiuū, nulla scia ꝓbat principia sui subiecti, quia tūc eius probatio erit ad artē superiorē. Nulla sciētia probat causas sui subiecti. Igitur in nullo genere demonstrationis causæ possunt demrāri in scia cuius sunt.

Et non est.) Rñdet ꝙ ista rō nulla est, qa arguit ab una particulari ad ul'em. bene.n. causæ non pñt demrāri in genere demrātionis simpl'r, siue ꝓpter quid. causas tñ eē per Q demrātionē signi nihil prohibet demrāri in scia, cuius sunt. saltem demrātione quia, hoc est signo & ab effectu.

Sicut fecit.) Probat quod dixit. Nā Aris. in primo huius demonstrauit materiam, esse p transmutationē, quę est causa corporis mobilis. mō trāsmutatio ē signū inuētionis mæ.

Si fuerit. contra.) Nā demrātio signi sumit' ab aliquo accidēte ꝓficiscēte à materia. Sed aliquod accidēs cōpetēs materiæ est naturale, ut transmutatio. aliquod est abstractum cōpetens materiæ ut est una entis species, utpote potentia. Igitur potest in utraq; demonstrari.

Et uidetur.) Rñdet ꝙ prima materia non potest declarari ꝓprie, hoc est demrātione efficaci, & ex necessariis nisi per signū naturale. Sed primus motor, nec ꝓprie nec improprie declarari pōt nisi signo naturali. Et ita concedit materiam primam esse saltē demrātione impropria aliquo modo posse declarari in metaphysica. Primum uerò motorē esse nullo modo. & forte intelligit ꝙ demrātio prima motoris metaphysica

A taphysica est euidētis infirmitatis, Ratio uerò qua deducitur materiam esse per uiam potentiæ & actus est coloratior, licet adhuc imbecilla.

Via autem.) Arguebat Auicen. aliquod in affectibus est dependens. Igitur est aliquod independens. Aliter esset processus in infinitū. Respondet ꝙ hæc uia non est demrātiua, quoniam procedit ex creditis, concederem enim esse aliquod dependens & processum in infinitum. modo hoc nemo confutat nisi physicus ꝑ motū, ut patet in septimo huius & ita tanꝙ creditū sumit non esse processum in infinitum. Amplius dependentia est modus entis separati per essentiam, aut per indifferentiam, aut modus entis mobilis. Si modus entis separati per essentiā, aut per indifferentiā petit esse ens separatum, ut fuit dictum cōmento ultimo; Si entis mobilis, tunc hæc ratio erit physica.

Cum autem.) Sed tunc dubitares ubi causæ subiecti habent causas, & notiores, utrum possunt demrāri demrōne simpliciter siue propter quid in arte cuius sunt. Respondet B Auer. ꝙ unamet demrātio erit ꝓpter quid & quia, ut si causæ habent causas, et demrēntur respectu scientiæ subalternātis, demrātio erit propter quid, respectu scientiæ subalternatæ erit quia, quoniam sumit illam ab subalternāte, & non per se eas contēplatur, & ita aliqua demrātio propter quid pōt respectu diuerso dici quia, siue demrātio signi. Quæ res fortasse propter quid, neqꝫ subiectum esse, neqꝫ subiecti species esse pōt demrāri in scientia cuius sunt subiectum et species, & principia esse ēst demrābile. Iam diximus subiectū esse sumi in scientia, aut ut notū ex sensibus, aut a scientia superiori. Primo quia subiectum scientiæ cōparatur ueluti obiectum potentiæ, modo omnis potentia supponit obiectum esse, ut circa ipsum operet, aut ut ab ipso moueatur, ueluti carpentarius lignum supponit ut lecticam agat, Faber ferrum ut cultellum efficiat, & in cæteris id genus. Igitur sciētia debet supponere subiectum esse, ut in eo affectiones spectat. Secundo præcognitū non est quęsitum. suppositum nō est probabile. Sed subiectū esse est C præcognitum in scientia, & suppositum respectu affectionum, atqꝫ omnium consideratorum in ea arte cuius est. igitur nō erit quęsitum. Species uerò subiecti esse minime est demrābile, qm̄ esse subiecti est esse specierū, ubi enim species esse esset demrābile, etiā subiectū esse esset quæsitum. Si quidem esse sit unum omnium. at quia principia differūt esse & re a subito, nihil ꝓhibet ea demrāri si fuerint ignota saltem demrātione signi, ut dicit Auer. Sed adhuc ambiges si principia esse est demrābile in scientia, cur subiectū esse ꝑ illa principia a priori non erit demrābile? Diximus illa principia esse inuenta in ea scientia ꝑ aliqđ in scientia infra subiectum, quod est aut minus notum subiecto, aut nō notius, & ita cognitio principiorum non crescit intantum ut possit sufficere ad demonstrādum subiectum esse. Sed D dices cur intellectus negocians non pōt augere cognitionem principiorum intantum. Dici pōt tale crementum effici non posse per ea quæ pertinent ad scientiā, quin illa semper essent aut ignotiora subiecto, aut nō notiora. ideo si fieret, ascendendum esset ad superiorem scientiam. Sed de his in expositione commenti ultimi huius primi multa diximus. Hæc satis.

RECO. { Cum quęstionē mouisset, ac diuisisset, demonstrat quātum de his q̄stionibus est in naturali philosophia ueterū. { & dicit. { In antiquos enim aspicienti uidebitur utiqꝫ esse materiæ } subaudi consideratio naturalis. Cuius rationem affert, & dicit. { In parua enim parte quadā Empedocles & Democritus speciē, & quod quid erat esse } idest formam { retigerunt. } De materia enim omnibus priscis maxime fuit curæ dicere, de forma alij quidem nullū sermonem fecerunt, alij autem omnes, qui de forma mentionem fecerunt parum, aut nihil de ea fuerunt solliciti. Empedo. Democri. Hi autem fuerunt Democritus & Empedocles. Democritus enim subiectam materiam dicit esse atomos, causas uerò formales figuram, positionē, & ordinem. Empedocles uerò formales causas asserit litem, & amicitiā, quę licet effectrices causæ sint, tamē formales ēt ipsas esse dicit. E De Anaxagora uerò non meminit, qui intellectum inter principia enumerauit, cuius rationem Philoponus assignat. quoniam ut in Phædone dicitur, quāuis intellectum causam fecisset in generatione mundi, non tamē illum causam constituit in generatione rerū particulariū. sed rursus decidit in causas materiales, utputa in similaria. (De Anaxagora. Expō Philoponi.) Sed ꝙ in generatione rerum particularium utatur intellectu, manifestum est, quoniam asserit generationē nihil aliud esse ꝙ̄ segregationē, quæ fit ab intelligētia. (Refutatio.) Fortasse igitur de Anaxagora non meminit. quoniam intellectum Anaxagoras nō dicebat esse formam materialem, qualis est causa. de qua nunc loquimur, sed est causa secernens, & cōponens ea, quæ separantur ab ipso chaos. Hic enim intellectus, quē Anaxagoras asserit, nulli rei est permixtus, sed solus in ipso est. Quantum igitur ad philosophiam priscorū pertinet, posset uideri solum de materia F esse disserendum à Philosopho naturali, cum hoc dixisset adducit deinceps rationes ꝙ oporteat naturalem utraqꝫ naturam cognoscere, quorum primum secundum Philoponum est ex similitudine artis ad naturam, secundū uerò Simplicium est ab inductione artium. (Varie expōnes.) Ego uerò puto argumentum primum esse, tum ab imitatione artis cum natura, tum etiam ab inductione. & uerba legi, debent copulatiue cum suspensione usqꝫ ibi { & physicæ utiqꝫ, } unde dicit, { sed si ars imitetur naturā, } sequitur ut physicæ sit cognoscere utrasqꝫ naturas, sicut natura utitur in suis operationibus utraqꝫ natura, { et } subaudi si { eiusdem scientiæ } .s. operatiuæ { est cognoscere speciem } idest formam { & materiam usqꝫ ad aliquid, } quoniam non simpliciter. sed usqꝫ ad aliquid, quia medicus usqꝫ ad elementa, & non ulterius { ut medici sanitatem } est scire, quæ est forma, { & choleram & flegma, in quibus } ueluti in materia { est sanitas. Similiter autem & ædificatoris est considerare & speciem domus, & materiā, quoniam lateres & ligna, } quæ sunt materia, & non ultra, { similiter autem & in alijs, } ex his duobus dat conclusionē, & dicit. { & physicæ utiqꝫ erit cognoscere utrasqꝫ naturas. } est enim physica ars quædam. G Dicit Auerroes artem imitari naturam, quo admodum procedendi, (Quę Auer.) quia natura procedit a causis, & ars a causis, speculatiua quidem cognoscendo, practica uerò operando omnis. r. ars speculatiua in cognoscendo procedit a causis, nisi per accidens cōtingat effectū esse notiorē causis. Sīr oīs ars practica ꝓcedit in operādo a causis. quare rectè dictū est artē, & sciam quo ad modū ꝓcedendi imitari naturā.

Præterea eiusdem est scire id cuius gratia est atque finem, & ea quæcunqꝫ horum gratia sunt. at natura finis est & id cuius causa fit. Quorum náqꝫ motionis si sit continua, finis aliquis est, eorū motionis is est ultimum & id cuius gratia. Quapropter & poeta ridicule compellitur dicere habet finem cuius quidem causa factum est, uult enim nō quodcūqꝫ ultimnm esse finis, sed optimum. (Dilucida. textus cō. 23.) H

{ Adhuc quod cuius causa fit, & finem eiusdem, ANTI. { & quæcūqꝫ sunt horum gratia. Natura autem finis est, & cuius causa fit. nam quorū continui motus est aliquis finis motus, hoc ultimum est. Vnde { & poeta derisorie apposuit dicere, habet finem, cuius quidem causa factus est. Vult enim non omne { esse ultimum finis sed optimum.

Secundo arguit Aristo. eiusdem scientiæ est & finem cognoscere, & ea quæ instituuntur & ordinātur in finem. (Expositio.) Vt medici & sanitatem & ea quæ sunt efficiētia sanitatis. Sed materia propter formam est instituta, igitur ad quem pertinet formam cognoscere, ad eundem quoqꝫ materiā pertinebit. minorem probat sic. quorū nāqꝫ motionis si sit con-

I tinua finis aliquis est, eorũ motionis is est ultimũ, & id cuius gratia, est igit maiori syllogismi finis est motionis quæ continua est ultimũ & cuius gratia, adiecit si est continua, ut dicit Themistius, ut innuat esse intelligẽdũ de motione quę sponte naturæ peruenerit, & non de motione interpelle qualis est motio uiolenta, aut id genus, erit igitur maior finis est motionis naturalis ultimum & cuius gratia, addẽda est minor. Sed forma est ultimum & cuius gratia motionis naturalis. igitur forma est finis. Probat maiorem auctoritate poetæ qui cecinit ridicule mortem esse finem & metam, cuius gratia facti ortiq; sumus est certe mors ultimum quiddam, non tamen omne ultimũ tendit esse finis, aut id quod sub hoc uerbo cuius gratia significatur, sed id proprie finis intelligitur, habeturq; quod præstantius atq; melius est, est enim ut inquit Themistius quæq; res boni alicuius appetens, & auctio non mortis causa fit, nam sæpe desinit augeri res anteq̃ moriatur. sed perfectionis &
K forme gratia augentur omnia, & in ea quiescunt, mors uerò est ultimum non ut meta sed ut huiusmodi substãtiæ debitus & necessarius quidã euentus. Quare fit ut ratio ꝓsyllogistica hęc sit finis est motionis naturalis ultimum p̃stabilius. forma est ultimũ p̃stabilius, forma igitur finis erit.

Hæc est alia.) Cõmentum patet, uerum Auer. in textu facit duos syllogismos. primus est. finis et media in finẽ sunt unius scientiæ. forma est finis, & materia est ut mediũ in finem. igitur forma & materia eiusdem erunt scientiæ huius accepit maiorem & minorem, & tacuit conclusionem, ut dicit Auer. Minor prosyllogizatur. & ita erit secundus syllogismus, finis est ultimum ad quod cessat motus naturalis, forma est ultimũ ad quod cessat motus naturalis. igitur est finis. Sed dices contra, qm̃ ex duabus affirmationibus in secunda figura coniugatio est inutilis primo priorum. Respondet esse utilem interdum per accidens, ut quãdo maior conuertitur uel minor in terminis, nam tunc facta cõuersione in terminis restat figura prima. Sed dices contra maior non conuertitur, quoniã licet omnis finis sit ultimum, non tamen ultimum omne finis erit. Respondet
L Auer. ꝙ propter hunc cauillum declarauit quo modo conuertitur, & uult, maiorẽ sic nude sumptam in terminis non conuerti. Sed addito alio. uidelicet sic, omnis finis est ultimum optimum motus naturalis, hoc enim addit Arist. in correctione poetæ, & tunc patet hanc maiorem in terminis cõuerti. & ita ratio restabit bona de forma & materia. Formetur igitur ita in prima figura. omne ultimum optimum motus naturalis est finis, forma est ultimum motus naturalis optimum. igitur finis.

RECO. Secundum argumentum Aristo. secũdum Philoponũ est, finis, qui est cuius gratia, & ea quæ ad finem pertinẽt, eiusdem scientiæ est cognoscere, ut artis fabricandarum domorum tectum & parietes forma finis est, & materia & uia in formam sunt ea, quæ ad finem sunt. igitur naturalis est cognoscere formam & materiam, & uiam in for-
Simplicius mam. Simplicius uerò sic componit, si eiusdem scientiæ est finem, & ea quæ ad finẽ pertinent, cognoscere, ut domificator qualẽ quid est species domus, quæ quidem in-
M tentionem artis, & finem fecit, nouit etiam uiam, per quã pertinget in hunc finem, & medicus cognoscens sanitatẽ nouit etiam uiam in sanitatẽ. si enim artifex nouerit finẽ, & ignorauerit uiam, nũq̃ ueniet in finem. Est igitur maior, si eiusdem scientiæ est finem, & ea, quæ ad finem pertinent, cognoscere, forma autem finis est, & cuius gratia igitur sciẽtiæ naturalis est non solum cognoscere materiã, ut ueteres Philosophi naturales arbitrantur, sed etiã formam. Alexãder autem illi maiori addit hanc minorem. sed materia est id, quod pertinet ad formã tanq̃ ad finem. igitur scientiæ naturalis nõ solum est cognoscere formã, quæ est proprie natura, sed etiam materiam, ita tamen ut Simplicius inquit. ut utraq; expõ textui accõmodari possit. sed demonstratio ꝙ formæ sit etiã contemplatrix naturalis sciẽtia recte se habet, si referatur ad naturales, contra quos argumentatur, quæ autẽ ꝙ materię etiam sit contemplatrix, etiam recte se habet, si ad ea, quæ deinceps N dicuntur, referantur, uniuersa tamen mens rerum dictarum ad id tendere uidetur, ꝙ naturalis philosophiæ sit de materia & de forma considerare, unde dicit. Adhuc quod cuius causa sit & finem, & quæcũq; sunt horũ gratia, eiusdem. s. sciẽtiæ est indagari. hæc est maior. natura autẽ id forma, quæ proprie natura est, finis est, & cuius causa fit. igitur subaudi eiusdem scientiæ naturalis est considerare formam, & non solum materiã. conclusionẽ tacuit, quia ex propositionibus facile colligitur. Quod autẽ forma sit finis, potestate sic prosyllogizat ꝭm Simplicium, ultimum motus naturalis, cuius est aliquis finis, & materię, cuius est ille motus naturalis finis est forma est ultimum motus naturalis, cuius est aliquis finis & materiæ, cuius est ille motus, igit forma est finis. De prosyllogismo tangit maiorem, & dicit. nam continui mo-
O tus. i. naturalis motus, scilicet eorum, quorũ motus est aliquis finis, hoc ultimũ est. Est igitur maior, ultimũ motus naturalis, cuius est aliquis finis, est finis, & cuius gratia. dixit motus naturalis, quia nõ uiolenti motus ultimum est finis, per continuum enim motum naturalẽ intelligit, ut Themistius, Philoponus, & Simplicius exposuerunt, quoniam uiolentus motus non est continuus. dixit cuius est aliquis finis. s. terminans ipsum motum, propter motum cœlestem, qui est naturalis, et tamen eius nõ est aliquis finis ipsum terminans. Quod autem ultimum motus naturalis, cuius est aliquis finis, sit finis, probat auctoritate Euripidis, qui dixit mortem esse finem, quoniã est ultimum totius decursus humanæ uitæ, & dicit. Vnde & poeta. s. Euripides derisoriæ quia non bene apposuit. i. ausus est dicere, habet finem. s. mortẽ, cuius quidẽ causa factus est idest omnis ille, qui gratia alicuius finis factus est, mors est finis, nec ob aliud mors est finis, nisi quia est ultimũ. quare omne ultimum alicuius naturalis motus, cuius est finis aliqs, est finis & cuius gratia. contra quem Aristo. dicit hoc esse derisibi-
P le, uult enim finis idest qã suapte natura finis nõ uidetur esse omne ultimum, sed optimum. & sic non mors, sed forma est finis hæc enim est ultimum optimum totius motus generationis, non enim generatio, aut augmẽtum mortis sunt gratia, sed gratia formæ, atq; perfectionis rei auctæ, ad quã quod nutrimentũ accipit, mouetur continue, & cum ad ipsam peruenerit, desinit ab ulteriori itinere, unde si ad finem, quæ mors est, natura spectaret, in complemento atq; consistentia animal corrumperetur. nunc autem uidemus animal postq̃ iustam ma-
Dubiũ. gnitudinẽ adeptum est, multoties seruari. Nisi fortasse dici possit non solum formationis, sed etiam naturalis uitæ mortem esse finẽ. uerum, ut Simplicius dicit, mors finis, & ultimum est, non tãq̃ scopus, sed tãquã necessariũ acci-
Quę Alex. dens animalis. Alexã. per motum continuum, cuius est aliquis finis, intelligit motum ordinatum, & ad scopum spectantẽ, postremum enim huius motus est finis, & cu-
Quę Phil. ius gratia. non ultimum simpliciter. Declarat autẽ Philoponus hic duo, & ꝙ mors non sit optimum, quoniam
Q simpliciter esse melius est q̃ non esse, at mors est nõ esse animalis, & ꝙ esse optimũ animalis sit terminus augmẽti, tunc enim est animalis uigor, quoniam tunc animal perfectum omnes operationes naturales agit, maxime generatiuas, est enim proprie tunc generationis finis. s. ducere animal ad hoc, ut possit generari sibi simile, cum enim omnia bonum affectent, bonum autem unicuiq; est esse quæcunq; non possunt secundum numerum permanere, hæc appetunt perpetuitatẽ secundum speciem. quoniam igitur hoc est optimũ, usq; ad hoc mouet natura ꝭm continuitatem. uidelicet. usq; quo iam ad hoc ducat, ut tales agat operationes, & hic quiescit motus naturalis continuus. hinc deinceps motus principiũ accipit, qui præter naturã, & incorruptionẽ ducit ꝭm modũ, quẽ diximus.

Dilucidatoris tex. com 14 Cum & artes materiam faciant, hæ quidem simpliciter. Ille uerò præparatorie, insuperq; etiã uta-

A mur ac si nostri gratia cuncta existant. Sumus.n. & nos quodammodo finis, cum ipsum cuius gratia bifariá dicatur ut in philosophia distinximus, duæ igitur & princeps sunt materiæ cognoscentesq; artes ea quæ utitur,& ea quæ facit,hoc est capitalis ut etiam ea quæ utitur princeps quodammodo habeatur,& si differunt,quatenus hęc quidem formam cognoscit, utpote quæ princeps. Illa uerò quatenus materiam facit. Nam gubernator quidem qualis est forma clauis cognoscit ac iubet. Alius uerò quali ex ligno qualibusue motibus sit. igitur in his quæ arte fiunt nos operis gratia materiam facimus.In naturalibus uerò est.

Tex.14.

ANTI.

B Quoniam & faciunt artes materiam, aliæ quidem simpliciter, aliæ uerò operosæ. Et utimur quasi nostri gratia oībus, quæ sunt. sumus enim quodammodo & nos finis. dupliciter enim est ipsum cuius causa fit,ut dictum est in eo, quod de philosophia est, duæ autem sunt & principantes materiæ & cognoscentes artes, quæ utitur,& factiua,quæ architectonica est. unde & usualis architectonica quodammodo est. differt autem secundum q hæc quidem speciei cognoscitiua architectonica est.alia ut factiua,materiæ. gubernator enim qualis sit species aliqua themonis cognoscit,& instituit,alius auté ex quo ligno, & ex quibus motibus erit.In his igitur,qui sunt secúdum artem,nos facimus materiam propter opus,sed in naturalibus est existens.

Tex.15.

Expositio.

Expositores textū hunc nō una ratione inducunt. Nouus quidem expositor induxit Aristo. uelle nunc soluere quæstionem aliam.uidelicet q spectet ad naturalem de utraq; agere,materiam,uidelicet.& forma, quæ expositio & si in processu textui uideatur conuenire fini textus omnino dissonat. Alij(ut uidetur Themistius dicere)uolunt Arist. nūc probare alia ratione q materia spectat ad naturalem per simile in artibus,& hæc expositio & si principio consonet fini textus inconuenit. Propter hæc ut expositio uniuersæ literæ cōpetat,uidetur mihi esse dicendum,ut tandē Themist.in fine huius paraphraxis dicere uidetur, q Aristo.declaret formam esse id cuius gratia ipsius materiæ, accepit enim duo q sit ultimum generationū & motuum, & q sit cuius gratia ipsius materiæ. Iam primum patuit,restat modo exponere secúdum,& huic expositioni expositor assentit, & uidetur de mente Themistij ut diximus. Ad huius autem probationis euidentiam sumit quædam inferendo quædam alia,deinde in fine infert propositum. Primum sumit q ars præparatoria est bifaria. Altera quæ præparando materiā facit, ut domificatoria, hæc enim præparādo ad domum faciendam lateres facit. Alia præparando materiam disponit,aut dedolando,aut poliendo.ut lignaria facultas,quæ ligna disponit ad nauem, & quia litera est suspensiua legatur sic.Cum & artes materiā faciant hoc est artes præparatoriæ,hæc quidem simpliciter. Ille uerò præparatoriæ siue operariæ ut diximus,hæc est prima.Secunda est.arte factis nos utimur ac si cuncta arte facta nostri gratia existant.Sumus enim et nos quodāmodo finis,cum ipsum cuius gratia bifariam dicatur,quo. uidelicet, & cuius.uerbi causa.finis domus cuius est habitator siue hospitator,quo uerò ipsa habitatio siue hospitatio, ut in philosophia,hoc est scientia de moribus dictum est. Iure nos sumus fines ueluti cuius arte factorū. usus uerò finis quo. Ex qua suppositione secunda uult habere esse artem quādam quæ utitur re facta,utpote quando arte factū ad usum nostrum cōmodumq; uenit.Ex his duabus suppositionibus infert duas esse artes principes capitalesq;,quę architectonicæ appellantur græce.una quæ utitur forma facta. Altera quę nō utitur forma,sed introducit formam & perficit. inquit. Duæ igitur & principes materiæ ac cognoscentes artes sunt,ea q̄ utitur.ut gubernatoria nauis,& hæc ex secūda suppositione deducitur,& ea q̄ facit,& quoniā facere est aut præparare ad formam ,aut inducere formā adiecit.hoc est capitalis,non ea quę facit p̄parando. Dico hæc supple tu ut etiam quæ utitur princeps quodāmodo habeatur.& dixit quodāmodo, qa præcipit solum arti inductoriæ,& non præparatoriæ. Hæc autē secunda artis species e prima suppositione deduci potest.Qua ratione euenit ut tres sint operariæ artes,utens formą.Inducens formā atque præparans materiam ad formam,uerbi causa. in naui ipsa ars utens forma nauis gubernatoria siue naucleria est facultas.Inducens formā instructoria est facultas, quæ lignis præparatis formam inducit conficiendo, atq; conclauando.Præparans uerò lignaria existit,,quæ solū ligna præparat.Prima quidem quæ forma utitur,præcipit secūdæ qualis & quemadmodum futura sit forma.Secūda uerò quæ instructoria appellabatur,imperat lignariæ qualia & quemadmodum ligna esse debeant pro forma inducēda.lignaria uerò solum materiam cognoscit & eam disponit nulli iubens.inquit & si differunt quatenus hæc quidē utpote utens formam cognoscit quæ princeps dicitur.Cognoscit tamen non materiam.Illa uerò hoc est instructoria materiam facit,& quatenus facit cognoscit materiā per exemplum rem exponit,& inquit. Nam gubernator quidem qualis est forma clauis siue themonis cognoscit alius uerò ut istructor ex qualibus motibus & dispōnibus qua liue ligno fit. Ex his suppōnibus partim sumptis.partim illatis infert propositum uidelicet q forma in artibus sit id cuius gratia respectu materiæ,in rebus uerò naturalibus similiter inquit.Igitur in his quæ arte fiunt nos operis gratia materiam facimus, & ita in artibus materia est facta formæ,siue operis gratia, in naturalibus uero rebus materia nō fit formæ gratia,quia ipsa est perpetua, sed est gratia formæ.Qua ratione euenit ut forma sit id cuius gratia,in artibus quidē,cuius gratia materia fit a nobis,in rebus uerò naturalibus, cuius gratia materia est. Pōt igit syllogismus sic componi.In artibus forma est id cuius gratia respectu materiæ,in naturalibus forma est id cuius gratia respectu materiæ.Sed oīs forma est aut respectu materiæ artis,aut respectu materiæ naturalis,igitur omnis forma est id cuius gratia est ipsa materia, ecce quo modo expositio conuenit textui.uidelicet principio,medio,& fini.

C

D

E

F

G Syllogismus fre.

Sed circa hæc sunt dubitationes. prima quia ex litera & cōmento accipitur disponens ars posse separari & esse sine inducente,ut lignaria facultas potest esse & separari ab instructoria. Contrarium huius habetur ab Auer.ubiq;, maxime septimo meta. contra Auic. cō.31.ubi uoluit idē esse agens disponens,siue alterans & inducens,siue generans,& per hoc uult habere q agens naturale non disponit & cholcodea generet,sed si disponit etiam generet.Idē 12.meta.cōmen.18.contra Themistium & uidetur ubiq; sententia Aristo.contra Platonem. Dici potest uno modo q tam operarijs q̄ in naturalibus principium disponēdi alterum est a principio inducendi. In generatione enim ignis ipse ignis disponit per qualitates,inducit uerò p formam.Sed hæc est differentia q in naturalibus semper illa duo sunt coniuncta,in uoluntarijs possunt separari.In naturalibus quidem sunt coniuncta,quoniā natura nihil agit frustra.ppterea si disposuit oportet ut inducat,in uolūtarijs potest aliquid esse frustra.potest enim polire dedolareq; lignum lignarius,& frustra, quia actionis operariæ principium est uolūtas,uoluntas subordinatur cognitioni cognitio potest esse unius & non alterius,& ita inducens potest esse alius a disponente.Et quia in naturalibus nihil est frustra,cum opus naturæ sit opus intelligentiæ non errantis, ideo fuit necessarium ut disponens sit coniunctū atq; proxime affine agenti. In uoluntarijs possunt separari. Et ita patet solutio,aut dici potest q in naturalibus per idē prin-

Dubiū pri. An forma artificialis sit p se principiū motus.

H

Prima sol.

Secunda solutio.

I cipiū agēs disponit & gñat. ignis p calorē disponit, & p calorē generat ignis formā, non tñ eadē rōne. nam per calorem ut calor est disponit calefaciendo. ut uerò instrumentum formæ generat formam, & ita patet differentia in naturalibus & uoluntarijs. Consequenter dubitare solebā

2. dubiū. utrum homo sit finis omnium rerum, ut Aristo. uidetur dicere. Et arguitur q non, quoniam ut dixit contra poetam, finis tendit esse optimū. Sed homo nō est optimum omnium, igitur nec finis omnium. Secundo, nullum ordinatū in finem meliorem est omnium finis. modo homo est ordinatus in deū uti in finem meliorem. Tertio finis & perfectio idem est. Sed homo non perficit nisi suam materiā. igitur

Solō pri. non nisi suæ materiæ erit finis. Themistius & Auer. iuxta literam dicunt hominem esse finem omnium arte factorum, quia omnia hæc sunt ad usum nostrum. quā solutione tolluntur obiectiones. & licet hæc solutio sit conueniens huic loco ut apparet, tamen primo politicæ declarat non

K tantum hominem esse arte factorum finem, sed omnium. quia dij sunt ut moueant cœlos. cœli mouentur propter generationem elemētorum. generatio elementorum propter mixtorum factionē est. mixta inferiora propter perfectiora, & tandem propter hominem. Propterea dici potest ali

Solutio cōmunis. ter & ad propositum ibi, q finis est duplex quo, & gratia cuius, ut in libro ethicorum cap. primo declarat, hospitator enim est finis domus, non quidem quo, sed gratia cuius hospitatio uerò est domus finis quo. ulterius finis duplex. primaria intentione ut deus gratia cuius omnia sunt ob primam intentionem, & secundaria intentione, ut colligitur ab Auerro. 2. cœli. cōmentis. 17. & 21. & 12. meta. commen. 36 Tunc dico primo q homo est finis omnium gratia cuius. patet, quia finis quo est operatio. finis ratio. finis uerò cuius gratia est opus, modo homo est opus non operatio. Dico secundo q est finis cuius gratia secundaria intentione respectu quorundam ut respectu corporū cœlestium primaria uerò respectu generabilium patet quia cœli mouent primo propter se. Secūdo propter nos. at res generabiles sunt primo propter nos & gratia nostri. Sunt

L etiā & dei gratia ut ita dicam adhuc priori intentione. Per hæc ad rationes patet solutio.

RECO. { Textus iste est obscurus nō parū, ut Philoponus inqt, { & pōt diuidi iuxta ordinē Simplicij, qui melius uidetur { primas duas partes textus exposuisse, q primo declaret { q ad naturalem spectet agere de materia, supponit enim { pro explorato q de forma perscrutet naturalis, & nunc { in prima parte probat, q de materia. secunda ibi { Et utimur } probat q finis cuius gratia & media, quæ sunt ad { finem cuius gratia sint conglutinata sub eadem scientia, { ita ut eadem scientia, sit finis gratia cuius, & eorum, quæ { sunt ad finem gratia cuius. tertia ibi { duæ autem sunt } { mouet dubitationem, quam ibi secundum Philoponum { soluit. { in iis igitur, qui sunt secūdum artem. } sic enim { diuidendo textum. redditur facilis. De prima parte q de { materia debeat agere naturalis Philosophus, pbat à simi { litudine artium loco à minori ad maius argumentū cō- { stituens sic, si artes, quæ naturæ sunt æmulæ non tantum

M { materiam cognoscūt, sed efficiunt, aliæ quidem simplici { ter, ut ars faciendarum domorum lateres, & parietes, & { ars medica medicamenta, & pictoria colores mistos, & { figulina cretam. aliæ uero materiam faciunt non simpli- { citer, sed tractabilem, ut plastica cerā molliens, & statua- { ria æs fusile efficiens, multo magis Philosophus nālis cō- { templari debet materiam, quæ rebus naturalibus subii- { citur. quare continuetur textus hoc pacto & de materia { subaudiendū est oportet naturalem Philosophum agere, { { quoniam & artes, quæ } sunt naturæ æmulæ materiā { cognoscunt, & { faciunt } faciunt dico { aliæ quidē sim { pliciter, } ut ars domificandi facit lateres, & ars medica { medicamēta, { aliæ uero operose } id est non simpliciter { materiā faciunt, sed tractabilem. igitur multo magis natu { ralis Philosophia contemplari debet materiam. Hæc de { prima parte, de secunda uero parte Arist. uult probare se

{ cundum Simp. q materia sit conglutinata cum fine, cu- N { ius gratia in eadem scientia, id est, q si naturalis agit de fi { ne, cuius gratia debet agere de materia, quæ est mediū { in finem cuius gratia. nam in superiori textu declarauit { materiam esse cōglutinatam in eadem scientia, cum fine, { quo declarat autem hoc argumento sumpto à nobis qui { sumus finis omnium eorum, quæ arte fiunt, gratia cuius. { nam cum homo sit finis gratia cuius omniū eorum, quæ { arte fiūt, cognoscit ea pro necessitate sui usus, & sic cognō { scit se, qui finis est. cuius gratia sub ratiōe, qua illis est usu { rus, & cognoscit illa, quæ sunt gratia hominis. igitur sub { eadem scientia haberi debent finis, cuius gratia. & mate- { ria, & ea omnia, quæ sunt illius gratia, dicit. { & utimur { nostri gratia omnibus quæ sunt } .s. facta ab arte. { su- { mus enim quodammodo, & nos finis } .s. omnium eo- { rū, quæ arte fiunt. { dupliciter enim est ipsum cuius cau- { sa fit, ut dictū est in eo } .s. uolumine, { quod de phia } O { .s. morali { est. } ibi enim dixit alterum esse finem, cuius { gratia, & hoc pacto, hō est finis omniū, quæ arte struū- { tur, qm illa omnia sunt ad usum nostrū, & sic exēplo sum { pto à nobisipsis, q qui scit finē gratia cuius scit ea omnia { quæ sunt ad finē, inter quæ est ipsa materia. quare ad na- { turalē attinet nō solum speciem cognoscere, & finē cuius Syllus. { gratia, sed etiam materiā. Est igitur syllogismus, finis cu- { ius gratia, & ea quæ sunt ad finē, cuius gratia ab eadē scie- { tia cognoscuntur. materia est id, quod est ad finem, cuius { gratia. igitur si naturalis philosophia agit de fine cuius { gratia, agere debet de ipsa materia. Hæc de secūda parte. { De tertia uero parte remouet dubitationē, quæ talis est, { qm sicuti artium aliquæ uersantur circa materiā, aliquæ { circa formā: sic in scientijs naturalibus, una debet de ma- { teria, altera de forma agere, quare non in eadem scientia { erit considerare de materia, & de forma. Pro declaratiōe { igitur dubitationis annotatione dignū quatuor esse artes, { quæ circa idem uersantur, quarū duæ circa materiā, duæ { uero circa formā uersantur, earum quæ circa materiā uer- { santur, aliæ faciunt materiā simplr, ut domificatiua, quæ P { facit lateres, & ars medica, quæ facit medicamenta, & pi { ctoria, quæ facit mixtos colores, & figulina cretā. aliæ fa- { ciunt materiam non simpliciter, sed tractabilem, ut pla- { stica, quæ ceram mollit. & statuaria, quæ æs fusile efficit, { quæ uerò uersantur circa formam, duæ sunt, alia quę for- { mam imponit, ut nauifactiua, quę formam nauis in mate { rijs efficit. alia quæ utitur forma quę facta est in materijs, { ut gubernatiua nauis, & utens domo, & hæ differunt, nā { alia est effectiua formæ, ut nauifactiua, & domifactiua, { alia quæ utitur, cognoscitiua formæ solum, ut gubernati- { ua. Secundo differunt q cognoscens solum utatur forma { facta. effectiua uerò non, & hæ quę circa speciem uersan { tur, non ignorant materiā, licet gubernatiua magis for- { mam q materiā cognoscat, & præcipit hic nauifactori, & { ideo nauifactiua addiscit a gubernatore speciē. ex ppria { autem ratione cognoscit mām. itaque recipiunt abinuicē { nauifactiua qdē a gubernatiua spēm. gubernatiua autem a { nauifactiua mām. Est igitur dubitatio q sicut artium ali- Q { qua uersatur circa materiam, aliqua autem circa speciem, { sic & in naturalibus scietijs, alia erit speciei alia materiæ { cognitrix. Sed cum hęc intellexisset Aristote. & dubita- { tioni nō adiecisset, quod reliquū erat, erat autem reliquū { q in naturalibus rebus nō est eiusdem naturalis scientiæ { circa materiam, & speciem uersari, sed alterius quidē cir- { ca speciem, alterius uerō circa materiam, propter hoc ob { scurum reddidit textum. q autem talem dubitationem in { tellexerit. solutio, q̄ affert, demonstrat. unde dicit. { Sed { duæ sunt & principātes materiæ, & cognoscentes arte } { uidelicet, { quæ utitur, & factiua. } quæ factiua { archi- { tectonica est, } quia præcipit artibus, quæ materiā effi- { ciunt, aut simpliciter, aut tractabilem. { unde } .i. { et } { propter eandem causam quia præcipit { usualis archite- { ctonica quodāmodo est } dixit { quodammodo, } quia { gubernatiua non operatur, imperat enim & præcipit po-

A { tius nauifactiuæ, sed non operatur, gubernator enim qua lis sit species claui cognoscit, & pcipit, nauifactiua autẽ ex qualibus lignis, & qualium motuum erit. propterea di cit, { differt autem secundum ꝙ hæc quidem, } scilicet gubernatiua { spẽi cognoscitiua architectonica est, alia ut factiua, materię } est subaudi cognoscitiuæ. { guberna tor enim qualis sit species themonis } cognoscit, & insti tuit, { alius autẽ } .s. nauifactor { ex quo ligno, & ex qui bus motibus erit, } Philoponus, p motus naturales propensiones & facultates intelligit, quoniam, ut inquit non quodcunq; contingens lignum ad cõstructionem nauis uel themonis assumitur, possibile est etiam per motus in telligere mutationes, quibus mutantur & disponuntur li gna, ut sint apta ad constructionem nauis, ꝙ si alia ars co gnoscit formam, & alia materiam, igitur sic est in natura li philosophia, ꝙ una cognoscat formam, alia autem ma

B teriam. respondet Aristo. & dicit. { In his igitur, qui sunt secundum artẽ nos facimus materiam propter opus } & sic in artibus artifex extrinsecus materiã assumit ad opus & formam materiæ, quã extrinsecus assumit, imponit, & propter hoc alterius artis est materiam, & alterius speciẽ cognoscere. { sed in nãlibus } rebus materia { est exi stens } , non extrinsecus accedens ad formam, sed forma in ipsa materia existit, & in ipsa producitur, & sic non est simile de artibus, & scientia naturali. sunt enim materia & forma in rebus naturalibus adeo sibi inuicem coniun ctæ, ut nec secundum esse, nec secundum cognitionẽ sint separabiles. Hoc pacto Philoponus hanc ultimã textus partem exposuit, & ita bene ut melius dici nõ possit, quã expositionẽ Simplicius ignorauit, duas uerò priores par tes Simplicius dilucidissime declarauit, quas meo iudicio Philoponus non intellexit, sed textum cum sua prolixita te reddidit obscurum. Ego uerò partim à Simplicio, par tim a Philopono assumens, recognoui expositionem quã in commentarijs secutus sum.

C

Dilucidatoris tex. com. 26.

Præterea materia est ad aliquid. alia enim ad aliã est formam.

ANTI.

{ Amplius eorum, quæ sunt ad aliquid materia est. in alia enim specie alia materia est.

Expositio.

Tertio arguit eorum quorum unum est ad aliud una est scientia. Materia est eorum quæ sunt ad aliquid ut ad formam. igitur una est scientia materiæ, & formæ, quo fit ut si naturalis sit de materia, & de forma etiam erit. contra. etiam si de forma & de materia. Quod uerò materia sit ad formam, declarat, quoniam alia materia ad aliam est formam. Sed dubitant, utrum materia referatur ad formam ita ut sit ad aliquid, & uidetur ꝙ non, ut dicit Auer. primo huius cõmen. 70. ait enim materiam differre à potentia, quia ipsa materia est de prædicamento substantiæ. potentia uerò de prædicamento relationis. Respondent recentiores ꝙ materia nõ quatenus materia est ad aliquid. Sed

Dubiũ.

Rñsio recẽtiorum.

D refertur ad formam per se in secundo modo per se, dicunt quoq; aliter ꝙ materia potest accipi pro illo absoluto, qđ ipsi formæ substat, & ita non est ad aliquid, aut pro aggregato ex absoluto & relatione, & sic est ad aliquid. Has responsiones nõnulli refellunt. Primam quidem quia si materia est ad aliquid, quia sibi inest aliqua relatio per se illo modo, tunc homo & equus & cætera id genus erũt ad aliquid, quoniã nihil est quin sibi insit aliqua relatio p se. homo enim est maior sua parte, equus duplus ad suã medietatem, cerebrum per se dissimile cordi, & cętera id genus. Secundam uerò quia tale aggregatum ex materia & relatione non est materia prima, nec materia secunda, igitur non est materia. & ita destruit se. Confutationes hæ friuole sunt. Prima quidem, quia illi concederent unãquãq; rem esse ad aliquid per se, per hoc quia sibi inest aliqua relatio per se secundo modo, & ita homo, & equus, & cerebrum sunt ad aliquid ad illum sensum. Secunda est puerilior, quoniam illud aggregatum est materia prima aliquã

Replica cõtra primã.

Contra secundam.

Defensio.

do ut accipiatur pro composito ex absoluto & respectu ad formam in cõmuni aliquando materia secunda, si sumatur respectus ad determinatam formam. Potest igitur illorũ responsio aliter refelli, hoc modo, nullus respectus fundatur imediate in substãtia. omnis enim relatio requirit fundamentum & terminum. quæratur igitur de fundamento, aut est substantia, aut accidens, nõ substantia, quia tunc relatio imediate inesset substantiæ contra cõmunem consensum. Si accidens, uel respectiuum uel absolutũ, non respectiuum, quia oportet quærere de illo. Si absolutum, tunc illud esset imediatius subiecto ꝙ relatio. Sed illud nõ põt esse prædicatum per se secundo modo de substantia, omne enim accidens quod est fundamentũ relationis est, aut numerus, aut quantitas, aut qualitas. Vt qnto accipit metaphysice, quorum nullum potest prædicare aut inesse per se materiæ, quare nec relatio. Secundo aut Aristo. loquitur de prima materia, aut de proxima. Si de prima materia, tunc ratio, quam subscribit, non est ad propositum. Quoniam una prima materia est omnium formarũ, & non ad aliam alia. Si de materia proxima, tunc probatio cum sit particularis, conclusio erit particularis, utpote de materia proxima tantum, & ita non probabit plus nisi ꝙ physica est de materia propinqua, quæ fuit positio Auicẽnæ. Videtur mihi quicquid sit de relatione materiæ, ꝙ aliquid dici ad aliquid, potest intelligi dupliciter, aut per relationem quo modo pater est ad filium, & dominus ad seruum, aut per determinationem quo modo ferrum est ad cultellum, nam est materia quæ per determinationẽ dispositionũ refertur ad cultellum, quoniam fieri nõ potest cultellus nisi ex ferro. Simili ratione panis est ad sanguinem, cum ex pane per concoctionem fiet sanguis. Dico igitur ꝙ materia est ad formam per determinationem qualitatum & affectionum. non autem per relationem. Dico secundo ꝙ hoc est uerum de materia propinqua, ut Themi. ait, quoniã materia prima non est ad formã per determinationem, & ulterius cõcedo ꝙ ratio Arist. est particularis, nam fecit alias rationes, de uniuersali & prima materia. Sed qres an prima materia sit ad formam cõmunem per determinationẽ uel relationem. quãq; hæc quæstio pertineat ad metaphysicum. Dico pro nunc cum protestatione materiam esse ad formam cõmunem per determinationẽ aptitudinalẽ, quæ aptitudo non est relatio nisi sumendo relationem pro determinatione, & fortasse secundum dici. Tu uerò persiste, quoniam res adhuc est ambigua.

E

Cõfutatio nostra,

F

Responsio propria.

G

RECO.

{ Vltimo argumentatur, eorum, quæ sunt ad aliqđ eiusdem sciẽtiæ est cognoscere. materia & forma sunt ad aliquid, igitur materiã & formam eiusdẽ scientiæ est cognoscere, quare si de materia agit naturalis Philosophus, de forma etiã agat, necesse est, ꝙ materia sit ad aliquid, probat, et dicit, { In alia enim specie alia materia est. } Quęrit Simplicius quo pacto alia materia alterius est forma, cum una sit cõmunis omnium materia. Respondet Simplicius Arist. loqui de materia propinqua: hæc enim alia est alterius formæ nam ut cõmunis omnium materia est ad formam simpliciter, sic propinqua materia est alia alterius. Sed circa hæc, quæ Simplicius dicit, est quæstio, quæ in cõmentarijs quæsita est, utrum materia sit ad formam per relationem, an per determinationem, in cõmentarijs diximus utrãq; materiã. uidelicet, & propinquam quæ particularis est, & remotam, quæ omnium formarũ cõmunis materia est, esse ad aliquid per determinationẽ ad formam, & non per relationem. At nunc si quis bene considerauerit uerba Themistij primo huius digressione unica, poterit dicere utranq; materiam esse ad formã per relationem, quoniã materia, qua materia est, uidetur ad formam, ut ad terminũ, quẽ habere potest. materia uerò qua est subiectum, est ad formam, ut ad terminum quem habet. igitur utraq; materia est ad formam per relationẽ. præterea materia, qua materia est, dependet a forma ẽm Auerroem. & ecõuerso. igitur referuntur inuicem saltem relatione dependentiæ. si quis tamen afficeretur hac po

H

I ſtione, poſſet dicere materiam & formã eſſe ad aliquid per relationem, non quidem prædicamentalem, ſed tranſcendentem, qualis relatio eſt inter producens, & productum inter cauſam & cauſatum, & cætera id genus. Sed dices, materia refertur ad agens, igitur non ad formã, alioquin unum refereretur ad duos terminos. poteſt dici materiam referri ad agens, ad formam, non tamen eodẽ genere relationis, refertur enim ad formã relatione, quæ eſt admodum menſuræ & menſurati, ad agens uerò relatione, quæ ad modum actiui, & paſſiui. & cum utraq; relatio ſit tranſcendens, ideo nulla requirit fundamẽtum præter ſubiectũ, poteſt.n. relatio tranſcendens eſſe ſubſtãtia ſm identitatẽ. Immo cum cõparatur ad ſubſtãtiam, tranſit in idẽtitatẽ illius. cum uerò comparatur ad terminum, differt re a termino, ut in theologicis diximus.

Dilucidatoris tex. eiuſdẽ cõ. K Quouſq; igitur phyſicum formã & ipſum quid eſt ſcire oportet? An ut medicum neruum, aut fabrum æs uſq; ad quẽdam terminum conſiderare oportet. Alicuius enim gratia eſt unũquodq;. & circa eas uerſari, quæ ſeparabiles quidem ſunt ratiõe. in materia uerò ſunt, hõ nãq; generat hoĩem atq; ſol. Quo uerò modo ſe habeat ſeparabile, & qd ſit, philoſophiæ primæ munus eſt indicare.

ANTI. Vſq; ad quantum ergo phyſicum oportet cognoſcere ſpeciem, & quod quid eſt? Aut quemadmodum medicum neruum, & fabrum æs uſquequo. Alicuius enim cauſa unumquodq; eſt. & circa hæc, quæ ſunt ſeparatæ quidem ſpecies, in materia uerò. hõ enim hoĩem generat, & ſol. Quo modo autem ſe habeat ipſum ſeparabile, & quid ſit, philoſophiæ primæ opus eſt determinare.

Expoſitio. L Declaratum eſt ad phyſicum tam de materia q̃ de forma ſpectare. At cum formæ ſint gradu quodã ſerie, nam aliæ ſunt penitus materiæ imerſæ, ut elemẽtariæ, aliæ plus eleuatæ ut mixtorum formæ. Aliæ plus ut animales aliæ plus ut humanæ. aliæ demum penitus ſeparatæ, ut intellectus ſeparati, inde emergit quæſtio quouſq; phyſicum formam, & ipſum quid eſt ſcire oportet? utrum uidelicet proficiſcendo uſq; ad omnino abiunctas, aut ad médias. Reſpõdet per ſimilitudinem & inquit. an ut medicũ neruum ſiue nerui formam, aut fabrum æs ſiue æris formã uſq; ad quendam terminũ, ſubaudi conſiderare oportet. Vt enim medicus neruum & nerui formam ſpectat ut facit ad ſanitatem, & faber æs ut facit ad figuram, ita phyſicus conſiderat de forma aliquatenus ita ut a materia non deijcit oculos, cuius cauſam ſubſcribit. d. alicuius enim gratia eſt unũquodq; ut neruus ſanitatis. æs figuræ. ita unaquæq; materia eſt gratia alicuius formæ, & ita conſiderat de forma habens oculos ad materiam. Addit quæ ſunt illæ, & inquit, & ſupple oportet uerſari circa eas quæ ſeparabiles quidẽ
M ſunt ratione. in materia uerò ſunt, tales eſſe nõ poſſunt niſi formæ humanæ, nam hæ ratione abiunctæ ſunt. Sed non ſunt abſq; materia, cuius ratione affert. d. hõ nãq; hominẽ generat & ſol, quaſi dicat, omne genitum à ſibi ſimili formam habet, non extra materiam. homo fit ab homine ſibi ſimili, & a ſole ſibi ſimili. quoniã quælibet cauſa efficiens, ut ait Themiſt. in materia eſt collocata. igitur homo nõ habet formã extra materiam. q; uerò ratione forma hominis ſit ſeparata nõ probat, quia per ſe in libro de aĩa patet, ſed probauit id quod minus patet. Tunc ſe excuſat & inquit, quo uerò mõ ſe habeat ſeparabile, hoc eſt quomodo aliquæ formæ habeantur, quæ ſecundum ſubſtantiam a materia ſint abiunctæ, & quo nam pacto reſpiciant inferiora hæc. & quæ poſtremo ſit earum natura munus eſt primæ philoſophiæ indicare. Sic igitur tam ex textu quam ex Themiſtio patet terminum conſiderationis. naturalis eſſe ad formam hominis.

Intendit.) Cõmentum diuiditur, quia primo exponit textum. Secunda ibi: & notãdum, digreditur, prima pars patet. uerum animaduerſione dignũ q; Auer. probat dupliciter ad eundẽ de materia & forma agere ſpectare, tum quia materia refertur ad formã, tum ſecundo quia materia eſt propter formã, modo relatiuorũ, & coordinatorum una eſt ſcientia, quo uerò mõ mã ſit in capitulo relationis, diſputauimus. Cætera huius primæ partis, cũ facilia ſint, patẽt. N

Et notandum.) Nunc digreditur, & diuidit in duo. primo declarat quo modo de formis abſtractis loquitur phyſicus & quo modo metaphyſicus. Secunda ibi. ſcia igitur colligit ſolõnẽ declaratã. Quãtũ ad primũ uult q; de formis abſtractis agit phyſicus & ait metaphyſicus. phyſicus quidẽ terminãdo qõnẽ an ſint. metaphyſicus terminando qõnẽ quid ſint, & quales ſint, propter qd tales ſint uel tales. Auicenna uerò uoluit omnes quæſtiones terminari in metaphyſica. Dicit ſecundo hoc eſſe rectè dictũ, quia nulla ſciẽtia ſiue uniuerſalis ſiue pticularis, hoc eſt ſiue ſubalternãs ſiue ſubalternata probat ſuum ſubiectum eſſe. Modo ſubſtãtiæ abſtractæ ſunt ſubiectũ metaphyſicæ, quare ut pri⁹ dicit tertio q; ſecus eſt de cauſis ſubiecti, nam illæ ſaltem demonſtratione ſigni declarari poſſunt an ſint. O

Sciẽtia igitur.) Colligit nunc ſolutionem datã & inquit. ſciẽtia igitur naturalis quo ad qõnẽ an eſt conſiderat uſq; ad ultimã formarũ materialium & primã abſtractarũ, perueniendo. uidelicet per deſcenſum. q. d. terminat qõnẽ an ſint formæ abſtractæ uſq; ad intellectũ, qui eſt primus abſtractorum, & ultimus per excluſionẽ materialiũ per cõſiderationem uerò quid ſint peruenit aſcendendo uſq; ad formas ſiue animas hominum, quæ ſunt formæ formarũ, quia ſupponunt formas elementarias in materia, quarum ſunt ueluti formæ. & deſcendendo in conſideratione an forma abſtractæ ſint, Philoſophus naturalis deſcendit uſq; ad intellectum hominis, qui eſt imus abſtractorũ, culmen materialium. in conſideratione uerò quid ſint, aſcendit uſq; ad animas hominum, quæ ſunt aliquo modo formæ formarũ. Qua ratione euenit ut apud Auer. intellectus, ipſe & rationalis anima quæ eſt hominis forma: differant, nam intellectus pars animæ eſt. anima uerò totum quoddam ex dianoea ſiue cogitatiua & intellectu. Verũ res hæc noſtro de intellectu perquiratur. Sed dubitant primo quia Ariſto. in libro primo de partibus prope principium mouet quæſtionẽ in forma an de tota anima philoſophia naturalis conſideret. Reſpondet q; de tota anima philoſophia naturalis non conſiderat, quia non de intellectu. Sed quæ ſcientia de tota conſideret, non habetur. Auerroes hic innuit metaphyſicum conſiderare de intellectu, at de anima naturalem. Sed hæc reſponſio eget expoſitione longa, nam ſi de toto aliquo naturalis conſiderat, etiam de illius partibus conſiderare debet, cum non alio totius ſciẽtia emergat, quã ex partibus. Ideo Themiſt. autumat in proœmio huius metaphyſicã conſiderare de intellectu quid ſit, phyſicum partem eam animæ, quæ e ſemine exoritur quæ græce eſt dianoea. Mediã uerò & mathematicum ait eſſe ſciẽtiam de tota anima, quæ res in libro noſtro de anima conſiderata eſt, nunc uerò ſat ſit locum monſtraſſe. Dubitare ſolebã etiã quonam modo metaphyſicus conſiderat qdditates formarũ ſeparatarũ primo uidetur q; non, quia cum ille quidditates non habeãt, non uidentur ad aliquã philoſophiæ partem attinere. Amplius quidditas & eſſe in illis eſt idem, quare ſi ibi conſideretur qdditas, eſſe quoq; ad illum attinebit. rurſus in quo loco primæ philoſophiæ qdditates illarum exponuntur? non enim in. 12. cum omnes conſiderationes ſint naturales, ut patet. P 1. dubĩ. Rñ. Them. Q 2. dubĩ.

Ad hãc dici poteſt primo q; multæ propoſitiones proferuntur categoricæ, quæ nõ ſunt ueræ, niſi hypotheticæ, ut Auerroes ſeptimo phyſi. com. 2. & ita eſt in ꝓpoſito, cum enim dicitur. quidditates ſubarum ſeparatarũ conſiderantur in metaphyſica, hæc ꝓpõ eſt uera hypothetice, hoc eſt ſubſtãtiæ ſeparatæ ſi haberent quidditates, ipſæ quo ad illas conſiderarentur in metaphyſica, & ita ſubſtãtiæ ſeparatæ Pri. ĩſũo.

A 2.ratio. ratæ considerantur quidditatiue in metaphysica. si habe-rent. Aut dici potest quod licet substantiæ separatæ non habeant quidditatem per rationem uniuocam, quoniam quidditas & habens quidditatem non spectantur, nisi in rebus materialibus. tamen quidditatem per quandam similitudinem, quia aliqua prædicata communia possunt colligi de illis, quæ pertinere uidentur ad definitionem, aliqua quæ pertinere uidentur ad prædicata secundi modi, & sic de illis agit in. 12. lib. primę philosophię, ut quod sint intellectus, & intellectio, & substantia, & actus & id genus. Per hæc ad primum & ad tertium. Ad secundum dici potest quod esse uno modo sumitur ut id significat quod hoc nomē ens, & hoc modo in illis esse & quidditas sunt unum, & ita metaphysicus tractans de quidditate, tractat de esse hoc modo. Alio modo esse accipitur ut significat compositionem quam sine extremis uel extremo non est intelligere, ut etiam in enuntiatione de secundo adiacente fit, & ita differt ab quidditate, & hoc modo est terminus quæstionis an est, & ut sic consideratur in naturali scientia.

B

RECO. Philoponus asserit Aristoteles prius assignasse differentiam inter naturalem Philosophum & mathematicum: nunc uerò inter naturalem & metaphysicum, quem appellat theologum. Simplicius uerò ait quod cum Aristoteles demonstrasset naturalem Philosophum materiam & formam simul cognoscere, merito quærit quousque harum utranque Philosophum naturalē cognoscere deceat. Sed cum hoc de materia præfinisse uidetur quod eousque ipsam Philosopho naturali liceat considerare, quousque eam ad formam referat: proinde merito de forma & quid est nunc quousque cognoscere deceat, determinat. sed cum dixisset quod potissimum de forma naturali sit agēdum, non tamen absque materia, iure quærit nunc quousque naturali Philosopho ut naturali, cognitio formæ naturalis conuenire possit. sunt enim aliquæ formæ supernaturales, de quibus non est naturalis Philosophi disputare. unde dicit. { Usque ad quantum ergo physicum oportet cognoscere speciem, & quod quid est } idest formam naturalem, quoniam, ut Philoponus inquit, eiusdem rei plures formas naturales accipere possumus: est enim Socratis tanquam hominis species & forma animal rationale mortale, & ante hanc formam est alia substantia anima ta sensitiua, & ante hanc substantia corporea uegetatiua. sunt etiam species aliæ separabiles à naturalibus, siue numeri sint secundum Pythagoricos, siue ideæ secundum Platonem per se subsistentes. Hæc est quæstio secundum Philoponum & Simplicium quousque de formis naturalibus Philosophus naturalis agere debet, cum eiusdem rei plures sint naturales formæ ordine quodam constitutæ. respondet Aristote. per simile in materijs, ut Philoponus exponit, quod quemadmodum medicus considerat neruum non secundum omnem rationem, sed ut subiacet fini suæ artis, qui est sanare, & quemadmodum faber considerat æs non secundum omnem rationem, sed ut subiacet fini suæ artis, qui est facere statuas: sic Philosophus naturalis considerat formas non secundum omnem rationem, sed secundum quod naturalis est, & sic procedit usque ad eam formam, quæ est separata quidem secundum rem, in materia uerò secundum informationē, & sic procedit usque ad animam humanam, quæ secundum rem separata est, sed in materia secundum informationem. dicit, { aut quēadmodum medicum neruum & fabrum æs usquequo } idest usque ad certum terminum considerat, { alicuius enim causa unumquodque est, } medicus enim neruum considerat, non secundum omnem rationē eum considerat, sed ut subiacet fini suæ artis, uerbi causa quod sit. non enim inuestigabit si est forma, uel aliquid à suo conditore, uel quod sit ex materia & forma constitutum, sed quod sit siccius, uel frigidius alijs. faber etiam æs considerat non secūdum omnem rationem sed secundum quod fusile, uel ductile: uel sub quacunque ratione alia, quæ subiacet suæ arti. similiter { & circa hęc } ita & circa formas se habet Philosophus naturalis. { considerat enim nō omnes, sed usque ad aliquid, quoniam considerat eas, { quæ sunt separatæ quidem species } .s. secundū esse, quatenus non depēdent à materia. { in materia uerò } .s. secundum informationem. Tales, ut Philoponus dicit, sunt animæ nostræ ascendentes & descendentes. quod autem humanæ animæ sint in materia per informationē probat, & dicit, { homo enim hominē generat & sol } quid non esset, { nisi } humana anima esset in materia per informationē. quod uerò humana anima sit separata secūdum esse, non probauit, sed supponit pro explorato. naturalis igitur non omnem assignabit causam interroganti, sed neque formalem, neque factiuā: sed has tantum, quæ nō sine materia sunt. deinde se excusat, & dicit, { quo modo autem se habeat ipsum separabile, & quid sit, philosophiæ primæ opus est determinare. } hoc pacto exposuit Philoponus hunc textum. Simplicius autem plures attulit expōnes, quoniam & illam Alexandri, & propriam, & quę dicit sunt superflua. propterea dicamus fuisse quosdā qui ex hoc textu colligūt humanā aīam esse simpliciter mälem. ïmälem uerò s̄m quid, qm̄ humanas aīas formas esse separatas asserit, in mā uerò. quod autē ita sit, probauit ex eo, quia homo fit ab homine & a sole, qui sunt simpliciter in materia. Sed hi errant ualde, quoniam Aristo. hæc dicit contra Pythagoricos, qui humanā animam nō fieri simpliciter de nouo asseruerunt, sed egredi, ac ingredi corpora, & sic dicebant illā quasi assistere corpori. Auersus hos Aristo. dicit humanam animam esse in materia. s. secundum esse, & non per assistentiam. separari autem dum est in corpore solū ratione. & tota causa est, quia homo fit ab homine & sole, qui sunt materiales, quare hō factus est forma in materia, & non assistens corpori, ueluti nauta naui. Sed dices adhuc stat intētum. nam si homo factus est forma in materia, igitur forma hominis est facta ab homine, & sole, & ita educta de potentia materiæ. Concedo formam hominis fieri ab homine & sole dispositiue, ut in libris de animalibus edocuit Aristote. quia sol & homo inducunt in materia dispositionē, qua humana anima est forma dans esse corpori humano, & non quā assistit, ut Pythagorici asserunt. uerum dispositio, quam sol & homo inducunt in materia non est qua humana anima est, sed qua est forma dans esse materiæ, & ita sol, & homo faciunt formam in materia. non tamen formam simpliciter faciunt, quia non sequitur, faciunt formam in materia: ergo faciunt formam simpliciter, deus enim illam simpliciter facit. ex quibus sequitur eam non esse simpliciter materialem, licet sit in materia. nam licet dum est in materia, sit ratione solum separabilis, simpliciter tamen non dependet à materia, & ideo est simpliciter separabilis. ex his ergo, quæ Aristoteles dicit hîc, clarè patet humanam animam, dum est in corpore, non esse separatam, ut Pythagorici tradunt. nam dum est in corpore non est assistens, sed ratione separata, uerum si simpliciter consideretur, erit omnino separabilis. loquitur enim Aristoteles de ipsa anima quatenus est in corpore. nam cum Pythagorici eam, dum in corpore est, posuerint separatam, solum per assistentiam homini inesse, Aristoteles uult animam, dum est in corpore ratione solum separari, esse tamen in materia per ueram formalem unionem, & ad hoc tendit ratio Aristotelis.

C D E F G H

Determinatis autem his, De causis & quales & quot numero sint, considerandum est. Nam cum sciendi causa physica pertractatio sit, scire uerò unumquodque non prius putemus quàm circa unumquodque capiamus propter quid est. quod est accipere primam causam, patet & à nobis hoc esse agendum, et de generatione et corruptione et de omni naturali mutatione, quatenus scientes Dilucidatoris tex. com. 27.

I principia talium,ad ipsa unũquodq; eorum quæ quærimus reducere enitamur.

ANTI. Determinatis autem his, considerãdum est de causis,& quæ,& quot numero sunt.quoniam.n. gratia sciendi naturalia hoc negotium est,scire autem non ante opinamur unũquodq; quam utiq; accipiamus propter quid unũquodq;.hoc autẽ est accipere primã causam,manifestũ est , quoniã & à nobis hoc faciendum est,& de generatione & corruptione, & de omni physica mutatione , quatenus scientes ipsorũ principia reducere in ipsa tentemus quæsitorum unumquodq;.

Expositio Hactenus de consideratis in scientia naturali quæ sint et usquequo perficit.Ex quibus uerò causis naturalis demõstret,nunc dicere enititur. Sumpto principio q; de causis tractatus ad physicum spectet.Syllogizat autem sic. scire est unumquodq; intelligere per causas ; physica est scientia aut sciendi gratia,igitur per causam. ideo concludit.patet & à nobis hoc esse agendũ,ut uidelicet accipiamus primam causam,& de generatione & corruptione & de omni naturali mutatione ,quatenus scientes principia talium siue mutationũ siue rerum mutabilium ad ipsa principia unumquodq; eorum quæ quæruntur reducere enitamur. Arguit igitur,facultas sciẽdi gratia de causis omnibus agere debet.physica est facultas sciẽdi gratia,igitur de causis omnibus agit. Sed dices mathematica est facultas sciendi gratia,quæ de causis omnibus non agit. Sunt qui supplent maiori,sic facultas quæ est sciẽdi gratia per omnes causas de omnibus agere debet,talis est physica, & nõ mathematica.ideo obiectio nulla. Animaduersione dignũ Aristo. non iniuria probasse ad physicum pertinere tractatum de omnibus causis,nam quidam credidere munus eiusmodi esse primæ philosophiæ,& non physicæ. Ad hos igiẽ obijciens ꝓposuit rem hanc.Est uerò hæc differentia inter tractatum de causis metaphysicum,& physicum,ut ait Auer. 2.meta.cõmen.6.q; metaphysicus agit de causis ut communes mobilibus & imobilibus . sunt enim in rebus abstractis rationes omnes ipsarum causarum:physicus uerò de causis ut sunt rerum mobilium,propterea subiecit.quatenus scientes principia talium,ad ipsa oĩa quęsita reducamus.reducit igiẽ physicus ad cãs quatenus sunt causæ mutationũ.metaphysicus uerò quatenus sunt causæ entis.

K

Dubiũ.

Solutio. Nota cãm quare de cãis hic.

L

RECO. Philoponus introducit q; cum Arist.egisset de concausis,quæ.scilicet sunt materia, & forma , nunc uelit agere de prima causa,quæ propriè est causa effectrix.Simplicius uerò primam causam asserit esse finalem , & quoniã non potest agere de prima causa , nisi agat de omnibus, ideo dicit, { Determinatis autem his } .s.de concausis, { considerandũ est de causis quę & quot numero sunt } ut.s. exponamus primã causam,q; autẽ oporteat scire primam causam in hac scientia,probat,& dicit, { quoniam enim gratia sciendi naturalia hoc negotium est } .s.physicum,est enim theoreticum,& non practicum. Ideo eius finis est scire naturalia. { scire autem non ante opinamur unumquodq; } .s.scibile { quã utiq; accipiamus propter quid unumquodq;,hoc autem est accipere primam causam } .s.uel effectricẽ ut Philoponus,uel finalem,ut Simplicius, { manifestum est quoniam & à nobis hoc } .s.accipere primam causam { faciendum est,& de generatione,& corruptione & de omni physica mutatione } .s.motu locali,& de auctione.de omnibus enim his accipienda est prima causa in scientia eorum, { quatenus scientes principia ipsorum } .s.motuum naturalium, uel effectiua uel finalia. { tentemus reducere in ipsa } .s. principia prima effectiua uel finalia { unumquodq; quæsitorum } eorum.uidelicet quæ quærantur de generatione & corruptione,& de omni motu,ergo oportet scire primam causam , resoluitur aũt hic textus ad artem prioristicam per syllogismos,quorum primus est,negotium,quod est gratia sciendi,debet scire ipsum propter quid physicum negotium est gratia sciendi naturalia . igitur debet scire ipsum propter quid. Secundus syllogismus , physicum negotiũ debet scire ipsum propter quid , sed ipsum propter quid est causa finalis,uel effectrix.igitur physicum negotium debet scire finalem uel effectricem causam eorũ omnium,quæ quæreẽ de omni motu, & de omni effectu naturali. Quare disserẽdum est nobis de causa finali,uel de effectrice,de qua cum agi nõ possit,nisi præagatur de omnibus causis,ideo prius de causis dicendũ & quę,& quot numero sint.Sed dices à pari mathematicus deberet agere de omnibus causis , quoniã est negotium theoreticum gratia sciendi.dissoluitur hæc dubitatio,quoniã ratio causæ non conuenit mathematico.Mathematicus enim scit per causas,& tamen non scit se scire per causas,quoniam ratio causæ non conuenit mathematico , qui nihil considerat nisi quantum.

M

N

O Dilucidatoris tex. com.18. Vno quidẽ igitur modo causa dicitur id,ex quo immanente aliquid fit:ut æs statuæ, & argentum pateræ,& horũ genera. Alio modo forma atq; exẽplar,hoc est ratio eius quod est qd erat esse.& huius genera,ueluti eius cõcentus, qui diapason est, ipsa duorum ad unum ratio,atq; omnino numerus,& partes quæ in ratione ipsa sunt.

ANTI. Vno igitur modo causa dicitur id ex quo fit aliquid,cum insit,sicut ęs statuæ, & argentum phiale,& horum genera. alio autem modo species, & exemplar . hæc autem ratio est ipsius quod quid erat esse , & huius genera:ut eius, quæ est diapason,duo ad unum,& omnino numerus,& partes quæ in definitione sunt.

Expositio Nunc de causis exequitur,& primo e materia ipsa quando hæc ab omnibus antiquis deprehensa sit,& inquit,uno quidem modo causa dicitur id ex quo immanente aliquid fit, ut ęs statuæ & argentum pateræ,quæ græce est phiala & horum genera , quia materia propinqua pateræ,hoc argentum est,generalis,argentum , adhuc generalior metallum generalissima corpus . Alio modo forma atque exemplar hoc est ratio eius quod est quid erat esse , & huius genera,ut concentus proxima forma est ratio duorum ad unũ generalior numerus.adhuc generalior partes quæ in ratione numeri ponuntur. Animaduertendum q; una met res dicitur forma & exemplar. forma pro quanto reponit in specie:exemplar,ut ait Themi.ut est à natura perscripta,qua uidelicet effectus causæ assimilatur . Cõmenta.27,&.28.patent.

P

RECO Cum proposuisset dicere de causis , nunc exequitur & primo de materia,& dicit. { Vno igitur modo causa dicitur id,ex quo fit aliquid,cum insit,sicut æs statuæ, & argentum phialæ. } Sed dices ipsum ex quo aliquid fit,magis proprium esse priuationi.materiæ autem hoc fieri hoc magis adaptamus,ut primo libro patuit . propterea dicit Philoponus hæc non esse contraria . quoniam primo libro comparauit materiam ipsi priuationi . comparando enim materiam priuationi materiæ magis proprium est hoc fieri hoc.hic uerò loquitur de materia per cõparationem ad alias causas,& sic materiæ magis proprium est, ut ex quo aliquid fit quam cęteris causis.unde Simplicius materia.quatenus ex ipsa fit aliquid , in hoc cum priuatione communicat , quatenus uerò quæ ex ipsa fiunt,ut in existente fiunt, differt à priuatione. q; autem materiæ magis proprium sit ut ex ipsa fiat aliquid , quam cæteris causis,patet:nã licet forma in re genita sit,materia tamen differt à forma,qm̃ nõ ex forma fit id, quod fit neq; enim ex ipsa,ut immanente neq; ut interempta fit, sed secundũ formam . similiter non ex efficiente , sed ab efficiente fit

Q

id quod

A id, quod fit, neq; ex fine, sed propter finẽ uel gratia finis fit oẽ qđ fit, & qm̃ non solum propinqua materia cã est rei factæ, sed etiã eius ul'ia, adiecit, { & horũ genera } .i. & hoꝝ ul'ia, non enim solũ hoc ęs statuæ cã est, ut materia, & hoc argentũ phialę, sed etiã ęs simpl'r, & argentũ simpliciter, & si hæc aqua sunt, aqua etiã, & qđ superius est corpus etiã. deinde exponit eam cãm, q̃ dicit̃ forma, & dicit, { alio aũt mõ } .s. causa dicit̃ { species, & exẽplar. } & dixit { exemplar } ut Alexander, Philoponus, & Simplicius dixerunt, nõ sicuti qui ideas supposuere, nec ueluti existimans ad naturalẽ pertinere exẽplarẽ cãm assignare. Sed exẽplar cãm formalẽ appellat. non. n. ea quæ naturaliter faciunt agentia ipsa (Alexãder) intelligentia prius efficiunt. non. n. sic effingunt, ut qppiã dicere possit, intelligentiã exemplare esse eoꝝ, quæ secundũ ipsam fiunt, ut in artibus euenit. non enim, ut Philop. inqt, ad exemplar B aspiciens natura facit. qm̃ neq; cognoscẽtis facit, sed sine sciã aliqua rationes rerũ, quę fiunt hñs, sed genitã in materia formã exẽplar appellat, qm̃ hãc affectans natura oĩa gignere contẽdit quæcunq; gignit, patet autẽ hoc, qm̃ cũ primũ ad hanc deuenit, ab opere desinit, ut determinata re quapiã forma existente, & uelut scopo, ad quẽ natura dirigit̃, & ꝓinde exemplar dicitur. declarat autem hoc Simplicius sermone longo, ut consueuit, ubi tandem exẽplar formam esse concludit, qm̃ ad hãc se accõmodat natura, non optione, uel electione, sed ac si natura respiceret. esse etiam põt, ut inquit Alexander, exẽplar in his, quæ natura fiunt efficientis forma, quæ eadem est cum forma rei genitæ uel genere, uel specie, & est propriũ eius, quod ad exẽplar fit, ut à determinato aliquo fiat, & sibi simili, qđ quo pacto esse possit, non oportet declarare, qm̃ diligẽter Simplicius declarauit. deinde exponens quid forma, & exemplar sit, dicit, { hæc autẽ ratio est ipsius, quod quid erat esse, } & tu intellige ꝙ forma sit ratio. i. significatum per rationem eius quod est, quod quid erat esse. & intelligit per quod quid erat esse ipsum definibile, quod erat in C esse anteq̃ definiretur. deinde addit, { & huius genera, } qm̃ nõ solum ꝓpinqua forma causa est formalis, sed etiã eius genera. non enim solũ figura Mercurij est forma ęris sed imago. omnis enim statua imago est, & non econuerso. genus etiam imaginis forma æris est, unde hoc exponens dicit, { ut eius quæ est diapason } idest ut eius consonantiæ, quæ est diapason species utiq; est duo ad unũ. est enim consonantia diapason, in qua hypate bis cõtinet neetem hoc est continet sonum duplum ipsius, est igitur forma ipsius duo ad unum, quã enim proportionem habent duo ad unum, hanc eandem proportionem hypate ad neetem, sed genus duorũ ad unum est duplum. in plus enim est q̃ duorum ad unum. huius autem genus est numerus, in plus enim est numerus quam duplum, addit { & partes, quæ in ratione sunt } etiam subaudi forma sunt eius, cuius ratio forma est, ut animal, & rationale, & mortale. hę enim forma sunt eius, cuius diffinitio, quæ est animal rationale mortale, forma erat. recte autem dixit D { partes, q̃ in rõne sunt, } non q̃ in forma, qm̃ singulæ, q̃ in rõne sunt partes, per totam se extendunt formã.

Dilucidatoris tex. com. 29. Ad hæc id, unde primum principium est mutationis aut quietis, qualis causa est is qui consuluit. pater quoq; filii. atq; omnino qđ efficit eius quod efficitur, & quod mutat eius quod mutatur.

ANTI. { Amplius unde principium mutationis primũ aut quietis est, ut consilians causa, & pater filii, & omnino faciens facti, & cõmutans commutati.

Expositio Nouus expositor de agentibus causis ita distinguit, ꝙ agẽtium quoddam est principale, quoddam secundariũ. Adhuc quodlibet istoꝝ duplex uniuersale & particulare. Tũc uult ꝙ quãtum ad causam principalem dicat, unde primũ principium motus & quietis, quãtum ad causam secundariam ait. ut consultans, quo uerò ad particularem, ait pater filij. Quo ad causam uniuersalẽ inquit. atq; omnino quod E efficit eius quod efficitur. quo uerò ad causam uniuersaliorem, ait, et quod mutat eius quod mutatur. Sed iste color Cõfutatio est contra literam. ait enim Aristo. ad hæc id unde primũ principium est mutationis aut quietis. & ait primum principium ut notat Themi. idcirco quoniã instrumẽta quoq; possunt causæ quidem motus uideri, sed non primæ. huius exẽpla ponit qualis causa est is qui consuluit. pater quoq; filij, atq; omnino quod efficit eius quod efficitur, & quod mutat eius qđ mutatur, aut igitur exẽpla sunt illius quod proposuit, aut non. si non, tunc extra propositum exemplificasset. Si ad propositum. Tunc in omnibus his de principalibus causis, & non de secundarijs, siue instrumẽtarijs loquitur. Propterea melius cum primo expositore uidetur esse dicendum, ꝙ agentium quoddam est agens ratione atq; proposito, & ita consultor in rebus agendis principale agens dicitur consultationis. Aliud agit natura siue sine ratione, quod non una ratione est. nam si formam substantialem inducit, generans principale dicitur, ut pater filij. Si uerò accidentalem formam, nec hoc una ratione fit. nam si formam accidentalem naturalem facit, dicitur faciens facti. at si artificialem induxerit, cõmutans dicetur. est autem omnis causa talis non instrumentaria, sed principalis. Sed dices. cõmutans nõ differt a consultore, quoniã cõmutans ex quo inducit formam artificialem, uidetur esse agens a proposito, & ita coincidit cum primo membro. Dici potest ꝙ artifex dicitur agere sine ratione respectu consultoris, quia minus ratione utitur. citharædus sonum facit artificialem ferè absq; ratione.

Responsio propria. F Dubĩ. Responsio.

RE CO. Tertiũ causæ genus nunc assignat, et dicit. { Amplius unde principium mutationis primum, aut quietis } subaudi causa effectrix est. est enim hęc causa tertium genus. quoniam primum sese nobis offert res genita, & eius elementa, postea cum rem ipsam genitam esse senserimus, continuo effectricẽ causam sciscitamur. appellat autem effectricem causam, { unde principiũ mutationis primũ aut quietis est, } putans effectricem causam separatam G esse a re ipsa genita. Immanẽs enim causa aut forma, aut materia est. Et meminisse oportet Alexandrũ fateri hic naturam nõ esse proprie effectricem causam, sed formalem potius, & quoniam instrumenta motus causæ esse uidentur, non tamen hæc proprie effectrices causæ sunt, qm̃ nõ primo, sed mota mouent, effectrices enim causę sunt, unde est primũ principium motus. Insuper qm̃ eorũ, quę fiunt alia mota fiunt, alia quiescentia. proinde quod mouet mota, & quiescit quiescentia effectrix causa est alterum motus, alterum quietis, quare consultor aut honesti, aut turpis effectrix potior causa erit, q̃ qui exequit̃. principium enim primum a consultore proficiscitur. dicit autem Philoponus ꝙ quemadmodum effectrix causa est causa motus, sic & quietis. cõsilians enim pacẽ hic idem est causa talis quietis. unde exẽpla afferens dicit { ut consilians causa, } qui belli & pacis causa dicitur. { & pater filij. } hic etiam non aliter atq; in naturali & formali causa genericas causas adiungit, cum dicit, { & omnino faciens facti, } nam pater sub faciente, & filius sub facto H continetur, { & commutans commutati. } nam faciens sub commutante, & factum sub commutato continetur, quasi dicat, ꝙ non solum consilians, & pater causæ sunt effectrices, sed horum genera, quæ sunt facientia, & commutantia. commutantia enim genera sunt facientium, facientia uerò genera patris & consultoris.

Dilucida. textus eiusdem com. Præterea ut finis, hic est cuius gratia. ueluti deambulandi sanitas. propter quid enim deambulat interrogati, ut ualeat, respondemus. atq; sic dicentes, reddidisse causam arbitramur. & quæcũq; alio mouente inter ipsum & finẽ fiunt, ut inter medicũ & sanitatẽ macies, aut potio, aut purgatio, aut instrumẽta. cũcta. n. hęc finis grã sunt, inter se tñ differunt. alia nãq; sunt opa, alia uerò instrumẽta.

I ANTI. { Adhuc autē quēadmodū finis.hic autē est id, { cuius cā,ut ambulādi sanitas, ꝑpter qd enim am/ { bulat,dicimus ut sanet,& dicētes sic,opinamur as { signare cām,& q̄cunq; utiq; inter moués aliud,& { ipsum finē fiunt.ut sanitatis macies,aut purgatio, { aut potiones,aut instruméta. hæc enim finis gra { tia sunt.differunt tamen abinuicem , quoniā alia { sunt opera,alia instrumenta.

Expositio. Vltimo cām sumit pro fine, est autē finis bifariam.ulti mus simpl'r ut sanitas,& ultimus ad hoc ut inter media ad sanitatem Primo igitur exponit finem ultimū simpl'r, & inquit.præterea ut finis supple quarto mō sumit causa.hic est cuius gr̄a cætera fiunt. Veluti deambulandi sanitas.pro bat autem a signo sumpto a nostro modo intelligēdi finē esse causam,& utitur exēplo,dicens,ꝑpter qd enim deam bulat Callias subaudi interrogat,r̄ndemus,ut ualeat,atq; sic dicentes reddidisse causam arbitramur. Si igit̄ patet fi nem esse cām.ꝓbauit autē hoc Aristo.de fine,aut quia mu

K tata qōnis forma de cæteris idem ꝓbari pōt, aut ut expo sitor ait,quia finis nō uidet̄ habere rationē causæ,cū sit ul timum.Secundo loco exponit finē non simpl'r ultimū, sed ad hoc,quæ dicuntur intermedia.& inquit. & quæcunq; alio mouente inter ipsum mouens & finem fiunt,subaudi fines dicuntur,quāq; non sint ultima simpl'r,ut inter medi cum supple & sanitatem macies, siue attenuatio,aut po tio,aut purgatio,aut instrumēta:cuncta enim hęc finis gra

Expositoris poli. tia sunt ut ipsius sanitatis,& inter se etiā fines.inter se tamē differunt.alia nāq; sunt opa,alia uerò instr̄a. Sunt qui in ter hæc talē statuunt ordinē ut sanitas sit maciei finis.Ma cies uero purgationis,purgatio potionis , potio autem in strumentoꝵ, qbus p̄paratur siue ꝓponit̄ ægroto . uerum sic differunt ꝙ hoꝵ aliqua sunt instr̄a, qbus potiones pro

Expō Themistii. pinant̄ alia opera,quæ:ꝑ instrumenta efficiuntur , ut po tio,& reliqua. Themist.uerò inter hæc nullum ponit or dinem,sed uidetur referre hæc ad diuersas medicinę par tes.Nā maciē, siue attenuationē, siue ieiuniū dietę hoc est

L ei parti,quę est de uictu tribuit:potionem & purgationem physicæ,hoc est ei parti,quæ non manu morbos curat.in strumenta uerò ut cucurbitulā,& specillū,& id genus par ti chirurgicæ dedicat,& ita hæc omnia sunt sanitatis gra tia.& tunc litera erit legenda sic,& sanitatis gratia est nō tm̄ ambulatio,sed & q̄cunq; alio mouēte inter ipsum & fi nē fiunt,cuiusmodi sunt oīa quę diximus, & utroq; mō li tera stare p̄t.Auer.uerò & expositor primo mō exponūt: & uidet̄ satis conuenire textui . sed inter hos sat nobis sit concitasse locū.Cōmentū.29.manifestum est per se.

RECO. { Nunc assignat quartum genus causæ, quod est finis.& { licet in cōmentarijs exposuerimus non ab re:nunc iuxta { Alexandri,Philoponi,& Simplicij placita,uidetur Arist. { assignare unum tm̄ genus finis,& dicit. { Adhuc autē } { quartū gen⁹ causę est { quēadmodum finis. } cuius expō { nem affert,& dicit, { hic autē est id,cuius causa } subau { di agens agit, { ut sanitas } subaudi dicitur finis { ambu

M { landi. } Quod autem sanitas sit deambulandi finis,ꝓbat { Arist. & dicit, { ꝓpter quid enim ambulat } .s.Callias, { { dicimus,ut sanetur:& dicentes sic,opinamur assignare { causam. } ergo sanitas est finis deambulationis.ubi patet { Aristo.nō ꝓbasse finē esse causam , ut in cōmentarijs di { ximus:sed sanitatē esse finē deambulationis , ut in exem { plo accepit.unde Arist. per hæc potius ꝓbauit exēplum { q̄ꝫ probauit finem esse causam.qm̄ uero de sola ambula { tione dixit eam esse gratia sanitatis , cōmonuit pari rōne { se habere oīa quæ inter effectricē & finalē cām mediant. { medicum inq̄ꝫ & sanitatē,& dicit, { et } subaudi non so { lum ambulatio est gratia sanitatis , sed etiā { quæcunq; { utiq; fiunt inter mouens aliud } .s.medicum. mouens.n. { aliud appellat medicum, { & ipsum finem } .i.& sanita { tem,hæc enim omnia gratia sanitatis sunt , & sic non tm̄ { ambulatio est gratia sanitatis,sed etiam omnia alia , quæ { mediant inter medicū & sanitatē.& exponit hæc, & dicit

{ { ut sanitatis } .s.gr̄a { est macies } .i.attenuatio, { aut N { purgatio,aut potiones,aut instr̄a } ꝑ maciē,& purgatio { nem,& potiones induit ea oīa, quæ pertinēt ad physicā, { per instrumēta,ea oīa, quępertinent ad chirurgum,ut cu { curbitula, flobotomus,& alia id genus. { hęc eni finis } { .i.sanitatis gratia sunt.ergo non solum ambulatio est gra { tia sanitatis,sed hæc alia inter quæ assignat dr̄iam,& di { cit, { differūt tn̄ abinuicē,qm̄ alia sunt opera } idest ope { rationes medici,ut sanitas emergat,ut exponit Alexāder, { ut macies,purgatio,& potio. { alia instr̄a } idest,ut expo { nit Alexander,alia sunt effectrices causæ instrumentarię { uel melius { alia sunt instr̄a } .s.qbus utitur medicus chi { rurgus,ut flobotomus,cucurbitula,& id genus.

Dilucidatoris tex. com.30. Causę qdem igitur fere modis dicuntur.Contin git autē,ut cum multipliciter causę dicantur,mul tę etiā eiusdē sint nō per accidens causæ.ceu statuę & statuifica& ęs sunt causæ nō per aliquid aliud, sed ut statua.at non eodem modo, sed æs quidem O ut materia.statuifica uerò ut unde motus.

ANTI. { Causę igitur fere tot modis dicuntur.Contin { git autē multipliciter dictis causis, & multas eius { dem causas esse nō ꝼm accidens ,ut statuę & statui { fica,& æs nō ꝼm alterū aliquod,sed ꝼm ꝙ statua. { nō tamen eodē modo:sed hoc quidā,ut materia. { Illud autem sicut,unde est motus.

Expositio. Descripsit causas,nunc epilogo præmisso,tres causarum contingentias affert.prima est ꝙ cū multifariā cāæ nūcu penē , plures unius & eiusdē rei cāę inueniunt̄,& hoc ꝑ se & non per accn̄s,nō tn̄ modo eodē , nec respectu uno.nā statuæ causa est statuifica & æs dico statuæ, ut statuæ.ue rum æs ut mā,statuifica ut agens. Euenit aūt cōtingentia hæc a numero & multitudine cāꝵ.cū enim multę sint cāę & specie differentes,p̄nt & eiusdē esse plures & ꝑ se.

RECO. { Cum de causis hæc dixisset,epilogat,& dicit. { Cau { sæ igit̄ fere tot modis dicuntur } .s.quatuor. addit autem { { fere, } aut qm̄ causæ ꝓpriæ tot sunt,multis alijs per ac

P { cidens existentibus,ut declarabit,aut ꝓpter reuerentiam { Platonis, q exēplarē cām in numero potissim:ꝵ causarū { reposuit,finalis inquā & effectricis,instr̄ariam uero inter { formalē & materialē tertiā facit.Cur uerò Arist. exēpla { rem & instr̄ariam,inter causas non enumerauerit Plato { autem enumerauerit, Philoponus enititur reddere ratio { nem:qm̄ Arist.tanq̄ naturalis nō sibi uendicat has.nam exemplarē qdē,qm̄ melior est q̄ꝫ id,quod est ꝼm naturā, { nō enim ad exēplar aspiciens natura facit,nā licet habeat { rationes reꝵ,q̄ fiunt,non tn̄ cognoscitiue quēadmodū fa { ber lignarius.instr̄m uerò accipit̄ cnm materiali,est.n.ue { lut naturæ organū innatus calor. Plato uero loquens ut { theologus,cum causis accepit instrumētariā,& exempla

Q { rem,nam utitur causa effectrice conditore,cuius materia { instrumentaria causa est,exemplar uero ratio agendi.cur { uero quatuor causas,& nō plures Arist.assignauerit , Sim { plicius ex diuisione declarauit. quod cum nō multū sit ne { cessariū,bona fronte p̄termisi.deinde assignat quæ secun { tur causas,quas iuniores cōtingentias uocant.unde Sim { plicius cum Arist.multas causaꝵ differentias tradidisset, { ne quis existimaret aliorū alias esse causas, uerbi gratia { materialē esse alterius,formalē alterius, & sic de cęteris di { cit, { Cōtingit aūt multipliciter dictis causis,et multas } { eiusdē cās { esse, } & cū dixisset { cōtingit } ne qs existi { maret rē hāc aliqn̄ ita se hr̄e,aliqn̄ minime , addidit { nō { secundū accn̄s, } sed quatenus tale est quod fit,quatenus { enim naturale est,aut artificiale , & mām & formā hēt,& { effectricē,& finalē cām.ꝓpterea dicit,ut statuæ , statuifi { ca,& æs } subaudi cāæ sunt, { nō scd̄m alteꝵ aliqd̄, sed { secundū ꝙ statua, } & intelligit per { non secundū alteꝵ { aliquod } .i.non secundū accidens,sed per se.si enim per se,mani

A { se manifestum, quoniam non per accidens; & sic intelligit effectiuũ { sub propria ratione, hoc est specificatiue sumptum, ut sta { tuam quatenus statuam & domũ quatenus domum. est { enim ipsius statuæ quatenus statua causa effectrix statui { fica, ut phidia, æs uero materia. Simplicius uero intellexit { nõ tantum duas esse causas eiusdem sed omnes quatuor, { unde cum dicit, { nõ tñ eodẽ modo, sed hæc quidem, ut ma { teria } .s. æs. { illud autẽ sicut unde est motus } .s. statuifi { ca, & tu adde, & figura, ut forma, et honor ut finis, omnes { enim hæ quatuor causæ statuæ sunt, quatenus statua.

Dilucida. toris tex. eiusdẽ cõ. Sunt præterea quę sibi sunt mutuo causę ut exercitium causa est bonæ habitudinis, et hęc ipsius exercitii. uerum non eodem modo. Sed hæc ut finis, illud uerò ut principium motus.

ANTI. { Sunt autem quędam & adinuicem causæ, ut la B { borare causa est boni habitus, & hic laborãdi sed { non eodem modo. sed hoc quidem ut finis, hoc { ut principium motus.

Expositio. Hæc est secunda cõtingẽtia quæ cõpetit causis ſm subas & definitiones causarum. est enim cã id ad cuius esse sequtur aliud. & quia põt ad exercitiũ seq bona habitudo, & ecõtra, iure põt cãæ esse inter se sibi cãæ ĩ diuersis generibus cãæ.

RECO. { Exẽplum quod Aristo. affert hic, potest dupliciter intelligi { uno modo quod labor sit effectrix causa boni habitus, & bo { nus habitus causa laboris, ut finis, alio mõ quod bonus habi { tus sit causa laboris, ut effectrix, & labor causa boni habi { tus, ut finis. & utroque modo exponit Simplicius. unde di { cit, { Sunt autem quędã & ad inuicẽ causæ, ut laborare cau { sa boni habitus. & hic, } scilicet bonus habitus causa est { { laborãdi. sed nõ eodẽ modo, sed hoc quidẽ, ut finis } .s. { bonus habitus, uel labor. { hoc } .s. bonus habitus uel la { bor, { ut principiũ motus } idest, ut effectrix causa.

Dilucida. textus eius dem com. C Insuper idem cõtrariorum causa est. quod enim præsens alicuius causa est, id et absens nõnunquam causam cõtrarii esse dicimus, ut gubernatoris absentiã submersionis nauis, cuius præsentia salutis cã erit.

ANTI. { Amplius autẽ eadem causa contrariorum est. { quæ enim præsens causa huiusmodi est, hanc et { absentem causam aliquando contrarii. ut absentia { gubernatoris nauis, submersionis, cuius erat præ { sentia causa salutis.

Expositio Tertia contingentia quæ cõpetit causis ex causæ potestate est una ptãs per se unius contrarij, quæ per priuationẽ erit causa illius contrarij, propterea accidit ut una cã sit per pñtiã alicuius effectus cã, quæ per absentiã erit cã cõtrarij, ut in textu exẽplũ dedit. Vtrũ autẽ hæc cõtingẽtia cõpetat oibus cãis, bona est dubõ, fortasse.n. efficienti causæ cõpetere patet, cæteris uerò & si cõpetat, nõ est ita perspicuũ, licet facile D possit in oĩbus id deduci, ut consideranti patet.

Cum numerauit, hoc cõmentum patet, uerũ colliguntur duo, primũ quod hæc propositio, causæ sunt inuicem causæ, est uera etiam in materia & forma, est materia causæ formæ, & forma materiæ. secundũ quod in epilogo Arist. causæ quidem igitur fere tot modis dicuntur. & ideo dixit fere, quoniam sunt nõnullæ quæ uidentur causæ ut instrumentum, & exemplar, quod donec non declaretur semper proferendum est cum uerbo fere, aut dixit fere, ut dicit Alexander: ad excipiendum causas per accidens, quæ aliquibus possunt putari causæ. Sed quærunt utrum materia & forma sint mutuo inter se causæ. Tenet Auicẽ. in sua metaphysica tracta. 1. capi. 4. quod sola forma sit causa materiæ, & non econtra. Mouetur autem primo, quia si materia esset causa formæ, tunc omnis forma esset perpetua, quoniam omnis causa per se alicuius, si illud patuit causare, idem potest conseruare, quare cum ipsa sit perpetua perpetuo seruabit formam. Secundo. nullum ens in pura potentia est causa

Quæstio Põ Auicẽ. Prima rõ. Secunda

entis in actu. Sed mã est pura potentia & forma in actu. igitur materia nõ est cã forma. Tertio. si materia esset cã formæ, oẽs formæ essent una forma, quoniam materia est una & ab uno non nisi unũ proficiscitur. secundo de gñatione. Ex quibus concludit materiã nullatenus formæ esse cãm. Sed econtra forma est causa materiæ & totius esse illius, adeo quod si a materia omnis forma esset abiũcta nihil remaneret præter materiæ conceptionẽ. Themistius uerò primo physicorum in digressione unica uelle uidetur materiã posse considerari secundũ esse essentiæ, & secundũ esse existẽtiæ, siue esse prædicamẽtale, quo uidelicet ipsa est, aut suba, aut quantum, aut quale, aut cæterorum prædicamentorum aliquid. Si consideretur primo modo, materia nõ dependet a forma. secũdum enim esse essentiæ est simpliciter independens. Si uero considereẽ secundũ esse prædicamentale, sic mã depẽdet a forma, forma quoque materia. Materia quidem a forma, pro quanto forma est principiũ essendi in prædicamento. Materia uero formæ, quatenus illam sustentat. Albertus uerò sue meta. 5. tracta. 2. capi. 4. huic opinioni assentit, & uult materiã posse considerari secundũ esse generalissimũ ut uel corpus uel substantia, aut sub esse sub alterno ut sub ratione qua mixta aĩata uel inaĩata, aut sub esse specifico, potest etiã considerari sub esse simpliciter ut quatenus est ens. Tunc uult quod materia secundũ esse simpliciter non dependet a forma. Si uero secundũ esse aut generalissimũ, aut subalternum, aut specificũ. Sic dependet a diuersis formis, quatenus quidem corporea a forma corporis, quatenus animata ab anima, quatenus humana ab forma hoĩs. Auerroes uero & expositor uolunt quod sicut per unicã formã hõ est hõ corpus suba & ens, ita per unicã formã materia est humana corporea suba & ens, qua rõne fit ut materia dependeat a forma scdm oẽ esse tam essentiæ, quam prædicamentale. contra etiã forma secundũ oẽ esse dependet a materia. non tamen una ratione, quia materia est causa formæ ut subiectum sine quo forma esse non põt, forma uero mãæ sine qua materia nihil erit in re. Qua ratione euenit ut materia referaẽ ad formã relatione ad cãm, non autẽ ad terminũ, contra etiã forma referẽ ad materiã similiter. Sunt enim materia & forma absolute a relatione ad terminũ, quæ est relatio prædicamentalis. non autẽ absolute a relatione ad cãm. Tunc ad rationes Auicẽnę dico quod materia est causa formæ principaliter per se dispositiue per qualitates & dimẽsiones, & quia hæ non sunt perpetuæ, ideo nec forma erit perpetua, dispositiones autẽ non sunt perpetuæ, quia habent contrarium. Ad secũdũ dico quod ens in potẽtia potest esse causa entis in actu, non ut agens, sed ut subiectũ ut dixi. Ad tertium dico quod formæ sũnt multę, tum propter dispões, tum propter agẽtia, & hoc intelligit Auer. 12. meta. cõmen. 11. quando agens est unum & materia una, effectus erit unus. at ubi alterum deficit, effectus possunt esse plures.

E Tertia. Põ Them. Declaratio Alber. F Quomodo materia est ad for. G Secũda rõ. nũ Auicẽ.

RECO. { Dicit Simplicius clarum esse nautã esse cãm salutis et exitij, nã pñs existẽs est cã per se salutis, absens uero est causa { per accidens submersionis. Quod primo huius etiã dixit, { cũ diceret formã absentia & pñtia sua cãm gñationis, & { interitus esse, hic autẽ hoc dicit de agẽte, cũ uerò de mã, & { de fine hęc dici nõ possint, uel nõ clare, solũ de forma & de H { efficiẽte expressit. circa ea quæ diximus in cõmentarijs de { materia, uideamus utrũ materia dependeat a forma, quã { habet, ſm omne esse, & uideẽ quod nõ. quoniam si materia depen { deret a forma, quam hẽt, ſm omne esse, tunc desinẽte forma, quam { hẽt, mox mã desineret ſm oẽ esse, & ita simpliciter. quare corru { ptio erit annihilatio. Præterea uel mã, quæ est sub hac for { ma, eadẽ numero manet sub succedẽti forma, uel desinit { simpliciter. Si manet, igitur nõ depẽdet a forma, quam hẽt ſm om { ne esse. Si non manet, tunc nõ erit eadẽ materia numero { oĩum generatorum, & corruptorum, quod est cõtra Arist. con { sueuimus dicere mãm depẽdere ab ea forma, quam habet se { cundũ oẽ esse, non tanquam a causa adæquata. & propterea illa { desinente põt materia remanere, & quidem eadẽ numero. { Sed dices si forma, quam materia habet, nõ est causa adæqua { ta materiæ ſm oẽ esse, quænam forma erit causa adæqua

I ta, utrum q́ habet, uel ea, quã non habet. aut nec forma, q́ habet, nec forma, q́ non habet. põt dici q̃ materiæ simpliciter ẜm oẽ esse cã adequata est forma, q́ habet simpl'r sine qua esse non põt materia. & ita licet hæc forma, quã habet, non sit causa adæquata materię simpl'r, tñ est causa adæquata materiæ huius. forma uerò q́ simpl'r habet ipsa materia, est simpl'r cã mãæ ẜm oẽ esse. Ad formã igitur dico q̃ hęc forma, q́ hæc mã hẽt, est cã huius mãę. materię uerò simpl'r q̃ est una numero oĩum, cã est forma, q̃ simpl'r habet, cũ nunq̃ a forma simpl'r materia separari possit, imo si a forma simpl'r separaret̃, materia nõ haberet nisi solũ esse in mẽte, ut dicit Auer. 12. metaphy. ad secundũ dico q̃ materia, quę est sub hac forma, eadẽ numero simpl'r manet, qm̃ forma, q́ habebat, nõ erat cã adæquata eius, sed forma, q́ simpl'r hẽt, cũ nũq̃ esse possit mã sine forma. Vlterius aĩaduerte Arist. cum dixerit cãs esse sibi inuicẽ cãs, nõ exp̃sisse nisi de fine & agẽte, Auerroẽ uerò addidisse de materia & forma, qm̃ in cæteris hæc cõ- K tingentia nõ habet locũ, non enim forma & finis sunt sibi inuicem causæ, nec forma, & agens, nec finis & materia, nec agens & mã: & hac rõne dixit, sunt aũt quædã & adinuicẽ causæ, & non dixit oẽs, insuper cum Arist. asserit finẽ & agẽtem causam esse inuicẽ causas, intelligit quo ad causalitatem, cum Auerroes dicit materiã & formam esse inuicẽ cãs, intelligit quo ad esse, & causalitatem.

com. 14.

Dilucidatoris tex. com. 31.

Omnes auté nunc dictæ causæ quatuor in modos apertissimos recidunt. Eleméta nãq; syllabarũ. Materia quoq; eorũ quæ arte conficiunt̃. & ignis atq; cætera id genus corporũ. partes insup̃ totius. Suppositiones deniq; ipsius conclusionis, ut id ex quo aliquid fit causę sunt. Atq; horũ quædã sunt ut subiectũ ueluti partes, quædã ut quod qd erat esse totum. uidelicet, & cõpositio formaq; at semẽ & medicus & qui consulit & omnino efficiens oĩa sunt causę, unde est mutationis principiũ uel quie- L tis uel motus, quædã auté sunt ut finis bonumq; cæterorũ. quod enim est id cuius gratia optimum esse solet atq; illorum finis. differt auté nihil bonũ ipsum an apparens bonum dicatur. tales quidem igitur causæ atq; specie tot sunt.

ANTI. Omnes auté nunc dictę causæ in quatuor incidunt modos manifestissimos. eleméta enim syllabarũ, & materia uasorũ, & ignis & huiusmodi corpora, & partes totius, & suppositiones conclusionis, sicut ex quo causæ sunt. harum auté aliæ quidem sunt, sicut subiectum & partes, alię auté sunt sicut quod quid erat esse, & totum, & compositio, & species. semẽ auté & medicus, & consilians, & omnino faciens unde principiũ mutationis, aut status, aut motus est. aliæ autem sicut finis, & bo- M num aliorum, quod enim cuius causa potissimũ est, & finis aliorum uoluit esse. differt autem nihil idem dicere bonũ, & uideri esse bonum. causæ igitur hæ & tot sunt specie.

Expositio. Cõuenere oẽs Arist. reducere oẽs causas in quatuor species, nam numerauit genera causarũ per exẽpla. nunc uerò reducit oẽs ad spẽs p̃ inductionẽ, & ĩcipit à materia, cuius ut Themist. ait tres sunt modi. est enim mã cõpositionis siue structurę, est & materia alteratiõis ueluti mã est ipsius formæ q́ nõ recipit nisi p̃ alterationẽ preuiã. est tertia quæ dicit̃ mã alterationis & cõpositionis, ut elementa respectu corporũ aĩaliũ, & ad has tres oẽs reducit Arist. inqt, oẽs aũt nunc dictæ cãæ quatuor in modos apertissimos recidunt, elemẽta nãq; syllabarũ sunt materia cõpositionis. Materiæ quoq; eorum quæ arte conficiunt̃, est mã alterationis respectu formarũ, qm̃ formas non recipit, nisi mediãte alteratione, & ignis atq; cætera id genus est materia corporũ aĩa-

lium alterationis & cõpositionis partes insup̃ totius, sunt N materiæ. interdũ alterationis respectu formæ, interdũ cõpositionis respectu eorũ q̃ ex ipsis absq; alteratione conficiuntur, interdũ mãæ sunt cõpositionis & alterationis respectu miscibiliũ, & sic intelligit Them. Suppõnes deniqueipsius cõclusionis mã sunt cõpositionis, & ita oĩa hæc reducunt̃ ad tres ipsius mãę spẽs, hæc de materia, & ipsius spẽbus, & de forma uolẽs dicere, p̃ponit diuisionẽ oĩum, & inqt. atq; horũ, hoc est cãrum, quæ dictæ sunt, qdã cãæ ut subm̃ siue mã, ueluti p̃tes totius, possunt enim partes esse totius mãæ ẜm oẽm spẽ mãæ, ut diximus. qdã sunt cãæ ut qd quid erat esse hoc est ad modũ formæ, ex qua sumit̃ definitio & qd̃ qd est, & istæ sunt tres uidelicet, totũ, compositio, & forma. Nam ut materię sunt tres spẽs, ita & formæ. Multiplicato enim uno relatiuo & reliquũ multiplicari necesse est. Triplex igitur forma alterationis, compositionis & simul alterationis & cõpositionis, forma respectu mãæ apud Themistiũ est alterationis forma. cõpositio q̃ dicit̃ forma totius, dicit̃ forma cõpositionis. Totũ, qa O põt capi indifferẽter pro forma alterationis, & pro forma cõpositionis, & pro forma simulatq; cõpositionis & alterationis, hic sumitur, ut Themi. uult pro forma cõpositionis & alterationis, & ita tres sunt formæ, & tres mãæ. Hęc de formis. Effectrix cã multifaria est, pricipalis qdã instrumẽtaria. principalis uerò nõ una rõne dicit̃, nã alia est effectrix subæ, alia accñtis, & ita semẽ effectrix cã est instrumentaria. Medicus & consultor sunt cãæ effectrices principales. Sed accidentis, efficiens uerò est causa substãtiæ. At finis oĩs uult bonũ & optimũ esse, qm̃ sui gratia sunt cętera. hinc fit q̃ finis bifarius sit, aut bonus ẜm rem, aut bonus ẜm apparentiã. finis enim in actione naturali semper est secũdũ rẽ bonus, siue simpl'r, siue secũdũ qd, finis uero in actione uolũtaria semper est apparẽs bonus, & ita cãæ oẽs quatuor in gñ̃a manifestissimæ recidunt. hęc est, ut mihi ur̃, loci expõ, cui assentit pro maiori p̃te Themistius.

Quot for mę.

Effectiuę cãę quot.

Cum numerauit.) Istud cõmẽtũ pro magna sui parte patet, uerũ nõnulla colligũtur, q̃ sunt in se bona, tñ non faciũt ad intellectũ nr̃æ literæ, cum ipse literã malã habebat nõ P poterat recte exponere. Primũ igr̃ est q̃ triplex est materia ut dixit Them. qdã cõpositionis q̃ ẽ pars alicuius quatenus nec per subam nec p̃pter accñs mutat̃, qdã alterationis, quæ est materia quatenus mutat spẽm, ut panis materia est sanguinis, qdã est materia alterationis & cõpositionis, quatenus secundũ partẽ mutat & secundũ partẽ restat, ut elemẽta corporũ mixtorũ, & addit & hæc duo sunt fundamenta materiæ. s. cõpositio & alteratio, & tertiũ cõpositum ex eis, & fortasse p̃ fundamẽta intelligit species materiæ. Si qdem genera in speciebus fundent̃, qua rõne erunt tres materiæ species alterationis & cõpositionis duæ. Et tertia erit ex his facta. hoc est alterationis & cõpositionis insimul, aut fortasse p̃ fundamẽta intelligit differentias quibus genus materiæ descendit in spẽs, & tunc erũt duæ differẽtiæ, uidelicet cõpositio & alteratio, & erit tertia ex his.

Primũ ex cerptũ ex cõmento.

Secundũ qd̃ colligitur est solutio contradictionis Arist. Q enim primo huius textu com. 27. uoluit totũ non esse aliud q́ sint suæ partes simul sumptę, ut exponit Auer. hic uerò partes uult esse materias, totum uerò formas, igitur differunt. Respondet. partes aũt posuit alium modo à compositione, hoc est a toto ut reputo secundũ q̃ intendebat partes quæ sunt in potentia non quæ sunt in actu. est igitur distinctio partiũ qdã sunt in actu ut quãtitatiuæ quæ possunt esse sine toto, ut brachium pes, & id genus, qdã in potentia ut materia & forma, quæ materiæ dñr in potẽtia, quia esse nõ pñt nisi in toto. alibi partes essentiales dici solent. Tũc uult q̃ hic accipiat, partes in potẽtia, hoc est essentiales, nã istę simul sunt aliud a toto. Sed p̃tes actuales q̃titatiuæ nõ sunt aliud a toto. Vel forte dubõ est in litera, & non ad illã primi physicorũ, nã in lr̃a nr̃a Arist. ponit totũ & cõpõnẽ, mõ hęc sunt idẽ, idẽ. n. est totũ qd̃ cõpositũ. Rñdet uno mõ q̃ per totũ est intelligẽdum aggregatum ex partibus potẽtialib⁹ q̃titatiuis, p̃ cõpositũ aggregatũ ex p̃tib⁹ in actus.

Secundum.

Secundo

A Secundo rñdet ꝑ totũ Aris. intelligere uniuersum congregatum tm̃ ut excitus uel ciuitas sunt, ꝑ compositũ intelligit uere unũ factũ ex partibus cōcurrẽtibus qualitate hoc est modo ordine & põne. hæc sunt bñ dicta, sed nõ est ad ꝓpositum literæ, est. n. lr̃a intelligẽda ut dixit Themi. Tertium quod colligit̃ est quo modo ꝓpões sint materiæ cõclusionis. uidet̃. n. ꝙ non, nã sunt effectrices causæ, & non materiæ. Rñdent oẽs ꝓpões rõne medij termini esse effectrices cãs. rõne uerò extremorũ sunt materiæ. Auer. autẽ Rñdet ꝙ propões ideo materiæ assimilantur, qa sunt põtẽtia ipsa cõclusio. at cõclusio est forma, qa aduenit ꝓpõnibus. & certe idẽ est. ꝓpões. n. sunt potentia conclusio rõne terminorũ. Et ita hæc rñsio nõ differt ab illa. Quartũ quod colligit̃ est ꝙ triplex ut forma. uidelicet cõpõnis, alterationis, & utriusq;. & hoc quod dicit est bñ dictũ, quia ex Themistio accepit. Sed applicatio huius ad uerba barbaræ trãslationis non est audiẽda, qm̃ non est ad ꝓpositum, hęc sunt quæ ex cõmẽto colliguntur, cætera patẽt. Circa hæc accidunt difficultates textuales primo, deinde qões difficiles.

Tertium.

Quartum.

Dubõnes. Prima.

B Prima. est quia superius dixit partes se tenere ex parte formæ. nũc ait illas eẽ materias totius. Expositores litigant inter se, & oẽs possunt reduci in bonũ. Mihi tñ uidetur ꝙ partes definitionis quatenus definitio est totũ sunt uti materię, & hoc respectu definitionis respectu definiti, cũ illius reſpõne q̃libet sit totũ, formæ dici pñt. partes. n. diffinitionis ad definitiones sunt partes ad definitũ q̃libet illarũ est totũ, & uľe siue prædicatum ꝑ modum totius, ut aĩal ad definitionẽ pars, ad hoiem uero genus & totũ. Secũda est utrũ triplex sit materia & uidetur ꝙ nõ, qm̃ Aris. uult primo cœli indiuiduũ esse materiã uľe formam, ait. n. qui dicit cœlũ, dicit formam, qui uerò hoc cœlũ, dicit materiã. 2. intellectus ptãtis est materia oĩum abstractorũ, & intellectorũ apud Auer. & tñ non est materia aliquo triũ modorũ. Similiter intelligentia inferior est materia respectu superioris, ut. 3. de aĩa dicitur. cõ. 14. & non aliquo triũ modorũ. 3. phãtasma est materia, ut dicitur. 3. de aĩa cõ. 36. & nullo dictorũ modorũ, ultimo primo meteororũ hęc inferiora sunt materia superiorum, & in nullo genere materiæ. Dici põt ꝙ materia uno modo accipi põt ẜm illum modũ ẜm quem fuit inuenta, hoc est inquãtum est pars alteri inexistẽs, & sic est triplex, quia aut inexistit uirtute, & sic est alterationis mã, aut actu, & sic est cõpositionis, aut partim sic & partim aliter, & sic est tertia materia. Alio modo põt sumi materia ẜm intellectum trãsumptiuum, qua rõne uľe erit forma quatenus est principiũ agendi in intellectum. singularia erunt materia, quatenus sustẽtant uľe. Siľr intelľs ptãtis est materia abstractorũ quatenus ab illis perficitur. Siľr & respectu intellectorum. phãtasma est materia, qa subiectũ circa quod agit intellectus. & ita materia ẜm intelľm quo inuẽta est, triplex tm̃ reperitur. ẜm intelľm trãsumptiuum sunt plures modi.

Secunda.

C Solo.

Tertia.

D Tertio dubitant an semẽ agat ad generationẽ. & arguunt nõnulli ꝙ nõ. quia aut dum est, aut dum nõ est, nõdum est, quia tunc ageret ad sui corruptionẽ, dum uerò nõ est nihil est cã. 2. nullum imperfectum est cã effectrix perfectioris, ꝙ uerò non sit cã materialis arguunt, quia nullũ uniformę põt esse materia rerũ difformiũ. Aris. uerò tenet ꝙ semẽ sit cã materialis & cã effectrix fœtus geniti. materialis quidẽ ẜm sui partes corporeas & crassiores, q̃ licet sint actu uniformes, sunt uirtute difformes. effectrix uerò ẜm spirituosam, in qua spiritus residet generatiuus decisus à patre & matre. qui ut instr̃m generantis & uľis & particularis. uidelicet hominis & solis agit. Tunc ad primũ dico ꝙ agit qñ est ad generationem, qñ non est semen, sed conuersum in membra aĩalis, agit ad cõseruationẽ, quia ea uirtus q̃ erat actiua fœtus, cõuertitur in regitiuã, nec est inconueniẽs aliquid agere ad corruptionẽ sui ꝑ accidẽs. Ad secundum dici põt ꝙ imperfectius põt esse cã perfectioris ut instr̃m alicuius agentis nobilioris, & sic semen est agẽs aĩal ut instr̃m aĩalis & cœlorũ. Sed replicant contra, qm̃ si semen agit aliquod pfectius se, aut cõtinet illud, aut nõ. Si non, tunc non magis ageret illud q̃ aliud. Si cõtinet illud. uel uirtuaľr uel

Pð Aris. in lib. de gene. aĩalium

Themistio uidetur Aristotelem ducere argumenta in contrarium, Expositori uerò q positionem illam cōfutet arguē do contra illam: Ego uerò credo Aristotelem respondere per ordinem ad rationes. Fuit enim prima ratio. quilibet effectus habet causa determinatam: igitur nullus est à casu uel fortuna. Respondet Philosophus negando consequentiam. nam ipsi concedunt antecedens uidelicet q omnis effectus habeat causam determinatam: & tamen concedunt etiam eorum quæ fiunt nonnulla fieri & esse casu uel fortuna: nonnulla nec casu nec fortuna. & ita consequentia nulla est. inquit. Verum & admirabile est id quod dixerūt in prima ratione. nam multa sunt & fiunt à fortuna atq; casu, quorum unumquodq; & sic supple, tu in grçco non ignorent, immo sciant reduci posse ad aliquam causam rerum quę fiunt, quemadmodum antiquus sermo, quæ fuit prima ratio dixit, qui fortunam enecat: tamen omnes illi aliqua eorum quæ fiunt aiunt esse à fortuna: aliqua uerò nequaquam. & sic consequentia non ualet apud eos. Sed ambiges primo quare omnis causa per accidens debet reduci ad per se. Secunda, dato q omnis causa per accidens reducatur ad per se, quo modo potest saluari effectus casualis uel fortuitus. Ad primam respondet nouus expositor causam per accidens reduci ad causam per se, quoniam omne per accidens est per aliud, & quia non proceditur in infinitum in causis, quarum una est per aliam: propterea oportet deuenire ad unum per se & primum. Sed ista ratio nō ualet, quia dicerem unam causam per accidens reduci ad altā per accidens, & illam adhuc in aliam, & sic in infinitum: quia in his quæ sunt per accidens non est inconueniens proficisci in infinitum. Propterea ratio huius habebitur demonstratiua in. 8. nunc uerò dici potest causam per accidens esse defectum & priuationem: omnis autem defectus & priuatio reducuntur in habitum & rectitudinem. habitus autem & rectitudo esse nō potest nisi per se, quare causa per accidens reducitur ad per se causam. Secundo, qa accidentia non sunt in accidentibus per se, sed in substātijs. Igitur causa per accidens non potest reduci nisi ad causam per se. Sed de hoc uidemus in. 7. &. 8. ubi processus in infinitum destruemus. Ad secundam dici potest, q unamet causa eē potest duorum effectorum, unius quidem per se. alterius uerò per accidens. unius ex intentione alterius prę ter intentionem. Quare non tollentur fortuna & casus, licet effectus fortuitus sit à causa per se: nam illa causa est effectus fortuiti causa præter intentionem, & per accidens. Expositio. G Dubōnes. Prima. Secunda. Cōfutatio. Responsio propria. H

Quamobrem & mentio aliquo modo illius ab eis agenda. Tex. 43.

Respondet, ut mihi uidetur, ad secūdam, q q̄q̄ de casu & fortuna nihil dixerint, tamen non ualet. igitur hęc sunt prętereunda: tunc enim ualeret, quando nihil dixissent, atque nec competebat dicere modo etsi isti nihil dixerint, con- Expositio.

I petebant tamen de his scribere, & propterea potius est illorum accusatio ꝗ̄ auctoritas.

Quòd si illorum nullum uidelicet ut amicitiam, aut odium, aut ignem, aut mentem, aut aliquod aliud id genus fortunam esse arbitrabantur. Absurdum utiq; erat, siue non eē putabant, siue eē putabant, eam omittere. Prȩterea ea nonnunquam utebantur, quemadmodum Empedocles nō semper aerem supra dicēs segregari. sed ut fortasse fortuna. Dicit enim in mundi factura sic tunc curren ti huic fortuito contingit: sȩpe autem modo alio. Partes quoq; animaliū plurimas ortas fortuna ait.

Expositio. Quod uerò competebat de his dicere, probat primo, ꝗa aut illa sunt aliqua causarum quas ponunt, uel non. Si non sunt aliqua causarum, tractanda erant negatiue, ꝙ nō erant inter causas enumerāda: si erant causæ, nō erant prætereun da. Secundo, ipsi utebantur illis nōnunquam: ut Empedocles bis, semel in mundi factura: semel in generatione partium animalium: igitur non debebant ab eis prætermitti. Hæc contra positionem primam.

K

Tex 44. Sunt etiam qui & cœli huius mundanorumque omnium casum eē causam afferunt. nam à casu cō uersionem & motionem fieri dicunt, quæ distinxit, & hunc in ordinem redegit uniuersum.

Expō. Secunda positio casum nimis extollit. ait enim: cœli & mundanorum omnium casum esse causam. Moti ad hanc positionem, quia cōuersionem cœli & motionem omnem à casu esse profitentur, quæ conuersio distinxit, & in hunc ordinem uniuersum redegit, & ita cœlestia omnia & mundana casu & fortuna proficisci contēdunt. Auerroes autem credidit Aristotelem primo narrare positionem. 2. eam cōfutasse. Positio est: cœlum & cœlestes motus casu esse. Confutatio uerò erit, ꝙ tunc causæ omnes & omnia mundana erunt casu, utēs hac regula procedēs ex aliquo quod ex casu profectum est, casu est, at cum causæ omnes mundi, & omnes res proficiscanē à cœlestibus motibus, qui casu proficiscuntur, omnes causæ atq; res omnes è casu erunt. Regula Auer. uidelicet proficiscens ab aliquo quod est à casu, ipsum est à casu, non est uniuersalis. omnia enim quæ ex thesauri inuētione proficiscerentur, è casu essent. Sed est intelligēda de eis quæ proficiscuntur ab illis tanquam à causis præcipuis, & non tanquam instrumētariis: è thesauri inuentione proficiscuntur empriones, pompæ, & conuiuia, & id genus, ueluti ab instrumentaria causa. Hæc enim è uoluntate exoriuntur principaliter: & propterea quæ recentiores aiunt, non sunt digna recitatione.

L

M

Tex. 45. Hoc etiam ipsum admiratione non parua dignū est. Cur animalia quidem & plantas, neq; eē, neq; fieri à fortuna dicant, sed aut naturam, aut mentē, aut aliud quoddam id genus causam eē ipsorum uelint, (non enim ex cuiusq; semine quoduis proficiscitur, sed ex tali quidem olea, ex tali uero homo) cœlum uerò & diuinissima sensibilium casu orta fuisse, nullamq; ipsorum talem causam eē qualem animalium & plantarum dicentes.

Expositio. Velle uidetur Auerroes, ꝙ hoc sit secundum impossibile contra positionem secundam, quod certe literȩ non consonat. Melius igitur est dicēdum ꝙ Aristoteles incipit nunc contradicere positioni secūde. Et primo sumit positionem non esse absq; admiratione, immo habere admirationem & causam admirationis. Causa admirationis est, cur non dicant animalia à fortuna proficisci, addētes illorum unūquodq; ex proprio semine exortum esse, ut oleam ex suo: hominem etiam ex suo: cœlum uerò & diuinissima sensibilium, ut stellas casu exorta fuisse, & per nullam causam determinatam, ut dixerunt in animalibus. Auer uerò in commento prȩsentis textus admirationis causam affert, quia cœlum & stellæ sunt causȩ animalium, stirpium, & plātarum, sunt etiam largientia ordinem & regulam omnibus his. Quare admiratione est dignum, cur effectus ponant non à casu, & causas illorum ponant casu exortas esse. Vbi enim causæ ponuntur casu, carebunt ordine, ubi caruerint ordine, non poterunt esse causȩ ordinis aliorum. N

Tex. 46. Atq; hoc ipsum sit ita sese habet, consideratione est dignum, beneq; sese habet aliquid de hoc ipso pertractare. Ad id enim quod dicitur & alio modo absurdum sequens eē uidetur, adhuc absurdius erit hæc dicere ipsos, in cœlo quidem nihil è casu fieri. In his autem in quibus fortunam negant, multa ab ipsa fortuna fieri uidentes, quod tamen contra fieri conueniens erat.

O

Expositio. Deficiens & admirās primo metaphy. causam ꝗrit cum Aristo. declarauerit positionem illam eē admiratione dignam, quasi concludit positionem eam eē dignam perscrutatione. Addit causam. & inquit. Ad id enim quod dicitur per eos in illa positione uidetur sequi incōueniens alio modo, quod incōueniens ut Auer. supplet, est destruere primū principium, & tollere deum. Cū enim illa positio tollat ordinem in cœlo, tollit prouidentiā, & ita deum. Addit aliud absurdius, & inquit. Adhuc absurdius erit hæc dicere ipsos: nam uident in cœlo nihil casu fieri, si habent oculos. In his uerò in quibus fortunā negant, multa ab ipsa fortuna, si non sunt cæci, fieri uident. & ita contra fieri erat conuenientius ꝗ̄ ut dixerūt. Absurda itaque sunt duo, tum quia negant prouidētiam & deum, tollētes ordinem in cœlestibus, tum quia contradicunt sensibus, cum nihil in cœlo casu fieri uideant: multa uerò in his in quibus casum negant.

P

Prima q̄o. Quærunt primo utrum in cœlestibus sit aliquid à casu siue à fortuna. & uidetur ꝙ sic. Primo quia multa sunt præter intētionem motorum, ut cōiunctiones planetarum, configurationes, eclipses, & id genus: igitur à casu siue fortuna. Dici potest ꝙ casu & fortuna id eē dicitur, quod est raro respectu suarum causarum, & prȩter intētionem primariam & secūdariam illarum. Tunc patet solutio cōiunctiones, eclipses, & id genus sunt, ut semper positis suis causis & non possunt impediri. Sunt quoq; non præter intentionem saltem secundariam, qua motores cœlestes gubernāt nos. ideo nec casu nec fortuna sunt.

Scda q̄o de fato. Responsio. Consequenter quærūt utrum cœlum sit causa eorum quæ nobis casu & fortuna contingunt. Respondent quidam, ꝙ est unum in quo est ordo omnium eorum quæ sunt, & fiunt, quod uocatur causa prima. Ab illo ordine qui est in potentia deriuatur ordo alius, qui continetur in secundis causis. Primus ordo in prima causa collocatus prouidētia dicitur. Secūdus uerò qui in secundis continetur causis fatum nuncupatur, ut Boet. author est libro secundo de consolatione. Tunc dicunt, ꝙ sicut nihil est uel fit nōn contentum in prouidentia, sic nihil est uel fit, quod non collocetur in fato, siquidem fatum sit ordo secundus deriuatus à primo illi ȩqualis. Quo sequitur ut euenta nostra, & casus & fortunæ omnia è fato prouidentiaq; exoriantur.

Q

Rn̄. ad obiectionem. Nec ualet. tunc igitur nihil casu est, cum unumquodq; è causa proficiscatur determinata, nam ut dixit Aristo. respectu fati fortasse est per se: respectu mei uel tui est præter intentionem. & ita casu uel fortuna. Potest enim idem casu esse respectu mei uel tui, & prouisum siue intentum à fato. Hæc positio longum requirit tractatum, & diximus de ipsa in libro destructio destructionum, & in libro de interpretatione.

Expō pōis. Nunc uerò est sciendum omnia contineri in fato posse dupliciter intelligi, uno modo particulariter & determinate, quo modo dicunt astronomi, mala morte mori eum qui in genitura habuit ipsa luminaria in angulis à maleficis male affecta. & in aliis similiter.

Hermes. Et hoc modo ait Hermes, nullum est granum arenarum in mare quin proprium obtineat signum, suscitans

ad

A ad incrementum sui. Qua ratione uolunt nonnulli astronomi tot esse particularia fata quot sunt rerum naturalia; è quibus uitam & omnes actiones,& omnia in uita contingentia esse aiunt: uocantes particulare fatum certam & statutam stellarum cōstitutionem, quæ in genitura cuiusq; colligitur. Alio modo intelligi potest omnia contineri in fato generatim, & sub quadam communi ratione, quo modo equus in animali continetur, & in sole ipso. Qua ratione dicimus stellas & motus stellarum esse causas eorū quę sunt & fiūt una cum causis particularibus, nō quatenus sic uel sic cōstitutæ: sed ut stellæ agētes generatim lumine & motu, qua rōne fit ut ordo ulis qui in stellis est ut causæ secundæ agentes lumine & motu uniuersale fatum sit. Ordo uerò particularis stellarum, ut sic uel aliter cōstitutæ sunt, fatum sit particulare, ut dixit Arist. Tunc dico de mente Ptolomæi & uerorum astronomorum.

1. cōclusio. Primo q multa particularia pōt hō ex prudētia sibi assumere, quorum nullum B præcessit fatum particulare. potest enim mortē ex gladio aufugere ex sua sapientia, quod nō cōtinebatur in fato particulari. Potest multa præter intentionem agere, quorum particulare fatum nullum præcessit, ut de abbissatione ciuitatū exponunt, omnes enim submerguntur, quibus omnibus particulatim submersiones nō erant in fato cōstitutæ, idem de naufragio, peste, & id genus.

2. cōclusio. Dico secūdo, q nihil sibi secūdum intentionem uel præter intentionem accidere potest, quin contineatur in fato uniuersali, quemadmodum nihil eē potest quin in prouidētia cōtineatur diuina. Declarat Aristo. istud in libro de bona fortuna, qa omnium q̄ nobis accidūt, siue præter intentionem, siue secundum intētionē, nos causæ sumus: sed nos sumus particulares causæ respectu cœlorum & fati secūdarum causarum. igitur nihil nobis accidere potest nō contentum sub generali illo ordine.

3. cōclusio. Tertio dico, q propter hoc nulla nobis surgit necessitas, quoniam in fato uniuersali sunt actiones contrariæ, quo C fit, ut omnis nostra actio, siue sic, siue contraria eē pōt cum generali fato. & ita cum nostra cōtingentia stat fati ratio, non qdem particularis, sed uniuersalis. Hæc colliguntur à Ptolomæo omnium sapientum principe in procemio apotelesmatum, & aliquātulum in libro centum enuntiatorū.

6. quæstio. Quærunt utrum cœlum sit nobilius animalibus terrenis: Ioannes tenet absolute cœlum tam cum intelligētia q̄ sine illa esse nobilius animalibus. persuadet rem suam, qa Phylosophus in textu absolute hoc dicit: ubi nondum patet an ipsa sint uel ne animata? Sed hæc positio stare non potest: nam ubi auferatur intelligētia è cœlo ipso, aufertur ab eo omnis actio. sed bonum & optimum est inquātum potest agere secūdo cœli. cōmen. 3. igitur sublata intelligentia nō potest eē melius animalibus, cum ut sic non sit bonum uel optimum. Secundo, quando optima operatio unius est melior optima operatione alterius, illud est absolute melius, ut dicitur in tertio de anima. Sed optima operatio animalis D est melior optima cœli operatione sublata intelligentia: igitur absolute melius. Propterea uidetur mihi eē dicendum cœlum præter intelligētia eē ueluti corpus sine anima. corpus autem sine anima, si non succederet alia forma, ut cadaueris, eēt purum ens in anima, cui nihil præter conceptionem respondet. Cœlum igitur sine intelligentia cum nulla forma intelligatur succedere, habet solum eē in anima, cui nihil correspondet pręter intentionem. propterea illud pro altera parte cœli sumptum nullam nobilitatem dicit: æternitas enim nec est nobilitas nec ignobilitas, cum stet cum utroq;. Hæc de mente Auerrois.

Tex. 47. Sunt autem quidam, quibus fortuna quidem causa esse uidetur, obscura tamen humanę menti, tanquam sit diuinum quoddam atque eccellens. Quare & quidnam utrunque sit, fortuna uidelicet & casus, & si idem sint aut diuersa: & quo modo in eas quas determinauimus causas recidant, considerandum erit.

E Expositio. Tertia positio concedit fortunam esse dicētes, rerum plurimarum fortunam causam eē. quia tamen illius naturam, aut assequi, aut explicare non poterant, eius diffinitionem attulerunt dicentes, fortunam esse causam quæ supra captum hominis esset. Hoc autem ideo dixerunt, qa uidebatur eis fortuna diuina q̄dam res atq; præexcellens, qua sententia ut Themi. addit plurimi fere mortalium sunt qui fortunam colāt, ut numen, constitutis etiam dicatis priuatim ei rei tanquam deæ templis. Cuius sententiæ poetæ ferè omnes esse uidētur, quod narrare longum eēt.

Exposit. o positionis. Animaduersione dignum q fortunam eē rem diuinam potest bifariam intelligi. Vno modo, ut sit deus ipse, ad quem omnes euentus fortuiti reducūtur, tanquam in primam causam ordinantem, quatenus omnia cadunt sub ipsius prouidentia. & hoc modo uerum dicunt: sed abutuntur nomine fortunæ, cum fortunæ nomen, quæ grçce est tyche, non nisi ad F inordinata trahatur, deus est. n. omniūrerum ordo & summa prouidentia. Alio modo, ut sit dea quædam de p, se cui deseruiant clotho, lachesis, & atropos, tres fatales deæ secundum diuersos modos, ut decantant poetę. Et hoc modo falsum est & fabulosè dictum: & sic credo eos intelligere. Propterea Aris. noluit confutare positionem istam, tum ut dicit Auer. quia hæc est irrationabilis, quia nulla est causa naturaliter intellectui ignota, cum sit omnia fieri: ut dicitur tertio de anima. tum etiam quia determinare illa tria: uidelicet quid sint casus & fortuna, quo differant modo & in quas causas reducantur, erit consutatio illius positionis. Recte igitur Aris. speciatim non utitur alia approbatione uel improbatione, nisi rei ueritatis declaratione.

Tex. 48. Primum quidem igitur cum uideamus alia quidem semper eodem fieri modo, alia uero plerunque; patet horum neutri fortunam causam dici, neque id quod à fortuna proficiscitur, aut ex his esse quæ necessario semperque, aut ex his quę plerunque fiunt. Sed cum quędam etiam pręter hęc G fiant, atque hęc omnes à fortuna proficisci dicant, perspicuum est fortunam atque casum aliquid eēnam & ea quæ talia sunt à fortuna eē, & ea quæ è fortuna sunt talia eē scimus.

Expositio. Ad declarandum fortunam eē, & in quibus sit, hunc mundum colligit Aris. rerum aliæ semper eodem modo proueniunt, ut ortus syderum & omnino perennia. Aliæ ferè & plerunq; ut naturalia: ut ortus hominis cum oculis & uno capite. inqt Aris. horum neutri fortunam causam dici: hoc est, neq; eorum quæ proueniunt semper, neq; eorum quæ proueniunt plerunq; & sæpe. Sunt & res quædam quæ proueniunt extra hæc; hoc est, neq; semper, neq; plerunque. & hęc omnes uolunt à fortuna proficisci. Tunc ex his concludit casum & fortunam aliquid eē, hac uidelicet ratione, quia ea quæ sunt extra semper & frequēter sunt à fortuna, H & quæ sunt à fortuna sunt extra semper & plerunq;. Argui igitur. res extra semper & plerūq; sunt. fortuna est res uel rerum extra semper & plerunq;: igitur fortuna est. Per hæc itaq; primæ positionis deliquium patet. Et debes scire q demonstratio hæc est per effectū, ideo est demonstratio signi, quia conclusit fortunam eē per effectus fortuitos esse similiter & casum esse similiter.

Quotu plex casus. Perscrutatur.) Istud commentum diuiditur in partē expositiuam, & in digressionem. ibi secunda. Sed ista quæ non sunt necessaria. prima pars patet: colliguntur tamen nōnulla excerpta. Primum, q casus potest capi pro effectu casuali, ut thesauri inuentio, & pro causa casuali, ut est suffodiēs ipse. & quoniam effectus est notior causa. Aris. declarando effectus casuales, uult habere declarationē casus. Propterea posuit diuisionem rerum, in quibus casus ipse inuenitur, ut inde proficiscatur ad declarationem causæ.

Fortuna ex se casus. Secundo animaduertēdum q Auer. ubiq; fortunam uocat uerbo ex se.

I & hanc ponit in rebus naturalibus. casum uerò ponit in rationalibus animalibus. hoc autem procedit ex mala translatione. Casus enim est commune quoddam omnibus, at fortuna soli rationali conuenit secundum græcam significationem. de hoc alias. Tertio animaduertendum, ꝙ Auer. uult eẽ syllogismum hypotheticum discontinuum, à destructione unius partis super alteram. & cōponitur sic. casus necessario est, aut in his quę sunt semp, aut in his quę sunt plerunq;, aut in his quæ sunt rarenter. non est in his quę sunt semper, neq; in his quæ sunt plerunq;. igit̃ in his quæ sunt rarenter. minorem declarat per testimonium eorum omnium qui casum concedunt. omnes enim hi uolunt hæc conuerti. omne non necessario neq; frequenter est casu. & e contra. omne quod est casu est non necessario neq; plerunq;. hanc conuersionem omnes qui casum asserunt, concedunt. Hæc excipi possunt ex parte expositiua.

Syll's hæ.

Sed ista quæ non sunt.) Hæc est digressio quæ multas cōtinet partes. ut patebit legendo illas. Mouet igitur quæstionem, ad cuius introductionem primo debes scire, ut ex Themistio excipitur, ꝙ rerum aliæ semper eodem modo proueniunt, ut perennia. ut ortus syderum, cōuersiones stellarum, & id genus. & hæc dicũtur necessaria. Aliæ sępe atq; plerunq;. ut naturalia, ueluti ꝙ homo exoriatur bipes, equus quadrupes. & id genus, & hæc dicũtur contingẽtia ut in pluribus. à nōnullis uerò cōtingentia nata, eo ꝗa sunt nata magis euenire q̃ non euenire. tendunt enim magis ad esse q̃ ad non esse. nonnullæ dicũtur euenire rarenter, ut monstra, ueluti ꝙ homo biceps exoriatur. equus tripes. & id genus, quęq; raro contingẽtia dicũtur, eo ꝗa magis sunt apta nō esse q̃ esse. Sunt quoq; res quę æqualiter sunt aptę euenire & nō euenire, ut moueri uel quiescere in hoīe, & id genus, quę contingentia æqualiter & infinita, siue indeterminata dicũtur. Vlterius debes scire ꝙ ab Aristotele nihil plus habetur nisi ꝙ casus & fortuna in his nō sunt, quę aut semper aut plerunq; contingũt, sed in his quæ sunt extra semper & plerunq;. Hinc mouetur q̃stio, utrum casus inueniatur in utraq; specie contingentis uidelicet æquali & raro, cum ambæ hæ species sint extra semper & frequenter. Hæc est quæstio & quæstionis introductio.

K

L

Sed si extimauerimus.) Ad partem affirmatiuam arguit probādo, ꝙ est in utroq; genere. Nā Aris. usus est syllo hypothetico discontinuo à destructione duaꝝ partium supra tertiã, hoc modo. casus non est in his quæ sunt sp, neq; in his q̃ plerũq;. igitur in his quę sunt extra semp & plerũq;, sed tam contingens æquale q̃ contingens raro sunt extra semper & frequenter. igitur casus est in his utrisq;.

Argumẽtũ ꝓ q̃one.

Sed posteriores.) Narrat responsionem expositorum, & prẹsertim Themistii, q uoluit ꝙ casus & fortuna sint in his quæ rarenter fiunt, non autem in his quæ aut plerunq; aut semper sunt & uidentur fieri.

Prima pō.

Et narrauit.) Narrat motiuum expositorum. quod non expressit Themistius. & est ab una singulari negatiua ad uniuersalem, ita in ambulatione & quiete nō accidit casus, quę sunt cōtingentia æqualia. igitur in cōtingentibus æqualib⁹ nō inuenitur casus. Quòd autem hæc sint contingẽtia ęqualia, patet cum attribuuntur potentię actiuę. in his uero non esse casum perspicuum est p se. Enthymema istud est ab una singulari ad uniuersalem.

Argumẽtũ positionis.

M

Auicẽna autem.) Respondet huic Auicẽna & dicit primo fieri posse, ut unum & idem respectu unius sit necessariũ, respectu uerò alterius sit casuale & contingẽs raro, cuius exemplum nō inuenit. Dicit secũdo aliquod esse cōtingẽs plerunq; respectu unius, cōtingens raro respectu alterius. Cuius rei expositio est ut Auer. ait, ꝗa ambulatio comparata ad potentiam motiuam existẽtem in membris, est contingens æquale, & cum sit præter intentum illius, est casuale. at comparata appetitui quo membra concitãtur ad motum, ut ad uolũtatem in hominibus, & ad appetitum sensilem in beluis, est quoddam per se & nō casuale. Ex his potest haberi solutio ad formam: nam habetur ꝙ antecedens sit falsum. nam ambulatio est res casualis respectu potentiæ motiuæ, quæ tamen est per se respectu uoluntatis. & ita assumptum est omnino falsum. Hoc modo Auer. exponit Auicẽnam, quam expositionem confutabit.

Responsio ad argumẽtum.

Opi. Auic.

N

Sed sic hoc.) Refellit nũc omnia dicta Auic. Et primo ꝙ nō est bene dictum idem esse necessarium respectu unius, & contingẽs respectu alterius. Et facit enthymema tale. si ita est, tunc illud nec est necessarium naturaliter neq; contingens naturaliter, siue raro, siue æquale. Hæc consequentia deducitur per dictum Auerrois. 3. cœli. cōmẽ. 9. ubi uult ꝙ illud quod est uariũ respectu diuersorum est relatiuum. ut Socrates est pater & filius. sed respectu diuersorum at cũ necessarium & cōtingens non sint relatiua. rationabiliter sequtur ut illud nec sit necessarium, quia tunc non esset contingens. nec sit absolute cōtingens, ꝗa non esset necessariũ. igitur nihil horum esset cōtra Aris. primo cœli. Aut potest deduci per ea quæ diximus olim. disputatione tertia, libri destruc. destructionum. Vbi debes scire ꝙ cōtingens est ꝑ aliud, ut propter materiam & contrarium, at necessarium est per se ut per carentiam materiæ & contrarii. Tunc arguo, si aliquid est necessarium & cōtingens igitur nec hoc nec illud. Probatur. quia ubi necessarium sit, carebit materia & contrario. ubi contingẽs, includet materiam & contrarium hæc sunt incōpossibilia. igitur non potest aliquid esse necessarium & ꝯtingens, nec absolute, nec in respectu.

Cōfutatio pōnis Aui. Cōfutatio primi.

O

Et manifestum.) Secundo ostẽdit ꝙ non pōt esse aliquod contingens æquale respectu potẽtię motiuę. & arguit enthymematice sic. Si comestio cum socio sit à casu respectu potẽtiæ actiuæ, ꝗa cōtingens æquale. & respectu appetitus sit per se & sine casu, hoc est, si aliquod potest esse contingens ęquale producibile ab aliquo agente, tunc nunquam fieret. Deduco, quia uel fieret, stãte indifferẽtia, uel facta determinatione per additionem agentis contrahentis. non fit stante indifferẽtia. igitur per additionem causæ determinãtis. Si per additionem causæ talis, tunc hęc causa addita aut agit plerunq;, uel raro. si plerunq;. igitur effectus proficisci tur ab agente plerunq;. si rarenter. igitur ab agente raro, & quomodocunq; non erit contingens æquale.

Cōfu. scdi

Cum igitur actio.) Secundo arguit sic, cum actio prouenit ab aliqua causa per se & primo. necessario aut est in maiori parte, aut in minori, aut æquale. non potest esse contingens ęquale, quoniam omne cōtingẽs æquale est respectu materiæ, & nō respectu formæ. igitur aut in minori, aut in maiori parte, nō in maiori parte, ꝗa in his quæ plerunque fiunt, nihil fit casu. igitur omnis actio fortuita, siue casualis est in minori parte. & ita casus nō potest eẽ in ꝯtingẽti ęq̃li.

P

Neq; etiam Aris.) Tũc respōdet ad motiuum factum in principio quæstionis. ꝙ Aris. nō est diminutus dicẽdo casum esse in his quæ fiunt rarenter. nam casus non est nisi respectu agentis. reducitur enim ad agens, ut dicemus, est. n. natura errans. Modo cùm omne agẽs agat, aut semper, aut plerunq;, aut rarenter, nullumq; sit quod agat contingenter æqualiter, cum hoc conueniat materiæ primę ad quam non reducitur casus, rationabiliter omnis casus est in his quæ fiũt raro. & Aristoteles prætermisit cōtingens ęquale, cum illud nō possit esse ab agente, sed à materia ad quam nec casus nec fortuna reducũtur. Et hęc est expō Themistii.

Respōsio ad argumẽtũ ꝓ Au.

Q

Et debes scire.) Tertio cōfutat Auicẽnam, quo ad differẽtiam, quam dedit inter necessario agẽs & cōtingẽs. uoluit enim necessarium eẽ illud quod non habet impedimẽtum penitus. contingens uero plerunq;, quod habet impedimẽtũ raro. qua rōne ipse hęc extrisece. differre putat. ut patet.

Cōf. tertii

Secundum enim hoc) Contra arguit, quoniam tunc omnia essent necessaria, hoc est tam cōtingens plerunq; q̃ necessarium declaratur; quoniam necessarium sua natura ex quo non habet impedimentum, est necessarium contingẽs ex quo impedimẽtum est ab extrinseco & non suapte natura erit intrinsece necessarium. Vel sic. omnis differentia est ab extrinsecis uel ab intrinsecis. si ab extrinsecis, & nullo modo ab intrinsecis. igitur erunt naturaliter conuenientia, & sic ambo essent necessaria, si ab intrinsecis, habetur propositum.

Immo

A Immo cōtingens.)Respondet igitur aliter, & uult ꝙ differunt ab utroq;, hoc est per se ab intrinseco, & per accidens ab extrinseco: ab intrinseco quidem, quia necessarium est in cuius natura non est aptum impediri: causa est, quia caret materia & contrario, ut solem exoriri. contingens in cuius natura est aptum impediri, quoniam habet materiam & contrarium. Ab extrinseco uerò, quia ipsi necessario nullum externum inuenitur impedimentum, ipsi contingenti plerunq; impedimētū inuenit raro. & ita differūt utroq; mō. Quęstio.

Et cum cōtingentia.)Mouet quęstionem Auer. utrū contingens æquale det respectu agentis, & si non detur, respectu cuius datur. Rńdet Auer. ꝙ duplex est agens: naturale & agens ꝑ concupiscētiam, hoc est, agēs uoluntariū. Tunc dicit primo, ꝙ agens naturale non pōt agere effectum contingentem ęqualē. Dicit secūdo, ꝙ agens uoluntarium, ut illud quod agit per cōcupiscentiam agit æquale contingēs, ut homo. Dicit tertio, ꝙ cōtingens æquale est respectu materiæ primæ. hæc tria confuse declarat: primo, ꝙ æquale contingens sit respectu materię, & hoc ꝑ definitionē materiæ, qa est potentia ad esse, & ad priuationem & non esse, ut dicitur. 7. Secundum probat uidelicet ꝙ agens uoluntarium possit agere effectum æqualiter contingentē, quoniā uoluntas est oppositorum & libera, ut dicitur in. 9. metaph. Tertium declarat, primo ꝑ rationem tactam, quia tūc neutra actio ꝓueniret, & ita natura ageret ociose, tribuēdo aliquod esse posse respectu unius, quod nunq̄ educit, nisi extrahat de potētia in actū per aliud. Secundo, potentia ad eē & nō esse, non est in aliquo agēte ꝑ se, sed ratione materię, uel impedimēti: igitur est respectu materiæ, & agentis uoluntarii, quod est propositum. (Margin: Solutio. B. Dubiū Responsio.)

Et cum dicimus.)Contra obiicit, qa tūc simul in materia reciperentur duo opposita. Rńdet & dicit primo, ꝙ materia est in potentia ad duo opposita temporibus diuersis. Dicit secundo, ꝙ agentia naturalia nec tpibus diuersis, nec eodem tempore esse pňt causæ effectuum ęqualiter cōtingentium. & hoc ex parte eorum, nisi ꝓpter materiam: ut corpora cœlestia, quæ sunt causæ rerum contingentium æqualiter propter materiam, non propter ipsa. (Margin: Illatio)

C Apparet igitur.)Concludit duo. primum ꝙ agens naturale non est agere aptum effectum æqualiter contingentem, quatenus agens naturale, nisi per accidens rōne materiæ, de cuius potētia cœlū ipsum est extrahēs oēm formā.

Et eaꝝ in eis.)Secundum est, ꝙ cōtingēs ęquale nō est in materia disposita, & ꝑparata recipere alterꝫ cōtrarioꝝ, sed in mā prima simpl'r, sił'r in agente uolūtario simpl'r. (Margin: Secunda. Rńsio qōni.)

Et tamen.)Respondet obiectioni. nam si contingēs æquale est in materia, igitur in agente, nam cuilibet potētię passiuę correspondet actiua. Amplius si est in materia, cū non possit extrahi ad actum à materia. igitur ab agente, & ita contingens æquale est respectu utriusq;. Respondet & dicit primo, ꝙ cōtingens æquale non est nisi in passione, & non in actione. Secūdo dicit, ꝙ non exit ad actum nisi ab agente. sed non ab agente uno: nam alterꝫ dimidiū contingentis extrahitur ab uno agente, alterꝫ è contrario agente.

D Et hęc est causa.)Reddit ad soluendum motiuum factum in principio quæstionis, qa Aris. arguit hypothetice diuisiue, igitur nullum ꝑtermisit membrum. Respōdet ꝙ Aris. fecit tria membra uidelicet necessarium, plerunq;, & rarū, qa hæc tria sunt in actione, in qua casus fit: prætermisit contingens æquale, quia non est in actione, & agēte, ad quod reducuntur casus & fortuna ipsa. Et sic patet solutio. (Margin: Sol. motiui principalis)

Sermo autem dicens.)Excusat Aris. qa posset qs dicere, cur non contradixit positioni, quæ ponit oīa necessario eueníre. Respondet, qa huic cōtradixit in. 6. meta. ideo hęc positio non est hic tractanda. hæc sunt quæ cōtinentur in cōmento. Quærunt primo utrum effectus contingens æqualiter possit esse à potentia actiua. arguunt ꝙ sic. Tum quia potentia motiua pōt agere æqualiter motum & quietem. Tum secundo, ꝙ ignis est indifferens ad cōburendum hoc uel illud combustibile, & ad nō comburendum. Tum tertio, quia effectus raro est minus aptus produci ab agente, cum magis distet. igitur & effectus æqualis citius producetur. Ad hanc respondent recentiores, & dicunt primo, ꝙ in agente uoluntario potest esse aliquod contingēs æquale. & hoc est dictum ad mentem Auer in cōmento. Dicunt secundo, ꝙ capiendo agēs naturale cum sufficienti eius applicatione ad passum, tunc respectu sui non erit effectus cōtingens æquale. Vbi uerò nō sit applicatum, stat ꝙ sit respectu oppositorum effectuum æqualiter contingens. ut a, ignis non applicatus b, combustibili, est æqualiter contingens ad ipsum comburendum, & non comburendum. Quo enituntur defendere Auic. ut uidere potes. Volunt enim casum esse in contingentibus æqualibus, sed non respectu eius agentis, cuius sunt ęqualia, sed respectu agentis raro occurentis cum illo. uerbi causa comestio cum amico non est fortuita respectu comedentis, cum illa sit cum uoluntate, & æqualiter posis, at respectu introitus in domum illius est casualis, quia ab introitu raro & ꝑter intentionem euenit. Sed hęc positio est omnino erronea, & propriam uocem non intelligit. Primo, si a, ignis non applicatus ipsi b, est in potentia ad comburendum b, & non comburendum, quare quando comburit extrahitur de potentia ad actum de se, uel à motore extrinseco. Non est dicendum ꝙ extrahatur ad actum de se, quoniam ab indifferenti ut sic nunquam prouenit actio, nisi per limitationem. Amplius est regula. 9. meta. omne agēs ꝙ quādoq; agit, & quādoq; non, indiget motore extrinseco extrahente ipsum de potentia ad actum. Per hanc regulam declarat Aris. necessitatem primi motoris. Si uero extrahatur à motore extrinseco, aut in potentia actiua, aut in potentia passiua, non ut in potentia actiua, qa agens extrinsecum extrahens non comparet agenti extracto in ratione motoris. igitur ut in potētia passiua, & sic habetur intentum, ꝙ potentia ad utrunq; reperit per accidens in agente naturali, ut propter impedimenta, & propter materiam, ut dixit Auer. Secundo, iste non intelligit propriam uocem. nam omnis potentia ad possibile ad utrunq; est contradictionis, ut dicitur in. 9. metaphy hoc est ad esse & non esse. Si igitur à, est in potentia contradictionis ad comburendum b, ipsum, & non comburēdum, tunc hęc essent contradictoria, & ita una habet uim uniuersalem, alia particularem, & per consequens si potest cōburere b, in particulari, potest nō comburere b, uniuersaliter, & ita nec in aliquo loco, nec in aliquo tempore. hæc enim est uis contradictionis, hoc est impossibile. Tertio, si a, est in potentia ad non comburendum, aut hoc est ab intrinseco, aut ab extrinseco. si ab intrīseco: igitur haberet aliquod quo per naturam illius non esset combustiuū. si ab extrinseco: tunc ab intrinseco est determinatum ad unum, & per consequens non est in potentia ad utrunque respectu b. Propter hæc & alia teneo cum Auerroe Themistio & expositoribus, ꝙ ꝯtingēs ad utrūq; nō est, nisi in potētia passiua & remota, nō determinata iam per dispōnes. huius rō est, qa potentia ad cōtingens ęquale est duoꝝ ꝯtradictorioꝝ: duo aūt contradictoria ita se habēt ꝙ unum est uniuersale aliud particulare siue non uniuersale. Differentia tamen secundum esse & non esse, ut dicitur in libro de interpretatione. qua ratione fit ut in potentia agente non possit esse talis possibilitas, quoniam esset in potentia ad unum, & ad contradictorium illius, quod est non intelligibile. Non. n. potest a, comburere b, & non comburere. nam cum nota negationis neget totum, esset sensus ꝙ in nullo tempore, & nullo loco, & nullo modo posset comburere. aliter non esset in potentia contradictionis. Talis potentia bene est in materia, quia est in potentia ad ignem, & ad priuationem illius in omni tempore, & omni loco, & omni modo, ut dictum est. Tunc ad rationes respondeo. Ad primam patet solutio. illud enim est uerum in agente uoluntario, & ꝑ appetitum. Ad secundam nego antecedens. ignis. n. non est in potentia, nisi ad comburendum b, & non ad cōburendū, licet interdū cōburat b, ipsum, interdū non, qa hoc est ꝑ accńs ab extrinseco, quatenus impedit, in se tamen non est, nisi in potētia ad comburendum: & hoc siue prope siue

(Margins: Excusatio Aristo. Questiones Quęstio. 1. E Rńsio recentiorum. Defensio Auicen. Cōfutatio F 2. ratio. G Tertia. Responsio et Solo rōnū H)

I non prope. Ad tertium laborant recentiores & sibiipsis contradicunt, & nesciunt tandem soluere argumētum. ideo dico ꝙ bene effectus raro potest produci ab agente, effectus æqualis non. Et cū dicitur magis remotus est effectus raro ab actione agētis, ꝗ̄ effectus æqualis. dico ꝙ effectus ęqualis est remotissimus ab actione, qm̄ est agēti incōpossibilis, cum nullo modo subsit illius facultati, cū sit potētiæ passiuę tm̄, ideo nulla est cōparatio. Et si dices cur rarus effectus subest, æqualis uerò nō, dico ꝙ rarus subest, quia effectus contingens plerūq; subest. nā effectus rarus ideo cōtingit, quia agens plerūq; ab intrinseco pōt impediri raro. & ita nulla est cōparatio effectus rari ad æqualē. Et hoc ignora-

Defensio. Aui. nulla. uerūt recētiores. qua rōne euenit ꝙ illud quod dicūt in defensione Auicēnæ nihil sit, cū supponunt cōtingens æquale posse esse respectu potētiæ actiuæ. hoc autē esse falsum demr̄auimus. Secundo q̄runt, utrū idem possit esse neces-

2. questio. sarium respectu unius, & contingens respectu alterius, & uidetur ꝙ sic, mori est necessariū respectu aīalis, & tñ contingens respectu tpis. Amplius ortus solis est necessarius

K Solo. respectu regionis nostræ, non tñ respectu habitantiū, quia pñt oēs emori, quo in casu sol ipse illis nō exoriretur. Dici pōt quicquid uelint alij, ꝙ cōtingens absolute pōt esse necessarium ex suppōne. ubi debes scire ꝙ duplex est necessarium simpl'r ut solem oriri. & ex suppōne, ut si es dum es necessario es, tūc dico ꝙ contingens absolute pōt esse necessarium ex suppōne, ut te esse est cōtingēs absolute, tñ est necessariū ex suppōne, posito uidelicet ꝙ sis. Secundo dico, ꝙ non est poſe ut idem necessario absolute insit alicui ut subiecto, & alteri ut cōtingens, qm̄ cui inest ut necessariū caret causis cōtingentiæ, utpote materia & cōtrario, cui uerò inest ut cōtingēs includit materiam & contrariū, & ita idem includere hæc excluderet illa. Tunc dico ꝙ ortus solis necessario absolute, ut subiecto inest soli, & nulli alteri ut subiecto, nobis. n. inest ut obiecto in quod agit. sil'r mori est necessarium respectu aīalis cui inest, tpi uerò nō inest. Et ppea esse pōt illius ratione cōtingens, cū sibi nō insit. Et

L hæc est intētio Auer. quā recentiores ut mihi uideṫ non intellexerunt. Vlterius dubitant circa rōnem Auer. uidetur

Dubō. 3. enim ꝙ materia non sit in potētia ad contingens æquale, quia tunc neutrum esset magis dignum euenire. Quod si dicas ipsam cōtrahi p agens extrinsecū, ita dicam in agēte ipsum posse cōtrahi p aliud agēs, qua ratione teneri pōt contingens æquale respectu potētiæ actiuæ. Dici pōt ꝙ non

Solo. sunt similia. Vbi debes scire ꝙ nullum agens naturale ut agens naturale extrahitur de potētia ad actū à motore extrīseco, sed bene quatenus respectu illius se habet ut in potentia passiua, hæc est maxima apud oēs. tunc ex hoc patet efficacia rōnis Auer. si cōtingēs æquale esset in potētia actiua. igitur natura egisset ociose, declaraṫ, quia aut aliqñ exibit ad actū illius, aut nunꝗ̄. si exhibit ad actum, aut à se, aut ab alio motore extrinseco. sed non à motore extrinseco, qa tunc nō esset agens respectu illius, ut supposuimus, sed materia, & ita habeṫ propositum. nō à se, quia cū neutra actio dignius eueniat, nihil efficieṫ. restat igitur ut ociosa sit potētia illa. Hæc uerò ratio de materia non ualet, quia materia

M ut materia pōt educi ad actum à motore extrinseco ita ut ab uno exeat ad actum in uno tēpore, ab alio in alio tēpore. agens uerò naturale ut agens, nec in uno tēpore, nec in diuersis tpibus educitur ad actum uel educi potest à se qdem non, quia neutra actio est dignior euenire. à motore uerò extrinseco non, qa esset agens respectu illius, sed materia, & ita patet uis rationis Auer. quam recētiores nullatenus olfecerūt. & certe plures istoꝝ labores proficiscuntur ex malo intellectu auctorum. Et de contingentibus satis.

Text. 49. Eorum autem quę fiunt, alia quidē alicuius gratia fiunt, alia uerò non. Et horum alia quidem per electionem, alia uerò non per electionē. Ambo aūt in his sunt, quę alicuius gratia fiunt. Quare patet & in his quæ non necessario, neq; plerūq; fiūt esse aliqua, circa quæ potest id esse, quod alicuius gratia fit. Sunt autem alicuius gratia & quæ à mente aguntur, & quæ à natura. N

Exposi. Secundam diuisionem ponit, ꝙ eoꝝ quæ fiunt, alia qdem fiunt alicuius gratia, alia uerò nō fiunt alicuius gratia, ut capillum cū uellimus, aut paleam abijcimus. Tertiam diuisionem, quæ potius est subdiuisio alterius mēbri, subiungit hoc modo, eoꝝ quæ fiunt alicuius gratia. alia qdem fiunt p electionem, alia uerò non p electionem, sed p naturam ipsam, & dans intelligere hanc esse subdiuisionem eoꝝ quæ aguntur alicuius gratia, adiecit: ambo autem hæc membra in his sunt, quæ alicuius gratia fiunt. Ex his (ut ait Themi.) colligit quod ex suppōnibus sequitur. positum est. n. fortunā in his esse quæ raro fiūt, ut p primam diuisionē patet. Secūdo quod sit in his q̄ alicuius gratia fiūt, ut per has diuisiones hr̄e uult. Ex his cōcludit aliqua fieri raro in his quę alicuius gratia fiūt, accidit inuētio thesauri quæ raro fit. Et hoc inquit. Quare patet, & in his quæ non necessario neq; plerunq; fiunt. hoc est. in his quæ raro fiunt patet esse aliquæ, circa quæ pōt id esse, quod alicuius gratia fit. hoc est, patet O cum his q̄ fiunt pp aliquid esse coniuncta aliqua, q̄ fiunt raro, ut cū terræ cultu, qui fit pp aliquid coniūgitur inuentio thesauri rarēter. Hæc est expō loci, quem exponere nō possunt expositores, quia hñt literam corruptā. addit q̄ sunt ea quæ alicuius gratia aguntur, & inquit. Sunt autem alicuius gratia, & quæ à mēte aguntur, & q̄ à natura. Sunt oēs expositores in lite, quo modo uidelicet actiones esse pñt sine fine, quaꝝ exempla tradunt Auer. & Themi. & oēs conueniunt illas actiones esse nō propter finem deliberatū, quia nulla præcessit deliberatio ,pter illas. sunt tñ propter finē imaginarium, cum nequaꝗ̄ sine imaginatione agantur.

Text. 50. Talia igitur cum per accidens fiunt, à fortuna dicimus esse. Nam quemadmodum & ens aliud quidem p se, aliud uerò p accidens est, sic & causa esse potest. Vt domus, per se quidem causa est ædificatiuum, per accidens uerò album, uel musicum. Ea quidē igitur causa quę est per se, definita est. ea uerò quæ est per accidens indefinita. Vni nanque infinita accidunt. P

Exposi. Concludit nunc quæ dicanṫ à forma fieri. & inqt. Talia igitur, hoc est ea quæ à mēte uel natura fiunt, à fortuna dicimus esse, cum p accidens fiunt. Cum. n. ut Themi. ait, is finis occursorius & obuius fit rebus, cuius gratia initio institutæ sunt, nihil tunc habet cōe fortuna. Cum uerò (ut fieri solet aliqñ) alius finis ceciderit, ꝗ̄ is qui propositus fuerat, tunc & fortuna & casus exerit se atq; elucet. ut si qs lotum egressus, canem offendat, à quo mordeaṫ. fane huius effect⁹ causam esse, aut naturam, aut uoluntatē licet dicere, non tñ ita ut p se causæ sint, nam non ut morderet ille proficisceba tur ad balneas, sed euenit p accidens. casus igitur & fortuna sunt cum natura aut uoluntas alicuius facta est p accñs causa. Vlterius declarās quo modo cā per accidens. inqt. Q Nam queādmodum & ens aliud quidē per se, aliud uerò p accidens est. p se quidem sunt substantiæ: p accidens uerò sunt accidentia. Sic & causa esse pōt, ut domus p se quidem cā est ædificatiuum: p accidens uerò album, uel musicum. Et inter has causas apponit differentiam. d. ea quidem igitur cā quę est p se, definita est numero & forma: ea uerò quæ est p accidens, indefinita, & numero, & forma, qa uni infinita accidunt, ut ædificatori musicum, album, grāmaticum, & sic de innumeris. Sed dubitatur, quia tūc fortuna esset cā per accidens, ut musicum uel album, quod non est uerum. Ex Themistio pōt colligi pulchra solutio, ꝙ fortuna differt à reliqs per accidens causis, in eo ꝙ illæ idcirco causæ nūcupantur, qa accña sunt cāæ p se, ut albus, grāmaticus, musicus, deambulator, sessor. fortuna uerò cā est p accidēs eius quod p accñs cōiungiṫ effectui p se, ut inuētionis auri, quæ coniungitur fossuræ sepulchri. & breuibus dicā. In causis per accidēs est differentia ex parte causæ. in fortuna

A tuna ex parte effectus, quia quemadmodum in reliquis causis per accidens duæ causæ reperiuntur eiusdem effectus, una per se, altera per accidens: ita in fortuna nõ quidem duæ causæ reperiuntur eiusdem effectus, sed contra potius una causa dũtaxat reperitur duorũ effectuum, quorum alter per se erat idest propositus, alter per accidens.i. extra propositum. patet igitur fortunã esse causam per accidens, non tamen eodem modo sicut musicum & grămaticum, cæteraq; id genus. Et Auer. in cõmento hæc dicit. & est differentia inter illud quod agit casu, & inter causam quæ est per accidẽs, ut dixerunt expositores, quia causa per accidens ut musica, & id genus non agit in domum omnino, neq; agit in illũ qui ędificat, sed dicitur causa per accidens, quia accidit causę agẽti, & dicit casus agens per accidens, qa ex eo fit aliquid per accidens, non illud quod erat propositum. Hęc Auerroes ex Themistio.

Tex. 51. B Vt igitur dictum est, cum in his id fit, quæ alicuius gratia fiunt, tunc à casu atq; fortuna fieri dicitur. Horum uerò ipsorum quæ differentia sit, posterius assignabimus. Nunc autẽ hoc sit perspicuũ ambo in his esse quæ alicuius gratia sunt, ut argẽti recipiẽdi gratia uenisset iam, accepturus illud si sciuisset. Venit autem non huius gratia, sed accidit uenisse: idq; fecisse recipiendi gratia.

Expositio. Postq; fecit diuisionem, nunc procedit colligendo ea quę sunt de ratione casus & fortunæ, & sunt quatuor per ordinem. Primũ est, casum & fortunã esse in his quę fiunt propter finem, cum non euenit finis propositus. ut argenti recipiendi gratia uenisset iam ærarius accepturus illud si sciuisset, uenit autem non huius gratia sed lauandi se in balneis, illud nesciens, sed accidit uenisse, idq; fecesse recipiẽdi gratia. Itio in balneum fuit ut se lauaret, quare receptio fuit extra propositũ. Habetur igitur primũ ꝙ casus & fortuna in his sunt, quę sunt alicuius causa, cum nõ euenit ꝓpositũ.

Hoc autem neq; plerunq; in locum proficiscentem, neq; necessario.

Expositio. C Secundo. fortuna & casus nõ sunt in his quæ semper aut frequenter sunt, sed raro. Et hæc ait continuans se in eodẽ exemplo. d. hoc autẽ subaudi recepisse, siue recipiendi gratia, neq; plerũq; in locum, neq; necessario accidit proficiscentẽ uenisse, quasi dicat, dico casum esse in his quæ fiunt alicuius gratia, cum proficiscens in locũ ubi casus ille accidit, nec necessario neq; frequenter uenit, sed raro.

Finis uerò utpote acceptio ipsa, nõ est ex his causis quę sunt in ipso, sed in his quæ sunt agentia per electionem atq; mente ipsa, & dicitur tunc à fortuna uenisse.

Expositio D Tertio uult fortunam esse in his quæ agunt per electionem. inquit. Finis uerò quæ est argenti acceptio, nõ est ex his causis quæ sunt in ipso, hoc est, nõ procedit à causis per accidens, quæ accidunt ipsi ꝓficiscenti. sed ex his quæ sunt agẽtia ꝑ electionẽ, atq; à mẽte ipsa, dũmodo sit extra intẽtionẽ propositã, nam tunc dicetur à fortuna uenisse.

Quod si uenerit electione sumpta; & huius causa, aut semper frequentans, aut plerũq; recipiens, non dicitur à fortuna uenisse.

Expositio. Vult habere quartũ, ꝙ fortuna sit causa per accidens. & inquit. Quod si uenerit electione sumpta, & huius gratia, aut semper frequentans, aut plerũq; recipiens: non dicitur à fortuna uenisse, nec recepisse, quo fit ut casus & fortunæ causæ sint per accidens.

Tex. 52. Perspicuũ igitur causam esse per accidens in his quæ per electionem alicuius gratia fiunt. Quapropter circa idẽ mens atq; fortuna sunt. electio enim absq; mente nequaquam existit.

E Expositio Nunc definitionem fortunæ colligit, & inquit. Fortunam esse causam per accidens in his quæ per electionem fiunt cui addit consequenter circa idem uersari mentẽ atq; fortunam, cum electio nequaq; absq; mente sit. hæc est eius definitio. Auerro. uult ut definitio sic colligatur. fortuna est causa per accidens, in his quæ per electionẽ fiunt, nõ semper neq; plerunq;, sed rarenter, atq; his quæ sunt alicuius gratia. Dicitur primo, causa per accidens ad differentiam causæ per se. Dicitur in his quæ fiunt per electionem ut distinguatur a casu, qui est in rebus naturalibus. Dicitur rarenter ad differentiam eorũ quæ fiunt, aut semper, aut sepe. Dicitur in his quæ fiunt alicuius gratia, ut distinguatur inter effectum fortuitum & actiones ociosas, de quibus diximus. Sunt igitur tres differentiæ principales, licet resoluantur in quatuor, addit ꝙ Aristo. omisit definitionẽ eius quod est ex se, quod in lingua nostra uocaẽ casus, qa eius definitio habeẽ ex definitione fortunæ, una particula ablata, quia fortuna est in eligibilibus tantũ: casus uerò in omnibus. Sed hæc definitio uidetur manca, quia nihil est in ea per quod differat à causa per accidens pura. Videtur mihi ꝙ ideo Arist. suppleuit, quapropter circa idem mens atq; fortuna sunt, ad denotandum casum siue fortunã nõ esse accidens menti, ut est causa pure per accidens, sed mentẽ ipsam, quatenus accidit effectui mentis aliquod non propositum. Et sic per hanc ultimam particulam uult habere differentiam inter causam per accidẽs purã, & fortunam. Illud uerò quod ait Auer. ꝙ subiectum casus & cogitationis esti, dem est intelligendum, ꝙ casus & mens sunt una res numero nõ differentes, nisi penes effectus, ut diximus. F

Quæstio Rñsio recẽtiorum. Quærunt hic utrum idem effectus possit esse casualis respectu unius, & per se respectu alterius. Aespõdent recẽtiores et dicunt primo, ꝙ fieri potest ut idem effectus sit casualis, respectu utriusq; duarum causarũ diuisim sumptarum, qui tamen respectu aggregati ex eis est effectus ꝑ se. Mouentur eo quia frequẽter ab illo aggregato euenit talis effectus, ut dicunt. Dicunt secundo fieri posse ut idem effectus sit ꝑ se respectu unius, & casualis respectu alterius. ut exemplis monstrant. Quidam primo horũ dissentiunt. Secundo uerò consentiunt: ideo arguunt contra primum. G

Cõfutatio Primo quia ex duobus per accidens non fit unum per se. igitur ex duabus causis per accidens non fit una causa per se. Secundo, si ex illis duabus causis per accidens fit una per se causa, illa esset in. 4. modo per se, hoc autem esse non potest, quia non simul sunt & nõ sunt cum effectu. Tertio, ille effectus potest ab indefinitis causis inueniri: igitur non est effectus per se illius aggregati. Quarto, prouenit præter intentionem aggregati, igitur per accidens. Hæc

Defensio. positio defendi potest, nam inuentio debitoris, licet sit per accidens respectu debitoris seorsum, & per accidens respectu creditoris, tamen concurrentibus illis ad forum, effectus erit per se ab illo concursu. Ad primã dico, ꝙ causa per se intelligi potest uno modo ꝑ se una unitate essentiali, & sic ex duabus ꝑ accidẽs nõ fit una ꝑ se. Alio modo unitate aggregationis, sicut ex oĩbus trahentibus nauim fit una causa trahẽs, non ẜm essentiã, sed ẜm aggregationẽ, & hoc modo põt ex duabus ꝑ accñs causis fieri una per se, ut ex duabus falsis ꝓpõnibus una ꝑ se concludi põt. Ad secundũ cõcedo illam esse in quarto modo ꝑ se, & concedo ꝙ illo cõcursu posito, semꝑ erit debitoris inuẽtio, et si semper erit, etiã plerũq; erit. Ad tertiã nego consequẽtiã. potest enim calor ab infinitis causis ꝑ accidẽs fieri, ut à motu & lumine, ab excussione lapidum, & tamen fit per se à calore. Similiter mors bouis esse põt ab infinitis causis, & tamen per se est à decollatore. Ad quartũ dico, ꝙ ad hoc ut sit causa ꝑ se, sufficit ut ab ea eueniat effectus, aut semper, aut frequenter. oportet enim addere ꝙ eueniat ꝑter intentionẽ, & nõ semꝑ neq; frequẽter: & tunc erit à cã ꝑ accidens. Hęc igiẽ põ est bene tolerabilis, & nõ remota ab intentione Aristotelis, nec alioꝝ Peripateticorum. H

Indefinitas quidem igitur causas eas esse necesse est, è quibus id fiet quod à fortuna proficiscitur. Tex. 53.

I Vnde fortuna indefiniti causa esse uidetur, & immanifesta homini.

Expositio. De fortuna tres fuerunt sapientum antiquorum positiones. Prima, quæ dixit nihil è fortuna ipsa proficisci. Secunda, quod fortuna est omnium causa, & mundanorum, & cœlorũ. Tertia, posuit fortunam esse rem homini ĩmanifestam. Harum trium secunda est penitus falsa, nullo modo in bonũ reducibilis. Ideo quantũ ueritatis duæ aliæ positiones habeant, nunc exponit. Et primo quantum ueritatis contineat tertia, & arguit sic. Infinitũ est ĩmanifestũ homini. Fortuna est res infinita: igitur homini ĩmanifesta. Minor patet, quod rei fortuitæ causæ possunt esse infinitæ, quarum quælibet potest esse causa fortuita illius. Et hoc inquit. Indefinitas quidem igitur causas eas esse necesse est, è quibus id fiet quod à fortuna proficiscitur. Vnde fortuna indefiniti causa esse uidetur, & immanifesta homini. Vel potest ratio formari sic: causa infiniti non est manifesta homini. fortuna est causa infiniti: igitur homini immanifesta.

K Rursus (ut uidetur) nihil à fortuna proficisci contingit. Hęc enim omnia recte dicuntur, quia rationi conueniunt. Nam aliqua quidem ex parte fieri contingit aliquid à fortuna, quatenus per accidens id fit.

Expositio. Prima uerò positio id ueritatis continet, quod nihil à fortuna simpliciter fit. Et potest syllogismus cõponi. nulla causa per accidẽs est causa simpliciter alicuius. fortuna est cã per accñs: igitur nullius est simpliciter causa. Quod uerò ad uerba attinet, est esti græce, licet latine sonet est: tamen nõnunquam pro contingit accipitur, ueluti apud nos. & hoc modo transtuli, quia sic sonat, & facilius intelligitur. Litera superius translatione patet. Auer. uerò hos duos textus exponit aliter. cõmen. 53. Vult enim quod Aristo. de fortuna, quã ipse casum uocat, ostendat duo. Primum, quod nulla sciẽtia speculatiua perscrutetur de fortuna. Secundum, quod ipsa

L fortuna non sit. Primum, probat in prima cõmenti parte, tum quia est indeterminata, tum quia effectus proficiscentes ab illa sunt infiniti. Secundum probat in ultima cõmẽti parte, eo quia est per accidens & in minori parte, qua ratione ipsa uidetur non esse. Hæc expositio, & si sit utilis literæ nõ conuenit: reddit enim literam ĩnfructuosam, atque ad prædicta non continuam. melius igitur exponetur ut diximus, quia tamen quod ait est uerũ, dubitant circa primum. nam physica scientia speculatiua est, & tamẽ de casu ipso atque fortuna perscrutatur. igitur quod ait in prima cõmenti parte falsum est. Recentiores aiunt de casu & fortuna scientiam perscrutari nullam in particulari, sed bene ĩn uniuersali. Sed hæc responsio friuola est, quia nec de causis per se tractat speculatiua scientia, nisi de his in uniuersali, ĩmo de oĩbus in uniuersali. Propterea dic ut superius diximus, quod nulla scientia speculatiua speculatur fortunam tanquam medium in demonstratione ad scientiam de effectibus, potest tamen tractare de ea ut subiectum sci-

M bile, de quo prædicata per se considerat.

Tex. 54. Atq; ut accidens fortuna causa est. ut uerò absolute nequaquam: uelut hospitii, ædificator quidẽ causa est, per accidens uerò modulator. Et ut profectus argentum recipiat non huius gratia profectus, multitudine quoque infinitæ. Nam & uisitare aliquem uolens, & persequens, & ludos spectaturus, & fugiens.

Expositio. Veritates utriusque positionis nunc exemplis explanat. & primo ueritatem primæ positionis, & inquit. Atque ut accidens fortuna causa est. ut uerò absolute, nequaquã, ut prima positio dicebat: uelut hospitij, ędificator quidẽ causa est, per accidens uerò modulator. Sed quia istud exemplum non est ad propositum, nam non sic causa per accidẽs est fortuna, ut modulator ipse: ideo dat aliud exemplum. d. et ut profectus argẽtum recipiat, nõ huius gratia profectus.

N Sic igitur patet per exempla quid ueritatis continet prima positio. quid uerò ueritatis contineat tertia, iterũ per exẽpla explanat. Multitudine quoque infinitæ subaudi uidentur & nobis immanifestę. nam & uisitare aliquem uolens potest esse causa receptionis argenti: & persequẽs hostem uel id genus, potest esse causa receptionis: & ludos spectaturus potest esse causa receptionis: & fugiens prætorẽ, uel tale id genus potest esse causa receptionis: & aliæ innumere, quare infinita uidetur fortuna, & ita homini immanifesta. Sic igitur quid ueritatis ambæ habeant, his exẽplis patet. Auerroes uerò non multum curans de intẽtione literę, nec de continuatione, uult in litera fieri syllogismũ talem: uidelicet causæ infinitæ sunt per accidens causæ. fortuna est infinita respectu effectus fortuiti: igitur est causa per accidens. Maiorẽ uult esse probatã primo exẽplo de domo & ædificatore. Minorem uerò cæteris exemplis.

Tex. 55. O Esse etiam fortunam aliquid præter rationẽ, recte dicitur. Ratio nanque aut eorũ est, quæ sunt semper, aut eorum, quæ sunt plerũque. fortuna uerò in his est, quæ præter hæc aguntur.

Expositio. Multa attributa plebs fortunę ipsi dicat, quorũ primũ est irrationale esse, ut illud Senecę. O fortuna uiris inuida fortibus, cur non æque bonis præmia diuidis? Aristo. igitur hoc syllogismo plebis attributum uerificat. Ratio est, aut eorum quæ sunt semper, aut eorum quæ sunt plerũque. Fortuna uerò in his est, quæ præter hæc aguntur: igitur fortuna irrationalis, & præter iustitiam agit.

Quare cũ hæ quæ sic causæ sunt, indefinitæ sint, & fortuna ipsa indefinita sit, nihilominus dubitauerit quispiam, si eius quod à fortuna fit, quæuis causę fuerint necne? ceu ipsius sanitatis, aut uentus, aut ęstus, nõ autẽ tonsio capitis. Causarũ enim per accidens, alię propinquiores aliis sunt.

Expositio. Mouet dubitationem afferens causam dubitationis insimul, cum causæ per accidens & fortuitæ possunt esse infinitæ eiusdem effectus. utrum omnes sint causæ fortuitæ & per accidens illius. Vt quoniã sanitatis potest esse causa

P per se medicus: per accidens uerò faciens uentum ægroto quando non intendit ipsum sanare, sed refrigerare. potest esse & æstuans, quando ægrotum non intendit sanare, sed iuuare tantum: ut astantes agunt, & cæterę id genus. an hę sint causæ fortuitæ: capitis tonsio, uel caput tondens non sit fortuita causa, inquit. Quare cum hę quę sic causæ sunt, hoc est cum causæ per accidens sint indefinitæ, & fortuna ipsa indefinita sit, ubi est dare ꝓpriores & remotiores causas, nihilominus dubitauerit quispiam si eius quod à fortuna fit quæuis causæ, hoc est tam ꝓpinquæ quam remotæ causę fuerint, necne: ceu ipsius sanitatis sit causa fortuita aut uẽtus: hoc est faciens uentũ, aut æstus: hoc est faciens ęstum: non autẽ tonsio capitis ita ut illæ sint causæ. hæc uerò non sint causæ, aut omnes tam hæc quam illæ?

Q Respondet causarum enim per accidẽs aliæ propinquiores aliĳs sunt.) Hæc litera põt intelligi pro nũc hoc modo, ut Aristo. uelit omnes illas esse causas, licet differenter: nam aliæ propinquiores, aliæ remotiores: utræque tamen fortuitæ. uentum faciens, & æstus inducens sunt quidem causæ propriores, quia aliquid agunt in ægroto, at tonsio est remotior causa, cum fere nihil agat in illo.

Hoc quod dicit.) Vt uerò intelligat expositio Auerrois, uolo exponere cõmentum istud. Auer. igitur supponit distinctionem talem, quod causarum per accidens, quædã sunt propinquæ, quædam remotæ, quæ sunt remotæ uidentur esse pure per accidens, & nihil agentes, ut musicum & rhetoricum, & id genus, quæ uerò sunt propinquæ, uidentur magis esse per se. Inde emergit dubitatio an utræque sint uel esse possunt causæ fortuitæ. Ait Auer. quod cum fuerit inter causam per se, & causam per accidens differẽtia deprehensa, non reuoluetur dubitans amplius.

A Et cum dicimus q causa.) Verificatur exemplum eius. ubi scias q ubi nos habemus . non autem tensio capitis. Auerroes habebat. euacuatio autẽ non. & tunc uult q causa casualis sanitatis est aduentus uentorum. aduentus solis, & id genus . causa per se sit euacuatio. Ecce q litera est falsa ut uides.

Exemplum igitur.) Sed dubitatur, quia omnia hæc uidẽtur causæ per se, ut uentus, & æstus, & id genus. igitur exemplum non est ad propositum. Respondet, q in isto exemplo non est dubitatio. quia non uidetur ad propositum. est tamen positum loco eius exempli quod facit dubitare. Et ita est positum loco secundi modi, quo erat dubitatio. Innuit quoq; aliam solutionem, q fortasse istud exemplum est positum loco secundi modi dubitãdi, ut sit secunda dubitatio hæc, quia in quibusdam non possunt discerni quæ sint causæ per se, quæ uerò per accidens, ut in isto exẽplo sanitatis nõ possunt sciri quæ sint per se causæ, quę nõ per se, & quæ sunt casu. Ideo accidit dubitatio an oẽs sint p se causæ, an aliquę sic, & aliquę nõ. & q̃ regula discernẽdi.

B Deinde induxit illam literã.) Causarũ enim. uult Auer. q non sit solutio, sed dubitandi causa. nam cum causæ accidentales sint quædam propinquæ, quædã remotæ. ideo accidit dubitatio an casus sint in utrisq;.

Et hoc est ita.) Causam dubitationis ultra textum talem assignat, q in omni genere rerum est aliquod notum naturaliter, hoc est solo lumine, ut communissima in illo genere, q̃dam ignota ut ultimæ differentiæ. Casus uerò sit genus quoddam habens nonnulla communissima, nonnulla specifica. iure dubitatur de casu. Id autem quod est notum naturaliter in genere casus est, q ipsum esse casum nemo dubitat. Ignota uerò sunt ea q̃ dixit in exemplo de sanitate. Ex his colligi possunt duæ literæ expositiones. prima est utrum tam causæ per accidens proximæ q̃ remotæ possunt esse fortuitæ. Secunda expositio est. q̃do in aliquo nõ possunt discerni, q̃ causæ sint per se, & q̃ per accidens, quę est regula inueniendi illas, q̃ expositionem dedit ipse coa-

C ctus exemplo Aristotelis. Tu uerò non ignores q secunda expositio nullatenus textui conuenit. Prima uerò textum facit mancum. nam tollit solutionem quæstionis, & addit causam dubitationis.

Themistius.) Exponit literam secundum Themistium, & hæc est recta expositio. Vult enim Themist. q Aristoteles parte illa, causarum enim per accidens, q casus quædam sunt causæ propinquæ, quædam remotæ, ut utræq; sunt casus siue fortuna, ut rectæ exponit Themistius exemplum Aristotelis.

Et in quibusdam.) Corrigit literã, & quasi innuit aliam expositionem, & inquit, q loco illius uerbi, non autẽ euacuatio. inuenitur in alio libro, non autem abrasio capitis, & tunc uult q Arist. innuat talem solutionẽ, q causæ per accidens propinquæ sunt enumerãdæ inter causas casus. remotæ uerò non. ut abrasio quæ est causa remota nõ est causa fortuita. Sol uerò & uentus, quia sunt ꝓpinquæ, be-

D ne sunt fortuitæ causæ, Ego uerò pace Auerrois dixerim, puto omnia hæc esse superflua, & potius facere ad confusionem textus, q̃ ad illius intellectum, exposui tamẽ ipsa, quia in hac ætate nostra ita oportet fieri. Dubitãt hic utrũ fortuna debeat dici causa per accidens ex parte causæ, ut musicum & grãmaticum ex parte ædificatoris, an ex parte effectus. Themistius Auerroes. & omnes tenent. q fortuna est causa per accidens ratione effectus, non autem ratione causæ. Sed quidam blacterones obijciunt, quia causa per accidens ratione effectus est illa, quæ ut sic facit aliquem effectum ad quem per accidens alius sequitur effectus. modo fortuna ut sic non facit alium effectum q̃ fortuitum, igitur non potest dici causa per accidens ratione effectus. Dici potest q idem simpliciter secundũ rem est mens & fortuna . mens quidem causa est per se respectu actionis q̃ proficiscitur ab ea cum proposito, hæc eadẽ est fortuna respectu effectus, qui effectui per se coniungitur.

Dubõ.

Rñsio.

Replice.

Responsio

E Tunc argumentum dico, q licet fortuna ut fortuna nõ sit causa, nisi effectus fortuiti ut fortuitus, & mens ut causa per se non nisi effectus per se, non propter hoc sequitur q fortuna sit causa per accidens ex parte causæ, hoc est sit accidens causæ per se, ut musicum & grammaticum accidit ædificatori, sed tantum q distinguitur ratione à causa per se, quàm distinctionem rationis habet ab effectu o. curso-rio. Et ita omnes cõcedunt q fortuna accidit causæ per se saltem secundum modum intelligendi. Sed uolunt distinctionem illam euenire ex parte effectus, non autem causæ & hoc ignorant blacterones. Animaduertendum secundum Themist. q si uelimus scire propriores causas per accidens quæ sint, quæq; remotiores, constituẽdæ sunt actu omnes, & inuenientur fortuitæ aliquæ propinquæ & aliquæ remotæ, ac si simpliciter quæsieris & absolutæ quæ fuerit causa rei fortuite propior, nullam licebit afferre. & ita uult uno modo quæstionem habere locum alio modo

F non habere locum. Habet enim locum, quando fit de causis per accidens, nam tunc inueniuntur aliquę propinquę, aliæ remotæ, non habet locum, quando quæstio fit de causis simpliciter & absolutæ. nam nulla potest causa fortuita propinqua assignari. Et in hoc apparet q̃ male intelligunt Themistiũ recẽtiores hic, qui nec Auerroẽ intelligunt.

Dicitur uerò fortuna, bona quidẽ cum bonum aliquid euenit. Mala uerò, cum aduersi quid. Prosperitas uerò fortunæ, atq; infortunium, cum hęc magnitudinẽ habuerint. Quapropter & cum perparum defuit, ut malum quispiam magnum aut bonum accipiat, infortunatum tum illum aut fortunatum dicimus esse. Propter q mens ita de illo dicit ac si esset. quod enim prauum deest, nihil distare uidetur. Rursus fortunę prosperitas incerta, non sine ratione asseritur. Nam ipsa fortuna incerta est. Impossibile est. n. aut semper aut plerũq; aliquid eorum esse quæ e fortuna proficiscuntur. Tex. 56.

G

Alia fortunæ attributa sunt bonitas & malitia prosperitas & calamitas, demum & inconstantia siue incertitudo, dicant fortunæ bonitatem, cum boni aliquid & prosperi euenit malitiam uerò contra, cum aduersi quid surgit, prosperitatẽ uerò ei ascribunt, cum boni magnitudo uel euenerit, uel prope uentura sit Calamitatem uerò, cum aduersi magnitudo aut acciderit, aut prope euitari non possit. nam quæ prope sunt, ac si præsentia essent diiudicat. Inconstantiam uerò ac incertitudinem, cum ea quæ ab ipsa proficiscuntur, nec semper, nec frequenter occurrunt, siue bona, siue mala, hæc à poetis atq; plebe communiter fortunę dedicantur. Quod uerò ad uerba attinet eutychia græce nõ nunquã euortunium dicitur, & barbare quidem rectius prosperitas fortunæ, & hoc modo transtuli. Similiter distichia, legitur disfortunium, quod nõ placet, ideo rectius infortunium uel calamitas diceretur. Hæc sunt quæ Aristo. uerificat de fortuna. Sed quoniam multa nobis eueniunt à fortuna, maxime bona fortunæ ut externa. ideo est quæstio non parua utrum hæc quæ nobis è fortuna aduenire dicuntur. proficiscantur aliqua è causa determinata, quæ sit per se causa illorum. hoc est quærere utrum euentus fortuiti in hominibus proficiscantur ab aliqua causa per se. Animaduersione dignũ esse triplicia bona, ut animæ uirtus & scientia. corporis, ut ualitudo, & pulchritudo, & fortunæ ut externa, similiter & mala trifariam sunt. bona corporis & bona animæ uidentur non esse à fortuna, quoniã bona animæ intenduntur ab anima ipsa tanq̃ perfectio à perfectibili. Bona corporis sunt bona naturæ, quę ab agẽte intenduntur naturali. Vtrum in nobis naturæ possunt esse fortuita. posterius disputabitur cum de monstris dicetur. Sed utrum bona animæ sint uel esse possint à fortuna: in libro ethicorum omitto. Restat igitur ut disputemus de

Expositie.

H

Quæstio de fortuitis.

Bona tria.

Põ theologorum & nostra.

I bonis fortunæ, utrum uidelicet sint purè & simpliciter casualia, an habeant aliquã causam per se. Quidam dixerũt omnia fortuita comparata ad hominẽ, cui rarenter & præter intentionem eueniunt reduci in prouidentiam, qua ratione fit ut nihil simpliciter fortuitè adueniat, cum omne aduenìens causam habeat, uidelicet prouidentiam. Erunt igitur fortuita, siue bona, siue mala, siue prospera, siue calamitosa, respectu nostri à fortuna, & præter intentionem, respectu diuinæ prouidentiæ per se & determinata. Huius positionis sunt theologi antiqui, & etiam sumus nos. Vt enim nihil est quod non bonitate dei & entitate participet: ita nihil est quod non cadat sub illius prouidentia, cum prouidentia sit æqualis suæ essentiæ. Obijcit autem Aristote. huic in libro de bona fortuna, quia tunc deum prauum iudicem faciemus: nam bonis nonnunquàm mala, & ipsis malis bona distribuit. Amplius ut dicitur in decimo ethicorũm: tunc deus erit iudex distributionis bonorũ & malorũ, hoc nefas est bonitati diuinæ. Tertio ut arguit Auer. tunc deus uilesceret, ut oculus uidens turpia uisibilia. Multa alia alibi diximus. Alij autem dixerũt hæc fortuita euenire nobis penitus à fortuna, nihilq; euenire per se, nisi aut bona naturæ, aut bona animæ. bona uerò fortunæ quando rarenter & præter intentionem contingunt, penitus per accidens proficiscũtur, & penitus à casu: nec oportet reducere illa nisi ad causam per se alium finem intendentem. Huius positionis fuit Epicurus & Auer. qui negant prouidentiam, & fatum. Arist quoq; in isto secundo uidetur nõ reducere hos effectus nisi ad causam per se alium finem intendentem. Doctissimus quoq; Themist. uoluit unammet causam esse per se & fortunã, ut enim ordinata in finẽ quem intendit est per se. ut uerò cum illo fine coniungitur aliquis alius nõ propositus nomen fortunæ sibi uendicat. quæ ratio docet hos effectus esse penitus à fortuna, nonq; esse reducendos in aliam causam, quàm agentem particularem, quæ per se agit aliquem effectum, & per accidens alium illi coniunctum. Sed huic omnes leges aduersantur: omnes enim hæc in deum reducunt aliquo modo. Amplius communis hominum consensus pro bonis recipiendis uota exhibet deo, & pro malis euitãdis etiam, & quod est commune non est penitus falsum. Rursus uetulæ omnes & communiter uiri bona interdum nobis exoptant, interdum mala, quibus irascimur, & à lege puniũtur. Igitur hæc habent causam aliquàm per se, respectu cuius nõ erunt fortuita. Propter hæc Aristote. in libro de bona fortuna tandem hæc fortuita, siue bona, siue mala proficisci dicit ab impetu nobis insito. Fugit enim unumquemq; exortu generatio, neq; suum ferre impetum, quo ad rectè agendum impellitur, quoq; ad malè prauæq; operãdum. Qua ratione fit, ut effectus hi fortuiti respectu intellectus, erunt fortuiti, respectu impetus mouentis intellectum præter rationem, erunt per se. ut enim formica ab instinctu colligit grana: ita homo fortunatus ab impetu mouetur ad prosperitatem futuram. qua ratione fit ut collectio granorum sit per se respectu instinctus: ita fortuiti euentus siue prosperi siue calamitosi erunt per se respectu impetus. Respectu tamen intellectus mouentis præter rationem, fortuiti erunt.

Argumentunt. *Obiectiones Aristo.* K *Secũda põ* *Epicurus, Auer. Aristo.* *Themist.* *Cõfutatio* L *Alia Arist. positio.* M

Qualis Aristo. rñsio. Sed hæc Aristotelis responsio licet sufficiat physicis qui rerum naturas obseruant r sapientibus qui per altiores causas proficiscuntur, non sufficit. nam adhuc remanet quæstionis germẽ. uidetur enim & impetus ipse fortuitus homini datus, instinctus nãq; naturæ speciem totam consequitur: & ideo datur à patre & matre atq; semine. Impetus autem iste cum speciem non consequatur, adhuc sorte & fortuna hominibus accidit. & ita adhuc illius est quærenda causa per se. Patet enim & mater nõ sufficiunt, cum semper filium agerent similis propẽsionis atq; similis impetus, ut pater cholericus, filium facit cholericum, ut narrat Aristote. in libro ethicorũ de his qui uerberant patres. Videtur igitur aliunde causam esse perquirẽdam. Astrologi igitur hos hominum siue impetus siue propensiones

Põ astrologo.

in causas cœlestes reducunt. Qui enim ut ait Ptolomæus habuerit in natali dominum sortis culminantẽ, suis in iurisdictiõibus, beneq; affectum à luminaribus, hic impetũ ex tali nanciscetur constellatione quo iuxta dominatricis stellæ peripaton, siue inambulationem siue profectionem, siue (ut hodie dicunt) directionem ad magnas inopinatas facultates mouebitur. Rursus & qui aliquam stellarum fixarum ex regijs in aliquo cardinalium genituræ locorum habuerit, hic ad magnas inopinatasq; felicitates impetu mouebitur, ut ait Ptolomæus in libro centum enuntiatorum. Qua ratione fit ut prosperitas siue calamitas fortuita sit respectu agentis intellectu præter rationem & raro. Respectu uerò impetus collati in genitura à cœlesti constitutione (quã fatum particularem uocauimus) per se est. Restat autem unum declarandum quonam modo impetus ille, siue propensio nobis ex genitura à particulari fato contingat. res ista non parua est, quãdo nõnulli ex conceptu illum nancisci uelint à fato: Alij ab exitu in lucem: alij ab animatione ipsa. Et si Ptolomæus multum tribuat cõceptui, ut in libro nostro tessarologio diximus, pro nũc imaginandum est cœlestem illam constitutionem (quam fatum particulare appellauimus) aerem nos cõtinentẽ alterare, aer uerò alteratus quasi sibi omnem cœlestem uim absorbens, cum fœtus in lucem editus illum mox alterat intus & extra p meatus & foramina intrans, gñans in illo qualitatẽ quandã, quo modo calor generat in ligno calorem, quam impetum Aristo. uocat. Cicero uerò propensionem ad futuros euentus concitãtem natum pro uaria stellarum profectione ad calamitates atq; prosperitates nato inopinatas. Ptolomæus uocat numen siue afflationem, Socrates autem dæmonium, & rectè ut uides. Et quoniam particulare fatum continetur sub generali, generale uerò sub prouidẽtia ex qua proficiscitur: patet oĩa sub ꝓuidẽtia contineri. Hoc modo fortuita ab impetu proficiscũtur: impetus ab aere alterato: aer alteratus è cœlesti illa siue constitutione siue fato particulari: fatum hoc particulare sub ordine secundarum causarum, siue fato uniuersali continetur. Hoc à prouidentia tandem deriuatum est: omnia igitur sub prouidentia. Tunc non est difficile contraria huic soluere: deus enim prauus esset iudex, quãdo bona malis, & mala bonis distribueret. modo nullum est malum in rebus, ut theologi aiunt: ideo nihil mali agit, nisi comparatione. Ad secundum dico, quod illud conuenit bonitati diuinæ, cum sit rectus iudex, nec id exequatur modo nostro. Ad tertium dicẽdũ: quod uilesceret, si curaret illa modo quo nos curamus accipientes cognitionem à rebus. Quo quidem igitur modo nihil fit simpliciter à fortuna uel casu, sed in respectu ex his modo patet.

N *Vnde nobis impetus fit.* O *Quod oĩa sub deo.* P

Tex. 57

Casus igitur atque fortuna ambo quidem, ut dictum est, causæ sunt per accidens. In his uidelicet quæ neq; simpliciter, neq; plerunq; fieri possunt, atq; horum in his, quæ alicuius gratia sunt.

Q *Expositio.*

Epilogat definitionẽ casus & fortunæ sub quadam communi ratione, & inquit, ambos esse causas per accidens, eorum uidelicet, quæ neq; simpliciter neq; plerunq; sunt, aut fiunt, atq; horum in his, quæ alicuius gratia sunt. Hæc omnia partiliter & minutatim non semel sunt exposita.

Tex. 58

Differunt uerò, quoniam casus ipse ad plura se extendit, quando quidem id quod à fortuna fit, à casu etiam proficiscitur. Hoc autem non omne à fortuna euenit. Fortuna quidem enim & quod à fortuna. In his est, quæ & fortunata existunt, & omnino quibus actio competit.

Expositio.

Hactenus communiter casum & fortunam declarauit: nunc inter illa differentiam statuit, quod casus in pluribus affertur, quicquid enim fortuna facit, facit & casus. Non continuo quicquid fit casu, fit itidem à fortuna. ut uerò al-

A tius differentia perquiratur in quibus sit fortuna, atq; quibus sit casus altius excolit. & primo in quibus fortuna.d. fortuna enim & id quod à fortuna est, circa eas res uersantur, quibus adest ea natura ut fortunatæ possunt dici. & demum circa eas ad quas pertinet actio. Animaduersione dignum est multotiens concretum esse notius abstracto. Aristo. igitur fortunam uersari circa actiones humanas eo probat, quia fortunati circa eas uersantur. ut quasi arguat. circa ea est fortuna, circa quæ & fortunati uersantur. Sed circa actiones humanas fortunati euadunt. igitur & fortuna. maior patet, quia è fortuna, quæ græce est tyche descendit eutychesae, quod latinè sonat esse fortunatum. minor patebit, quia non dicimus inanimata fortunata: sed homines circa actiones humanas. Sed dubitatur utrum casus sit genus fortunę: Respondet Auer. ꝙ capiendo casum, quod ipse uocat ex se proprie, secundum id quod significat proprie, non est genus ad fortunam, quam ipse casum uocat, sed ex se id est casus, & casus id est fortuna acceptæ secundum pro- B pria significata sunt duæ species, quarũ altera ut casus est in rebus naturalibus, fortuna uerò in rebus uoluntarijs: at capiendo hæc communiter, sic casus, quem uocat ex se est conueniens rebus naturalibus & uoluntarijs: fortuna uerò in rebus uoluntarijs tantum.

Tex.58. Quapropter & circa res quæ aguntur, fortuna sit necesse est. Signum autem idest, nam prosperitas ipsa aut idem quod felicitas, aut prope esse uidetur. Felicitas autem actio quædam est, est enim bona actio. Quare quæcunque agere nequeunt, ipsa nequaquàm à fortuna aliquid efficiunt.

Expositio. Vlterius declarans circa quæ fortuna uersetur, ex dictis concludit, quapropter & circa res quæ aguntur atq; geruntur fortuna sit, necesse est. ea quę geri possunt agiq; C ab Aristotele practica dicuntur. Sunt autem ea, ut in tertio ethicorum scribitur, quæ uoluntate & consilio fiunt. rem hanc approbat signo maxime, ꝙ omnis felicitas sit actio quædam, cum sit bona actio quæ græce eupraxia. prosperitas uerò ipsa, quæ grece est eutychia, est fœlicitas, aut prope felicitatem. igitur prosperitas & fortuna circa actiones erunt: qua ratione fit, ut quæcunq; agere nequeunt ut bruta & id genus, ipsa nequaquã à fortuna aliquid efficiunt, animaduersione dignum de fœlicitate fuisse positiones duas cõmuniter celebratas. Prima. ꝙ fœlicitas consistat in congregatione bonorum exteriorum, unde et locupletes uocant felices. Secũda uult ꝙ felicitas sit in actionibus studiosis, quę uirtute aguntur: non tamen sine bonis exterioribus. nam per bona exteriora multæ uirtutes saltem instrumẽtaliter fieri possunt, ut liberalitas, munificentia, splendor, magnanimitas, & id genus. Iuxta primam positionem Aristote. ait D prosperitatem esse felicitatem. Iuxta secundam dixit, aut prope esse uidetur, quia nõ sine prosperitate, cum sit ueluti decus, aut instrumentum multarum uirtutum, ut dicitur primo ethicorum.

Tex.59. Quamobrem neq; inanimale, neq; brutum, neq; puer fortuito quicquam facit, quia electione carent: neq; prosperitas fortunæ, neq; infortunium his competit; præterquam per translationem quãdam, quemadmodum. Protarchus inquit, fortunatos esse eos lapides, ex quibus simulacra deorum fierent, quia honorantur. Coniuges uerò ipsorum conculcantur. Pati uerò à fortuna & his aliquo modo inerit, cum is qui archa ipsa quicquam egerit, fortuito agit. modo uerò alio nequaquam est.

Ex his concludit ea in quibus non est ipsa fortuna: & E uult ꝙ neq; inanimale, neq; brutum, neq; puer fortuito quicquam facit, quia & electione & consilio carent, circa quod fortunã consistere diximus. Rursus his neq; prosperitas fortunę neq; infortunium competit, præterquã per translationem quandam & similitudinem quemadmodum Protarchus inquit, fortunatos esse lapides, ex quibus aræ, siue altaria, siue simulacra deorum fierent, quia honorantur, coniuges uerò ipsorum, qui sunt eiusdem speciei: contra infortunatos ait, quia humi strati pedibus conculcantur. Declarat tamen hæc inanima posse pati à fortuna aliquo modo, saltem quando qui agit à fortuna, circa ipsa fortuito, agit, ut dicimus nauim pati à fortuna, & ciuitates, & cætera id genus, & ita in anima, & si agere non possunt fortuito, pati tamen fortuito possunt ab his quæ agunt fortuito. & dixit aliquo modo, qa reuera nec pati à fortuna dicuntur, nisi aliquo modo, ut subiecta aut instrumenta agentis fortuito, quo modo idola & deorum simulacra patiuntur, quia recipiunt agen- F te fortuito. Talia igitur, ut Auerroes inuit, dupliciter fortunata dici possunt, tum per translationem & similitudinem, tum quia patiuntur ab agente fortuito operante.

Expositio. (E)

At casus & cæteris animalibus, & pluribus inanimis competit, ut equum casu dicimus uenisse, ut euasus sit profectus: non autem euadendi gratia uenit, & tripodam etiam cecidisse casu. Stetit enim ut sit sedens, sed non huius gratia cecidit. Tex.60.

Hactenus in quibus sit fortuna & in quibus non sit, exposuit: nũc uerò ut differentia compleatur in quibus casus sit, explicat, & uult casum reperiri non tantum in hominibus, sed in cæteris animalibus. Itemq; & in rebus inanimis pluribus, ut tripodam dicimus casu cecidisse ut fieret sedes, quod est præter intentionẽ eius ad quod instituta fuit. erat enim facta ut erecta esset sedes, & non ut cadens esset sedes. & dixit in pluribus inanimis, quia G fortasse non nisi in illis quæ ueniunt ad usum nostrum ut artificialia, & nonnulla naturalia. Expositio

Quare perspicuum cum eorum aliquid quæ simpliciter alicuius gratia fiunt, cum non eius quod euenit gratia factum est, quorũ causa est extra, tunc nos casu id fieri dicere. Horũ autem fortuito ea fieri, quæ eligibilium casu fiunt in his quæ electionem habent. Tex.61.

In quibus sit fortuna, & in quibus non sit, rursus & in quibus casus, declaratum est. nunc differentiam & conuenientiam, colligit in uno, & inquit, quare perspicuum cum eorum aliquid quæ simpliciter alicuius gratia fiũt, H cum non eius quod euenit gratia factum est, & quorũ causa sit extra intentionem agentis, & non contenta in intentione agentis, tunc nos casu id fieri dicere. Est igitur casus causa per accidens eius quod euenit præter intentionem in his quæ fiunt gratia alicuius. Horũ autem fortuito ea fieri quæ eligibilium casu fiunt, in his quæ electionem habent. & ita casus uidetur genus fortunæ, ut patet per eiusmodi definitiones. Auer. hic sumit simpliciter pro uniuersaliter, & cõmuniter, ut distinguitur contra partem & speciem siue singulare, & potest stare. Expositio.

Signum uerò est quoniam frustra tunc esse dicitur cum id quod erat alicuius gratia, illius gratia non est factum. Vt si deambulatio egestionis gratia esset, si non euenit ei qui deambulauit, frustra illum deambulasse dicimus. Frustra quoque deambulationem fuisse. Vt sit id frustra quod aptum est esse alicuius gratia, cum id non Tex.62. Tex.63.

I efficiat cuius gratia erat, & aptum erat. Nam si quis lauisse se frustra dixerit, quia sol non defecit ridiculus utiq; erit. Non enim illius gratia illud erat, ita casus suo nomine tunc dicitur cum id frustra fit: cecidit enim non percutiendi gratia lapis. A casu ergo cecidit lapis, quia cadere ab aliquo & percutiendi gratia potest.

Expositio. Vt Themistius inquit, probat Aristote. quod modo dixerat: uidelicet ꝙ casus in his fit, quæ sunt alicuius gratia. Et arguit sic. frustra est in his quę alicuius gratia fiũt, & apta sunt fieri. casus aut est frustra, aut ipsi proximũ. igitur in his est quæ alicuius gratia fiunt, & apta sunt fieri: adiecit & apta sunt fieri, quia si quis lauisse se frustra dixerit, quia sol non deficit, hic dicẽs ridiculus utiq; erit: non enim illius gratia illud erat aptum esse. Maiorem probat, non aliter, quã per communem consensum omnium eorum, qui nomine casus utuntur: omnes enim ad

K illum sensum eo utuntur. Quod uerò casus sit frustra, declarat à deriuatione nominis & ab exemplo. deriuatione nominis quidem, quia casus græce est automaton dictum ab auto græce, latinè ipsum: & mates latinæ frustra, siue temere, siue uanum. Quo fit ut automaton græce, latinę fit idem quod ipsum frustra. Exẽplo uerò idem probat, quod translatione ipsa patet. Sic igitur patet casum esse in his quæ alicuius gratia aguntur, & apta sunt agi illius causa. Annotauit Auerro. in hoc cõmen. 63. ꝙ res fit frustra uno modo simpliciter, ut quando nihil fit. Interdum secundum quid ut quando aliquid fit, sed præter intentionem. Dubitant recentiores utrũ id quod casu fit, fiat uel aptum sit fieri à causa aliqua per se. Respondent recentiores ꝙ capiendo casum ut distinguitur contra fortunã id quod est à casu impossibile est esse ab aliqua causa per se: ut dicit Auer. octauo huius. cõmen. 46. non autem capiendo casum large. Dicit etiam secundo

L ꝙ capiendo casum proprie, nõ reperitur ubi effectus intentus prouenit, sed bene capiẽdo casum communiter. Blacterones his obijciunt. Contra primum quidẽ, quia si lapis moueretur deorsum, non ut frangeret ollam & frangeret, fractio ollæ est à casu, & apta est esse à causa per se, ut si lapis proiectus ab aliquo intendente illam fractionem. Multi alij casus fiunt ad idem, qui omnes unam habent uim. Contra secundum uerò, quia si recederet equus ab hostibus, & ueniret ad stabulum comedendi gratia & comederet, salus eius esset casualis proprie, & tamẽ eueniret finis ab equo intentus. Amplius si lapis deorsum mouetur & frangeret caput blacteronis, fractio esset casualis proprie: & tamen ueniret effectus intentus à lapide: uidelicet descensus. Defendi possunt recẽtiores his à captiunculis, nam ipsi loquũtur in casu naturali, est autem casus naturalis mõstrum, quod uidelicet fit actione naturæ alteratiuæ per dispositiones

M præuias qualitatiuas & quantitatiuas. cuiusmodi non sunt motus equi, neq; lapidis, neq; taliũ id genus. Monstrum enim quod casu isto modo naturali fit, fieri nõ potest ab aliqua causa per se, quoniã tunc una species posset proficisci à natura & à casu. Et ꝙ hæc sit intentio recentiorum patet per exempla eorum, & per dictũ, quod per se ducunt ipsius Auerrois. Qua ratione fit ꝙ ita sumendo casum reperiri non potest ubi effectus intentus proficiscitur, nisi idem esset à natura & præter naturam.

Et licet hæc solutio satisfaciat captiunculis, non satisfacit ueritati. nam Ptolomæus omnium sapientum princeps monstruosas generationes casuales penitus esse nõ uult: ut in tertio apotelesmatum declarat. has enim reducit ad maleficas stellas. Inquit enim. Si lumina cadãt ab angulis, sinq; sine figura ad horoscopum, & maleficę stellæ in centris duobus, aut ænigma est puerperiũ, aut talis qui editus est infelicissimus. Ponit etiam regulas discernendi species monstruosorum partuum per stellarum constitutiones, quæ ratio docet monstra esse nõ naturalia & casu respectu agẽtis particularis naturalis: per N

se uerò sunt respectu cœlestis constitutionis. Dictũ uerò Auerro. in. 8. disputabitur, nunc uerò dici potest ꝙ id quod est casu naturaliter, ut sic loquimur, non potest esse à natura alia particulari eiusdem speciei uel generis, potest tamen esse à cœlo, quod est causa uniuersalis. Qua ratione fortasse recentiores ipsi defendi possunt, & recte dicetur.

Maxime autem separatur id quod à fortuna fit in his quæ à natura fiunt. Cum enim aliquid præter naturam effectum est, tunc non à fortuna, sed potius à casu effectum esse dicimus. est autem & hoc aliud; illius quidem enim externa: huius uerò interna causa est. quid igitur sit casus, quidq; fortuna, atq; quo etiam pacto inter se differunt, iam diximus. Tex. 64.

O

Vnde commodius differentiam casus à fortuna discere quispiam possit, nunc tradit di. cum enim aliquid præter naturã effectum est: ut monstrum ueluti manus sex digita & scruthocephalus, tunc nõn à fortuna, sed potius à casu id effectum esse dicimus. qua ratione sequitur secunda differentia, ꝙ monstri quidem causa est interna ut materiæ exuperantia, aut defectus: fortuiti uerò euentus causa est externa. nam fortuitus euentus est in re artificiali uel in actionibus: causa uerò est in nobis, ut intellectus & uoluntas. Sed dubitabis, quia si monstrum habet intrinsecus causam, tunc propriam & certam habet causam: igitur non casu fit. Respondet Themistius ꝙ sicuti in fractione capitis à lapide descendente, descensus habet causam per se intrinsecã, ut pondus & grauitatem: non autem percussio. grauitas enim non est causa percussionis, sed casus percussionem fecit. ita natura est causa ꝑ se substãtiæ & generationis monstri, non autẽ monstruositatis: sed de his postmodũ. Expositio. P

Vtrunq; uerò ipsorum in modum eius causæ recidit quæ inter causas est, unde est principium motus. Nam aut alicuius eorũ quę natura sunt, aut mente, semper causa est. Sed horum multitudo indefinita est. Tex. 65.

Nunc uerò in quod genus causæ recidant casus & fortuna disputat, & ait eos reduci in genus causæ efficientis, & potest syllogismus componi: causa eorum quæ sunt à natura, & eorum quæ sunt à mente in genus causæ agentis recidit, quia aut ad intellectum aut ad naturam. Dat minorem di. nam aut alicuius eorum quæ natura sunt, aut eorum quę sunt mente semper causę sunt. Sed tamen hæc est differentia ꝙ mens & natura sunt causę definitæ: casus uerò & fortuna (cum sint per accidens) sunt indefinitæ. Expositio. Q

Cum casus atq; fortuna causæ sint eorum, quorum aut mens, aut natura causa fit tunc, cum per accidens horum ipsorum quædam causa fit, atq; nihil per accidens prius fit, eo quod est per se, patet nullam per accidens causam priorem esse ea quæ est per se. Casus igitur atq; fortuna posterius sunt & mẽte & natura ipsa. Quare si quã maxime cœli casus causa est, mens atq; natura ipso priores sint, atq; multorum aliorum & huius uniuersi causę, necesse est. Tex 66. Tex. 67.

His ꝑtractatis, nunc quid oportet concedere eos qui casum autumant cœli causam esse subiungit. Primo syllogizans naturam & uoluntatem priores esse casu hoc modo. Causæ per se priores sunt causis per accidens. Expositio.

A Intellectus & natura causæ per se sunt, casus & fortuna causæ per accidens. igitur intellectus & natura priores. primo ponit minorem dic. Cum casus atque fortuna causæ sint eorum, quorum aut mens, aut natura causa fit per accidens, tunc uidelicet cum per accidens horum ipsorum mens, aut natura causa fit, quasi dicat, quia casus & fortuna sunt causæ eorum, quorum mens uel natura sunt causæ per accidens, hæc est maioris uis, dat minorem & conclusionem, & translatione patent. Ex iis concludit quid oportet concedere dicentes casum esse causam per accidens cœli, & inquit, quare si quàm maxime cœli casus causa est, & mēs atque natura ipso cœlo priores sint, necesse est, quoniam sunt priores casu, & necesse est mens & natura sint causæ multorum aliorum per se, ad quorum generationem cœlum ipsum casu factum est, & tandem necesse est causæ sint mens & natura totius uniuersi generabilis & corruptiui, quoniam hæc generantur ad generationem illorum. qua ratione fit ut B mens & natura sint omnium causæ primæ, licet quorundam per se, aliorum per accidens, quod ipsi negabant ponentes casum omnium causarum primam.

Tex. 68. Esse autem causas, & tot esse numero quot diximus patet. tot enim numero quæstio propter quid complectitur. Nam ipsum propter quid, aut ad ipsum quid est reducitur ultimum in immobilibus ueluti in mathematicis. Ad recti enim aut commensurabilis, aut alicuius id genus ultimo definitionem reducitur, Tex. 69. aut ad id quod primum mouit, ut propter quid bellum gesserunt, quia templum spoliauerunt. Aut in id cuius gratia, ueluti ut imperium consequantur, aut ad materiam in his C quæ fiunt. Quod quidem igitur causæ hæ sint, & tot, perspicuum.

Expositio Demonstraturus Aristote. considerationem de omnibus causis esse naturalem, primo breuibus resumit causarum rationem per rationem quandam dialecticam. ut recte Auer. sentit, accepit autem ratio hæc duo præcipua. quorum primum est quæstionem propter quid causam quærere, secundum est omnem quæstionem reduci in quatuor. erit igitur dialecticus syllogismus. causæ sunt tot, quot quæstio propter quid complectitur: quæstio propter quid quatuor complectitur, quatuor igitur causæ. quod quatuor complectitur. Aristote. exemplis declarat: quæ res translatione ipsa patet.

Tex. 70. Cum autem causæ quatuor sint, de omnibus scire naturalis Philosophi est, atque ad omnes ipsum propter quid reducens ipse materiam, formam, id quod mouit, & id gratia D cuius assignabit naturaliter. plerunque tamen tres in unum accedunt. ipsum enim quid est, & id gratia cuius unum sunt, ea uerò unde primum motus proficiscitur, specie eadem iis est. homo enim hominem generat.

Expositio. An p qdlibet genus cāe possit fieri demō. stratio. Quatuor esse causas hactenus conclusit, nunc quod per earum singulam definiat, atque demonstret physicus consequenter subiungit, & hæc ait. cum autem causæ quatuor sint, sequitur quod de omnibus scire naturalis Philosophi est, & hoc quo ad definitiones. atque ad omnes ipsum propter quid reducens ipse physicus, materiā, formam, id quod mouet, & id gratia cuius omnium affectionum naturalium seorsum naturaliter assignabit, nam homo morietur, aut quia est animal rationale mortale, aut quia E efficiens illius anima migrat è corpore, aut quia ex materia tali existit, quæ sit obnoxia corruptioni, aut quia illi est melius mori. sic igitur cuiuslibet affectionis naturalis reddi possunt causæ quatuor omnes seorsum. & hoc quo ad demonstrationem. Sed quia dixit affectiones naturalis cuiuslibet posse reddi quatuor causas seorsum, & posset quis credere hoc fieri semper: docet non semper esse sic agendum, cum plerunque tres causæ recidant in unam. & hoc inquit: plerunque tamen tres in unū accedunt. ipsum enim quid est, quod est forma & id gratia cuius, quod est finis unum sunt. ea uerò unde primum motus proficiscitur, specie eadem his est, quia homo hominem generat. & ita in actione uniuoca agens & effectus specie unum sunt. quæ ratio docet nonnunquam demonstrationem esse unam unius affectionis, quæ tamen amplectitur tres causas in unum.

Quod oportet.) Auer. reddit causam ultra textum, cur oportet de omnibus causis dicere, & ait hoc esse, quia naturalis pertractat de materia: ideo infert quod debet de F omnibus pertractare. Sed dices. non magis materia respicit alias causas, quàm aliæ respiciant materiam. igitur à pari omnes aliæ quæ agunt de aliis, considerabunt de omnibus. Dici potest quod tractans de materia tractat de aliis in processu demonstratiuo, qui terminat quæstionem an est. naturalis enim Philosophus probat materiam esse, & quia hic apparet materiam esse, apparet formam esse, quia nunquam materia est sine forma, ubi forma est, cum appareat nullam formam esse materiæ coæternam, apparet agens. & cum omne agēs agat propter finem, apparet finis, quare quæstio an est materia est quæstio omnium causarum, & si hic apparet materiam esse, apparet cæteras causas esse. aliæ uerò scientiæ, & si considerent omnes causas, non hoc modo, sed supponunt illas esse. An cuiuslibet rei naturalis sint q̃tuor cāe & nō pl'es.

Et accidit in scientia, secundo declarat quo modo finis & forma concurrunt in unum, & uult quod forma con- G currat cum fine generationis, quæ est ipsamet forma, & non cum fine rei generatæ, quæ est perfectissima operatio rei factæ. uult secundo quod efficiens concurrat cum forma & fine, quotiens generatio ipsa est ab uniuoco, & non æquiuoco, ut generatio muris à calore cœlesti. cum fine etiam generationis non rei generatæ, & tertio in idem specie non in idem numero. quæ ratio docet Aristote. recte adiecisse plerunque siue multotiens, quia non semper recidunt in unum, nisi his seruatis.

Tex. 71. Et omnino quæcunque motæ mouent. quæ autem non, considerationis naturalis amplius non erunt. non enim in seipsis motum habentes, aut motus principium mouent. sed immobiles mouent, quapropter tres erunt tractationes, una circa immobile, alia circa id quod mo- H uetur quidem, sed incorruptibile. Alia circa ea quæ corruptibilia sunt.

Expositio Quia de causis esse considerationem naturalem accepit, & causæ effectrices multifariæ sunt, ideo docet quæ ad naturalem, quæque ad alios artifices spectēt, & inqt. Et omnino quæcunque motæ mouent sunt considerationis naturalis, quæ autem non mouent, cōsiderationis naturalis amplius non erunt: cuius causam reddit, quæ translatione patet ipsa. tunc concludit. quapropter tres erūt tractationes, una circa immobile, cuiusmodi est ens abstractum. alia circa id quod mouetur quidem, sed incorruptibile est, cuiusmodi est cœlum. alia circa ea quæ corruptibilia sunt, ut sunt corpora elementaria uel ex his mixta. mouet. Auer. in commento. 71. quæstionem cum

I Aristote. ait tria esse negocia, quod græce est pragmatię, pro quibus accipit negocia pro artibus & scientijs. an pro rebus quę substant artibus. & arguit ꝙ non possunt intelligi per negocia artes ipsę, quoniam tres sunt artes, metaphysica de rebus immobilibus penitus separatis: mathematica de immobilibus, sed coniunctis mobilibus, naturalis de mobilibus. Contra arguit Auer. quia de mobilibus & corruptibilibus & incorruptibilibus, quæ explicat in textu, est una scientia ut physica, quæ & de cœlesti mobili & de elementis corruptibilibus agit. igitur non artes intelligere potest. Propterea uult ꝙ Aristote. diuidat res ipsas, non tamen uult per diuisiones rerum innuere diuisionem scientiarum. signum affert, qa scientia diuina considerat corruptibilia & incorruptibilia, quoniam est de omnibus. & ita de ambobus, quatenus existunt & sunt una, & quo ad prædicata alia metaphysica. sed quis obiiciet Auer. quia tunc corruptibile K consideratur à naturali & à metaphysico. Respondet Auer. ꝙ cum ens diuiditur secundum considerationem demonstratiuam, hoc est inquantum de ipso possunt prędicata diuersorum generum demonstrari, intrabit una natura realis in diuersas artes secundum distinctionem prędicatorum. ueluti de numero considerat metaphysicus & mathematicus secundum diuersa prædicata: & de corpore mathematicus & naturalis similiter: sic in proposito de corruptibilibus considerat physicus quo ad prædicata motũ includentia: metaphysicus uerò quo ad prędicata communia abstractis & mobilibus ut sunt ens, unum actus & potentia, & id genus. quare concludit uelle Aristo. res diuidere non artes. Sed pace Auer. dixerim. hæc expositio est ualde extorta: græce enim pragmatiæ sonat tractationes: pragmata uerò sonat res. propterea ut mihi uidetur Aristote. tractationes uult, & non res tractatas. tunc dicere de immobilibus esse me- L taphysicam, de mobilibus incorruptibilibus esse mathematicam: utpote eam partem quę de cœlo agit, uidelicet astronomia. hæc enim est pars nobilissima mathematices. de mobilibus corruptibilibus est naturalis. Ad rationem Auer. dico ꝙ licet physica sit de mobili corruptibili & incorruptibili, non est de illis una ratione, ut dictum est. Similiter licet metaphysica sit de omnibus, ut ipse respondet, non est de illis una ratione. & si dicitur ꝙ astronomia est magis naturalis: igitur non facit considerationem diuersam à naturali. Respondeo ꝙ licet secundum rem sit magis naturalis, secũdum denominationem, est mathematica & loco omnium mathematicorum Aristo. utitur ipsa hic.

Tex. 72. M Quare ipsum propter quid ab naturali Philosopho, qui ipsum reducit & in materiã & quod quid est, & in id quod primum mouit, assignatur. Nam de generatione maxime hoc modo cõsiderant quid post, quid fit, quod primum fecit, atque quid passum est: & sic semper quod est deinceps.

Expositio. Quod naturalis de quatuor causis consideret ex dictis concludit, & nouis argumentis ꝑsuadere icipit, & inqt. Quare ipsum propter quid à naturali Philosopho qui ipsum reducit & in materiam, & in quod quid est, hoc est formam & finem, & in id quod primum mouit assignatur. & ita conclusio est ꝙ ipsum propter quid consideratur à naturali Philosopho ut reducitur in quatuor causas. & hoc syllogizat, quia qui habet agere de generatione, de causis agit generationis & accidentibus illius. tũc ponit minorem. d. nam de generatione maxime hoc modo considerant quid post alterationem uidelicet & trãsmutationem, & hoc quo ad finem. quid fit, & hoc quo ad formam, quid primum fecit, quo ad agens, quid passum est, quo ad materiam, & sic semper quod est deinceps ut sunt accidentia per se. N

Tex. 7[illegible] Principia autem ea quæ naturaliter mouent, duplicia sunt, quorum alterum naturale nõ est. non enim habet motus principium in seipso atque tale est si quid moueat & non moueatur, quemadmodum id quod est immobile penitus, & quod est omnium primum.

Exposi[tio] Qui dixerat naturalem considerare de agente considerationem, & primum omnium agens est penitus immobile: ne quis credat naturalem de illo considerare, subiecit diuisionem motoris: cuius alterum membrum quod est physicum omisit: metaphysicum uerò describit. & sermo translatione ipsa patet. tria Auer. in commen. 73. innuit. primum est ꝙ consideratio quidditatiua primi motoris non est naturalis, sed metaphysica: sed consideratio illius quo ad an est, est naturalis, ut multotiens diximus. secundum est syllogismus probans rem hãc sic. O motor naturalis habet principium motus quo mouet: primus motor nõ habet principium motus quo mouet. igitur primus motor non est naturalis. tertium est ꝙ primus motor est omnium primus, quoniam cæteri motores cœlorum non mouent nisi moueantur ab eo ex commento, igitur hæc excerpta sunt. Sed contra hæc possent esse dubitationes. contra primum quidem, quia primus motor nullam habet quidditatem. omne enim habens quidditatem est compositum ex forma & materia, ut dicitur. 7. metaphy. non semel ab Auer. contra secundum uerò, quia minor syllogismi uidetur falsa. habet enim primus motor principium quo mouet cœlum & totam naturam: uidelicet intellectum & uoluntatem: cõtra tertium uerò facit, quia cæteri cœlorum motores sunt indiuisibiles sicut & primus: igitur moueri non possunt, nec ã primo, nec à se. Defendi potest Auer. Ad primum dico, ut alibi diximus, ꝙ primus motor consideratur quid- P ditatiue in metaphysica si haberet quidditatẽ. ubi enim eius propria quidditas haberetur, non nisi in metaphysica tractaretur. aut si non habet quidditatem uniuoce, habet eam æquiuoce, per quandam aggregationem prędicatorum, quæ se habent ut per se, & de hoc satis superius diximus. Ad secundum dici potest ꝙ Auer. intẽdit per habere principium motus in se, quando illo principio mouetur mouens ut motores naturales faciunt, non sic sunt intellectus & uoluntas. Ad tertium quicquid uelint iuniores, dico ꝙ cæteri motores mouent dependenter à primo in tribus generibus causæ finalis, formalis, & agentis: ut in libro destructio destructionũ est disputatum. primus uerò mouet penitus independẽter, & sic intelligit Auer. Aut dici potest ꝙ cæteri motores mouent moti saltem per accidens, quia mobilia eorũ mouentur, ut dicetur. 7. huius. commẽ. 52. primus uerò mouet penitus immotus & per se & per accidens.

Tex. 7[illegible] Q Et quod quid est forma, atque finis cuiusque causa cętera sunt.

Expo[sitio] Quòd ad naturalem cæteræ causæ attineant, declarat. & inquit. Et quod quid est forma, atq; finis, cuiusq; causa cętera sunt, subaudi considerationis sunt naturalis. uerbum illud, atq;, græce est, gar, quod non tenetur ut causæ redditiuum, sed ut continuatiuum: propterea sic transtuli.

Quare cum alicuius gratia natura agat, & hãc scire oportet, & ipsum propter quid omnino reddendum est, uelut ex hoc id fieri necesse est. ex hoc uerò aut simpliciter, aut plerunque. & si hoc esse debeat ceu ex propositionibus ipsa conclusio, & quia hoc erat ipsum quod quid est, &

quia

A quia hoc modo melius est, non simpliciter, sed pro cuiusque natura.

Expositio

Docet nunc usum omnium causarum in rebus & effectibus naturalibus. & primo concludit propositum ex iam dictis.d. Quare cum alicuius gratia natura agat, & hanc ipsam naturam scire oporteat, eiusq; effectus naturales, iure & ipsum propter quid omnino in omnibus naturalibus quæsitis reddendum est, non tamen semper in uno genere causæ. interdum enim in genere efficientis causæ uelut ex hoc id fieri necesse est, ut pulposas homo tibias habet, quia à pulposas habente editus est uerum quædam est differentia, & hoc subdit. ex hoc uero agente proficisci illud effectum est, aut simpliciter & necessario ut in sempiternis. Sole enim intrante leonem semper calor nobis æstiuus est, aut plerunq;, ut in naturalibus effectibus: modo demonstrationes esse per ea quæ sunt plerunque non inconuenit. ut primo dicitur poste. deinde tradit modum per causam ut materia. d. & B si hoc esse debeat ut materia id debet esse ut effectus, ut quoniam materia carnis quæ in cæteris animalibus uadit ad caudam, in homine non potest ire, quia est sine cauda, ideo tibiæ carnulentæ sunt, ceu ex propositionibus ipsa conclusio, nam propositiones sunt ut materia, conclusio ut forma, & propterea subdit, & quia hoc erat ipsum quod quid est, ut quoniam habere carnosas tibias est forma hominis & illius pulchritudo. ideo carnosas habet tibias, & quia hoc modo melius est, hoc est, quia finis est iste & melior. nam cum homo ambulet recte, melius est habere tibias carnosas ut calor in illis diutius & fortius immoretur pro actione agēda. dico quia hoc est melius non simpliciter, quia finis simpliciter melior est in tota natura deus, sed pro cuiusq; natura & specie est melius ad actionem faciendam. sic igitur carnulentiæ tibiarum in hominibus reddi possunt quatuor causę, & C similes rationes inuenies in libro de animalibus. quę ratio docet naturalem in suis rationibus uti interdum omnibus, interdum pluribus, interdum una causarum, ut modo quo explicatum est. Auer. in commento. 74. non nulla utilia, quæq; non multum ad sensum literæ expressit. primum ꝙ naturam agere propter finem est maximum fundamentum sciētię naturalis, & hoc est uerum, quoniam si natura non agit propter finem, sola materia inter causas erit enumeranda. & ita tollentur cætere causæ, ut declarauit Auer. in primo huius. secundum est ꝙ demonstrationes naturales à causa ad effectum nō sunt ex simpliciter necessariis, cum ab illis euentus plerunq;, proficiscātur uero ab effectu ad causam demrones sunt simpliciter necessariæ, quia ab effectu sequitur causa in naturalibus. tertium est ꝙ nobilitas non competit formæ quatenus forma, quia abstrahit à nobilitate & ignobilitate, ut forma mathematicæ, quę nec est nobilis, nec ignobilis, sed accidit sibi quatenus finis est. qua ratione D fit ut formæ quæ sunt ex necessitate materiæ, cum cadāt à ratione finis, nec dicuntur nobiles nec ignobiles, cuiusmodi sunt fortasse dimensiones, quæ nec agunt nec patiuntur. sed istud dictum Auer. fuit semper mihi dubiū, quia quælibet causa suo genere est nobilior causato, & forma ut forma est dignior ipsa materia: igitur formæ ut forma est competit nobilitas. Dici potest ꝙ Auer. per nobilitatem hic intelligit gradum perfectionis sumptū ab operatione, & quoniam formæ mathematicæ non agunt, neq; patiuntur, tali nobilitate secunda non dicuntur nobiles, bene tamen nobilitate prima. Iuniores aliter dicunt, & non est malum ut mihi uidetur. Sunt tamē qui faciunt differentiam inter nobilitatem & perfectionem: dicentes nobile sumi per rationem finis, perfectum penes distantiam à non gradu. hæc differentia ficta est, & ubiq; ab Auer. inuenitur corrupta. Diximus alias duplicem esse nobilitatem. alteram, quæ ab operatione ipsa colligitur, & hac operatione naturales formæ esse possunt nobiles, quatenus quidem & operantes & agentes sunt siue actionum principia, quaq; operatione formæ mathematicæ minime nobiles esse possunt, cum sint quantitates quę non sunt de principiis actiuis: alteram ut intenduntur ab agente, & hæc sibi competit, ea ratione qua finis. quo etiam modo nec formæ mathematicæ nobiles esse poterunt, cum abstrahant à fine. E

Ꝛ. ppōnes sunt materia conclusiones

Dicendum igitur, primo quidem naturam ex iis esse causis, quæ sunt alicuius gratia: deinceps de necessario quo modo se habeant in naturalibus rebus. cuncta enim omnes in hanc redigunt causam: argumento ꝙ calidum & frigidum & id genus suapte natura sint talia quæ necessario sunt & fiunt atq; apta sunt. etenim & si aliam causam dixerint: hic quidem discordiam & concordiam: ille uerò mentem, tangunt illam soiū, eam ualere sinentes. Tex. 75.

F

Expositio.

Duas proponit Aristote. res disputare. prima est an natura ex iis causis sit, quæ causant alicuius gratia, & agat propter finem. huius quæstionis utilitatem postea dicemus: deinceps secunda res erit de ipso necessario quo modo se habeat in rebus naturalibus: utrum ex ipsa sola materia proficiscatur, an ab agente, an fine ipso. causam huius reddit. d. cuncta enim quæ in naturalibus uisuntur in hanc, hoc est in materiam causam redigūt, & omnem inde necessitatem proficisci dicunt. Argumento ꝙ calidum & frigidū, & id genus suapte natura sint talia, quæ necessario sunt & fiunt & apta sunt esse & fieri, utpote calidum sursum duci, frigidum deorsum. amplius calidum talem agere effectum, frigidum illum, non quidem ob finem non ob aliud, nisi sua ipsius natura atque materia. etenim & si aliam causam dixerint ut agentem, hic quidem discordiam, & concordiam: ille uerò mentem, tangunt illam solum, eam ualere sinentes, cū non G multa pertractatione eam uexent. Quo argumento cogitur Aris. de causis necessitatis disputare. Auer. cōmento 75. primo declarat utilitatem primæ quæstionis, & uult ꝙ quæstio quærens an natura agat propter finem, est maximum fundamentum scientiæ naturali, & diuinæ naturali quidem, quia negato illo, demetur finis à natura, dempto fine, demetur & agens. quo fit ut omnes formæ casu è materia ipsa proficiscantur: diuinæ uerò quia eo fundamēto ablato, tollitur cura diuina atq; illius prouidentia erga nos. Deus enim agit primaria intentione propter se, secundaria uerò ꝑpter nos: erit igīt suæ actionis ipsemet finis, & nos etiam fines illius sumus saltem secundariæ. quo fit, ut si fines è rebus demantur, statim tolletur actio dei erga nos, cū tollatur omnis ratio agendi. Ex his habetur de mente Auer. deum habere curam rerum, cuius non semel ipse contrarium alibi dixerit: ut H 12. metaphy. recentiores credunt concordare per hoc ꝙ Auer. alibi negat deum habere curam rerum modo nostro, recipiendo species à rebus. hic tamen uult ipsum habere curam, quatenus est illarum causa, & hoc per eius essentiam. hæc solutio licet sit catholica & optima, fundamentis Auer. non cōsonat: propterea ipse qui omnes res confudit, etiam in hac re fuit ambiguus, & quæstionis solutionem non percepit. Ego uero in multis meis libris rem hanc tetigi: nunc uerò tanquam extra propositum omitto. Secundo declarat Auer. Cur ueteres parum agentem causam inspexerunt: & ait hoc ideo fuisse, quia solum causam agentem tetigerunt in prima mundi genitura: in generatione uerò rerum particularium agentes causas omiserunt. qua ratione fit, ut modicum tetigerint.

An natura agat ꝑpter finem.

Habet autem dubitationem, quidnam prohibet naturam ipsam nō alicuius gratia agere, neq; Tex. 76.

I quia est melius, sed quemadmodum Iuppiter non ut frumētum increscat, sed necessario pluit. quod enim eleuatum fuerit, id frigefiat oportet: & quod frigefactum erit, id in aquam uersum descendat, necesse est. accidit autem hoc facto frumentum increscere. Similiter & si frumentum pereat cum est in area, non huius gratia pluit ut illud pereat, sed id accidit. Insuper quid prohibet partes etiam in natura sic se habere, ceu dentes necessario exoriri: anteriores quidem acutos aptosque ad diuidendum; molares uerò latos utilesque ad cibum terendum, cum nō huius gratia tales sint orti, sed simul acciderit. Similiter uerò & de cęteris partibus, quæ alicuius gratia constare uidentur. In quibus igitur acci-
K dit ut omnes sint ortę perinde atque si alicuius gratia fierent, ea conseruata sunt à casu ipso congrue constituta. In quibus uerò id non sic fuit, ea perire ac perdita sunt: quemadmodum Empedocles dicit bouigenas & uiriproras.

Expositio. Mouet autem dubitationē pro parte antiquorum quid prohibet naturam ipsam non agere propter finem. siue enim sic, siue aliter dicatͬ non uidetur incōueniens: & ꝙ nihil prohibeat arguit, qa si quid prohibeat, erit ut agat propter melius. destruit na[tu]ram agere propter melius, primo quia nonnunquam natura agit propter melius, ut si cum actione naturæ sit commodum paratum: ueluti de pluuia, quę interdum confert messibus cum fit ex necessitate materiæ: interdum lędit, si inuenit incommodum. secūdo quia partes animalis à casu sunt propter melius ut in exemplo de dentibus. qua ratione fit ut natura, non propter melius agat, sed casu nonnunquam melius ip-
L sum cum naturæ actione concordet. quòd uerò natura non propter melius agat, sed cum actione naturæ concordet casu ipsum melius testatur Empedocles, qui in mūdi corruptione posuit chaos ex animalium partibus sine ordine concisis. deinde cœpit natura necessitate ducta componere res, & animalia ex suis membris, quæ in illa prima generatione nonnulla male componebat, ut monstra agens composita uidelicet ex parte bouis, & parte hominis, quæ græce sunt bugenes, & acidropora & alia id genus. modo dicebat ꝙ hæc sunt inutilia ad actionem. propterea non seruata sunt ad tempora nostra, quæ uerò utilia sunt, iam adsunt: ergo natura non agit propter finem, sed cum actione naturæ concordat casu ipsum melius. litera patet translatione ipsa. Ani-
M maduersione dignum id dici ex materiæ necessitate, ut colligitur è Themistio, quod est præter finem intentum ab aliquo agente. quomodo pili subascellarum è materiæ necessitate ponuntur, nam nec propter melius, nec propter bonum esse debent, sed consequuntur uapores ibi congregatos.

Tex. 78. Ratio quidem igitur qua quis dubitauerit, hęc est, & si qua alia, talis est. Sed impossibile est hæc ita sese habere: hæc enim & omnia quæ natura constant, aut semper, aut plerūque sic fiūt: sed eorum quæ à fortuna & casu fiunt, nullum ita proficiscitur. neq; enim hyeme crebro pluere fortuito casuque uidetur, sed si id fiat, cum sol est sub cane: neque si calores sub cane, sed si in hyeme fiant. Quòd si ea quæ fiunt, aut casu uidentur, aut alicuius gratia esse, si impossibile est hæc, aut à fortuna eē, aut à casu, alicuius gratia utique erunt. Talia uerò omnia natura sunt, ut etiam ipsi aiunt qui hæc dicunt: erit igitur
in his quę natura fiunt & sunt id quod alicuius N
gratia fit.

Expositio. Refellit nunc Aristote. positionem antiquorum, & primo arguit sic. ea quæ fiunt à natura aut casu fiunt, aut alicuius gratia. sed non fiunt casu: igitur alicuius gratia: minor prosyllogizatur sic in litera: quæ casu uel fortuna constant, neq; semper neq; plerunq; sunt, quæ natura fiunt, aut semper, aut plerunq; aguntur. igitur in secunda figura non fiunt, quæ natura fiunt casu. maior prosyllogismi licet sit probata per definitionem fortunæ, aut casus, tamen exemplo probat, ꝙ pluere in hyeme nemo ait casu esse, quoniam frequenter fit: sole uerò per canem decurrente id casu fieri dicit potest. similiter sole existente in cane calores fieri non casu dicimus: sed ipso decurrente per capricornum uidelicet hyeme id casu fieri credimus. sermo est perspicuus translatione tantum. ex commento. 77. Multa possunt accipi ad propositum. Primum erunt duo syllogismi. Primus, quęcunque sunt, aut semper, aut in maiori parte non sunt casu: conuenien-
tia quæ est in membris, aut est semper, aut in maiori O
parte. igitur non est casu. Secundus est. res existentes sunt propter aliquid. res existentes sunt à natura: igitur quædam quæ sunt à natura sunt propter aliquid. conclusio est particularis, quia in tertia figura. cuius quoque affert Auer. quia non omne quod est à natura est propter aliquid, cuiusmodi fortasse sunt pili subascellarum, pectinis & id genus. Vlterius soluit dubium, cur Arist. tacuit solutionem ad deliquium antiquorum. Respondet primo ꝙ Aristo innuit solutionem per id quod dicit ꝙ pluuia est plerunq; in hyeme: raro sub cane. calores uerò contra plerunq; sub cane: raro hyeme. quæ ratio docet pluuiam esse propter aliquid: & ita negatur assumptum antiquorum, uidelicet ꝙ pluuia sit ex materiæ necessitate. immo cum sit aut semper aut plerunq;, propter aliquid esse uidetur. adhuc est dubitatio: pluuia est propter aliquid, quæro de illo propter quod est, an sint
messes? dicit primo ꝙ cōcedi potest ꝙ sic, quia è pluuia P
ipsa crementum messium plerunq; proficiscitur: corruptio uerò in area raro. quæ ratio docet crementum à pluuia fieri per se: corruptionem per accidens. Vlterius secundo dicit consequentia non ualere. pluuia est ex necessitate materiæ: igitur non propter aliquid. oportet enim addere in antecedente ꝙ sit propter necessitatem materiæ tantum. Modo hoc non est ita. nō enim pluuia sola materiæ necessitate fit, cum etiam fiat propter crementum plurimum messium. sed aliquis dicet non uidetur pluere propter messes, sed potius Agricolæ faciunt messes hyeme propter pluuias, ut ait Themist. propterea tandem respondet ꝙ dato ꝙ pluuia non sit propter messes, est propter æqualitatem generationis elementorum, quia si non esset pluuia totus mundus periret. Narrat propter hoc Alexandri positionem dicentis pluuiam non esse propter messes, cum messes sint ab arte, & non natura. pluuia uerò est à natura, modo natura non est
agēs propter opus artis. dempta enim omni arte, adhuc Q
natura ageret. Respondet huic Auer. ꝙ messes sunt partim natura partim arte, inchoatiue enim sunt ab arte: completiue à natura, qua ratione fit, ut pluere possit pro-
pter messes. Dubi. Sed circa hæc Auer. dicta dubitatur primo, quia sicut est in parte ita in toto. sed in multis mundi regionibus nunquam pluit, ubi tamen seruatur ęqualitas generationis elementorum, & uita animantium. igitur dato ꝙ non plueret adhuc esse potest æqualitas elementorum. Secundo dato ꝙ messes incipiant ab arte, nō uideťͬ ꝙ pluat pp messes, & si cōplementū eaꝝ sit natura, qm̄ ars potest illas non incipere, ponatur inesse, tunc natura ageret frustra. igitur natura non agit propter res quæ fiunt arte, nec inchoatiue, nec completiue.
Responsio. Defendi potest Auer. Et dico primo ꝙ Auer. per pluuiā intelligit generationem aquæ. modo hæc consequentia

patet

A patet, si non generaretur aqua, tunc destrueretur mundus. declaratur, nam ubi aqua ipsa non generaretur, elementa calida uirtute caloris solis & stellarum omnem aquam tandem corrumperent, & omnis aqua in illa uerteretur. & ita tolleretur æqualitas generationis elementorum, & ultra tolleretur mixta: & cum cœlum sit propter generationem mixtorum saltem intentione secunda, tolleretur, aut frustra moueretur propter nos. sed in sempiternis nihil est frustra: igitur totus mundus esset in perditione, aut saltem totus mundus elementarius. Ad secundum dico, ꝙ argumentum concludit: non tamen contra Auerroem, quia ipse non reprehendit Alexandrum nisi quo ad unum, ꝙ credebat messes esse penitus ab arte. Auer. obiicit ꝙ sunt aliqua ex parte ē natura: per hoc tamen non uult pluuias esse propter messes ipsas quæ incipiunt ab arte: tametsi dicant philosophi messes etiam fieri à natura, si non fierent ab arte.

B Tex. 78. Amplius in quibus finis est aliquis, in iis & id quod prius, & id quod deinceps huius gratia agitur. & ut agitur, ita est aptum agi, & ut aptū agi: sic unumquodque, nisi aliquid obstet, agitur. Sed agitur alicuius gratia. igitur aptum est etiam illius gratia agi: ueluti si domus ex iis esset quæ natura fiunt, sic utique fieret, ut nunc ab arte conficitur. Quòd si ea quæ natura fiunt, non solum natura, sed etiam arte fierent. Simili ratione conficerentur, quo confici apta sunt. alterum igitur alterius gratia conficietur.

Expositio. Secundo arguit Aristote. & primo sumit unam suppositionem. d. amplius in quibus finis est aliquis, in ijs & id quod prius & id quod deinceps, huius gratia agitur.
C hæc suppositio patet, quia ubi finis sit aliquis, ea quæ sunt ad finem hoc ordine incedunt, ut priora sunt propter posteriora usq; ad ultimum. Secundo petit ꝙ omne quod agitur ita est aptum agi, & conuertitur: uidelicet ꝙ ut aptum agi, sic unumquodq;, nisi aliquid obstet, agitur. Ex his uult habere hanc maiorem uidelicet ꝙ omne quod agitur, ut agitur sic est aptum agi: cui addit minorem. d. sed agitur alicuius gratia uidelicet effectus naturæ: igitur aptum est etiam illius gratia agi. Conformat
Dub. hanc rationem per exemplum hypotheticum de domo ipsa, quod translatione patet. Sed circa hæc dubitatur ad quid facit prima suppositio. uidetur enim superflua, cum nec sit maior, nec minor illius syllogismi. Secundo dubitatur de conuersa, & conuertente. de conuersa quidem, quæ fuit maior, dubitatur, quia lapis fertur sursum à proijciente, non tamen est aptus natus sic agi. de conuertente uerò quia partes terræ superficiales aptæ sunt agi deorsum: non tamen aguntur deorsum. & multa alia sunt apta esse talia, quæ non sunt actu talia. Ter-
D tio dubitatur de minori, quia uidetur Aristote. petere principium. sumit enim naturam agere propter finem & alicuius gratia, quod antiqui negabāt. Ad primam dico ꝙ illa suppositio est data propter declarationem nominis finis, quo modo se habeat in ipso motu naturæ, & ita est utilis ad terminos. Ad secundam expositor supplet ꝙ debet sic intelligi: omne quod agitur naturaliter, ita aptū est agi ut agitur naturaliter. Sic enim tolluntur obiectiones, & hæc responsio non est mala. conuertens uerò uerificatur per id quod addit, nisi aliquid obstet. Ad tertiam dici potest ꝙ Aristote. sumit minorem ad mentem antiquorum, qui concedebant naturam agere aliquando propter melius: non tamen erat apta agere propter melius, cum multoties agat propter peius. Ex ijs patet uis rationis. omne quod agitur naturaliter ut agitur à natura, ita est aptum agi. Sed natura agit gratia alicuius naturaliter, igitur naturaliter est apta nata agere illius gratia: & hoc est agere propter finem.

Insuper ars alia quidem omnino perficit, quæ natura ipsa perficere nequit. Alia uerò æmulatur. Si igitur ea quæ ab arte conficiuntur alicuius gratia fiunt, & ea quæ à natura. Similiter enim se habent inter se priora atq; posteriora in his quę arte, & in iis quę natura conficiuntur. E Tex. 79.

Tertio arguit Aristo. ut in arte agitur, & in natura agi uidetur: sed in arte posterius est propter ultimum, & finem prius propter posterius. igitur & in natura. maior probatur, quia ars naturam perficit uel ęmulatur. omne autem aut perficiens aut ęmulans aliud in agendo, est simile illi: igitur natura & ars similes erūt. proponit maioris probationem. d. insuper ars, alia quidem omnino perficit, quæ natura ipsa perficere nequit. Alia uerò & si non perficit imitatur aut emulatur: hæc est maioris probatio. tunc sumit minorem. d. si igitur ea quæ ab arte cōficiuntur alicuius gratia fiunt, & propter igitur ea quæ fiunt à natura, etiam alicuius gratia fient. deinde ponit maiorem. d. Similiter enim se habent inter se priora & posteriora in iis quæ arte, & in iis quę natura conficiuntur. & ita patet tota ratio, licet ualde inordinata sit in textu formata. Expositio. F

Illud uerò potissimum perspicuum erit iis in animalibus aliis, quę neq; arte, neq; discursione, neq; deliberatione agunt, in quibus ratione hac sunt qui dubitant, utrum mente, aut alio principio operentur ut aranea & formicæ, & cætera id genus, procedente etiam paulo ulterius in plantis ea quæ proficiscantur ad finem, fieri uidentur, ceu frondes fructus tegēdi gratia. Quare si suapte natura & alicuius gratia hyrundo nidificat, araneus araneam texit, plantę denique fructuum gratia frondescunt, radicesq; non sursum, sed deorsum sumendi nutrimenti causa emittunt: perspicuum est esse talem causam in iis quæ natura sunt & fiunt. Tex. 80. G

Quarto arguit Aristote. ꝙ natura agat propter finem: sic hyrundo facit nidum propter finem, araneus araneā propter finem, plantæ frondescunt ob finem & radices emittunt deorsum propter finem, & animalia alia. sed hæc sunt, aut naturæ, aut agentia per naturam: igitur nautra aut agens naturale agit propter finem, uerba translatione patent. Sed hic est dubium in maiori & in minori, & in forma syllogismi. Propterea Auer. commen. 80. uidens maiorem esse quasi acceptam cū quandam principii petitione, quia antiqui dicerent animalia illa agere propter naturam, & non ob finem, supplet rationes Aristote. esse probabiles, quoniam naturam agere propter finem, est suppositio per se nota in naturali philosophia, propterea Aristo. utitur rationibus ferè ad hominem. Minorem uerò declarauit cōtra eos qui hęc animalia mente agere contendūt, & arguit Auer. sic quæ fiunt intellectu uariabiliter fiunt, ut patet in omnibus operibus artis, quæ fiunt ab his animalibus uniformiter, & non uariabiliter aguntur. igitur non intellectu. & propterea, ut ait, accepit hanc minorem: uidelicet ꝙ hæc agunt naturaliter contra eos qui uellent hæc agere mente: aduersus quos ratio nulla est. De forma & qualitate rationis Aristote. multa Auer. dicit in commendatione rationis. dicit enim primo ꝙ Aristote. ratio est hypothetica à positione antecedentis ad positionem consequentis: hoc modo. si hyrundo & id genus agunt propter finem naturaliter, natura agit propter finem. Sed hyrundo, & id genus naturaliter agunt propter finem: igitur & natura. Dicit scdo ꝙ licet rōnis forma est hypothetica, Expositio. H

I uis tamē est inductionis cū inducat in multis, & si obijcitur cōtra eum, quia inductio est locus dialecticus, igitur non conuenit naturali scientiæ. Secundo in tali inductione non assumuntur omnes singulares. igitur non est uniuersalis, & per consequens non conuenit scientię demonstratiuæ, quæ procedit ad uniuersalia, propter hæc respondendo dicit primo ꝙ in hac inductione nō inducuntur nec oportet induci omnia singularia, quoniam per considerationē possunt intelligi omnia, dummodo fiat inductio in pluribus. Ad secundum dicit ꝙ per hoc habet introitum in demonstratiuam scientiam, quando scilicet est ex singularibus pluribus, ex quibus per considerationem potest intelligi in omnibus. addit tamen ꝙ inducere plura indiuidua uel pauciora diuersatur secundum magis & minus & ex parte rei, & ex parte nostra, qua recipimus illa. pro intellectu horum debes scire ut in paraphraxi secundo priorum ait Auer. ꝙ in- K ductio est duplex. dialectica, quæ ex singularibus famosis proficiscitur, & in hac oportet omnia singularia inducere. quæ ideo dialectica dicitur, quia nō infert nisi cum petitione principii, sed facit fidē aliquam tantum. Alia est demonstratiua, ut ea in qua proficiscitur ex singularibus necessariis uel per se, ut hic ignis calefacit, & ille calefacit. igitur omnis ignis. & in hac non oportet inducere omnia singularia, quia facta inductione in pluribus, cum singulares sint per se, & per se sit de omni, mox per considerationem cognoscimus esse ita in omnibus, uerum ut ait Auer. accipere plura aut pauciora singularia potest uariari ex parte rei, & parte nostra. nostra qdem, quoniam habētes sensus male constitutos, non sunt celeris solertiæ, ideo uolunt plura singularia. Solertes uerò ingenio, pauciora. Ex parte uerò rei, quoniam quando singulares sunt per se, & sua natura notę, non oportet accipere omnes singulares. immo paucas, ubi non sint per L se, sed solum necessariæ, oportet accipere plures, ut intellectus per considerationem consideret in alijs. Hæc Quæstio. Auer. in defensione rationis Aristo. Quærunt iuniores per quam uirtutem animalia hæc in textu enumerata agant ut hyrundo nidulum, araneus araneam, formica collicat grana & id genus. expositor supra primo metaphysicæ uidetur uelle ꝙ eiusmodi animalia comparari possunt ad actus naturales, & actus cōtingentes. uerbi causa formica potest comparari ad tritici collectionem absolute, ad quam naturaliter comparatur & ad collectionem talem uel talem. Ad collectionem tritici absolute comparatur mere naturaliter per naturam speciei. ad collectionem talem uel talem, cum sit actus hic contingens, comparatur contingenter, & potius per assuetudinem. mere enim naturaliter omnis formica grana colligit. ꝙ autem ab hoc uel illo cumulo colligat, ab assuetu- M dine & memoria ꝓficiscit, tūc sunt duę pōnes. pria ait. ꝙ uterq; actus est à prudentia tā ille qui est nālis, ꝗ ille q̄ est contingēs. & hæc uidet positio. Thomæ primo meta. & consequenter sequitur utrunq; actum proficisci à cognitione sensitiua. licet primus sit à cognitione sensitiua per naturam, & instinctum naturalem. secunda ab assuetudine & memoria. Contra hanc positionem alij obijciūt. Prīo, quia memoria est pars prudentię. ut dicit primo metaphy. sed actuū naturalium nulla fuit memoria, quia etiam formica nata in hyeme statim colligit grana sine memoria præteritorum. igitur non per prudentiam. Secundo prudentia est habitus consultiuus. 6. ethicorum. consultatio est circa contingentia, & non naturalia. igitur cum ad illos actus se habeāt mere naturaliter, uidetur ꝙ non per prudentiam ad illos se habeant, propter hæc est alia positio, ꝙ respectu actuum naturalium nulla est prudentia, sed mere instinctus naturalis. respectu contingentium est prudentia. Iuniores distinguunt, & uidetur per talem distinctionem inter hos posse fieri concordiam. & dicunt prudentiam trifariam esse naturalem quidem, animalem, atq; rationalem. tunc uolunt N ꝙ animalia ad actus naturales se habeant necessario, eos tamen exequuntur per prudentiam naturalem. Ad contingentes uerò se habeant prudenter prudentia animali. Tunc ad rationes diceret ꝙ memoria est pars prudentiæ animalis uel rationalis, non autem naturalis, sed loco memoriæ est instinctus naturæ, qui mouet sensum interiorem ad actus necessarios. Ad secūdum similiter dici potest ꝙ prudentia animalis aut rationalis est habitus consultiuus, & ita respectu contingentium, at prudentia naturalis est instinctus naturæ, uel ab instinctu naturæ loco habitus posito proficiscens. Sed aduersus talem concordiam soliti sumus instare. primo, hæc prudentia naturalis, aut est cognitio, aut instinctus naturalis, siue natura. si cognitio. igitur est prudentia animalis. Non enim potest esse nisi sensitiua, & ita animalis. si natura siue instinctus naturalis, hæc posset poni in rebus naturalibus carentibus anima, & ita lapis prudēter deorsum ferretur. Secundo, Arist. 30. particula. libro de animalibus. uult senes esse prudentes. pueros non pruden- O tes, sed disciplinabiles. si igitur formica cum nascitur esset prudens, tunc pueri possent esse prudētes, quod Arist. negat. Tertio, araneus facit telam, aut cognoscit quod facit, aut non. Si non cognoscit id quod agit. igitur actus ille erit penitus naturalis, & ita nec prudens, nec imprudens, cum natura ipsa nequaquam prudentiæ particeps. si cognoscit telam. igitur cognoscit finem, utpote muscam. hoc est falsum, quia nunquam uidit muscam p sensum exteriorem ut si nunc nasceretur. igitur nec per sensum interiorem. Defendi possunt ut alias defendimus. Ad primum dico ꝙ illa prudentia est formaliter cognitio non habitualis, cum non præcessit memoria, sed naturalis, quia loco memoriæ ponitur instinctus naturæ. & tunc nego consequentiam uidelicet ꝙ sit prudentia animalis, quia prudentiæ animalis una pars est memoria præteritorum. huius uerò loco memoriæ est instinctus P naturalis, qui mouet sensum ueluti memoria mouet imaginatiuam. Ad secundum dici potest ꝙ Arist. loquitur in prudentia animali siue rationali, quali non nisi senes prudentes sunt, sed prudentia naturali, etiam puer & araneus esse potest prudens. ut patet. Ad tertium dico ꝙ araneus non præcognouit telam, nec muscam, cum in eo non præfuit memoria, sed loco memoriæ præfuit instinctus, qui mouet sensus interiores, quemadmodum impetus mouet graue deorsum, & tunc deducendo ipsum araneum ad actum, araneus agendo telam dū eam agit, cognoscit illam. Dico igitur ꝙ actus ille non est penitus naturalis, quoniam licet primum principium sit instinctus, immediatum uerò erit sensus, quoniam instinctus mouet sensum ad media in finem, qui sensus cognoscit ea quæ ordinat in finem, licet non cognoscat finem, nisi uti graue cognoscit centrum, pro quanto tendit in centrum, qua ratione fit ut hæc prudentia non sit animalis, quoniam nō est ex memoria, sed sit naturalis, Q non tamen potest esse in rebus mere naturalibus, quia deficit cognitio. ut enim prudentiæ animalis duæ sunt partes. memoria, & cognitio, ita istius sunt instinctus & cognitio. & propterea dicitur naturalis. Hęc dici possunt in definitionem horum.

Insuper etiam cum natura bifaria sit, altera quidem ut materia. altera uerò ut forma. & hæc sit finis. gratia uerò finis cætera sint, hæc utiq; ea causa erit cuius gratia cætera fiunt. Tex 81.

Expositio. Quinto arguit Aristo. finis est causa cuius gratia agitur ut per definitionem finis habetur. sed forma est finis ut superius diximus. Igitur forma est causa cuius gratia agitur, & ita formæ non casu & materiæ necessitate proficiscuntur, sed materiæ ipsæ sunt propter formas ipsas, & gratia formarū. hoc modo Auerroes exponit textū hunc,

A Tex. 82. Peccatum uerò fit & in his quæ per artem conficiuntur. Scripsit enim non recte grammaticus, & potionem medicus non recte propinauit. Quare & in his quæ natura constant, idem euenire perspicuum est. Si itaq; aliqua per artem ipsam sint, in quibus id quod recte fit, alicuius gratia fit. In quibus uerò erratur, ipsa quidem alicuius gratia aguntur: sed falluntur. Similiter & in naturalibus ipsis res sese habebit & monstra illus peccata erunt, qui alicuius gratia agit, & in primis igitur compositionibus bouigenæ, si non ad aliquem terminum finemq; peruenire poterant. Aliquo principio uelut nunc semine labefacto fiebant.

Expositio. Soluit Aristo. nonnulla quæsita; ut Themistius introducit. primum si natura agit fine ipso constituto, cur nō semper finem consequitur? Soluit. d. Peccatum uerò fit B & in his quæ per artem conficiuntur ut exemplis testantur. Quare & in his quæ natura constant, idem euenire perspicuum est: quod declarat: nam ut in his quæ arte fiunt & alicuius gratia, quædam fiunt recte, & quædam erroneæ, ita in naturalibus erit ꝙ quædam fiunt recte, quædam ut errores, ut monstra, quæ peccata sunt eius, q̄ alicuius gratia agit: hæc est solutio q̄siti: tunc ex hac solutione declarat contra Empedoclem, ꝙ bouigenæ, & uitigenæ, & id genus, quæ in primis mundi compositionibus fiebant, si non ad aliquē terminum finemq; peruenire poterant ut ad complementum speciei, non erat illud, quia natura agebat necessitate sua & non propter aliquid, sed quia illa monstra fiebant aliquo labefacto principio in illis, ueluti nunc fiunt monstra labefacto semine, aut multitudine, aut à defectu materiæ, & ita sicut nunc monstra fiunt ex errore agentis finem intendentis labefacto aliquo principio, sic tunc uitigenæ, bonigenæ, C & id genus fiebant ab errore agentis labefacto principio aliquo intendentis aliquem finem, & non necessitate naturæ.

Tex. 83. Amplius autem primo semen ipsum exoriatur necesse est. Sed non animalia statim, atq; ipsum molle exortum prius, semen erat.

Expositio Solutio problemate persuadet quod dixerat in solutione. d. ea quæ fiunt seruato ordine, gratia alicuius aguntur, sed animalia & plantæ seruato ordine fiunt: igitur alicuius gratia: ponit minorem. d. Amplius autem primo semen ipsum exoriatur, necesse est, sed non animalia statim: immo oportet ipsum semen esse prius exortum molle, ut sit aptum formationi.

Rursus in plantis etiam ipsis inest, quod alicuius est gratia. Minus tamen est distinctum: uerum igitur ipsis in plantis fiant quemadmodum D bouigenæ uiri prirra, sic uitigenæ priora oleæ. An non fiebant, est enim absurdum, oportet tamen si in animalibus illa spectentur.

Expositio. Aliud quæsitum utrum in plantis sint monstra. Respondet rursus in plantis etiam ipsis inest, quod alicuius est gratia, ut monstrum quod est peccatum illius quod agit alicuius gratia. Minus tamen est distinctum atq; manifestum: sed tunc quærit quæstionem in positione Empedoclis: & inquit. utrum igitur ipsis in plātis fiant, quemadmodum in animalibus bouigenæ, ex medietate bouis, priora uiri ex medietate hominis aliud monstrum, sic uitigenæ, quod græce est empelogenæ, & eleprora hoc est priora oleæ & id genus. Respondet an non fiebant, & hoc secundum ueritatem: est enim facere hæc absurdum, oportet tamen hæc facere, si in animalibus hæc spectantur apud Empedoclem. Auer. in commento 83. facit tria enthymemata sic: Animal generatum ex E semine non subito fit ex spermate: igitur generatio eius fit per se & necessario ex spermate. Secundum, generatio animalis per se & necessario est ex spermate: igitur non casu. Tertium, generatio animalis ex semine non est casu: igitur sperma est propter animal, ita ut sperma sit aut agens, aut materia animalis, aut utrunq; ut est ueritas, quia quo ad partes corpulentiores est uti materia animalis, quo uerò ad partes spiritualiores est uti agēs: & in hoc apparet error Iuniorum, qui non intelligentes dicta Auerro. fecerunt tres rationes, & quæstionem contra primam rationem: quæ ex malo intellectu proficiscebatur.

Insup & in seminibus fieri oporteret quoduis. Tex. 84.

Expositio. Vlterius soluto alio quæsito probat quod dixit, & facit enthymema, si natura in agendo nullum finem intendit in seminibus oportet facere quod uis indifferenter.

F Omnino autem qui ita dicit: ea quæ natura constant & ipsam naturam destruit. Ea enim natura constant, quæ à quodam principio, quod est in eis, continue mota ad quēdam perueniunt finem: ab unoquoq; autem, non ad eundem in singulis: neq; ad quemuis: semper tamen ad eundem nisi aliquid impedierit.

Expositio. Secundo idem probat & arguit sic. Si est actio & generatio animalium omnino à casu, tunc destruuntur omnia naturalia & natura ipsa, declarat consequentiam, & primo quæ sint illa quæ natura constent, & inquit: ea enim natura constant quæ à quodā uno principio quod est in eis continue mota ad quendam perueniunt finem, hoc est quæ est determinato principio perueniunt ad determinatum finem: non autem ad eundem finem in singulis ab unoquoq; principio, neq; ex unoquoq; procedit ad quemuis finem, non enim ex quocunq; agit quodcunq;, semper tamen ex determinato principio peruenit ad eundem & determinatū finem nisi aliquid impediat: G his declaratis, patet enthymema: ubi enim natura non agit propter finem, destructa erit omnis actio naturalis, & processus ex determinato in determinatum. Sed dubitant iuniores cōtra primam rationem, quia si ualeret, tunc monstrum posset fieri ex unoquoq;, ex quo omne quod potest fieri casu, potest fieri ex unoquoq;, monstrū fit casu: igitur ex unoquoq;. Respondet Auerro. & uult syllogismum esse hypotheticum sic. Si omnis species animalis & omnium casu fit, & casus est causa non terminata: igitur unumquodq; ex unoquoq; fieret: tunc ad obiectionem dico ꝙ licet monstrum fiat à casu: tamen aliquid fit per se, ad cuius generationes fit, sed ubi fieret à casu, & nihil fieret per se, monstrum ab unoquoq; fieri posset. Quærunt utrum monstra casu fiant, uel intenta sint à natura? Ad quæstionem argui solet: primo nulla species casu fit octauo huius commento. 47. Secundo: (De monstris q̄ō.) H si natura non intenderet monstrum, tunc non continuaret actionem suam usq; ad finem. In hac difficultate primo uidendum est de causis monstruosarum generationum. Secundo de proposito quæstionis. Quantum ad primum physici monstruosarum generationū reducunt omnes causas in quatuor, ad materiæ defectum: ad materiæ abundātiam: ad qualitatem manifestā: ad loci malitiam, ex defectu quidem quatenus interdum pro numero membrorum, interdum pro magnitudine deficit: deficit enim unus interdum digitus manu defectu materiæ: interdū paucitate materiæ nanus exoritur. Ex abundantia uerò similiter erit monstruosa generatio uel in numero aucta, ut sexdigita manus: uel magnitudine ut si magnitudo membri plus solito maior sit, uel quia citius membra exoriuntur quàm debeant, ut Marcus dentatus exortus fuit: puella mammillata & id genus, ex

I malitia qualitatis simplicis quidem ut superflua sit in calore, uel frigore, nam calore nimio contingit nimia pinguedo: frigore uerò multo nimia macies: mixta uerò ut in hermofrodito, ubi complexiones contrariæ colliguntur masculinizans & fœminizans: demũ ex malitia continentis ut si locus sit angustus, uel secundina deficiat uel rumpitur, & per rupturam exeat seminis pars ea ex qua membrum fieri debebat, hæc tradunt physici: ut Albertus et Ioannes, cui Themistius supra assentiri uidetur & uidetur sententia Aristote. in libro de animalibus.

Cõfutatio physicorũ. Prima rõ. Sed pace tantorũ dixerim istæ causæ nõ mihi placent. Primo, si hæc ex his causis proficiscerentur: igitur non essent errores agentis intendentis aliquem finem: ut dixit Aristo. in litera: & deducitur consequentia, agens quod agit secundum exigentiam & capacitatem passi, non errat in agendo, quoniam formæ dantur secundum merita materiæ. igitur si hæc mõstra his ex causis essent, agẽs recte ageret, & nõ peccaret. Secunda. K Secũdo, speciatim ꝙ nõ ex defectu materiæ proficisci possunt: declaro, nam in quocunq; potest stare uita animalis & forma, possunt stare omnia membra, quibus anima exercet opera animæ: sed cum tanta materia potest stare uita hominis uel alterius animalis producti à uirtute formatiua recte agẽte. igitur omnia membra: igitur paucitas materiæ non erit causa diminutionis membri alicuius, quia cum tanta materia stat uita: igitur cum tanta possunt stare omnia membra: ergo non deficiunt membra propter materiæ paucitatem, quoniã illa sufficit. Tertia. Tertio, ꝙ defectus materiæ non sit causa nanitatis, declaro: nam uisum est nanum nasci maiorem interdum alio non nano, & tamen unus factus est nanus: alter creuit ad debitam quantitatem: igitur non ex paucitate materię nanitas proficiscitur. Quarta. Quarto, contra abundantiam arguo. Contra numerum quidem, quoniam cum tanta materia stat uita: igitur stant omnia membra: igitur ex parte materiæ non erit abundantia. Contra excessum uerò, quoniam alij L qui nati sunt cum tanta materia cum quanta monstra nascuntur ad debitam quãtitatem euenerunt, & cum commensuratione membrorum nati sunt: igitur non abundãtia materiæ est causa. Quinta. Quinto, ꝙ non qualitas seminis manifesta declaratur, quoniam potens in maius potest in minus. Sed cum hac uel illa qualitate producere potest uirtus generatiua & uitam & corpus: igitur potest illam regulare & reducere ad temperationẽ ut inde res debita eueniat. Sexta. Demum contra malitiam loci: arguo, quia in eodem loco angusti alio tempore fiunt perfecta animalia: igitur nõ angustia loci. Similiter si deficit particula seminis: si uirtus gignitiua potest ex residuo facere corpus pro uita aptum, potest ipsum formare cum omnibus requisitis. Propter hæc & plura alia, ut sim principium inuestigandi ueritatem alijs, Põ ppria. Dico aliter ad rem istam: uidelicet, ꝙ omnes causæ reducuntur ad duas. Prima est affectio continentis extrinseci: hoc est aeris continentis semen. M Secunda est qualitas occulta contracta in semine ipso. Prima cã. Prima declaratur: quia aer nos continens alteratur à cœlo mediante lumine & motu ad quasdam qualitates occultas: ipse autem sic affectus contentum in eo afficit, & ita afficit semen qualitatibus similibus sibi, quæ qualitates semini impressæ ut instrumenta constitutionis cœlestis utuntur uirtute formatiua corporis, ut instrumento inferiori adhuc, & agunt corporis figurationem pro cœli & stellarum statu: & hoc est quod eleganter tradit Ptolomeus tertio apotelesmatum, & libro centum enuntiatorum, ubi ait: formæ in generatione afficiuntur à cœlestibus formis, & ideo qui imagines faciebant seruabant introitus earum in signa. Qua ratione fit ut materiæ nulla sit ratio errandi, cum ipsa subijciatur agenti, & talis formatur, qualis est uirtus actiua apta ipsam formare, siue quo ad numerum, siue quo ad magnitudinem, siue quo ad alia. Secunda causa. Secunda declaratur: tradit Ptolomæus & cæteri astrologi nasci homines nonnullos ex cœli statu infelices, qui aut uim generandi non habent, sed steriles sunt. aut si habent, filij cum nascuntur e moriuntur, aut nascuntur mõstruosi: contrahunt enim ex natali eorũ talem qualitatẽ, quę cum mittatur cum semine, ut instrumentũ parẽtum corpus mõstruat, aut numero, aut magnitudine. Audiui enim uirum quẽdã non generasse nisi mõnstra, & alium uidi non generasse nisi mancos natos. Hoc autẽ esse nõ potuit nisi ab infelicitate natalis eius, q̃ infelicitas trãsmissa in semine monstruosas efficit creationes, quæ interdum uidentur esse ex defectu materiæ: interdum abundantia eiusdem: aliquãdo ex mala qualitate, siue simplici, siue mixta. Quod sit ppatetica. Hæc positio non est remota ab intentione Arist. dicentis: formas rerum contineri in terminis, ut ait secundo de generatione: hoc est in corporibus cœlestibus: ubi uero inuenitur dixisse, hæc ratione materiæ euenire, intelligendum est ut motæ, non ut principaliter mouẽtis hæc de causis satis sit dixisse. O An intendantur mõstra. Vide nominales. Quantum ad secundum, Sorticolæ tradunt ꝙ natura monstrum intendit, non tamen intendit monstrum. 1 positio Cõfutatio. Quæ positio cum sit friuola omittatur, potest tamen sic confutari: natura intendit aial. Monstrum est animal inquantum monstrum, ut patet per exponentes: igitur natura intendit monstrum. Secunda. Alij dicunt ꝙ natura uniuersalis intendit mõstrum propter decorem uniuersi, non autem natura aliqua particularis. Contra: quicquid continetur sub uniuersali, oportet ut contineatur sub aliquo particulari: igitur quicqd continetur sub intentione uniuersalis naturæ, etiam cõtineri debet sub intentione alicuius particularis naturę. Amplius quicquid intenditur ab agente aliquo principali per se, ut principale agens: intenditur ab instrumẽto illius ut instrumentum. Sed natura particularis est instrumentum naturæ uniuersalis: igitur si monstra sunt intenta à natura uniuersali ut agens principale est, ita à natura aliqua particulari ut est illius instrumentum.

P Tertia. Alij dicunt ꝙ monstrum intenditur à natura particulari non primaria intentione, sed secundaria. Sed hoc et non placet, quia tunc nõ fierent casu. Diximus enim ea fieri casu, quæ sunt extra intentionẽ primam & sc̃dam agentis, ut eclipsim dicimus non casu esse, quia non est extra intentionem secundam agentis. Alij dicunt, naturam particularem intendere monstru, m non formaliter: sed materialiter. Monstrum enim dicit duo uidelicet indiuiduum speciei prædicamẽti substantiæ, & hoc uocatur materiale, & monstruositatem, quæ est quoddam formale: primum est naturæ intentum nõ secundum. Cõfutatio. Sed contra, nullum animal fit casu & præter intentionem agentis. Monstrum est animal & inquantum monstrum: igitur non fit casu & præter intentionẽ agentis. Amplius: omne procedens e principio terminato in finem terminatum per media terminata est intentum ab agente. Monstrum sic procedit: ut patet: igitur non præter illius intentionem. Põ ppria. Propter hęc dico ꝙ monstra sunt intenta à natura hoc est à uirtute seminis. Q uerum uirtus seminalis potest agere monstrum dupliciter: ut instrumentum parentum, & animalis perfecti, & sic non intendit monstrum: immo ut sic nõ continuaret actionem suam usq; in finem. Alio modo ut instrumentum constitutionis aeris continentis & constitutionis cœlestis, tunc uigentis, & ut instrumentum parẽtũ infelicium à natali, & sic intendit monstra: & ita natura particularis intendit monstrum, sub ratiõe particulari, quoniam illa cœli constitutio non est uniuersalis natura simpliciter, sed solum tunc uiget, quę ratio docet mõstra esse peccata naturæ uno modo: alio modo nõ. casu similiter uno modo: alio modo non: nam ut proficiscũtur à uirtute seminis, quatenus instrumentum parentũ perfectorum sunt casu: alio modo sunt intenta à natura ipsa. Hęc quo ad solutionem argumẽtorum. Ex ijs pa-

A ter q; monstra proficiscuntur principaliter ex errore agẽtis: uidelicet uirtutis formatiuæ, quatenus est instrumẽtum parẽtum perfectorum, quæ quidem uirtus mouet materiam inordinate ad malam quantitatem uel malũ numerum, et ad malam qualitatem. Materia autem mota per defectum uel excessum, aut per malam qualitatẽ est causa mõstruositatis, nõ quatenus multa uel pauca, quia semper ex multa uel pauca fieret monstrum. Sed quatenus reducta ad defectum uel excessum à uirtute formatiua: & per hæc potest concordari Aristote. cum Ptolomæo, quando enim Aristote. ait monstra proficisci defectu uel abundantia materiæ uel mala qualitate: intelligit hæc proficisci à materia mota ad defectum uel abundantiam, à uirtute formatiua. Quando uerò Ptolomæus ait monstra proficisci ab agente: intelligit ut à primo mouente reducente materiam ad defectum, uel excessum. Et hæc est determinatio quæstionis.

Tex. 85. Id uerò cuius gratia, & id quod est huius gratia, à fortuna uidentur esse, ut dicimus è fortuna hospitem uenisse, balneatumque abiisse, cum id egerit ac si huius gratia esset profectus: non tamen huius gratia uenit, sed per accidens. fortuna enim causa per accidens est, ut & antea diximus. Cum uerò aliquid semper aut plerũq; fit non per accidens, nec à fortuna fit. Sed in naturalibus semper sic fit, nisi aliquid impediat.

B

Expositio. Et si litera hæc sit occulta, tamen uidetur mihi Aristo. soluere quæstionem: uidelicet. Cur ea quæ sunt è natura ipsa è fortuna fieri uidentur atq; creduntur. Soluit: id uero cuius gratia ut finis naturalis, et id quod est huius gratia, ut media in finem, à fortuna supple uidentur esse, aut creduntur esse. deficit uerbum in græco, quod ego suppleui ut sensus exposcit, & exemplum ponit. d. ut dicimus è fortuna hospitem uenisse, balneatumq; abiisse, hoc uidetur pro tanto esse factum propter finẽ, pro quanto id egerit, ac si huius gratia esset profectus. & ita quod fit à natura uidet̃ simile ei quod fortuna fit, cum utrinq; ob finem fieri uidetur quod fit. Soluit tamen per idem exemplum declarans differentiam inter id quod fortuna fit, & id quod fit natura. d. licet ita appareat, non tamen huius gratia uenit, sed per accidens: quia fortuna causa est per accidens, ut dictum est. modo colligit differentiam. d. cum uerò aliquid semper aut frequenter fit, non per accidens, nec à fortuna fit. Sed in naturalibus id quod fit semper sic fit, hoc est, aut semper, aut plerũq; conclusio supplenda est, q; id quod natura fit non per accidens: nec casu siue fortuna fiat, nec è contra uidetur. & ita licet id quod fit à natura uideatur habere similitudinem cum eo quod fit à fortuna, ualde differunt, ut per dissimilitudines declaratas perspicuum est. Auerro. uerò commento. 85. syllogismum habere formare uidetur in secũda figura ex duabus affirmatiuis sic: propter quid proueniens à natura, aut est semper, aut in maiori parte, & propter quid proueniens ab aliquo per se, prouenit ab eo, aut semper, aut in pluribus. igitur propositionibus, transpositis, id quod prouenit à natura, prouenit per se & non à casu. & licet syllogismus sit in secunda figura, ualet: quia altera propositionum est conuertibilis in terminis. Vlterius Auerro. introducit literam aliter quàm nos introduximus. uult enim q; antiqui tria dixerunt in rerum naturalium generatione. Primum q; omne proficiscens à natura, casu proficiscitur. Secundum quæ casu proueniunt, non raro eueniunt. Tertium fines naturales è natura ipsa non eueniunt raro, sed aut semper aut plerunq;. Mouebant autẽ antiqui, ut dicit Auer. quia ignorabant casus naturam. Vult igitur Auerro. q; Arist. contra antiquos supposuerit id quod natura fit, casu non fieri: sed quia antiqui negant suppositionem

C

D

E ideo uult ut redeat ad probandam suppositionem: Huius reuersus causa est: quia ea quæ sunt per se manifesta, interdum hominibus aptis recipere per se nota, sumuntur ut suppositiones absq; probatione, rudibus uerò aliquãdo probantur per propositiones famosiores saltem confirmatiue, quia igitur illa suppositio nõ omnibus antiquis patet: iure Aristo. iterauit eam iterum propter antiquorum proteruitiem. hæc est expositio Auerrois, & color: tu uerò uides & diiudica si textui consonet, hæc (ut mihi uidetur) dicta Aristo penitus reddit topica.

Tex. 86. Putare uerò & non alicuius gratia aliquid fieri, si id quod mouet, non uiderint deliberare, absurdum est. Nam & ars non deliberat: etenim si in ligno ars ea inesset, quæ nauium extructoria est, perinde atq; natura egeret: quare si id quod est cuius gratia, in arte sit, in natura quoque inerit. Maxime autem hoc perspicuum cum aliquis seipsum curauerit: huic enim natura ipsa persimilis est. Quod quidem igitur natura causa sit, atque adeo ut cuius gratia faciat, perspicuum est.

F

Expositio. Vltimo Aristote. refellit ultimum argumentum ueterum. arguebant enim sic: natura non deliberat, omne agens propter finem deliberat: igitur natura non agit propter finem. Respondet negando maiorem. d. putare uerò & non alicuius gratia aliquid fieri, si id quod mouet non uiderint deliberare, absurdum est, & ita negatur maior, cuius instantiam ponit. d. nam & ars non deliberat quæ agit propter finem, ut sutoria, & textoria, & aliæ plurimæ (ut dicit Themist.) quę assuetudine habentur. Sed dices: hæc instantia nõ ualet, quia ars est agens extrinsecum, natura uerò intrinsecum. Respõdet: etenim si in ligno ars ea inesset, quę nauiũ extructoria est, perinde atq; natura ageret. Quare si id quod est cuius gratia in arte sit, tunc cum esset in ligno, in natura quoq; inerit. Sed quia aliquis posset cauillare dicendo exemplum esse impossibile, affert exemplum similimũ. d. maxime autem hoc perspicuum cum aliquis medicus seipsum curauerit: huic enim natura ipsa persimilis est, ubi patet ipsum agere propter finem: igitur in natura similiter. Deinde epilogat. Animaduerte q; ex textu colligitur una maxima, qualem ordinem habent aliqua distincta secundum rem, talem habebunt, si erunt eadem realiter in aliquo cõtẽtiuo, modo saluetur distinctio rationis illorum, ut calidum & album, quãdo distinguuntur, realiter mouent diuersos sensus, etiã si efficerentur eadẽ realiter in aliquo contentiuo, adhuc alterum illorum uisum: alterum tactum mouerent. hæc autem sumitur tãquam maxima à multis metaphysicis.

G

Tex. 87. Vtrum uerò necessarium ipsum rebus naturalibus ex suppositione insit, an simpliciter. Nunc enim ipsum necessarium in ipsa generatione perinde esse arbitrantur, atq; si aliquis domum necessario extructã esse extimet: quia grauia quidem deorsum, leuia uerò sursum suapte natura feruntur, ita ut lapides quidem atque fundamenta sint deorsum: terra uerò suam ob leuitatem, sursum: ligna uerò (quia leuissima) maxime supra.

H

Expositio. Necessitas bifariam est: quædam simpliciter, ut solem oriri, aut calores esse cum sol est in cane, aut solem decurrere per duodecim signa: quædam est necessitas suppositionis, ut equum habere alas, si uolat: & a, corrumpi, si a, fuit ortum. nec enim equum habere alas, nec a, ipsum corrumpi est necessarium: sed bene ex suppositione, ut si uolat equus, aut si a, sit ortum: similiter in na-

I turalibus necessarium est mixtum corrumpi, ut quoniã est factum ex materia & contrario: necessarium est animal habere oculos. Primũ est simpliciter necessarium. Secundum uerò est ex suppositione, ut si debeat uidere. Quærit igitur Aristote. utrum effectus et affectiones naturales proficiscãtur à natura necessario, necessitate simpliciter: uel necessitate suppositionis, ut utrum homo habuerit necessario anteriores dẽtes acutos necessitate simpliciter, hoc est ex parte materiæ: an necessitate suppositionis, si debeat diuidere cibum. Narrat positionem antiquorum, qui uolunt effectus necessario è natura ipsa proficisci necessitate materiæ, & non suppositionis & finis: imaginantes ita esse res naturales necessarias ac si domus esset facta à natura, leuibus sursum, grauibus deorsum, mediocribus ut terra in medio, quia natura partium meretur situm talem: & ita omnes effectus sunt

An effect' naturę necessitate ꝓficiscãtur.

K simpliciter necessarij iuxta positionem horum. Obijcit autem Auerro. huic positioni in commento. 87. tum primò, quia tunc effectus naturales & conuenientia actionum partium animalis pro salute eius ut situs dentium essent casu & præter intentionem agentis, cum sola materiæ necessitate contingant. Secundo, quia tunc talis ordo esset in omnibus. cuius contrariũ uidemus, ut in animalibus testaceis: ubi pars superior est grauior, utpote texta ueluti in testudine, & alijs id genus.

Tex. 88. At quamquàm quidem non sine his, non tamen propter hæc, nisi ut ob materiam, sed celandi quædam atq; conseruandi causa domus ipsa extruebatur. Similiter & in cæteris id genus, in quibus ipsum alicuius gratia est, nõ sine his quidem sunt, quę necessariam habent naturam: non tamen sunt ob hæc ipsa, nisi ut ob materiam, sed

L alicuius gratia: ut propter quid serra talis est, ut hoc & huius gratia sit: hoc tamen gratia cuius est, fieri non potest nisi ferrea sit. necesse igitur est ipsam ferream esse, si serra atq; ipsius opus erit: necessitas igitur ipsa ex suppositione est, sed non ut finis. nam necessarium ipsum in materia quidem est: id uerò cuius gratia in ratione consistit.

Expositio. Soluit quæsitum & uult ꝙ affectiones naturales insint rebus naturalibus propter materiam, non tamen gratia materiæ. uerbi causa, domus est talis, uidelicet habens leuissima supra omnibus: grauissimima infra omnia: mediocria inter hæc propter naturas componentium: non tamen illius gratia, sed gratia celandi saluandiq; quædam, inquit. At quãquàm, quidem non sine his, non tamen propter hęc & gratia horum, nisi ob materiam: hoc est nisi quatenus materia ipsa necessario ab alio moueuetur, sed celandi quædam atq; conseruandi causa do-

M mus ipsa extruebatur: igitur proprietates & affectiones insunt rebus à materia, non tamen gratia materiæ. Similiter et in cæteris id genus, in quibus ipsum alicuius gratia est, non sine his quidem sunt quæ necessariam habẽn materiam: non tamen sunt ob hæc ipsa, nisi ut ob materiam, hoc est nisi quatenus non sine materia, & ob materiam motam, sed alicuius gratia: ut serra est dura, quia ferrea, nõ tamen gratia ferreæ naturæ dura est, sed ut sic secatiua durorum. Ex his concludit intentum. d. necessitas igitur est ex suppositione, hoc ẽst affectiones rebus naturalibus insunt ex suppositione finis & actionis, ut acuties dentibus anterioribus ut apti sint diuidere: latitudo molaribus, ut terant. non tamen hęc necessitas competit rebus ut finis, nam finis non semper euenit, non enim semper serra secat dura, & tamen necessario est dura: & ita necessitas est gratia finis, non tamẽ qualis illa finis, propterea subdit: nam necessarium ipsum in materia quidem est: id uerò cuius gratia in ratione & forma consistit. Est igitur responsio ꝙ necessitas in rebus naturalibus est absolute à materia, ut durities serræ propter ferreitatem: acuties dentium anteriorum propter materiæ paucitatem. & in cæteris id genus, est tamen gratia finis, nam etiam materia ipsa necessitatur à finis Auerro. in commento præsenti. 88. talem innuit distinctionem ꝙ quædam inueniuntur in rebus naturalibus non propter aliquid ut mors & corruptio, animalium & plantarum: quædam propter aliquid ut oculus propter uisionem, & manus propter receptionem: tunc uult ꝙ ea quæ non propter aliquid inueniuntur, sed solum propter materiam sunt simpliciter necessaria, quia ex quo consequuntur solam materiam, & materia est rebus naturalibus necessaria, ideo simpliciter necessario insunt rebus: quæ uerò propter aliquid insunt, sunt necessaria ex suppositione & possunt non esse, ut oculus & manus. cum enim necessitas ipsorum pendeat è fine, potest autem finis interdum non esse, quare & illa possunt etiam non esse. Vlterius declarat differentiam inter naturalia & sempiterna, & uult ꝙ in sempiternis quicquid est necessarium est simpliciter necessarium, & ex fine, nõ ex materia: at in naturalibus necessitas est à materia, nõ tamẽ propter materiam: uerbi causa deus mouet nõ propter actionem, nec est propter suam actionem, sed mouet & agit propter se ita ut sit ipse actionis suæ finis, & ita in sempiternis est necessitas simpliciter, quam antiqui extimabãt esse in naturalibus. In naturalibus enim non est talis necessitas, quia tunc formę necessario sequerentur materiam. Sed dices propter quid in sempiternis necessitas simpliciter est ex fine, in naturalibus non. Soluit Auerro. in libro destructio destructionum: quia in naturalibus finis est possibilis, non in actu, ut diuidere cibum est finis possibilis dentibus anterioribus, propterea potest impediri, ideo in naturalibus necessitas simpliciter non potest esse ex fine: in sempiternis omne possibile est in actu & necessario, ideo finis non potest impediri, & per consequens omnis necessitas in illis ex fine est. Sed an deus moueat propter se, & quo modo in lib. de infinitate primi disputaui, & dicemus in octauo.

N

O


Dubiũ.

Solutio

P

Tex. 89. Est autem ipsum necessarium & in doctrinis et in his quæ per naturam fiunt aliqua ex parte simile. Nam cum rectum hoc sit, necesse est triangulum tres angulos duobus rectis æquales habere: sed non si hoc est, illud erit. Sed si hoc non est, neq; rectum est: in his uerò quæ alicuius gratia fiunt contra: si finis erit aut est, etiam id quod ante est, erit aut est: si uerò non, quemadmodum ibi: cum non est conclusio, principium non erit, & in his, finis & id cuius gratia est, se habent.

Q



Expositio. Declarat nunc Aristote. (ut Themistio placet) necessitatẽ ex suppositione doctrinas habere: nam positis pro-

A positionibus, necessario sequuntur conclusiones, non autem è contrario positis conclusionibus, eędem pro positiones habentur: potest enim eadem res pluribus rebus comprobari: nam si quinque & quinque ponantur, necessario sequitur decem esse, cōtra: si decem ponantur, nō continuo quinque & quinque reperies. Poterunt enim esse septem & tria, aut sex & quatuor. Ex quo fit ut ea quibus positis, sequūtur conclusiones, ipsa conclusionibus positis, non semper sequi possint: in naturalibus uerò ordo in contrarium agitur: hic si propositiones fuerint, erit & conclusio, hoc est si prima fuerint, erunt & postrema. In rebus naturalibus si postrema fuerint erunt & prima: & ita patet ipsum necessarium ex suppositione esse in doctrinis & in naturalibus, licet non eodē ordine. Et in hoc apparet quā inepte iuniores textum hunc inducant, credentes textum esse probatiuum eius quod dixerat, quod falsum est, immo ut dicit Themist. Aristote. declarat necessi-
B tatē suppositionis esse in doctrinis & in naturalibus, licet contraposito ordine inquit. Est autem ipsum necessarium & in doctrinis & in his quæ per naturā fiūt aliqua ex parte simile, pro quanto est in utrisq; ex suppositione, licet contraposito ordine: cum rectum hoc sit, quod est principium: necesse est triangulum tres angulos duobus rectis æquales habere, quod est conclusio. Sed non si hoc est, illud erit. Poterit enim una conclusio è pluribus medijs proficisci. In his uerò quæ alicuius gratia fiunt, siue naturalia sint, siue opera artis, cōtra agitur ordo. nam si finis qui est postremū quoddam & ueluti conclusio, est aut erit: etiam id quod ante est, erit aut est, quod est primum. Si uerò non: subaudi erunt aut sunt media, quēadmodū ibi est dicendū de fine: cum non est conclusio, principium non erit. & in his finis & cuius gratia est similiter se habēt: ut cū non est mediū, non est finis: & cum est finis, sunt media.

C Etenim principium hoc non actionis existit, sed discursionis: illud etiam discursionis est: cum actiones nequaquā sint.

Expositio. Declarat fundamentum similitudinis inter finem in actionibus, & principium in doctrinis. d. etenim principium hoc: uidelicet finis non actionis existit, quoniā finis non mouet effectiue, sed discursionis, cum sit primum in intētione. Illud etiam principiū in doctrinis etiam discursionis est, cum doctrinæ ipsę nequaquā actiones sint. quare & finis & propositiones quodam modo principia sunt: finis quidē discursionis pro actione exequenda: propositiones discursionis pro conclusione cognoscenda. & ita non praua fuit comparatio. Auerro. autem in calce commenti 89. uoluit Aristote. per hæc uerba satisfecisse cauillo: nam posset dici contra Aristote. si ex fine sequitur medium in finem uti ex
D principio, tunc finis erit principium: ideo respondendo concedit finem esse principium, non quidem operationis, sed in intentione. est enim primum intentione, ultimum executione. In doctrinis uerò propositiones sunt primę executione & fortasse etiam aliquo modo intentione.

An naturalis semper debeat demonstrare per finem.

Tex. 90. Quare si erit domus, hæc fieri, aut esse, aut fore, aut omnino, materiam quæ alicuius gratia est necesse est: ceu lateres atq; lapides, si domus erit: non tamen est propter hæc finis ipse, nisi ut ob materiam. ubi tamen hęc nullatenus sint, domus etiam nequaquàm erit, neq; serra. Illa quidem nisi lapides sint: hæc uerò, nisi ferrum: neq; ibi principia erunt, nisi triangulum duobus rectis æquales angulos habuerit: perspicuum igitur ꝙ necessarium in naturalibus, ut materia dicitur, atq; huius motiones. E

Expositio. Nunc quæ dixerat per exempla declarat: & inquit. Quare si domus erit, hæc fieri, aut esse, aut fore necesse est, aut omnino necesse est materiam quæ alicuius gratia est fore, si id cuius gratia est sit: ceu lateres atq; lapides necesse est fore uel esse, si domus est uel erit: nō tamen est propter hæc finis ipse ut domus, nisi ut ob materiam: hoc est nisi quia non sine materia esse potest. ubi tamen hæc nullatenus sint, domus etiam nequaquàm erit, neq; serra: illa quidem ut domus non erit, nisi lapides sint: hæc uerò ut serra, nisi ferrum sit: neq; ibi in doctrinis principia erunt nisi conclusio sit ut triangulum & reliqua. Ex his concludit ꝙ necessarium est in naturalibus ut id quod dicitur esse ob materiam, quia non sine materia atq; etiam quatenus motiones & alterationes sunt materiæ ipsius: & ita necessitas est non sine materia, licet non propter materiam, sed gratia finis. F

Tex. 91. Atq; utręq; quidem causæ à naturali dicendæ sunt. Magis autem ea quæ est gratia cuius: nam hæc est materiæ causa: sed non hęc causa finis.

Expositio. Ex his concludit à physico esse considerandam tam materiam, quā finem: & magis finem, tanto quidē magis, quanto causa est materiæ: materia uerò non causa finis, nisi ut causa, sine qua non.

Atque finis ipse gratia cuius est, principium etiam est à definitione atq; ratione sumptum: quemadmodum in his quę arte conficiuntur: nam cum domus sit tale, hæc fieri atq; esse necessario oportet: & cum sanitas sit talis, hæc necessario esse & fieri oportet. Simili ratione & si homo sit talis, hæc fieri atq; esse necesse est. Si uerò hæc sint talia, hæc necessario esse & fieri oportet. G

Expositio. Accepit iam in naturalibus finem & formam idem esse, nunc (ut Themistio placet) esse in artificialibus idem uerificat, & hoc proponit. d. atq; finis ipse gratia cuius est, principium etiam est quod à definitione atq; ratione sumitur: & ita est forma ipsa, quæ est ratio & definitio. Declarat hoc in artificialibus: nam domus ipsa uidetur esse finis & forma quædam, forma quidem lapidum & materiæ suæ: finis uerò, quia ante ipsam oportet omnia illa præesse. Similiter sanitas, est forma & finis, forma quidem animalis: finis uerò omnium præcedentium. similiter homo est forma omnium membrorum & elementorum: finis autem præcedentium, & uniuersaliter si hæc sint & formā habeant, necessario oportet ut præcedant alia quæ H sunt media. & ita uniuersaliter patet omnem formam esse finem in naturalibus et artificialibus. Sed dices: domus & homo non sunt formæ, sed formata: dici potest ꝙ sunt formæ totius, & partis. Totius quidem resultatione & compositione, partis uerò perfectione & actuatione: una enim secundum Philosophos & eadem est forma totius & partis, ut alibi disputauimus. Debes scire, ut Themistius ait, omnem formam esse finem: non autem omnis finis est forma. Salus enim est finis domus, non tamen forma est. & ita Aristoteles formam omnem demonstrauit esse finem: contra uerò minime.

Dub. Solutio.

Tex. 92. Fortasse autem necessarium ipsum in ratione est: nam si serræ opus quis definierit, talem es-

I se diuisionem dicet: hæc autem non erit, nisi dentes habuerit tales: & hi rursus non erunt nisi ferrea sit ipsa: sunt enim & in ratione quędam partes ut materia rationis.

Expositio. Vltimo Aristo. declarat definitiones naturales non esse sine materia, quemadmodum res ipsę non sunt absq; materia, & inquit. Fortasse autem necessarium ipsum, hoc est materia è qua sumitur necessitas, in ratione est, nam si serræ opus quis definierit, dicet esse diuisionem durorum talem: hæc autem non erit nisi dentes habuerit, tales duros, & hi rursus non erunt nisi ferrea sit ipsa. Secundo idem probat, quia in ratione sunt quædam partes ut materia rationis ut genera & uniuersalia, quæ loco materiæ accipiuntur, non loco materiæ realis, sed loco materiæ rationis: quare de

K finitiones naturales non erunt sine materia: hæc iam sunt alias dicta. Quærunt hic utrum aliquis effectus dependeat ex sola materia. Auer. commento. 89. huius secundi uoluit aliqua dependere ex sola materia ut mors ipsa animalium & corruptio generabilium, & propterea hæc sunt simpliciter necessaria. Alia sunt quę dependent à necessitate finis, & hæc non sunt simpliciter necessaria. Et ita tenet aliqua rebus naturalibus inesse necessario propter solam materiam. Sed hoc non potest intelligere Ioannes, quoniam eiusmodi effectus intenduntur propter finem, quia corruptio unius intenditur propter generationem alterius. Alij arguunt, quæ non insunt rebus, nisi actiones agentis sint, non dependent ex sola materia. Modo mors & corruptio non inest rebus, nisi actiones præsint agentium: igitur non ex sola materia. propter hæc tenet Ioan. & alij q mors & corruptio sunt propter finem, & ab agente intendente hæc. Signum autem est, quia non sunt à casu. Sed hæc positio falsa est: primo finis & perfectio idem, q mortis & corruptionis nulla est perfectio, qua perficiuntur, cum sint priuationes penitus igitur non sunt propter finem. Secundo, si essent propter finem, tunc aliquod agens per se intenderet illa, hoc est impossibile, quia quod non est nec esse potest, non intenditur. Dicendum igitur q eiusmodi, siue priuationes, siue corruptiones sunt per se è sola materiæ necessitate, non autem absq; ipso agente, et ita sunt è materia per se, ab agente tanqum à causa sine qua non, & per consequens ab agente non intendente illa, sed aliud. Tunc ad primam dico q eiusmodi non intenduntur ab agente propter finem contētum in ipsis, sed in alijs: & hoc modo uult Auerro. ipsa esse necessitate naturæ, non propter finē. Ad secundum concedo agentia concurrere tanquā causas sine qua non ualet: igitur sunt à casu, quoniam necessario insunt. Sed bene quando rarenter non propter finem essent, tunc à casu essent.

L

M

Explicit Secundi Libri physicæ auscultationis.

A Expositio magni Augustini Niphi Philosophi Suessani, in Tertium Physicæ auscultationis librum, unà cum translatione Tex. ipsius Arist. antiqua, recognita, necnon etiam alia noua, ab eodem Augustino elaborata.

Dilucida. tex. cõ. i.



VM autem natura quidẽ ipsa principium sit motus mutationisue, doctrina uerò nobis est de natura, nõ latere nos oportet qd nam sit motus. Si enim ipse ignorabitur, naturam etiam ignorari necesse est.

Antiquus.



VONIAM autem natura quidẽ est principiũ motus & mutationis, scientia autẽ nobis de natura est, oportet non ignorare qd sit motus: necessariũ est enim ignorato ipso, & ignorari naturam.

B

Expositio.



ON oportet laborare quæ sit libri intentio, nam ut rectè Auer. inquit, Aristo. intentionem & argumentum intentionis præponit: ratiocinatur igitur intentionem esse de motu hoc syllogismo, doctrina est nobis de natura, natura est principium motus, igitur non latere nos oportet quid nã sit motus: si enim ipse ignorabitur, naturam ẽt ignorari necesse est. Dubitare solent Iuniores, quia ignorari potest motus quid sit: natura uero sciri, cum sit naturam esse per se notum. Secundò dubitant propter quid antè principium materiale, materiamq; ipsam non fuit necessaria cognitio definitiua motus: & propterea non præmissa est, sed bene ante primum principium effectiuum, ob quod definitio motus præmittitur. Prima dubitatio nulla est, quia in textu habetur ad quã naturæ scientiam sit necessaria cognitio motus: ipse enim uult ad scientiam naturæ definitiuam esse necessariam motus definitionem: non autem loquitur de cognitione naturę an sit, quæ sensu colligitur: aut de motus sensatione. Secundam soluit Auerroes, quia principium materiale potuit declarari sine exacta definitiuaq; motus discussione: satis enim est ad illius cognitionem motus notitia, quia est. At ad cognitionem primi motoris necessaria est cognitio exacta definitiuaq; ipsius motus, ut in octauo proprie principium disputabitur.

Dubõnes Si ignoratur motus necesse sit ignorare naturam. Vide Iãd. q. i. huius & Alber. d saxo. hic & Icã. magis. hic. & Cursum parisi. hic.

C

Recognitiõ

Difficultas est non parua: nam si, ut in commentariis dicitur, ad definitiuam naturæ cognitionem necessarium est cognoscere quid motus sit, Aristoteles ante definitionẽ naturę debuit præmittere definitionem motus. Dicendum uia compositiua si processisset, debuisset præmittere motus definitionem: sed quia processit uia resolutiua resoluẽdo naturam in partes illius definitiuas, ideo non oportuit: præcedere cognitionem motus quid sit, sed sufficit pro illa resolutiua cognitione naturæ præscire motum aliqua confusa notitia.

D

Dilucida. tex. cõ. eiusdem.

Post motus uerò discussionem, enitendum est ea determinare, quę eius deincepicia sunt. Motus aũt in genere continuorum est collocatus, infinitũ uerò in ipso continuo primum apparet. Nã & qui ipsum definiunt continuum, ratione infiniti sæpe uti solent: infinitum esse asserentes quod in infinitum est diuisibile.

Antiquus.

Determinantibus igitur de motu, tentãdum est eodẽ aggredi modo de his, quę consequẽter sunt. Videtur autẽ motus continuorum esse, sed infinitum apparet primum in cõtinuo. Vnde & definientibus continuum, cõtingit præindigere multoties ratione infiniti: cum in infinitum diuisibile continuum sit. E

Expositio.

Ratiocinatur esse intentionẽ ẽt de infinito, & continuo, quæ motui accidunt: de continuo quidem uti de genere motus, est enim motus in ipsorum continuorũ genere collocatus: de infinito uerò, quatenus ipsum continuum per infiniti rationem describitur: dicitur enim continuum esse id quod diuisibile est in infinitum. Quare de continuo & infinito tractatus ei adiicitur tractatui qui de motu est, & si non ambo in eodem libro speciali, saltem in eodem libro uniuersali. Quod uerò ad uerba attinet, cõtinuitudo & infinitudo ipsius motus deincepicia uocantur græce, ἐφεξῆς siue consequentia: non quia sint illius accidentia, sed quia esse non potest motus quin sit continuus: atq; diuisilis in infinitum. Vlterius dixit ipsum continuum esse id quod est diuisile in infinitum, non semper sed sæpe, ut Auer. inquit, aut quia non conceditur ab omnibus, quia non ab illis qui continuum ipsum constituunt ex indiuisibilibus. Aut quia potest continuum ipsum habere definitionem aliam, quã Aristo. in prędicamentis tradidit, ubi dicitur. continuum est cuius partes copulantur ad unum terminum communem. Quę quidem (ut expositores asserũt) differt ab illa, quia hæc quæ in prædicamentis traditur est compositiua, illa resolutiua. Est forte & alia continui definitio posita. 5. metaphy. quæ est, continuum est cuius motus est unus, quæq; neq; resolutoria neq; compositoria ẽ, sed quasi data à posteriori. Quia igitur non semper ipsum continuum per rationem infiniti describitur, rationabiliter dixit sæpe, & non semper.

Declaratio uerborum.

F

Dilucida. tex. cõ. 2.

Ad hæc impossibile est sine loco, & uacuo, & tempore, motum ipsum esse. Perspicuum igitur est partim propter hæc ipsa, partim etiam quia omnibus hæc communia sunt, cunctisq; competunt, nobis de unoquoq; istorum præargumentantibus considerandum esse: propriorum enim contemplatio communium cõtemplatione posterior est. Verum uti diximus, primò agamus de motu.

G

Antiq.

Adhuc autem sine loco & uacuo & tempore impossibile est esse motum. Manifestum igitur est & propter hęc, & propterea quia omnia sunt cõmunia & uniuersalia hęc omnibus, intentandum prę argumentãtibus de uno quoq; istorum: posterior enim de propriis speculatio est, ea quę de communibus est. Primo autem (sicut diximus) de motu.

Expositio.

Q. de loco & tempore sit etiam nostra consideratio, ratiocinatur partim quia motus esse non potest sine illis, partim quia hæc tria communia sunt cunctis corporibus naturalibus: quare de his omnibus agendum est, antequã speciatim in libris philosophiæ naturalis de singulis agat: quãdo contemplatio communium præcedit naturaliter contẽplationem de propriis. Hæc de intentione non modo præsentis libri, sed totius ambitus physici. Cuius rei causam asserit Auer. quia ea quæ sunt subiecta siue substantiæ huius libri auscultatorii, sunt causæ communes & accidentia communia, quæ apparent in definitione naturæ, quæ omnibus competunt rebus, de quibus speciales agunt libri scientiæ naturalis. Esset autem declarandum, cum de his sex, motu, tempore, uacuo, & infinito, atq; continuo, & loco, sit totius libri intentio, cur talem ordinẽ seruauerit, ut de motu & infinito egerit in tertio de loco, uacuo, & tempore in quarto: deq; continuo in quinto & sexto. Quæ quæstio cum inutilis admodum sit, nec illius possit ratio euidens assignari, nunc omittatur. Sed quicquid sit de ordine naturali, placet nobis (ut inquit) primo agere de motu, quãdo sine motu ipsa natura nec sit, nec cognosci possit. Hæc de intentione & ordine dictum sit in tantum.

H

Quæ auer. tois cõ. 2.

Excusatio

I Recogni. Animaduerte Astristotelem duabus rationibus probare esse agendum de uacuo loco, & tempore:prima qa impossibile est sine his motum esse. Secũda quia locus, uacuum, & tẽpus, communia sunt omnibus rebus naturalibus, in quibus notauit ordinem & totius naturalis philosophiæ, & eorum quæ in hoc libro physicorum pertractãtur. Totius naturalis philosophię, cũ dixit: Posterior enim de proprijs speculatio est. Eorum uerò quæ in toto hoc libro aguntur, cum dicit: Primo autẽ, sicut diximus de motu. Assignauit autẽ causam ordinis in tota philosophia naturali, quia communia præcedunt propria, & uniuersalia particularia: ordinis uerò eorum quæ hic aguntur, in hoc loco non assignat, sed proprijs in locis assignabit. Sed prima ratio qua probauit de loco uacuo & tempore esse agẽdum hic, quia motus non est sine his, non uidetur necessaria: quia pariter hic esset agendum de quanto, & de deo, & de alijs multis, sine quibus motus esse non potest: pro

K pterea quia hæc ratio non est efficax, suppleuit secundam efficacem, quia locus uacuum & tempus sunt communes rationes, siue affectiones omnium corporum naturaliũ, de quibus agit naturalis philosophia: locus quidem & tẽpus secundum ueritatem, uacuum uerò secundum existimationem eorum philosophorum, qui uacuum esse locum autumãt. Et patet primò intentio cæterorum librorum atq; uniuersi residui: nam est de motu infinito, & de his in hoc tertio: de loco, & uacuo, & de tẽpore, & de his in quarto libro: de continuo uerò agetur in. 5. & .6. libris: ex his postea transit ad inuentionem primi motoris. Debes scire duplicem posse esse ordinem, aut libri ad librum in eadem sciẽtia, & hic est ordo doctrinæ totalis: & quidem semper à magis uniuersalibus ad minus uniuersalia, et iuxta hunc ordinem in libro physicorum prius egit de his communibus, quæ competunt, omnibus rebus naturalibus, ut de motu, isinito, loco, uacuo, tempore, & cõtinuo: postea de propriis affectionibus, quæ competunt rebus naturalibus in specie. Alius ordo est eorum quæ pertractã

L tur in eodem libro particulari: & hic est propter utilitatẽ: & hoc pacto quia egit de natura, cuius cognitio resolutiua haberi non potest siue definitiua motus, nunc agit de motu. Et quia nonnulli opinabantur motum proficisci in infinitum, remouendo hunc errorem, agit de infinito: et cum declarasset motum finiri in aliquem terminũ, & ille terminus est locus, agit de loco: & quia antiqui locum crediderunt esse uacuum, remouendo illum errorem agit de uacuo: & cum motus sit in tempore, agit de tempore, uel quia est affectio motus: & quoniam motus & tẽpus sunt continua, demum agit de continuo. Hic ergo ordo est partim propter necessitatem, partim propter utilitatem.

Dilucida. tex. cõ. 7. Eorum igitur quę sunt, quędam actu tantũ sunt, quędam potestate: atq; eorum quæ actu, aliud est hoc aliquid, aliud tantum, aliud quale, & in cæteris id genus quę prędicamenta entis sunt, simili mo

M do. Eorum etiam quę ad aliquid sunt, aliud excessu defectúue dicitur, aliud modo actiui passiuiq;, & omnino motiui ac mobilis. Id enim quod mouere potest motiuum dicitur mobilis, atq; id qđ moueri potest mobile à motiuo.

Antiquus. Est igitur aliquid quod quidem entelechia tm̃ est, aliud autem, quod potentia. Et, eorum quæ sunt actu: hoc quidẽ hoc aliquid, aliud uero quãtum, aliud autem quale, & aliquod aliorum entis prædicamẽtorum. Eius uerò, quod est ad aliquid, aliud quidem secundum superabundantiam & defectum dicitur: aliud aũt secundum actiuum & passiuum, & omnino motiuũ et mobile: motiuũ eĩ motiuũ mobilis est, & mobile à motiuo mobile.

Expositio. Exequitur (ut diximus) de motu & infinito primo, fortasse quia motus & infinitudo intrinsece mobile ipsum qđ N est hic subiectũ comitant: locus uero tps & uacuũ extrinsece, ut expositor recte sentit. Anteq̃ igit motus definitionem exequatur, quid faciat uĩ obscurũ. Auer. fortasse à Themistio sumens uult Arist. pręmittere q̃dã uti ꝓpones & suppositiones, more mathematici, qui suppõnes primò constituit, demum conclusiones ex illis deducit. (Quę auerroes. cõ. 3.) Sunt igitur ꝓpõnes tres: prima ꝙ omne ens est aut actu aut potestate: ex qua quidem propõne uult hr̃e motum esse aut actu aut potestate aut mediũ horũ. Secunda ꝓpõ est ꝙ ens diuidit in decem prędicamenta, ut ꝙ uel aliud sit substantia, quæ hoc aliquid dr̃: aliud tantũ, quod ad prędicamentũ quantitatis recidit, aliud quale, & cętera id genus simili modo: ex qua propõne uult hr̃e motum esse in aliquo prędicamento rũ, quia ad quatuor tantum. Tertia est ꝙ eorum quæ sunt ad aliquid, quędã referunt modo excessus & defectus: uelu ti duplum & dimidiũ, & multũ & paucum: quædam modo actiui & passiui, & omnino motiui ac mobilis: nam id qđ mouere põt ipsius mobilis motiuũ dicit, & id quod moue O ri põt dicitur ẽt mobile à motiuo. Tacuit ea quę referuntur modo mensuræ & mẽsurati, quia de his ample in. 5. meta. Nunc raptim quatenus ꝓposito nostro subseruit: ex hac. n. tertia propõne hr̃e uult motum esse actum motiui & mobilis, neq; posse esse nisi in ipso mobili: hunc in modũ Auer. & Themi. textũ prẽsentẽ induxerunt. Expositor aũt & non imperite uult Aristo. præmittere tres diuisiones ex eo, quia uia qua definitiões colligi solent est diuisio & compositio, ut in. 2. poste. & .7. meta. traditur, ut ex his sumat motum recidere in prædictas diuisiones. Quæ expositio placet mihi satis, non enim suppositiones facit Aristote. sed diuisiones, ut inde definitionẽ nanciscat. (Dubitatio) Sed circa dicta dubitatur, primò circa literam, cur dixit modo actiui & passiui & oĩno motiui & mobilis? (Solutio Auer. cõ. 3. in fine.) Rñdet Auer. qa mouens & motũ sunt perfectiora q̃ agens & patiens, cum omne agens sit mouens & non ecõuerso. Et ne labores circa nugas, Auer. per agens & patiens intelligit ea quæ descripsit in libro de generatione, uidelicet ea quæ corruptiuè agunt & patiuntur, & per perfectiora uult communiora: uocat enim perfectiora quasi ampliora. & tunc res est clara, quia motiuum est in plus q̃ actiuũ isto modo. Ideo dixit, & omnino moti P ui & mobilis, ut sermo sit cõmunior, atq; uniuersalior hic.

(Scda dub.) Secunda dubitatio est, quia Aristo. hîc diuidit ens in actum & potentiam, & ens actu in decem genera: at in quinto metaphysi. diuidit ens in decem prædicamenta, & unũquodq; illorum diuidit per actum, & potentiam. Primò declaremus quid per ens actu & ens potestate uelit Aristo. (Quid per ens actu & potestate. Scotus est in. 2. sniãs d. 16. q. 1.) ad quod quidam subtiles uiri dicunt, quòd potentia uno modo sumitur ut est principium operandi, qua ratione ipsa diuidi solet ab Aristote. in actiuam & passiuam potentiam quinto & nono metaphysi. Alio modo accipitur ut cõtra actum existendi diuiditur, qua uia actus & potentia arguunt omne prædicamentum, & diuidunt omne genus, & sunt modales differentiæ, quibus diuiditur unaquæq; species, & quodlibet indiuiduum: nam illud idem indiuiduũ quod nunc actu est, illudmet potestate fuit prius. (Vide & cano. q. 3. secũdi huius arti. 2.) Hanc distinctionem quidam huius factionis sub aliis uerbis sic ponunt, quòd potentia uno modo sumitur pro uirtute subiectiua: & sic diuiditur in actiuam & passiuam. Alio pro po Q tentia obiectiua, & sic diuiditur contra actum: simili modo de actu distingui potest. Tunc uolunt Aristo. uelle esse ipsum ens diuisibile per actum, & potentiam obiectiuam & non subiectiuam. Mouentur autem hac ratione, quia sic sunt differentiæ entis ualde oppositæ, ut dicit Auer. primo de anima. commen. 6. (Secunda positio.) Alii uerò faciunt hanc distinctionem, ut isti dicunt, sed uolunt ens diuidi per actum & potentiam subiectiuã, quia sic loquit Aristo. ubiq;. (Cõfutatio) Sed hæ distinctiones non sunt peripateticę, primò quia Aris. ubiq; loquens de actu & potentia, nullibi de hac distinctione mentionem fecit. Secundò quia potentia obiectiua aut est obiectiua obiectione ad formam, aut obiectione ad agẽs: (De diuisione entis) sed siue sic siue sic, q̃libet talis est subtiua: si qdem enim ad formam

A formam obiicitur, sine dubio subiectiua est: si ad agens, cũ agens apud peripateticos sit, q̃d extrahit formã de potẽtia ad actũ, uidet̃ et potentia illa simul esse formæ & agentis: & sic est subiectiua & obiectiua. Tertiò apud Auer. priò cæli. cõ. 124. omne possibile ab intrinseco est possibile ab extrinseco, & econtra: hoc est, omne possibile potentia in materia, est possibile potentia in agente, & econtra: igitur omnis potentia obiectiua est subiectiua, & econtra: de his multa diximus in primo huius. Propter hæc & alia dicamus unamet potẽtia est obiectiua et subiectiua: ut. n. refert̃ ad formã, cui aut subijcit̃ aut subiici põt, ẽ subiectiua: si uerò ad agens, cui aut obiicitur ut propriũ factibile, uel obiici põt, est obiectiua: & ita per ens in potentia siue sic siue sic intelligat̃, semper idem secundũ rem intelligit̃. Similiter actus respectu potentiæ dicit̃ perfectio, respectu agentis est obiectum. Tunc dicerem q̃ ens diuiditur per actũ & potentiã: & ens actu per decẽ prædicamenta, & ens etiã in potentia põt diuidi in illa.

Vide Sco. 5. q. quoli. & dis. 8. i. q. 3. 4. & An. tib. q. i. meta.

Propria responsio.

B Diuisiones enim quędam sunt æquatę & conuertibiles & essentiales diuiso, & sic nõ põt idẽ esse diuidens & diuisum: quędã sunt inæquatę illi, & sic põt idem esse diuidens & diuisum. uerbi gratia: Diuidi põt animal per bipedũ & non bipedũ, & non bipedũ per animatum & non animatũ, q̃m diuisiones hæ non sunt cõuertibiles: sic in proposito ens per actum & potentiã, & actus per decem prædicamenta, & decẽ prędicamenta p̃ actum & potentiam, quia non sunt diuisiones essentiales: prima enim diuisio entis est per unum & multa. Tu uerò remitte hęc metaphysicis. Sed dices, igitur idẽ cõmunius & minus cõmune, quoniã semper diuisum est cõius diuidente. Dici põt assumptum esse uerum in diuisione conuertibili & essentiali, in aliis uerò negatur assumptum. Hæc de diuisione.

Replica. Solutio.

Nota diuisionẽ The.

Animaduersione dignum, ut Them. inquit, quędam esse in actu tantum & nullo modo in potentia, ut motores cælorum, & deus: quędam sunt potentia tantum, ut nauale bellum, & uniuersaliter ea quæ non sunt sed esse possunt: quędam uerò sunt media, ut composita: hæc enim

C actu sunt, quia formam intra se tenent: si habent formam, potestate, quia possunt aliam quoq; formam per reciprocationem & successionem induere. Sed dubitant de cælo ipso, cui respondet Themistius ui suæ naturæ cælũ esse actu tantũ, quia nequit de forma & specie sua mutari, particeps tamen ad quendam modum potentiæ est quatenus in loco mouetur, quia uidelicet ubiq; simul esse non potest. Et loquitur doctissimus noster Themistius non secluso motore, sed de cælo ipso animato corpore. Hæc Themistius.

Quale cęlum.

Recogni. Dispu. 1.

{ De diuisione entis complura, & quidem dilucide diximus primo Metaphysicæ: uerũ ut eo loco diximus, pria diuisio dici põt prima à primitate adæquationis, & primitate perfectionis, & primitate immediatiõis. Si ergo Aristoteles uult diuisionẽ entis per actũ & potentiam esse primam, intellexit primitate æquationis: quoniam nihil cõtinet̃ sub ipso diuiso ente, q̃n sub aliquo diuidẽtiũ cõtineat̃.

Dilucida. tex. cõ. 4.

D Non est autem ullus motus præter res ipsas, nam id quod mutatur, semper aut substantia aut quantitate aut qualitate mutatur. Sed his commune nihil accipi potest, (uti diximus) quod quidem neq; hoc, neq; quantum, neq; quale, neque cæterorum quicquam sit prædicamentorum. Quare neq; motus neq; mutatio cuiusdam erit præter ea quę diximus, cum nihil sit præter ea quę diximus.

Antiquus.

{ Non est autem motus pręter res: mutatur enim semper id quod mutatur, aut secundum substantiam, aut secundum qualitatem, aut secundũ quãtitatem, aut secundum locum. Commune autem his nullum est accipere, sicut diximus, quod neq; hoc, neq; quantum, neq; quale sit, neq; aliorũ prædicamẽtorum ullum. Quare neq; motus, neq; mutatio ullius est extra ea quæ dicta sunt, cum nihil sit extra predicta.

E Hunc locũ aliter doctissimus Themi. quem Auer. sectatur, aliter ex ui uerborũ gręcorũ cogimur exponere. Themistius enim hìc postulatũ facit tertium, licet Auer. quartum. Postulatũ est ipsum motum in mouente & moto esse, non seorsum consistere citra subiectum: ex quo tertio postulato uult Themi. Arist. inferre totidem hr̃i motus oportere, quot sunt res q̃ mouentur & transmutantur. Et quia mouetur res aut quę de substantia, aut q̃ de quantitate, aut quę de qualitate, aut quę postremò de loco. Erit igitur multifarius motus, non uti genus, sed uti uox quædam cõis ad quatuor res: iuxtà quã expositionẽ oportet sic legere: Sed cũ non sit ullus motus pręter res ipsas, uidelicet mouẽs & motum, nimirum id quod mouetur, aut substantia semper, aut quantitate, aut qualitate, mutatur: quibus quidẽ nihil cõe est. & reliqua quæ dicit.

Expositio. pria expõ. Themi.

F Ex ui uerò uerborũ græcorum Arist. docet reducere motus ad dictas diuisiones, ubi priò q̃ non sint pręter decem rerum genera ostendit, quod fortasse in Platonem retuli, qui ideas posuit separatas: & ita dici posset esse quid unum cõe decem pręedicamentis, cui primò motus ipse cõpeteret, mediante quo descenderet in alia quatuor genera, & inquit: Non est aũt ullus motus præter res ipsas. uidelicet decẽ prædicamenta, ueluti idea separata. & syllogizat sic: Substantia, quantitas, & cætera id genus, non sunt pręter prædicamenta: omne quod mouetur aut substantia, aut quantitate, aut aliquo id genus mouet̃: igit̃ nihil quod mouetur est pręter res decem prædicamentorum. De ratione primò tangit maiorẽ dicẽs: Nam id quod mouetur, semper aut substantia, aut quantitate, aut qualitate mutatur. hæc est maior. Deinde ponit minorem dicens: Sed his cõmune nihil accipi potest (uti diximus) quod quidẽ neq; hoc, neq; quantũ, neq; quale, neq; cęterorum quicquã sit prędicamentorũ. Hęc est minor. Dat conclusionem & inquit: Quare neq; motus neq; mutatio erit cuiusdam, quod sit ueluti idea præter ea quæ diximus, cùm nulla sit talis idea pręter ea quæ diximus.

Alia expõ

G Hæc expositio est ad uerba græca conueniens, nec iuxta hanc expositionem oportet aliquam textus particulam mutare, sicut in illa Themistij & Auerrois. Animaduersione dignum q̃ Plato posuit ideã unitatis ante ens, quã primam mentẽ appellat, ut diximus in libro primo: hanc (ut dicemus in. 7.) numerum seipsum mouentem uult esse, & moueri per essentiã, quæq; cum sit pręter decẽ prædicamenta, uidetur motus esse cuiusdã separati à decem prędicamentis. Propterea Aristo. (ut mihi uidetur) hìc cogitur declarare motum nullum esse p̃ter res ipsas prædicamẽtales, quas pauloante enumerauerat: qua ratione nostra expositio non minus conuenit literæ, & sensui literæ illa Themistij & Auerrois.

Positio Platonis.

Auerroes autem syllogizat motũ esse in pluribus uno prędicamentorũ hoc modo, motum, hoc est, terminus ad quem est motus, est in pluribus uno prędicamento: motus est in moto, hoc est, in termino motus: igitur motus est in pluribus uno prædicamento.

Quæ auerrois, cõ. 4.

H Ex his infert Auer. Aristo. uoluisse indicare motum ipsum non esse unam naturam uniuocã, sed esse quid commune analogicũ: ut enim nihil est cõe uniuocum prædicamentis, sic nec motibus. Sed dices tunc definitio motus nõ erit uniuoca, & ita non conueniet doctrinæ. Cui respõdet definitiones analogicas bene conuenire doctrinis, equiuocas uerò minimè. Sed mouet Auerroes q̃õnem, nam in pręsenti loco Aristo. uoluit motũ non esse in uno p̃dicamẽto, sed pluribus: in prędicamẽtis uerò posuit ipsum in uno p̃dicamẽto, utpote in gñe passionis: quare dicere cogemur aut genus passionis demere à numero prædicamentorum, aut negare id quod Aristo. hìc ait. Respondet Auer. quod motus potest capi uno modo pro forma diminuta, utpote quatenus differt à termino ad quem secundum magis & minus, & sic est in genere termini ad quem: nam motus hac ratione acceptus, nihil aliud est quàm generatio partis post partem illius perfectionis siue termini, ad quem tẽdit, donec perficiatur & fit in actu. uerbi causa: Motus qui in substantia est, inuenitur in genere substantiæ: & qui in

Primum Auer. dictũ Secundum Tertium. Quæstio Auerro. An motus sit i p̃lribus p̃dicamentis. Vide gradeum escu. lec. 1. hui'. Vide & cano. q. 1. h' arti. 2.

Quot modis motus.

quantitate, in genere quantitatis: & similiter qui est in ubi & qualitate. Alio modo potest sumi pro uia, qua forma ipsa recipitur in subiecto, quæ est alia à perfectione, sicut pati calorem est aliud à calore: & hoc modo est motus positus in prædicamento passionis, cum ut sic nihil aliud sit quam receptio quædam formæ in subiecto. Alij uerò solēt hanc distinctionem sic afferre, quòd motus potest capi subiectiue & obiectiue, hoc est, ut est potentia quædam subiectiua, & sic est passio: aut ut est potentia obiectiua, et sic est in prædicamentis pluribus. Sed quicquid sit de hac distinctione, membra differunt (ut dicit Auer.) quia significatus motus pro forma diminuta est uerior: propterea Aristo. eum hîc induxit, ubi loquitur physicè: Significatus uerò pro uia & receptione est famosior & communior, propterea traditus est in prædicamentis. Hæc Auerroes. Sed circa hæc tangemus quædam, nam blatterones multa confundunt, & extra propositum. Dubitant igitur primò quo nam modo in generatione est dare motum pro forma fluente, cum forma subitò acquiratur etiam in latione ipsa, siue motu locali, quo nam modo est forma fluens? non enim uidetur aliquid ibi fluere. Iuniores respondēt quòd Auer. per formam diminutam, non formam remissam intelligit, sed formam sub qua mobile ipsum non quiescit: & hæc reperitur in omnibus prædicamentis in quibus inuenitur motus. In generatione quidem, quatenus in illa est forma substantialis, sub qua mobile non quiescit: in latione, quia omnia ubi præcedentia ultimum sunt formæ, sub quibus mobile non quiescit: & in alijs similiter res hæc patet. Sed uidetur hæc solutio ambigua, primò quia tunc in latione non una numero forma flueret è principio ad finem, quia esset in quolibet nunc aliud atque aliud ubi: & sic nihil posset uno numero motu localiter moueri. Secundò, hæc responsio uidetur contra Auerroem quem exponunt, nam Auerroes uoluit motum pro forma fluente non differre à fine, nisi penes magis & minus: & quòd nihil aliud sit quàm generatio partis post aliam illius perfectionis ad quàm tendit, donec perficiatur & sit actu: modo hæc uerificari non possunt de ubi fluente uno numero, cum nullum unum numero, ubi è principio fluat in finem usque. Potest hæc positio defendi, imaginando omnia ubi præcedentia ultimum in quo mobile quiescit, esse unum numero subiecto, licet ratione sit aliud atque aliud. Et tunc ad primum diceremus unum numero, ubi fluere subiectione, & hoc sufficit. Ad secundum diceremus quòd licet uerba Auerrois dirigantur ad alterationem & auctionem, quatenus omnia ubi sunt subiecto unum, possunt etiam ad lationem applicari, ut omnibus patet. Non desunt qui uelint in alteratione, auctione, ac generatione, formam fluentem esse eam sub qua mobile non quiescit, ita ut fluxus sit forma quæ fluit: at in latione ipsa formam fluentem dixerunt esse ipsum mobile, aliter se habens quàm prius respectu loci: quæ ratio docet in latione fluxum siue formam fluentem esse aliam è termino motus, sed illius generis reductiuè ut asserunt: quæ res alias melius pensitabitur. Secundò dubitant in quo differt forma remissa, & forma fluens. Respondent iuniores hæc differre ut subiectum & accidens: nam forma remissa est subiectum, fluxus est quo denominatur forma, fluere est accidens illius formæ. Sed hæc responsio stare non potest, primò quia accidens non est subiectum accidentis: ut enim nulla substantia accidit, sic nullum accidens subijcitur. Secundò, quia cum ubi sit indiuisibile quicquam, tunc indiuisibile esset subiectum diuisibilis, puta fluxus. Propterea dicendum quòd forma fluens & forma remissa differunt, primò quia in quibusdam est forma fluens, in quibus non est forma remissa, ut in generatione & latione est quidem forma fluens, non tamen forma remissa. Secundò, quia forma fluens est motus, at forma remissa non est motus: non enim albedo ut quatuor est motus, quia tunc omne album ut quatuor moueretur. Dico igitur quòd fluxus & forma fluens sunt una res, & differunt ratione, sicut fluxus & forma remissa: ut enim mobile non quiescit sub aliqua remissa forma fluxus siue forma fluens est, ut uerò sibi deficit ultima perfectio suæ speciei, dicitur remissa forma. Sed adhuc dubitabis, quid forma fluens superaddit formæ remissæ? aut substantiam aut accidens: non substantiam, quia tunc forma ut remissa, & fluens, differunt substantialiter: si accidens, igitur fluxus est accidens formæ remissæ: quod negabatur. Dici potest quòd nihil aliud secundum rem superaddit ipsi formæ remissæ, sed hæc fluens dicitur, quatenus ipsa mobile mouetur: illa remissa, quatenus sibi deficit ultima perfectio suæ speciei. Ad formam dico quòd neque substantiam neque accidēs supaddit ipsi formę remissæ, licet hæc remissa, illa fluens dicatur. Tertiò dubitant, cur forma fluens motus uerior dicitur, fluxus motus famosior? Quicquid uelint iuniores diceremus illum esse ueriorem, quia per ipsum mobile principaliter moueri dicitur: hūc famosiorem, quia per hunc non uerè & primò mouetur, sed denominatur moueri: nisi enim forma flueret, mobile nequaquam moueri denominaretur. Reliquæ confusiones quas blatterizant iuniores, prætermittendæ sunt ad quintum librum usque: non enim satis ad expositionem Aristo. facit, ut omnia in uno libro explicentur.

In commentarijs quærebamus quomodo in substantia, & in ubi habet locum distinctio Auerrois, quæ est quòd motus potest accipi pro fluxu, & pro forma fluente: nam in substantiali generatione forma subito fit: in motu ad ubi, nullum unum numero ubi manet à principio usque ad finem. In commentarijs per fluxum intelleximus formam ut fluentem ad terminum ad quem. Sed quia in generatione forma non fluit (subito enim fit) ideo arbitror nunc per fluxum esse intelligendum receptionem, qua subiectum successiue recipit formam: quam Auerroes hic uiam appellat, & per formam fluentem intelligit formam, quæ successiua receptione recipitur: & tunc ut Auerro. inquit, forma fluens & illius fluxus differunt re prædicamenti, quoniam fluxus est passio, & se tenet ex parte subiecti: fluens est in quatuor prædicamentis, & est ipsa forma, quæ erit terminus ad quem. Ex hoc patet substantialem formam subito acquiri & per fluxum, quoniam fluxus se tenet ex parte materiæ, quæ successiue recipere formam saltem ratione dispōnum, ut primò huius dixit Auerro. & subito formam factis dispositionibus. Vtrum uerò receptio successiua differat à materia, bona consideratio est, sed cum sit res disputabilis, nihil ad pñs.

In quibuscunque autem rebus, quibus omnibus motus inest, bifariam aliquid esse dicimus. In substantia quidem, priuationem atque eius formam: in qualitate autem, aliud album aliud nigrum. In quantitate, perfectum & imperfectum. Simili ratione & in delatione, sursum & deorsum, uel leue & graue. Quare quot sunt ipsius entis species, tot etiã iam motus atque mutationis erunt.

Vnumquodque dupliciter inest omnibus: aut secundum hoc, aliud quidem enim forma ipsius, aliud uerò priuatio. Et secundum qualitatem, hoc quidem album, illud autem nigrum. Et secundum quantitatem, aliud quidem perfectum, aliud uerò imperfectum. Similiter & secundum loci mutationē, hoc quidem sursum, illud uerò deorsum: aut aliud quidē leue, aliud aūt graue. Quare motus, & mutatiōis tot sunt spēs, quot & entis.

Auerroes uult quod Aristote. reddat secundam causam, quare definitio motus est ambigua siue analoga. Duæ enim sunt causæ huius rei, prima quia motus est in diuersis prædicamentis. Secunda quia motus in uno eodemque prædicamento non est unius rationis, sed quasi bifarius siue geminus in singulis, quia unus est ad terminum perfectiorē, alius ad imperfectiorem. Themi. facit hîc quartū siue postulatū siue suppōnē, ut inde definitionē motus colligat:

Marginalia (left): I; Alius modus loquēdi.; Dubōnes. Prima; K; Prima rñ.; Replice.; L; Defensio.; Alia pō. Vide etiã can. q. i. huius arti. i.; M; Secunda dubitatio. Prima rñ. Cōfutatio; Propria rñsio.
Marginalia (right): N; Replica.; Defensio; Tertia du.; O; Recogni.; P; Com. 61.; Dilucida. tex. cō. 5.; Antiquus.; Q; Expositio. Pria auerrois expō.; Secunda Themistii.

A *Tertia propria.* ligat:& omnes bene atq; sapide dicunt, mihi tamen uidetur, q sequatur id quod incepit. Incepit enī reducere motus ad genera decem,& declarauit ad quot genera motus sit,nunc declarat qualis est motus in unoquoq; genere, & uult quod in unoquoq; genere motus sit bifarius atq; duplex:nam cum in unoquoq; prędicamento sint duo,quorū unum se habet ut melius,alterum ut prius.uerbi gratia: In substantia forma & priuatio,in qualitate album & nigrū, in quantitate perfectum & imperfectum, in ubi sursum & deorsum:restat ut in singulis prędicamentis sit motus bifarius,alius quidem qui ad terminum proficiscitur meliorē, alius qui ad peiorem: qua ratione fit ut motus solum sit in quatuor generibus,& in singulis duplex: & ita motiuū genera quatuor,species uerò octo.Quod uerò ad uerba attinet,hæc uerba,in quibusq; aūt rebus quibus omnibus motus inest,bifariam aliquid esse dicimus. In substantia quidem &c.in græcis codicibus hoc modo leguntur, unumquodq; autem dupliciter inest omnibus, quæ cum obscuriora essent,transtuli sic ad sensum,nec est absonum gręcis B *Quę Auerroes cō.6.* expositoribus. Verba illa,uel leue & graue,Auer.uno modo intelligit,ut per hæc uerba exemplificet in latione elementorum:nam elemētum mouetur ad locum ut fiat actu tale.uerbi causa: Graue deorsum ut fiat actu graue, leue sursum ut fiat actu leue: est enim elementum extra locum impurum,& semper potestate tale. Aut fortè est exemplū in generatione & corruptione, quia elementa transmutantur de grauitate in leuitatem,& econtra,quia hæc uidentur ut substantiariæ formæ elementorum,ut dicit ipse in.4.cœli.Verba illa,quare quot sunt ipsius entis species,tot etiam iam motus atq; mutationis erunt,non sunt sic intelligenda q qa decē sunt entis siue species siue prędicamēta, & decē sint etiam ipsius motus:sed per ens intelligit quod p motum accipit esse.Et quia quatuor sunt species entis, quod per motum capit esse,ideo quatuor sunt species motus, q̄ ductæ in duo erunt octo.

Elucida. tex. cō.6. C Cum itaq; eorum quæ in unoquoq; genere collocantur,aliud actu aliud potestate diuidatur, motus erit actus entis potestate,quatenus tale est: uelut alterabilis quidem quatenus alterabile est alteratio,auctilis atq; oppositi diminuitilis(nullum.n. ambobus nomen commune est impositum)auctio ac imminutio,generabilis quoq; atq; corruptibilis generatio & corruptio,& eius qd' fertur delatio.

Antiquus. Diuisio autem secundum unumquodq; genus, hoc quidem actu, aliud autem potentia: existente potentia entelechia secūdum q huiusmodi est motus.Vt alterabilis quidem inquantū alterabile est, alteratio est: augmentabilis, & oppositi diminuibilis (nullum enim nomen commune in utrisque est)augmentum & decrementum,generabilis autem & corruptibilis generatio & corruptio: loco autem mutabilis loci mutatio.

D *Expositio.* Nunc quid sit motus ex dictis concludit, utiturq; in eo (ut Themistius inquit) earum rerum oportunitate, quas p auloante parauit:& quia concessum erat in unoquoq; p̄dicamento species haberi participes tum actus tum potestatis, propterea ex his quasi enthymemate infert: Cum itaq; eorum quæ in unoquoque genere collocantur, aliud actu aliud potestate diuidatur, (hæc enim erat una suppositio)motus erit actus entis potestate,quatenus tale est potestate & non actu. Quam rem approbat quasi inductiōe in omnibus motus speciebus, simul atq; quatuor specierum *Declaratio Themistii.* motu definitiones complectitur,ut pateant tum generis tū specierum definitiones.Quod uerò addiderit,quatenus tale ē,Themistius è quo Auer.ipse accepit, declarat pulchrè, & innuit talem distinctionem, q mobile habet duplicem potentiam:prima est qua mobile ipsum est in potentia ad motum,altera qua est in potentia ad perfectionem quam per motum ipsum acquirit. Prima quidem mobilis potentia sola motus pręsentia perficitur,& eo stante tollitur. Secunda uerò non nisi pręsente termino ad quem, & ultima E *An diffō motus sit bñ assignata.* perfectione. Quæ ratio docet rem dum mouetur esse in actu & in potentia:actu quidem quo nunc mouetur,potentia uerò ad terminum & ultimam motus perfectionē. Ad *Vide Iād. q.3. huius & Alb. de saxo. q.2. huius.&cano.q.i.h°. & cursum gi. q.i.h°.* denotandum igitur q motus non est actus purus, quia sic tolleret omnem mobilis potentiam, nec potentia pura:adiecit quatenus tale,quia motus est actus permixtus potentiæ.Ideo actus entis potestate,quatenus potestate tale est, per quàm etiam particulam motus differt à forma naturali.Est enim albedo forma substantiæ quę est in potentia,& si non ad albedinem,saltem ad nigredinem: sed quoniam albedo non est actus albi quatenus potestate tale, iō differt à motu,qui rei mobilis actus est,non quatenus iā mota est,sed quatenus potestate mobilis est.Hæc ex Themistio colligi possunt,è quibus & enthymema facile deducitur,cum motus sit aliquod eorum quę sunt in genere,& nō F sit actus purus, neq; potestas pura:erit igitur actus entis *Quę Auerroes cō.6.* potestate,ut permixtus potestati. Auerroes autem aliquātulum digrediendo concludit, primò q hæc definitio motus competat motui nouo,& æterno:nouo quidem, qa ille est actus permixtus potentiæ ad totalem terminū motus: æterno uerò,quia ille est actus permixtus potentiæ, & si non ad terminum totalem,cum nunquam deficiat, saltem ad terminum partialem: quia est nouus secundum partē & partem,ut patet. Secundo concludit q ex hac definitione apparet continuatio motus:nam non est actus purus,quia tunc mobile quiesceret:nec potentia pura, quia non moueretur:igitur est actus successiuus permixtus potentię ad ulteriorem terminum. Sed dices octauo huius.cō.23. solus motus localis est continuus,igitur ex hac definitione nō apparet continuatio uniuersaliter omnibus competens. *Dubitatio* Propterea per continuationem hīc Auer. non unitatem intelligit,sed successionem.Modò stat aliquem motū esse successiuum,& non continuum,hoc est, unum & perpetuum. Et *Rñsio.* hoc declarat Auer.in auctione & alteratione, nam nec auctio nec alteratio est motus continuus & unus, ab initio G usq; in finem.Sed est perminima hac ratiōe,q primò unū minimum generatur subito,deinde stat, postea fit generatio alterius subito,& in aliis similiter: auctio itaque nec est una nec continua:similiter & de alteratione,& generatiōe dici potest.Q. uerò auctio nōn sit continua à primęua ętate usq; ad consistentiam,sensus docet:non enim esse posset una & continua,quin sensu apprehendatur. Ex hoc infert auctionem esse compositam ex pluribus motibus, & pluribus quietibus,hoc est, non compleri nisi pluribus quietibus & motibus uicissim interpositis,secūs autem est in latione & motu locali.Ille enim est tum successiuus, tū continuus: successiuus quidem propter rationem generalem motus,quatenus motus;cū enim motus nec sit actus purus,nec potentia pura,ipse omnino erit actus successorius permixtus potentiæ:continuus uerò quia fit supra spatium in eo q quantum,& à mobili in eo q quantū. Cæteri motus ut alteratio,generatio,& auctio,successiui quidem sunt H eà ratione qua motus,continui uerò minime, quoniam nō fiunt super spatium in eo q quantum,sed per minima quorum nullum est aptum acquiri nisi subito & in uno nunc. Quæ ratio docet posse esse mutationem successiuā & non motum, ut generatio elementi est: posse esse subitam & esse motum,ut auctio per minimum unum: de ratione eni motus est ut sit successiuus,& in subiecto ente in actu,non autem continuus.Quòd uerò auctio non sit motus continuus,probat Auer.signo,quia potest aliquid augeri in uno anno digito,& non est consonum ut tot partes sint sensiles in anno & in digito:quā rem iuniores non intelligētes multa fabulantur.Propterea debes scire q duo supponit, unū q auctio,generatio,& alteratio fiant per minima: secūdū est q plura minima esse possunt in anno,uel aliquo maiori tempore q̄ in digito:ex his signum habet efficatiam. Nō enim est consentaneum ut digitus fiat in aliquo in anno per minima,quia tunc partes sensiles siue minimę tot essent in

digito quo augetur illud, quot in anno, quod est absurdũ: propter hæc cessant obiectiones iuniorum. Sed de hac materia multa in sexto & octauo dicemus, & multa diximus anno preterito in libris de generatione & corruptione. Nõ enim est doctrinæ expediens ut obiter occursoria tractentur ut principalia, & principalia ut occursoria, uti agunt q sunt nostrorum temporum.

Recogni. Quod motus sit actus entis in potentia inquãtum ens est in potentia: Aristoteles, Tum ex dictis, Tum ex inductione: ex dictis quidem supponendo duo, primum quod omne ens sit actus, aut potentia, aut medium, quod est actus permixtus potentia: uel sub aliis uerbis, actus entis in potentia, ut est ens in potentia. ut enim Themistius inquit, idem est dicere actum permixtum potentiæ: & actũ entis in potentia, ut est ens in potentia: secundum quod supponit, est motum non esse actum purum, neq; potentiam puram: hoc enim sumit, nõ probat, sic enim uia diuisiua ordinata est, ut alterum assumatur, alterum inferatur, ut secundo posteriorum dictum est: Ex his duobus sequit motum esse actum permixtum potentiæ: hoc est actum entis in potentia, ut est ens in potentia: quod idem est. Inductione uero hoc idẽ probat Aristoteles ut patet in textu: Ex commento collegimus in cõmentariis alterationem, & auctionem non esse motum continuum, bene successiuum quia, ut dicit, alteratio & actio componitur ex pluribus motibus, & pluribus getibus: imaginatur enim tot esse actiones, quot minima sunt in ipso aucto de nouo genita: cum quodlibet minimum fiat subito: tot erũt motus subitarii in auctione, quot minima: & quia instans nõ est instanti immediatum, ideo plures getes interponuntur. rem hanc probaui demonstratiue stantibus principiis Auerrois octauo Metaphysicę supponendo primo esse dabile maximum & minimũ in gradu cuiuslibet formę, naturaliter intensibilis: & in quantitate cuiuslibet corporis naturaliter augumentabilis supponendo secundo alterationem esse generationẽ qualitatis, & actionẽ quantitatis. supponendo tertio nihil esse producibile sub minori gradu, aut quantitate quàm sit illius minimum: aut in gradu in quantitate probaui quia sub quanto gradu aut quantitate aliquid esse põt, sub tanto & non sub minori producibile est: quoniam generatio est ad esse: ergo nihil põt generari sub eo, sub quo non potest esse. Ex his sequitur nec generationem, nec alterationem, neq; auctionẽ esse motum continuum de generatione patet: de alteratione & auctione probatur: nam si esset motus continuus: Tunc inalteratione & auctione in quolibet instanti aliquid produceretur: & cum non possit produci minus minimo, ut supposuimus: producetur in quolibet instanti unum minimũ & cum infinita sunt instantia temporis mensurantis quẽlibet motum: ergo erunt producta in fine motus infinita minima: & ita forma in alteratione erit infinite intensa, & in auctione augmentabile infinite auctum: & tota argumẽti uis est, quia alteratio est generatio qualitatis, quæ cum sit ad esse: nõ potest esse sub minori gradu, q̃ sit minimũ. & auctio generatio naturalis quanti: quæ similiter, cũ sit ad esse: non potest esse sub minori quantitate q̃ sit minimum naturale: si enim minimũ posset per motum acqri: esset diuisibile in minora naturaliter. Verum de his in septimo & .6. huius: & .8. metaphysicæ.

Dilucida. tex. cõ. 7. Quòd autem motus hoc sit, hinc perspicuum est: nam cum ædificatile quatenus tale actu dicimus, ipsum quatenus ædificatur est, & ipsius est ædificatio, Similiter & medicatio, & uolutatio, & saltatio, & uirilitas, & senectus.

Antiquus. Quòd autem hoc sit motus, hinc manifestum est, cum ædificabile inquantum huiusmodi, dicimus esse actu, ipsum inquãtum ędificatur, est, & est hoc ædificatio. Similiter autem & medicatio, & uolutatio, & saltatio, & adolescentia, & senectus.

Expositio. Nunc singulas diffinitionis particulas minutatim explanat, & primo probat q motus sit actus, & hoc proponit dicens: Quod autem motus hoc sit, hoc est, sit actus, hinc perspicuum est; & ut placet Themistio, uis rationis Arist. est uis exempli: Nam ædificatilis res tunc mouetur, quũ actu ipso ędificatur, seruat enim adhuc potestatis qcq: cum uerò absoluta atq; completa ædificatio est, tunc neq; mouetur, neq; potestatis quicquam seruat. Simili ratione dici potest de medicatione, & uolutatione & saltatione, uirilitate ac senectute & cæteris id genus, omnibus enim in his motus est actus cuiquam proprius. Sunt qui ex ui horum exemplorum talem colligunt syll̃m, omne id quo aliquid redditur in actu ex potentia actus est, non enim põt album esse sine albedine, neq; calidum sine calore: quare nec esse actu sine actu. Motus est quo mobile actu reddit in motu, ut ædificabile actu ædificatile, & extra id genus. Igitur motus est actus. Quod uerò ad uerba attinet, illa uerba, & uirilitas & senectus, quæ grece sunt andransis & geransis, Them. intel ligere uidetur pro auctione & imminutione: est enim uirilitas siue adolescentia auctio quædam, senectus imminutio: & tunc exempla conueniunt omnibus motibus, nam ædificatio conuenit generationi, medicatio alterationi, uolutatio & saltatio delationi, uirilitas & senectus auctioni & imminutioni. Themistius uerò in paraphrasi huius loci declarat, primò unam aliam motus definitionem, & inquit: Motus est primus actus rei quæ potestate aliquid est. accipit autem hîc primus, quia ultimus uidetur esse forma, quã res assecuta est cùm primũ quiescit, & ita itio in formã actus est primus. Secundo declarat qualis actus sit motus, & inquit: Quoniam formam ipsam maximè & simpliciter actũ uocamus, quare profectio ad formam actus est imperfectus, & rei ut ẽ potestate talis. Hęc à Themistio colligi possunt.

Vide cañ. q. 1. huius Et ̃lãdu. q. 2. huius.

Sylls apd aliquos.

Expositio. uerborũ.

Quæ The.

Dilucidatio t. cõ. 8. Quoniam autem aliqua eadem sunt tum potestate tum actu, & non simul aut non eodem, sed uelu ti aliquid quod quidé potestate calidum est, actu uerò frigidum, complura iam uicissim agent & patientur, nam omne erit actiuum & passiuum, quare & idem naturaliter mouens ac mobile: oẽ nanq; tale mouet, & ipsum mouetur. Sunt quidem enim quibus uidetur omne quod mouet moueri. Verũ de his quonam modo se habeat, ex aliis patebit: est enim quoddam quod immobile etiam mouet.

Antiquus. Quoniam autem quædam eadem sunt potentia & actu, non tamen simul, aut nõ secundum idem, sed ut calidum quidem potẽtia, frigidum autem entelechia, multa iam agunt & patiuntur ad inuicem. Omne enim erit simul actiuum & passiuum, quare & mouens physicè & mobile: tunc enim huiusmodi mouet, quum mouetur & ipsum. Videt quidem igitur quibusdam oẽ moueri moués. Sed de his quidem ex aliis erit manifestũ, quomodo se habent: est enim quoddam mouentium & immobile.

Expositio. Prima expositio. Quid uelit hîc Aris. facere, neq; Themistius neq; Auer. satis explicauit. Videntur autem ex eorum procedẽdi modo, uelle q Arist. uelit declarare eam definitionis partem, quæ dicit, quatenus tale potestate, & tunc uidetur q Aris. antequam rem exequatur, pręmittat unum quod in rebus naturalibus, hoc est, cõpositis ex materia & forma (ut Themistius & Auer. exponunt) omne quod agit in agendo repatitur, & omne quod mouet in mouendo mouetur, ita ut sit omne actiuum & passiuum, motiuum & mobile. Hoc Aristo. probare uidetur per hoc, quia eadem composita naturalia sunt partim actu partim potestate, ex ea parte qua actu sunt, actiua & mouentia sunt: ex ea uerò parte qua potestate, mobilia atq; passiua esse uidentur: quàm rem exemplo et

S. The. s̃da exp͂. Vide etiã Egidiũ & Bur. hîc.

plo & authoritate comprobat. Expositor autem quem iuniores sectantur, uult Aristo. probare eam definitionis particulam quæ dicit, entis in potentia, & ita uult ꝙ probet motum esse actum entis in potentia. Colligit autem ex litera syllogismum talem, eius in quo semper motus inuenitur motus est actus, ens potestate est id in quo semper inuenitur, igitur motus est actus entis potestate: & de syllogismo uult Aristo. declarasse solam minorem. Hanc expositionē non acceptamus, tum primò quia nō necessaria, nam cùm Aristo. probabit motum esse actum entis quatenus tale in potentia, etiam habebitur ipsum esse actum entis in potentia: ideo non uidetur necessaria probatio seorsum. Tum secundò quia cum difficultate hæc expositio literæ consonat.

Reprobō.

Themistius uerò hîc assignat in quibus idem esse potest mouens & motum, & quare: & uult ea mouere & moueri quæ actus & potentiæ participant: nam mouent parte qua est actu, mouentur parte qua potentia, hoc est, mouent per formam, per materiam mouentur: propterea ait Auerroes hanc propositionem esse falsam, mouens mouetur, nisi addatur ut sit compositum ex potentia & actu. Hæc sunt quæ asserunt.

Qua The.

Recognitō

Quod declarat Aristoteles, non est dubium: declarat. n. quæ sint illa, in quibus idem est agens & patiens, mouens & mobile: & uult hęc omnia esse corpora naturalia, composita ex materia & forma: nam ex eo quia formam habent, agunt, & mouent: ex eō uero, quia habent materiam, patiuntur & mouentur. Addit tamen hæc agere & pati, mouere & moueri non simul, aut si simul non secundum idem, hoc est, eodē respectu: aut si eodem respectu, non simul. Vt enim Them. inquit, aliqua agere & pati inuicem possunt simul, non tamen eodem respectu: serra. n. simul secat & retunditur, uerùm non eodem respectu, secat enim ex forma, retunditur ex materia utpote ex ferro. Possunt etiam aliqua eodē respectu agere & pati, sed nō simul: nam calidum, ut calidum hodie agere potest, cras uerò ut calidum pati. Ex quibus uerbis potius reactionē demere uidetur Aristoteles ꝗ̄ dare, cùm dicat nulla posse agere & pati simul & eodē respectu, sed si aliqua agunt & patiuntur, aut non simul, aut si simul non eodem respectu: sed de his postea. Sed cur Aristoteles declarauerit hoc non est certum: alii enim dicunt Aristotelem hoc declarare, ut illam definitionis partem declaret, quæ est quatenus tale in potentia: alii ut declaret illam entis in potentia. Ego uerò non recedendo à textu, dicerem ut refellat Argumentum Platonis, qui dixit motum esse actum mouentis, & non entis in potentia. Argumētabatur enim, oē mouens in mouendo mouetur, & ut mouet mouetur, ergo motus est actus mouentis quatenus mouens est: cui non esse uerum omne mouens in mouendo moueri, sed solum quando ea quæ mouent sunt composita.

Dilucida. tex. cō. 9.

Cum itaq; id quod actu est afficiat aut seipm aut aliud. motus eius actus est quod potestate est, quatenus mobile existit. Dico autem quatenus mobile hac ratione, est enim æs potestate statua, non tamē motus actus est æris quatenus est æs non enim idē est æris esse, & id quod potestate quadam est mobile. Nam si esset idem simpliciter & ratione, motus sanè actus esset æris quatenus æs est. At (ut diximus) non est idem.

Antiqua.

Sed potentia existentis (cū entelechia ens agat aut seipsum aut aliud) inquantum mobile motus est. Dico autem ipsum inquantum, sic: est enim æs potentia statua, sed tamen non æris entelechia, inquātum ęs, motus est. Nō enim idem est ęri esse, & potētia alicui mobili: quoniam si idem esset simpliciter, & secundum rationem, esset utiq; æri inquantum ęs entelechia motus. Nō est autem idem, quēadmodum dictum est.

Sectā ndo Themistium & Auerroem, cum Aristo. fecit suppositionē, uidelicet ꝙ res naturales partim actu partim potestate sunt uicissim agentes & patientes, nunc concludit motum esse actum mobilis quatenus potestate est, nō quatenus actu, & hoc proponit dicens: Cùm itaq; id quod actu est, afficiat siue moueat aut seipsum aut aliud distinctū à se, motus eius actus est quod potestate est, quatenus mobile est. & ita motus est actus mobilis quatenus mobile, & non mouentis quatenus mouens. Quod uerò ad uerba attinet, uerbum illud afficiat, græce est ἐνεργεῖ, quod latinè sonat agit uel operatur: sed ut translatio esset clarior, trāstuli afficit uel mouet. Declarat deinceps illam particulam, quatenus mobile potestate, nam motus est actus rei existētis in actu & in potentia, omne enim quod mouet̄ est actu & potentia: actu quidem simpliciter, potentia secundum quid. Ne igitur credat quispiam motum esse actum mobilis quatenus ipsum est ens actu, ideo additum est, quatenus ens in potentia: hoc autem declarat in exemplo, nam statuificatio motus quidem est, non aeris ut est ęs actu simpliciter, sed quatenus æs est ens potentia quadam saltē ad perfectionem motus. Modò æs & ens mobile, licet subiecto idem sint, ratione differunt. Rectē igitur entis in potentia ut in potentia motus actus est. Hæc ab Aristo. Vbi animaduersione dignum, omne quod mouetur esse actu & potentia: actu quidem simpliciter, quo reponitur in specie, ut æs: potentia uerò secundum quid, qua est in potentia ad terminum qui per motum acquiritur, uerbi causa, ad statuam: est enim æs actu æs, potestate statua. Motus igitur ē actus æris quatenus potestate statua est, non quatenus est simpliciter æs. Propter hæc additum est, quatenus tale potestate. Hæc ē Themistio colligi possunt. Auerro. uerò ꝓbat ꝙ motus non sit actus entis in actu, & arguit sic: si motus esset perfectio actionis siue entis in actu, tunc quidditates rerū essent motus, ita ut perfectio cupri esset motus.

Expositio.

De potētiā & actu & qūo opponanť vide sco. ix. meta. qō. 1. & sequētibus Quæ Aū. cōmē. ix.

Sed obiiciunt, quia motus est perfectio siue actus entis in potentia, & tamen quidditas entis in potentia non est motus. Circa quam dubitationem iuniores mirum in modū se confundunt, sed breuibus dici potest, ꝙ Auer. per perfectionem, intelligit actum ultimum, ad quem itur per motum: probat igitur motum non esse talem actum ultimum, quia tunc quidditas rei esset motus: est enim actus ultimus forma rei, rei forma quidditas & definitio est apud ipsum: quare si motus est ultimus actus mobilis, tunc esset eius q̄ddítas. Ad argumentum uerò dico non esse ad propositū, motus enim non est perfectio siue actus ultimus mobilis, sed actus primus, quo itur in actum ultimū: Auerroes aūt probauit, motū non esse actū ultimū & finalē rei ꝗ̄ mouet̄.

Dubitatio

Solutio.

Recogni.

Dubitaret fortasse quispiam: quia uidetur superflua ea particula, quæ est entis in potentia: satis enim uidetur esse dicendum motum esse actum entis quatenus in ens in potentia, cùm nō sit actus entis, quod simpliciter est in actu, ut est ens in actu, sed quatenus est in potentia. Videt̄ mihi illam particulam esse additam contra Platonem, qui dixit motum esse actum entis simpliciter in actu, & nullo modo existentis in potentia: ideo contra ipsum concludit motum esse potius actum entis in potentia. Sed quia ens in potētia, cuius motus ipse actus est, est simpliciter in actu: ad denotandum motum nō esse actū illius entis in potentia, quatenus est simpliciter in actu, addit quatenus in potentia: & sic utraq; particula necessaria est.

Dilucida. tex. cō. 10.

Insuper etiam idem in contrariis perspicuum est, nam posse quidem sanari & posse ęgrotare diuersa sunt: esset nanq; idem ægrotare & sanari, at subiectum quod quidē sanatur & ęgrotat, siue humor sit siue sanguis, unum & idem est. Cùm autem nō sit idem, quemadmodum neq; color & uisibile idē est, perspicuum est motum esse actū possibilis quatenus possibile.

Antiqua.

Manifestum est autem & in contrariis: posse quidem enim sanari & posse laborare alterum est: &

I { enim ut quod laborare & sanare idem eēt, subiectum autem & sanabile & infirmū, siue humor, siue sanguis sit, unum & idē est. Quoniam autem nō est idem, neq; color idē & uisibile, possibilis inquantum est possibile, entelechia manifestum est quod sit motus.

Expositio. Secundò idem declarat ratione accepta à contrariis, & Themistius utitur exemplis hoc modo, non est eadem ratio corporis & potestatum quibus corpus potest exire in diuersa: corpus enim unum est & sibiipsi idem, posse autē sanari & posse ægrotare, nō modò diuersę potestates sunt, sed etiam maximè contrarię: nam & illarum actus maximè discrepant, uidelicet sanari & ægrotare. Secundò nō est idē color & uisibile, nam color affectio est, quæ luce pręsente perspicuum mouet: uisibile uerò accidens colori, quatenus uideri oculis potest. Tertiò neq; sonus idem cum re auditili, neq; color cum tactili, neq; ulla demum res actu cū ea quæ potestate est, iure patet neq; motum esse actum entis in actu, sed possibilis ut possibile. Ex ijs soliti sumus syllogizare sic, ea quæ sic se habent quod uno multiplicato, alterum est unum esse & ratione differūt, sed esse actu simpliciter rei quæ mouetur, & esse mobile sic se habēt quod ipsum esse mobilis simpliciter est unum, ipsum esse potestate est plura: igitur ratione differunt, & sic rectè dictum est motum esse actum entis possibilis, & non entis actu. Hæc ex Themistio. Auerroes autem in commento probat potentias contrariorum esse diuersas, quia potentiæ contrariorum sunt contrariæ. Dubitant iuniores, primò quia dicitur. 5. meta. unam esse potentiam contrariorum, hīc uerò dicitur contrariorum contrarias esse potentias. Secundò etiam dubitant quia album & nigrum sunt contraria, & tamen una est potentia ad ambo ueluti ad medium. Iuniores respondent & eorum responsio non est imperita, tamen ad primam respondet Auer. primo cœli cōmen. 120. ubi uult unam esse contrariorum potentiam, & eandem respectu subiecti remoti, ut materiæ primæ: diuersas uerò atq; contrarias respectu subiecti proximi, ratiōe cuius sunt finitæ & terminatæ. Ad secundam respondet idē Auer. in eodem primo cœli. cō. 121. de potentijs ad contraria immediata. Inquit enim, quod ut impossibile est contraria inueniri in simul in actu, ita impossibile est inueniri duas potentias ad duo contraria. s. immediata, sed potentiæ succedunt sibiinuicem ut contraria. Hæc Auerroes.

K — Vide Burleum hic. — Quæ Aū. cōmē 10. — Dubōnes Prima. Secunda. — Sol. prima — Sol. secūda — L

Dilucida. tex. cō. 11. Esse igitur hunc atq; rem tunc moueri cum iste actus accidit, & neq; prius neque posterius, perspicuum est. Cum enim unumquodq; interdum operetur interdum non operetur, ceu ędificatile quatenus ædificatile, ædificatilis quoq; ea ratione qua ædificatile ædificatio est actus. Nam hic actus, aut est ædificatilis ędificatio, aut domus. Sed cum domus est, non ulterius ædificatile est id ædificatile, quod quidem ędificatur. Necesse igitur est ut hic actus ædificatio sit. At ædificatio motus est quidā. Eadem autem ratio accommodabitur & in cęteris motibus id genus.

M

Antiquus. Quod quidem igitur est hic, & quod accidat tūc { moueri, cum est entelechia uel ipse, & neq; prius { neq; posterius, ostensum est. Contingit enim unū { quodq; aliquando quidem operari, aliquando uerò non, ut ædificabile inquatum ędificabile, & ędificabilis actus inquantum est ędificabile ædificatio { est: aut enim hoc est ædificatio actus ædificabilis, { aut domus. Sed cum domus sit, non amplius ędificabile est: ędificatur autē ędificabile, necesse est ergo ędificationem esse actum: ædificatio autem motus quidam est. At uerò eadem conueniet ratio & { in aliis motibus.

N

Expositio. Videtur Aristoteles primò epilogare definitionem dictam, et inquit: Motum igitur esse hunc. i. actum mobilis atq; rem tūc moueri cum iste actus accidit rei mobili, neq; prius neq; posterius, perspicuum est. Hic est epilogus. Nō contentus uerò epilogo & narratione dicta, adhuc addit rationem nouam, & probat ædificationem esse actum ædificatilis rei quatenus ædificatilis sit: rei ædificatilis est actus aliquis, & non est illius actus domus ipsa, quia ipsa pręsente cessat actus ædificationis: igitur ædificatilis rei actus ędificatio est. Tunc addit, sed ædificatio est motus quidā, igitur motus est actus entis in potentia quatenus in potentia.

An motus sit aliq̄ entitas realis distincta essentialiter a termino ad quē. ut de ca. q. 1. l. 3 & Bur. hic & mag. q. 2. huius

Vnde totus syll's esse potest sic, ædificatio est actus mobilis quatenus mobile, ædificatio est motus, igitur in tertia figura motus est actus mobilis quatenus mobile. & quia syllogismi in tertia figura omnes sunt particulares, addit: Eadem autem ratio accommodabitur & in cæteris motibus id genus. Per hæc igitur definitio motus perspicua est. Circa finem præsentis capituli quæri solet de reactione, q̄ res pertractata est in libro de generatione raptim: nam calculatores circa rem hanc multum fimbrias dilatare consueuerunt. Est pręterea quęstio communis physicis & mathematicis. De quæsito isto non paruæ extitere positiones, quidam negant reactionem omnino, tam secundum qualitates easdem, q̄ secundum qualitates diuersas. Alij concedūt illam & differunt, nam hi per easdem fieri qualitates contendunt, hi per diuersas. Fiunt hincinde argumenta innumera, multæ imaginationes & casus, quos enarrare nec est utile, nec facit ad expositionem Arist. cuius mentē exponere proposuimus. Dicamus igitur nunc quædam, (quicquid in libro de generatione dictum sit:) non enim ætate hac recusabo opposita scribere, maximè circa ea in q̄bus nulla uidetur necessitas. Aristo. igitur in hoc tertio planè uidetur concedere reactionem, quia enim aliqua partim actu, partim potentia sunt: conclusit cōplura uicissim agere & pati. In libro etiam de generatione in eo capite, ubi de agere & pati, disputat, idem sentire nemo dubitat. Rursus ēt in libro eodem, ubi de mixtura loquitur, concludit mixturam ex eo, quia elementa agunt & reagunt uicissim. Huic parti fauet Auer. 4. meteo. cōmento. 10. ubi argumēto à mixtura idem sustinere uidetur. Amplius tertio de anima libro, commento. 20. uerificans uerbum Alexandri aphrodisii, inquit: Et quàm bene assimilat illū Alexander igni. Ignis enim est innatus alterare omne corpus per uirtutem existentem in eo, & tamen cum hoc patitur aliquo modo ab eo quod alterat, & assimilatur cū eo aliquo modo similitudinis, idest, acquirit ab eo formā igneam minorem forma ignea alterante. Hæc Auerroes, è quibus reactionem satis bene potest colligere. Pro hac parte ēt calculatores rationes adducunt subtilissimas, & experiētias sensiles. Primò arguunt, quia nisi detur reactio, mixtura elementorum fieri non posset: oportet enim omnes elementorum qualitates, saltem in mixtura remitti, quæ remisso stare non posset, nisi actio & reactio elementorum mutua esset. Secundo arguunt, corpus calidum & corpus frigidū ita possunt approximari, ut calidum sit actiuitatis maioris, frigidum resistentiæ maioris, per illam regulā: Quod quātò qualitas est maioris actionis, tantò est minoris resistentiæ. Igitur ipsis approximatis erit actio & reactio actio quidem quia calidum maioris actionis, reactio uerò quia frigidum maioris resistentiæ, & calidum minoris. Tertiò arguunt, si ipsum passum in agens non reageret, tunc omne agēs in passum certæ resistētiæ eēt resistētiæ infinitę, qđ est impossibile, & consequentia probatur, quia signetur à. agēs calidum, & b. passum frigidum in quo agat à. Et arguitur sic, b. passum est alicuius certæ actiuitatis, & quælibet pars ipsius à. est maioris resistentiæ quàm sit actiuitas b. sed aliqua pars à. est in duplo maioris resistētiæ, & aliqua in quadruplo, & aliqua in octuplo, & sic in infinitum: igitur in infinitum maioris resistentiæ est ipsum à. quā sit ipsum b. actiuitatis,

Vide calculatores. Positiões. O — Quod de reactio auctoritates. — P — Rōnes pro reactione. Prima rō. Vide etiā Gaeta. de Thie. sup t. 16. huius — Q — Secunda. — Tertia.

A activitatis, & ita ipsum à. erit infinitæ resistentiæ. Quod aut quælibet pars ipsius à. sit maioris resistentiæ quam ipsum b. activitatis, scitur ex hoc quod in nullam ipsius à. partem sufficit b. agere. Quartò, si super aliquam partem ipsius à præcisè sufficeret b. & ageret, esset à. ipsum alicuius resistentiæ: & si præcisè super partem in duplo minorem ista sufficeret b. agere, esset à. in duplo maioris resistentiæ, & sic in infinitum: igitur si in nullam partem ipsius à. sufficeret b. agere, à. esset infinitæ resistentiæ: sed iam in nullam partem à. sufficit b. agere, igitur ut suprà. Quintò, si nō detur reactio, tunc b. ipsum esset nullius activitatis: probatur, quia si b. in ipsius à. partem mediam sufficit agere, esset b. alicuius activitatis: & si sufficeret agere in partem in duplo minoris resistētiæ, quam est medietas ipsius à. esset in duplo minoris activitatis, & sic in infinitum: sed in infinitum modicæ resistētiæ est aliqua pars ipsius à. igitur si b. in nullā ipsius à. partem sufficit agere, nullius potentiæ activæ esset b. Hæc sunt argumenta meliora pro reactione. Pro eodem sunt plurimæ experientiæ, quæ non possunt bona suasione negari. Prima est de carbone ignito, aut ferro in aqua frigida proiecto, ubi patet ferrum extingui sive tepefieri, aqua remanente sensibiliter calida, quod fieri non potest absque actione & reactione. Secunda, est de glacie posita in vola manus, ubi patet ipsam liquescere, manu existente ab ipsa frigefacta, quod effici non potest nisi manus per caliditatem egisset, & glacies reagisset. Similis etiam experiētia fieri solet de pomo, quod in manu calefit, & ipsam frigefacit. Tertia est de vasculis duris invicem percussis, quorum unū frāgit alterum. Quarta est guttula aquæ super magnū carbonem ignitum persusa, ubi patet aliquam carbonis partē extingui, & illam totam resolui in vaporem propter caliditatem carbonis. Quinta de duobus corporibus densis, quorum unum cadat super alterum, ubi patet ambo cōdensari: & multæ tales fiunt frequenter per scholas, & eos qui in calculationibus scribunt. Hæ sunt experientiæ pro reactione, hæ rationes, & demum hæ authoritates. Ego verò nunc (quicquid tunc in libro de generatione dixerim) teneo cum peripateticis vetustioribus, quod reactio est duplex, positiva, & est novæ qualitatis productio: alia est privativa, quæ nihil aliud est quam resistētia passi: tunc dicerem pro nūc rationem positivam esse impossibilem, & nullibi Aristo. attigisse: privativam esse necessariā in omnibus agentibus & passis, quæ in materia communicant. Et licet plures possint pro positione hac ratione adduci, ea duntaxat fortissimè moveor, quia si aliquod agens ut à. sufficit agere in b. corrumpēdo b. totum, et sufficit se defendere ne ab ipso b. patiatur aut corrumpatur. Si quidem tantæ potentiæ sit quælibet pars agentis, & totum agens, donec pars fuerit in toto. Dicetur igitur à. agens, & b. reagens quatenus b. ipsum resistit ipsi à. non quatenus imprimit in ipsum à. qualitatis quicquam. Moveor præterea, quia plurimæ & molestiores quæstiones contingunt dicentibus reactionem quam negantibus, ut omnibus patet. Potest confirmari hæc positio, quia sicut in motu locali ita in cæteris: ac in motu locali mediū resistit moventi, & non per productionem alicuius qualitatis.

Quarta

Quinta

Experientiæ pro reactiōe Prima.

B Secunda

Tertia

Quarta

Quinta

Pō ppria.

C

Persuasio.

D Rñsiones ad rōnes.

Propter hæc nunc defendo partem eorū qui negāt reactionē. Ad primas authoritates patet solutio, omnes enim de reactione privativa intelligunt, secùs de positiva. Ad rationes verò alias & ad primam, dici potest quod elementa remittuntur in qualitatibus sive formis aggenerante mixto, aut ab influentia cæli, si mixtum sit de novo: hæc enim influentia uti agens reducit elementa ad temperamētum, quod requiritur pro generatiōe mixti de novo immediate ex elementis. Hoc autem testantur astronomi, qui prædominantibus variis cæli constellatiōibus varia mixta prædicunt ventura, quod pro tanto est pro quanto constellatio movet elementa ad locum generationis, & illa reducit ad temperationem requisitam ad generationem portenti mixti. Ad secundum quære responsionem in libro de generatione, potest tamen pro modo dici, quod omnis qualitas est æqualis actionis & resistentiæ, licet per accidens ex parte materiæ sit contrarium: ut calidum est tantæ resistentiæ quātæ actionis per se, sed quia est in materia rara per accidens est minoris resistentiæ: & ita negatur suppositio, & omnes rationes quæ suppositionem probant, valent ad concludēdum qualitatem maioris actionis esse minoris resistentiæ per accidens, ratione subiecti & materiæ. Ad tertiam negatur consequentia, & ad rationem quæ est, quod tunc agens principale esset infinitæ resistentiæ, negatur iterum consequētia. Et cùm arguitur ponendò quod à. sit agens, & b. passum alicuius certæ activitatis, & quælibet pars est maioris resistentiæ quam totum b. negatur hoc: immò in infinitum minoris resistentiæ est aliqua pars à. quam b. Et cum arguitur, in nullam partem ipsius à. sufficit b. agere, igitur ut suprà, iterum negatur consequentia: & causa est, quia non solum pars ipsius à. resistit, ne b. agat in aliquam partem ipsius à. sed et totū à. Sed argumentum valeret, si ab aliqua ipsius à. parte removeatur iuvamentum ipsius à. & cuiuslibet alterius, & tunc non est dubium quod in aliquam ipsius à. partem b. sufficeret agere. Ad quartam dici pōt similiter, quod b. in nullam ipsius à. partem sufficit agere, non quia illa pars per se sit maioris resistentiæ quam b. actionis, sed virtute totius defendentis se & quodlibet sui, propterea ratio nulla est. Similiter ad quintā, b. enim est alicuius actionis, respectu eius ad quod habet proportionem maioris inæqualitatis, modò licet ad partem ipsius à. habeat talem proportionem, ratione totius non habet. Hæc ad rationes. Ad experientias & ad primam saluarem illam per exhalationes cōtentas tam in aqua quam in ferro, hæ enim exeunt & ascendunt in aqua, quia leves sunt appetentes locum sursum, quæ cū non sufficiant bene dividere aquam, immiscentur ad certum tempus cum ipsa, & propterea aqua tactui apparet calida, licet in veritate sit frigida: erit igitur actio in ferrū ab aqua proficiscens, non autem reactio à ferro in aquam: sic igitur sine reactione saluari potest hæc experientia. Hæc responsio est ad mentem Auer. 2. de anima. cōmento. 115.

E

F

Sol. experientiarū.

Ad secundam de glacie & pomo, ego saluarem eam per reactionem factam ab anima mediante spiritu: imaginor enim glaciem manum frigefacere, deinde anima transmittit spiritus novos, & agit in glaciem tepefaciendo illam, & tunc amplius non reagit glacies, & ita nō est actio & reactio ad unum nunc simul, sed cum glacies agit manus nō reagit, sed postea cum anima mediante spiritu agit in glaciem, tunc glacies amplius non reagit. Ad tertiam de vasculis dici potest, quod talium vasorum unum non frangit alterū merito actionis mutuæ unius qualitatis in aliam, nec merito duritiei, quia durities unius non agit in duritiem alterius: fortasse enim ab aere frangitur in medio eorum fracto. Ad quartam de carbone solitus erā dicere, quòd carbo per sui caliditatem alterat guttam, gutta verò quia gravis est & densæ substantiæ, obstruit poros carbōis, per quos exhalatio fiebat humidi subtilis, qua ratione eius eventatio prohibetur, & inde in ea parte carbo extinguit. Ad ultimā dici potest ut suprà ad illud de duris. Hæc sunt quæ nunc mihi videntur, quod si alias aliter apparebit, et aliter dicere non recusabo: nec volui colligere in tam gravi quæstione plura, nam innumeri sunt scriptores.

G

H

De reactione multa scripsimus: nunc verò iterū quæ in commentariis dixi, non revocarem. Nam Aristoteles si bene verba eius superius posita cōsiderētur, potius reactionē negavit quam affirmavit: bene enim asserit aliqua agere & pati invicem, dicit tamen aut non simul, aut non secundum idem, & ita concedit aliqua agere & pati invicē, sed in diversis temporibus. Potest enim ignis hodie agere in aquam vigoratus influxu cælesti, potest & aqua cras reagere in ignem dato quod aqua hodie vigoretur, & ignis ab influxu nō vigoretur. Dato etiam quod eodem tempore agerent invicem & reagerent, nō eodem respectu actio esset, & ratio: ageret enim ignis in aquā per proprias ignis qualitates, non tamen reageret aqua in ignem per qualitates aquæ, sed influentia cæli recepta in aqua & igne remitteret aliquid de igne, & sic aqua reageret solùm resistitive,

Recognitio

Te. cō. 8.

I quomodo medium plenũ resistit mobili: est enim duplex resistentia, ut in commẽtarijs diximus. Passum ergo reagit priuatiue, influentia positiue. Quòd uerò passum positiue reagere non possit, ex eo patet quia se aliquod agens sufficit agere in aliquod passum, sufficit defendere ab illo, & se, et quodlibet sui. Quòd uerò priuatiue resistat, ex eo patet quia sicut in locali motu, ita in cęteris: at in motu locali medium resistit mouenti, & non positiue per productionẽ alicuius q̃litatis in agẽte: ergo priuatiue. Q̃d uerò influentia reagat in agens, plurimę obseruationes docẽt, potissimũ quia nos experimur agens aliquando in qualitatibus cum agit in passum, remitti: modò cum hæc remissio nõ sit nisi quia in eo est producta qualitas contraria, et cum illa non sit producta à passo. Ergo erit producta ab influẽtia cæli, & ita resistens positiuum est influentia cæli, quę cùm sit in aqua, & omnibus, sensu non iudicatur distincta ab aqua, & propter hanc apparẽtem indistinctionẽ iudicatur aqua reagere. Quæres cur necessaria est hęc positiua resistentia

K ab influentia? Dicendum q̃ experientia docet illam, est uero necessaria, ut seruetur debitus ordo naturæ: ubi enim talis reactio non esset, omnis actio esset æqualis. Et quæres cur hæc positiua resistentia nõ est semper æqualis? Respõdetur hoc esse, quia priuatiua resistentia passi non est semper æqualis: illa enim est influentiæ in resistendo positiue limitatiua. Sed dices adhuc, ad quid est necessaria priuatiua resistentia? Videtur enim ad seruandum ordinem sufficere resistentia positiua: præterea ad seruandum ordinem uidetur sufficere priuatiua resistentia: ergo omnino altera superfluit. Potest dici resistentiam priuatiuam esse ex eo, quia omnis res appetit se p̃manere: & ideo hæc in omnibus est, non tamen in omnibus æqualis: in frigido enim ut octo hęc maior est, q̃ in frigido, ut sex: & maior in frigi

L do ut sex, q̃ in frigido ut quatuor. Maior aũt uel minor appetitus essendi in passo nullus esset, nisi iuuaretur ab influẽtia, quæ positiue resistit agenti, priuatiua ergo resistentia est propter appetitum. Illa non sufficit, ex quo agens superat passum, nisi esset resistentia positiua illa fauens: ergo requirit utraq; , hæc in passo propter appetitum essendi, illa in influentia, ut faueat huic appetui naturali ex ordine naturæ instituto. Sed dices, si hęc resistẽtia positiua ĩ influẽtia non est in omnibus æqualis, sicut nec priuatiua in omnibus æqualis est, qualis est utrũ calida uel frigida? Dicẽdum ipsam esse uirtute omnem effectum, actu uerò nõ nisi qualitatem cæłestem. Aqua ergo exuperans ferrum calidum frigefacit ferrum, ferrum uerò cum sit exuperatum, non calefacit aquam, sed influentia fauens ferro appetenti permanere in caliditate, remittit frigiditatem a quę aquã calefaciendo: & de alijs experientijs simili ratione dici potest. Videt autem ferrum reagere, quia secundum sensum

M influentia non distinguitur à ferro loco & subiecto, reuera tamen non reagit, sed appetit se permanere, & pro rõne appetitus influentia illi fauendo reagit, aut remittit pollentiam aquæ. Infra uero alter dixi, dixi enim omne agẽs, & omne mouens pati atq; moueri: sed non à passo, sed ab alio à quo reducitur de potentia ad actum.

Quære ex põnẽ tex. cõm. xvii. Dilucida. tex. cõ. xii.

Quòd autem rectè dictum sit, perspicuum est & ex his quæ de ipso alii dixerunt, & ex eo quia non facile est aliter ipsum definire: neq; enim motũ mutationemúe alio in genere collocare q̃s poterit, neq; qui aliter de ipso sensere recte dixerunt, rem hanc ita esse, contemplantibus perspicuum est. Nam alii ipsum alteritatem definierunt, alii inæqualitatem, alii non ens motum ipsum esse dixerunt. At nihil prorsus, siue sit alterum, siue inæquale, siue nõ ens moueri necesse est.

Antiquus. Quòd autem bene dictum sit, manifestum est ex quibus alii de ipso dicunt: & ex eo, q̃ non est facile definire aliter ipsum: neq; enim motum, & mutationem ponere in alio genere potest utiq; aliqs, neq; qui aliter ac ipso dixerunt, recte dixerunt. Manifestum est autem intendentibus, quemadmodũ ponunt quidam ipsum alteritatem, & inæqualitatem, & non ens dicentes esse motum, quorum nullum necessarium est moueri neq; si altera sint, neque si inęqualia, neq; si non entia. N

Expositio. Prima, expositio S. Tho. Quid uelit nunc facere Aristo. non est facile diiudicare. Expositor uult Aristo. hactenus motus definitionem directe compositione diuisione ue declarasse, eandem & nunc indirecte Aristo. rursus declarare exponit. Est autem (ut inquit) hęc declaratio indirecta, & ex eo quia alij nõ recte definierunt, & ex eo quia non potest aliter facile definiri, cùm motus esse non possit alio in genere, q̃ in gñe actus. Et

Expositio Auer. c. 12. licet hęc expositio uidetur pulchra, tamen Auer. aliter exponere uidetur, ubi debes scire q̃ triplex est definitio: una per se nota, & hæc est petitio, ut in geometria punctus est cuius pars non est, & cæterę id genus: alia prorsus ignota, ut definitio animæ quæ syllogismo colligitur, aut qua declaratur definitum & definitionem esse, aut alterum horũ tantum. Alia est definitio partim nota partim ignota quasiq; media, & hæc declarari solet cõpositione & diuisione, atq; loco à contrario. Vult igitur Auer. q̃ Aristo. cùm declarauit definitionem motus compositione & diuisione, eã nunc declaret loco à contrario, è quo inferre uult motũ esse actũ entis in potentia ut in potentia. Hæc est expositio Auerro. O *Vide & Gaeta. de Thie. super hoc. t.*

Propria Expositio. Ego uerò dicerem definitiões tales solere colligi, aut cõpositione & diuisione, aut loco è contrario, aut loco è contradictorio. Hactenus Aristo. declarauit motus definitiõe, diuisione, & compositione: nunc loco è contrario atq; è cõtradictorio eandem declarare intentat, & hoc proponit in hoc textu, & inquit: Quòd autem rectè dictum sit q̃ motus est actus & reliqua, perspicuum est & ex ijs quæ de ipso alij dixerunt: (& hoc quo ad locum à contrario) & ex eo quia non facile est ipsum aliter, hoc est, per aliud genus & alias differentias definire. (& hoc quo ad locum à contradictorio.) Hęc duo declarat, & primò locum è contradictorio, & inquit: Neq; enim motum mutationem ue alio in genere, & subaudi cum alijs differentijs collocare quis poterit. est igitur ratio: Motus non est in alijs generibus cũ alijs differentijs, igitur bene dictum est. deinde locum à contrario, & inquit: Neq; qui aliter de ipso sensere, recte sensere: quod pluribus uijs explanat, primò (ut recte expositor ait) ex parte subiecti. Narrat tamen antea tres definitiones, nã alij uoluerunt motum esse alteritatem, argumento q̃ omne quod mouetur aliter se habet nunc & prius. Alij ipsum esse inęqualitatem condunt, eo quia quod mouetur semper magis ac magis in terminum tendit. Alij ipsum dixerunt esse non ens, ea ratiõe quia omne quod mouetur, ad id mouetur quod non habet. Contra obijcit Aristo. primò ex parte (ut dixi) ipsius subiecti quod mouetur: nam si motus, aut alteritas, aut inæqualitas, aut non ens esset, omne id moueretur quod esset alterum ab altero, aut inæquale, aut non ens, cuius contrarium docet experientia: est enim inter me & equum alteritas, non tamen continuò moueor. Rursus denarius quinario inæqualis est, non tamen confestim mouentur. Amplius pugna nautica est non ens, nemo tamen eam moueri fatebitur. Nolo te ignorare Themistiũ non de tota definitione exponere textum, sed de genere duntaxat: & ita uelle uidetur q̃ Aristo. probet motum esse in genere dicto bene constitutum. Cui uerba græca satis sonare uidentur, ait enim Aristo. neq; enim motum mutationẽ ue alio in genere collocare quis poterit, & nihil differentiarũ meminit. Sed hæc expositio non placet, quia tunc ratio Aristo. nulla esset: probat enim motum non esse alteritatẽ, neq; æqualitatem, neq; non ens, quia tunc omne alterum, uel inæquale, uel non ens mouetur. Modò si sensus esset de genere, ratio nulla est, quia animal genus est hominis, non tamen oportet q̃ omne quod est animal sit homo: ita si dicam genus motus esse alteritatem, non propterea oportebit omne alterum moueri: quare rectius uerba hęc ad definitionem

P *Vide etiã Egi. hic. An motus possit dici non ens. Vide græ. deũ lec. 3. huius. An diffinitio motus sit bñ data Vide cai. q. 1. h⁹. Et Io. q. 3. h⁹. Quæ The.* Q *Cõfutatio.*

A finitionem sunt referenda, ut nos diximus. Quid autem uelit Themistius, ignoro.

Dilucida. tex.cō.13. Insuper etiam mutatio ipsa non in hæc.

Antiquus. { Sed mutatio neq; in hæc.

Expositio. Secundò (ut placet expositori) idem ex parte termini ad quem declarat, quia motus & mutatio non est magis in alteritatem quàm in similitudinem, neq; magis ad inæqualitatē quàm æqualitatem, neq; magis ad non esse quàm ad esse, ut dicemus in 5. & per consequens ijs non magis definiendus erit quàm oppositis horum, & hoc inquit: Insuper etiam mutatio ipsa non in hæc subaudi magis est, quàm in horum opposita, igitur non magis per hæc definienda est quàm per oppositam.

Dilucida. tio tex.cō. eiusdem. Etiam non magis ex iis est quá ex oppositis.

Antiquus. { Neq; ex his magis est quá ex oppositis.

Expositio. Idem ex parte termini è quo probare uidetur, nā ut motus est ex alteritate, inæqualitate, ac non ente: ita est ex ipsorum contrarijs similitudine, æqualitate; ac ente: & ita non B magis per hęc quā per illorum opposita motus definiēdus erit. Hæ sunt tres rationes.

Dilucida. tex.cō. eiusdem. Causa uerò cur in iis ipsum posuerūt, est quia motus ipse indefinitum quid esse uidetur: nā alterius seriei principia, argumento quòd sunt priuatiua, indefinita sunt. Propterea nihil ipsorū, aut hoc aliquid, aut tale, aut cęterorum quicquā est pdicamétorū.

Antiquus. { Causa autem quòd in iis ipsos posuerint, est quia { indeterminatum quoddam uidetur esse motus: { alterius enim coordinationis principia, ex eo quia { sunt priuatiua, īdeterminata sunt. Neq; enim hoc, { neq; tale, neq; unum ipsorum: quia neq; aliorum { prædicamentorum.

Pythagoræ.

Quæ formæ.	Series. Quæ priuationis.
Impar.	Par.
Finitum.	Infinitum.
Dextrum.	Sinistrum.
Masculum.	Fœmininum.
Quietum.	Motum.
Rectum.	Curuum.
Quadratum.	Altera parte longius.
Intellectus.	Opinio.
Vnum.	Multa.
Lumen.	Tenebræ.

C

Expositio. Confutatis his nunc redit ad motiuum, quo ueteres ea dicere de motu inducti sunt, & hoc proponit dicens: Causa uerò cur in ijs quæ diximus inæqualitate uidelicet, alteritate, & non ente, ipsum motum posuerūt, est quia motus ipse indefinitum quid esse uidetur. Qua ratiōe Pythagoras eum ponit in serie priuationis, & non formæ. Ponit enim Pythagoras duas series, siue duo prædicamenta: alterū pertinens ad formam, in quo ponit decem, ut patet: alterū per- D tinens ad priuationem, in quo ēt decem constituit. Primum ordinem uult esse determinati atq; definiti, quia in illo nihil ponitur priuatiui. Secundum uerò ponit indefinitorum, quia est priuationis, propterea inquit: Nam alterius seriei principia, argumento quòd sunt priuatiua, omnia quæ in ea ponuntur indefinita perhibentur. Propterea nihil eorum quę in tali ordine ponuntur, est hoc aliquid, siue substantia, siue tale, aut qualitas, aut cæterorum aliquod prædicamentorū. Motus igitur propter hæc in illis cōstitui uidetur. Auer. resoluit syllogismum antiquorum in duas propositiōes negatiuas in secunda figura sic, nulla priuatio habet definitionem, motus non habet definitionem, igitur motus est priuatio. uult modo Auerroes quòd ambæ illæ propositiones sint falsæ, nam & motus habet definitionē, ut uisum est, & priuationes etiam aliqua ex parte describi solent.

Quę Auer.

Dilucida. tex.cō.14. Motus autem ut indefinitum quid eē uideatur, causa est ipsum nec inter res potestate, nec inter res actu simpliciter esse. Nam neq; id quod esse potest quantum, neq; id quod actu est quantum, necessario mouetur. E

Antiquus. { Quod uideatur motus indeterminatum, causa { est, quia neq; in potentia entibus, neq; in actu est { ponere ipsum simpliciter: neq; possibile quantum { est, moueri ex necessitate, neq; quod actu quātū ē.

Expositio. Nunc assignat aliam causam, cur motus quid indefinitum uideatur esse, nam rerum differentiæ sunt actus & potentia: his enim duabus differentijs res ipsæ definitę esse uidentur. Quare esse indefinitę habebuntur, quæ nec ad latus actus, nec ad latus potentiæ poni possunt: sed motus nec est actus, nam tunc quicquid esset actu quantum moueret quantitate: neq; est potentia, quia tunc omne potentia quātum moueretur secundum quantitatem: igitur in secunda figura motus indefinitum quid uidetur esse.

Dilucida. tex.cō.15. Motus igitur actus quidam esse uidetur, imperfectus tamen. Causa autem, quia ipsum possibile cuius ipse motus actus est, imperfectum existit.

Antiquus. igitur et ἄτε uel et { Igitur motus actus quidem aliquis esse uidet, { imperfectus autem: causa autem est quoniam imp { fectum est ipsum possibile, cuius est actus motus.

F Expositio. Hactenus quòd motus non sit simpliciter actus, nec simpliciter potestas, etiam authoritate ueterum syllogizauit: nūc quòd sit quasi medium inter hæc, infert & inquit: Motus igit actus quidā esse uidetur, imperfectus tamen. & sic uidet eē quasi medium: huius rationem nanciscitur ex parte subiecti quod mouetur, & inquit: Quia ipsum possibile moueri, cuius ipse motus actus est, imperfectum quid existit. Igitur & motus quo illud mouetur, etiam medium est inter potestatem puram & actum purum. Legi autem in græco literam hanc illatiuam, quia etiam uis copulationis apud gręcos nonnunquam uim habet illatiuam.

An motus sit act⁹. Vide sādu q. 2. huius.

Qua etiam de causa uisum est, cognitu difficile accipere quidnam sit ipse, quando necesse est, aut in his eum constituere quę priuatione sunt, aut in his quæ potestate, aut in his quę simpliciter actu sunt: G quorum quidem nullum posse esse uidetur. Restat igitur modus quem antea diximus, ut actus sit quidam, talis uidelicet actus, qualem diximus: q cognitu quidem difficilis sit, possibilis tamen esse.

Antiquus. { Et propter hoc ergo difficile est ipsum accipere { quid sit, aut enim in priuationem necesse est pone { re ipsum: aut in potentiam, aut in actum simpli { cem: horum autem nullum uidetur contingēs: { relinquitur igitur prædictus modus, actum qui { dem quendam esse: sed huiusmodi actum qualem { diximus, difficilem quidem uidere, contingen { tem autem esse.

Expositio. Quia de conditionibus bonarum definitionum una est, ut per ipsam habeatur quanta sit rei difficultas, ut in 4. huius dicemus: nunc postquam definitionem ipsius motus attulit, docet quanta sit eius difficultas. Hæc autem accipitur ex parte generis, nam motus primò aspectu uidetur collo- H cari, aut in genere eorū quæ priuatione sunt, aut in genere eorum quæ actu, aut quæ potestate. At in rei ueritate in nullo horum esse potest, cum neq; sit actus purus, neq; potestas pura, neq; priuatio pura, quā ueteres credidere dicentes ipsum esse inæqualitatem, uel aliud tale. Hinc non parua nobis emersit definitionis difficultas, propter quam cōcludit quis sit, & inquit: Restat igitur modus quem antea diximus, ut actus sit quidam, talis uidelicet actus, qualem diximus imperfectum, qui sit cognitu difficilis, possibilis tamen esse in rerum natura. quod addit propter Zenonem & Parmenidem, qui motum simpliciter abnegarunt dicētes nihil possibile moueri, ut in 6. dicemus. Auer. autem in calce commenti, declarat unde motus fuit cognitu difficilis, & innuit talem distinctionem, quòd duplex est difficultas:

Vide & ea no.q i. hui⁹ artic. i.

Quę Auer. cōmēt.15.

I una ex parte rei, altera ex parte nostra. Motus est difficilis ex parte rei, primò quia eius natura imperfecta est, secundò quia habet non nihil potentiæ, quæ res fuit causa difficultatis apud antiquos, non tamẽ est impossibilis cognitu: quę uerò sint difficilia ex parte nostra, in. 2. meta. quęre.

Recogni. Multiplex pōt assignari causa difficultatis motus. Aristoteles assignat duas ex parte generis quidem, quia de genere non parua est quæstio: ex parte uero opinantiũ, quia diuersitas opinantiũ astipulatur difficultati. has duas Aristoteles assignat. Alia causa est quia motus uix est sensibilis, cum de ipso nihil nisi momentum habeamus, quod est quid indiuisibile uix sub sensu cadens. Sed dubitatur quia ut dicebamus in. 2. posteriorum: ut sumus dispositi ad ga est alicuius rei, ita ad quid est: sed ad si est motus sumus ita dispositi, ꝙ motum esse est per se notum, & in hac scia principium notissimum: ergo ad quid est motus erimus faciles Potest dici qui sicut sumus dispositi ad si est, ita ad quid est, quando si est à nobis inuestigatur: nam cum à nobis inuestigatur, aut inuestigatur per accidentia rei, uel p
K aliquid pertinens ad essentiam rei. Quouis modo inuestigetur, disponimur ad quid est, per accidentia quidem propria magis ꝙ̃ per remota: & per partem essentiæ rei maxime facile disponimur ad quid est. Quãdo uero si est à nobis non inuestigatur, sed est per se notum, possumus ad illud esse maxime dispositi, nõ autem ad quid est rei illius. Hoc mihi uidetur, si melius occurrit, melius dicam.

Dilucida. tex. cō. 16. Mouetur autem omne mouens, ueluti diximus, & quod est potestate mobile, & cuius immobilitas quies est: cui nanq; motus inest, eius immobilitas quies est. Nam mouens ipsum, quod quidem tactu agit, agens est in hoc quatenus tale; quare etiã simul patitur.

Antiquus. Mouetur autem & mouens omne, sicut dictũ est, cum sit potentia mobile, & cuius immobilitas
L quies est: cui enim motus inest, huius immobilitas quies est. Adhuc agere enim inquantum huiusmodi ipsum mouere est. Hoc autẽ facit tactu, quare simul & patitur.

Expositio. pria expō. Cōfutatio Expositio Auer. c. 16. Vide grādeũ Escu. le. 2. huius Et egi. hic. Nonnulli uolunt Aristo. nunc ipsius motus subiectũ inuestigare, quod quidem non placet, quia ex ipsius motus uerbo patet. Auer. uerò in calce commenti uult motus esse duas definitiões: alteram quã formalem uocat, de qua diximus ipsum esse actum entis potestate ut tale: alteram materialem, quæ est, motus est actus mobilis ut mobile. Hæ (ut dicit) differunt, nam hæc secunda notior est, notius enim est mobile, quã ens in potentia: prima est formalior, quia indicat magis naturam subiecti motus: est enim ens in potentia, ueluti definitio mobilis. Auer. itaq; uult Arist. nunc uelle colligere materialem definitionem, & hanc per illam demonstrare, quando hæc ut passio habeatur, illa ut
Expositio, Propria medium & causa. Ego uerò cum Themistio sentio, qui uult Aristo. retractare atq; resumere idem & eandem definitionem sub clarioribus uerbis. Et supponit primò omne
M mouens moueri, seruatis tamen duabus conditionibus: prima quòd sit potestate mobile, defectu cuius primus motor mouet, & non mouetur. Secundã, ꝙ eius immobilitas qes sit, quod explanat dicens: Cui nanq; motus inest, eius immobilitas quies est. propter hoc puncti & polorum immobilitas non dicitur quies, quia eis motus non inest: oppo-
Suppositio si ta enim apta sunt fieri circa idem. Est igitur suppositio, omne mouens quod potentia est mobile, & cuius immobilitas est quies, in mouendo mouetur: addita autem est hæc secunda conditio non ad necessitatem, sed ad explicationẽ primæ. Syllogizat suppositionem sic, omne agens in aligd cum quo communicat in materia, in mouendo mouet: omne mouens est agens tale: igitur omne mouens in mouẽdo mouetur. De ratione primò ponit minorem, & inquit: Nã mouens ipsum, quod quidem tactu & cõmunicatione materiæ agit, agens est in hoc, quatenus tale communicans in materia. deinde addit quasi conclusionem dicens: Quare
N etiam simul patitur, & in mouendo mouetur. Hæc est suppositio. Quod uerò ad uerba attinet, moues & agens, quã uis uerbo græco in infinitiuo modo legantur, ad nos ueniũt nonnũquam pro participiis, ut etiam participia pro infinitiuis temporibus & modis. Et hæc est causa ut multi textũ non intelligant, nimia nanq; uerborum obseruatione, sensus plerunq; ab oculis abest. Auer. autem ꝙ̃ꝙ̃ (ut pace sua loquar) textum hũc non intellexerit, ob malas quas habuit translationes, addit tamen nonnulla ultra textus sensum. Primum cur Aristo. addiderit secundam conditionẽ, uidelicet & cuius immobilitas quies est, hoc est, cuius cessatio à motu mouentis sit uera quies, quoniam uera quies non competit nisi corporibus: propterea neq; habitus ut formæ in mouendo mouentur, neq; potentiæ ut sensilia communia mouentur, quando mouent sensus. Secundum ꝙ Aristo. adiecit primam conditionem propter corpora cęlestia, quæ mouent & non mouentur, quia non communicant cum iis quæ mouent in materia. Et ex iis uult tertiò, ꝙ mouens non mouetur quatenus mouet, sed quatenus est
O ens mobile, & id cuius quies est immobilitas.

Que Aue comē. 16.

Recogni. Quicquid in commentariis dixerimus, clarius uidetur nunc esse dicendum Aristotelem accipere hanc suppositionem, omne mouens potentia mobile mouetur: & quid ipse uelit per potentia mobile exposuit, cum dixit: Et cuius immobilitas quies est. quasi dicat, omne mouens potẽtia mobile, hoc est, cuius cessatio à mouere est quies, in mouẽdo mouetur. Patet quia si cessatio à mouere est, qes non est, nisi quia mouens in mouendo mouetur, & hoc inquit: Cui enim motus inest, huius imobilitas quies est. & ita si cessatio à mouere est quies, non est nisi quia mouenti inerat motus. Ex quibus patet illas non esse duas conditiones, ut uoluit Auer. sed unam: licet altera particula alterius sit explicatiua. Probat suppositionem ratione, quia agere ẽ mouere, ergo agens est mouẽs: sed agens non agit nisi per contactum, ergo agens tangit, & ita tangit: quare agens mouetur, tangi enim moueri est, & ita mouens mouetur. Sed hæc ratio non ualet, quia licet omne agens per contactum moueatur, non tamẽ omne mouens quod
P est potentia mobile, agit per contactum. Instantia est de cælo, quod est mouens, & potentia mobile, & tamen nõ agit per contactum. Potest dici hanc rationem esse particularem de aliquo mouente, quod est potentia mobile: ga ratio uniuersalis tacta est superius.

Dilucida. tex. cōm. eiusdem. Quocirca motus actus est mobilis, quatenus mobile.

Antiquus. Vnde motus est actus mobilis, inquantum est mobile.

Expositio. Nunc ex suppositione concludit definitionem secũdam motus, hoc modo: Motus per suppositionem est actus mouentis, non quatenus mouens sed quatenus ens potẽtia moueri, igitur ẽ priò & per se actus mobilis ut mobile. Vn-
Sills. de uidetur quasi syllogismus esse iste, motus est actus entis in potẽtia q̃tenus mobile, mobile est ens in potẽtia, igiẽ
Q Quæ The. motus est actus mobilis quatenus mobile: hęc enim definitio ex dictis hunc in modum deduci pōt. Themistius autem duas persoluit dubitationes, prima est ad suppositionem, secunda est ad definitionem. In suppositiõe qui-
Dubitatio prima. dem acceptum est rem omnem quę de potestate ad actum egreditur esse oportere in motu, quod quidem falsum esse hoc patet exemplo: nam arbor quæ à dextris est potestate, si ad leuam me contulero, de potestate quidem ad actum
Solutio. mutatur, non ideo tamen mouetur. Solutio est (ut Themistius innuit) ꝙ ea suppositio in absolutis & non relatiuis locum habet: cuius causam affert, quia in relatiuis non est actus procedens de imperfecto ad perfectum, sed subito & momento: in absolutis uerò esse pōt eiusmodi actus,
Dubitatio secunda ppterea ꝙ in absolutis deducetur de potestate & ad actũ mouetur: arbor autem non deducitur, quatenus res absoluta est, sed quatenus relatiua. Secundò dubitatur quia

uidetur

Solutio. A uidetur Aristo. per æquè ignotum motum ipsum definiſſe, ſunt enim motus & mobile æquè ignota. Cuius rei ſolutionem affert, motum & mobile eſſe ex eorum numero q̃ alio referuntur, relatiua autem aliter definiri non poſſunt: & tu intelligas hæc relatiua eſſe ſecundum dici, aliter ſibi contrarius eſſet in prima reſponſione. Hæc à Themi.

Recogni. Animaduerte Auerroem appellare hanc definitionem materialem & illam formalem, non quia illa per formã hæc per materiam ſit data, ſed quia illa exponit differentiam iſtius: modo omne exponens uocatur formale reſpectu expoſiti: utraq; enim cùm detur per materiam, prima dicitur formalis quia continet expoſitionem ſecundę. Sed cur hæc ſit notior, cùm ſit expoſita à prima? Præterea traditur ſecũdo loco, ergo eſt ignotior, nam à notioribus eſt incipiendum: cùm ergo incepit ab illa, ergo illa fuit notior. Propterea arbitror uerba cõmenti eſſe corrupta, & deberi dici, ignotior prima: tu uerò ſi melius habes, melius dicas.

Dilucida. tex. cõ. 17. B Accidit autem hoc ipſius motiui tactione, ut uidelicet ſimul patiatur: nam ſemp id quod mouet formam aliquam habere putatur, aut ſubſtantialem, aut qualitatis, aut quantitatis, quæ quidem principium ſit ac cauſa motus cum mouet: ceu actu homo ex poteſtate homine facit hominem.

Antiquus. Accidit autem hoc tactu motiui, ut & ſimul patiatur: ſpecies enim ſemp exiſtimabitur aliqua mouens. Aut enim hæc, aut qualis, aut quanta, quæ erit principium & cauſa motus cũ mouet: ut actu homo facit ex potentia exiſtente homine, hominẽ.

Expoſitio. Quia accepit mouens ipſum per accidens moueri, nunc id probat & exponit unde ſibi moueri accidat, & inquit: Accidit autem hoc uidelicet ut ſimul patiatur, ipſius motiui tactione, quàm habet ad rem quàm mouet. Cuius rei cauſam affert: quia ſemper id quod mouet, formam aliquã habet alicuius prædicamenti, quæ quidem principium ſit C motus ceu actu, & inquit. Non ex poteſtate homine, puta ſemine humano, facit hominem ob formam quàm habet.

Ex his duo patent, uidelicet quod mouens per ſe moueat, quia per ſe formam habet, quæ eſt principium & cauſa motus: & quod per accidens moueatur, quatenus mouet tactu: & ita recte dictum eſt mouens per accidens moueri. Sũt quidam qui rem hanc intelligunt, ut omne mouens per cõtactum agat & patiatur à paſſo reactione & paſſione poſitiua, ut ſi à. agens in b. agat calefaciendo, ab ipſo b. patitur frigiditatem. Hoc autem confutauimus ſuprà per id quod diximus, quòd omne agens potens aliquod paſſum corrũpere, poteſt ſe & quodlibet ſui defendere ab illo paſſo. Etiã per hoc, quia quantæ potentiæ eſt totum, eſt pars dum eſt in toto. Ariſtote. etiam in octauo huius ex propria intentione probat quòd agens non mouetur è paſſo, nec uniuocè nec æquiuocè, ut etiam Auer. ibi. commento. 28. exponit.

Senſus primus. Vide Egi. hic & Bur. Cõfutatio.

Propria expoſitio. D Propterea uidetur mihi Ariſtotelem nihil plus uoluiſſe, niſi quòd omne mouens corporeum quod tactu mouet, mouetur nõ quidem ea ſpecie motus qua mouet, ſed quaſi analogo, quatenus educitur de poſſe mouere ad actum motionis: & hæc eſt expoſitio recta græcorum omnium. De his hactenus.

Recogni. Quę Auer. cõmẽ. 17. Auerroes commento huius loci in calce, ait Ariſto. hæc dicere ut oſtendat duo, quæ ſuperius pro parte declarauerat: quorum primum eſt, mouens quod in mouendo mouetur, non moueri niſi quatenus eſt in potentia: & hoc declarat ex eo, quia tangitur ab eo quod mouet: non enim poteſt tangi, niſi quatenus eſt in potentia. Secundum eſt mouens mouere pro ratione formæ quam habet, Quod patet ex eo, quia ſi forma quam mouens habet, ſit ſubſtantia, mouet ad ſubſtantiam: ſi fuerit qualitas, mouet ad qualitatem, & ita de cæteris. Sed contrà, nam aliqua mouent ad ſubſtantiam illam generando quæ non ſunt ſubſtãtia, ut calor cœleſtis diffuſus in aere & aqua generat animalia ex putri materia exorta, & tamen non eſt ſubſtantia: E præterea excuſſio lapidum cum ferro generat ignem, quę tamen non eſt ſubſtantia: inſuper motus generat qualitatem, ut calorem, & tamen motus non eſt qualis. Poteſt dici hoc quod Ariſtoteles dicit de mouente, eſſe intelligendum de principali mouente: non enim poteſt principale mouens mouere ad ſubſtantiam, quin ſit ſubſtantia: nec ad qualitatem, quin ſit qualitas: Quod uerò mouet inſtrumentaliter, poteſt mouere ad ſubſtantiam & non eſſe ſubſtantiam, ut de calore cœleſti dictum eſt, & de concuſſione, & de motu. Poſſet ẽt aliter dici, ſed hoc ſufficit.

Dilucida. tex. cõ. 18. Hinc patet id quod dubitatur, motum uidelicet ineſſe rei quę mouetur, quando actus eſt ipſius, atque ab eo quod motiuum eſt. Motiui quoque actus non alius eſt, amborum nãq; actum eſſe oportet. Eſt enim motiuum quidem quatenus poteſt, mouens uerò quatenus agit: modo ſit actiuũ F circa rem mobilem. Quare ſimili ratione amborum actus eſt.

Antiquus. Et dubium autem manifeſtũ eſt, quòd eſt motus in mobili: actus enim huius & à motiuo, & motiui autem actus non alius eſt. Oportet quidem enim eẽ actum utriſq;, motiuum quidem enim in ipſo poſſe, mouens autem in ipſo agere? Sed eſt actiuum mobilis. Quare ſimiliter unus utriſque actus.

Expoſitio. An motus ſit in mouẽte. Vid ſãd. q 4 huius. An motus ſit ſubiecti ue in mobili. Vide Alber. de ſaxo. q 8. h[o] Remouet dubia ex modo declaratis, & procedit reſolutorie: quæret enim prius aliquis, utrum motus ſit in mouẽte, an in re quæ mouetur. Reſpondet ex dictis, & inquit: Hinc patet id quod dubitatur, uidelicet motũ ineſſe rei quę mouetur uti ſubiecto. Colligitur autem hoc ex eo q; rei mobilis actum probauimus eſſet, & ab eo quod motiuum eſt. Sed ulterius dubitabis, an motus ſit alius actus quatenus eſt ipſius motui, & alius quatenus eſt ipſius rei quæ mouetur. Reſpondet, motiui quoq; actus non alius eſt, quàm quatenus eſt rei quæ mouetur: amborum nanque actum eſſe oportet. Sed dices, utrum motiuum & mouens idẽ ſint? cui reſpondet: Eſt enim motiuum quidem quatenus poteſt, mouens uerò quatenus agit, modò ſit actiuum eius G rei quæ ſit in re mobili. Propterea infert. Quare ſimili ratione amborum actus eſt. uidelicet & motiui & mobilis. Adiecit, modo ſit actiuum circa rem quę mouetur, quia mouens non eſt abſolute agens, ſed eſt agens circa rem mobilem.

Recogni. Non eſt ab ratione uerba hæc aliter exponere, q̃ in cõmentarijs expoſita ſint. Poſſumus enim dicere Ariſtotelem primò ſoluere eam quæſtionem, quæ erat, cuius ut ſubiecti motus actus eſt, & reſpondet ipſius mobilis, qa eſt illius actus & à motiuo: & ita innuit eſſe actum motiui & mobilis, motiui quidem ut mobilis uerò ut ſubiecti & materiæ. Vel poſſumus dicere Ariſtotelem ſoluere eã quæſtionem quę eſt, utrum motus ſit actus motiui & mobilis, & reſpondit q; ſit: dicit eſſe actum in mobili, quia actus huius à motiuo, & ita actus mobilis & motiui. Et antequam hoc declaret, ut utrum motus, ut actus motiui ſit H alius à ſeipſo, ut actus mouentis? Oritur autem hæc dubitatio, ex eo quia dictum eſt motum eſſe actum mobilis ut ſubiecti, & motiui ut efficientis: ideo poſſet qs dicere, quo modo motus eſt actus mouentis, an eodẽ modo ut ẽ actus motiui, an alio mõ? Reſpondet motũ non eſſe aliũ, ut eſt mouentis actus, & ut eſt motiui, qa unus & idẽ eſt actus utriuſq;. ſ. mouentis & motiui: & cãm aſſignat ex eo, quia non differunt motiuũ & mouens, niſi ut potens agere ab agente. Dico ut potens agere ab agente nõ ſimpl'r, ſed ab agente motum in ipſo mobili, & quia non alius eſt actus agentis q̃ potentis agere, iõ motus non alius eſt ut eſt motiui, & eſt mouentis: & iõ concludit unũ eſſe actũ utriſq; in exiſtentẽ. ſ. motiuo & mouẽti. Et qa dixerat unum eſſe actum ẽt motiui & mobilis, cũ declarauit motũ eodẽ mõ eſſe actũ motiui, quo & mouentis: declarat per exempla quo mõ unus actus põt eſſe motiui & mobilis, agentis &

I { passi:& quæ dicit, ex commẽtarijs patent. Hæc expõ satis

Quę Auerroes. c. 18. { placet. Animaduerte Auerroẽ uoluisse duplã & subduplã { ꝓportiones esse unã, quatenus utraq; est inter unum & { duo, dupla.n. est inter unũ & duo, & subdupla est inter unũ { & duo: quo uerò dupla sit duorum ad unũ, & subdupla { unius ad duo, differunt. Similiter motus sursum & motus { deorsum inquãtũ sunt inter duos terminos, qui sunt sur- { sum & deorsum, unus motus est, uterq;.n. est inter illos { terminos: quatenus uerò motus sursum est ab inferiori ad { superius, dr̃ ab eo motu q̃ est à sũpiori ad inferius: & ita { hęc pñt stare, in cõmentarijs aliter diximus.

Dilucida. tex. com. eiusdem. Quemadmodum nanq; unius ad duo, & duorũ ad unum spatium idẽ est, & accliue & decliue: sunt enim hæc subiecto quidem unum, ratione tamen non unum: Ita etiam in mouente & moto unus est motus.

Antiquus. K { Sicut enim idem spatium est unum ad duo, & { duo ad unum: & accliue: & decliue hæc enim sunt { quidem unum, ratio autem non una; similiter & { in mouente & moto.

Expositio. Rem hanc duplici exemplo approbat, Primum est in pro portione, proportio enim unius ad duo, & duorum ad unũ, est eadem re atq; subiecto, ratione uerò non eadem: nam unius ad duo subdupla est, duorum ad unum dupla. Secundum est in itinere, idem enim est spatium quod peragrat ascendens, & quod peragrat descendens: ratione tamẽ est non unum, nam primus ascensus, secundus descensus est: igitur unus est actus motiui & mobilis, sed ut à motiuo dicitur mouere seu agere, ut in mobili est moueri seu pati.

Dubitatio Sed dubitant iuniores, quonam modo ascensus & descensus sint unus motus subiecto, & differũt ratione: hoc enim

Solutio iuniorum. esse non potest, quia sunt contrarij. Tandem uolunt ut litera legatur, de recessu & accessu, nam unus idemq; motus

Cõfutatio. L est, qui ab a. est recessus, ad b. accessus. Sed isti sunt penitus ignari, non enim licet ignorantibus græcas literas, corrumpere textum græcum. Græce enim sic habetur, & anã tes & catantes, hoc est, accliue & decliue, quæ non de motu intelligunt sed de spatio, de quo pauloante exemplum ꝓ præ cesserat. Modò spatium est unum & idem subiecto, ut Themistius inquit, quo ascenditur & descenditur, licet ratione non idem, sed diuersum ascensu & descensu: Plerũq; nãq; tales dubitationes ex malis translationibus proficiscunt, quæ græcas literas degustantibus leues essent.

Dilucida tex. cõ. 19. Habet autem dubitationem logicam locus iste, forsitan enim necesse est aliquem alium actum esse actiui & passiui, qui quidem huius sit actio illius passio: sit quoq; opus & finis, sed huius quidem actio illius passio.

Antiquus. { Habet autem defectum rationalem, necesse est { enim fortassis quendam alium actum esse actiui & { passiui. Secundum hoc quidem enim actio est, se- { cundum illud autem passio: opus enim & finis hu- M { ius quidem actio est, illius autem passio.

Expositio An omnis actio sit passio. Vide Albe. de saxo. q. 9. huius. Vult disputare quæstionem, utrum agere & pati, siue mouere & moueri, sint unus motus, & in quo sint uti in subiecto: antè tamẽ quàm dubitationem prosequatur, petit esse actum quendam alium siue communem actiui & passiui, qui quidem & sit huius agentis actio, illius patientis passio: & sit etiam opus & finis, sed huius actio ut agentis, illius passio ut patientis. Hæc est suppositio, quàm non alio probat, sed ex dictis uult patere.

Recogni. { Istud quod hîc supponit Aristoteles, non est pro dubi- { tatione quam faciet, sed pro ueritate; supponit enim pro { ueritate motum esse quendam actum alium, hoc est, com { munem tam actiui quàm passiui. Nõ enim per { alium } { intelligit actum, qui nec agenti, nec passo competit, sed { communem utriq;: & assignat causam ex eo, quia secun- { dum hoc, id est, ex parte mouentis actio est, secundum il- { lud autem, id est, ex parte passi passio: & hoc ideo, quia N { opus & finis est huius agentis actu, illius pasi: passio. cùm { igitur Motus sit opus atq; finis, erit ad agens actio, ad pas { sum passio. Hæc pro ueritate, contra quam ueritatem mo { uet dubitationem logicam, ut patet.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Quoniam igitur ambo motus sunt, si quidem diuersi, in aliquo sunt. Aut itaque in patiente & eo quod mouetur, aut actio quidem est in agente, passio uerò in patiente. Nam si oportet hanc nuncupare actionem, æquiuocè erit.

Antiquus. { Quoniam igitur utraque sunt motus, si qui- { dem alteri, in aliquo sunt: aut enim utraq; in mo- { to & patiente sunt, aut actio quidem in agente, pas { sio autem in patiente. Si autem oportet & hanc a- { ctionem uocare, æquiuocè utiq; fit.

O Expositio. An actio & passio sint distincta ꝓdicamẽta. Vide sũ. q. 5. huius. Prosequitur dubitationem in qua unum supposuit, nunc duo alia innuit esse supponenda, quæ complicatè sumit, ut quòd actio & passio ambæ sint motus: & quòd siue diuersi motus siue unus, in subiecto aliquo sint. Tunc uult habere hanc diuisionem, aut actio & passio sunt diuersi motus, aut unus motus. Primò disputat an sint motus diuersi: & potest fieri talis subdiuisio, quòd uel sint ambo in patiente, aut ambo in agente: aut actio in agente, & passio in patiente: aut è contra passio in agente, & actio in patiente. Hæc sunt omnia membra diuisionis, si sint motus diuersi: horum membrorum duo sumit, tertium confutat tãquam manifestè falsum, quartum confutauit: quòd enim ambo motus non possint esse in mouente siue agente, iam patuit paulò ante: Disputat alia, & inquit: Quoniam igitur ambo motus sunt, subaudi aut unus aut diuersi; siquidem diuersi, in aliquo sunt. Aut itaque in patiente & eo quod mouetur ambo sunt, aut actio quidem est in agente, passio uerò in patiente. Refellit membrum tacitum dicens: Nam si oportet P hanc nuncupare actionem, quæ est passio posita in agente, & illam passionem, quæ est actio posita in patiente, hoc est, si è contra actio in passo, & passio in agente sint, æquiuocè erit, & non per proprias rationes & appellationes. De quatuor igitur membris duo restant disputanda, an uidelicet actio in agente & passio in patiente, an ambæ in passo sint.

Recogni. { Nonnulli textus habent, { aut enim utraque in moto { & patiente sunt, aut in agente sunt utraque: aut actio qui- { dem in agente, passio autem in patiente est. } in codice { græco non legi uerba illa, { aut in agente utraq;. }

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. At si hoc sit, motus in mouente erit: eadem enim est & in eo quod mouet, & in eo quod mouetur ratio. Quare aut omne mouens mouebitur, aut aliquid motum habens non mouebitur.

Antiquus. { Sed si hoc est, in mouente motus erit eadem { enim ratio est in mouẽte & moto. Quare aut om- { ne mouens mouebitur, aut habens motum non { mouetur.

Q Expositio. Incipit destruere membra, & primò probat quòd non possit actio in agente, & passio in passo esse, quia cum utraque motus sit per suppositiones, motus in mouente erit. Et ita mouens mouebitur, quia eadem est ratio & in eo quod mouet & in eo quod mouetur. Et ita ut mobile moueri dicitur, quia in eo motus est: Ita mouens mouebitur, si in eo sit motus. Et ita aut omne mouens mouebitur, aut aliquid motum habens non mouebitur. Et ita non potest actio in agente & passio in patiente esse.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Si uerò ambæ & actio & passio in eo sint, quod mouetur & patitur, & doctio & disciplina ambæ similiter in addiscente sint. Primum quidem actus cuiusque in unoquoque non erit. Deinde idem duobus motibus moueri absurdum est. Erunt enim alterationes quædam unius duæ, atq; ad formam unam, quod quidem impossibile est.

Siaũt

A Antiquus.

{ Si autem utraq; in moto sunt & in patiente, & actio & passio, & doctio & disciplina, cũ duo sint, in addiscẽte: primum quidem actus uniuscuiusq; non in unoquoq; erit, postea & inconueniens est per duos motus simul moueri, quædã enim erũt alterationes duæ unius, & in unum speciem: sed impossibile est.

Expositio.

Secundò probat ꝙ ambæ nõ possunt esse in patiente, & hoc proponit: Si uerò ambæ & actio & passio in eo sint, quod mouetur & patitur, & doctio & disciplina ambæ similiter sint in addiscẽte, ita ut uniuersaliter mouere & moueri sint in re quæ mouetur, impossibile est: quod propter duo declarat. Primò, quia tunc cuiusq; actus non esset in proprio denominabili: nam actio non in agẽte esset, quod agere denominatur. Secundò, unum mobile diuersis motibus moueretur, ut passione & actione, quæ sunt duę motiones & diuersę, quod est impossibile: quemadmodũ neq; duæ alterationes esse possunt unius & ad unam formã. Sic igitur ambæ esse non possunt in patiente. B

Dilucida. tex. comẽ. eiusdem.

Si uerò unus sit actus, irrationabile utique erit: duorum nanq; specie differẽtium unus & idem actus erit. Insuper etiam idem disciplina & doctrina profectò erit. Actio quoq; & passio, atq; discere & docere erit idem, & agere ac pati. Quare docens necessario cuncta discet, atq; agens patietur.

Antiquus.

{ Sed si unus erit actus, (sed irrationabile est) & duorum & diuersorum secundum speciem eundem & unum eẽ actum: & est siquidem doctio & disciplina idem, & passio & actio, & docere cum ad discere idem, & agere cum pati. Quare necesse est omnem docentem addiscere, & agentem pati.

Expositio. C

Hactenus ꝙ actio & passio non sint motus diuersi confutauit, nunc ꝙ non sint unus motus, confutat ducens ad plura absurda. Primum ꝙ duorum specie differentium sit unus actus, ut agentis & patientis quæ specie differunt, sit unus motus specie, quod est impossibile. Tenet autem cõsequentia, supponendo, ut diximus, actionem esset actum agentis, ut passio actus est patientis. Secundum est, ꝙ disciplina quæ est loco passionis ex parte discipuli, sit doctrina quæ est actio ex parte doctoris. Tertium, ꝙ idem sit actio & passio. Quartum, ꝙ discere & docere idem sint, agere quoq; & pati: quare demum docens ea cuncta discet quæ docet, atq; agens patietur: quæ cum absurda sint, patet actionem & passionem non posse esse unum motum, & nec sunt diuersi. Igitur motus non habet subiectum idem cum moueri, neq; agere cum pati. Hæc est dubitatio, quæ ideo logica dicta est, quia habet rationes pro omnibus partibus diuisionis.

Dilucida. tex. cõ. 20. D

An neq; alterius actum in alio esse absurdum est, est enim doctrina docentis actus. In aliquo tamen & non incisus, sed huius in hoc.

Antiquus.

{ Aut neq; alterius actum in alio esse incõueniẽs est, est enim doctio actus docentis: in quodam tamen, & non decisus, sed huius in hoc.

Expositio. An actio & passio sint idẽ motus. Vide gae. de Thie. q. 2. huius.

Nunc soluit quæstionem, & breuiter solutio est ꝙ actio & passio sunt unus motus subiecto, & duo secundum rõnem. Itemq; ꝙ ambo sint in ipso patiente, atq; re ipsa quę mouetur. Contra hanc ueritatem erant quatuor absurda facta contra secũdum membrum, quod dicit actionem & passionem esse motum unum: & aliud absurdum est tam contra eos qui ponerent actionem & passionem esse motus diuersos, quã contra eos qui dicerent illas esse motum unum. Est autem hoc ꝙ actus cuiusq; non erit in eo cuius est. Hoc enim sequitur etiam dicentes actionem & passionem esse unum motum, sequitur enim actum cuiusq; non esse in eo cuius est. E Erunt igitur quinq; absurda soluenda, & primò soluit absurdum commune, ꝙ uidelicet actus cuiusq; non esset in eo cuius est: & uult hoc non esse absurdũ. Nam doctrina siue doctio est actus docentis, & est in aliquo ut in discipulo: & non geminus atq; incisus, sed unus & continuus, quatenus est huius agentis in hoc patiente: & ita actio est actus agentis ut à quo, non ut in quo. Quare non est absurdum actum alicuius ut à quo, esse alterius ut in quo, ueluti de doctrina diximus: absurdum igitur commune nullum est.

Recogni.

{ Quæres utrum actus unus possit esse in altero? Videtur ꝙ non, quia indiuisibile non potest esse duorum nisi terminus. Põt dici actum unius non posse esse in altero secundum idem nomen, & eandem rationem, doctio enim quę est actus docentis, non põt esse in adiscente secundũ idem nomen & eandem rationem: est enim doctio ut docentis dicta doctrina, ut est in discente disciplina. Præterea est F agentis ut à quo, in patiente uerò ut in quo, & ita non sub eodem nomine neq; sub eadem ratione.

Dilucida. tex. cõ. eiusdem.

Neq; unum duorum eundem esse prohibet quicquam, non ut esse idem sit, ceu uestis & tunicæ: sed ut est eius quod potestate est ad id quod agit.

Antiquus.

{ Neq; unum duobus prohibet quicquam eundem inesse, non ut esse idem sit, ut uestis indumentis, sed ut potentia ens est ad agens.

Expositio. Vide & Egi. hic.

Nunc soluit absurda propria, quorum primum fuit quòd unus actus erit duorum. Respondet nihil prohibere eundem actum esse duorum, quando subiecto unus sit, ratione ac cogitatione diuersus fuerit. Hoc inquit: Neq; unum duorum eundem esse prohibet quicquam, non ut esse idem sit, ceu uestis & tunicæ: sed eo modo quo idem est interuallum ab eo quod patitur ad id quod agit. Est enim ab agente in passum, & ẽ contra una distantia subiecto eadem, ratione diuersa: sic esse potest actus unus agentis & patientis G ut subiecto, non ratione. Hæc ad primum. Nouus expositor declarat locum istum uidelicet, quonam modo idẽ esse põt duorum diuersorum actus. Et uult ꝙ quemadmodum unum est esse potentiæ & actus ut materiæ & formæ, sic unus actus agentis & passi. Nã ut neq; duorum existentiũ in potentia, neq; in actu sit unum esse: sic neq; duorum patientium uel agentium est unus actus. Ad hoc igit̃ ut actus unus sit diuersorum, oportet ut unum sit patiens alterum agens. Sed uidetur hæc declaratio cõtra textum: nam si similitudo ualeret, tunc ut materiæ & formæ est unum esse, ita agẽtis & patientis esset unus actus secundum esse: cuius contrarium ait Aristo. esse unum actum subiecto, non sui esse. Propterea nulla eget explanatione alia textus ipse p̃ter eã q̃ habet. Aris. n. uult ꝙ quẽadmodũ eadẽ est distantia subiecto ab agente in passum & ẽ contra, non autẽ rõne: sic eorum unus est actus subiecto, sed ratione diuersus: nam quatenus est ab hoc, actio est: quatenus est in hoc, passio erit. H

Decl'o noui expositoris. Egi. hic. Vide etiã Burl.

Cõfutatio.

Propria declaratio.

Recogni.

{ Fortasse uerba illa, { sed ut potẽtia ens ẽ ad agẽs: } põt aliter intelligi, q̃ dictũ est in cõmẽtariis: fortasse. n. de relatione passi ad agens loquit̃, quæ est una habitudo patientis ad agẽs & agentis ad patiens, sicut una est habitudo patris ad filiũ & filii ad patrẽ: uerũ ut est à pr̃e, ẽ paternitas, ut est ad filiũ, est filiatio. iõ inqt: Sed ut potentia ens est ad agens, & ẽ contra agens ad potentia ens. & ita nõ de esse materiæ, & formæ loquitur, neq; de interuallo agentis & patientis.

Dilucida. tex cõ. 21.

Neq; est necesse docentem discere, & si pati atque agere idẽ sit: nã nõ ut ea quæ ratione dicẽte quid esse eadem sunt, ceu tunicæ & uestis, sed uelut uia qua ex Thebis in Athenas, & ab Athenis in Thebas itur, ut etiam antea dictum est. Nõ enim eadem iis

I omnia competunt, quę quouis modo eadem sunt: sed iis tantum, quorum ratio eadem est.

Antiquus. { Neq; necesse est docētem addiscere, si pati & agere idem est: nō tamen tanquam rationem esse unā quod quid erat esse dicētem, sicut Tunicæ & indumēti, sed sicut uia à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas, quemadmodum dictum est prius. Nō enim eadem omnia insunt quolibet modo eisdem, sed solum quibus idem esse est.

Expositio. Ad cætera tria respondet pede retrogrado, & primò ad quartum: erat enim quartum φ si pati & agere idem sint, tunc docens disceret. respondet: Neq; est necesse docentem discere, & si pati & agere idem sit. & sic negat consequentiam, cuius rationem affert dicens: Nam agere & pati non ut ea quæ ratione dicente esse eadem sunt, ceu tunicæ & uestis, sed uelut uia qua ex Thebis in Athenas, & ab Athenis in Thebas itur est eadem quæ (ut antea diximus) K est eadem subiecto, ratione uerò non eadem. Sed dices, iis quæ sunt eadem, omnia eadem competunt: sed agere & pati sunt eadem: igitur quicquid competit ipsi agere, competet ipsi pati. respondet: Non enim eadem iis omnia competunt, quæ quouis modo eadem sunt: sed ijs tantum, quorū ratio eadem est. Ex ijs apparet error aliquorum, qui accipiunt uti principium, quòd omnia ea re distinguantur, de quibus uerificantur prædicata contradictoria realia. Hæc enim siue eorum maxima, siue petitio ficta est, & non peripatetica, quia uult Aristo. in textu, ad talia prædicata diuersa sufficere distinctionem rationis. Propterea legere debēt totum Aristo. deinde proferre maximas eiusmodi.

Error aliquorum.

Dilucida. tex. com. eiusdem. Insuper etiā neq; si doctrina & disciplina sint idē, idem erit & discere & docere, quemadmodū neq; si distantia sit eorum quæ distant una, idem quoque erit ab hoc in illud, & ab illo in hoc distare.

Antiquus. { At uerò neq; si doctio & disciplina sunt idem, et addiscere & docere sunt idem: sicut neq; si spatiū unum distantium sit, & distare hinc illuc, & inde L huc, unum & idem est.

Expositio. Contra aliquos. Ad tertium soluit: erat enim tertium, si doctrina siue doctio & disciplina sunt idem, igitur idem erūt discere & docere. Negat cōsequentiam, quia ab abstractis ad concreta non ualet argumentum: & dat instantiam, nam eorum que distant unum est spatium siue distantia, non tamen unum distare. Cuius ratio esse potest, quia concretum aliquid connotat, quod non abstractum. Hinc patet non esse regulā, ut quidam tradunt, ab abstractis ad concreta, neq; è contra, maximè in relatiuis, ut in primò disputauit, & Aristo. hîc aperte ait. Sed de his hactenus.

Dilucida. tex. c. 22. An actio & passio sint idē realr. Vide Egi. hic. Omnino autem dicendum est neq; doctrinam & disciplinam idem esse, neque actionem propriè eandem cum passione, sed motum eundem, cui hęc insunt: nam huius in hoc, & huius ab hoc actum eē, ratione diuersum est.

Antiquus. { Omnino autem dicere est, neq; doctio cum disciplina, neque actio cum passione idem propriè M est, sed cui insunt hæc motus. Quod enim huius in hoc, & quod huius ab hoc actum esse, ratione alterum est.

Expositio. Ad aliud quod erat, quòd tunc doctio siue doctrina & disciplina sint idem, & actio & passio: respondet negando cōsequentiam, quia hæc non sunt idem, sed motus est idem cui hæc insunt, quatenus est unus actus ab agente in passo unus subiecto, ratione differens. Hæc Aristo. ad omnia absurda dicta. Sic igitur de intentione Aristotelis accipimus actionem & passionem esse unum motum, qui est in ipso quod mouetur ut in subiecto.

Dilucida. tex. c. 24. Quid igitur motus sit in uniuersum, & per partes, dictum est. Non enim obscurum est, quonam modo quæq; ipsius species definietur: nam alteratio actus erit alterabilis quatenus alterabile. Adhuc etiam luculentius, actus est potentiæ actiui atque passiui quatenus tale, & in uniuersum & rursus per partes, ut ædificatio, aut medicatio: modo eodem & de cæterorum motuum unoquoque dicetur. N

An actio & passio sint idem, & an actio sit in agente uel in passo. Vide bur. hic.

Antiquus. { Quid quidem igitur motus sit, & uniuersaliter & secundum partem, dictum est: non enim immanifestum est quomodo determinabitur specierū unaquæq; ipsius. Alteratio quidem enim alterabilis secundum quòd alterabile entelechia est. Amplius autem notius quòd potentia actiui & passiui inquātum huiusmodi & simpliciter, & iterum secundum unumquodq;, quoniam ædificatio aut medicatio, Eodem autem dicetur modo & de aliis singulis.

Expositio O Animaduersione dignum, tres esse motus definitiones. Prima est, motus est actus entis in potentia, ut tale est. Secunda est, motus est actus mobilis quatenus mobile. Tertia est, motus est actus motui & mobilis quatenus talia. Prima est uniuersalis, cūm in ipsa nihil specificetur. Secunda est particularis, quia licet nihil specificetur, facile potest descendi in species: nam si motus est actus mobilis, igitur alteratio alterabilis, & auctio auctilis, & latio latilis a cius erunt. Tertia est luculētior, quia amplectitur & mouens & mobile, & facilè per ipsam in species itur. Aristoteles igitur epilogat, & ponit tres definitiones & differentias illarum, & inquit: Quid igitur motus sit in uniuersum, quoniam actus entis in potentia ut tale: & per partes, quoniam actus mobilis ut tale, dictum est. Et quòd hæc secunda sit particularis, declarat dicens: Non enim obscurum est quonam modo quæq; ipsius species definietur, nam si motus est actus mobilis, igitur alteratio actus erit alterabilis quatenus alterabile: & in cæteris similiter. Adhuc etiam luculentius definiri potest motus, dicendo quòd est actus potētiæ actiui & potentiæ passiui, quatenus tale: quę definitio erit & uniuersaliter & particulariter omnibus competens, ut ædificatio actus ædificatoris & ædificatilis, aut medicatio actus medentis & medicatilis: modo eodem & de aliis dici potest. Hic est epilogus omnium definitionum quas de motu Aristo. tradit, ubi patet Aristo. non inquisitiuè pcessisse, sed demonstratiuè: nam licet dubitatio fuerit logica, solutio tamen fuit demonstratiua: & in hoc decipiuntur quidam. Sed circa hæc quærūt, utrum actio & passio sint unus motus. Et arguitur primò quòd non, quia tunc actio esset passio: nam expositoriè sequitur, hoc est passio demonstrato motu, hoc est actio demonstrato eodem, igitur actio est passio. Secundò, res diuersorum prædicamentorum nō possunt esse unum quid, igitur nec unus motus. Respondent quidam, quòd passio & actio sunt duo accidentia respectiua fundata in motu, qui accipitur pro fluxu ut in subiecto, quorum unum quatenus est ab agente actio est, quatenus uerò in passo passio est: qua ratione fit ut actio & passio subiecto idem sint, ratione uerò differentes. Et hæc est positio noui expositoris. Alii parum ab his differentes, uoluere quòd actio & passio sint res distinctæ fundatę in motu, non quidem sumpto pro fluxu, sed pro forma diminuta: nam apud eos passio nihil aliud est quàm motus pro fluxu sumptus, propterea erit in forma diminuta uti in subiecto. Positiones hæ confutari solent: primò quidem, quia nullum accidens efficit suum subiectum, modo actio est effectrix motus tam pro fluxu quàm pro forma, igitur non possunt esse in motu uti in subiecto. Secundò, nullum accidens est in accidente uti subiecto, quarto metaphysicę: sed tam motus pro fluxu quàm pro forma est accidens: igitur nullum accidens est in illo. Tertiò, nullum prius est in suo posteriori uti in subiecto. Actio est prior motu tam pro forma quàm pro fluxu sumpto: igitur non est in motu aliquo

An actus ædificabis sit magis ædificatio φ domus. Vide grādeū Escu. le. 3 huius.

P

Quæstiões Prima. Vide burl. hic. & Egi. t. 22. h. & Gaeta. de Thie. q. 2. huius.

Q

An motus sit entitas respectiua entitate mouentis mobil formæ fluentis flux & termini ad quē realr & entitatē distincta. Vide Ios. de mag. q. 3. & cano. q. 1. huius.

A quo modo sumpto. Quartò specialiter argui solet contra secundam positionem per hoc, quia sicut datur motus pro fluxu passiuus, ita debet dari actiuus, quod negant. Quicquid sit de confutatione, uidetur mihi cum Aristo. Themistio expositore & Auerroe dicendum, quòd licet motus sit unus, tamen prædicamenta quæ sunt secundum motum, sunt duo, quatenus à diuersis rebus exterioribus fiunt prædicamentales denominationes: idem enim motus ut ab agente actio est, ut in patiente passio erit. Vbi animaduersione dignum est, apud peripateticos aliqua esse idem absolutè, quæ ratione non sunt idem: ut doctrina & disciplina sunt absolutè idem actus, non tamen ratione idem: aliqua sunt subiecto eadem, quæ nec simpl'r nec ratione sunt eadem: uerbi causa, album & dulce sunt subiecto eadem, non tamen simpliciter nec ratione eadem. Volunt igitur peripatetici actionem & passionem non esse unum motum subiecto, quia tunc essent accidentia motus: sed unum motum simpliciter, ratione tantum differentes. Nam motus

Nota de distinctionibus.

B ut ab agente actio est, ut in patiente passio, ut in termino ad quem tendentia fluxus est, ut imperfectum quid, diminuta forma est. Hæc igitur omnia unum & idem simpliciter sunt, non tamen ratione & essentia. Hæc peripatetici.

Calumniæ.

Quidam aduersus hanc positionem accerrimis calumniis obiiciunt, primò ea quorum unum esse potest sine altero, non sunt eadem simpliciter: sed potest actio esse sine passione, ut si deus ex nihilo aliquid ageret, patet eum agere sine passione alicuius subiecti patientis: igitur actio & passio non sunt simpliciter idem. Secundò arguunt, quia potest esse actio motu non manente: nam motu quo graue descendit non manente, ipsum graue existens in centro potest agere, cùm in suo proprio sit loco, & in meliori perfectione & statu: igitur actio omnino est alia à motu subiecto & ratione. Tertio arguunt, multæ sunt actiones sine motu, ut sensationes, illuminationes, & demum generationes subitariæ. Sed istæ rationes non sunt audiendæ à bonis peripateticis, ueluti à Themistio & Auerroe & Thoma nostro, sed ab iis qui talibus rationibus errantes plurimum latrare solent. Debes igitur scire quòd Aris. & peripatetici, per actionem & passionem intelligunt ea quæ in libris de generatione intellexerunt, quæ uidelicet non sine alteratione corruptiua sunt, ut calefactio, & humectatio, & cæteræ id genus: ea nanque actio qua deus aliquid ex nihilo agere, magis efficientia atque productio esset dicenda, cum agere sit respectu pati: sed si actio dicatur, erit illud æquiuocè. Qua ratione fit ut actio & passio quæ in his sunt quæ cum motu aguntur, motus sint simpliciter, licet ratione differentes. Cùm uerò in his sunt quæ non cum motu aguntur, actio & passio æquiuocè dicuntur, & res ipsa sunt quæ agitur, ut creatio animæ ipsa anima, & creatio mundi ipse mũdus. Tunc ad primam patet solutio: actio enim illa dei si actio dicatur, etiam passio erit æquiuocè respectu rei factæ: & ita nihil contra dicta nostra. Ad secundum patet etiam solutio, non enim motus est idem omni actioni agẽ

Defensio.

C

D tis: sed ei tantum, quæ motu illo defluit in passum, modo motus grauis transiuit: & ideo ille non est idem cum actione, quæ erit à re quiescente post descensum, sed res illa aget alio nouo motu, cum quo actio erit idem. Ex iis patet quod actio non efficit motum aliquo modo, ut sumebãt cõtra primã positionem: nam actio est ipse motus, quo efficitur opus in termino ad quem. Hæc de quæstione hac satis.

Vide Burleum hic.

Quærunt ulterius, utrum actio sit in agente: et uidetur quod sic, passio non est in agente, igitur actio non est in passo: & est in aliquo, igitur in agẽte. Tenet consequentia, quia actio & passio æqualiter repugnant, ut agere patique. Secũdò, nullum accidens præcedit suum subiectum, actio præcedit passum, igitur non est in passo: oportet igitur ut sit in agente. Tertiò, finis alicuius est in eo cuius est, quia finis & perfectio idem: sed actio est finis agentis: igitur est in agẽte. Quartò, bonum & perfectio sunt in eo cuius sunt bonum & perfectio, modò actio est bonum & perfectio agẽtis, igitur est in agente. Quintò, omne quod refert realiter ad aliquid de nouo, refertur per relationem quæ est realiter in eo: modo agens refertur ad patiens per actionem: igitur actio est in agente. Sextò, nihil refertur realiter ad aliquid per id quod non est formaliter in eo, igitur actio per quã refertur ad passum non debet esse in passo, sed in agẽte. Septimò, quæ mutuo inuicem referuntur, quodlibet illorum habet propriam relationem, qua refertur. Modò agens & patiens referuntur mutuo. Igitur quodlibet illorũ habet propriam relationem, qua refertur in aliud: & ita actio est in agente. Octauò, omnis respectus refert id in quo est ad aliud, actio est respectus & in passo, igitur refert passum ad aliud: non quidem ad agens, igitur ad se. Nonò, nihil potest mutari de cõtradictorio priuatiuo ad cõtradictorium positiuum, nisi aliquo nouo realiter sibi aduenieñte: modò agens de nouo mutatur de non agente ad agens, igitur sibi aliquid noui accidit, & ita actio. Decimò, quorum potentiæ sunt incompossibiles, actus etiam erunt incõpossibiles: sed potentia actiua & passiua non possunt esse in passo: igitur nec actio & passio. In contrarium est Aristo. & cæteri peripatetici, qui actionem motum & passionem in passo collocant. Aliqui tenent duplicem actionem, actam & respectum: tunc dicunt actionem actã, quæ est motus ipse esse in passo: actionem respectum, quo ipm agens refertur ad patiens, uolunt esse in agente, quã dicunt esse respectum nouum ultra potentiam actiuam: & per hoc satisfaciunt ad omnes rationes. Sed hæc positio stare nõ potest propter duas rationes quas ipsi nesciunt soluere, & quia omnes istæ rationes possunt torqueri contra eos. Prima est, quia tunc agens mutaretur, quia haberet aliquid de nouo, quod prius non habuit. Nec ualet concedere quòd agens recipit aliquam formam de nouo & non mutatur, quia nihil ab eo abiicitur: nam ubi sic diceretur, saltem omne agens impropriè mutaretur, quod Aristo. negare uidetur, & catholici simpliciter destruunt. Consequentia facilè patet, quia omne agens saltem de nouo respectum aliquẽ reciperet realem, quem realiter non habebat, & ita mutaretur saltem impropriè. Rursus nec ualet concedere agens mutari secundum quid, ut alii fingunt, quia omne agens esset patiens secundum quid, quod non concederem nec physicè nec catholicè. Deducitur consequentia, quia omne agens agit quatenus subiicitur respectui ad patiens, igitur quatenus recipit, & patitur secundum quid. Secundò principaliter arguitur, quia tunc nulla esse potest actio diuina, quia nihil deus posset agere, quin reciperet respectum, & ita mutaretur: nec potest esse ut aliter sit in deo & in aliis, quoniam ita deus refertur ad effectum in ratione agẽtis ut alia: nec uidere possum causam diuersitatis. Tertiò, omnes rationes factæ in principio quæstionis possunt retorqueri de deo, & probare quod deus nihil agere potest, ut intelligenti patet: hoc autem neque ipsi, neque nos concedimus. Propter hæc animaduersione dignum, actionem nonnunquam sumi pro potentia actiua, ut actu est fundamentum relationis ad patiens: & hoc modo actio esse potest respectus, ut Simplicius asserit in prædicamentis, ueluti potentia actiua patris ut actu est ad filium. Interdum sumi potest pro motu ut effectus agentis, & sic dici potest res acta, quod Simplicius asserit. Tunc dicerem quod relatio siue respectus, cũ non sit aliud quã suum fundamentum, est in agente, non ut accidens, sed tanquam idem suæ potentiæ qua agit: actio uerò pro effectu est in passo. Hoc idem sub aliis uerbis Auer. dicere solet, quod actio pro potentia sumpta est in agẽte: actio uerò pro prædicamento est in passo subiectiuè, in agẽte denominatiuè: quo modo dextreitas est in animali subiectiuè, in columna denominatiuè: similiter uisio in colore denominatiuè, in oculis subiectiuè. Sed dices contrà, primò quia tunc actio esset respectus rationis, cùm agens per ipsum non realiter referretur. Secundò, quia si actio esset in passo denominaret passum agere: omnis enim forma quæ in aliquo est, denominat illud aliquo modo. Ad hęc dici potest, quod si per relationem & respectum rationis, intelligit id cui nullum respondet fundamentum ex parte relatiui, sic

Secunda. q. Et an modus sit in motu. Vide sedu. q. 4. bubus.

E

F

Prima põ.

Cõfutatio

Vide Sco. 39 di. primi &. 25. di. &. i. dis. 2. q. 2.

G

Propria positio.

H

Replice.

H actio est respectus realis, quia sibi respondet potentia actiua ex parte agentis: sed si intelligis illud, quod in se nihil est nisi attributiuè, concedo: est enim actio respectus realis ex parte passi, rationis uerò hoc modo ex parte agentis: non tamen simpliciter rationis, quia sibi respondet ex parte illius fundamentum. Sic non est de scientia & scibili, de columna & animali, & de cæteris id genus: & hac uia concedi potest in omnibus relatiuis respectus non esse res præter fundamenta, ut alias disputauimus. Ad secundum patet solutio, non enim oportet ut omne existens in aliquo denominet illud eo modo quo ipsum intelligit, satis est ut denominet aliquo modo: unde ab actione patiens denominatur pati, & hoc sufficit. Tunc ad rationes in principio & ad primã, dico actionem & passionem esse in passo, et cõcedo actionem & passionem æqualiter repugnare pro potentijs sumptis, non autem pro effectibus potẽtiarũ. Ad secundum dico, ꝙ actio præcedit & præceditur, ut quidem se tenet ex parte agentis p̄cedit, ut uerò passum est in materia præceditur: est enim forma prior materia, & ipsa materia prior forma in diuersis generibus prioritatis. Ad tertium, finis generationis est in eo cuius est, non autem finis

K rei generatæ: modo actio est rei genitæ & gratia cuius, nõ generationis & quo. Per idem ad quartum dico ꝙ agẽs refertur per relationem realem, quia per potentiam actiuã quæ est realis relatio, ut fundamentum actionis, à qua non differt nisi ratione. Per idem ad quintum patet solutio, pater enim refertur paternitate ad filium, quæ est potentia generatiua: sic agens refertur ad patiens actione, quæ est potentia actiua. Vtrum uerò fundamentum & relatio sint una res, alibi omittatur, nunc uerò sufficit id supponere.

Per idem ad sextum & septimum. Ad octauum patet solutio, actio enim pro potentia est respectus in agente nõ in passo, sed pro motu est in passo. Ad nonũ dico quòd agens non mutatur mutatione sui, sed mutatione facta in passo: hec enim ratio concluderet de deo, nisi sic soluatur.

Ad decimum negatur maior, nam album & nigrũ sunt incompossibilia, & tamen possunt intentiones illorum in uno recipi, quæ sunt effectus illorum: hæc enim regula tenet fortasse in aliquibus absolutis, non autem in respectiuis. Sic igitur patet ꝙ actio sumpta pro potentia est in agẽte, sumpta pro effectu est in passo. Hæc de motu.

An actio & passio sint entitates ad inuicẽ respectiue realiter distinctæ & ĩ distinctis subis subiectatę. Vide Ioã. de magi. q. 3. huius. & multa ĩ cano. qõ. 2. huius. Sol. rõnum

L *Recognitiõ*

Prima Dubitatio in commentariis erat, utrum actio & passio sunt unus motus: et dixi actionem & passionẽ esse unum motum, & ita eadem in re absoluta, differre uerò ratione. Dixi secũdò motum pro fluxu, & motum pro forma fluente, & actionem & passionem, omnia esse eadem absoluete, ratione uerò differre: uerum per actionem & passionem intelligas actionem & passionem, ut de ipsis loquitur in libro de generationea, non autem pro efficiẽti seu productione, quæ sine motu esse possunt. Sed tunc circa hæc quæres utrum si actio & passio sint diuersa ratione, differant realiter. Animaduertendum ergo distingui realiter apud peripateticos esse distingui in subiecto, ea uerò subiecto distinguũtur, quęcunꝗ possunt separari circa subiecta de quibus, ut homo & equus, & homo & animal: aut quæ possunt separari circa subiecta in quibus, ut album & dulce. Distingui uerò ratione est distingui definitione aut uera, ut homo & equus: aut descriptione, ut pomum & album: aut conceptione, ut homo & risibile: &

M hoc pacto patet ea quæ distinguuntur ratione, non distingui realiter, quoniam fieri potest ut aliqua differant ratione, quæ eiusdem subiecti sunt, ut album & dulce. Vel aliter, aliqua distingui realiter est duobus modis: aut re existentiæ, aut re prædicamenti. Ea realiter distinguuntur re existentiæ, quæcunꝗ separatim existere non implicat cõtradictionẽ, ut album & dulce: & quia hominem & risibile separatim existere implicat contradictionem, ideo sunt eadem realiter hoc pacto. Ea uerò distinguuntur realiter re prædicamenti, quæcunꝗ ponuntur in diuersis prædicamentis, aut non in eodem prædicamento, aut saltem non in eadem specie prædicamenti, si in prædicamento ponerentur: & hoc pacto homo & risibile realiter differunt, aptitudo & id cuius est aptitudo: nam risibile & homo ponuntur in diuersis prædicamentis, uel non in eodem prædicamento, uel non in eadem specie prædicamenti. Ex his patet solutio, uidelicet quod actio & passio differunt realiter re prædicamenti, quoniam sunt in diuersis prædicamẽtis, uel diuersa prædicamenta: non autem realiter re existentię, quia sunt unus motus. Aut dici potest aliqua distingui realiter bifariam, aut re absoluta, aut re relationis. Ea differunt realiter re absoluta, quorum non omnia absoluta eadem sunt, ut homo & equus. Ea uerò re relationis differunt, quęcunꝗ in rebus absolutis omnibus eadem sunt, & solum re relationis differunt: & hoc pacto actio & passio differunt realiter, quoniam in omnibus absolutis sunt, eadẽ & in re relationis differunt. Ex his patet actionẽ esse motũ, & passionẽ esse motum, & tñ actio non est passio, nec econtra: sunt enim unum absolutũ, & non una relatio.

N

Secunda dubitatio in commentariis erat utrum actio sit in agente, & tandem dubitatio fuit ad hoc reducta, uidelicet si actio non est in agente, tunc agens nnn realiter refer retur ad passum. Quicquid in commẽtariis dixerimus de

O mẽte Simplicii & Auerrois, nunc dicerem agens referri realiter & formaliter ad passum relatione existente in passo, licet potentia actiua sit in ipso agente. Deus enim secundum peripateticos dicitur realiter producens, & refertur realiter ad rem productam: uerùm in ipso non productio est, sed potentia productiua: non creatio, sed potẽtia creatiua. Simplicius autem & Auerroes actionem æquiuocẽ sumpserunt, quia pro potentia uno accipitur modo, & sic est in agente, & agens per ipsam refertur ad passum realiter. Alio modo accipitur pro effectu, & sic actio est in passo: & hac non agens, sed passum ad agens refertur. Alii uerò dixerunt relationem qua Deus refertur ad creaturam, esse rationis in Deo, realẽ uerò in creatura: & tamẽ Deus dicitur realiter creator, quia creatio, qua creat est realis. Ego tamen dicerem non esse absurdum aliquam relationem esse realem, & per ipsam aliquid referri realiter, licet non sit in ipso, ut Auerroes in octauo huius. Quare dicere possumus agens realiter referri ad patiens relatione reali,

P quæ est motus, quæ tamen non est in agente, sed in passo. Vlterius dicerem, possumus agens & patiens mutua reali relatione referri, & tamen relatio qua mutuo referuntur, est in altero relatiuorum: sed quia hæc in metaphysica disputantur, de his hactenus.

Quoniam uerò scientia naturalis circa magnitudines & motum atꝗ tempus uersatur, quorũ unũquodꝗ aut infinitum aut finitum necesse est esse, & si non omne aut infinitum aut finitum sit, ut affectio aut punctum: talium enim fortasse nullũ in altero horum esse necesse est: consentaneũ sanè erit eum qui de natura pertractat, de infinito sit uel ne, & si sit, quid nam sit, contemplari.

De infinito Dilucida. tex. c. 24.

Hactenus de motu, nunc de infinito agere proponit: ratiocinatur ad hoc ex eo, quia scientia naturalis est de omni magnitudine, motu, & tempore. His accidit infinitudo & finitudo, modo non ut qualitates, aut ut puncta considerentur: restat ut de finito & infinito agamus an sit primò, deinceps quid nam sit. Auerroes autẽ affert causam cur qualitas & punctus non potest esse infinitum, quoniam opposita quæ non diuidunt uerũ & falsum de quolibet, nõ oportet si unum sibi non competat, ut alterum competat: ueluti in proposito finitum & infinitum non sunt opposita, quorũ alterum de quolibet prædicari necesse sit: immo sunt opposita mediata, & ideo licet punctum nõ sit finitum, nõ oportet ut sit infinitum. Sed circa subiectũ circa quod sunt apta fieri, bene necesse est alterum prædicari: ut quoniam sunt apta fieri circa magnitudinem, motum, & tempus: ideo necesse est omnem magnitudinem, omnem motum, atꝗ tempus finitum aut infinitum esse. Quod uerò ad uerba attinet, Aristo. dixit omnibus competere finitum & infinitum, pręter

Expositio.

Q

Quę Auerroes. c. 24. An physicus hẽat considerare de infinito. Vide Io. de mag. q. 4. huius. Et Is. q. 7. huius. Et Alber. de saxo. q. 10. huius. Et Egi. hic.

A ter affectionem & punctum: sed cur fecerit hanc exceptionem, non apparet. Expositor ait esse factam, ut innuatur finitum & infinitum non esse metaphysicæ considerationis: ubi enim omnibus competeret, esset metaphysicæ considerationis. Fortasse hanc exceptionem fecit, quia cũ hęc sciẽtia de motu & infinito agat, dat intelligere motum esse uniuersaliorem, cùm etiam puncto competat & qualitatibus saltem per accidens. Sed hæc satis pro modo.

Dilucida. tex c. 25. Signum uerò contemplationẽ rei huius esse huic scientiæ propriam, est ex eo quia omnes qui dignè talem philosophiam tetigisse putantur, de ipso infinito sermonem fecerunt, atq; ipsum omnes tanquã principium quoddam rerum constituerunt. Alii quidem per se non uelut accidens alicui alteri, sed uti substantiam, quæ est ipsum ens infinitum: quẽadmodum Pythagorei & Plato. Verum Pythagorei quidem ipsum sensibilibus in his constituunt, quando nec numerum separabilem faciant, faciẽtes B quoque id quod extra cœlum est infinitum. Plato uerò extra quidem cœlum neq; corpus esse, neque ideas arbitrabatur, propterea quia nusquam esse illas dixit: at infinitum tam ipsis in sensilibus, quã in illis esse contendit.

Expositio. An ad metaphisicum pertineat cõsiderare de infinito. Vide gradei Escu. tex c. 6. huius


Proposita intentione, nunc argumento sumpto ab aliis rẽ approbat: nam omnes qui hanc philosophiæ partem attigerunt, semper aliquid de infinito dicere consueuerũt, adiicientes illud tanquam principium quoddam rerum. Et ut res ipsa ulterius pateat, hinc de ipso infinito positiones affert: primò ea in quibus Plato & Pythagorei conueniunt, deinceps ea in quibus differunt. Pythagorei igitur & Plato uoluerunt infinitum esse quandam per se substantiam & naturam, non ueluti accidens alicui alteri inhærens, sed uti substantiam quæ est ens ipsum, uolunt esse infinitũ. Huius causam habes, (ut Auerroes & expositores aiunt.) quia cũ ipsum infinitum sit rerum principium, ratio autem principii non accidenti sed substantiæ accommodetur, iurè ipsum inter substantias collocarunt. Est & alia causa, quia C ponunt numeros & quantitates rerum substantias & principia, modo ratio infiniti quanto competit. In his igitur cõueniunt: dissentiunt autem primò, quia Pythagorei nõ ponebant infinitum extra sensilia: Plato uerò illud concessit, quia posuit nõ tantum infinitum ipsum in rebus sensilibus, sed & in intellectualibus. Secundò, quia Plato infinitum non uult esse extra cælum, cùm nihil extra cęlum ponat & ideas, nec intra nec extra cælum esse uelit quia tunc essent corpora, & omnia sensilia ponat intra cælum: Pythagoras uerò ponit infinitum extra cælum, quia posuit extra cælũ infinita sensilia: intra enim non, quia cæli ambitus finitus est. Animaduersione dignum has duas differentias reduci in unam, quia ut expositor inquit, hæc differẽtia est penes participationem infiniti. Themistius autem uult causam huius differentiæ esse, quia Pythagoras cuncta sensilia deriD uata atq; orta esse è numero putat, atq; hinc sumpta occasione in numerum omnia cõferebat, & quia numerum statuit infinitum extra cælum in illis sensilibus quæ illic sunt, propterea infinitum non extra sensilia constituit, sed extra cælũ: secus autem Plato, qui alio syllogismo nihil extra cælum posuit. Hæc de prima differentia.

Dilucida. tex c. 26. Et illi quidem par ipsum infinitum esse asserunt. Hoc enim comprehensum & ab impari ipso, finitũ rebus ipsis infinitudinem prębet.


Expositio Secunda differentia inter Pythagoreos & Platonem, (ut expositori placet.) sumitur ex parte radicis & causæ infinitudinis. Nam Pythagorei posuerunt unam causam infinitudinis, uidelicet numerum parem: Plato ex parte materiæ magnum & paruum, quatenus magnum est causa infinitudinis per additionem: paruum uerò causam infinitudinis per diminutionem in infinitum. Circa hanc differentiã primò dat positionem Pythagoreorum, & inquit: Et illi quidem, utpote Pythagorei, ipsum infinitum asserũt esse par. E hæc est Pythagoreorum positio. Probat autem hanc syllogismo & signo. Syllogismus quidem sic componitˀ, omne id quod comprehẽsum, & ab impari finitum rebus ipsis infinitudinem præbet, est sua natura infiniti causa: numerus par comprehenditur & finitur ab impari: igitur est rebus causa infinitudinis. De ratione solam minorem explicat, cetera patent. Vbi debes scire, ut ex Themistio colligitur, q̃ numerus par est diuisilis in duo media, quæ quidem diuisio est causa diuisionis corporis in duo dimidia, & illa adhuc in alia dimidia, & sic in infinitum: quare infinitudo corporis ea diuisione causatur, quæ fit numeri paris p̃ duo dimidia. Cùm uerò numerus impar hac diuisione in duo non sit diuisilis, iurè Pythagoras pari dedit rationem infiniti, impari finiti: quatenus additus pari ipsum claudit, terminat, & finit. Sylls. Declaratio sylli.

Est autem rei huius signũ id quod accidit in numeris. Cum nanq; circa unum seorsumq; ponuntur normæ, nunc alia semper fit species, nunc eadẽ. F

¶ Exemplum additionis circa unum.



¶ Exemplum additionis seorsum ab uno.



Nũc ponit signum, & sic componitur: Omnis numerus q̃ additus uni normatim efficit eandem speciem, causa est finitudinis, & qu. non facit eandem speciem causa est infinitudinis. Sed impar normatim additus unitati efficit semper eãdem speciem figuræ, par numerus additus efficit semper aliam atq; aliam. Igitur numerus impar causa est finitatis, par uerò infinitatis. Ad huius rei intellectum debes scire, q̃ q̃q; gnomonas græci multipliciter sumant, hic (ut placet Themistio,) impares numeros quadam seruata norma intelligit, ueluti. 1. 3. 5. 7. 9. & cæteros impares normatim collectos. Duo nanq; numeri circa unum sumpti semper figuram conficiunt quadratam, nam tria cum uno cõfecta quatuor faciunt: numerus autem hic quaternarius quadratus ẽ, quũ duitas quæ est illius una pars minima, in se ducta quatuor faciat. Rursus quatuor cũ quinq; confecta sunt. 9. q̃ numerus est quadratus ex trinario ducto in se resultans: rursus. 9. cum septem faciunt. 16. qui ex quatuor ductis in se resultat: demum. 16. cum. 9. sunt. 25. quæ ex quinq; ductis in se resultat: & de cæteris quæ ratio docet numerum imparẽ semper eandem facere figuram circa unum, & ita est radix finitudinis, cum nunquam exeat limites suæ speciei. Numerus uerò par nullam seruat normam, sed species multiplicat in infinitum facta additione normatim: nam unum & duo sunt tria, qui numerus triangulus est: tria & quatuor sunt. 7. qui numerus est septangulus: septem &. 6. sunt. 13. & sic patet parem numerum multiplicare species in infinitum. Dici solet apud mathematicos quadratus numerus, is q̃ ex ductu resultat alicuius numeri in se: uerbi causa, quatuor ex ductu duorum in se, &. 9. ex ductu trium in se. inquit: Est autem rei huius signum id quod accidit in numeris. Cum nanq; circa unum seorsumq; ponuntur normæ,

Expositio. Sylls.

Expõ lſæ. An aliqua sit multitudo simpli in infinitũ. Vide Iãd. q. ii. huius. & cano. q. 3. h. ar. 2. H

I siue pares siue impares, nunc alia semper fit species, ut si normæ additæ sint pares, nunc eadem: si normæ additæ sint impares. Hæc est secunda ratio.

Dilucida. tex. c. 27. Plato uerò duo, magnum uidelicet & paruum.

Expositio. Nunc narrat positionem Platonis ex parte differentiæ: Plato nanq; uoluit duo infinita ex parte materiæ, magnum ut causam infiniti per additionem, & paruum ut causam infiniti in diminutione. Hæ sunt positiones non naturalium. Circa positiones has debes scire, quod licet Pythagoras & Plato ita loquebantur, non tamen ita sentiebant ut uerba prima facie indicant, uti doctissimus Simplicius ubiq; exponit contra Alex. peripateticum. Pythagoras nanq; infinitudinem ipsam primò tribuit principio, quem nos deum appellamus: cum quo Plato & catholici conueniunt, dicẽtes deum esse uirtute & perfectione infinitum. Hunc Plato magnum uocat & paruum: magnum quidem quo ad uirtutem, cum nihil sit illo maius: paruum uerò, quia in cunctis est quantislibet minimis, nihilq; illo sit minus. Pythagoras uerò appellat ipsum infinitudinem extra cælum, hoc est, in cælo non contentam neq; clausam, qui quum sit immensus atq; infinitus, chaos & infinitudinem extra cælum ipsum fecit: ait tñ in sensilibus contineri, quatenus eius potentia semper rebus est adiuncta. Insuper, paritate numeri infinitudinem nactum esse, quia nihil efficit, quin restet adhuc aliquid efficiendum, nihilq; agit numero constitutum, quin illi addi possit unitas. Quare patet hæc omnia esse soli deo tributa, esseq; uerba consueta apud antiquos, qui numina occultare (quantum poterant) enitebantur, ne illorum publicatione in contemptum uenirent, ut author est Phyloxenus. Possunt etiam aliter interpretari, sed hactenus de his.

(Interpretatio põnis Platonis & Pythagor. Vide Sco. d. 2. p. q. 1. & 2. ubi probat infinitatem dei. An magnũ & paruum uadant in infinitum. Vide Egi. hic.)

K

Alii uerò, ut naturales omnes, semper aliam naturam quandam ex eis quæ elementa nuncupantur, supponunt infinito ipsi, ceu aquam, aut aerem, aut medium horum.

Expositio. Hactenus de positione Pythagoræ & Platonis, qui theologicè locuti sunt: nunc de positionibus eorum qui naturaliter loquuntur, incipit pertractare. Eorum igitur qui naturaliter loquuntur, alij unum, alij plura rerum naturalium elementa & principia posuerunt. Qui posuerunt unum elementum, concorditer sentiunt infinitudinem non esse reponendum inter principia rerum, sed esse accidẽs principio, & hoc inquit: Alij uerò, ut naturales omnes ueluti qui sentiunt unum esse rerum elementum, semper aliam naturam quandam ex eis quæ elementa nuncupantur, ipsi infinito supponunt, ceu aquam, aut aerem, aut medium horum: & ita non substantiam neq; principiũ, sed accidens autumãt.

(Prima põ. naturaliũ.)

L

Eorum uerò qui rerum elementa finita constituunt, nullus infinitudinem fecit. Qui uerò infinita statuerunt elementa, quemadmodum Anaxagoras & Democritus: alius quidem ex similaribus, alius uerò ex figuris ut ex semine, tactione quadam continuum ipsum infinitum esse inquit.

Expositio. Cœpit positiones naturalium enarrare, & primò eorum, qui unum rerum elementum faciunt: nunc uerò positiones eorum qui plura elementa dicunt. Sunt autem duæ sectæ: nam alij finita elementa esse contendunt, qui non modò infinitum ipsum demunt è numero principiorum, sed etiã nec accidens principijs faciunt ipsum. Qui autem infinita principia uolunt, infinitum ipsum inter principia non reponunt, sed ab illis principiis effectum ac corpus quoddã cõponunt infinitum, sed non eodem modo. Differunt enim primò, quia Anaxagoras ex similaribus illud conficit, Democritus ex corpusculis uti ex semine, quæ differunt figuris. Omnes igitur siue primi, siue secundi, siue tertij, consentiunt infinitum ipsum non esse inter principia reponendũ, licet non eodem modo sentiant. Debes scire, ut Auer. innuit, eos qui ponũt principia infinita, ex parte principii uoluisse infinitum ipsum nihil esse, quoniam sunt magnitudine singula finita. Sed quatenus congregatione & tactu unũ continuum conficiunt, ipsum potius ex parte effectus esse uoluerunt: illis enim siue similaribus siue corpusculis infinitis, uniuersum infinitum conficitur, quoniam sunt aliquãta & æqualia uni certo dato. Sed de his hactenus.

(Secunda positio.)

M

(Quę Auer. cõ. xxvii.)

N

Dilucida. tex. c. 28. Et ille quidem partem quálibet fuisse toti commixtam similiter concedit, argumẽto quod quodlibet ex quolibet fieri uidebat. Hinc enim & res omnes olim simul fuisse dixisse uidetur, ut hanc carnem, & hoc os, & cætera id genus. Igitur & cuncta atq; simul quodlibet. Principiũ enim segregationis non solum in unoquoq; est, sed etiam in ipso omni.

Expositio. Auer. Scda expõ. Auerroes uult quod secunda differentia sit, quia Anaxagoras concedit infinitum in actu præcessisse, Democritus ipm semper esse & fore: quæ expositio mihi non placet, cũ nihil de infinito dicat Aristo. Expositores sentiunt secundã differẽtiam esse, quia Anaxagoras inquit similaria, quę elementa ponit rerum mutuo ex generari, quia uidit quodlibet fieri ex quolibet: Democritus ait corpuscula nec ex seipsis nec ex aliis exoriri, quod consonat literæ sequenti. Sed propterea non placet, quia hic textus nihil rei huius meminit. Videtur igitur mihi quod differentia sit hæc, uidelicet quod Anaxagoras uelit omnia fuisse uera cõmixtione in illo suo chaos commixta, cùm ponat quodlibet ex quolibet oriri: Democritus non commixta uera unione, sed congregatiõe quadam in uniuerso contineri. inquit: Et illæ quidem partẽ quãlibet fuisse toti illi commixtã, quod chaos siue migma uocat, similiter concedit & persuasit hoc, (ut mihi uidet.) Primò ex hoc, quia uidit quodlibet fieri ex quolibet, ut in primo disputatum est: secundò, quia sicut in unaquaq; re, ita & in uniuerso rerum mundo. Modò uidemus in animali præfuisse hanc carnem, illud os, & omnia fuisse cõmixta, quæ ad esse animalis spectant. Igitur in uniuerso similiter cuncta commixta esse oportet, quæ ad ipsius perfectionem necessaria sunt. Hæc est positio Anaxagoræ, & hæ persuasiones.

O

(Propria expositio. An posse esse infinitũ in cõmunis & i ... secretis. Vid Gaet. q 3. huius & can. q. 3. hui⁹ art. 1.)

P

Etiam cum id quod fit ex tali corpore fiat, omniumq; fit generatio, licet non simul oporteat etiã aliquod principiũ generationis esse: atq; id sit unũ, quod ille mentem nuncupat: mens quoq; à principio quodam operatur cum intellexit, omnia profectò olim simul fuisse, mouerique aliquando cœpisse necesse est.

Expositio. Videtur mihi nunc secundò, positionem Anaxagorę alia ratione comprobare, & utitur enthymemate, cuius antecedens sunt quatuor sumptiones. Prima quod omne quod fit ex tali corpore, quod chaos appellat, fiat. Secunda, quod omniũ fit generatio, licet non simul. Tertia, oportet aliquod principium effectiuum esse generationis preter chaos illud, quod quidem sit unum & perpetuum, quod ipse mẽtem uocat. Quarta, mens quã citò cœpit intelligere, tam citò cœpit agere. Ex ijs sumptis infert omnia fuisse aliquando simul, & mentem cœpisse cuncta illa mouere atq; separare. Nec oportet aliter rationem hanc exponere, cum positiones hæ à me leuiter tractentur, ne libri quicquam diminutum habeatur, etiam cum eæ positiones & rationes infructuosæ sint, & non ad rem.

Q

Dilucida. tex. c. 29. Democritus uerò, & si nullum primorum corporum ex alio fieri dicat, concedit tamen quoddã cõmune corpus omnibus esse principium, magnitudine partium atq; figuris differẽs. Quòd igitur naturalibus philosophis contemplatio hæc cõueniat, ex hisce patet.

Expositio. Nunc quæ Democritus uelit, addit: hic enim concedit esse quoddam corpus commune continentia corpusculorum infinitum, siue illud sit mundus, siue chaos, siue aliud quod uis: non tamen cum Anaxagora sentit, quodlibet primorũ corporum fieri ex quolibet, ut Anaxa. quodlibet similariũ ex quolibet. Propterea Anaxagoras illud unum siue chaos siue migma, uere unum & commixtum facit: Democritus

(An possit cõ corpus actu infinitum. Vide Iãdu. q. ... huius. & Albe. de sa xo. q. ii.)

non

A non uere, sed congregatione tantum. Verba translationibus ipsis perspicua sunt.

Dilucida. tex. c. 30. Cum ratione autem & ipsum constituunt principium omnes: neq; enim frustra esse potest ipsum, neq; alia sibi præter illam principii uis inesse. Omne enim quod est, aut principium est, aut ex principio: at ipsius infiniti non est principium, nam eiusdem erit etiam finis.

Expositio. Auerroes & expositor uolunt Aristotelem colligere quatuor, in quibus conueniunt antiqui ponentes infinitum, & in quibus coguntur conuenire, si ipsum esse concedāt: sed hæc expositio non consonat uerbis græcis, ut postea uidebitur. Propterea uidetur mihi, ꝙ cum Aristote. recitauerit duas de infinito positiones, (nam alij inter principia uoluerunt esse reponendum, alij uoluerunt ipsum esse accidēs principijs) nunc comparet inter has, & ostendat ꝙ prima positio, quę reponit ipsum inter principia est rationabilior: B & utitur duabus rationibus. Prima est, quia omne quod ē, aut principium, aut principiatum: infinitum non est principiatum, quia tunc ipsius esset finis & principium, & ita finitum: igitur est principium. Addit autem neq; frustra ipsum esse posse, quia ubi esset frustra, non oporteret ut sit principium aut principiatum. Hæc est prima ratio. Sed in hac dubitatur, quia uī Arist. æquiuocasse: infert. n. si habet principiū hēt finem: mō hæc ad principium & finem magnitudinis referuntur, & ita æqu uocat. Nouus expositor ait hoc ꝓ tanto esse uerum, quatenus ex principio factionis infertur principium magnitudinis. Sed hæc expositio nulla est, quia tunc philosophus peteret: Si enim omnis factio eget principio magnitudinis, hoc est quod petitur, disputamus enim utrum infinitum possit esse factum uel ne, quare si sumit oē factum habere principium magnitudinis, hæc est petere. Melius igitur dicerem, ꝙ Aristo. utitur ratione facta ab antiquis, nō ad intentionem propriam. Auer. autem siue ex malis translationibus siue motu proprio, probat dupliciter infinitum non posse esse causatum, quia si haberet principium, illud principium etiam esset infinitum, quia infinitum nō potest à finito proficisci: est enim semper causa maior & potior causato. Sed hoc est impossibile, quia duo infinita esse implicat, quia oportet illa esse discreta, & ita ambo finita. Præterea infinitum totum occupat, igitur non patitur secum aliud. Secundò arguit, si infinitum habet principium, aut extrinsecum, aut intrinsecum: non extrinsecū, quia tunc ex ea parte qua illud esset extrà, tale infinitum esset finitum: si intrinsecum, tunc forma uel materia esset infinita, quod est impossibile. Et hæc ratio est accepta è Themistio.

Prima du. · Prima ex-positio. · Scda expō · Prima tñ. Egid. hic. · Cōfutatio. · Propria re-sponsio. · Quæ Auer ... tex. c. 30. · C

Præterea ut sit principium quippiam, & ingenitum & incorruptibile esse oportet: nam & quod exoritur, finem accipiat necesse est, & omnis corruptionis est finis. Quocirca, ut dicimus, huius non est principium, sed ipsum cæterorum principium esse uidetur.

D Expositio. Expositor uult ut sit secundum, quod est concedendum si infinitum sit: & hæc expositio nō dissonat principio textus, sed bene fini: propterea intelligas sic. Præterea & ingenitū & incorruptibile esse oportet, sup. ut sit principium quippiam, & tunc hæc est secunda ratio ad probandum, ꝙ si infinitum sit, oportet esse principium: & componitur rō sic, quod non generatur neq; corrumpitur non potest habere nisi rationem principii, sed infinitum neq; generari neque corrumpi potest: nam & quod exoritur & quod corrumpitur, finem habere necesse est: propterea infert infiniti non posse est principium aliquod: sed si est, ipsum cæterorum principium esse uidetur. Et huic consonat hanc esse secundam rationem.

Amplius & ambire cuncta atq; omnia gubernare, ut asserunt ii qui preter infinitum nullas alias faciunt causas, uti mentem aut concordiam.

E Expositio. Hactenus ꝙ si infinitum sit, id oporteat esse principium probauit: nunc etiam quæ sequuntur, si id sit & sit principium, adiicit & inquit: Amplius & ambire cuncta atque omnia gubernare, subaudi oportet si id sit & sit principiū. quod probat authoritate illorum qui præter infinitum nullam aliam afferunt causam, ut neq; mentem neq; concordiam neq; tale quid. Hoc tamen patet, nam ex ea parte qua infinitum est, cuncta continet & occupat: ex ea uerò parte qua principium est, iura sortitur gubernatoris rerum.

Insuper etiam ipsum esse diuinum: nam immortale est atq; indefectibile, ueluti Anaximander atque naturalium plurimi asserunt.

Expositio. Tertiò si infinitum sit, probat ipsum oportere esse numē, ut Anaximander atq; naturalium plurimi sentiunt: & hoc ex eo, quia immortale est atq; indefectibile. Ex iis colligi potest planè ꝙ si infinitum sit, id esse non potest nisi deus, quod nostri catholici aperte sentiunt: nam deo primò ratio principii competit, secūdò ratio immortalitatis & eternitatis, tertiò iura gubernationis omnes sibi tribuunt atq; continēdi uim, demum & quartò nemo dubitat ipsum numen esse: quapropter si infinitum sit, id deum esse censendum est. Veteres concedunt antecedens, uidelicet infinitū esse, & ita clàm concedunt & consequens, uidelicet deum esse infinitum. Aristo. concedit consequentiam, uidelicet ꝙ si infinitum sit, id oportet esse deum: sed disputat de antecedente, an detur ipsum infinitum. Hæc est Aristotelis & ueterum hucusq; positio. Sed hîc quærunt utrum si infinitū sit, oporteat ipsum esse principium. Auer. & nouus expositor simpliciter nulla facta distinctione, dixerunt ꝙ si infinitum sit, oporteat esse principium: quod quidem duabus ꝑsuasit Auer. rationibus, tum primò quia ubi infinitum sit effectus, erit aliud infinitum quod sit principium, & ita duo infinita: tum quia non potest esse neq; è causa extrinseca nec intrinseca. Nouus uerò expositor suasit, primò quia si infinitum esset effectus, apprehenderetur tandem ab intellectu aliquo: quia siue sit effectus naturæ, siue effectus primę intelligentię, tamen oportet ut intelligatur à prima intelligentia: quia opus naturæ est opus intelligentiæ. Secundò, quia si esset effectus, haberet uirtutem participatam, & ita esset diminutum. Sed uidetur hæc positio manca, quia infinitum potest capi pro ratione ipsa, quæ est quædam carentia finis & principii, & sic nec habet rationem causæ nec causati: & potest capi pro quantitate ipsa, & etiam ut sic non est principium. Propterea uult hæc esse uera infinito sumpto pro substantia, quæ subiicitur dimensioni infinitæ: quod persuadet, quia tale infinitum non potest habere principium neq; magnitudinis neq; causę, ut probat ipse uerbis multis, quæ uide. Sed etiam Ioannes est corrigendus, nam ubi infinitum sumeretur pro substantia subiecta dimensioni, ipsum esset substantia materialis, & sic haberet rationem causati & causæ. Causæ quidem per ratiões dictas, causati uerò per rationem generis: quia omnis substantia subiecta dimensioni est materialis, & omnis talis esset composita ex materia & forma, & ita dependens. Propterea rationes Egidii & illæ Auer. & Ioannis si concludunt, dant unam partem, & nostra ratio dat aliam. Propter hæc uidetur ꝙ si esset ipsum infinitū, oportet ut sit principium, non pro ratione infiniti sumptum, neq; pro dimensione, neq; pro substantia subiecta dimēsioni, sed ꝓ substātia simpliciter separata: non enim esse potest infinitum, nisi in substantia siue materia & dimensione, ut Plato & Pythagoras uolunt. Modo substantia separata esse non pōt nisi causa, & per hanc rationem patet correptio omnium. Sic igitur quia infinitum esse non potest, nisi sit substantia separata, fit ut si ipsum sit, causa & principium sit: & hæc est intētio Aristo. Vlterius quæro utrum si infinitum sit, ipsum sit immortale atq; incorruptibile, diuinum & omnia gubernans, continens cuncta? Videtur ꝙ non, quia ubi infinitum sit, ipsum est quantum: & ita diuisibile, & per consequens corruptibile. Ad quæstionē nō possunt respondere Auer.

F · Prima du. Egid hic. An si infinitum esset hēret rōnē principii. Vide gradeū Escu. lec 6. huius · G · Correptio Ioan. Vide etiā Iā. q. 8. h°. · Correptio · H · Propria positio.

I

expositor nouus, & Ioan. nam isti uolunt Arist. esse loquutum de suba subiecta dimẽsioni: mõ suba q̃ subijcitur dimẽsioni, est suba materialis & corruptibilis, & non gubernãs sed gubernata. Propterea dicamus cõsequẽter, ꝙ si infinitum esset, (ut dictum est,) oportet ipsum esse substãtiã separatam, & intellectum: & tunc sequitur ut sit immortale & ingenitum, quia materia caret: diuinum, quia numen quoddam ultra corpora & caduca constitutum: Gubernãs cuncta, quia intellectus infinitus est: continens cuncta, qa perfectione infinitus. Omnia igitur hic uerificantur, si tale infinitum est, quia non potest esse, nisi substantia separata: ut Aristo. indicat.

Rñ. ꝓpria.

Vide Sco. 2. di. i. q. i. & 2. & seq ces ubi dei Infinitas ꝓ batur.

Dilucida. tex. cõ. 31.

Esse autem quicquam infinitum ipsum, ex quinque contemplantibus fides erit. Ex tempore, nam ipsum est infinitum.

Expositio. K

Vt diximus Aristo. concedebat consequentiam, uidelicet si infinitum est, oportet illud esse principium, cuncta continens, & gubernans, immortale ac numen. Antiqui ponebant antecedens, & ita cogebantur ponere consequens. Aristo. itaq; nunc de antecedente disputat, & arguit more dialectici pro utraq; parte. Primò, ꝙ sit aliquid in rerũ natura, & adducit loca quinq;, quorum primus ex tempore dicitur, eo ꝙ immensum, incomprehensibile, & innumerabile uidetur esse.

Prima rõ pro pte affirmatiua.

Et ex magnitudinum diuisione, qua quidem in infinitum utuntur etiam mathematici.

An aliqua dimẽsio sit infinita, & an posse sit aliquã magnitudinẽ eẽ actu infinitã, & an infinitæ sint ptes i cõtinuo, & an quacunq; magnitudine data cõtingat rem maiorẽ, uid Albertũ de saxo. q. 12. 13. 14. 15. huius.

Secundus ex diuisione continui, qua quidem uti principio utuntur mathematici in infinitum; quod in sexto demonstrabitur.

Præterea quia hoc modo solum generatio & corruptio nunquam deficiet, si infinitũ illud sit, è quo per ablationem res fiunt.

Tertius ex perpetuitate generationis, quæ esse non posset nisi aliqua moles infinita sit, è qua tanquam è fonte perenni, orietur quicquid inde per ablationem proficiscitur.

Rursus quia finitum semper ad aliquid finitur: quare nullus sit finis necesse est, si semper aliud ad aliud necessariò finiatur.

Expositio. L

Quartus ex ipso corporum nexu ac serie: nam si semp corpus finitur ad corpus, oportet tandem infinitum & immensum esse, aliter standum esse ad corpus, quod in nullum desineret corpus: quod impossibile esse credebant. Auerroes autem de rationibus his inquit omnes esse probabiles, sed quia multa falsa possunt esse probabilia, & multa necessaria etiã, (ut dicitur primo Topico.) ideo ait aliquas harum esse ueras, aliquas falsas: & iterum uerarum aliqua est per se nota, aliqua non: & ita uult ꝙ ratio accepta à tempore, ipsa sola sit uera & per se nota, cui accidit probabilitas ex parte opinantium. Q. autem ratio de tempore sit efficax, persuadet Auer. dupliciter. Primò, quia cum oẽ quod generatur, generetur in tempore uel in momẽto, si tempus generaretur, tunc esset eius generatio in tempore uel momẽto: si in tempore, ante tempus esset tempus: si in momẽto, quod Nunc, dicitur, cum ipsum Nunc, ex sui definitione sit continuatiuum præteriti cum futuro, tunc oportet etiã tempus præesse. Secundò, omne genitum & corruptibile ab utroq; extremo clauditur tempore, tempus non potest tempore claudi, igitur nec generari. Sed hæ rationes efficaciã non habent, nisi supponendo ꝙ omne quod incipit uel desinit esse, non nisi generatione & corruptione incipiat aut desinat: tunc habent ambæ rationes efficaciam. Prima quidem, quia si tempus incipit, aut per se incipit, aut per accidens: si per se, igitur uera generatione, & per consequẽs ut prius: si per accidens, aliquid oportet ut incipiat per se, & ita ut suprà aliquid generatur in nunc. Secunda uerò per idem, quia siue tempus per se siue per accidens inceperit, semper oportet claudi aut per se aut per accidens, ex parte utriusq; extremi à tempore. Hoc igitur modo rõnes hæ efficaces essent. Nobis uerò, quia tenemus nõ omne quod

Quę Auer. cõmẽ. 31.

Rationes Auer. pro tpis perpetuitate.

M

Quales rõnes Aũ.

Quid theologi.

N

incipit per generationem incipere, sed per simplicem emanationem quã creationem uocant, ratiões hæ friuolæ sunt, nam tempus incepisse dicimus per accidens ad mundi & cœli creationem: propterea nec ipsum in nũc cœpit, nec in tempore: nec ut excedatur oportet. Aliquid enim apud nos incipere potest, nec in tempore, nec in instanti, sed bene de nouo per creationẽ: & ita philosophi & theologi ob diuersa principia diuersa inferunt. Nonnulli blatterones hęc non percipientes, aliter soluunt: tu uerò uidere potes eorum gerras, ut prouerbio dicitur.

Dilucida. tex. c. 31.

Potissimum uerò ex illo, quod cunctis communẽ fecit dubitationem. Nam quia mens in cogitando non deficit, fit ut numerus, mathematicæq; magnitudines, & id quod extra cœlum est, infinitum esse uideatur. Quod si id quod extra cœlum est, infinitum sit, etiam corpus infinitum esse uidetur, atque mundi. Cur enim magis in hac parte uacui, quã in illa? Quare si alicubi sit magnitudo hæc, & ubique sit necesse est. Præterea si sit uacuum atq; locus infinitus, etiam infinitum corpus esse necesse est: nã in perpetuis non differunt esse & posse.

O

Expositio.

Quintus locus sumitur ex parte uirium cogitandi, & arguitur sic: mens in cogitãdo numerum, magnitudinem, & interuallum extra cœlum, non deficit: igitur hæc omnia sunt infinita: tenet consequentia, quia quicquid intelligi potest, esse oportet si, ut dicitur. 4. metaphy. imaginationes ueræ sunt. Vltrà, spatium extra cœlum est infinitum, igit & mũdi erunt infiniti, ut Democritus arguebat, & corpus erit infinitum. Mundi quidem, quia non uidetur ratio cur magis hic noster mundus sit in hac spatii parte collocatus, quàm infiniti in cæteris infinitis: & ita si alicubi est, in omnibus esse oportet. Corpus uerò, quia cum uacuum illud sit locus capax & potens recipere infinitum corpus, igitur de facto est receptum, quia in perpetuis non differt esse & posse.

P

Quærunt primò, an in perpetuis esse & posse differt? Egidius nouus expositor simpliciter protulit uerbum Aristo. esse uerum de esse substantiali, & posse ad illud esse primũ substantiale. Ioan. huic positioni addens propter argumẽta quædam, inquit, primò in perpetuis omnino transmutationis ex partibus non differre esse & posse. Secundò ait in perpetuis transmutabilibus non differre posse & esse, capiendo posse respectu esse essentialis, è quo sumitur nomẽ entis & substantię: at respectu esse superadditi bene differt esse à posse, uerbi causa: Posse esse ipsius materiæ nõ differt ab esse illius, quia si materia potest esse, materia est: sed posse recipere à formam, differt ab esse, quia potest recipere illam, & actu non esse. Replicant contra Ioan. primò, qa tempus futurum incipiens à medio præsentis diei põt esse, & tamen non est, & tamen ipsum erit perpetuum. Secundo rationalis anima est perpetua, & tamen non sequitur: potest aliqua anima esse ut illa Socra. generandi: igitur est. Tertiò, deus & intelligentiæ, sol & luna sunt perpetua, & tamen non sequitur: deus potest facere crastinam reuolutionem, igitur nunc illa est. Propter hæc Auer. propositionẽ Aristo. intelligit, ꝙ possibile in rebus æternis, quas non cõtinet tempus est necessarium: at possibile esse & nõ esse est in indiuiduis specierum, quæ continet tempus. Tunc ad ꝓpositum, cum extra cœlum nihil contineatur à tempore, signato quouis extra cœlum, sequitur possibile est hoc esse, igitur necessario est hoc. Tunc cessant obiectiones, prima quidem quia tempus futurum continetur à toto tempore, cum sit pars eius. Secũda ẽt: quia saltem rationalis anima secundum quid continetur à tempore, maximè secundum Auer. qui tenet rationalem animam habere partem æternam, intellectum uidelicet, & partem genitam διάνοιαν siue cogitatiuam: qua ratione illa secundum partem dyanoeticam è tempore continetur. Tertia etiam demitur, quia Aristo. loquitur nõ in posse actiuo, sed in posse ad esse simpliciter, aut ad perfectionem receptibilem. Hæc sunt quæ dicerent

Prima quæ.

Prima põ.

Decl° ioã. ĩãd. q. 9. huius. Vid & gaet. de thie. su. ꝑ tex. illo.

Replicæ.

Q

Alia solo quæ auer.

Propria responsio.

A dicerent peripatetici. Sed ego dico ꝙ aliter catholicè est dicendum, secùs physice: catholicè quidem dicerem in solo deo non differre posse & esse, quia ipse solus est simpliciter independens: propterea si quid in illo esset possibile, cum sit primum, aut ipsum moueret se, aut illud esset frustra. Similiter si ipse deus est possibile esse, necessario est, quia aut possibile illud esset frustra, aut esset aliquod prius, quod ipsum educeret de potentia ad actum: cæteris uerò rebus citra primum esse & posse, tam respectu esse simpliciter, quàm respectu perfectionis aduentitiæ differt: qa omnia citra primum sunt contingentia, & nihil necessariū preter primum. Physicè uerò dicendum est, modo quo Auer. respondit: non enim aliter dictat ratio cōiuncta sensibus.

Sc̃da qō.

Hæc de quæstione. Quærunt secundò utrum extra cœlū sit uacuum: & licet quæstio hæc magis in. 4. huius locū habeat, & in primo de cœlo, tamen aliqua tangemus, ut studiosis nostris scholaribus satisfaciamus.

Positio stoicorum.

B Stoici itaque & omnes ueteres ferè receperunt problema ad partem affirmatiuam, asserentes extra cœlum, uacuum, infinitum, ac dimensionem interminatam absq; sensili materia, physicaq; qualitate, quā puram corporeitatem separatam uocant. Mouentur autem primò, quia cœlum debet esse in loco, & in nullo alio esse pōt, nisi in uacuo. Secundò quia si quis esset in ultimo cœlo, posset manum extendere. Tertiò, quia si duorum contrariorum unum est in natura, & alterum esse oportet: modo plenum & uacuum sunt contraria: igitur si plenum est in rerum natura, etiam uacuum erit. Quartò, ut in paruo mundo, ita in magno: sed paruus mūdus habet uacuum intrà, quia componitur ex uacuo & pleno, & habet uacuum extra: igitur & magnus. his enim rationibus Philiponus adhæsit stoicis, tametsi habeatur peripateticus.

Pō peripateticorum.

Peripatetici uacuum refellunt tam extrorsum quā introrsum, ad quod Alex aphrodisius ratiocinatur, quia aut finitum
C extra cœlum est aut infinitum: non infinitum, quia non maior ratio de uno ꝙ̃ de alio erit: nec infinitum, quia tunc aut infiniti mundi aut infinitum corpus, aliter potētia illius frustra. & si in una parte est hic mūdus, igitur in qualibet: quia non magis recipitur in una parte ꝙ̃ in alia, ut in textu dicebatur. Hæ rationes Aristo. & Alex. (ut mihi uidetur) non demonstrant, dicerent stoici, extra cœlum esse uacuū infinitum, nec tamen illius potentia receptiua corporis locati est frustra, quia aliqua illius pars corpus possidet: esset enim frustra si nec secundum se, nec aliquid sui attingeret finem. Amplius, non sequuntur mundi infiniti: nam hic noster mundus possessus est ab hac uacui parte, quia opifex sic constituit: sic uerò constituit, quia sic esse melius cōcepit, & hîc statur. Vtrum uerò sint rationes aliæ cōtra uacuum istud, in libro de cœlo dicemus: nunc uerò sat sit demonstrasse locum. Rationes uero stoicorum friuolæ sunt.

Ad primam respondebimus. 4. huius, com. 43. & 45. ibi enim Auer. uult cœlum per centrum locari, Themistius
D per partes. Ad secundum Alex. asserit casum esse impossibilem, quia cœlum est æternum nō penetrabile. Sed dices, saltem est possibile ad imaginationē: mō ex possibili secūdum imaginationem nunquam sequitur impossibile secundum imaginationem: Diceret Alex. etiam uacuum esse possibile ad imaginationem, ut uidebitur. 4. huius. Ad tertiū dico, ꝙ illa authoritas est intelligenda in oppositis contrariis, non autem positiuis, qualiter plenum & uacuum opponuuntur. Ad quartum patet solutio, primò quia nec extrà nec intrà mundus paruus habet uacuum. Secundò, qa mundus paruus est corpus rectum, ideo oportet ut locetur per extrinsecus corpus: at cœlum est rotundum & corpus perfectum, ideo magis locatur per contentum. Hæc pro nunc satis, nam in libro de cœlo multa dicta sunt, & dicemus cum rescribemus.

Dilucida. tex. c. 33.

Contemplatio itaq; infiniti dubitationem habet, nam tam ponentibus ipsum esse quā nō esse, impossibilia multa sequuntur. Præterea utro nam sit modo, utrum ut substantia, aut ut accidens alteri inhærens per se, an neutro modo. Verūm quāuis infinitum sit, aut multitudine infinita sint, maximè tamē ad naturalem philosophum attinet considerare, an sit sensilis magnitudo infinita. E

Expositio.

Expositores credere uidentur Aristo. arguere ad partē oppositam quæstiōis, quibus fauet particula aduersatiua autem, quæ est græcè δὲ. Auer. uult ꝙ Aristo. quasi comparet quæstionem hanc, & uelit pertractationem de infinito esse maximam: sed hæ non cōsonant uerbis nec sensui græco: particulam enim illam multifariam capit Aristo. & in proposito magis uim habet illatiuam, propterea uidetꝰ mihi Aristo. concludere quæstionem, & inquit: Contemplatio itaq; infiniti dubitationem habet, primò quia ꝑ utraq; parte habet impossibilia: secundò quia siue sit ut substātia siue ut accidens habet quæstionem & impossibilia tamen ait: Verum quāuis infinitum sit, aut infinita sint multitudine, siue non sint, maximè tamen ad naturalem philosophū attinet considerare, an sit sensilis magnitudo infinita. Hæc sunt pro problematis introductione. F

An infinitū actuale includat repugnātiam ex terminis. Vide cañ. q. 3. huiꝰ. articu. 2.

Dilucida. tex. c. 34.

Primum igitur determinandum quot modis dicitur infinitum. Vno itaq; modo dicitur id quod impossibile est pertransiri ex eo, quia non est aptum ꝑtransiri, perinde ut uox inuisilis. Alio modo id qđ transitionem habet incōsutilem, aut quod uix, aut aptum est quidem habere, non habet tamen transitionem uel finem. Præterea infinitum omne, aut appositione, aut diuisione, aut utrisq; est.

Expositio.

Antequam quæstionem Aristote. determinet, distinguit nomina: nam ex ignorantia terminorum de facili paralogiçamus, ut in elenchis dicitur. Infinitum itaq; nomen est priuatiuum, ut inuisile, inauditile, & id genus. Quemadmodum igitur inuisile, potest uno modo sumi pro eo quod nō est aptum uideri, ceu uox, quæ non est de genere uisilium: G alio modo quod male uidetur, siue quia uidetur prauè, siue quia à remotis: tertio modo quia aptum uideri, sed non uidetur, ut quod omnino in tenebris. simili diuisione infinitū uno modo dicitur id quod impossibile est pertransiri, ex eo quia non est aptum pertransiri, ut punctum & qualitas infinita dicuntur, perinde ut uox inuisilis dicitur: alio modo id quod transitionem habet inconsutilem, quod quidē dupliciter contingit: aut quod uix, ut labirinthus, aut pelagi altitudo: aut quod aptum est quidē habere, nō habet tñ trāsitionem uel finem, ut cum iter longiusculum dicimus esse infinitum. Tertio modo infinitum dicitur omne, aut appositione ut numerus, aut diuisione ut magnitudo, aut utrisq; ut tempus. Hæc de nomine. Auer. autem & Themistius, non subdiuidentes, fecerunt hanc diuisionem quinquimēbrem: ut uult Auer. tertium & quartum modum esse transumptiuè dictum.

Themi. Auerro.

Dilucida. tex. c 35.

Separatum igitur infinitum ab sensilibus esse nō potest, quod quidem ipsum sit infinitum: si enim infinitum ipsum neq; magnitudo sit neq; multitudo, sed substantia, & non accidens, indiuisibile erit: H nam diuisibilē aut magnitudo aut multitudo est. Quòd si indiuisibile sit, infinitum non erit nisi uelut uox inuisilis: quod quidem neq; sic dicunt affirmantes infinitum esse, neq; nos sic dubitamus: sed de eo quod impertrāsibile est.

Tex. 36.

Si uerò per accidēs infinitum sit, non erit utiq; ipsum elementum rerū quatenus infinitum: quemadmodum nec inuisibile loquutionis, & tamen uox est inuisilis.

Expositio. An ꝑductiō effectus actualis infiniti absq; implicatione cōtradictionis sit de-

His ita expositis prosequitur de quæstione, & primò probat ꝙ infinitum esse non potest ens separatum, quale Pythagorici constituerunt: & arguit primò syllogismo diuisiuo, quia aut tale separatum est magnitudo uel multitudo, aut per accidens infinitum: non est magnitudo neq; multitudo sed substantia, & non accidens: igitur est indiuisi-

I bile. Et ita si dicetur, infinitum, erit uelut uox inuisilis, & pũctum infinitum: quod quidem neq; ipsi dicunt, neq; nos disputamus, sed quæstio nostra est de eo infinito, q̃d impertransibile est. Si uerò dicatur, q̃ tale separatum est substantia per se, & quanta ac infinita per accidens: igitur ipsum ut sic, non erit rerum siue elementum siue principium: nã nullum accidens est per se principium substãtiarum, nisi per accidens & dispositiuum, & non quatenus tale: quemadmodũ nec inuisibile utpote uox quæ inuisilis est, quatenus inuisile est elementum loquutionis, tam etsi uox quę est loquutionis elementum sit inuisilis, quoniam non ut inuisile est elementum loquutionis, sed ut uox: sic substantia illa erit per se principium rerum, quatenus substantia & non quatenus infinita, cùm infinitudo sit illi accidens.

sensibilis. Vide Ioã. de magist. q ultia h.

Præterea quo nam modo potest aliquid esse ipm infinitum, si quidem neq; magnitudo neq; numerus, quorum infinitum ipsum est affectio quędam, esse potest?

Expositio. K

Secundo arguit, minus potest passio siue affectio etiam separata q̃ subiectum, sed magnitudo & numerus quorum infinitum est passio non potest esse separata, igitur neq; infinitum. Aristo. autem procedit interrogatoriè more dialectici, ut dicitur in Topicis.

Dilucida. tex. cõ. 37

Manifestum etiam est infinitum esse non posse ut actu ens, & ut substantia, atque rerum principium: nam quicquid ipsius acceperis, infinitum erit, si partibile sit: si enim substantia sit & non in subiecto, infiniti ratio & ipsum infinitum est idem.

Expositio.

Hactenus confutauit Pythagoreos, nunc refellit Platonis positionem, (hic enim concessit infinitum, sed uoluit ipm esse separatum simpliciter à sensilibus tanquam actu ens, substantiam, & rerum principium: uti mens, anima atque intellectus est) & ad huius positionis confutationem supponit, in separatis à materia quicquid illius acceperis, si habeat partes eiusdem rationis & nominis est cũ toto: & hoc probat per hoc, quia in separatis à materia ratio rei & ipsa res est idem. Circa hanc suppositionem sic procedit, quia primò ponit positionem q̃ intendit refellere: & inquit: Manifestum etiam est infinitum esse non posse, ut actu ens, & ut substantia, atq; rerum principium. ueluti animus, mens, & idea, ut ponit Plato. Hic enim infinitudinem ab omnibus sensilibus abiunctam ponit, Pythagoras separatã, sed in sensilibus collocatam, ut diximus. Hæc est positio, deinde sumit suppositionem, & inquit: Nam quicquid ipsius acceperis, infinitum erit si partibile sit. hæc est suppositio, q̃ probat dicens: Si enim substantia sit & non in subiecto, infiniti ratio & ipsum infinitum idem est: quia in abstractis à materia idem est esse & id cuius est esse. Hæc est suppositionis ratio.

L An pot̃e sit ĩ quãcũq; potẽtiã aliquã magnitudinẽ aut subam uel qualitatem esse actu infinitam. Vide cursum parisi. q. 2 huius.

Quare aut est indiuisibile, aut in infinita diuisibile: non diuisibile, quia fieri non potest ut multa infinita ratiõe eadem sint. Nam quemadmodum aeris pars est aer, sic & infiniti pars infinitum quid ẽ, si substantia sit atq; principium. Impers igitur est atq; indiuisibile, sed impossibile est ut tale quod est actu ens sit infinitum, quando quantum quid esse necesse est.

M

Expositio.

Hac suppositione sumpta arguit sic, si substantia separata est infinita, aut est diuisibilis, aut indiuisibilis: non diuisibilis, quia tunc plura infinita actu essent in rerum ratione, nã per suppositionem quælibet pars rei separatæ est eiusdem rationis cum toto. Neq; indiuisibile, quia tunc non erit quãtum. & per consequens non potest esse infinitum. Quod uerò ad uerba attinet, orationem illam, non diuisibile, suppleui, quia græca series illam exposcit: reliqua sensu & uerbis clarissima sunt. Iuniores ob malas translationes multa fabulantur, & enituntur exponere quod non dicit Arist. & quod dicit prætermittunt. Propterea obijciunt, q̃a dies est pars temporis infiniti, & tamen non est infinitus. Secundò dubitant, quia non uidetur uerum in substantia idẽ esse rem ipsam & quidditatem, quia ut dicitur. 3. de anima, in substantia aliud est magnitudo & magnitudinis esse. Sed istæ dubitationes non sunt ad propositum: prima quidem non, quia Aristo. loquitur de infinito separato, in illo enim quicquid acceperis unam habet rationem cum toto: modo dies & id genus sunt accidentia materialia, & non ad propositum. Secunda minime, quia loquitur non in substãtia prædicamentali sed separata, in qua esse, hoc est, ratio, & res, idest, indiuiduum idem est: quod quo modo cõtingat, in libro de anima diximus.

Contra iuniores. Obiectio iuniorum.

N Dubõnes nõ sunt ad propositũ.

Per accidens igitur, id infinitum erit, quod si sic sit? Dictum iam est antea nõ posse ipsum principiũ dici, sed illud cui accidit ceu aerem aut par. Quare absurdè proferunt qui tale id esse arbitrantur, ut Pythagorei dicunt. Simul enim infinitum ipsum substantiam faciunt, & partiuntur.

Dilucida. tex. c. 38.

Refellit unam responsionẽ, posset enim dici q̃ substantia est infinitum, quatenus sibi accidit infinitudo, quia magnitudo, aut numerus accidit sibi. Contrà obijcit, primò quia tunc infinitum non erit per se principium, cum nullum accidens sit substantiarum principium, sed per accidens ratione eius cui accidit contra eos. Secundò, quia tunc hæc positio Platonis coincideret cum illa Pythagoricorũ, illi enim substantias rerum ponunt numeros & magnitudines, & ita ipsi facient simul infinitum ipsum substantiam, & partiuntur ipsum: quod absurdum uidetur.

Expositio. O

Verum hæc quidem forsitan inquisitio uniuersalis est magis, utrum uidelicet esse possit infinitum & in mathematicis, & in intellectilibus, & in his quæ nullam prorsus habent magnitudinem. Nos autem si sit in sensilibus, & his de quibus doctrinã facimus, hoc est, utrum in his sit uel ne infinitum corpus, quæ auctione proficiscuntur, p̃scrutamur.

Dilucida. tex. c. 39.

P

Excusat se nunc Aristo. & eligit quæstionem propriã huic libro, & quæ dicit, sunt manifesta per se. Ex ijs habes Aristo. abstulisse infinitudinem generatiui à toto genere separatorum, & propterea non peripateticè sentiunt, qui deum asserunt infinitum esse. Propterea animaduersiõe dignũ, ut in codicillo de infinitate primi diximus, theologum & peripateticum non posse conuenire hac in quæstione: Peripatetici enim quantitatem duplicem autumant: molis, quę prædicamentaria est, iuxta quã res longa, lata, & alta: aut bina, aut terna, & id genus dicitur: alteram uigoris, iuxta q̃ una res potest agere aut pati. Has etiam theologus concedit, uerùm theologus quantitatem uigoris mensurat, aut describit ab eò, in quod aut agit aut potest agere; peripatetici ab eo in quod agit, si quidem quicquid deus possit agere, egit. Tunc theologus asserere cogitur deum esse infinitum uigore, quia motum aliquantè uelocem efficere potest, & non tantum quin uelociorem in infinitum: & propterea dicit deum esse talem. Peripateticus uerò quia tenet deũ non posse uelociorem motum facere motu cœli, concludit illũ esse finitum uigore: Rationes autem quas Aristo. aduersus Pythagoreos & Platonem fecit, omnes remouent infinitudinem à separatis, quæ est affectio quantitatis prædicamẽtariæ: eam uerò quæ est quantitatis uigoris tollere non uidetur ex his rationibus, uerum de his latius in codicillo, & fortasse in. 8. huius Auer. autem ait, q̃ si antiqui uellent infinitudinem esse accidens per se separatæ substantiæ, ueluti sunt qualitates primæ elementis, proculdubio possent sustinere infinitudinem esse principium, ueluti primæ qualitates sunt: & ita uult q̃ ratio Aristo. non ualeat, nisi tenendo infinitum esse accidens per accidens. Sed pace Auer. hæc defensio nulla est, quia siue sit accidens per se, siue per accidens, nunquam potest esse principium per se, sed solum aut instrumentarium aut dispositorium. mõ ueteres infinitudinem constituerunt ut principale & per se principium, ideo rõ Arist. est efficax ad hoĩes. Vlterius sumit Auer.

Expositio. Quid Arist. de infinitate primi. Dña theologi a peripateticis

Vide Scotũ di. 2. q. 1. & 2. & ie quaces.

Q

Quę Auer. cõ. 38.

Contra Auer.

Quę Auer. cõ. 39.

cõmen.

A commen. 39. infinitum trifariam dici, aut in rebus intellectilibus, & hoc est metaphysicum: aut in rebus sensilibus, & hoc est physicum: aut in rebus mathematicis & medijs, & hoc est mathematicum & medium. Recte igitur Aristo. applicat considerationem ad res sensiles, quia hæc est propria physico. prætermittit uniuersalem de infinito contemplationem, quia transcendit limites nostræ consideratiōis. Hæc ex commento colligi possunt fructuosa.

[Dilucida. tex. c. 40.] Ex iis igitur logicè consideratis, uidebitur utiq; ipsum non esse. Si nanq; ratio corporis est superficie terminatum esse, neq; intellectile, neq; sensile ullum corpus erit infinitum.

[Expositio.] Nunc de intento exequitur, primò per rationes communes, quæ logicæ dicuntur, propter rationes postea dicēdas & textus apud Auer. resoluit in syllogismos sic, omne corpus quod continetur ab una superficie aut pluribus est finitum, omne corpus continetur una aut pluribus superficiebus, ergo omne corpus est finitum. Minor prosyllogiçatur sic, omne rotundum aut non rotundum corpus una uel pluribus continetur superficiebus, rotundum quidem una, nō rotundum uerò pluribus: sed omne corpus est rotundum aut non rotundū: igitur omne corpus est una aut pluribus superficiebus contentum: quæ erat minor. De ratione solā minorem principalis syllogismi tangit dicens: Si nanq; ratio corporis est superficie terminatum esse, neq; intellectile neq; sensile ullum corpus erit infinitū. Quod uerò ad uerba attinet, rationes hæ dicuntur logicè, aut quia sunt per communia pluribus scientijs, nam corpus hîc communiter accipitur, ut commune intellectili, sensili, & medio corpori: aut quia rationes hæ sunt probabiles, quoniam omne corpus siue rotundum siue rectum siue cuiusuis figuræ, esse terminatum est necessarium: sed quod omne corpus sit tale, est uerum sed non per se notum. Aduersarius. n. dicere pōt esse aliquod corpus, ut infinitum, cuius nulla est figura.

[Sylls auer.] [B] [C]

[Dilucida. tex. cō. 41.] At uerò neq; numerus ita ut separatus & infinitus: numerus enim omnis aut id quod numerum habet, numerabile est. Si igitur numerabile numerari potest, etiam pertransiri poterit infinitum.

[Expositio.] Idem syllogiçat in quantitate discreta, & primò proponit conclusionem dicens: Neq; numerus ita ut separatus & infinitus esse potest. & dixit ita ut separatus, quia omnis numerus siue in ipsis unitatibus fuerit, & sic est separatus: siue in ipsis rebus, hominibus, equis, bobus constitutus, & sic est coniūctus: est igitur conclusio quod nullus numerus est infinitus, siue sit separatus siue coniunctus. Deinde sumit unam suppositionem, uidelicet quod omnis numerus & omne numerum habens est numerabile: & econtra, omne numerabile & numerum habens est numerus. Tunc syllogiçat sic per impossibile, omnis numerus numerari pōt, aliquod infinitum est numerus, igitur aliquod infinitum numerari pōt: conclusio est impossibilis, & non propter maiorē, igitur propter minorem: & ita eius contradictorium est uerū, nullum infinitum est numerus: & per consequens sequitur nullum numerum esse infinitū per conuersionem in terminis, inquit: Si igitur numerabile siue numerus omnis numerari potest, tunc subintellecta minori infert, et pertransiri pōt infinitum: & tunc arguas ut prius. Hæc etiam rō est logica, aut quia ex communibus pluribus scientijs, ut dicit Auer. nam hæc propositio, omnis numerus est numerabilis, & omne numerabile in potentia pōt esse in actu, est cōis pluribus scientijs, ut mathematicæ & physicæ. Aut quia hæc propositio non est uera, nisi de numero quo anima numerat, & non pro rebus numeratis, uel numerabilibus, uel distinctis, ut sunt partes alicuius continui. Expositor aūt asserit utrasq; esse dialecticas & non demonstratiuas. Prima quidē dialectica est, quia concedens corpus infinitum, non concederet de ratione corporis terminari superficie. Secunda uerò quia qui multitudinem poneret infinitam, non diceret eam esse numerum, uel numerum habere, quia numerus addit super multitudinem rationem mensurationis. Est. n.

[D] [Quæ expo...ter. ...io. hic.]

numerus multitudo men surata per unum, ut dicitur in. x. meta. Mihi aūt placet hæc moderatio. [E]

[Dilucida. tex. c. 42.] Physicè uerò magis considerantibus ex his, neque enim compositum, neq; simplex esse potest. Compositum quidem igitur corpus nullum est infinitū, si elementa multitudine finita sint: necesse est enim plura esse æquariq; contraria ipsa semper, & non unum ipsorum infinitum esse.

[Expositio.] Hactenus logicè, nunc physicè & hoc proponit: Physicè uerò magis considerantibus ex ijs patebit. Animaduersiōe dignū quod Ari. rē hanc disputat hîc, &. 3. cœli. Hîc quidē supponendo non esse aliud corpus p̄ter quatuor elementa, (nā opinio antiquorū erat quod cœlū esset de natura quatuor elementorum) syllogiçat ac si non sit aliud corpus præter elementa: cōsueuit. n. procedere ex cōibus opinionibus, anteq; propriā inuestigat, secūdò supponit elementa eē numero finita. In. 3. uerò de cœlo, postq; in. 1. de cœlo demōstrauit cœlū esse alterius naturæ ab elementis, & in lib. 2. de generatione, quod non sint nisi quatuor elementa: non ex suppositione, sed simpliciter demonstrat nullū esse corpus infinitū. Et hæc est cā replicationis problematis in. 3. illo de cœlo. Quare in his rōnibus petit Ari. tāq; posterius declarāda elementa non esse infinita, ut dicetur in. 2. de generatione, & nullum esse corpus p̄ter elementaria. Syllogismus igitur apud Themistiū ē hypotheticus diuisiuus sic, si sit corpus aliquod infinitū, aut cōpositū siue mixtū, aut simplex id erit. Tria igitur facit apud Themistiū, quia primò probat quod nō mixtū, deinde remouet cauillū, tertiò quod neq; simplex. Q. quidē igitur non mixtū, syllogiçat sic: Si est mixtū aut ex oibus elementis, aut pluribus, aut uno probat primò quod nō ex uno, quia oē corpus naturale ingenitā atq; insitā quandam uim habet in se, ut uel caliditatē aut frigiditatē aut humiditatē aut siccitatē, quare non pōt esse infinitum, quia sua uis erit et infinita, & ita cætera miscibilia destruet, inquit: Neq; enim cōpositū, neq; simplex esse pōt: cōpositū quidē igitur corpus nullū est infinitū, si elementa multitudine finita sint: ut supponēdū est, & quoniam miscibilia debēt esse plura, inquit: Necesse est. n. plura esse ad hoc ut sit mixtio, æquariq; contraria ipsa semper, & non unū ipsorum infinitū esse: quia sic non mixtio, sed destructio esset. Non igitur pōt corpus mixtū esse infinitum ratione unius elementi infiniti.

[Vnde p̄s hēt quod pos. sit suppo. nere elīta esse finita multitudie. Vide Egi. hic.] [F] [G]

Nam si ignis quidē sit finitus, aer uerò infinitus: quāquam unius corporis potentia minor sit illa alterius, atq; pars ignis æqualem aeris partem ui exuperet, modo exuperatio illa numerum habeat aliquem, infinitum nimirum corpus perspicuum est exuperare finitum atq; corrumpere.

[Expositio.] In translatiōe hac nihil adiecimus nihilq; abstulimus, nisi quod orōnes malè in latinū sonātes p̄posteras fecimus, ut sensus clarior esset: uū q barbaris afficeret trāslationibus, utatur nr̄a p explicatiōe uera Aris. Aristoteles igitur remouet cauillū, ut paraphrasiçat doctus Themistius: dicet. n. quispiā: corpus infinitū esse, sed minor potētia cōstitutū q; finitū: nā & si magnitudo aeris exuperare magnitudinē ignis dicat, uis tn̄ corporis minoris pollentior atq; amplior sit q; maioris: Soluit hęc rectè dici tunc, cū utrunq; corpus finē habeat & terminū aliquem. i. cū utrunq; finitum sit. Quū uerò alterū fine careat, alterum nō careat, ratio nulla est: & ita licet aer ille qui maior est igne, imbecillior sit igne, si tamen p adiectionem magnitudinis quantūlibet auctus fuerit, erit aliquando potestate æqualis igni: eo quod poterit maiorem etiā assequi si augeatur idētidem. Quare si in infinitum crescet, et in infinitum ignē excellet: & ita cauillus nullus est. Verba patent translationibus ipsis.

[An rōnes istæ cōcludāt. Vide gradeum. Escu lec. 8 huius.] [H]

[Dilucida. tex. c 43.] Nec unumquodq; infinitum esse potest, nam corpus quidem est, quod omni ex parte dimensionem habet: infinitum autem indeterminate extensum est: infinitum profectò corpus per omnem erit dimensionem in infinitum dimensum.

I Expositio. Probauit mixtum non posse esse infinitum, propterea quia sic ex uno elemento infinito, & soluit cauillum: nunc probat quòd mixtum esse non potest infinitum, quia omnia uel plura elementa eius sunt infinita, & hoc proponit dicens: Nec unumquodq; elementorum uel plura illorum infinitum esse potest. Probat hoc enthymematicè assumēs in antecedente duo, & inquit: Nam corpus quidem est qd' omni ex parte dimensionem habet, ut longitudinem, latitudinem, & altitudinem: hoc est primum. Infinitum autem est extensum indeterminatè. hoc est, sine termino & fine: hoc est secundum. Ex his infert conclusionem, & inquit: Infinitum profectò corpus per omnem erit dimensionem in infinitum dimensum: Tunc supplenda est ratio, quòd uidelicet nō patitur secum aliud in mixto: & ita nec omnia nec plura esse possunt infinita, nullum igitur mixtum eē potest infinitum. Sed dubitare solent unde teneat consequentiā hæc Aristote. ex illis duabus sumptionibus. Auerro. supplet unam regulam communem, uidelicet quòd quando aliquid fuerit compositum ex duobus, necesse est ut definitio illius compositi sit composita ex definitionibus illorū duorum, uerbi causa: Quoniam quia definitio, corpus est illud quod expanditur ad omnes partes, & definitio infiniti est illud quod non habet finem: Ex his sequitur quòd corpus infinitum extendatur secundum omnes partes in infinitum: & uult per partes sex differentias positionis, ut sursum & deorsum pro longitudine, antè & retro pro altitudine, dextrum & sinistrum pro latitudine. Addit Auer. ultra rationem Arist. aliam, & inquit: Et si nos posuerimus infinitum esse in quadam parte sic, & quadam non, tunc unum infinitum esse posset maius altero: nam posset addi sibi ex ea parte qua finitum est aliud corpus contiguum & tunc congregatum ex ambobus erit maius quouis illorū: & ita propositum. Recentiores disputant contra Auerro. an rationes hæ duæ ualeant, & breuibus soluunt illas. Primam quidem eo quia desinitio composita erit, corpus infinitum est corpus sine fine, habens tres dimensiones. Nam ex eo quia corpus habet tres dimensiones, & ex eo quia infinitum est sine fine, non quòd habeat dimensiones infinitas, sed est corpus sine fine: & habens tris dimensiones. Secundam uerò, quia nihil prohibet infinitum excedi ex ea parte qua finitum est. Contra hos fiunt multæ captiunculæ, quæ non sunt dignæ recitatione. Verum pro defensione Aristote. & Auerro. sumendum est, infinitum quoties additur alicui reddere illud infinitum cui additur, & omne præsuppositum requisitum ad illius rationem, uerbi causa: Si additur longitudini reddit lineam infinitam, si latitudini reddit longitudinem & latitudinem infinitas, quia esse nō potest latitudo non præsupposita longitudine: igitur si additur altitudini siue corpori reddet altitudinem infinitam: & omnia præsupposita, ut latitudinem & longitudinem, quia non potest altitudo esse non præsuppositis latitudine & longitudine. Ex his apparet, uis rationis Arist. & Auer. quòd non potest esse corpus infinitum, quin sit omni ex parte infinitum: quia esse nō potest corpus infinitum quin intelligatur infinitudo addi altitudini, & non potest addi altitudini quin addatur omnibus præsuppositis, & ita quin sit omni ex parte infinitum: & hanc deductionem ignorāt iuniores & reprehensores illorum. Ex his omnibus patet elementa ipsa actu remanere in mixto, aliter rationes Aristote. nullæ essent.

Dubitatio. Rāsio Auer.

K

Disputatio recentiorū.

L Defensio Aristo. & Auer.

M

Nota de mixto.

Dilucida. tex. c. 44.

At uerò neq; potest infinitum corpus esse unum ac simplex, aut simpliciter, aut ut aliqui sentiunt, id quod est præter elementa, ex quo hæc generant. Sunt enim qui hoc infinitum faciunt, sed non aeré aut aquam, ne ipsorum cætera ab infinito illo corrumpantur: habent enim inter se contrarietatem, quando aer frigidus, aqua humida, ignis calidus sit: quorum si unum esset infinitum, corrupta iam esset cætera. Propterea nūc aliud infinitum esse autumant, ex quo hæc sunt.

N Expositio. Hactenus quòd infinitum non possit esse, aiunt quòd nec simplex. & primò proponit hoc, & inquit: At uerò neque potest infinitum corpus esse unum ac simplex, hoc est, continuum & non mixtum: aut simpliciter, aut ut aliqui sentiunt id quod est præter elementa, ex quo hæc generant: ut posuit Anaximander, qui constituit naturam quandam mediam inter ignem & aquam, ut uaporem. Hæc est intentio. Sed antequam rem prosequatur, probat nullum elemētorum esse posse infinitum ad intentionem illorum, per hoc ne præ magnitudine uirium suarum reliqua corrumpat. Sunt enim mutuæ in elementis contrarietates, ut aer humidus, aqua frigida, ignis calidus. Si igitur unum ex illis infinitum posuissent, uidebant reliqua statim corruptum iri: est enim natura compertum, ut imbecilliora à ualentioribus obterantur: propterea dederunt aliud infinitum esse, ex quo hæc sunt, quod sit igni & aeri amphybiū ancepsq;. Quod uerò ad uerba attinet, Aristo. uult aerem esse frigidum, aquam humidam, aut quia non curat de exēplis, aut fortasse in græcis codicibus est transpositio, & debet legi aerem humidum, aquam frigidam. De mente igitur ueterum colligimus nullum simplicium posset esse infinitum, restat disputemus de corpē medio siue amphybio, igni & aeri siue de uapore, quod propter infinitam ex eo factam generationem asserunt infinitum esse: postea de elementis reddemus.

Vide etiā Iād. q. ic. h. Et Alb. de saxo. q. ii. huius.

O

Dilucida. tex. cō. 45

Sed impossibile est tale corpus esse, non solum ex ea parte, quia infinitum est: (De hoc enim commune quod dicitur, est dicendum de omni similiter & aere & aqua & quouis alio:) sed ex ea parte, quia est tale sensile corpus, præter ea quæ uocantur elemēta. Omne enim in id dissoluitur, ex quo etiam constat. Quare præter aerem, & ignem, & terram, & aquam, corpus hic aliud quoddam esset, quod quidem nullum apparet tale.

Expositio. Tale corpus medium amphybium aeri & igni potest dupliciter impugnari, uno modo ex ea parte qua ponitur alterius naturæ ab elementis, alio modo ex ea parte qua infinitum est. Confutat igitur ipsum, primò ex ea parte qua ponitur alterius naturæ ab elementis, quia ex ea parte qua ponitur infinitum, habet communem contradictionem, ueluti simplex corpus quod ponitur infinitum: & hoc proponit & uerba translata patent. Contradictio igitur propria est, si tale corpus amphybium esset, ex quo cuncta constarent, tunc resolutio aliquando fieri in illud apparere, modo nullum apparet corpus præter elementa & mixtum, igitur tale corpus nullum est. Sed ambiges, primò quia Aristo. negare non potest uapores, qui corpus sunt medium inter aerē & aquam, neq; exhalationem quæ amphybia est igni & aeri, ut patet in meteoris: igitur tale corpus non est negandum. Secundò, quia in resolutione mixti nullum elementum purum uidetur, quia elementa pura uideri non possunt: igitur ratio Aristo. posset esse contra Aristo. Dici potest ad primum, quòd Aristo. non negat corpora illa media, sed uult nullum esse medium ex quo cuncta constant, quia in resolutione non uidemus semper illud remanere. Ad secundam dico quòd licet non uidentur elementa pura, uidentur corpora in quibus elementa pura prædominātur, ex quibus fiunt, & in quæ resoluuntur mixta: quicquid uelint alchymici.

P

Dubiōnes. Prima.

Scda dub.

Solo pria

Q

Solo scda

Dilucida. tex. cō. 46

Neq; igitur ignis, neq; aliud quicquam elementorum infinitum esse potest: Omnino enim & præter id quod infinitum sit ipsorū aliquod, uniuersum ipsum (quáuis finitum sit) impossibile est aut esse aut fieri unum quid ipsorum, uelut Hæraclitus sentiebat, dicens omnia tandem conuerti in ignem.

Expositio. Confutato corpore illo medio ex ea parte qua ponebatur mediū, nunc cōmuni rōne refellit omne simplex corpus infinitū, siue sit mediū siue elementum extremum, & primò arguit

A arguit cōtra corpus simplex:& syllogismus est, si aliquod elementorum esset infinitum, tandem uniuersus mundus conuerteretur in illud.& hoc destruit dicēs:Omnino enim & preter id quod infinitum sit ipsorum aliquid, uniuersum ipsum (quāuis finitum sit) impossibile est aut esse aut fieri unum quid ipsorum. quasi dicat, ꝙ est impossibile uniuersum conuerti in aliquod elementorum, siue elementum sit finitum siue infinitum, uelut Heraclitus sentiebat, dicens omnia tandem conuerti in ignem. Sic igitur uniuersum cōuerti in ignem, est non modo impossibile ex ea parte qua ignis esset infinitus, sed ex ea parte qua impossibile est simpliciter, & ita consequens est simpliciter impossibile. Propterea adiecit, & præter id quod infinitum sit ipsorum aliquid, quia siue aliquod ipsorum sit infinitum siue non, uniuersum conuerti in aliquod ipsorum est simpliciter impossibile. Auerroes uerò resoluit textum ad duas positiones: una est ꝙ aliquod elementorum est infinitum quicquid sit illud, alia est Heracliti quæ ponit omnia finita: sed quod

Quę Auer. cō. 46.

B aliquod eorum, ut ignis, excellit cætera uiribus & potētia adeo ut demum omnia corrumpat in suiq; naturam uertēs uult modo ꝙ Aristo. contradicat primæ positioni ponentis aliquod illorum infinitum. Secundæ uerò contradicet in libro cœli.& in meteoris:ubi probabit simpliciter mundum non posse corrumpi. Hæc ex cōmento colligi possunt.

Dilucida. tex. c. 47.

Eadem autem ratio & ad illud unum conueniet, quod preter elementa naturales faciunt: Omne enī in contrarium ex contrario, ceu in frigidum ex calido mutatur.

Expositio.

Nunc applicat eandem rationem illi corpori medio, qđ naturales propter generationem autumant. Nam illud tale oportet habere quandam contrarietatem ad ea elementa, quæ ex illo fiunt, siquidem omnis mutatio fit ex contra-

C rio in contrarium: Quare tale corpus medium ratione contrarietatis destruet cuncta, uelut de elementis dicebatur.

Dilucida. tex. c. 48.

Oportet etiam hinc considerare de quolibet, utrū esse possit uel non possit corpus aliquod sensile infinitum. Quòd itaq; nullum penitus sensile corpus esse possit infinitum, hinc patebit. Nam omne sensile corpus alicubi esse aptum est, atq; locus est quidam cuiusq;, & idem partis ac totius, ceu uniuersę telluris glebæq; unius, itemq; ignis & scintillę.

Expositio.

Hactenus speciatim ꝙ non sit corpus infinitum, probauit: nunc uniuersalius rem proponit, dicens: Oportet etiam hinc considerare de quolibet, utrum esse possit uel nō possit corpus aliquod sensile infinitum. Hæc est intentio generalis de quolibet, qua quidem supposita petit duo. Primū ꝙ omne sensile corpus suapte natura aptum est alicubi eē, contra etiam cuiusq; corporis sensilis semper est locus quidam naturalis. Secundum est ꝙ idem sit locus alicuius to-

Vide & Burl. & Alb. de saxo. q. 11. huius.

D tius corporis sensilis & cuiusq; illius partis, ceu uniuersæ telluris & unius glebæ, itemq; ignis & scintillæ. Hæ sunt duæ petitiones, quas Aristote. in hoc processu constituit.

Quę Auer. com. 48.

Auer. autem addit tertiam, uidelicet quòd omne corpus habet locum naturalem & locum non naturalem, ita ut in naturali quiescat, & cum est extra ipsum mouetur ad illum naturaliter. Hanc Aristote. tacuisse asserit, quia sequitur ex secunda.

Quare si id similare sit, aut immobile erit, aut semper mouebitur: quod quidem est impossibile. Cur potius deorsum quā sursum, aut ad quemuis locū moueretur? Dico autem ut si gleba sit, quorsum ipsa mouebitur, aut ubi manebit? Corporis enim similaris locus ipsæ infinitus est. Occupabit igitur uniuersum locum? & quonammodo? quæ nam igitur ipsius quies? aut ubinam erit? & quis præterea motus? an ubiq; manebit? non moueturergo, aut ad omnem locum mouebitur: non ergo qescet. E

Mihi locus iste difficillimus est tam in græcis quàm in latinis uerbis, uidetur tamē mihi cum Themistio esse sic textus introducēdus. Si corpus ullum infinitum sit, aut ex partibus consimilibus constabit, quod græci tum homogeneum tum homoides uocant: aut ex partibus disparibus, hoc est, membris genere & natura differentibus, quod hetereogeneum aut anomœon dicunt. Primò destruit quòd nō homogeneum, quia ubi homogeneum, locus censebit idē totius & partium, atq; a quē infinitus totius & partium. Tunc arguit, ut exponit Themistius, quare si id similare & homogeneum corpus sit, pars illius subaudi aliqua, aut immobilis erit aut semper mouebitur. Ecce quomodo disiunctionem refert ad partem illius, non ad totum, ut expositores blattericātur: asserit autem utrunq; esse impossibile, quia tolleretur definitio naturę: ubi alterum quoduis siue motus siue quies tolleretur. Et primò probat quòd non mouebitur pars illius, quia non est determinatum ubi assignare quo moueatur, cum locus sit infinitus: aut ipsam oportet moueri ad omnem illius infiniti loci partem. inquit: Nam cur potius deorsum quàm sursum, aut ad quēuis locū moueretur? ut si gleba sit pars illa, quorsus ipsa mouebitur? Sic igitur patet illam moueri non posse. Quod uerò neq; quiescere, simili ratione declaratur, & inquit: Aut ubi manebit? corporis enim infiniti illius similaris locus ipse infinitus est: igitur si debet manere in qualibet illius infiniti loci parte, oportet illam occupare uniuersum locum illum infinitum, & hoc non uidetur. Primò, quia non apparet quonā modo possit finitum quid occupare infinitum. Secundò, quia non uidetur quænam sit illius partis quies, utrum uersus dextrum uel sinistrum: aut ubinam futura sit. Tertiò, non uidetur quis fuerit ille motus quo peruenit ad partem illius loci in qua quieuit: an ubiq; manebit? non ergo mouetur, aut ad omnem locum mouebitur: neq; ergo quiescet, & ita neutrum dici potest. Sed dubitatur, primò quia per hanc communem probarem terram non esse: quia si esset, uel eius aliqua pars est immobilis, uel semper mouebitur: non semper mouebitur, quia non magis ad unam loci totius partem quàm ad aliam: non quiescit per idem: igitur si ratio de infinito ualet, & de terra uniuersa ac quolibet elemento ualebit. Secūda dubitatio est, quia dicerem infinitum esse, & nullam ipsius partem posse moueri, sed quiescere semper quiete totius. Dubitatio uerò quā fecit nouus expositor, non est ad propositum: credit enim Aris. duxisse ad hoc impossibile, ꝙ corpus illud aut semper quiescet aut semper mouebitur. Hæc non est ad propositū, quoniam syllogismus Arist. de parte illius procedit, & non de uniuerso illo. Propter hæc dici potest ad primam, quòd Arist. in ratione supposuit unum esse locum totius & partis, & locum illius infiniti esse infinitū, & ꝙ illius pars aliqua moueatur: modo non est ad propositum de terra, quoniam locus terræ est finitus ut centrum totius, ad quod quęlibet pars mouebit, si sit separata à toto: at locus illius corporis est infinitus, ad cuius partem omnem potest moueri pars aliqua: & omnis pars. Ad secundam dici pōt saltem H de possibili posse aliquam partem moueri, ut primo huius contra Parmenidem dixit: modò hoc posito in esse, sequitē prædictum impossibile, ut dictū est, & hoc sufficit. Auer. autem, pace sua dixerim, locum hunc non rectè interpretatur, ut patet legēti ipsum: facit enim syllogismum diuisiuū trimembrem, & destruit illius quālibet partem, ubi profectò in textu modo illo non legitur, ut ex nostris & ueteribus translationibus planè cōstat: sæpe enim ex malis quas habebat translationibus bonus Auer. dormitat. Dubitāt iuniores, quia non uidetur locum esse eundem totius & partis: nam tunc pars esset æqualis toti, quia locus est æqualis locato: igitur si idem esset locus totius & partis, idem esset æquale utrisq;, & ita illa essent æqualia inter se: hìc iuniores disputant inter se. Quidam dicunt eundem esse locum totius & partis continuæ toti, non tamen eodem mo-

Expositio.

An hæc rō ubi sit sufficiens, unde Gradeum. & an infinitas corpi ī finito sit cā quietis uiolēte. Vide Gradeum Ess. lect. 9. huius.

F

An infinitū in actu implicet repugnantiā ex terminis. Vide can. q 3. huius.

Dubōnes Prima.

G

Secunda.

Egi hic. Contra nouum expositorem.

Solutio.

Aduersus Auer.

Dubitatio tertia. Vide & Burl hic. Prima pō.

I do: nam totius per se, partis uerò per accidens: At partis discontinuæ idem est locus per se qui totius, ita ut scintilla ignis discontinua non situatur naturaliter, nisi occupet totum concauum ignis: unde si ad imaginationem nihil ignis esset in concauo præter unam scintillam, illa se extenderet quousque totum concauum occuparet. Aristo. igitur loquitur de parte, quatenus illa est à toto discontinuo, quia per illam hoc modo sumptam syllogiçat: nō autem de parte continua toti, cum illa ut sic nec per se moueatur, nec p se locetur. Hanc positionem (ut mihi uidetur) iustæ refellunt alii iuniores, & maximè quo ad illud quod concedunt de occupatione totius cōcaui facta ab una scintilla. Primò quia sic unum minimum esset aptum occupare per solum motum localem, totum lunæ concauum rarefaciendo se, quod nullus diceret. Secundò quia tunc aliqua pars illius ignis, per solum motum localem esset apta acquirere maiorem raritatem quàm sit summa, ut in casu ubi per imagi K nationem uniuersis ignis à concauo remoueretur, una scintilla sola remanente: nam illa (ut dicunt) deberet se extendere per totum. Tertiò sequitur quòd unum minimum ignis per imaginationē effici posset æquale uniuerso igni, ut si remoueretur uniuersus ignis solo uno minimo remanente: hæ rationes rationales sunt ut mihi uidetur. Non enim auribus boni uiri sonat, ut scintilla una ignis summæ rara in propria sphæra existens, possit uniuersum concauū occupare remoto uniuerso igne. Propter hæc aliter fingunt & (ut mihi uidetur) deterius: uolunt enim quòd remoto uniuerso igne, illa scintilla non occuparet totum, quia esset in toto concauo ratione partis: uelut leo est in cœlo ratione aeris, qui tandem est in cœlo. Propterea Aristote. uult, non quòd gleba moueatur occupando totum locum infinitum, sed sufficit ad illum secundum se totum, uel secū dum partem se habere. Sed hæc responsio uitat unum, sed incidit in peius: uitat enim illud absurdum de occupatione totius, quàm faceret scintilla. Sed reddit rationem Aristote. imbecillam, nam dicerem partem illam semper quiescere, quia semper esse potest in parte totius loci infiniti: & sic esset in uniuerso loco, quia in illius parte: & generatim quicquid ipsi dicerent, nos responderemus rationi Aristote. Ego uerò cum Themistio sentio, qui ita scribit: Non quòd eadem exæquataq; moles sit utrunque complectens, sed quòd quemadmodum ipsi toti supernus aut infernus peculiaris est locus, sic itē peculiaris & partibus. Ecce quæ inquit, ubi primò debes scire quòd si esset cor-L pus aliquod naturale, infinitum, ipsum esset naturaliter sursum & naturaliter deorsum, naturaliter in dextro & sinistro, & reliquis positionis differentiis: nam esset occupans omnem locum, & ita cum debeat habere locum naturalem omnes hi loci essent sibi naturales. Ex his sequitur ut quęlibet illius pars, ut scintilla siue gleba, etiam habebit sibi peculiarem omnem illum locum, ut sursum & deorsum: quia idem est locus specie totius & partis in similaribus. Tunc quo ad propositionem Aristo. dico, ꝙ ipse uult eundē esse locum specie totius & partis, ut supernum locum esse totius ignis & scintillæ, non autem eundem esse locum numero, quia scintilla rectè & naturaliter locatur, si in cœli ea M parte collocetur, quæ est ad ortum, aut ad quem uis alium situm: similiter gleba naturaliter est in loco si sit in inferno situ, ubicunque fuerit. Quo uerò ad rationem, illa Aristo. ratio uidetur efficax, quia sumit partem aliquam illius discontinuam à toto, cum sit possibile: & arguit ꝙ erit semper in motu & semper quiescens: semper in motu, quia nunquam erit in loco sibi naturali tantum, quia cum idem sit locus totius & partis, & uniuersum illud habeat omnem locum, etiam pars illa: & ita nunquam quiescet, quia nunquā erit in loco aliquo ita ut non sit apta esse in alio: & sic nunquam quiescet, quia nullibi potest quiescere, cùm nullus sit locus sibi naturalis solus. Et sic patet uis rationis & sensus propositionis.

Cōfutatio.

Solutio nisi

Cōfutatio.

Propria Solutio

Dilucida: tex.cō.49

Sin uerò uniuersum ipsum dissimilare sit, dissimilaria quoque erunt loca ipsa: & primò quidem corpus uniuersi ipsius non erit unum nisi tactione. N

Expositio.

Confutat nunc alteram syllogismi partem, & probat ꝙ uniuersum illud quod asserunt infinitum, nō potest esse heterogeneum siue anomœon, hoc est, dissimilare, quia tunc loca partium uniuersi erunt dissimilaria: & hoc improbat primò quia tunc corpus uniuersi illius infiniti nō erit unū, nisi contactione, quod reputat impossibile. Quod uerò ad uerba græca attinet, uniuersum siue mundus gręcè est πᾶν: Rationabiliter uerò Aristo. applicauit syllogismum ad uniuersum siue mundum, aut quia antiqui infinitum quod posuerunt, uoluerunt esse mundum, ut primò cœli habetur: aut quia si habetur ipsum mundum non posse esse infinitū, de quo magis uidetur, statim habebitur nullum aliud esse posse.

Deinceps illius partes, aut specie finitæ sunt, aut infinitæ. Finitæ quidem etiam esse nequeunt, erūt O enim aliæ quidem infinitæ, aliæ uerò non infinitę, si uniuersum infinitum sit, ut ignis aut aqua. Sed tale corruptio esset in contrariis ipsis, uelut antea dictum est. Et propter hoc nullus naturalium infinitum ipsum unumq; ignem aut terram fecit, sed aut aquam aut aerem aut horum medium, quoniam horū locus manifeste determinatus erat. At illa utrobique esse possunt, sursum uidelicet & deorsum.

Expositio.

Quia ratio tacta uidetur non esse absurda, & quia posset concedi infinitum esse, & non unum simpliciter sed contactu, ut concedunt de mundo: hac de causa facit secundam rationem, & erigitur sic: Partes illæ dissimilares, hoc est, diuersæ genere siue specie, aut numero finitæ sunt, ut quatuor: (ut est rei ueritas) aut numero infinitæ. Primò probat ꝙ esse non possunt numero finitæ, utpote quatuor, quia oportet ut aliæ illarum sint finitæ: aliæ infinitæ, si debet uni- P uersum esse infinitum: nō enim potest aliquod uniuersum infinitum esse, nisi partibus numero constet infinitis, aut numero finitis sed dimensione infinitis: & ita oportet ut aliquæ sint finitæ, ut ignis & aqua. Modò hoc esse non potest quia tale siue talis concessio poneret cætera finita corrumpi, & sola infinita remanere, ut dictum est. Confirmat hoc à signo, quia nullus naturalium posuit ignem & terram infinita, & cum quia contraria, ne præ nimia magnitudine cętera corrumperet: cum quia loca ipsorū determinata sunt, ut deorsum terra, ignis sursum: Intermedia uerò quia non contraria, & quia loca sunt non ita determinata, posuerūt infinita: Quæ ratio docet non posse esse aliquod elementorum infinitum, quod sit pars dissimilaris illius uniuersi: qa cætera corrumperet. propterea ait: Quoniam horū. s. ignis & terræ, locus manifestè determinatus est, ut ignis supernus, terræ infernus. At illa uidelicet intermedia utrobique esse possunt, sursum uidelicet & deorsum, cum sint grauia & leuia in respectu. Sic igitur patet partes dissimilares uniuersi infiniti, non posse esse numero finitas.

Vide & Bur. hic.

At si infinitę & simplices sunt, erunt & loci infiniti & elementa infinita. Quod si hoc esse neq̄at, erūt & loci finiti, & uniuersum finitum sit necesse est. Q

Expositio.

Nunc destruit aliā partē, & ꝓbat partes illas dissimilares nō posse esse infinitas. Nā cū illę sint partes uniuersi, erunt elemēta & simplicia corpora. Modò nec loci nec elemēta: esse pn̄t infinita: qđ nūc petit, ut posterius declarādū.

Impossibile nanq; est, ut non coęqua sint locus & corpus. Neq. n. locus ullus simul maior esse pōt, q̄ quantūcunque esse pōt corpus, neque corpus maius q̄ locus ipse: nam aut uacuum aliquid erit. Simulq; cum hoc corpus nō infinitum, aut corpus aliquod erit, quod nusquam aptum natum est esse.

Quo

A Expositio.

Quo quidem ad translationem, in græcis codicibus inuenimus uerba Aris. trāsposita. ueluti à græcis expositoribus habemus: ideo rectè uerba & orationes latinas fecimus, nec quicq; prætermisimus. Quo uerò ad sensus, quia ex infinitate corporum conclusit infinitatem locorum, ut ostenderet esse id non iniuria factum, docet qualem corpus & locus inter se rationem habent, quæ ex translationibus nostris est manifesta. Ex omnibus his Auerroes in calce cōmenti colligit syll'm, quem Aris. intendit, qui sic componitur: omne quod est in loco sibi æquali, est finitum, quoniā infinitum non dicitur æquale: omne corpus simplex est in loco sibi æquali: igitur omne corpus simplex est finitum. (Quę Auer. cōmē. 49.)

Sed hîc emergunt dubitationes, quæ ex uerbis commenti solui possunt. Prima est unde ualeat illud enthymema, sin uerò uniuersum ipsum dissimilare sit, hoc est, partium diuersæ speciei: dissimilaria quoq; erunt loca ipsa? Respondet Auer. & inquit, & ista propositio apparet ex hoc, quia omne corpus simplex habet locum naturalem: ubi igitur uniuersum esset corpus heterogeneum, eius partes essent elementa diuersa specie, & corpora simplicia: modò unicuiq; corpori simplici locus competit peculiaris & unus. (Prima du.) B

Secunda dubitatio est quia ipse ponit partes talis uniuersi esse cōtrarias, quod falsum est de cœlo ipso, cui nihil est contrarium. Respondet Auer. & hoc non est uerum nisi de corporibus quæ mouentur motu recto, & hoc significat ꝙ perscrutatio eius hîc est de hac natura, quoniam non apparuit hîc aliam naturam esse. Sic igitur dictum Aristo. est uerum, supposito cœlo esse eiusdem naturæ cum elementis, donec res hæc perficietur. 3. cœli. quo fit ut cœlum ipm habeat aliquid contrarij. (Scda dubi. — Solutio. Auer.)

Tertia dubitatio est, quare loca ignis. & terræ sunt terminata, atq; nullo modo conuenientia: at loca mediorum sunt indeterminata, cum aquæ sursum & deorsum ferantur, similiter aer? Respondet Auer. hoc pro tanto esse, quia ignis non habet nisi leuitatem tantum, terra grauitatem solum: ideo loca eorum sunt definita & ualde contraria, aqua uerò & aer habent utrunq; s. grauitatem & leuitatem: aer enim est leuis in loco aquæ & terræ, & in grauitate assimilatur aquæ, in leuitate aūt assimilatur igni. similiter est aqua, ut quæ grauis in loco ignis & aeris, & leuis in loco terræ. Sic igitur ignis & terra definita habent loca, quia simplices habēt motiuas qualitates: inter media uerò indistincta, quia qualitates habent mixtas. (Tertia — Solutio Auerro.) C

Sed hîc dubitatur, quia tunc aer & aqua componerētur ex terra & igne propterea Auer. 4. cœli. cōmen. 26. inquit: Et non est intelligendū ex hoc quod dicit, ꝙ duæ potentiæ existunt in medijs his, queadmodū contraria existūt in medio. uerbi grā, sicut albū & nigrū existunt in rubro: qm̄ si ita esset, tunc aqua & aer cōponerent̄ ex terra & igne sed est intelligendū ꝙ duæ potentiæ existunt in eis secundū cōparationē, ex quo non sequit̄ ut sint cōposita & reliqua. (Respō. — Responsio Auer.) Simplicius uerò autumat media elementa componi ex extremis, & mixta esse ēt ex qualitatibus extremis: quæ res in libro Destructio destructionū disputata est disputatione prima, in solutione undecimi dubij, sed in libro cœli disputabit̄ melius, quia hîc res hæc obiter tacta est. (Responsio Simplicii) Dubitatē ēt quarto cur addidit positionē hanc de elementis, uidelicet ꝙ extrema non possunt esse infinita, sed media sic? (Quarta) D Respondet Auerroes positionem hanc esse additam, aut ut ab illa sumat unum contrarium corrumpere alterum cū sit fortius illo, aut ut habeat illa esse finitā ob locorum determinationem, ut fuit dictum in textu. Hæc ex commento colligi possunt. (Rñsio Auer.)

(Dilucida. tex. cō. 50.)

Anaxagoras uerò de ipsius infiniti quiete absurdè loquitur: asserit enim infinitum ipsum seipso firmari, idq; ex eo euenire quia in seipso est, quando nihil aliud ipsum contineat: quasi ubi aliquid sit, ibi esse aptum consistere.

(Expositio.)

Anaxagoras enixus est reddere causam, cur immensum illud chaos immobile esse uoluerit: Asserebat enim chaos illud infinitum seipso fulciri, idq; ex eo euenire quia in seipso est, quippe cum nihil aliud ipsum contineat: quasi ubi aliquid sit asserens, ibi esse aptum consistere: & sic euitare est enixus quæstionem. E

Sed hoc nō est uerum, nam esse potest aliquid ui alicubi, & non ubi aptum est esse.

(Expositio.)

Sed Arist. hoc absurdum refellit, primò quia illius fundamentum est falsum, nam non eo loci in quo quæq; res est, semper naturalis est quies: pōt. n. inuita atq; ui res aliqua aliquo loco detineri, in quo naturaliter non quiescit, ut lapis in tecto pendens: & sic fundamentū falsum est. Auer. aūt reducit fulcionē Anaxagorę ad oppositum, arguit enim ipse sic: Infinitum non habet locum ad quem moueri possit, igitur quiescit: quiescit alicubi, igitur aptum est quiescere ibi: aptum quiescere ibi, igitur naturaliter quiescit. Reducit igitur argumentum in contrarium, quia propter carentiam loci in quem moueri possit, nō debemus arguere nisi quietem uiolentam, ut si gleba descederet usq; ad culmen castri, & ibi detineret, patet eam ibi ui quiescere. Tunc ad formam dicerem, infinitum si esset, quiescere ob carentiā loci ad quem moueri potest. sed negatur, si quiescit, ꝙ sit aptum quiescere ibi, quia potest aliquid ui detineri. Hæc ex calce commenti colligi possunt. (Quę Auer. cō. 50. An uerū sit ꝙ infinitas corpori isti nito sit cā quietis uiolēte & non quietis naturalis. Vide gradeū Escu. lec. 9. hui⁹.) F

(Dilucida. tex cō. 51.)

Insuper etiam quāuis quia maximè nō mouetur totum, ob hoc ꝙ in seipso firmatur atq; in seipso ē, immobile esse necesse est: propter quid tamen non est aptum moueri dicendum erat. Non enim sat est hoc modo dicendo euadere, hac nanq; ratione fieri potest etiam aliud quoduis corpus non moueat, nihil tamen prohibeat esse aptum moueri.

Secundò reprehendit Anaxagoram quo ad aliud, arguebat enim: chaos illud infinitum in seipso firmat̄ atq; in seipso est, igitur est immobile. obijcit modo Aris. dicens: Propter quid tamen non est aptum moueri dicendum erat. Nō enim dicendo modo illo, quia in seipso est, sat est euadere, hac nanq; ratione fieri pōt ēt aliud quoduis corpus nō moueatur, nihil tamen prohibeat esse aptum moueri. Igit̄ dicta causa nulla est. (Expositio. An si esset simplr infinitū ipsum esset mobile. Vide gradeum Escu. lect. 9 huius.) G

Etiam cum terra nō fertur nec si infinita eēt, quatenus coerceretur à medio, tunc non quia non est aliud ad quod fertur in medio ipso quiesceret, sed quia non hoc pacto apta est ferri: liceret tamen dicere terram seipsam fulcire. Quod si neq; in terra existēte infinita hoc causa esset, ut ipsa sit in medio, sed quia grauitatem habet, quæ quidem grauitas manet in medio: similiter infinitum etiam manet in seipso propter quandam aliam causam, & nō quia infinitum est atq; seipsum firmat.

(Expositio.) H

Tertiò reprehendit Anaxagoram quo ad aliud: assignabat enim causam cur infinitum non mouetur, & dicebat hoc ex eo esse, quia non erat locus extra ipsum ad quē moueri posset. & ob hoc dicebat ipsum naturaliter quiescere. Contrà obijcit dato ꝙ terra non moueatur, & sit infinita, & cohierceatur à medio, quatenus ultra ipsum tendere nō potest, non propter hoc ipsa quiesceret, quia extra eam non est locus ad quem moueri sit apta, sed ob grauitatem, quæ suapte natura facit quiescere in medio: igitur infinitum ipsum non ex eo quiescit, quia infinitum non habens locum extrà ad quem moueri possit, sed propter aliam quandam causam. Sed quia uerba fuerunt in græcis codicibus non parum obscura, ut translationes clariores sint, lege literam, etiam cum terra non fertur, quatenus cohierceretur à medio: neq; si infinita esset, ferretur etiam quatenus coherceretur à medio, extra quod nullus esset locus ad quē moueri possit: In medio tamen ipso quiesceret, non quia non

I est aliud ad quod ferretur, sed quia non hoc pacto apta est ferri: reliqua uerba translationibus perspicua sunt. Nolo tamen ignores me nonnulla uerba mutasse, ut sensus clariores fierent: uti uerbum illud Modo, nã græcè est μέντοι, quod licet sonet sed, aut tamen, hîc nullo modo illud sonare potest. Amplius uerbum illud, Tunc, grçcè est ἀλλὰ, qđ latinè sonat sed, hic uerò sonat tũc, ut mihi uidetur: reliqua ut iacent transtuli. Sic igitur uis rationis est, terra ubi infinita esset, quiesceret in medio, & non propter infinitudinẽ sed propter grauitatem, quę à propria specie quiescit in medio: igitur si uniuersum infinitum esset, quiesceret non propter infinitudinem, sed aliam ob causam: & ita Anaxagoras absurdè ratiocinatus est in huius rei causa. Ex uerbis Auer. in præsenti commento colliguntur tres declaratiões huius rationis. Prima est, quæ accidunt quiescenti quatenus est quiescens, non sunt causæ per se quietis: sed finitudo
K & infinitudo accidunt quiescenti quatenus est quiescens: igitur non sunt per se causæ quietis. Minor patet quia non est differentia in terra quo ad hoc, ꝙ sit finita aut infinita, in dando ꝙ medium est causa quietis terræ, quia siue sic siue non, ipsa terra quiescit in medio quia grauis, quod à specie in medio residet. Secunda est, quod est causa quietis uiolentiæ, non est per se causa quietis naturalis alicuius: sed infinitudo est causa quietis uiolentæ, quia facit quiescere omnem locum uiolenter occupando: igitur non est causa quietis naturalis per se. Tertia ratio quæ tangitur in calce cõmenti est ad impossibile, si infinitudo est causa quietis per se, tunc omne quod quiesceret, propterea quiesceret, quia esset infinita. Tenet consequentia, nam per se est de omni & necessario, ut dicitur primo posteriorum. Hæ tres rationes colligi possunt in commento.

Quo ad uerba.

Sũma rõis.

Quę Auerroes. c. 51. Prima rõ. Auer.

Secũda rõ.

Tertia rõ.

Dilucida. tex. c. 52.

Insuper etiam perspicuum est partem quãuis eodem modo quiescere oportere, nam ut infinitũ in seipso manet sibiipsi innitẽs, sic etiam omnis ipsius
L pars, quãuis sumpseris, in seipsa manebit: siquidem totius & partis similaria loca sint, ceu uniuersæ terræ atq; glebæ idem est locus infernus, ignis præterea totius & scintillæ ille qui supernus. Quare si ipsius infiniti locus sit in seipso constitutus, ét partis idem erit: quo fit ut in seipsa sit.

Expositio.

Quarto confutat id quod Anaxagoras dixit, uidelicet ꝙ infinitum est in seipso, & ideo quiescit: contra arguit (ut mihi uidetur) hypotheticè à destructione consequentis sic, si totum illud infinitum est in seipso uti in loco, tunc quęlibet eius pars erit in seipsa uti in loco. Tenet consequentia, qa in homogeneis unus est locus totius & partis. Consequens est impossibile, quia pars non occupat omnem locum, uti infinitum illud. Auerroes autem hanc propositionem, uidelicet idem est locus totius & partis, intelligit si pars sit separata à toto, & idem specie & non numero, quia totius locus est maior, partis minor. Hanc interpretationem sumpsit à Themistio, & si quis uerba bene obseruet, est in textu. ait enim Aristo. Totius enim & partis ὁμοειδεῖς sunt loci. uerbum enim ὁμοειδεῖς grecè, sonat latine eiusdem speciei
M aut similes specie, quod nos transtulimus similaria loca, ut uteremur uno uerbo ad unum uerbum: sed de hac re antea satis dictum est. Sic igitur completa est prima uia qua improbatur infinitum ex parte loci. Dubitare solebã in pueritia, utrum dato infinito possit sibi competere locus. Nouus expositor (quem alias defendebam) opinatur ꝙ infinitum ut corpus, quantum est in seipso, uti in loco mathematico, non tamen ut infinitum est in seipso tanquã in loco naturali. Sed hæc responsio non placet, quia aut loquitur de loco per se, aut de loco per accidẽs. Si loquitur de loco per se, sic est falsum tam ut corpus naturale ꝙ̃ ut corpus mathematicum, quoniam nihil est extra ipsum quod possit esse locus eius. Si loquitur de loco per accidens, etiam infinitum ipsum est in seipso per accidens ut corpus naturale, ut dicet

Quæ Aũ. cõmẽ. 52.

Dubitatio Egid. hic. Rñsio pria

Cõfutatio. Quõ hæc rõ sit cõtra Anaxagorã. Vide Egi. hic. Secũda rñ.

de amphora uini, quæ est in amphora uini. 4. huius. Propterea solitus eram aliter dicere, ꝙ tenendo uniuersum locari per se per centrum, ut tenet Auer. in. 4. huius cõmẽto. 43. & 45. teneri potest tale infinitum esse in loco per centrũ eius, ut de uniuerso sentit Auer. Tenendo uerò positionem ipsius Themistii, ꝙ uniuersum est in loco per partes, hoc est, quia partes sunt in loco per se: sic teneri potest infinitũ esse in loco per partes, quarum una esset in alia, & sic in infinitum: ueluti ignis in sphæra lunæ, & hæc in sphæra mercurii, & sic in infinitum. Sed Aristo. cõfutauit locum per se, ut ex rationibus perspicuum est: uerũ res hæc eget ulteriori contemplatione, sed nunc satis. N

Dilucida. tex. c. 53.

Omnino autem patet fieri non posse, ut simul corpus aliquod dicatur infinitum, & locus aliquis tribuatur corporibus, si omne corpus sensile aut graue sit aut leue, & si quidem graue ad medium sua pte natura feratur, leue uerò si sursum: nam infinitum etiam corpus necessario sic erit: At fieri nõ potest aut ut uniuersum utrũuis, aut utrunq; subeat O
dimidium. Quo nãq; modo illud diuides, aut quo pacto ipsius infiniti erit? hæc quidem pars suprà, illa uerò infrà, uel ultima, uel media erit.

Expositio. Syll's pm'.

Hæc est secunda ratio sumpta ab ipsius corporis naturalis proprietate, & potest sic componi: omne corpus naturale fertur aut sursum aut deorsum, infinitũ per te est corpus naturale, igitur fertur aut sursum aut deorsum. Maior patet per hunc syllogismum, quia omne graue deorsum, oẽ leue sursum fertur: sed omne corpus naturale est graue uel leue: igitur omne corpus naturale ferẽ aut sursum aut deorsum. Modo conclusio est impossibilis, uidelicet ꝙ infinitum feratur aut sursum aut deorsum, & hoc inquit: At fieri nõ põt aut ut uniuersum utrũuis, hoc est, alterum duorum, utpote aut graue tantum aut leue subeat, aut ut utrunq; simul dimidium graue uidelicet, & leue subeat. Nam quonam modo illud diuides? aut pro hoc, est quo pacto ipsius infiniti erit: Hæc quidem pars suprà & leuis, illa uerò infrà & grauis, aut ultima media, quæ sit grauis uel leuis. Hoc enim fieri non potest, cum in ipso infinito nihil sit prius nihil postea, & ita nihil medium: & hoc pacto litera resolui potest in syllogismos. Auerroes uerò in præsenti commento declarat tria aliquantulum ultra literam. Primum est quòd neq; sit graue neq; leue: nam si esset graue, tunc in rerum natura nullum aliud est corpus leue, nam infinitum totum occuparet, & nihil aliud extra se pateretur: simili ratione tale infinitum esse non potest præcisè leue, quia nullum aliud in mundo esset graue. Secundò declarat non posse esse secũdum dimidium graue & secundum dimidium leue, quoniã impossibile est diuidere infinitum in duo dimidia æqualia, tum primo quia utraq; pars esset infinita, & ita pars æqualis toti; cum secundo quia unum infinitum esset extra aliud quia alterum dimidium quod est infinitum, est extra aliud etiam infinitum. Etiam tertio quia infinitum est quod secundum omnem dimensionem est tale, ut disputatum est suprà. Modo nullum dimidium potest esse secundum oẽm dimensionem tale. Tertiò declarat ꝙ infinitum non põt moueri neq; sursum neq; deorsum, nam sursum & deorsum sunt termini motuum: modo infinitum non mouetur nisi motu infinito. Ait tamen sursum & deorsum esse fines motuum finitorum patere per se, sed in libro cœli declarat ad maiorem confirmationem, si id est manifestum per se, aut ad probandum si est per se ignotum: quicquid tamen sit uidetur reponi inter per se nota. Hæc colliguntur ab Auer.

Secundus

P

Quæ auer. cõm. 53.

Q

Dilucida. tex. c. 54.

Præterea omne corpus sensile in loco est, loci uerò differentiæ ac species sunt, sursum & deorsum, antè & retro, dextrum ac sinistrum: quæ quidem non solum nostra ex parte sunt positioneq;, sed in ipso uniuerso distinctæ: At tales ipsi infinito inesse non possunt.

Tertiò

A Expositio.

Tertiò arguit ex parte loci differētiarum sic, omne corpus est sursum aut deorsum, ante aut retro, in dextro aut in sinistro: sed nullum infinitum esse potest in aliquo horum: igit̄ nullum infinitum est. Minorem supponit ut notam, maiorē probat, quia hæ sunt differentiæ loci. Auerro. uerò præsenti cōmento parte illa, sed si intellexerimus, facit digressionē: ubi debes scire, ut dicetur. 4. huius. cōmen. 5. ꝙ differentiæ loci possunt dupliciter considerari, aut ut partes, aut ut differentiæ siue species, hoc est, ut ubi atq; termini motuum. Si ut partes, sic sunt in ipso uniuerso naturaliter distinctæ, quoniam mundus habet dextrum & sinistrum, ante & retro, sursum atq; deorsum: dextrum quidem mūdi ortus est, sinistrum occasus: ante uerò culmen, retro uerò imum: sursum uerò austrum, septentrio deorsum: ut declaratur. 2. cœli. cōmē. 15. Si uerò ut termini motuum siue ut ubi, hoc est, ut species uel differentiæ, sic duæ tantum sunt natura distinctæ, uidelicet sursum cœli, hoc est, concauum, deorsum centrum: cæteræ uerò ad nos habentur. Quærit igitur primò

Quæ auer. cōmē. 54. Digressio Auer.

Vide & Burl. hic.

B cum asserit loci differentias esse sex, quid ipse uelit, an partes an ubi siue species: & probat primo ꝙ nō intelligit ubī siue species, quia tunc loci differentiæ erunt sex contra ea q̄ dicta sunt in libro cœli, ubi dictum est illa esse duo tātum, sursum. s. & deorsum. Posset respōderi huic, ꝙ duæ sunt species naturales, sed sex quo ad nos. contrà obijcit & inquit. Et ipse expressit hîc ꝙ istæ differentiæ sunt naturaliter, nō positione: igitur expositio nulla. Propterea epilogando rationem inquit: Quare si intellexerimus per sursum locum ignis & aeris, per deorsum locum terræ & aquæ, ut exponunt Themistius & alij & ipse, sequitur quæstio hæc siue hoc impossibilem, ꝙ dextrum & sinistrū, ante & retro sint loca naturalia in mundo: contra declarata in cœlo & mūdo, deinde ibi: Et si intellexerimus. Arguit ad oppositum & probat, ꝙ per eiusdem sex differentias non potest intelligere partes, quia tunc dictum istud non esset uerum, nisi de

C corporibus animatis, ut habetur in libro cœli: sola enī animata habent has sex loci partes: & ita quæstio uidetur ambigua pro utraq; parte, deinde ibi: Ad hoc autem. Soluit & licet quid uelit Auerro. non pateat, tamen (ut mihi apparet) uelle uidetur ꝙ hæc sex insunt corporibus ut partes, & ita non differentias positionis, sed partes intelligit. Et pro intellectu uerborum debes scire ꝙ hæc sex, ut partes indistinctæ, insunt omnibus corporibus per se & absolutè, & non in respectu: per se quidē, quia omne corpus mundi est aut dextrum aut sinistrum aut genus: non in respectu uerò, qa ut partes sunt aut membra aut uirtutes, ut dicemus in. 4. ut uerò partes oppositæ, uidelicet dextrum & sinistrum, antè & retro, sursum & deorsum: quia ut sic opponuntur, absolute quidem solis animantibus competunt artificiosis per similitudinem, naturalibus corporibus per respectū: & ita ut partes insunt omnibus per se, ut oppositæ solis animantibus inesse uidentur, cæteris aut similitudine aut respectu: & hoc inquit. Ad hoc autem dicamus ꝙ istæ partes, subaudi non opposito modo sumptæ, insunt per se omni corpori & non in respectu horum, siquidem absolutè omne corpus aut dextrum aut sinistrum aut id genus sit: sed hæ quatenus oppositæ, dextrum & sinistrū, & sursum & deor

Solutio. Auerro.

D sum, antè & retro: & quatenus sunt naturaliter distinctæ, non inueniuntur nisi in rebus animantibus: & ita partes hæ ut indistinctæ sunt in cunctis, ut oppositæ & distinctæ non nisi animantibus competunt. Tunc ad propositum, hæc sex infinito non insunt neq; quatenus partes neq; quatenus oppositæ, applicat sententiam uerbis, & sermo patet. Deinde ibi: Sed quæret aliquis. mouet circa solutionem aliam quæstionem, nam ex textu isto uidetur ꝙ mundus sit in loco, quia asserit hæc sex esse distincta in toto .i. mundo: modò non possunt esse hæc distincta in toto, nisi ille sit in loco: at in. 4. huius dicit mundum nō esse in loco nisi per accidens, igitur est contradictio. Respondet Auerro. ꝙ licet mundus non sit in toto per se, quia tamen istæ differentiæ loci sunt per se in partibus mundi, ideo mundus est in loco ratione partium, ut uidebitur in. 4. est igitur solutio ꝙ

ista sex quatenus partes oppositæ in loco, sunt in mundo E partium, non per se quatenus mundus: & ratione partium mundus est in loco. Animaduersione dignum, in mundo has sex uirtutes esse quatenus sunt animæ potestates, quibus ipsa incipit motum, terminat, continuat, atq; circuuoluit: nam cœli & uniuersi anima per dextreitatis uim, motū incipit, propter illam sinistreitatis, ipsum terminat, per illā anterioris, continuat motum, per illam posterioris circuuoluit, per sursum ac deorsum uti per axes motum sustentat: sed de his in. 4. Hæc nunc dicta satis.

Etiam simpliciter impossibile est locum infinitū esse, in loco autem est omne corpus, impossibile est corpus aliquod infinitum esse. At uerò quod alicubi est, in loco est: & quod in loco est, alicubi est. Si F igitur infinitum quantum esse non potest, (nā quātum erit quoddam ut bicubitum aut tricubitum, hęc enim significat ipsum quantum) sic & quod est in loco, id alicubi est, hoc est, aut sursum aut deorsum, aut in aliqua alia differentiarum sex, quarum unaquæq; finis est quidam. Quòd igitur actu corpus infinitum non sit, ex his perspicuum est.

Dilucida. tex. c. 55.

Quartò Aristo. syllogiçat sic, impossibile est locum infinitum esse, omne corpus est in loco, igit̄ impossibile est corpus aliquod infinitum esse. Probat maiorem, & huius probatio consistit in hoc: si locus est infinitus, aliquis locus est infinitus, ut si quantum est infinitum, aliquod quantum est infinitū. Sed nullus locus est infinitus quia neq; supremus neq; infernus, neq; aliquis id genus, quoniam quilibet est finis alicuius distantiæ: quemadmodum etiā nullum quantum est infinitum, ut neq; tricubitum, neq; bicubitum. Igit̄ locus non infinitus. quæ fuit maior, unde probationē hanc ponit hoc modo: At uerò quod alicubi est, in loco est, & è contra etiam quod est in loco, est alicubi, hoc est, in aliquo loco: ueluti supple si quantum est infinitum, quantum erit G quoddam, ut bicubitum aut tricubitum, (hæc enim uti species significat ipsum quantum, quod est genus) sic & quod est in loco, id alicubi est, hoc est, aut sursum aut deorsum, aut in aliqua alia differentiarum sex, quarum unaquæq; finis est quidam alicuius interualli: ut locus sursum finis est spatij à centro ad concauum, & similiter alii. Epilogat, & sermo patet. Auer. uerò de textu facit duas partes, quarum primam resoluit in duos syllogismos hoc modo: nullus locus est infinitus, omne corpus est in loco, igitur nullū corpus est in loco infinito. Secundus est, nullum corpus est in loco infinito, omne infinitum est in loco infinito, igitur in secunda figura nullum corpus est infinitum. Maiorem primi syllogismi uult probari in textu dupliciter, primo sic: omnis differentia loci est finita, superius & inferius & id genus sunt differentiæ loci, igitur finitæ sunt. Secundo sic, omnis species loci est finita, superius & inferius & id genus sunt species loci, igitur finita sunt. Hæc est una expositio Auer. Alia expositio uult per illa sex, non species siue H differentias loci, sed partes integrales, quas ubitates uocat: & tunc syllogismus est, omne cuius partes sunt in loci partibus finitis est finitum, omne corpus sensile est cuius partes sunt in partibus loci finitis, igitur omne corpus sensile est finitum. Hæc sunt quæ ab Auerro. colligi possunt. Sed hæc expositio (ut mihi uidetur.) licet sit uera, non tamen est ad textum: primò enim in textu non est nisi unus syllogismus, & probatio maioris illius, ut legimus. Secundò, non est duplex probatio maioris, ut Auerroes legit, quia græcus textus non est copulatiuus sed aduersatiuus. Tertiò, p illa sex non uidetur posse intelligere partes integrales, ut sentit in secunda expositione: nam Alicubi, quod græcè est πού, sonat in aliquo loco: modo hoc pronomen aliquis nō solet addi nisi speciei uel parti subiectiuæ, propterea exponendus est textus, ut Themistius sentit, de parte subiectiua siue de specie: ut nos exposuimus. Hæc mihi uidentur.

Expositio. An possit esse aliqd corp⁹ actu infinitum. Vide Iād. q. 10. hui⁹ & Alb de sa xo. q. ii. h⁹.

Quæ auer. cōmē. 55.

Rephensio

I Dilucida. tex. c. 56.

At uerò ꝙ plura emergant impossibilia, si non sit penitus infinitum, perspicuum est. Temporis enim erit aliquod principium atq; finis, & magnitudines non erunt in magnitudines sectiles; & numerus et infinitus non erit. Cum igitur his sic determinatis neutrum eorum ob hæc, uidelicet quæ diximus, cõtingere uideatur, perspicuum quoq; erit partim quidem id esse, partim uerò non esse.

Expositio. An aliqua dimẽsio sit infinita. Vide Alb. de saxo. q. 12. huius. An sit aliqua multi- K tudo simplr in infinitum. Vidẽ Iãdu. q. 11. huius. Vidẽ & cañ. q. 3. 2° art. 2.

Arguit in contrarium, quia plura negato infinito penitus sequuntur impossibilia, & primò sequitur cõtra physicos, ꝙ temporis erit principium & finis: hoc enim pro tanto est impossibile, pro quanto physici tenent mundum æternũ. Secundò contra geometras, ꝙ magnitudines non erunt sectiles in magnitudines, q̃a erit deuenire ad inuisibilia. Tertiò contra arithmeticos, ꝙ numerus nõ crescet per appositionem in infinitum. propterea inquit: Cũ igitur iis sic determinatis neutrum eorũ (ob hæc uidelicet quæ diximus) contingere uideatur, hoc est, cùm ambæ contrariæ sint falsę, uidelicet nullo modo infinitum est, omni modo infinitum est: perspicuum quoq; erit partim quidem id esse uerum, partim uerò non esse uerum: & ita erunt hæ subcontrariæ simul ueræ, uidelicet aliquo modo infinitum est, aliquo modo infinitum non est. Animaduersione dignum, tria esse principia pręcipua: in naturali quidem philosophia tempus esse æternum, quo & motores cœlorum æternos, & impatibiles nanciscetur Aristo. in octauo huius: quo etiam principio utitur & metaphysicus, quatenus eo sumpto multa tradit de eius subiecto. In geometria magnitudinem siue continuum esse diuisibile in infinitum, quo ablato tota geometria tollitur. In arithmetica uerò numerum appositione crescere in infinitum, quo etiam principio conclusiões arithmeticæ sequuntur. Rectè igitur hæc tria sumpsit Aristo.

L Secundò animaduersione dignum, ut in libro de interp̃tatione diximus, quoties contraria sunt simul falsa, semper esse subcontrarias simul ueras: ueluti quia hæ sunt ambæ falsæ, omnis homo albus est, nullus homo albus est, sequit̃ ꝙ aliquis homo albus est, & aliquis homo albus non est: cùm igitur determinatum est has esse simul falsas, omni modo infinitum est, nullo modo infinitum est, propter rationes tactas: iurè sequitur has esse simul ueras, aliquo modo infinitum est, aliquo modo infinitum non est. Restat igitur solum exponere quo nam modo hæ sint simul ueræ.

Dicitur itaq; infinitum esse, uno quidem modo actu, alio uerò potestate: quod etiam uno quidem modo additione est, alio uerò diuisione etiam existit. Itaq; magnitudo actu quidem infinita non est, uti diximus, diuisione autem est, non est difficile lineas indiuiduas refellere: restat igitur infinitũ potestate esse.

Expositio. M

Ad uerificandas illas subcontrarias pręmittit distinctionem & inquit: Dicitur itaq; infinitum esse, uno quidẽ modo actu, alio uerò potestate: rursus infinitum potestate, uno modo est additione ut in numeris, alio modo diuisione ut in continuo. Tunc ad ad rem ueniendo, illæ subcontrariæ sunt simul ueræ, quoniam magnitudo actu quidem infinita non est, (uti diximus) diuisione autem est, quia non est admodum difficile lineas quas ponunt Platonici, indiuiduas refellere, ut dicetur in. 6. qua ratione fit ut infinitum in rerũ natura sit potestate, actu uerò non sit. Numerus enim ex ea parte qua infinitus est, potestate additiõis infinitus est: magnitudo uerò potestate diuisionis: at tempus quatenus continuum potestate diuisionis, quatenus numerus potestate additionis: est enim tempus & continuum & numerus: ut dicetur in. 4. huius. Auer. autem uult numerum esse in additione infinitum etiam per se notum: propterea nullibi Aristo. probauit, at magnitudinem esse diuisione infinitam egere probatione. Propterea in. 6. declaratur, in tempore uerò latet non ex ea parte qua tempus est, aut numerus, aut

Quę Auer. cõ. 56.

magnitudo: sed ex ea parte qua eius substantia latet. Propterea in quarto & octauo probabitur: reliqua quæ dicit inutilia sunt. N

Dilucida. tex. c. 57.

Non oportet autem infinitum potestate ens, sic accipere ut actu demum fiat, quemadmodum si põt hoc statua esse, demum etiam hoc statua sit. Sed cũ multifariam aliquid esse dicatur, sic quoq; ipsum infinitum erit, perinde ut dies atq; ludus, ex eo q̃a semper aliud atq; aliud fit. Nam in his est ut potestate esse & actu: sunt enim ludus ac olympia, & q̃a fieri non possunt, & quia fiunt.

Expositio.

Esse potestate contingit ut esse actu, est autem actus siue esse uno modo perfectè, quia (ut Themistius inquit) cùm primum aduenit potestas extinguitur atq; totaliter delet̃. Aliomodo imperfectè, quia etiam aduenięte adhuc potest esse, ceu dies & ludus. igitur potestate eẽ uno modo est ad actum perfectum, alio modo ad actum imperfectum. Tũc ad rem uenio, cùm Aris. dixisset infinitum esse in rerum natura, non actu sed potestate, inquit: Non oportet autem infinitum ens, sic accipere ut actu demũ fiat, in quo esset omnis potestas, quemadmodum si potest hoc statua eẽ, demũ etiam hoc statua sit. Igitur infinitum esse potestate, non est accipiendo potestatem ad actum perfectum, sed cùm multifariam aliquid esse dicatur, uidelicet perfectè & imperfectè, sic quoq; ipsum infinitum perinde, ut dies atq; ludus ex eo quia semper aliud atq; aliud fit. Nam in his est & potestate esse & actu: sunt enim ludus & olympia, & quia fieri possunt, & q̃a actu fiunt: & ita potestas accipitur ut est ad actum imperfectum. Breuiter igitur infinitum nõ actu est, sed potestate, & potestate non quidem ad actũ perfectũ, sed ad actum imperfectum: in quo quidem est semper aliquid factum, aliquid potestate fieri: atq; actu quicq̃; aliud potestate. Quod uerò ad translationes attinet, scias nos nihil addidisse nihilq; imminuisse, nec uerbum ullum usurpasse, sed orationes mutaui ut sensus clariores essent: nam in græco modo illo clarior oratio habetur, quæ ad nos non ita sonare, ut parum in græcis literis peritis patet.

O

Translationes quales

P

Aliter autem in tempore ipso, atq; in hominibus infinitudo ipsa patet, aliter in diuisione magnitudinum. Generatim nanq; infinitudo hoc modo est, ut semper aliud atq; aliud sumatur. Nã licet id quod accipitur, sit semper finitum, semper tamen aliud atq; aliud est.

Expositio. An magnitudo sit diuisibilis in infinitum. Vide Iãd. q 12. huius

Placet mihi expositio Thomæ in hoc loco, quicquid dicat Auer. quod Aristo. uidelicet comparet infinita inuicem, & primo infinitum temporis siue generationis ad infinitum, quod est in magnitudinibus. Præponit tamen primò intentionem, & inquit: Aliter autem in tempore ipso, atq; in hominibus infinitudo ipsa patet, aliter in diuisione magnitudinum. hæc est intentio, & per homines innuit infinitudinẽ in generatione, & per tempus infinitudinem in mensura. Deinde accipit quoddam commune omnibus infinitis, & inquit: Generatim nanq; ratio infiniti siue infinitudo ipsa hoc modo in omnibus est, ut semper aliud atq; aliud sumatur. Nam licet id quod accipitur sit semper finitum, semper tamen aliud atq; aiud est. hæc est ratio communis omnibus infinitis, uidelicet ut semper quantũcunq; accipientibus restet aliquid accipere. Auer. autem declarat multa, primò quonam modo infinitum est potestate, & quonam modo actu: & uult infinitum esse potestate, non quidem ad actum simpliciter, ad quem exeũdo cessat omnis potestas, ueluti de idolo & cupro patet. Est uerò actu, hoc est, extra nihil aliquantulum in re, quatenus est in actu permixto potestati. Hoc autem declarat ex rerum differentia, nam rerũ aliæ sunt simpliciter actu, quæcunq; cùm sint, cessat potentia ad esse: aliæ omnino potestate, ut materia & priuatio: aliæ in actu admixto potentiæ, ut motus, tempus, & id genus. Ad propositum, infinitum est de genere eorum quæ

Q

Quæ Auer. com. 57.

habent

A habent actum potentiæ admixtũ. Secundò declarat quonam modo infinitum se habeat ad ens, quod habet actum potentiæ admixtum:& uult ꝙ sit aut accidens illius, uidetur enim accidere infinitudo ipsa ipsi enti, quod habet actũ potentiæ admixtum, quatenus non est de ratione illius: aut (ut dicit) uidetur esse species eius cui magis adhæret, quia ens in actu hoc modo uidetur esse uniuersalius infinito ipso, cum etiam prædicetur de finito. Multiplicat etiam expositiones Auerroes frustra, quia procedunt ex malis translationibus. Tertiò in calce commenti uult rationem infiniti esse in semper accipiendo, quam omnibus conuenire autumat: uerum hoc accipere potest esse aut mente, ueluti fit in numero & magnitudine: aut re, ut fit in tempore & motu, in quibus una parte abiecta, semper alia emergit in re. Hęc ex commento colligi possunt.

Dilucida. tex.c.58.

B Adhuc autem cum esse multifariam dicatur, infinitum nimirum ipsum non sic oportet sumere, perinde ut hoc aliquid, ceu hominem aut domum, sed ut dies dicitur atq; ludus: quorum esse non exortum est ut substantia quędam, sed ut id quod in generatione semper atq; corruptione consistit finitũ quidem, sed aliud atq; aliud semper.

Expositio.

Secundum commune omnibus infinitis sumit ex hoc, ꝙ non oportet ipsum infinitum esse actu substantiali, ut indiuiduum & hoc aliquid, sed ut dies ac ludus: quorum esse non exortum est ut substantia quædã indiuidua & hoc aliquid, sed ut id quod in generatione semper atq; corruptione consistit finitum quidem, sed aliud atq; aliud semp. Hoc est secundum commune omnibus infinitis.

Verum in magnitudinibus quidem hoc accidit, permanente eo quod sumitur: in hominibus autē C atq; tempore corruptis quę sumuntur, ita ut non deficiant.

Expositio. Aũ. c.58. An p aliq̃ potentiam pōt fit aliq̃s numerꝰ actualr infinitus. Et an pōt fit eē aliq̃ magnitudinē actualiter infinitam. Vide cursum pilië. q.2.huius.

His suppositis nunc comparat infinitum in tempore siue in generatione, ad infinitum in magnitudine, & inquit: Verum in magnitudinibus quidem hoc accidit, permanente eo quod sumitur hominibus uerò atq; tempore corruptis quæ sumuntur, ita ut nunquam deficiant. Hæc differentia ac comparatio. Auerroes uerò uult Arist. hactenus declarasse quonam modo infinitum est, & ꝙ cum uoluerit declarare quonam modo additio & diminutio inueniuntur in infinito, reuersus est à principio rememorare essentiam infiniti, & distinguit actum qui est in eo ab alijs actibus entium, sicut distinxit potentiam ab alijs potentijs. Est igitur expositio ꝙ Aristo. declarat quonam modo infinitum sit in actu, utrum sit in actu non quo cæteræ res sunt in actu, an alio modo, utpote infinitum in actu mixto potentiæ: cæteræ res in actu puro, quemadmodum declarauit quonam modo infinitum sit ens potestate. Hæc expositio licet uideatur utilis, non tamen conuenit textui, ut patet legẽti ordinem & uerba textus. Vlterius Auer. ait ens trifariam dici, aut actu puro, aut potentia pura, aut secundum compositionem, hoc est, participationem actus & potentiæ: & ita D uult infinitum esse ens mixtum ex potentia & actu, & hoc est genus eius. Hæc ex commento.

Dilucida. tex.cõ.59

At uerò infinitum quod in additione & quod in diuisione est, idem quodámodo est, fit enim in magnitudine finita per additionem è contra. Nã quatenus diuiditur, consideratur in infinitũ demptio: sic cum additur, ad magnitudinem determinatam uidetur adiectio.

Expositio. The. expõ

Doctissimus Themistius medullitus literam attingens resolutoriè eam paraphrasizat, uult, & Arist. probare nõ solum in diuisione, sed etiam in adiectione infinitudinem cõspici. Nam si quantum de finita magnitudine demeris, tantundem alteri adieceris, quemadmodum exibit in infinitũ ademptio, ita exibit in infinitum adiectio, ita ut sectioni adiectio quasi ex altera parte respondeat, ut quicquid hinc est demptum: illinc appositum uideatur. Hæc est expositio Themistij. Magis uerò ad uerbum Auer. quem expositores sequuntur, uidetur exponere, uidelicet ꝙ uult comparare inter infinitum in additione, & infinitum in diuisione penes differentiam & conuenientiam, & hoc proponit dicens: At uerò infinitum quod in additione & quod in diuisione est, idem quodammodo est. hęc est conuenientia. Et quia dixit esse idem quodammodo, declarat cur adiecit quodammodo, & inquit: Fit enim subaudi infinitum in additione in magnitudine finita per additionem econtra. Igitur non est simpliciter idem, sed quodammodo, quatenus appositio est diuisio econtra facta. Et declarat quonã modo fit è contra, & inquit: Nam quatenus subaudi magnitudo ipsa diuiditur, consideratur in infinitum demptio: sic cũ additur, ad magnitudinem determinatã uidetur adiectio. rectè igitur dictum est additionem esse è contra diuisionē. E

Expositio Auer.


Debes scire ꝙ diuisionis est ire ad materiam, quatenus ē resolutio quædam atq; corruptio, in qua nihil restat pręter materiam: propterea diuisio proficiscitur ad infinitũ & materiam, quæ capacitate est infinita: appositio est generatio, propterea proficiscitur ad formam, quæ finis est generationis: ideo est ire ad finitum. Hic fit ut appositio sit per se finita, quatenus generatio est in formam: per accidens est infinita, quatenus est diuisio uice uersa facta: At diuisio per se est infinita, quatenus corruptio est atq; resolutio in materiam: per accidens uerò est finita, quatenus cum appositione coincidit. Rectè igitur dictum est additionem esse quodammodo diuisionem, & uice uersa factam.

Appositio diuisio. F


Etenim siquis in magnitudine finita, de finita magnitudine sumpta, eadem aliam accipiet ratione: nõ eandem totius magnitudinem sumens, non pertrãsibit unquam magnitudinem illam finitam. Sin uerò hoc modo rationem adaugeat, ut semper magnitudinem eandem sumat, pertransibit tandem propterea ꝙ omne finitum quouis consumitˀ finito. G


Expositio.

Videtur Aristo. (ut placet Themistio) soluere contingentem dubitationem, nam quæri potest an omnis sectio siue diuisio, & omnis adiectio possit esse infinita. Vbi debes scire, ut pulchrè à Themistio colligitur, ꝙ diuisio magnitudinis fieri potest aut seruata eadem proportione, ut si acceptam quantitatem primum dimidiaueris, atq; subinde in dimidia alia diuidas id quod reliquum est, & rursus de residuo idē facias, eandem proportionem seruare uideberis: Aut fieri põt seruata eadem quãtitate, ut si semper æquales portiones magnitudinis deseces. Tunc respõdet ꝙ diuisio & additio omnis infinita est, quoties non eadem quãtitate seruata diuidas magnitudinem, sed eadem proportione seruata. Nam si semper æquales portiones magnitudinis deseces, aliquando uniuersam exhauries: propterea secanda est magnitudo ut in infinitũ habeat eadem, proportione non eadem quantitate partiũ seruata. Hæc est optima expositio partis.



Eadem quantitas. H





Dilucida. tex. c.60.

Alio igitur modo non est infinitum in rebus, sed

I hoc modo potestate uidelicet atque diuisione, actu uerò etiam ueluti diem ac ludum dicimus esse: & potestate hoc pacto est ut materia, & non per se ut ipsum finitum. Et additione igitur hoc modo potestate infinitum est, quod quidem aliqua ex parte dicimus idem esse ei quod in diuisione est, quippe cum semper aliquid ipsius sit extra sumendum.

Expositio. Concludit nunc in utrisq; conuenientiam, & uult ꝙ infinitudo insit utrisq; potestate non autem actu, nisi mõ quo diem & ludum dicimus esse actu: & quoniam multifariam est aliquid potestate, ne sit contentio nominis, addit: Et potestate hoc pacto est ut materia & non per se, ut ipsum finitum siue forma. Additione igitur hoc modo potestate infinitum est, quod quidem aliqua ex parte dicimus idem esse, ei quod in diuisione consistit, quippe cum semper aliquid ipsius sit extra sumendum. Quonam modo hæc sint quodã
K modo eadem, nunc ex iis patet. Animaduersione dignũ, ut ex cõmento colligitur, ꝙ materia est similis infinito, qua tenus esse eius est in potentia, quod materiæ competit: at formã est similis finito, quatenus eẽ eius est in actu, quod competit formæ: propterea recte infinitum materiæ comparauit, finitum uerò formæ. (Quæ Auer. cõmẽ. 59.)

Non tamen omnem finitam exuperat magnitudinem, ut in diuisione in qua omnem finitam exuperat atq; minor est.

Expositio. Data est similitudo, nunc dat differentiam inter illa quæ est ꝙ in appositione non licet qualubet addita adhuc addere maiorem, cùm sit deuenire ad quantitatem mundi siue cœli ultimi, quã maior dari non potest: at in diuisione qualubet data, semper est dare minorem & minorem in infinitum: propterea cum ait: In qua omnem exuperat finitam, intellige in minoritate, propter hoc enĩ addit, atq; minor est. Sic igitur in appositione non licet qualubet data dare maiorem, in diuisione uerò licet qualubet data dare minorem. (An p appositionẽ in magnitudine nõ excedat ois magnitudo determinata. Vide grã deũ Escu. lec. 10. hui⁹)

Igitur ut omnem in additione exuperet, neq; potestate esse potest, si quidem non sit per accidens actu infinitum, quale naturales corpus infinitum asserunt extra mundum: cuius substantia aer est, aut aliquod id genus infinitum: Itaq; si infinitum actu
L sensile corpus hoc pacto esse non potest, perspicuũ est neq; per additionem posse esse hac ratione potestate infinitum, nisi ut dictum est obuersaria diuisioni.

Expositio. Hactenus ꝙ qualibet data magnitudine non sit semp dare actu maiorem, ex differentia inter diuisionem & additionem syllogiçauit: nunc concludit ꝙ neq; potestate, & hoc proponit & inquit: Igitur ut omnem in additione exuperet, neq; potestate esse potest, si quidem non sit per accidẽs actu infinitum, quale naturales asserunt extra mundum: cuius substantia aer est, aut aliquod id genus infinitum. Demum epilogat, quod translatione patet. Debes scire ꝙ addi
M tio potest considerari ut obseruaria diuisioni hoc modo, ꝙ quantum de finita magnitudine demeris, tantundem alteri adieceris, & hoc modo potestate potest ire in infinitum, perinde ut ipsa diuisio: & ex hac non sequitur ut detur aliquid maius magnitudie cœli. Alio modo considerari põt absolute, & sic non potest actu neq; potestate crescere in infinitum, quia non possumus excedere magnitudinẽ cœli. Propter hæc adiecit Arist. nisi (ut dictum est) obuersaria diuisioni, qua ratione non sequitur aliquod esse maius cœlo, quippe cum hæc uiceuersaria additio fieri possit ex diuisione finiti in infinitum, quæ nunquam potest augeri ultra magnitudinem eius è quo fit diuisio. Auerroes uerò multa addit non inutilia, nec ab re. Primũ est syllogismus quẽ sic componit, si magnitudo potest esse maior qualibet magnitudine, potest infinitum esse aliquando in actu: sed non potest infinitum ullum esse actu: igitur magnitudo non potest esse maior qualibet magnitudine. Maior patet, quia si N potest magnitudo esse maior qualibet magnitudine, aliqñ erit ita, aliter possibile nunquam erit: & si hoc est, patet illud esse magnitudinem infinitam. Secundum est cur non sequitur idem in diminutione, uidelicet ꝙ si magnitudo potest esse minor qualibet, aliquando erit: & assignat duas causas dissimilitudinis, prima est quia possibile est aliquid diminui in infinitum, & non accidit impossibile si non diminuatur: immò si diminuatur, fit impassibile, quia aut diuisio cessabit ad nihil, aut ad aliquod indiuisibile. Nam si diminutio uenit usquequo uenire potest, aut restat quicquã, aut nihil: si nihil, habetur altera pars impossibilis: si aliquid aut diuisibile aut indiuisibile: si diuisibile, non est facta omnis diuisio: si indiuisibile, habetur altera pars impossibilis. Sic igitur põt quicquam in infinitum diuidi, quod nunquã erit diuisum: & breuis causa est, quia illa potentia est permixta actui, & ad actum semper permixtum potentiæ. At id quod põt crescere in infinitum quandoq; crescet, uti si hoc semper põt esse homo, aliquando erit, quia potentia O ad crementum est ad actum non permixtum potentię, sed ad actum purum ac simplicem. Secũda dissimilitudo est, quæ fortasse est causa proximę causæ, quia diminui est ire ad nihil, hoc est, diminui est corrumpi, corrumpi uerò est resolutio ad materiam: igitur diminui est ad actum permixtũ potentiæ: id enim quod uadit ad materiam, uadit ad actũ permixtum potentiæ. Crescere uerò est generare, generatio est uia in formam: igitur est ire ad actum non permixtũ potentiæ. Propterea recte dicitur ꝙ infinitas propter materiam, finitas uerò propter formam reperitur: si quidem ire in materiam sit ire ad actum potentiæ admixtum, ire in formam sit ire ad actum purum. Ex iis patet cur ualet hoc, põt crescere in infinitum, igitur aliquando crescet: & non ualet hoc, põt diminui in infinitum, igitur aliquando diminuetur. Tertium est, quonam modo infinitum in appositione est ecõtrario diuisiõi, & uerificat hoc dupliciter. Vno P modo. ut illud quod ab una tollitur magnitudine alteri addatur, aut ꝙ magnitudo primò diuidatur in duas medietates, postea diuidatur altera illarum & addatur alteri: ubi patet ꝙ utroq; modo procedit in infinitum appositio ueluti diuisio, quoniam hæc appositio est uiceuersaria diuisioni. Hæc colliguntur ex expositione Auer. circa textum. Dein de mouet quæstionem ibi: Sed est hîc quæstio non modica, nam ut est unum principium in geometria, ꝙ possibile est accipere ab omni linea semper lineam minorem: ita aliud, ꝙ possibile est accipere ad omnem lineam lineam maiorem. Est igitur quæstio cur Aristo. concedit diuisionem magnitudinis procedere in infinitum, & negat additionẽ procedere in infinitum, cum additio procedat in infinitum ueluti diuisio. Est igitur difficultas quæstionis, cur diuisio procedere põt in infinitum & non additio, cum utrunq; sit principium apud geometram. Confirmat quæstionẽ tam per uerba Alfarabii q̃ per uerba Auicen. Innuit Auerro. solutionem, ꝙ aliter naturalis considerat magnitudinem, aliter geometra: naturalis enim magnitudinẽ & id genus considerat, quatenus est terminus & accidens corporis naturalis: at geometra quatenus abstrahitur è corpore natura Q li: & tunc dicitur ꝙ apud geometram possibile est magnitudinem diminui & crescere in infinitum, cum ipse considerando abstrahat è materia ipsa: at apud naturalem licet possibile sit diminui in infinitum, non est possibile crescere in infinitum. Sed obiicies, tum primò, quia etiã apud naturalem non potest magnitudo diminui in infinitum, quia tunc negarentur minima naturalia, quæ ubiq; ponit Auerroes: tum secundò quia ueritas non repugnat ueritati. Igit geometra non debet uti propositionibus, quarum oppositum sentit naturalis: quare si naturalis negat magnitudinẽ crescere in infinitum, geometra non debet illam ponere. Innuit solutionem Auer. ubi debes scire ꝙ magnitudo potest considerari, uno modo ut quanta est absolute, & sic est de consideratione geometræ, quã ratione põt & minui & crescere in infinitum: alio modo ut in materia absolute, & (Quæstio Auer. — Solutio — Replic. Prima. — Secunda — Solutio.) (Quæ Auer. cõ. 60.)

sic põt

A fic poteft diminui in infinitum, quoniam non repugnat ex parte materiæ diminui quantum in infinitum, qua ratione non funt minima naturalia: & hæc confideratio eft naturalis. Tertiò ut in materia quali fiue fenfili, & hoc modo repugnat minui & crefcere in infinitum, qua ratione dat maximum & minimum: & fic etiam eft confiderationis naturalis. Tunc ad primum dico ꝙ non datur neq; maximũ neq; minimum, confiderando quantum ut quantum fub cõfideratione mathematica: & hoc concedit Auer. ubiq;. Cõfiderando uerò naturaliter ipfum quantum, fi quidẽ ex parte materiæ abfolutè confideratur, datur maximum & non minimum, tum quia datur maxima materia, ut illa mundi, & non minima: tum fecundò quia non datur maior linea ꝙ fit illa diametri mundi. Si uerò ex parte materiæ qualis & fenfilis, datur maxima & minima materia, & ita conceditur minimum & maximum: quo fit ut non fub quacunq; naturali confideratione detur minimum & maximũ. Hæc ad primum. Ad fecundum dicendum ꝙ eadem propofitio nunquam poteft effe uera refpectu unius, & falfa refpectu alterius, fed bene modo diuerfo, ut in propofito: eft.n. hæc uera, magnitudo põt crefcere in infinitum, accipiendo magnitudinem in eo ꝙ magnitudo: nam ut fic eft res opinabilis, & penitus fine materia. At quatenus in materia uel in materia fenfili, non põt crefcere in infinitum: funt enim diuerfæ ratiões, ut homo quatenus animal eft fenfilis, quatenus rationalis eft capax difciplinæ. Quòd autem eiufmodi propofitiones opinabiles fint ueræ, licet non fint fic in materia, probat exemplis: nam geometra imaginatur figuras habere pofitionem, punctum, motum, facere lineam, & id genus, quorum nullum eft in re ipfa. Hæc colligunt ex cõmento, licet aliquantulum obfcurè. Dubitant iuniores fatis pulchrè, primò cur ualet, in cremento põt crefcere in infinitum magnitudo, igitur crefcet: & non de diminutiõe, poteft diminui in infinitum, igitur diminuetur? Secundò non uidetur ꝙ caufa diminutionis in infinitum fit ipfa materia, tum quia fi poneretur magnitudo feparata prorfus à materia, adhuc effet diuifibilis in infinitum: igitur non materia eft caufa illius: tum etiam quia cœlum caret materia, quod tamen eft diuifibile in infinitum. Tertiò dubitatur quia non uidetur ꝙ finitas per formam reperiatur, nã forma & materia fibi correfpondent, igitur fi põt materia diuidi in infinitum, etiam forma poterit. Quartò dubitant quia non uidetur ꝙ augeri fit ire ad formam, quia id augetur qđ plus & plus de ipfa materia acquirit, ut in libro de generatione dictum eft. Iuniores bene dubitant, fed male fatiffaciunt ad quæfita. Afferunt enim duas caufas cur de cremento ualet, & non de diminutione, quarum prima eft quia non põt maior dimenfio effe nec generari illa quæ nunc eft, quia dimenfio eft æterna materiæ: bene tamen põt dimẽfio diminui, quia ex illa non fequitur ĩpoffibile. Secũdo quia ex omnibus poffibilitatibus ad crementum effici poteft una poffibilitas totalis, quæ debet reduci ad actum, ut aliqua illarum, non tamen ex omnibus poffibilitatibus ad diminutionem effici põt una poffibilitas totalis: ideo fi reducit̃ ad actum in una, non eft neceffe ut reducatur ad actum in omnibus. Sed prima caufa petit principiũ, adducit enim æquè ignotum pro ratione ad quæfitum. Aduerfarius enim diceret dimenfionem poffe crefcere in infinitum, nunquã tamen effe cretam, ut de diminutione afferitur: & ita adhuc reftat caufa diuerfitatis. Secunda licet fit Auerrois infrà, et friuola uidetur nifi declaretur, quia adhuc reftat dare caufam, cur ex omnibus poffibilitatibus ad augmentũ fit una totalis, & non ex omnibus ad diminutionem: hæ enim funt excogitationes tenues atq; aniles fabulæ. Poteft igit̃ dici, ut Auer. dicebat, ꝙ augeri eft ire ad effe atq; formam, nam effe forma & perfectio idem eft: modo per auctionem res proficifcitur ad fuiipfius perfectionem, quippe cum in maiori quanto maior fit perfectio atq; uirtus cæteris paribus: perfectio uerò eft forma actus & effe, quare per auctionẽ res currit ad formam. Ex hoc fequitur ꝙ quantam contingit effe magnitudinem in potentia in mundo, tantam contingit effe actu, nam mundus eft perfectus & conftat ex oĩ materia totoq; poffibili, quod ad eius facit perfectionẽ: nulla enim põt effe perfectio quæ non fit in mundo, & ita fi põt magnitudo augeri in infinitum, erit quandoque actu aucta: immò ab æterno aucta fuiffet, nifi mundus effet imperfectus. Diminui uerò eft ire in imperfectionem, quia ut in maiori quanto eft maior uirtus cæteris paribus, fic in minore minor: modo imperfectio eft nõ effe, priuatio, & materia, & ita ire ad minus eft ire ad imperfectionem. Ex hoc fequitur contra, ꝙ non quantam contingit minui magnitudinem, tantam contingit effe minutam: quia fiue hoc ponatur fiue non mundus femper eft æquè perfectus. Vtrum uerò omne poffibile fit reducibile ad actum, & quale, in libro priorum diximus, quibus patet folutio ad primum, & caufa differentiæ. Ad fecundum refpondent etiam iuniores, ꝙ Auerroes per materiam & formam nõ partes effentiales compofiti intelligit, fed per materiã uult partes quãtitatiuas, per formam uerò ipfum totum, quod quidem ex illis conftat: tunc intelligitur fic, ꝙ diuifibilitas & infinitudo funt in magnitudine ratione materiæ, hoc eft, partium quantitatiuarum: auctio uerò ratione formæ, hoc eft, ratione totius, quod terminat ipfa auctio, uelut diuifio in partes ipfas quantitatiuas. Per hunc modum foluit omnes dubitationes. Sed hanc refponfionem iuftè reprehendunt noui, primò quia Auerroes apertè loquitur de materia accepta pro altera parte compofiti. Secundò quia fic auctio poffet effe ratione materiæ in infinitum, quia non repugnat cõfiderando dimenfionem in abftracto: hoc autem eft contra Auerroem in cõmento. ut patet legenti. Propter hæc defendo uerbum Auer. ut iacet, ꝙ per materiam & formã intelligit partes effentiales compofiti, & ad primum dico ꝙ fi poneretur magnitudo feparata à materia, effet diuifibilis abfq; materia, fed non abfq; fupplente uicem materiæ: agens enim quod illam fepararet haberet uicem materiæ, & propterea diuifio eft ratione materiæ. Ad hoc catholici inducunt exemplũ de facramento altaris, ubi patet ibi quãtitatem effe fine materia, fed Deus fupplet uicem illius, & ut materia eft caufa diuifibilitatis. Ad fecundum patet folutio Auer. enim non ponit materiam in cœlo fecundũ potentiam ad utrunq;, fed bene eam materiam quæ eft in potentia fecundum dimidium contingentis, & hæc fufficit ꝓ pofito noftro. Ad tertiam dubitationem dici poteft, quòd aliud eft quod diuiditur, aliud ratio diuifionis: id enim qđ diuiditur eft materia & forma, quia fibi correfpondent, & funt ipfum totum: fed ratio diuifionis eft materia, ratio uerò auctionis eft forma. Ad quartam dico ꝙ aliud eft terminus auctionis, aliud fubiectum auctionis: omne.n. qđ augetur eft quod plus habet de materia ex parte fubiecti, at ex parte termini eft illud qđ habet plus de forma. Multa pulchra anno præterito diximus de hoc quæfito in primo de generatione, quæ quærat ftudiofus lector.

Qua ratione & Plato propterea duo infinita inuexit, ut & alterum in augendo, alterum & in infinitum abeundo atq; decrefcendo excellere uideatur. Verum dum facit duo, his non utitur, quippe cũ neq; per diuifionem in numeris in infinitum procedatur, unitas enim minimum eft: neq; per additionem, ufq; nanq; in denarium numerum adauget.

Siue Arifto. narret pofitionem Platonis nũc, ut eam ex dictis reprehendat, ueluti uidetur Auerroi, fiue ut per ipfam declarat ea quæ pauloante dixerat, inquit: Qua ratione & Plato propterea duo infinita inuexit, magnum uidelicet & paruum, ut & alterum augendo magnum uidelicet, alterũ & in infinitum abeundo atq; decrefcendo, paruum fcilicet excellere uideatur. dedit enim hæc duo tanquam rerum principia, quia ipfe cũ Pythagora fentit infinitũ eẽ inter principia ftatuẽdum. fed inuehit aduerfus ipfum, & inquit: Verum dum facit duo, iis duobus non utitur in affignatione principiorum. Sunt enim numeri apud ipfum principia, in

Solutio ad primũ. Solutio ad fecundum. B Dubitões iuniorum prima. Secunda Vide Bur. hic. Tertia. C Quarta Solutio iuniorum. Cõfutatio. D Propria folutio.

E Solo iuniorũ ad fecũdam. F Cõfutatio. Rñfio propria. G Solo tertiæ Dilucida. tex. cõ. 61. H An infinitũ poffit excedi, & an fit dare maius infinito. Vide caũ. q 3. huius artic. 3. Expofitio. Vide Iād. q. io. huius. Vide curfum pifiẽ. q. 2. pn. h.

I quibus nec per diuisionem nec per additionem proceditur ad infinitum, si quidem per diuisionem statur ad unitatem, quæ est minima: per additionem uerò ad denarium inde ueluti in orbem alternando reciprocare circulo uidet. Ecce quo modo duo ponit, non tamen duobus utitur. Sed de positione Platonis hactenus, quia ad rem non est. Hæc de quæstione an sit infinitum ipsum. Solent uero ambigere iuniores an sit infinitum, & alii an possit esse per aliquã potentiam: uerum cum in primo omnes conueniant, secundũ uerò sit catholicum quæsitum, iure prætermittimus.

Et an includat repugnãtiã ex terminis. Vide can. q.3.huius. artic.2. Vid & sco. di.2 1.q.1. 2.& sequaces.

Dilucida. tex.c.62.

Apparet autem infinitum esse aliud quã ut nonnulli asserunt: nõ enim id infinitum est, cuius nihil est extra, sed id cuius aliquid semper est extra.

Expositio. Hactenus de quæstione an infinitum sit, nunc quid sit disputat: est enim quæstionum hic ordo naturalis. Animaduersione tamen dignum ueteres sic definisse infinitum, ꝙ esset id cuius nihil est extra, cuius proponit modo Aristo. intentionem & inquit: Apparet autem infinitum esse aliud ꝙ ut nonnulli asserunt: non enim id infinitum est, cuius nihil est extra, sed id cuius aliquid semper est extra. Hæc est intentio partis in genere & in specie. Quod uero ad trãslationes attinet, uerbum Apparet, grecè est συμβαίνει, quod licet latinè sonet accidit, hîc ut sensus essent clariores, transtulimus apparet. Simili modo uerbum illud: Aliud, græcè est ἐναντιον, quod sonat contrarium, nos uerò. Aliud, in latinum mutauimus eandem ob causam: quæ quidem ignari uolentes seruare ad unguem, plerũq; falluntur præ stadio: tãta enim addictio textus reddit barbaros & obscuriores.

Trãslatões

K

Huius rei indicium est, nam & eos annulos infinitos uocant, qui fundam non habent, quasi semper sit aliquid extrà sumendum. Verum per similitudinem quandam id asserunt, non tamẽ propriè: oportet enim & hoc esse & nunquam idem rursus sumi. At in circulo non ita fit, sed semper quod deinceps est, duntaxat est aliud.

Expositio. Probat nunc propositam intentionem à signo dicens: Huius rei indicium est, nam & eos annulos infinitos uocant, qui fundam: (quæ græcè est sphẽdona, latine etiam pala) non habent, quasi semper sit aliquid extra sumendum, igi: infinitum est extra quod semper est aliquid sumẽdum. Sed quoniam ex hac definitione sequitur finitum esse infinitũ, corrigit exemplum & definitionem, & inquit: Verum per similitudinem quandam id asserunt, non tamen propriè: oportet enim & hoc esse, hoc est, ut semper aliquid sumatur extra, & nunquam eadem rursus sumi, quæ non sunt in ꝓposito. Nam in circulo licet non idem sumatur, tamen mediate idem rursus sumetur. Sic igitur infinitum utrũq; exigit, & uti semper aliquid extra apprehendi possit, & uti idẽ nunquam repetatur, quod non est in annulo. Nam licet immediatè semper aliud atq; aliud sumatur, tamen aliquando idem repetetur. Est igitur definitio infiniti, infinitũ est extra quod semper est aliquid sumendum, & nunquam repetitur idẽ: hæc est definitionis & exẽpli correctio. Auerroes uerò duo inquit, primum est ꝙ exemplum de annulo non ualet temporibus nostris, quoniam, ut diximus, ex illo sequetur finitum esse infinitum. Secundum est ꝙ duo exiguntur ad rationem infiniti, & ut semper sit sumendum aliquid extra, non quidem in imaginatione sed in re: at ut illud quod semper sumitur, sit aliquid quod nunquam fuit prius, quod quidem non est in circulo, quia in illo sumitur idem quod prius per reciprocationem. Hæc ex cõmento.

L

Quæ auer. cõm.62.

M

Declaratio põnis ueterum. Correp.

Debes scire ꝙ ueteres uoluerunt totum omne & infinitũ esse idem, & quia totum est id extra quod nihil est, crediderẽ etiam infinitum id esse, extra quod nihil est. At temporibus Aristo. positio hæc fuit correcta; nam non est uerũ totum & omne esse infinitum: propterea definitio infiniti est, ꝙ sit id in quo nunquam idem est sumendum, sed cõtinuo aliud atq; aliud.

Dilucida. tex.cõ.63

Infinitum igitur id est, cuius secundum quantitatem accipientibus aliquid semper extra licebit apprehendere.

N

Expositio. Ex his infert descriptionem ipsius infiniti, & inquit: Infinitum igitur id est, cuius secundum quantitatem accipientibus aliquid semper extra licebit apprehendere. Dixit secũdum quantitatem, ut innuat infinitum non nisi in quanto reperiri, quia in quali, ut a t Auer. reperiri non põt. Debes scire ꝙ duplex est infinitum, in potẽtia, quod iuniores atq; sorticolæ non ab re syncategorematicè uocãt: aliud in actu, quod categorematicè appellatur. Infinitum quidẽ syncategorematice, id est, cuius semper aliquid licet sumere secundum quantitatem alteri communicantem: qua ratiõe finitum actu est infinitum in potentia. Infinitum uerò actu siue categorematice, id est, cuius aliquid semper extra licet sumere secundum quantitatem nulli communicantem. At ratio communis infiniti est, quã Aristo. dedit: competit.n. ut patet, utrisq;. Hæc est definitio infiniti.

An hęc diffinitio sit cõueniẽter assignata. Vide cursum pisien. q.1.huius.

O

At uerò id cuius nihil est extrà, perfectum ac totum est: hunc enim in modum totum ipsum definire assueuimus, dicentes id esse cuius nihil abest: ut hominem totum aut cistellam. Atq; ut singulare, sic & id quod propriè uniuersum est, id erit cuius nihil est extra. Id uerò cuius aliquid abest, eo absente non uniuersum est.

Expositio. Hactenus correpta est descriptio infiniti, nunc cuius sit ratio illa & cui competat, declarat & inquit: At uerò id cuius nihil est extra: est extrà, perfectum (quod græce est τέλειον) ac totum siue uniuersum (quod græce est holon) est: hunc enim in modum totum ipsum definire assueuimus, dicentes id esse cuius nihil abest: ut hominem totum aut cistellam totam solemus dicere, quãdo nihil eis deest, quod attineat ad rationem hominis aut cistellæ. Hinc trãsit ad descriptionem mundi, & inquit: Atq; ut singulare totum, (utpote aut homo aut cistella dicitur totum quando ei nihil deest, quod ad illius rationem attineat) sic & id quod ꝓpriè uniuersum est siue mũdus, id erit cuius nihil est extra: propterea constat ex tota sua materia, & omni possibili, ut dicitur in libro cœli. Id uerò cuius aliquid abest, eo quidẽ absente, non uniuersum ac ut totum erit, sed mãcum ac ꝑs siue imperfectum. Definitio igitur data ab antiquis non infinito competit, sed toti omni & perfecto. Auerroes ultra textum probat ꝙ extra mundum nihil est, quia tunc inueniretur corpus actu infinitum, quod quidem est impossibile. Consequentiam probãt iuniores suo modo, & benè sentiunt: põt tamen facilius deduci, quia illud quod esset extra mundum, aut esset corpus rectum aut circulare: non circulare, quia pari ratione extra illud esset aliud, & sic in infinitum: si rectum, cum corpus rectum non terminetur nisi ad aliud, & nihil est ad quod terminetur, iure erit infinitum illud. Secundò debes scire ꝙ hæc est differentia inter totum particulare, ut cistellam, & totum uniuersum ut mundum: ꝙ totum particulare est id extra quod nihil est quod pertineat ad eius speciem, ut Socrates: licet extra ipsum aliquid sit quod pertineat ad genus, ut leo uel capra. Totum uerò uniuersale est uniuersum, id est, cuius nihil est extra, siue ꝑtineat ad eius speciem, siue ad eius genus: & hac ratione solus mundus est totum uniuersale. Hæc ex commento colligi possunt.

P

Quæ Aue. cõmẽ 63. Definitio cõseq...

Q

Verum totum atq; perfectum aut idem penitus sunt, aut sua natura cognatissima sunt, quatenus ꝑfectum nihil est prorsus quod finem non habeat: qui quidem finis terminus est.

D lucida. tex.cõ.64

Expositio. Cui definitio ueterum competat, modo patet: ex quo rursus quonam modo perfectum & totum conueniant, etiã patet: qua ratione euenit ut differentiam inter totum & perfectum adiiciat, quando post conuenientiam exoriat differentia: & uult totum & perfectum aut eãdem omnino aut finitimam significationem habere. Nam totum uocamus, facta ad partes relatiõe, quarum nulla desit: perfectũ uero

An infinitũ hẽat rõnẽ totius Vide Egi. hic.

A facta relatione ad finem & terminum. Qua etiam ratione fit, ut perfectum sit cōmunius toto ipso, quia perfectum & in compositis & simplicibus inuenitur: at totum non nisi in compositis.

Quo circa putandum est melius Parmenidē Melisso dixisse, quippe cum hic ipsum infinitum totū appellet, Parmenides uerò totum dicat finitum è medio æquè distans. Non enim fieri potest, ut infinitum toti ipsi ac uniuerso perinde hæreat, ut linū lino nectitur.

Expositio. Ex his laudat Parmenidem supra Melissum, quatenus B Parmenides asserit uniuersum esse finitum per hoc, quòd circunferentia eius secundum quodlibet sui æquè distat à centro: Melissus uerò uniuersum asserit infinitum per hoc, quòd extra ipsum nihil est. Modo patet ex dictis, Melissum aberrasse omnino, Parmenidemq; melius sensisse. Quòd uerò ad translationes attinet, uerbum illud. Aequè distās græce est ysopales, quod nonnulli æquè pugnans transtulerunt: ego uerò (cum ut sic non multum sit notum) modo illo transtuli. Addit tamen Aristote. aduersus Democritū: Non enim fieri potest ut infinitum toti ipsi ac uniuerso siue mundo perinde hæreat, ut linum lino nectitur in filantronibus, uti prouerbialiter dicebatur: immo extra mundum nihil est, ut toties est probatum. (De translatione.)

Dilucida. tex. c. 65. Et quanquam de infinito prærogatiuam recipiāt, eiusmodi ut omnia contineat, & uniuersum in se ipso habeat, propterea quia similitudinem quandam habet ad totum: nam ipsius immensæ perfe-
C ctionis materia existit, atque potestate totum est & non actu: tamen ad diminutionem atque additionem contrariam diuisile est, totumq; atque finitum non per se, sed per aliud: & non continet, sed quatenus infinitum est, continetur: immò ut infinitum ignotum est, quippe cum materia formam non habeat.

Nunc improbat nonnullas prærogatiuas ipsi infinito tributas ab antiquis, uidelicet ut omnia contineat, & uniuersum in seipso habeat, & motiuum harum, & inquit: Et quāquam de infinito prærogatiuam recipiant eiusmodi ut omnia contineat, & uniuersum in seipso habeat. Cuius rei motiuum apponit, dicens: Propterea quia similitudinem quādam habet ad totum. nam ipsius magnæ siue immensę perfectionis materia existit, atque potestate totum est, & non
D actu. deinceps confutat hæc dicens: Tamen ad diminutionem atque additionem contrariam diuisile est, (quo modo ipsum totum non est: est enim limitatum ad additionē & non ad diminutionem) totumq; atque finitum supple est, non per se & ratione qua infinitum, sed per aliud ratione finitudinis: & non continet, sed quatenus infinitum est, continetur. nam ut infinitum habet rationem materiæ, & ut habet rationem materiæ est altera pars compositi, & ut altera pars compositi continetur non continet. subiungit: Immò ut infinitum ignotum est, ut toties dictum est, quippe cum materia formam non habeat, ut infinitum est, qua cognoscatur. quibus patet prærogatiuas illas infinito non conuenire: nec fundamentum ualere. Quod uerò ad translationes attinet, uerbum illud Prærogatiuam, græcè est σεμνότητα, quod nonnulli dignitatem, nonnulli præclaram conditionem transtulerunt: magis tamen ad sensum nos prærogatiuam transtulimus, quicquid uerbum sonet.

(An infinitū secundū q infinitū possit ab intellectu humano cognosci. Vide ca no. q. 4. huius. — De translatione.)

Dilucida. tex. cō. 66 Quare perspicuum est infinitum ipsum partis magis quàm totius rationem subire, siquidem materia pars sit totius, perinde ut es statuæ æneæ.

Expositio. Ex ijs concludit oppositum & inquit: Quare perspicuum

E est infinitum ipsum partis magis q̄ totius rationem subire, siquidem materia pars sit totius perinde ut æs statuæ æneę. modo dictum est infinitum ipsum esse materiam, quare magis partis q̄ totius rationem subit. Debes scire, ut ex Auerroe colligitur. commento. 65. q̄ tres sunt prærogatiuæ quę infinito attribuuntur: prima est q̄ infinitum non est totum per se, sed per aliud: secunda q̄ infinitum quo infinitum continetur: Tertia q̄ infinitum quo infinitum est ignotum. Quo uerò ad primam uult Auerroes infinitum esse totum per aliud, hoc est, per formam, ratione cuius finitur & determinatur. Quo uerò ad secundam ait infinitum contineri quatenus est pars compositi, & materia illius. Quo ad tertium ait illam esse ueram quo ad materiam infiniti, quæ per se est ignota, cognoscitur tamen per formam. Vlterius debet scire q̄ Auerroes ob malas translationes laborat declarare, quid per delatum intelligat Aristote. quod ipse in litera sua habebat: sed cum hęc expositio sit ad nihil, supersedendum est: possunt tamen colligi plura. primum est quomodo differunt materia & forma & accidentia: nam materia nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto: forma & accidentia aut sunt in subiecto, aut dicuntur de subiecto. Secundum est quo conueniunt, nam hæc tria, materia, forma, & accidens, non possunt reperiri nisi in alio. Tertium est q̄ materia & forma & accidentia ita se habent, q̄ materia non potest esse sine forma, propterea est propter formam, ut forma est illius perfectio: forma etiam est propter materiam, ut est subiectum illius: similiter & accidentia sunt propter materiam, ut propter subiectum. Hæc colligi possunt ex eius falsis translationibus. Ex quibus colligunt iuniores, & non imperite, Auerroem omnia quæ Aristote. infinito tribuit, materię tribuisse, ita ut per infinitum nihil aliud uelit nisi materiam primam, & tūc illas proprietates illi competere nemo dubitat: est enim ipsa totum per aliud, quia ratione formę. Amplius continetur & non cōtinet, cum sit pars compositi. Rursus est ignota per se cum non nisi ratione habita ad formam cognoscatur. Hæc ex Auerroe. Hanc expositionem uerificarunt iuniores q̄ aliquid dici potest infinitum subiectiuè, quia est subiectum dimensionis, quę est aut esse potest infinita, aut formaliter, quia ipsum est ipsa infinitudo, aut quod est infinitum formaliter, ut dimensio. Tunc uolunt materiam esse infinitum subiectiue, & non formaliter. Multa etiā addunt in defensionem Auer. quę sunt bona ad illius positionis declarationem, sed blatterones, quorum studium est in contradicendo, aiunt hanc non fuisse Auer. mentem, nec Auer. illa siue tria siue quatuor uoluit competere materiæ sed infinito, exemplificando de materia, cui omnia illa competunt ratione suæ infinitatis: uerum inter hos non est disputandum, nam alij uolun-
H tariè loquuntur, alij adiecti Auerroi cęteros contemnunt. Ego uerò propterea has proprietates non materiæ, sed infinito Aristote. tribuisse dicerem, quicquid Themistius & Auer. uelint, primò quia Aristote. nulla facta distinctione in breuibus ęquiuocasset, secundo quia de eo infinito loquitur, de quo paulo ante positionem Parmenidis recepit: modo constat ipsum recepisse infinitum in positione Parmenidis, pro uniuerso sumptum. Per hæc cum expositoribus sentirem Aristote. illa tribuisse infinito ipsi formaliter, & non materię. Hæc nunc mihi uidentur.

(Quę Auer. com. 65. — F — Expositio. Auer. — G — Iuniorū uerificatio. — Pō secūda. — Qualis fuit illorū Expositio. ppria.)

Nam si in rebus sensilibus atque intellectilibus magnum ipsum & paruum continent, intellectiles res continere oportebat. At absurdum est ac impossibile, id quod ignotum atq; indefinitū est, continere ac definire.

Expositio. Speciatim increpat positionem Platonis qui cum illis cōueniebat, & inquit. Nam si in rebus sensilibus atq; intellectilibus magnum ipsum & paruum, quæ à Platone infinita ponuntur, continent, intellectiles res continere oporte-

I bat. tenet consequentia, nam infinitum ea continet in quibus & quorum ponitur, modo si ponitur in rebus intellectilibus, oportet ipsum etiam res intellectiles continere. subdit: At absurdum est ac impossibile, id quod ignotum est ac indefinitum, continere ac definire. Et sic positio Platonis nulla est. Animaduersione dignum Platonem po-
Qualis rõ, Aristo. suisse intellectilia, quæ indifferẽter ideas & formas uocat, summè nota: propterea, contra ipsum ratio hæc ualde procedit. Aristo. uerò posuit illa summè nota naturę, nos uerò habere ad ea ut oculi noctuæ ad lucem solis. 2. metaphysi. propterea non multum hæc ratio ualeret in uia Arist. sed bene in uia Platonis. Qua ratione fit ut hæc contradictio sit ad hominem.

Dilucida. tex. c. 67. At uerò etiam rationi cõsentaneum est, ut id quidem quod in adiectione consistit, non uideat hoc pacto infinitum, ut quãuis exuperet magnitudinẽ:
K id uerò quod in diuisione consistit, infinitum esse istiusmodi uidetur. Nam infinitum intus, etiam quemadmodum materia continetur, forma autem continet.

Expositio. Et quia una de conditionibus bonarum definitionum est, ut per ipsam uerificentur accidentia propria definiti: post definitionis assignationem nunc proprietates uerificat, quæ illi solent assignari. Et est prima quòd in additione non quacunq; magnitudine data, potest maior dari, sed in diuisione bene quacunq; data potest dari minor. Verificat hanc Aristo. quia augeri est ire ad formam, quæ terminus est & finis: ac diminui est ire ad materiam, quæ est potestate infinita: qua ratione diuisio in infinitum, auctio non
Expõnum dria. proficiscitur. Hanc rem diximus superius diligenter. Animaduersione dignum literam posse intelligi accipiendo infinitum pro materia, & infinitum pro ipso infinito formaliter. Themistius enim sumere uidetur infinitũ pro materia, expositores pro infinito ipso formaliter: quæ res
L utcunq; exponatur, stare potest.

Dilucida. tex. c. 68. Liquidò etiam in numero quidem euenit, ut uersus minus terminus sit, uersus uerò plus omnem semper exuperet multitudinem. In magnitudine uerò contra, nam uersus minus quidem omnem exuperat magnitudinem, uersus uerò maius non esse magnitudinem infinitam, huius rei causa est. Nam unum (quodcunq; tandem unum sit:) indiuisibile est, ceu homo unus est homo, & non multi: numerus uerò plura uno, quantaq; quædã. Quare ad indiuisibile stetur necesse est, siquidem duo atq; tria denominatiua nomina sint: & cæterorum numerorum id genus unusquisq; simili ratione.

Expositio. Hactenus de proprietate infiniti in magnitudine egit, nũc quonam modo hæc proprietas suum esse habeat in numeris, explanat & inquit: Liquido etiam in numero quidem euenit, ut uersus minus terminus atq; finis occurrat, at uersus plus omnem semper exuperet multitudinẽ. In magnitudine uerò contrà, nam uersus minus quidem omnẽ exu-
M perat magnitudinem, ita ut nullum unquam minimum occurrat: at uerò maius non esse magnitudinem infinitam, ita ut aliquid occurrat maximum. Hæc est proprietas & cõclusio. Conclusionem hanc primò probat ex parte minimi, & inquit: Huius rei causa est. Nam unum quicquid sit illud siue specie siue numero siue id genus quatenus unum semper, indiuisibile est, ceu unus homo est unus & nõ multi: numerus uerò plura uno, quantaq; quędam. hoc est, mul-
Siñs. titudo ex unitatibus aggregata. Quare ad indiuisibile stetur necesse est, ut arguatur sic: quicquid ex indiuisibilibus constat, ad indiuisibile resoluitur: numerus ex indiuisibilibus constat, quia ex unitatibus: igitur ad indiuisibilia resoluitur: quare proficiscendo in minus, minimum quandoq; occurret. Quòd uerò numerus sit multitudo ex unitatibus constans, & per consequens ex indiuisibilibus probat, &

inquit: Siquidem duo atq; tria denominatiua nomina sint N significantia multitudinem specificatam ab uno: & ut dico de duobus & tribus, simili ratione de cęteris id genus. duo enim sunt bis unum, tria ter unum, & id genus similiter. Sic igitur numerus resoluitur in minimum, quia constat ex uno. Sed dubitabis cur numerus non resoluitur in maxi- Dubitatio. mum, per eandem rationem quia constat ex uno? Dici potest, quia procedere in maximum non est resolui sed com- Solutio poni, at procedere in minus est resolui. Auerroes autem assignat causam cur omne unum sortitur rationem indiuisi- Quæ auer. cõm. 68. bilem, & ait quia omne unum est tale ob formam, quę est Expõ uerbi Auer. in seipsa una. Ego uerò uerbum Auerro. non uniuersaliter intelligo, nam multi indiuiduum & unum numero esse uolunt propter materiam, alii ob dimensionem: sed si exponatur de uno specie, sine controuersia est uerum.

At uerò uersus plus intelligere semper contingit: O diuisiones enim magnitudinis in duo infinitę sunt ita ut potestate quidem sint, actu uerò non sint: quippe cum id quod semper accipitur, multitudinem definitam excellat.

Eandem conclusionem probat nunc ex parte maximi, & Expositio. hoc proponit dicens, At uersus plus intelligere semper cõtingit, & non est deueniendum ad maximum. hoc probat & inquit: Diuisiones enim magnitudinis in duo, quæ dichotomiæ gręcè dicuntur, infinitæ sunt. Et declarat quonam modo infinitæ, & inquit: Ita ut potestate quidem sint infinitæ, actu uerò non sint: quippe cum id quod semper accipitur, multitudinem infinitam semper excellat. Est igitur uis rationis, diuisio magnitudinis in infinitum procedit, numerus causatur ex diuisione continui, igitur numerus in in- Rõ textus finitum procedit.

Verum numerus hic nec à diuisione separabilis P est, nec infinitudo ipsa permanet, sed fit uelut & tẽpus & numerus temporis.

Duo ueteres de numero protulerunt, ut quòd sit à diuisione rerum separabilis, ut Plato ait, qui ideas rerum omniũ Expositio. contendit: & ut sit permanens, uelut substantia separata non fluens, & potestate, ut pythagorei proferunt. Aduersus hoc inquit: Verum numerus hic nec à diuisione separabilis est, (& hoc aduersus Platonem) nec infinitudo ipsa permanet ut substantia separata, (contra Pythagoreos) sed ita uidelicet fit uelut & tempus & numerus temporis, quæq; sint illæ q̃ semp sunt partim actu partim potestate. Hęc ab Aristo. habentur. Ex calce commenti colliguntur tria. Primum est propter quid in numeris additio procedat in infinitum, non autem diminutio. Et respondet hoc esse, quia additio est coæua diuisioni: modo ut diuisio procedit in infinitum propter materiam, sic additio numeri propter eandem materiam crescit in infinitum. At diminutio numeri est correspondens auctioni ita quòd ut additio est ratione formæ, sic & diminutio numeri est ratione formæ. Secundum est quid Aristo. per numerum temporis intelligat, & uult per numerum temporis uelle numerum qui est genus temporis. Tertium est summa declaratorum, uidelicet q̃ ideo Q numerus crescit in infinitum, quia correspondet diuisioni magnitudinis, quæ ratione materiæ est infinita: at diuisio est finita, quia correspondet auctioni, quæ propter formam est finita. Hæc ex commento colligi possunt. Prima dubi- Prima du. tatio est, quia numerus rerum est finitus: nam omnes res non sunt ultra primum ens quod est deus, & ultimũ quod est materia prima: modò inter extrema media sunt finita. Secunda dubitatio est, numerus aut est res numeratæ aut Scda dubi. accidens illarum: sed res numeratæ non habent minimum, igitur nec numerus. Ad primam sentio cum expositore, Sclo pria. quòd numerus uno modo sumitur pro diuisione formali, quæ fit per opposita: alio modo pro diuisione quæ fit per quantitatem. Prima quidem diuisio causat multitudinem, quæ est de transcendentibus, qua ratione ens diuiditur per unum & multa. Secunda uerò diuisio quæ est conti-

An hic numerus q̃ a diui in infinitũ separ possit a diuisione contin? Vide Egi. hic. Quę Auer. cõ. 68.

nuæ

A nuæ quantitatis causat numerum, qui est species quantitatis inquantum habet rationem mensuræ. Tunc dico quòd eiusmodi numerus procedit in infinitum, & non primus. Modo Aristote. loquitur de secundo & non de primo.

Solo facile. Ad secundam soluere uidetur Themistius in quarto huius, ex textu Aristo. commenti. 108. paraphrasiçans ꝙ duplex est numerus: alter qui ex unitatibus constat, & hic eē potest minimus, ut duitas quæ ad unum resoluitur. Alter qui non ex unitatibus absolute, sed ex rebus constituitur, ut equis, canibus, lineis: nam & quinqꝫ lineas, & quinque triangula dicere numeros solemus. Tunc dico ꝙ tales numeri, si de multitudine quæris, minimum habent, nā duæ lineæ & duo equi minimum sunt: at si magnitudinem, species non habent, nam quæqꝫ res talis in infinitum secabilis est. Per hæc patet solutio.

Dilucida. tex. c. 69. B In magnitudinibus autem contra fit, nam diuiditur quidem & ipsum continuum in infinita. Versus autem maius non est infinitum, quātum enim contingit potestate esse, tantundem etiam actu esse continget. Quare cum infinitum corpus nullum sensile sit, nec definitæ magnitudinis omnis exuperationem esse continget: alioquin cœlo quippiam maius existet.

Expositio. An magnitudo sit diuisibilis in infinitum. Vide sadu. 912. huiꝰ. Quid uerò in magnitudinibus accidat nunc assignat, & inquit: In magnitudinibus autem contra fit, nam diuiditur quidem & ipsum continuum in infinita. Versus autem maius non est infinitum, repetit rationem quam pridie fecerat & inquit: Quantum enim contingit potestate esse, tantundem etiam actu esse continget: modo destruit hoc & inquit: Quare cum infinitum corpus nullum sensile sit, nec definitæ magnitudinis omnis exuperationem esse continget, hoc est, nec licet procedere in infinitum in additione, ita ut quacunqꝫ data, detur maior, & sic infinitum. Alioquin cœlo quippiam maius existet. Hæc disputata sunt olim hic, & in libro de generatioue ad longum. Mouet Auerroes quæstionem talem, propter quid ualet, si aliquid potest augeri in infinitum, igitur aliquando augebitur, & hoc in magnitudinibus: at in numeris non ualet, potest numerus crescere in infinitum, igitur crescet. non enim uidetur differentia quo ad numerum & magnitudinem. Responsio facilis ad quæstionem Auerro. quam græci expositores consueuerunt afferre: breuibus est quòd auctio numeri correspondet diuisioni continui, diminutio uerò respondet auctioni eiusdem, uerbi gratia, sint decem lapides quibus paries Socratis sit conficiendus. Tunc constat diminutionem lapidum correspondere cremento parietis, nam dum à denario numero subtrahere incipio addendo pariети, numerus decrescit lapidum, accrescit uerò paries: at si paries diuideretur, diminueretur illius magnitudo, & accrescerent lapides siue numerus lapidum. Tunc dico quia numeri additio proficiscitur à magnitudinis diuisione, inde fit ut diuisio procedit in infinitum, ita etiam accretio numeri procedit in infinitum: & quia diminutio numeri correspondet auctioni magnitudinis, ideo ut auctio illius est finita, ita diminutio numeri. Hæc esset facilis responsio,

C Quæstio Auer. in cō men. 69.

Responsio facilis

D Responsio Auer. & declaratio.

Auerroes uerò ait aliam causam: imaginatur enim in auctione magnitudinis esse plures possibilitates. Nam cum auctio non fiat tota simul, tot erunt possibilitates quot erūt partes, quibus ipsa magnitudo accrescit, siquidem cuique parti correspondeat propria possibilitas, qua ipsa possit addi toti: similiter diuisio non fit tota simul, ideo erunt tot possibilitates quot erunt partes, quæ à tota magnitudine diminui possunt. Secundò sumit ex omnibus possibilitatibus ad auctionem magnitudinis posse fieri unam possibilitatē, hoc est, quòd sicut augēdum per multas possibilitates partiales potest augeri, ita per unam potest uenire in terminū ultimum suæ perfectionis, ut accumulatis rationibus probauimus, & nunc supponimus: At possibilitates quibus magnitudo potest diminui non possunt effici una, hoc est, E licet magnitudo possit infinitis possibilitatibus diminui, non tamen una possibilitate numero ex illis confecta esse diuisa, propter rationes tactas in libro de generatione, & in lectionibus dictis iam, quibus potest magnitudo si potest crescere in infinitum, quandoqꝫ esse creta. Sed si diminui, nunquam esse minuta propter rationem tactam, sed quia numeri auctio respondet diuisioni magnitudinis, ideo non potest esse cretus: diminutio uerò cūm respondeat auctioni, ideo potest esse minutus. Hæc ex commento colligi possunt, quæ iuniores non intellexerunt, licet multa extra rem blatteriçent.

Dilucida. tex. cō. 70. Infinitudo autem ipsa non eadem in motu & magnitudine & tempore existit, ut una etiam quędam natura: sed posterius dicitur propter prius, ceu motus quidem dicitur infinitus, quia prius ita dicitur magnitudo, in qua motus fit, aut alteratio, aut auctio: tempus autem ob motum. Verum his quidem nunc utimur, posterius uerò & quid nam sit unumquodqꝫ horum, & cur omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis sit, explicare nitemur. F

Expositio. Siue soluat dubitationem siue conclusiones nonnullas deducat, siue aliud quid tale agat, inquit: Infinitudo autem ipsa non eadem supple genere in motu & magnitudine & tempore existit, ut una etiam quædam natura, hoc est, nec eadem specie: sed posterius dicitur propter prius, & eo ordine res ipsæ dicuntur, quem res illæ inter se gerunt, ut tempus propter motum infinitum est, nam & à motu habet ut sit. Motus è magnitudine est infinitus, quia motus omnis circa magnitudinem uersatur, auctio, diminutio, alteratio, delatio. Magnitudo ex sua natura uidetur infinitatem adepta, quia in magnitudines alias deinceps extrahitur. Deinde se excusat, quia ea quæ hic ait credere debemus: nam in processu operis demonstratione clarissima explicabuntur hæc omnia. Auerroes in calce commenti addit: Et hoc significat quòd diuisio mensuræ semper est nota per se, & quòd causa eius indiget demonstratione: nō sicut quidam existimauit quòd geometra sumit hoc ita esse à naturali. Hæc Auerro. Dices per se notum est illud, cuius causa & esse est per se notum: igitur nec esse nec causa huius potest declarari à naturali. Dici potest quòd scientia subalterna alteri sumit esse ut per se notum, causam uerò expetit ab altiori: sic facit geometra, sumit enim ut per se notum continuum diuidi in infinitum, sed supponit ut declaratum, propter quid à naturali: & ita uno modo hæc ꝑpositio est principium, alio modo quæsitum.

G Quæ auer. cōm. 70. Dubitatio Solutio. Vide sco. d. 2. primi. q. 2. de pse noto & de ꝑpōne per se nota. Vide ēt Io. de magi. q. 4. primi post.

Dilucida. tex. cō. 71. At uerò neque mathematicam contemplationem ea ratio aufert, quæ infinitum hoc modo esse negat ut ad auctionem sit quasi sine transitione: Neque enim nunc ipso indigent infinito, neque utuntur, H sed tantam duntaxat esse lineam postulant, quantā uolunt finitam, atque quantamuis aliam magnitudinem eadem diuidere ratione, qua magnitudo maxima diuidi potest. Quare ad ostendendum quidem illo modo nihil refert, esse tamen refert in his magnitudinibus quæ sunt.

Expositio. Vt dixi siue soluat nunc secundam dubitationem, siue cōclusionem secundam deducat, & inquit non esse existimandum rationem hanc, qua ostenditur nihil esse actu infiniti, neqꝫ posse transiri ad infinitum, auferre mathematicam contemplationem, quæ utitur infinito: Non enim linea infinita opus est illis, cum finita & terminata semper utantur: satis habent si quantam uolunt obtineant, etiam satis habent si quantamuis aliam magnitudinem eadem diuidere ratione ac consimili proportione, qua magnitudo maxi

I ma diuidi potest concedant. Hæc enim duo sufficiunt omnibus demonstrationibus mathematicis, siue infinitum sit, siue non sit, propterea infert: Quare ad ostendendum quidem illo modo, nihil refert negetur aut concedatur infinitum, etiam tamen refert in his magnitudinibus quæ sunt? quasi dicat illa non referre ad rationem, sed bene ad rem, ut patuit. Huius causam iuniores enituntur assignare, quia mathematici utuntur in demonstrationibus eorum propositiõibus hypotheticis, quæ nihil ponunt in esse, non autem categoricis. Sed hæc responsio & declaratio friuola est, quia tunc rationes mathematicæ non concluderent nisi hypotheticæ, & tũc conclusiones non essent simpliciter certissimæ. Prætetea mathematici utuntur triangulo, cuius basis est diameter mundi, ut Themistius sumit, & constat angulum trianguli esse extra mundum: igitur utuntur categoricè propositionibus falsis. Propterea dici potest, ut Themistius primò dixit & Auerroes ab illo accepit, illud eẽ quia mathematicus non considerat magnitudines ut affectiones & termini corporum naturalium, sed ut abstrahunt à corpore naturali: propterea extra mundum lineam trahit, cum nihil intersit sit linea extra mundum nec ne apud illum.

Cõfutatio.

K

Rñ. Themistii & auerroes.

Dilucida. tex. c. 72.

Cum uerò causæ quatuor redigant perspicuum infinitum causam esse ut materiam, atq; rationem quidem eius in priuatione consistere, per se uerò subiectum continuum esse ac sensile: quippe cum etiam cæteri omnes ipso infinito ut materia uti uideantur. Quocirca absurdum erit ipsum, id esse quod continet, & non id quod cõtinetur asserere.

Expositio. L

Tertia siue conclusio siue solutio dubitationis, est quòd infinitum reducitur in genus causæ illud quod est materia: & quoniam materia habet rationem subiecti, ut quãdo est actu sub forma: & habet rationem materiæ, ut quando intelligitur sub priuatione formæ: addit ipsum reduci in genus materiæ, non ex ea parte qua materia ipsa est subiectũ actumq; sub forma, sed ea parte qua est in priuatione consistens. Nam ratio ipsius infiniti priuatio est, subiectum uerò diuisionis infinitæ est ipsum continuum corpus sensile. Igitur infinitum quo ad illud quod habet de actualitate, reducitur ad continuum ipsum sensile: quo uerò ad id quod de priuatione habet, reducitur ad materiam, non ut subiectum, sed ut materia est. Probat hoc authoritate ueterum, quia omnes ipso infinito ut materia uidentur uti. Hinc infert id quod iam dixerat, quòd male infinitum continere dici debet, sed potius contineri uti materia in composito, cõtinetur. Debes scire, ut ex Auer. colligi potest, quòd infinitum dicit duo, ut quid in actu, & quid in potentia & priuatione. Quo ad rationem potentiæ & priuationis reducitur in genus materiæ, ut ueteres utebantur. Quo uerò ad rationem actus reducitur ad continuum sensile, hoc est, ad corpus compositum ex materia & forma: non quidem ex ea parte qua illud corpus est formatum, sed materiatum: & ita utroq; modo sumptum reducitur in materiam, licet primo modo reducatur in materiam immediatè, secundo modo mediatè. Hæc ex Auer. colligi possunt.

An in materia sit potitia ad infinitã magnitudinẽ. Vide gãdeum. Esc. lec. ulti. h.

Quæ auer. com. 72.

M

Dilucida. tex. c. 73.

Restat autem soluere rationes, quibus non solũ infinitum potestate, sed etiam actu, ut definitum est, esse uidetur: partim quidem quia non sunt necessariæ, partim uerò quia obiectiones quasdam alias ueras habent. Non enim ut generatio non deficiat sensile corpus actu infinitum eẽ necesse est. Cõtingit enim alterius corruptionem generationem alterius esse, si uniuersum ipsum finitum sit.

Expositio.

Nunc soluere rationes quibus infinitum esse probatur, proponit, partim quia non sunt necessariæ quo ad formam, partim quia obiectiones quasdam alias & ueras habent quo ad materiam. Et primò soluit rationem quæ accipiebatur ex parte generationis, nam antiqui propter hoc chaos illud infinitum posuerunt, ut generationem infinitam saluarent. Soluit quòd dato illo chaos & uniuerso finito, potest generatio esse infinita per hoc, quia generatio unius est corruptio alterius, & ècontra: quo quidem in casu potest concedi generatio infinita, & uniuersum finitum. Iuniores satis dubitant de propositione Aristo. utrum uideli cet generatio unius sit corruptio alterius: & uolunt fere omnes hanc esse indefinitè intelligendam, quia non in accidẽtibus: ut de generatione luminis in medio & illius cor ruptione. In substantia autem quidam tenent eam uniuersaliter, ut quòd omnis generatio unius sit alterius corruptio & è contra: immo est unus motus respectu diuersorum. Alij particulariter, quia tenendo plures formas in cõposito, ut in homine, potest forma sensitiua generari in embrione, & nihil corrumpi. Alij reprehendunt hæc, nam hac conclusione data, tunc aliquid esset in genere quod nõ esset in specie, ut embrion cuius anima sit nunc sensitiua: esset enim in genere animalis, & in nulla specie. Propterea teneri potest plures esse formas in homine, sed non diuersis temporibus introductas, sed simul tempore. Quicquid sit de quæstione, nam multa diximus in libro de generatione anno præterito, hæc ratio nulla est: nam embrion actu est in genere, & in specie saltem reductiuè, utpote in ea specie ad quam ordinatur: & sic ratio nulla est.

N

Dubitatio Cõmunes consensus.

Prima põ.

Secunda.

Replica. O

Defensio Vide Bur. hic, & gae.

Dilucida. tex. cõ. 74

Præterea tangere & finem habere aliud est, nam illud quidem ad aliquid atque cuiusdam est. Commune enim quod tangit, aliquid tangit: quod quidem non omni eorum quæ finem habent, accidit, quippe cum non quodlibet tangere possit quodlibet: Id autem quod finem habet, non est ad aliquid.

Expositio. P

Arguebatur secundò ex parte finis cuiusque corporis sic, omne quod finitur ad aliud finitur, igitur est dare infinitũ. Antecedens probabatur, quia omne tangens aliud tangit, omne finem habens tangit, igitur omne finem habẽs aliud tangit. Respondetur negando antecedens, quia non omne quod finem habet, finem habet ad aliud. Ad rationem respondet quòd in plus est finem habere quàm tangere, nã tangere est ad aliquid, finem habere potest esse ad aliquid, & potest non esse ad aliquid. Id enim quod finem habet interne, non tangit, sed in seipso finitur. Illud uerò quid exter nè finem habet, tangit: propterea ait tangere esse accidens ei quod finem habet, uelut species accidit generi, quoniam in plus est finem habere quàm tãgere: siquidem finem habere possit quicquam absolutè internè, & relatiuè externè. Ad formam igitur negatur antecedens, ad illius syllogismum, negatur minor. Quo uerò ad translationes, ego nullum uerbum diminui nec adieci, sed rationes ut translationes clariores essent transposui, quam transpositionem exposcit græca series, ut peritis in lingua patet. Themistius hoc in loco colligit inter tangere & finem habere differentias tres: prima quia tangere ad alterum refertur, externè habere finem ad seipsum internè, siquidem tactus tangendo conficitur, finis habendo. Secunda, tangens omne habet rationem partis, quod internè finem habet, rationem habet totius: propter quod mundus finem habet, & nihil tangit: at mundi partes tangunt, & finem habent. Tertia, quocunq; rem conferas, habet extremum & terminum, non tamen quocunq; conferas tangit: nam linea pedalis quouis relata terminos suos habebit, non tamen quouis relata tangit: quia linea omnis solam lineam tangit. Ex ijs perspicuũ omne quod tangit finem habere, contrà uerò non omne finem habens, tangit. Hæc ex doctissimo Themistio. Auerroes uerò in calce commenti concludit quandam conclusionem aliquantulum ultra textum, & inquit: Et apparet ꝙ corpus circulare non est inuentum tangere, cum sit cõpletũ per se ac internè: at corpus rectum natum est tãgere, cũ sit finitum

De translationibus

Quæ The.

Q

Quę Auer. cõmẽ. 74.

A finitum & complementum per aliud. Hac ratione fit ut cœlum seipso finitur. Elementa uero propter continens externum. Hæc est Auerroe.

Dilucida. tex. c. 75.

Insuper et absurdum est intellectioni credere: nõ enim in re est defectus ipse atq; excessus, sed in ipsa intellectione. Potest nanq; quispiam quẽq; nostrũ maiorem quã modò est intelligere, in infinitum ipsum adaugens. Non tamen propterea quispiam nostrum extra ciuitatem erit, aut extra magnitudinẽ tantam quã habemus, quia quispiam sic intelligit, sed quia est, id sanè accidit.

Expositio.

Alia rõ ex parte imaginationis sic cõponebat, qcqd contingit imaginari contingit esse, & qcqd intelligit est: sed cõtingit intelligi, & actu intelligere ultra oẽ finitũ: igit cõtingit esse, & actu est aliqd ultra oẽ finitũ: & ita erit actu aliqd infinitũ, id. n. est infinitũ, qd' est ultra oẽ finitũ. Rñdet breuibus negãdo maiorẽ p instantiã, & inqt: Insup et absurdũ est intellectioni credere: & ita negat maior, & dat instãtiã dicens: Non. n. in re est defectus ipse, aut excessus: quęq; de re intelligat, qd' pbat & inqt: Põt nãq; qspiã quẽq; nostrũ maiorẽ q̃ mõ est intelligere, in infinitũ ipsum p intellectionẽ adaugẽs. Non tñ in re qspiã nrm extra urbẽ erit, aut extra magnitudinẽ quã mõ hẽmus, quia qspiam sic intelligit quẽq; nrm: immo potius contra, qa sic in re est, id sanè sic intelligi accidit. & ita potius maioris cõuersa est uera, uidelicet qcqd est patet intelligi, & nõ qcqd intelligi põt. i. in re. Maior igit est falsa ut licet uidere p instãtiã, q̃ ab Homero sumpsit, ut refert Themi. Quo uerò mõ possit imaginatio uera esse, dato q nõ sit in re, & multa alia quæ solẽt qri, in 2. lib. absoluimus. Nunc uerò sit dictum in tantum.

B An tepu. gnãtiã iclu dat infinitũ in actu. Vide can. q. 3. huius. artic. 2. & an sit dare maius infi. nito & qđ infinitas in uno gñe ex cedit a fini to alterius gñis. ibi ar ti. 3. E: an infinitũ secũ dũ q̃ p infini tum possit ab intellu humano co gnosc. i. ibidẽ q. 4.

Tempus preterea & motus infinita sunt, & intellectio eo non permanente quod sumitur.

Expositio.

Alia rõ accipiebat ex parte tpis atq; motus, nã ambo sunt infinita. Rñdet q tps & motus sunt infinita, & intellectio illorũ est non permanente eo siue ipso nunc quod sumit. Igit sunt infinita potestate & in fieri, non aũt in facto.

C

Magnitudo demum neq; diuisione, neq; imaginaria adiectiõe est infinita. Sed de infinito quo nã pacto est, & non est, et qd nã est, dictũ iam est.

Expositio. An per appõnẽ cotingat extẽdere q̃tãcũq; magnitudinem. Vide sãdu. q. 13. huius. Egid hic. Prima du. Rñsio Egi.

Vltima rõ erat accepta ex pte magnitudinis, q̃ diuisione infinita est, cui rñdet dicẽs: Magnitudo demũ neq; diuisiõe neq; imaginaria adiectione & auctiõe est infinita in actu, sed potestate, ut toties diximus. Demũ epilogat, & sermo patet. Dubitat nouus expositor, in q̃ sunt finitũ & ĩfinitũ ut spẽs? Respondet q finitum & infinitum ut in genere prædicabili sunt, sunt in genere qualitatis, & de genere qualitatis non nisi in quarta specie: & hoc quia sunt qualitates in quantitate, ut dicetur septimo huius: ut uerò in genere subiicibili sunt in genere quãtitatis. Sed hæc respõsio quo ad id quod dicit de genere prædicabili, non rectè ait: nam si hæc sunt in genere qualitatis, ut affectiones, potius in secunda specie esse deberent, cum illa species sit affectionũ. Qualitas autem illa quæ dicit in quantitate, est figura uel forma, ut dicitur in septimo huius. cõmento. 15. & in prædicamentis: & non affectio. Propterea hæc positio non intelligit uerbum Auerrois. Melius igitur dicerem, hæc ut in genere subiicibili esse in quanto, ut in prædicabili esse in quali secundæ speciei. Hæc de tertio. Vbi te ignorare nolo me raptim atq; breuibus librum hunc percurrisse, potissimum quo ad id quod de infinito scribit, tũ quia non multum ad physicas disciplinas discentes utile est, tũ quia potissima eius pars translatione nostra perspicua est, et quia expositores clarissimè scribunt. Neq; scripsissem nisi ob loca quædam quæ malis translationibus ad nos deducta latent, in græco uerò suis patent, etiam leuiter perito. Et de toto libro tertio hactenus nunc.

D Propria solutio.

Excusatio.

Finis.

ARISTOTELIS PHYSICæ auscultationis, qui est de principiis liber Quartus, interprete & expositore eodem Augustino Nipho. E



Simili uerò ratione & de loco ipso ueluti & de infinito naturalẽ ipsum cognoscere necesse est, sit uel ne, quonam sit modo, atq; quid sit. Omnes nanq; ea quæ sunt, alicubi esse arbitrantur, quia id qđ non est, nusquam esse. Vbi. n. erit hircoceruus, aut chimera? Insuper motus qui maximè communis est atq; principalissimus, quem lationem appellamus, secundum locum est.

Dilucida. tex., cõ. 1.



Similiter aũt necesse est, & de loco physicum sicut & de ĩfinito cognoscere si est, aut non est, & quõ est, & quid est. Etenim entia oẽs opinantur alicubi esse, non ens uerò nusquã esse. Vbi enim esset tragelaphus aut sphinx? Et de motu, qui cõmunis maximè est, & magis pprior secundum locum est, quem uocamus lationem.

Antiquus. F



Proponit intentionem & ratiocinatur ad illam, & inquit: Simili uerò ratione & de loco ipso, ueluti & de infinito naturalem ipm philosophum cognoscere necesse est, & similes quęstiones resoluere, ut utrum sit uel ne, quonam sit modo, ut utrum seorsum ut substantiæ atq; per se, an potius in alio constitutus ut accidentia. Sic exponit Themistius, atq; quid sit, quo ad definitionem. Hæc est intentio. Prætermisit cæteras quæstiones, quoniam hæ illas comprehendunt. Deinde ratiocinatur ad intentionem, primò quia omnes putant omnia entia esse in loco, cum arbitrentur conuersionem hoc modo non entia non sunt in loco, igitur omnia entia sunt in loco. Verbum illud sphynx græcè, cum sit genus monstri, chimeram transtuli, quod non refert. Secundò idẽ persuadet, quia motus qui communissimus est atque primus (quem lationem appellamus) secundum locum est, modo ad naturalem attinet de motu locali agere, igitur & de loco ipso. Ex ijs habes & intentionem, & intentionis rationes.

Expositio. G

Intendit. Hæc quæ diximus sunt quo ad textus crassam ad modum expositionem, nunc uerò animaduertendum primo secundum Auer. quòd hîc de tribus Aristo. aget, ut de tempore, loco, & uacuo. Ordo autem hîc est, primò de loco propter rationes tactas, & quia finis motus, de quo in tertio egit. Secundò de uacuo, tum quia est simile loco, tum quia existimatur esse locus corpore uacans. Tertiò de tempore, ut de mensura omnium. Sed dices, locum & tempus esse est per se notum, igitur superfluum qõnem an sit semp tractare. Rñdet Auer. q illa esse est p se manifestũ, sed apud pscrutationẽ q̃ natura eorũ accidit qõ an sint, hoc est, ex parte nostra non ex parte rei: nam ex parte rei illa ẽe est per se notum, ex parte uerò nostra quæstiones illę emergunt. Propterea quæstionis solutionem repetens, addit pscrutationem de loco & tempore an sint, esse dialecticam, & non naturalem siue demonstratiuam. Quod uerò locũ & tempus esse sit per se notum, patet quia motum esse est per se notum. Modo locus aut est ipse motus, aut finis eius: tempus uero aut motus aut illius mensura. Animaduersione dignum q sophisma ueterum sic ab Auerroe & The-

Cõmen. 1.

H

I mistio reducitur hypoteticè, si ens non est, non est in loco: igitur si ens est, ens est in loco. Ratio est per consequentiam in ipso à destructione antecedentis ad destructionem consequentis: Erat enim antecedens negatiuum, & conuertit ad affirmationem, quo modo Arist. secundo Topico. ait nō ualere semper. Consequentia uerò à contrariè, quæ fit à destructione consequentis ad destructionem antecedentis ualet. Quod uerò consequētia illa nō ualeat, declarat Auerroes per instantiam: nam substantiæ separatę sunt entia, & tamen nullibi sunt, nec in loco. Hæc sunt quæ ex cōmento colliguntur fructuosa, uerum debes scire ꝙ conuersio ꝑ cōtrapositionem, uno modo fit in terminis, alio modo fit in propositionibus. In terminis quidem fit quotiens termini mutantur de finitate ad infinitatem, aut econtra: & de hac tractatur in logica. In propositionibus uerò fit aut à destructione antecedentis siue ab opposito antecedentis, siue ab opposito consequentis. Primo modo est locus dialecticus, secundo modo est locus necessarius, ut alibi patet.

K Quæstio. Vide Iādu. q. 1. huius. Solutio Auer. Quæruntur hîc utrum omne ens sit in loco, ut & strictius loquar, utrum omnis substantia sit in loco? Auerroes hîc absolutè respondet ꝙ non omnes substantiæ sint in loco, quoniā substantiæ separatæ non sunt in loco, illæ quæ uulgo à græcis angeli dicuntur similiter neq; deus ipse. Obiectiões. Sed uidetur & ꝙ Auerroes & sibi & Aristo. contradicat. Sibi quidē, quia secundo cœli cōmen. 15. ait Aristo. in. 8. huius determinasse locum communem deo, ut ipsum esse in cœlo: at in secundo cœli determinasse locum proprium, ut esse in ortu: Aris. uerò, quia primo cœli textu cōmenti. 22. ait, omnes dicere cœlum esse locum diis conuenientem. Secūda pō. Vide sco. d. 2. secūdi q. 6. Propter hæc Thomas & ferè omnes, omnes substantias esse in loco contendunt, uerum non una ratione: quidam enim aiunt intelligētias siue angelos esse in loco definitiuè, hoc ē, ita hîc quòd non alibi: non autem circūscriptiuè, quia non sunt corpora apta circūscribi. Appellant enim locum definitiuum, quo res ipsa nunc & eccēitate (ut ita loquar) describitur. Persuadent hoc primò, quia sunt substantiæ finitæ atq; limitatę, igitur possunt loco & tempore describi. L Secundò qa mouentur tam secundum philosophos ꝙ̄ secūdum theologos: secundum theologos quidem, nemo dubitat, secundū philosophos uerò, quia. 7. huius cōmento. 52. ait Auerroes intelligentias moueri ad motum orbium. Vide priā pte sum. q. 52. arti. 1. & 2. Thomas uerò uoluit intelligentias esse in loco æquiuocè, hoc est, per operationem, quoniam ubi & per quod operantur, ibi sunt: ut quoniam operantur in cœlo & per cœlū, ideo sunt in cœlo: ut sentit Arist. 8. huius. tex. cō. 84. & iuxta hanc positionem facile soluuntur rationes pro parte aliorum. Ad primā dicerent subām esse limitatā, qa operatio eius est limitata: definitur enim essentia per potentiam, potentia uerò ꝑ operationem, primo cœli cōmento. 116. non autem per locum, ut intelligenti patet. Ad secundam dicerent ꝙ mouētur motu discreto secundum theologos, pro quanto nūc in hoc nunc in illo corpore operari possunt: non autem motu continuo, cum sint indiuisibiles: secundū philosophos sunt M immobiles simpliciter, licet ꝑ er accidens attributione moueri possunt, ut dicemus in. 8. quia subiecta eorum mouentur. Sed dices, ut esse ad oppositionem ita esse hic ad operationem hic, sed esse præcedit operationem absolutè, igitur esse hic præcedit operationem hic: igitur intelligentia prius est in cœlo, ꝙ̄ operetur in illo. Dici potest ꝙ maior intelligitur iis in rebus quæ sunt in loco, in illis enī prius res est in loco ꝙ̄ in illo operetur: at in his quæ sunt in loco per quandam æquiuocationem pōt esse simpliciter præcedere operationem simpliciter, non autē esse hic præcedere operationem in hoc loco, cum esse in hoc loco nihil aliud sit ꝙ̄ operari in illo. Ex iis pōt Auerrois sensus ad bonum trahi: uoluit enim substantias separatas non esse in loco uniuocè, non tamen negauit illas posse esse in loco per operationem, ut. 8. physicorum dicetur commento. 84.

Dilucida. tex. cō. 2. Quid uerò fortasse locus sit, multas continet dubitationes: non enim idem ex omnibus quæ ipsi cōpetunt, contemplantibus uidetur. Præterea ab aliis N de ipso habemus nihil, aut dubitatum aut inuentum.

Antiquus. Habet autem multas dubitationes quid fortasse locus sit: non enim uidetur idem considerantibus ex omnibus, quæ insunt. Amplius autē habemus nihil ex aliis, neq; ante quæsitum, neq; bene exquisitum de hoc.

Expositio. Quid sit locus. Vide cano q. 1. h°. arti. 2. Executurus de proposito, primò tangit quæstionis qd sit locus difficultatem dicens: Quid uerò fortasse locus sit, multas continet dubitationes: Ex parte rei quidem, quia non idem ex omnibus affectionibus quæ ipsi competunt, contemplantibus uidetur. Cum enim descriptio rei colligatur ex proprietatibus repertis in re, sint autem proprietates loci aliæ atq; aliæ è quibus aliæ atq; aliæ colliguntur descriptiones, iure nobis erit difficilis captu. Ex parte hominum uerò & nostra, quia prædecessores nihil aut dubitatum aut solutum tetigere. Quę Auer. com. 2. Auerroes uerò in cōmento secūdo reddit causam difficultatis quæstionis alio modo, quia scire de- O finitionem rerum quæ dicuntur æquiuocè est difficile, sed locus est res dicta æquiuocè, quare captu difficilis res erit. Maiorem declarat Auerroes primo, quia res æquiuocè uel multiplices sunt propter id quod non habent unam naturam, immò non habent unam naturam: igitur difficiles, qa unitas naturæ est causa facilis apprehensionis. Secundò qa definitiones talium æquiuocorum non possunt colligi per artem traditam in posterioribus, uidelicet diuisione, cōpositione, & syllogismo: cum multiplex primò diuidat, & postea definiatur. Recentiores exponendo Auerroem fingūt esse in loco dici æquiuocè, non autem locum: nam aliter est in loco octaua sphæra, aliter corpora recta. Sed hæc expositio rudis est, nam esse in loco accipitur à loco, igitur eē in loco si dicitur æquiuocè, dicetur propter loci æquiuocationem, cùm non dicatur equiuoce penes esse, & ita penes locum. Propterea an locus dicatur æquiuocè uel ne, in cōmento. 43. &. 45. omittatur. P

Recogni. Per ea quæ insunt loco, intelligit proprietates in loco repertas, & tunc una expositio Auerroes est: Ex proprietatibus repertis in loco apud illas considerantes, non uidetur locus idem uniuocè dictus: & hæc est una causa difficultatis. Alia expositio Auerrois, nostra ēt est, & quidem melior: Considerantibus ex omnibus proprietatibus repertis in loco, non uidetur idem secundum descriptionem: immò uidetur multiplex descriptione quæ ex illis colligitur.

Dilucida. tex. cō. 3. Quod quidem igitur sit locus, ex translatione cōstare uidetur. Nam ubi nunc est aqua, illinc ipsa defluente uti ex uasculo, rursus aer inerit: nonnunquam etiam eūdē hunc locum aliud corpus quoddam occupat, qui quidem ab iis omnibus quę fiūt atq; mutantur diuersus esse uidetur. In quo nanq; Q est aer, in hoc prius aqua erat. Quare patet locum esse aliquid, & esse receptaculum alterū ab utrisq;, ex quo & ad quod mutuo sibi inuicem cedunt.

Antiquus. Quoniam quidem igitur est locus, uidetur esse manifestum ex transmutatione. Vbi nanq; nūc est aqua, hinc exeunte sicut ex uase, iterum aer inest: aliquando autem eundem locum aliud corporum continet. Hoc igitur ab his quæ fiunt & commutantur, alterum uidetur omnibus esse: in quo enim aer nunc est, aqua in hoc prius erat. Quare manifestum est ꝙ erat locus aliquid, & receptaculum alterum ab utrisq;, in quod & ex quo mutatum est.

Expositio. An locus sit. Vide lo. de magist. q. i. huius. Quòd locus sit in rerum natura (ut Themistius exponit) pluribus declaratur euentis. Primò ex mutuo successu duorum corporum circa eundem locum: nam aqua & aer inuicē

A uicem sibi mutuo succedunt circa eundem locum, ut circa idem uasculum aut dolium. Sed quoniam contingit nonnunquam ut idem locus occupetur à diuersis corporibus, ideo Aristo. duo infert, (ut Themistius inquit) ut ꝙ locus sit in rerum natura, & hoc per transmutationem ipsam corporum: & ꝙ sit res alia à corporibus sibi mutato cedentibus, cùm ille unus idemq; permaneat, corpora uarientur. Verba Aristo. translatione ipsa patent. Debes scire quòd quæstio an est, nō potest nisi hypothetico syllogismo terminari, ideo syllogismus debet eē iste: si est aliquid in quo sibi corpora cedunt, locus est: sed uidemus sensu aliqd esse in quo corpora sibi cedunt, ut uas: igitur locus est. Auerroes commento. 3. uult Aristo. hic exequi de proposito, & primò uult ipsum adducere rationes probabiles ꝓ utraq; parte, ut sui moris est, quando illæ rationes possunt solui & ponuntur concitatiuè: atq; hoc dicit quia interdum inducuntur pòst, ut cum inducuntur cōfirmatiuè, ut primo cœli commento. 22. Dicit secundò ꝙ locum esse alterum à locatis corporibus est famosum & per se notum, quod intelligo accipiendo locum pro corpore continente, ut dicet. B

Que Auer. cō. 3.

Dilucida. tex. cō. 4.

Insuper etiam naturalium corporum atq; simplicium, ut ignis & terræ & id genus lationes, non tā tum aliquid esse locum indicant, sed etiam quandam habere potestatem. Fertur enim unūquodq; suum in locum, aliud quidem sursum, aliud uero deorsum, nisi prohibeantur. Modò hæc sunt loci partes atq; species, uidelicet sursum & deorsum, cæteræq; differentiarum sex id genus.

Antiquus.

Amplius autem & loci mutationes physicorum & simplicium, ut ignis, terræ, & talium, non solū ostendunt ꝙ aliquid sit locus, sed etiam quia habet quandam potentiam. Fertur enim unūquodq; in suum locum non prohibitum, hoc quidem sursum, illud uerò deorsum. Hæ autem sunt loci partes & species, sursum & deorsum, & reliquæ sex distantiarum. C

διαστάσεων, distantiarū dictarum.

Expositio.

Secundò idem persuadet, & primò tangit uim syllogismi dicens: Insuper etiam naturalium corporum atq; simplicium, ut ignis & terræ & id genus lationes, non tantum aliquid esse locum indicant, sed etiam ipsum habere potestatē quandam. Hæc est rationis uis, è qua proficiscimur ad duo de loco, ut ꝙ sit, & ꝙ uires contineat aliquas. Deinde syllogiçat & potest sic componi, loci partes siue species sunt sursum & deorsum & id genus, corpora feruntur sursum & deorsum, igitur loca sunt. De ratione primò tangit minorem dicens: Fertur enim unumquodq; suum in locum, aliud quidem sursum, aliud uerò deorsum, nisi prohibeantur. Hæc est minoris uis, deinde tangit maiorem dicens: Modo hæc sunt loci partes atq; species, uidelicet sursum & deorsum, cæteræq; differentiarum sex id genus. Ex ijs patet & ꝙ locus sit, & ꝙ uim habeat continendi. Fortasse syllogismus reduci potest ad formam hypotheticam sic, si corporum aliqua feruntur sursum aliqua deorsum, locus est quia hæc sunt loci species, sed sensu patet corporum aliqua sursum aliqua deorsum ferri, igitur locus est. Hæc sunt de textu. Auerroes uerò uult Aristo. hic multa declarasse, primum ꝙ locus sit, ut translatio secundum differentes positiones indicat. Secundum ꝙ locus uires habeat quasdā, aliter ut dicit Auer. non moueretur locatum in ipsum. Tertium ꝙ multæ sunt differentiæ loci, nam cum multæ sint translationes, ut sursum & deorsum &c. multæ ēt erunt loci differentiæ siue species. Quartum ꝙ locus est perfectio locati, quod fertur in locum ipsum. Vltimò Auerroes soluit literalem dubitationem, cur uidelicet adiecerit partes atq; species, & uult esse dictum species, ad differentiā partium quantitatiuarum, ut notaret uidelicet illas esse loci partes specificas siue subiectiuas, non quantitatiuas siue inte-

An sursum & deorsum sint partes loci. Vide Gaet. hic.

Syth. D

Que Auer. in cō. 4.

grales. Sed circa hoc accidunt dubitationes, primò utrū elementa moueantur à potentia loci: uidetur enim ꝙ non, quia tunc tractione mouerentur, & ita uiolenter: secundò quia quartò cœli cōmento. 28. Auerroes ait oppositū. Secundò uidetur ꝙ loco nulla insit potētia: primò quia locus est superficies quæ est quantitas quædam, quæ non est de principijs actiuis: secundò quia illa uirtus non est substantia loci, neq; accidens loci, ut patet. Tertiò uidetur ꝙ locus non sit forma siue perfectio locati, quoniam locatum est perfectius loco, igitur potius illius forma. Ad primam dici potest, ut expositor sentit, ꝙ corpus naturale trahi à loco potest dupliciter intelligi: uno modo ut à uirtute effectiua, quo quidem modo magnes ferrum & ambra paleam trahunt, & sic tractio est species uiolenti motus: & hac ratione locus non trahit locatum. Alio modo ut à fine iuxta illud, trahit sua quęq; uoluptas: & hoc modo locus trahit corpus naturale, fine uidelicet constituto in ipso loco ueluti in suo conseruatiuo, & uirtute agente existente in ipso corpore quod fertur: & sic tractio est species motus naturalis, & per hoc patet solutio ad rationes. De secunda dubitatione est positio Ioannis in quæstione præsenti & multorum aliorum, ꝙ elementa habent diuersas uirtutes, quia qualitates sibiinuicem contrarias, ut calidum, frigidum, humidū, & siccum, & ratione harum unum non est locus alterius. Alias uerò habent infusas ab ipso cœlo, quatenus sunt in tali aut tali positura ad cœlum: & ratione talium elementum continens locat elementum contentum: & quia aliæ sunt atq; aliæ distantiæ ad orbem, inde proficiscuntur alię atq; alię uirtutes tales, ita ut in ipso igne sit alia, qa aēr ad cœlū constituitur: alia in aere per idem, in aqua alia, & in terra similiter. Virtus quidem quę in igne è cœlo emittitur est potestatiue aer, quæ uerò in aere potestatiue aqua, quæ demū in aqua potestate terra. Qua ratione fit ut in igne sit cōseruatio aeris, in aere conseruatio aquæ, & ita deinceps. Sed quoniam uirtus illa cœlestis interdum elementariam superat, interdum contra elementaria illam, hinc fit ut interdū ignis conseruet aerem interdum illum corrumpat, & in cæteris similiter. Hæc Ioannes & alii. Auerroes autem. 4. cœli. commen. 23. in calce, ait: Neq; ēt quodlibet contentū mouebitur ad continens quodlibet, sed ad continens uicinum cum quo conuenit in altera duarum qualitatum. Ex quibus uerbis patet unum elementum esse locum alterius non propter uirtutem cœlestem, sed propter elementariā, in qua conuenit cum contento. & in præsenti cōmento. 4. ait: Quoniam apparet ex motu terræ ad inferius, & ignis ad superius, quod quærunt per istum modum ubi conueniens sibi, quæ conuenientia non est nisi per potentiam naturalem existentem in illo ubi: Hæc ut mihi uidetur non est cœlestis, quia illa non est naturalis elemento sed supra naturalis. Tertio igitur cum Auerroe propter multas nostras rationes, quas in libro de generatione scripsimus, ꝙ unum corpus locat aliud propter qualitatem symbolam siue communem, & ꝙ nulla est necessitas talis uirtutis cœlestis: qua ratione fit ꝙ ignis conseruet aerem & corrūpat: Cum enim contraria qualitas excrescit facit ignem cōtrarium aeri, cum proportionatur & seruat mensuram conseruat ipsum, & in cæteris similiter. Potest enim qualitas communis conseruare & præseruare contentum apud Auerroem, quando in debita ratione constituitur. Tunc ad rationes & ad primam, ꝙ sumendo locum pro superficie sibi nulla inest uirtus nisi per accidens, sed pro corpore locante inest uirtus. Similiter ad secundum patet quid sit uirtus illa, non enim est substantia sed accidens, non cœleste sed naturale, quod græci symbolum uocant, nos commune.

Ad tertiam dici potest quòd duplex est forma simpliciter, quæ uidelicet subiectum constituit inesse simpliciter, quo in modo anima est forma corporis: & hoc modo locus non est locati aut forma aut perfectio. Alio modo forma dicitur secundum quid, qua ratione albedo parietis forma dicitur: & uniuersaliter accidēs subiecti, & sic locus est forma locati extrinseca secundum quid: & sic ratio nulla.

E Dubōnes Prima. Secunda. Tertia. S tho. hic.

F Ioā. Iand. q. 2. huius.

An loc° sit aliqua entitas absoluta essentialiter idē cū superficie. Vide can. q i h°. ar. i. Et an sit entitatiue respectiua a superficie corpis locati realiter & entitatiue distīcta & i corpore locan te fulsa.

G Vide Io. & magist. q6. 2. huius & eu sum pis. q. i. huius.

Pō ꝓpria.

H

Solō tertie

I Recogni. Animaduerte, locũ esse, haberi ex eo quia simplicia corpora feruntur: ex eo uerò quia feruntur alia sursum alia deorsum: habetur locum habere potẽtiam quandam circa locationem elementorum, quam de mente Auerrois in commentarijs asseruimus. Prima dubitatio est, quia elementum est duarum qualitatum, & per unam illarum cõuenit cum elemento contento, & per aliam contrariatur: ergo non magis est per alteram conseruatiuum, q̃ per alteram corruptiuum: ergo nisi addatur aliqua alia qualitas frenans corruptiuam qualitatem, nunq̃ poterit elementũ intra se contentum conseruare. Præterea secunda dubitatio est, quia si elementum est locus alterius elementi per solam communem qualitatem, tunc ubicunq; poneretur elementum continens, ad eum locum naturaliter moueretur elementum contentum: & ita si ignis poneretur in centro, aer ad ignem naturaliter moueretur, quod non asserentem. Propterea tucius posset dici alterum elementũ K tum per alteram qualitatem esse locum alterius non absolute, sed ut in tali, uel tali mundi situ collocata: nam sic situata afficitur lumine & motu cœli sic uel sic afficiẽtibus: ut possit communis qualitas esse ratio locandi in corpore continente, & locati ratio in corpore contento. Errant autem qui ultra communem qualitatem lumine & motu affectum uoluerunt esse influẽtiam occultam, ratione cuius esset elementorum locatio. Auerroes enim ponit elementum locare, elementum ratione communis qualitas, sed ut lumine & motu sic uel sic afficitur: & per hoc rationes delentur.

Dilucida. tex. cõ. 5. Sunt uerò hæc talia uidelicet dextrum & sinistrũ atq; sursum & deorsum, non solum ad nos (ad nos enim non semper idem est, sed positione fit ut aliqua ex parte uertamur, ita ut idem sæpius dextrũ & sinistrum sit, atq; sursum & deorsum, ante etiã & retro.) sed etiam ad ipsam naturam, in qua distinctum est seorsum utrunq;. Non enim ipsum sursum est quoduis, sed id in quod fertur ignis atque leue. Similiter autem ipsum deorsum nõ est quoduis, sed id in quod ea quæ pondus habent & terrea L feruntur, quo fit ut hæc nõ solum positura differant, sed etiam potestate. Indicant uerò ad ipsum & mathematica: nam & si non sint in loco positura, tamen ad nos dextrum habent atq; sinistrum, nihil horum natura habentia, ut solum positura ipsorum intelligatur.

Antiquus. Sunt huiusmodi non solum ad nos dextrum & sinistrum, & sursum & deorsum, (nobis enim nõ semper idem est, sed secundum positionem quodã modo fiunt, ut uertimur: unde idem multoties dextrum & sinistrum est, & sursum & deorsum, & ante & retro:) sed in natura determinatum est M seorsum unumquodq;. Non enim quicquid contingit, sursum est, sed quo fertur ignis & leue: similiter autem & deorsum non est quicquid contingit, sed ubi habentia grauitatem & terrena sunt: ὡς tãquam quare tanquam non positione differentia solum sint, sed & potentia: Ostendunt autem & mathematica, cũ enim nõ sint in loco, tamẽ secundũ positionem ad nos habent dextrum & sinistrum. Quare solũ est intelligere, ipsorum positionem non habentia natura horum unumquodq;.

Expositio. Quia meminerat loci differentiarum, nunc exponit qua ratione colliguntur loci ipsius differentiæ: & primò ꝓbat q; in mundo ipso sex loci differentiæ non solum sunt comparatione ad nos, sed & ad naturam ipsam ratione uidelicet & signo. Ratione quidem quia si ad nos eiusmodi acciperetur, eueniret ut idem sit modo dextrum modo sinistrũ, (An sursum & deorsum sint species loci. Vide Buri. hic.) ut columna: modo quoq; sursum modo deorsum, ut medi- N tullium ædium: & similiter modo ante modo retro: Signo uerò quoniam res mathematicæ carent differentiis his naturalibus, licet eas habeant ad nos. Propter hoc dicendum est in mundo esse eiusmodi & ad nos & ad naturam, cum sursum id dicatur ad quod leuia feruntur, deorsum uerò ad quod grauia. Verba Ari. translatione ipsa patet. Auerroes uerò in præsenti commento introducit textum, & declarat quare Aristo. demonstrauit eiusmodi differẽtias esse in mundo per naturam, & ait: Quia tales differentiæ possunt sumi ad nos & ad naturam, propterea ne quis credat illas esse ad nos, declarauit eas esse secundum naturã. Vlterius declarat quare sursum & deorsum sunt potissimę differentiæ, & uult esse potissimas, quia distant situ maximo & uirtute: situ quidem, quia sunt ultima lineæ longissimæ protracte à centro ad circunferentiam: uirtute uerò quoniã locus sursum uires habet conseruandi leuia, deorsum uerò cõseruandi grauia: propterea uidentur esse contraria quodã modo. Vlterius declarat q; eiusmodi sex differentiæ positionis, sunt tam animatis q̃ inanimatis competentes, non tamen eodem modo. Competũt enim inanimatis æstimatione atq; conceptione tantum: animatis uerò realiter & per naturam. Sed tunc est dubium, quoniam Aristo. mũdo ait conuenire has sex differentias positionis per naturam, quod quidem patet quo ad sursum & deorsum: sed quo ad cæteras positionis differentias uidelicet ante retro, dextrũ & sinistrum non patet. Respondet Auerroes q; eiusmodi sex differentiæ positionis possunt considerari ut partes, & ut ubi siue termini motus. Si ut partes, sic sunt in mũdo naturaliter distinctæ, quoniam mundus habet dextrum, sinistrum, ante, retro, sursum & deorsum. Dextrum quidẽ mũdi ortus est, sinistrum occasus, ante uerò culmẽ, retro imũ, sursum uerò austrum, deorsum septentrio. Si uerò ut termini motus siue ut ubi, sic duæ tantum sunt natura distinctę, uidelicet sursum cœli concauum, deorsum centrum, cæterę uerò ad nos habentur. Hæ enim duæ positurę & ut partes & ut ubi siue termini, natura ipsa distinctæ sunt, ut in tertio huius dictum est. Sed contrà quoniam sex hæ differentiæ non possunt inesse nisi animato, ut dicitur secundo cœli. cõmento. 15. modo uniuersus mundus nõ est animatus: negat enim Aristo. animam mundi. Respondet Auerroes q; licet non sit totus mundus animatus, est tamen animata eius principalior pars, ut cœlum: & ita sunt in uniuerso, q̃a in cœlo: quemadmodum licet non quodlibet animalis sit animatum ut pili & ungues, quia tamen principalior pars est animata, ut patet, iure in animali ipso toto hæ spectant differentiæ. Hæc ex commento colliguntur. Sed circa hæc ambigunt primò recentiores contra Auerroem & Aristo. quia non uidetur q; sursum & deorsum, hoc est, concauũ & centrum sint extrema lineæ longissimæ, quoniam supprema sphæra adhuc superior est concauo lunæ. Secundò solitus sum dubitare quæ sint in cœlo tales positionis differẽtiæ, & unde sumantur. Ad primam respondent recentiores q; simpliciter sursum est cœlum octauum, sursum uerò in mundo inferno est concauum lunæ. Propterea intelligit Auerroes concauum lunæ & centrum esse extrema longissimæ lineæ, non simpliciter sed in mundo inferiori. Sed hæc responsio stare non potest, primò quia tunc nihil esset leue simpliciter, quoniam nihil fertur sursum simpliciter. Q Secundò quia tunc sphære intermediæ essent aliquo modo deorsum, quod est falsum, quia tunc essent graues. Propterea debes scire, ut rectè dixit Auerroes, q; sursum & deorsum possunt considerari ut partes, & sic sunt in cœlo ipso: & hoc modo non à motu elementorum colliguntur, sed à motu cœli, ut docet Aristo. secundo cœli. Alio modo ut termini motus & ut ubi, & sic insunt in mundo propter motus elementorum: quæ ratio docet concauum esse simpliciter supræmum, quia ad ipsum fertur simpliciter leue: centrum simpliciter deorsum, quia ad ipsum fertur simpliciter graue. Ex ijs sequitur octauum cœlũ neq; esse sursum neq; deorsum: nam qua ratione esset sursum, quia supra caput,

Quæ Aß. cõmẽ. 5.

O

Quõ mathematica [...] illa propter dĩas quas hñt ad naturalia [...] dñt loci & dĩas locales esse aliquid in natura. Vide Egi. hic.

P

Dubitationes de dĩis [...] Prima dubitatio Scda dubitatio Rñsio

Cõfutatio

Rñ. ppria

A eadem ratiõe deorsum, quia infra pedes: neq; esse supra cõcauum neq; infra concauum propter eãdem rationẽ. Tũc ad rationẽ dico ꝙ sursum & deorsum accepta ut ubi, sunt extrema lineæ longissimæ super quã fit motus, quia sic accipiuntur ut termini motus: modo licet adhuc ultra cõcauum extendatur linea illa, non tamen extenditur sursum sicut ultra centrum nota extenditur deorsum. Propterea octauum cœlum non dicitur superius uel inferius concauo uel centro. Ad secundam Albertus in cœlo & mundo uoluit dextrum cœli esse stellam, mouetur autem quia dextrum est principium omnis motus, modo in stella est maior uirtus ꝙ in toto cœlo. Positionem hanc nonnulli captiunculatores declarant diuidendo cœlum quatuor in quartas: prima est in ortu per tres horas ante ortum, & tres supra ortum, secunda est per tres horas ante meridiẽ & tres postea, tertia est per tres horas ante occasum & tres post occasum, quarta est per tres horas ante mediam noctẽ & tres post. Verbi gratia ab a. in b. prima describitur plaga. ab ipso b. in c. secunda, ab ipso c. in d. tertia, hinc ad a. q̃rta: quãlibet enĩ harum sol describit horis sex æq̃libus. Dicũt igitur ꝙ stella utpote sol, ut in prima cœli plaga constitutus est dextrum cœli simpliciter, sol uerò ut in secũda cœli plaga collocatus est ip̃m cœli ante, in tertia uerò ipsum cœli sinistrum, in quarta demum ipsum cœli retro. Quæ ratio docet ut nihil aliud sint eiusmodi differẽtiæ positionis, nisi stella ipsa diuersimode constituta.

Solutio Alberti ad secundam

Declaratio solutio.



Cõfutatio.

B

C Sed hæc positio friuola est, & non digna philosopho: primò quia si eiusmodi positionis differentiæ sint stella ipsa cœli, cũ nunquam stella possit uenire in septẽtrionem aut in austrum, eiusmodi non poterunt esse sursum & deorsum cœli, cõtra Auerroem secundo cœli. cõmento. 15. & contra imaginationem illius hominis, quem fingit Arist. cuius caput sit ad austrum, pedes ad septentrionem. Secundò cũ tot sint stellæ in cœlo octauo, & ut dicũt mathematici plures sint æq̃ potentes & æque lucidæ, tunc hæ differentiæ plures essent & multifariam geminatę. Tertiò si stella est huiusmodi differentiæ, cum nulla una stella sit totius mundi, tunc hæ differentiæ non essent in toto mundo, cuius contrariũ habes hic in commento, & secundo cœli commento. 15. sed solũ in orbe singulo, cuius est propria stella essent tales differentiæ. Propter hæc aliter diximus in libro destructio destructionum, disputatione prima, in solutio. dubij. ii. Nũc uerò non recedendo ab Auerroe dico ꝙ sex hæ differentiæ possunt accipi ut partes, & ut ubi: ut quidem ubi, sic sunt duæ tantum, uidelicet sursum & deorsum in mundo hoc inferno: ut partes uerò tribus modis sumi solent, aut ut partes uirtuales siue potestatiuæ, aut partes integrales, aut ut partes relatiuæ, hoc est, pro uirtutibus, pro membris, & pro ipsis relationibus. Si quidẽ pro uirtutibus siue potestatibus, sic sunt animæ potentiæ, quibus ipsa incipit, terminat, continuat, & circũuoluit motum: anima enim hominis ꝑ dextreitatis uim motum incipit, per illam sinistreitatis ipsum terminat, per illam anterioris continuat, per illam posterioris circũuoluit, per sursum & deorsum ueluti per axes motum sustinet: & quoniam anima cœli & suæ uirtutes non differunt nisi conceptione & definitione, sic eiusmodi uirtutes in cœlo sunt ipsa intelligentia, ut perficiens cœlũ per uim dextram actuans ortum, per uim sinistram occasum, per uim anteriorem culmen, per uim posteriorem imum, per uires sursum & deorsum utrosq; polos informans: & hoc modo Auerroes secundo cœli. uult tales uires esse separabiles substantias, ut patet commento. 15. Si uerò pro mẽbris, sic dextrum erit pars stellata, sinistrum pars illi opposita, antè pars densior per quã trãsit pars dextra in sinistrã, retro per quã redit. Nam prima cœli uis apparuit in stella: ubi enim cœlum moueri cœpisset, & stella ipsa cœpisset, resideretq; in ea Athlantis dextreitas, ut fingunt poetæ, in opposita parte est uis finis, in parte per quã transit dextrum densiori est uis anterioris, in parte per quam redit est uis retro. Si uerò hæ differentiæ colliguntur ut relationes, sic sunt in cœlo ratione terræ habitabilis naturaliter, ueluti in columna, quia in animali: in terra quidẽ per se ut in subiecto, in cœlo uerò ut in termino. Ex ijs accipitur ꝙ accipiendo hæc pro potentijs sic sunt in uniuerso mundo, siquidem mundi principalior pars est una prima forma animata. Similiter si accipiantur pro relationibus uniuerso conuenient, cum terra habitabilis referatur ad uniuersum mũdum. Vbi uerò pro membris, cum uniuerso mundo nõ cõpetat una stella, non competent hæc ut membra, nisi modo quo dicunt astronomi orientale dextrum, occidentale sinistrum. Hæc est solutio quæstionis, uerum hic non paruæ accidunt difficultates, quas perquire in commentarijs libri cœli.

Alia solo & propria

D

E

F

Recogn.

Themistius & Auerroes, & fere omnes uelle uidentur Aristotelem probare differentias locorum non esse tantũ ex institutione nostra constitutas, sed ab ipsa natura pendente: & hoc, ut Themistius inquit, ne credat quispiam huiusmodi locorum discrimina esse solum per relationẽ ad nos. Sed tunc emergit quæstio, quia uel loquitur de differentijs locorum, ut sunt corporum naturalium, & sic sunt duæ tantum. s. sursum & deorsum: uel ut sunt mũdi, & sic licet sint sex, non bene probat illas esse à natura, quia ad illas mouentur naturalia corpora. Vnde non uideo ad qd Aristoteles introducat de differentijs locorum, ut sũt mũdi, cùm non locutus sit de illis, nisi ut ad illas mouentur naturaliter corpora. Mihi igitur uidetur nunc Aristoteles principaliter loqui de sursum & deorsum, ut sunt mundi inferioris, quia ad ea feruntur corpora naturalia: miscuit autem alias differentias per accidens, quia nonnulli ẽt in mundo infero possent credere esse omnes illas alias differẽtias. Ideo donec declarabit in. 2. libro de cœlo, duas tãtum esse differentias in mundo infero, & sex in supero, loquitur de omnibus, ac si omnes essent in mundo infero, cùm reuera duæ tantum sint sursum uidelicet & deorsum. Probat autem tales differẽtias sex, dato ꝙ essent in infero mũdo, esse naturales, & non ab institutione nostra. Ex q̃bus patet eam quęstionem, de differentijs mundi, quam in cõmentarijs mouimus, nõ esse necessariam, quia Aristoteles non loquitur de illis sex, ut sunt totius mundi, sed ut sunt mũdi inferi: dato ꝙ essent sex, ut nunc supponatur, donec ueritas determinetur. Lege ergo uerba sic, sunt autem huiusmodi sex differentiæ locorum, dato ꝙ essent sex in hoc infero mundo, non solum ad nos, (dico sex locorum differentias, ut sunt dextrum & sinistrum, & sursum & deorsum) sed in natura determinata ẽ unaqueq;. cuius causam interponit, & lege sic: Nobis enim non semper idem est, quod positione ad nos est aut dextrum aut sinistrum, sed hæc fiunt quodam modo secundum positionem nostram, ut scilicet uertimur: unde pro ratione uersionis nostrę, idẽ multoties dextrum & sinistrũ est, & sursum & deorsum, & ante & retro. Est igitur quasi maior, omne tale institutione ad nos, pro ratione nostrę uersionis uertitur: sed dextrum & reliqua non pro nostra uersione talia sunt. Cuius causam affert: Non enim inquit, quicquid contingit, & quoduis sursum est, sed is locus quo fertur ignis & leue: similiter autem & deorsum non quicquid contingit est, sed is locus ubi terrena sunt: ergo talia non sunt nostra institutione. Ex his infert loca non positione tantum differre, sed etiam potestate: alioquin non est locus determinati corporis, Ideo lege Tanquam, pro quare, ut legi potest uerbum

G

H

I ὡς græcum quandoq;,hoc pacto:Quare non positione differunt solum,sed etiam potentia atq; uirtute. Probat etiã differentias illas nõ esse ab institutione nostra signo sumpto à mathematicis:& potest signum esse à contraria causa,sic: Mathematica habent dextrum & reliqua ad nos, quia non sunt in loco: ergo quæ sunt in loco habent dextrum & reliqua non ad nos,sed secundum naturam: talia sunt physica corpora. Propterea concludit: Quare solum est intelligere in mathematicis dextrum, & reliqua secundum ipsorum mathematicorum positionem ad nos, non habentia natura illorum unumquodq;,id est,nullum eorum habentia secundum naturam,sed solum ad nos.

Dilucida. tex. cõ.6.

Ad hæc qui uacuum esse dicunt, hi locum affirmant:quando uacuum nihil aliud est,quàm locus corpore uacans. Locum igitur aliquid esse præter corpora ipsa,omneq; corpus sensile in loco esse,per

K hæc sanè quispiam suspicabitur. Quod etiam Hesiodus recte sentit,faciens ante omnia chaos. Dicit enim:Antè chaos,post hoc facta est latissima tellus. propterea ut in habitaculum rerum conueniat eẽ, quia ueluti multi putabat cuncta esse alicubi & in loco.

Antiquus

Amplius affirmantes uacuum esse,locum esse dicunt:uacuum enim locus utiq; erit priuatus corpore. Quod quidem igitur aliquid sit locus, & oẽ corpus sensibile in loco,ꝑ hæc aliquis accipiat. Videtur autem utiq; & Hesiodus recte dicere, faciẽs primum chaos:dicit igitur primum omniũ chaos factum,sed postea terram latam, tanquam indigeret esse primum receptaculum his quæ sunt propter id quod opinatus est quemadmodum multi esse omnia alicubi & in loco.

Expositio.

Vltimò idem persuadet authoritate & eorum qui uacuũ locum esse credunt,& Hesiodi poetæ qui ante mundi geni

L turam uacuum esse affirmat,quod chaos & patorem appellat,ut sit locus & rerum inhabitaculum:& uerba translatione patent. Auerroes uerò declarat differentiam inter hãc rationem & prædictas,ꝙ hæc est famosa non uera,illę aũt famosæ & ueræ.Nam hæc accipit uacuum esse, & ipsum esse locũ,quæ omnia falsa sunt:at primæ nihil falsi sumũt. Deinde declarat ꝙ qui generant mundum simpliciter & omne corpus,coguntur ponere uacuum: nam cum mũdus sit corpus factum de nouo,necesse est ut præcedat locus in quo recipiatur:propterea Sarraceni qui sunt suæ legis,cum corpus simpliciter totum & mundum generent,præponũt antè chaos & inane,ut geneseos primo: Terra erat inanis & uacua. Propterea in fine cõmenti ait ꝙ hoc est unum eorum quibus Aristo. negat corpus & mundum similiter generari, nam tunc daretur uacuum. Sed dubitatur contra Auerroem primò,quia uidetur uelle ꝙ si mundus generatur oportet ponere uacuum:nam sicut genitum tempore ꝑcedit uacuum tempore,sic genitum ab æterno pręcedit ua

M cuum ante illud saltem natura. Secũdò idem specie est mũdus si de nouo fieret,& si ab æterno:sed ubi fieret de nouo esset corpus locabile uel supponens uacuum: igitur illud ꝑsupponeret etiam ubi esset ęternum. Iuniores dicunt duo, primum ubi mundus esset unum corpus continuum, non posset deus illud mouere motu recto nisi creasset nouum locum in quem moueretur:similiter nec posset ipsum mouere circulariter,nisi ẽt creasset locum: fortasse moueret circulariter secundum situm. Secundò dicunt ꝙ generãtes mũdum habent concedere uacuũ extra cœlum,quia Deus põt extra istum mundum facere alium:ubi enim sic fecisse,quæritur an hi duo distarent uel tangerent: si distarent, tunc esset uacuum:si tangerent se,& cum non per partem diuisibilem,igitur in puncto, & ita inter latera erit rursus uacuũ. Nonnulli posteriores aiunt hæc non esse necessaria, primum quidem non quia posset mouere mundum nullum

Quę Auer. com.6.

An uacuũ eẽ sit ipoꝭe Vide sco. ii.quoll. arti.2. Vide ẽt can q.4. huius. Et cursum pisi.q. 2.h⁹

Dubĩões

Positio iuniorum.

Obiectiões contra primos

locum creando,quoniam talis motus esset rectus:sed neq; sursum neq; deorsum,sed alterius rationis: Posset etiã mouere circulariter,nec est uerum ꝙ motus circularis cœli sit situalis. Secundum uero minimè,quia concedunt posse aliqua duo corpora esse totaliter extra se inuicem, & tamen neq; se tangere neq; distare,ut in illo casu de duobus mundis. Sed hæc sunt friuola,primum quidẽ quoniam si deus moueret mundum ita continuum existens corpus, aut motu recto aut circulari:si recto motu, uel finito uel infinito:si finito,igitur terminabitur in locum, motus enim omnis localis est de loco ad locum, nec nullus unquam sensit oppositum. Quod si est alterius speciei, tunc non erit localis, & sic nihil contra illos:nam illi uolunt deum non posse mundum mouere localiter motu recto uel circulari, quin ipse creet locũ. Si uerò circulariter moueret ipsum, uel esset motus localis uel situalis. Si localis,oportet ut mobile mutet locum aut secundum totum aut secundum partes: non secun dum partes,quia est corpus continuum totum occupans:si secundum totum,igitur oportet ut creet nouum locum. Secundum uerò quia ubi deus creat duos mundos, aut inter eos est aptum esse corpus aut non:si non, igitur se tangunt contra illos:ea enim se tangunt inter quæ corpus aptũ natum non est esse. Si est aptum natum esse corpus, illud erit uacuum:nihil enim uacuum erit aliud, ꝙ̃ priuatio corporis in qua aptum natum est esse corpus. Propter hæc dicerem catholice sentiendo,ꝙ ubi deus faceret mundum unum corpus continuum in se & omnibus partibus, nõn posset ipsum mouere motu locali, nisi creasset unum nouum locum propter rationem tactam. Secũdò ꝙ ubi deus creasset mũdum ut de facto creauit,oporteret ponere uacuum non in prima significatione, pro dimensione abstracta quantitatiua apta recipere corpus, sed pro priuatione in qua est aptum esse corpus,ut argumentum cogit. Animaduertendum tamen ꝙ apud Auer. omnis noua productio est generatio in tempore,& propterea apud ipsum sequitur ubi mũdus generaretur ꝙ daretur uacuum,nam ubi mundus de nouo generaretur,talis generatio præsupponeret materiam: materia autem esse non potest sine dimẽsione interminata apud ipsum,igitur præsupponeret materiam cum dimensione: & cum nullam aliam præsupponeret formam, aliter nõ totus generaretur,sequitur ꝙ solam materiam dimensionatam præsupponeret:talis aũt est uacuum in prima significatione. Vbi aũt mundus generatione æterna fieret,illa cũ non sit in tempore non esset ex materia quanta præsupposita,& ideo non præesset uacuum:esset enim simplex mundi dependentia ad deum. Tunc responderet Auerroes ad primum ꝙ non est simile, licet enim generatio noua supponat uacuum prius tempore,non propter hoc generatio ęterna supponit illud prius natura: nam generatio noua fit ex præsupposita materia,æterna uerò generatio non fit modo isto. Ad secundam diceret ipse ꝙ mũdus de nouo factus, & ab æterno factus non sunt eiusdem speciei & rationis: & si sunt eiusdem speciei, non eadem specie generationis æduntur:nam mundus genitus de nouo fit supposita materia,mundus factus ab æterno fieret simplici dependentia. Nos uerò catholici tenemus, mundum de nouo ita posse simplici dependentia dependere & fieri à deo,sicut ab ęterno,ut in octauo dicet. Propterea dicta Auerrois uana sunt: & in malis constituta fundamentis.

Aristoteles ex authoritate eorum, qui uacuum asserunt, probat primò locum esse,& inquit: Amplius affirmantes uacuum esse,locum esse dicunt. probat,& inquit: Vacuũ enim locus utiq; erit corpore priuatus. ergo qui concedit uacuum,concedit locum. Deinde epilogat duo, alterum quod probauerat,alterum quod sequitur ex probatis, & inquit:Quod quidem igitur aliquid sit locus, & in rerum natura existens,(hoc probauerat ut patet) & quod omne corpus sensibile sit in loco,(& hoc ex dictis patet)pro hęc aliquis accipiat. probauit enim esse locum, & ex hoc probato sequitur corpus sensibile omne esse in loco, & per sensile corpus intelligit elementũ, quod est sensibile sen-

su

N Defensio O Propriaꝑ Declaratio Auer. P Q Recognitio

A { su tactus: sequitur enim. Est locus, ergo sensibile corpus: quod ad locum mouetur, est in loco. deinde uerba illa sequuntur { uidetur autem utiq;. } Vbi secundum Themistium Aristoteles probat hæc duo, & locum esse, & sensibile corpus omne esse in loco, authoritate Hesiodi. Ego uerò non recedendo à uerbis textus, dico Aristotelē post ueritatem de loco, qua asserit locum esse & omne corpus sensibile esse in loco, commendat Hesiodum: unde inquit, { { uidetur autem utiq; & Hesiodus recte dicere faciēs primum chaos } dicit enim sic, primum omnium chaos factum esse, post chaos uerò factam esse dicit terrā amplā. Nec ab ratione asserit primum esse factum chaos, tanquā indigeret, hoc est, quia erat necessarium primum eē factū receptaculum omnibus ijs quæ sunt conueniēs: & hoc qa ipse tenebat cum aliis omnia esse in loco. Ecce quō cōmēdat Hesiodum, & non eius authoritate utitur.

Dilucida. tex. cō. 7. Quod si ita sit, erit profectò natura loci admiratione digna, & omnibus prior. Id enim sine quo cætera nequeunt esse, ipsum uero sine cæteris est, primum sit necesse est. Locus enim non perit, si ea quę B in ipso sunt interibunt.

Antiquus. { Si autem huiusmodi est, mirabilis utiq; erit potentia loci, & prior omnibus. Sine quo nanq; nullum aliorum est, illud autem sine aliis, necesse est primum esse: non enim perditur locus, his quæ sunt in eo corruptis.

Expositio. Hesiodi positionem statim deridet, & probat φ si locus sit chaos omnibus suppositum & subiectum, eius natura erit admiratione digna atq; omnibus prior. Declaratur p syllogismum hæc consequentia: id sine quo cætera neqūnt esse, ipsum uerò sine cæteris est, primum sit omnium necesse est: sed locus est id sine quo cætera nequeunt esse, manēs tamen sine cæteris: igitur omnibus prior. Minor probatur, C quia non perit, si ea quæ in ipso sunt interibunt. Quod uero ad uerba græca attinet, natura græcè est dynamis, latinè potentia, uis, aut potestas, sonat aut, ad nos melius, natura. Debes scire φ Auer. uult φ Aristo. probauerit aduersus Hesiodum locum siue chaos esse tempore & natura prius, quoniam omne prius tempore est prius natura, non autem econtra. Sed istud non mihi uidetur, nam pater est prior tempore filio, non tamen prior natura, cùm pater & filius eiusdem sint naturæ. Forte ipse uult quòd chaos sit prius natura & tempore, quia una est definitio prioris secūdum naturam & tempus: sed hoc est ualde considerabile.

Quæ auer. cōm. 7.

Recogni. { Aristoteles contradicit Hesiodo: sed dices Aristoteles cōmendauit opinionem Hesiodi, ergo non bene illi contradicere uidetur. Dicendum Aristotelem cōmendasse dictum Hesiodi quo ad duo. s. & φ locus sit, & φ omne corpus sensibile sit in loco: nunc illi contradicit inquantum Hesiodus posuit primum omnium. Quæres propter uerba cōmenti, utrum prius natura inferat prius tempore, ita ut sequatur a. est prius natura ipso b. ergo est prius tempore? Auerroes & Themistius uidentur tenere φ sic, quia eadē D definitio competit utriq; priori: est enim prius tēpore qđ esse potest sine aliquo, & alia non sine ipso: & simili modo prius natura est quod esse potest sine aliis, & alia non sine ipso. Quidam asserunt omne prius tempore esse prius natura, & non conuerti: nam inter aliqua non potest esse ordo temporis, quin ille ordo sit in naturis illorum, & ita ex natura rei omne prius tempore est prius natura. Non cōuertitur autem quia secundum Aristotelē, Deus est prior natura mundo, & non tempore. Sed hæc positio non placet, quia pater est prior tempore filio, & non prior natura cùm sint eiusdem naturæ: præterea & ordo non est in naturis illorum, cùm sint per accidens ordinati: ubi. n. esset ordo in naturis eorum, tunc esset inter illa ordo essentialis. Diximus aliter in his quæ specie dicunt, omne prius tēpore esse prius natura, quoniam ordo in illis est essentialis, & ex naturis rerum illorum. Et licet esset ita, tūc est dubitatio an prius natura inferat prius tempore. Et dicēdum E φ prius natura dupliciter accipitur apud peripateticos, uno modo p eo quod existere potest sine alio, & aliud nō sine ipso: & hoc uocatur prius natura secundum existentiam. Alio modo pro eo equo aliud dependet, & ipsum non ab illo: & hoc dicitur prius natura secundum causam seu dependentiam. Similiter prius tempore dupliciter dicitur, uno modo pro eo quod in aliqua mēsura est, in qua aliud non est: alio modo pro eo quod potest existere sine aliis, & alia non sine illos: & sic prius tempore est prius separabilitate. Ex his patet quomodo quæ dicit Auerro. & Themistius, stare possunt: nam omne prius natura secundum existentiam, est prius tempore, non quidem secundum mensuram, sed secundum separabilitatem: prius uero natura secundum dependentiam non potest esse prius tempore.

Dilucida. tex. cō. 8. Verum si sit locus, dubitationem habet quidnam sit, utrum moles corporis quædam, an alia quædā natura? est enim ipsius genus primò perquirendū. Habebit igitur dimensiones tres: longitudinem, latitudinem, atq; altitudinem, quibus omne definitū F corpus. Impossibile igitur est locum corpus esse: in eodem enim erunt corpora duo.

Antiquus. { At uerò & defectum habet si est, quid est? utrū pondus quoddam corporis, aut quędam altera natura? quærendum enim est genus ipsius primū. Distantias quidem igitur habet tres, longitudinis profunditatis, & latitudinis: quibus determinatur corpus omne. Impossibile igitur est corpus esse locum: in eodem. n. utiq; essent duo corpora.

Expositio. An loc⁹ sit in prædicamēto q̄titatis uel ubi. Vide cursum pi. q. i. huius. Vide etiā Iād q. 5. h⁹. Omnes sentiunt cum Themistio, φ Aristo. arguat ad oppositum quæstionis, & primo proponat intētionem & ordinem, deinde arguat sic: si locus esset, ipse esset corpus aut alia magnitudo: φ nō corpus, arguit si locus esset corpus, haberet tres dimensiones, & ubi esset ita, tunc (cum locus & locatum sint simul) erunt duo corpora æquate in eodē, & ita penetratio. Reddit autem Auer. causam quare prima quæstio de loco debet esse circa genus, & ait esse pro tanto quia pro inuestigatione definitionum rerum ignotarum, oportet incipere à cognitione generis tanquam à G faciliori, deinde procedere ad genera specialiora, donec per diuisionem habeantur omnes differentiæ.

Recogni. { Quod uerò ad uerba attinet, uerbū igitur, cū dicit { Impossibile igitur } in gręco legit δε, sed ego in alio legi δη, ideo transtuli igitur, quod mihi placet: sic enim textus patet.

Dilucida. tex. cō. 9. Rursus si corporis locus sit etiam receptaculum, patet illud esse & superficiei & cæterorum finium: ratio enim eadem consonabit. Nam ubi prius erant aquę superficies, erunt rursus illæ aeris. Sed nullā puncti & illius puncti loci differentiam habemus. Quare si neq; ad hoc locus diuersus erit, neq; è cæterorum ullo diuersus habebitur, nec aliquid erit H locus ipse præter unumquodq; istorum.

Antiquus. { Amplius siquidem est corporis locis receptaculum, manifestum quoniam & superficiei, & reliquorum terminorum: eadem enim consonat ratio. Vbi nanq; erant prius aquę planities. erunt iterum quæ sunt aeris. At uerò differentiam nullam habemus puncti & loci puncti. Quare si neq; huius erit locus alius, neq; aliorum ullus: neq; est aliquid pręter unumquodq; horum locus.

Expositio. Probauit φ locus non sit corpus, nunc destruens secundam partem probat φ nō sit alia magnitudo, & arguit (ut mihi uidetur) hypotheticè à destructione consequentis ad destructionem antecedentis hoc modo: si locus esset alia magnitudo q̄ corpus, locus esset receptaculum diuersum à

I locatis: si receptaculum diuersum à locatis, igitur receptaculum diuersum à supficie corporis recepti & ceterorum finium, uidelicet puncto & linea. Deducit consequentiam simili ratione qua suprà dicens: Ratio enim eadem consonabit illi qua probatum est esse diuersum à corporibus: nam ubi prius erant aquę superficies, erunt rursus per successionem illę aeris, similiter & de puncto & linea aeris. Destruit ultimum consequēs dicens: sed nullā puncti aeris succedentis & illius puncti loci differentiam habemus, ut declarabitur, similiter nulla est differentia lineę locatę & lineæ locantis, & de superficie idem. concludit quasi oppositum antecedentis dicens: Quare si neq; ab hoc locus diuersus erit ut à puncto, neq; è ceterorum ullo, uidelicet linea & superficie & corpore diuersus habebitur, nec aliquid erit locus ipse præter unumquodque istorum: & sic habetur oppositum antecedentis. Dubitat nouus expositor, quo modo punctus & locus puncti non differunt? Respondet & bene q; non differunt secundum modum imaginādi mathematicorum: possunt enim aliqua differre aut ratione subiectorum in quibus sunt, aut ratione situs in quo collocantur. Cum igitur mathematicus abstrahat à subiectis in quibus sunt, abstrahit à differentia penes subiecta: cum uerò situs remaneat unus amborum, iure ad imaginationem mathematicorum locus pūcti cum sit punctus & ipse punctus habebuntur pro uno: simili ratione & de linea & de superficie superpositis dici potest. Secus uerò de corpore, quod propter altitudinem non potest à corpore attingi secundum se & quodlibet sui. Sed dubitant sorticolę si apud considerationem mathematici ex duabus superficiebus fiat una, tunc ambę corrumpentur & tertia generabitur, quod est falsum cum non uideatur è quo generabitur tertia, neq; è quo corrumpantur illę precedentes. Respondent q; pręcedentes corrumpuntur à copulante illas, & tertia ab eodem generatur propter illarum repugnantiam. Sed hæc friuola sunt, cum mathematicus abstrahat à corruptione & generatione. Propterea dico q; pręcedentes non corrumpuntur, nec tertia generatur, sed q; illę precedentes sunt duę & sunt una: ratione quidem habita ad subiecta sunt duæ, ratione uerò habita ad situm sunt una: & hac ratione eas cōsiderat mathematicus, ideo nec corrumpit priores nec generat ultimam. Sed Auer. in pręsenti cōmento resoluit literam totam in septem syllogismos, computando syllogismos & per syllogismos hypotheticos & categoricos, quę res satis patet suis in uerbis. Soluit uerò syllogismos hos, quia committunt fallaciam accidentis mutando per accidens in per se: nam successio superficierum in eodem loco non est per se, sed per accidens ratione corporum succedentium, & propterea non est simile de corporibus & superficiebus: corpora enim per se in eodem sibi cedunt, ideò sequitur locum per se esse alium ab eis, & ipsa est per se in loco: at superficies per accidens ratione corporum sibi cedunt, ideo per accidens sunt in loco, & per accidens locus est alius ab eis, Mutat igitur sophisma per accidens in per se.

Aegi.t.c.9

K

Dubiū noui expositoris.

Rēsio.

Replica. sorticolarū

Vide nominales.

L

Rēsio con. Cōfutatio

Propria solutio.

Quę Auer. com.9.

M

Recogni.

Themistius alio modo deducit, probat enim locum non posse esse nisi corpus, nam locus puncti non est nisi punctus, & locus lineæ, non nisi linea, & locus superficiei non nisi superficies: ergo locus corporis, non nisi corpus erit: & ita non potest esse alia natura à corpore. Hęc deductio pulchra est, & uidetur consona uerbis Aristote. Argumentatur enim Aristote. hoc pacto, si locus corporis est receptaculum corporis, & non de genere corporis, tunc locus pari ratione esset receptaculum finium .s. superficiei lineæ & puncti, & non de genere finium. Tenet argumentum, qa una ratione & de corpore & de finibus corporis est. Consequens falsum est, quia locus puncti non potest esse nisi de genere puncti, cùm locus sit locato ęqualis, & non maior nec minor: quod uero nec est maius nec minus puncto, est de genere puncti. Quare si locus puncti est de genere puncti, etiam locus lineæ erit de genere lineę, & superficiei locus de genere superficiei: quare corporis locus de generē loci, & sic locus corporis non nisi de genere corporis erit. Non ergo potest esse locus alia à corpore magnitudo. Hæc expositio placet, & maxime quia non habet quęstionem Aegidij.

N

Dilucida. tex. c.10.

Quid enim tādem locum ipsum esse statuemus? neq; enim elementum, neq; ex elementis aut corporeis aut incorporeis esse potest talem habens naturam. Nam magnitudinem quidem habet, corpus autem nullum est. Sunt autem corporum sensilium elemēta quidem corpora: ex intelligibilibus uero elementis magnitudo fit nulla.

O

Antiqua forte tandem ἂν ποτ' utiq; aliq. sed nam

Quid enim fortè & ponemus quidem esse locum? neq; elementum, neq; ex elementis possunt esse huiusmodi habentia naturā, neq; corporeorum, neq; incorporeorum. Magnitudinē qdē .n. habet, corpus autem nullum est. Sunt autem sensibilium quidem corporum elementa corpora, sed ex intelligibilibus elementis nulla fit magnitudo.

Expositio

Themistius rationem hanc sic format, omne quod est aut elementum est: aut ex elementis conditum, siue de corporeis siue de incorporeis loquamur: nam corporum corporea sunt elementa, incorporea incorporeorum. Hęc est maior, quam Arist. uult esse subaudiendam: tunc ponit minorem, & inquit: Quid enim tandem locum ipsum esse statuemus? neq; enim elementum, neq; ex elementis aut corporeis aut incorporeis esse potest talem habens naturam. Hæc est minor quam probat dicens: Nam magnitudinem quidem habet, propterea esse non potest elementum incorporeum incorporeorum: corpus autem nullum est, & ita esse non potest elementum corporeorum. Cuius declarationem subscribit dicens: Sunt autem corporum sensilium elementa quidem corpora: ex intelligibilibus uerò elementis magnitudo fit nulla. His patet locum non esse elementum, minimeq; ex elementis conditum propter similem rationem, & ita patet expositio Themistij quę satisfacit. Alij & Auerroes exponunt aliter, quę cum non multum sint utilia, quę dicit Themistius sufficiant.

P

Recogni.

Auerroes rationem hanc sic intelligit: Si locus est, erit aut elementum, aut mixtum ex elementis. Consequentiam supponit, tanquam necessariam. Destruitur consequens, quia si locus esset elementum uel mixtum, esset corpus: Vtrunque enim corpus est. Quod uerò locus non sit corpus, probat secundum Auer. & improbando locum non esse corpus, ad abundantem doctrinā probat etiam locum non esse quid incorporeum, ex hoc enim habebitur locū penitus nihil esse, qa neq; corpus neq; incorporeum quod non sit corpus. Probat quia aut erit corpus, aut elementum corporis: non est corpus, quia tunc duo corpora essent in eodem loco .s. locus & locatum: nec elementum corporis, quia iterum esset corpus, quādoquidem elementum corporis corpus est. Quod uerò non sit quid incorporeum, hoc est, quid intelligibilium, probat ex eo quia habet magnitudinem, & incorporeum nullum habet magnitudinem. Locus ergo non est, cū neq; corpus sit, neq; incorporeum. Postea Auer. legit literam illam dirigendo, & quæ dicit, clara sunt. Themistius uerò, ut in commentarijs diximus, hoc pacto rationem conficit. Si locus est, locus erit aut elementū, aut ex elementis cōditum. Quod non sit elemētum, Aristotelem probare sic autumat: nam elementa bifariam sunt, aut corporea, ut ignis, aer, aqua, & terra: aut incorporea atq; intellectualia, quę non explicat: possumus tamen dicere elementa intellectualia non posuisse Aristotelem, sed esse Platonica, ut sunt ideę, atq; mathematica ut numeri: ex quibus, ut .3. cœli dicitur, Plato dicit res intellectualiter componi. Vel fortè secūdum Aristo. elemēta incorporea atq; intellectualia sunt actus, & potentia esse, & essentia substantia & uirtus, ex quibus omnis

Q

A { omnis res creata constat: sed quicquid sint, non refert. { Probat ergo locum non esse elementum, quia uel erit de { corporeis, uel de incorporeis: non de incorporeis elementis, quia locus habet magnitudinem: est enim de numero { quantorum, ut supponit. Quòd uerò non sit de corporeis { elementis, patet ex eo quia non est corpus: si enim esset { corpus, duo corpora essent in eodem loco. Locus ergo nō { est de numero elementorum. unde inquit, { quid enim { fortè, uel quid tādem & ipsum locum esse ponemus? neq; { elementum esse ponemus, neq; ex elementis esse possunt { huiusmodi habentia naturam. } Probat locum non esse { elementum, nam ipsum non esse ex elementis, relinquit { tanquam per se notum ex eo, quia ea quæ habent talem { naturam, non possunt esse mixta ex elementis: Quòd uerò
B { non sit elementum, probat cùm inquit, { neq; corporeorum elementorum, neq; incorporeorum elemētorum elementum esse ponemus locum ipsum. } Quòd non de numero incorporeorum, probat & inquit: { Magnitudinē { quidem enim habet } supple locus ipse: ergo non est de { numero incorporeorum elementorum. Præterea non pōt { esse elementum corporeum, quia erit corpus, quod modo { destruit cùm inquit, { corpus autem nullum est: } non { ergo est de corporeis elementis. Postea quasi alia ratione { redit ad probandum locum non esse de incorporeis elementis: nam sensibilium corporum mixtorum elementa { corpora sunt, nec ex intelligibilibus elementis corpus aliquod sensibile fit: unde inquit, { sunt autem sensibilium { quidem corporum elementa etiam corpora: } non enim { corpus fit ex non corpore, & hoc subdit, { sed ex intelligibilibus elementis nulla fit magnitudo. } Vbi patet uerbum sed, non teneri aduersatiuè, sed quasi reddit causam.
C { Patet ergo dupliciter locum non esse elementum incorporeum, tum quia est de numero quantorum, tum etiam { quia si esset elementum, non esset elementum nisi sensibilium corporum: et ita esset corpus, cùm ex intelligibilibus { elementis nullum corpus mixtum constet. Ex his patet { differentia expositionum Auer. & Themistii: placet autē { mihi semper illa Themistii.

Dilucida. tex. cō. 11.

Præterea cuius nam rei ipsis in entibus locum causam esse statuet quispiam? nulla enim ipsi causarum quatuor ratio competit. Neq; enim ut materia rerum causa est, cum nihil ex ipso constet: neq; ut rerum forma, aut ratio, neq; ut finis, neq; ut res ullas mouens.

Antiquus.

{ Amplius autem, & cuius utiq; aliquis ponet ipsis entibus causam esse locum? nulla enim causa { ipsi inest de quatuor. Neq; enim sicut materia entium est, nihil enim ex ipso constitutum est: neq; { sicut species & ratio rerū erit, neq; sicut finis, neq; { mouet entia.

Expositio.

D Quarto arguit, si locus esset, maximè esset causa (ut Themistius authoritate omnium probat) sed non est causa. Primò non materia, quia ex eo nihil constat. Secundò non forma, neq; finis neq; mouens: solam enim ipsum materiam non esse probauit, cum uideatur maximè similis illi apud antiquos. Quòd uerò neq; forma, neq; finis, neq; mouens, satis accuratè expositores probant. Auer. autem in commento probat locum non esse formam substātialem, quia tunc cum id quod mouetur mutet locum, semper generaretur & corrumperetur. Quòd uerò non sit agens, ait esse manifestum, siquidem nihil mouet. An uerò sit finis respōdet φ non est finis intrinsecus locato, sed extrinsecus. Cum enim locus uidetur uti forma & perfectio, uidetur etiam finis aliquo modo: cum omnis forma sit aliqua ex parte finis. Tradit Auer. locum apparentiæ, & ait esse quia locus non est de genere contingentium. cum enim ipsum non uideatur de numero accidētium locatorum primo aspectu, ideo uidetur ut sit substantia, & tunc aut materia aut forma aut aliqua cæterarum causarum: & ita sophisma apparet. E

Quæ auer. cōm. 12.

Dilucida. tex. c. 12.

Insuper etiam si ipse sit aliquid eorum quę sunt, alicubi erit: aliquam nanq; rationem quęrit zenōis dubitatio. Quoniam si omne quod est, est in loco, alicubi quoq; esse ipsum patet, atq; hoc in infinitū abibit.

Antiquus.

{ Amplius autem & ipse si est aliquid eorum quæ { sunt, alicubi erit. Zenonis enim dubitatio quærit { quandam rationem: si enim omne quod est, est in { loco manifestum quoniā & loci locus erit, & hoc { in infinitum procedet.

Expositio.

Quinto arguit per rationem Zenonis, ut Themistius ait, si locus est unum entium, locus erit in loco. Deducebat Zeno consequentiam sic, omne quod est, est in loco, per te locus est, igitur est in loco. destruit concludens ut inferat oppositū antecedentis, uidelicet quia si locus erit in loco abibitur in infinitum. Auerroes uult in syllogismo hoc esse deceptionem quantum ad duo: primò quo ad maiorem, quia illa falsa est: non enim uerum est φ omne quod est, sit in loco. Secunda deceptio est in maiori, ut ratio formabatur ab Auerroe, uidelicet in illa, quòd locus sit in aliquo: est enim hæc propositio æquiuoca. Nam locus est in aliquo ut accidens in subiecto, uidelicet in locante, & in ipso est aliquid utpote locatum. Quod autem esse in aliquo sit æquiuocum Arist. declarabit. Hæc ex commento. F

Quę Auer. cōmē. 12.

Recogni.

{ Auerroes: ut mihi uidetur, sic subintelligit rationem, omne quod est in aliquo est in loco, locus est in aliquo, ergo { est in loco. Auerroes ergo dicit in hac ratione esse duplicē { errorem: in maiori quidem, quia maior est falsa, multa. n. { sunt in aliquo, ut in subiecto, quæ non sunt per se in loco: { in minori uerò, quia minor est falsa uel æquiuoca, cùm eē G { in aliquo multipliciter dicatur. Dicimus enim locum esse { in aliquo, & corpora esse in aliquo, aliter tamen & aliter, { quoniam est in aliquo, ut accidens in subiecto, quia in corpore locante accidens est, ut dicemus: corpora uerò sunt { in aliquo, ut locatum in loco. Quòd uerò esse in aliquo sit { multiplex, Auerroes ex hoc signo probat, quia antequam { Aristoteles de loco secundum ueritatē agat, ostendit quot { modis aliquid est in aliquo. Hæc Auerroes, sed non ad ꝓpositum: nam argumentum non de inesse in aliquo emergit, sed de esse simpliciter. Argumentatur enim ut Themistius inquit, si locus est, locus erit in loco: & non ut Auer. { inquit, si locus est in aliquo, locus esset in loco: ut uerba { græca consideranti patet. Quòd uerò ad uerba attinet, dicit, { Zenonis enim dubitatio quærit quandā rationē, } { quoniam excitat nos ad quærendum, utrum omne quod { est, sit in loco: & uidetur primo aspectu non omne quod { est esse in loco, quia si omne quod est, sit in loco, loci erit { locus, & sic ibitur in infinitum: propterea de quæstione { hac posterius disputabit.

Quod non bñ Auer.

Dilucida. tex. cō. 13.

Præterea si ut est corpus omne in loco, sic est & in omni loco corpus: qua nam ratione de iis quæ increscunt asseremus? Necesse est enim unà cum ipsis cuiusq; locum concrescere, si neq; minor neque maior locus cuiusq; sit. Per hæc igitur non tantum quid sit locus, sed si sit etiam dubitare necesse est. H

Antiquus.

{ Amplius si sicut omne corpus est in loco, sic & in { omni loco corpus, quomodo ergo dicemus de his { quæ augmentantur? Necesse est enim cum his simul augmentari locum ipsorum, si neque maior { neq; minor locus est uniuscuiusq;. Per hæc quidē { ergo non solum quid est, sed etiam si est, dubitare { necesse est.

Expositio.

Vltimo arguit, si locus est, omne corpus erit in loco, & in omni loco erit corpus, hoc est, erit locus locato æqualis. Si locus locato æqualis. Igitur non potest crescere locatum,

I nisi secum locus concrescat: ubi enim locatum cresceret loco non creto, esset locatum loco ipso maius. Modò locum & locatum esse æqualia omnes asserunt. Si locus concresceret, iam dubium est (ut dicit Themistius) è quo crescet & quomodo. Deinde epilogat, & sermo patet.

Recogni. { Ducit Aristoteles ad hoc absurdum, si locus est ut locus crescat, nam ut in commentariis bene expositum est, si locus est, locus est æqualis locato: ergo non potest crescere locatum, nisi crescat locus: ideo si locus est, locus est res augmentabilis, nec ducit ad alia. Auer. uerò ostendit hoc esse absurdum, quia si locus esset augmentabilis, locus eēt corpus: nihil enim augetur nisi corpus. Sequitur secūdo aliquod totum augeri sola aliqua sui parte aucta, ut totum aggregatū ex loco & locato augebitur solo locato aucto: & ubi locus est corpus, & locatum corpus: erit tunc penetratio corporū, ex quo simul sunt & æqualia. Themistius

K uerò, ut in commentariis diximus, ostendit illud esse absurdum, quia ubi locus crescit, non apparet quomodo crescat, utrum per intus susceptionem, an per additionē: nec apparet agens à quo augetur. Debes scire, ut. 2. posteriorum diximus, q̄ quæstio si res est, est quæstio quid est: q̄a si est pōt terminari per accidens & per se: terminatur per se, quando terminatur per diffinitionem, uel per aliq̄d attinens ad essentiam: at quando terminatur p̄ accidentia existentię, tunc quæstio si est, non est quæstio quid est. Patet ergo dubitationes huiusmodi esse de si est, & de quid est, quando uidelicet si est locus scitur per definitionem eius.

Dilucida. tex.cō.14. Cum autem aliud quidem per se dicatur, aliud uerò per aliud, eritq; locus alius quidem communis in quo cuncta corpora sunt, alius proprius in quo primò aliquid est. Dico autem ut tu nunc es in cœlo, quia es in aere, qui quidē in cœlo est: rursus es in aere, quia es in terra: & in hac similiter, q̄a es in hoc loco, qui nihil plus quàm te continet. Cū itaq; locus sit continens corporum unumquodq;

L primum, finis sanè ipse erit. Quare locus esse profectò uidebitur cuiusq; species atq; forma, quę & magnitudo, & magnitudinis materia terminatur: nā rei cuiusq; hic finis est.

Antiquus. { Quoniam autem aliud quidem secundum se, aliud uero secundum aliud dicitur: & locus alius quidem est cōmunis, in quo omnia corpora sunt: alius uerò proprius, in quo primo. Dico autem, ut Tu nunc es in cœlo, quia in aere: hic autem in cœlo & in aere, quia es in terra: similiter autem & in hac, quia in hoc loco qui continet nihil plusquam te. Si igitur est locus primum continens unumquodq; corporum, terminus utiq; erit. Quare uidetur forma & species uniuscuiusq; locus eē, qua determinatur magnitudo & materia magnitudinis: hoc enim est uniuscuiusq; terminus.

M

Expositio. Nunc uult soluere quæstionem, & primò disputat quid sit locus: & probat primò quòd sit forma sic, omnis finis est forma, locus est finis, igitur forma. Prosyllogiçatur minor, omne continens primum ad quod terminatur contentum est finis, locus est primum continens ad quod terminatur contentum, igitur finis. Circa rationem sic procedit, quòd primò probat minorem, uidelicet quòd locus sit finis, & inquit: Cum autem subaudi entium aliud quidem per se dicatur, aliud uerò per aliud: ueluti substantia per se est ens, album uerò quia in substantia & propter substantiam: igitur & locus erit alius quidem communis quasi locās per aliud in quo cuncta uel plura corpora sunt: alius proprius, in quo primò & per se aliquid est. uerbi causa: Tu nunc es in cœlo uti in loco per aliud, quia es in aere qui quidem in cœlo est: rursus in aere non es primò & per se, sed adhuc per aliud, utpote quia es in terra, quæ est in aere: & similiter in hac non es per se, sed propter aliud, ut quia in hoc loco puta in curriculo, qui nihil plus quam te continet. Ex iis igitur patet locum esse primum continens, cui adde maiorem talem, sed omne primum continens est finis: deducetur conclusio, quòd locus ipse sit finis: & cum omnis finis sit forma, deducetur quòd sit forma, qua & magnitudo & magnitudinis materia terminatur: nam rei cuiusq; hic finis est. Sic igitur patet & syllogismus & prosyllogismus. Auerroes uerò causam affert cur Aristote. rursus disputat quid locus sit, uolens huius rei causam esse, quia uult complete confutare eam positionem, quæ dixit locum esse materiā, & eam quæ dixit locum esse formam. Vlterius principalē syllogismum uult esse formandum sic, forma est ultimus terminus continens rem, locus est ultimus terminus continens rem, igitur locus est forma: & tunc ait syllogismum esse sophisticum propter duo: primò quia finis de forma & loco æquiuocè dicitur, nam de forma dicitur intrinsece: est enim forma finis intrinsecus. Locus uerò finis extrinsecus ab ipso locato. Secundò quia syllogismus est in secunda figura ex duabus affirmatiuis, & ita fallacia consequentis, ut dicunt logici. N Quę Auer. com.14. O

Recogni. { Hic textus ordinari potest aliter quàm in commentariis ordinatus sit, & quidem dilucidius, licet uertat in idem. Dicamus ergo Aristotelem supponere primo distinctionem loci: supponit enim locum duplicem esse, communem in quo omnia uel plura corpora continentur, & proprium in quo præcise unum collocatur. Hanc distinctionem uidetur Enthymematice sic deducere, cum inquit, { quoniam autem aliud quidem secundum se, aliud uerò secundum aliud dicitur: } sequitur etiam ut locus duplex sit, { alius quidem communis, in quo omnia corpora sunt, } uel saltem plura: { Alius uerò proprius, in quo primo } & adæquate unum solum est. Exponit hęc exemplo, cum inquit, { Dico autem, ut tu nunc es in cœlo, } tanquā in communi loco, non tamen secundum se, { Sed quia es in aere: } qui quidem est in cœlo: { es etiam in aere } tanquam in communi loco, quia non secundum se, sed { quia es in terra: similiter & in hac es, } ut in communi loco, quia non secundum se, sed { quia es in hoc loco } hacq; terræ portione: { qui locus continet nihil plusquam te. } Ergo duplex est locus, communis in quo corpus est per aliud, & proprius in quo corpus est p̄ se primò, & non per aliud. Sed occurres, quia non uidetur sequi, duplex est ens per se & per aliud, ergo duplex est locus per se scilicet proprius, & per aliud scilicet communis. Si enim hæc consequentia ualeret, sequeretur similiter duplex est ens per se & per aliud, ergo duplex est homo per se & per aliud, & duplex deus per se & per aliud: quæ sunt ridicula. Potest dici Aristotelem non fecisse syllogismum uel syllogisticam consequentiam, sed potius processisse ex illa distinctione quæ est de ente, ad illam quæ est de loco, ut ab exemplo: quasi dicat locum esse duplicem ueluti ens est duplex: & sic exennplariter quasi processit. Hac distinctione de loco assignata, procedit à primo ad ultimum hoc pacto: si locus per se est qui præcise continet corpus, locus per se primum continens unumquodq; corporum erit utiq; terminus, idest, finis rei locatæ. Tenet argumentum, alioqui posset continere nō solum unam rem, sed plures: finis enim unius tantum est, locus per se est finis, ergo forma & species qua circunscribitur & finitur unaquæq; magnitudo & materia magnitudinis. Ex his patet Aristotelem probasse locum esse formam non de omni loco, sed de proprio, qui proprie est finis circunscribens locatum undiq;, ut Themistius inquit. P Dubitatio Solutio Q

Dilucida. tex.cō.15. Modò quidem igitur hoc considerantibus, locus cuiusque forma uidetur. Vt uerò locus magnitudinis interuallum est, uidetur materia: nam hoc à magnitudine ipsa diuersum existit, estq; id quod à forma

ma

A ma & continetur & terminatur, ceu è superficie atque termino. Sed tale est materia, atque infinitum ipsum. Cum enim è globo sphæræ terminos & affectiones remoueris, nihil præter materiam restabit: quapropter & Plato in Timæo materiam & conceptaculum idem esse autumat, receptiuum & conceptaculum unum & idem asserens, sed aliter ibidem dicens receptiuum, & in his quæ agrapha dogmata appellantur: locum tamen & conceptaculum idé retulit.

Antiquus. Sic quidem ergo considerantibus, locus uniuscuiusque species est: secúdum autem quòd uidetur B locus esse distantia magnitudinis, materia est. Hęc nanque altera est à magnitudine, hæc autem contenta est sub specie, & definita sicut sub plano & termino. Est autem huiusmodi materia & infinitum: cum enim remouentur terminus & passiones à sphæra, relinquitur nihil præter materiam ipsam. Vnde & Plato materiam & receptaculum idem dicit esse in Timæo, receptiuum enim & receptaculum unum & idem: alio uerò modo ibidé dicens receptiuum, & in dogmatibus quę dicuntur non scriptas locum tamen & receptaculum idé retulit.

Expositio. Declarauit qua ratione locus uidetur forma, ut quia finis uidetur, nunc qua ratione uidetur materia, uult exponere. Vbi animaduersione dignum (ut recte expositor sentit) antiquos putauisse locum esse interuallum siue spatium, q̃d C graeci διάστημα dicunt, inter latera magnitudinis continentis existere. Hoc autem tribus definiri dimensionibus, longitudine, latitudine, atq; altitudine: Hoc uerò uel interuallum uel διάστημα non uidetur eis esse aliquod corporum sensilium, quæ in illo sibi cedunt: nam mutuo sibi eiusmodi corporibus sensilibus cedentibus in eodem spatio, continuo interuallum siue spatium idem restabit: quæ ratio docet locum esse trinam illam siue dimensionem, siue διάστημα, siue interuallum, separatum omnibus è sensilibus corporibus. Ex ijs syllogiçauit Plato sic, spatium separatum est materia, locus spatium est tale, igitur materia. Primo probat minorem, deinde maiorem, resumit tamen rationum uires dicens: Modo quidem igitur hoc considerantibus, locus cuiusque forma uidetur: (& hac uia processit prima positio.) Vt uerò locus magnitudinis locantis interuallum est, uidetur materia. Nam hoc uidelicet interuallũ à magnitudine ipsa, hoc est, generatim à corpore sensili diuersum existit, estq; id quod à forma & continetur & terminatur, ceu à superficie corporis sensilis et termino illius: Ex his uult habere minorem, uidelicet quòd locus sit spatium interminatum & separatum. ponit maiorem dicens: D Sed tale est materia atq; infinitum ipsum, hoc est, spatium interminatum & separatum est materia. & hæc fuit maior, quā probat per exemplum in casu dicens: Cum enim è globo sphæræ siue pilæ siue cuiusuis sensilis corporis terminos & affectiones siue qualitates remoueris, nihil præter materiam restabit ueluti infinita & interminata quædam res. tunc subscribit quod Plato ait, & inquit: Quapropter & Plato in Timæo materiam & conceptaculum idem esse autumat, receptiuum & conceptaculum unum & idem asserens. Plato enim, ut Themistius inquit, materiam modo syluam, modo conceptaculum siue locum, modo alijs nominibus uocabat. Verum non semper eodem modo inquit, nam aliter in Timæo, & aliter in his quæ agrapha dogmata inscribuntur de loco sentit, ubi tamen locum & conceptaculum idem appellat. Hæc Plato de loco. Auerroes autem tangit hoc in commento, declarat primo ꝙ qui æstimat dimensionem esse locum, debet ęstimare ꝙ materia sit locus. Primò quia tam dimensiones quā materia sunt cor-

Vide Egi. hic.

Quę Auer. comm. s.

pus interminatum. Secundò quia tam materia q̃ dimẽsio terminatur à forma. Propter has duas similitudines oportet æstimare materiam & dimensiones esse idem. Hoc est primum. Secundo declarat ꝙ materia nihil aliud uideť q̃ dimensio in potentia, quod ut mihi uidetur, etiam ad mentem aliorum dicit, & hoc per talem rationem quia cùm abstuleris à materia omnem formam, remanet dimẽsio interminata, & cum ponitur forma resultat dimensio terminata siue corpus in actu. Arguo igitur sic: illud ꝙ remanet in materia circunscripta omni forma, uidetur eẽ ipsa materia. Sed dimensio remanet in materia circunscripta omni forma igitur est idem quod materia. Tertiò declarat quomodo dimensio se habeat ad materiam, & dicit primò ꝙ dimensio nec quantitate nec esse separatur à materia, nā quando à materia separantur superficies, nihil remanet nisi dimẽsio. Dicit secundò ꝙ hæc dimensio est in materia non actu sed potentia, nam cum determinatur per superficiem fit dimensio terminata in actu, qua ablata restat dimensio in potentia. Debes scire ꝙ dimensio materiæ uno modo accipitur pro uirtute materiæ, quemadmodum quantitas interdum pro uirtute agentis: & isto modo dimensio est potentia materiæ, atq; illius capacitas, & idem quod materia, & proprium materiæ, ut ipsa potentia. Alio modo pro quantitate materiæ quæ est in loco, licet non in tāto loco: & sic est accidens materiæ, & de hac loquitur in libro de substātia orbis. Sed an dimensio sit solum in potentia in materia, an aliquo modo in actu: & utrum superficies sit terminus illius, & quo modo differt à materia, in libro de substantia orbis diximus. Nunc uero supponatur. E F

Recogni. Hic textus perpulchre exponitur in commentarijs, siqs tamen uellet, posset clarius declarare locum esse materiā, & qua ratione, cùm locus bifariam considerari potest: uno modo, ut est finis circunscribens rem locatam, & hoc pacto forma dicetur: alio modo, ut est distantia quædam, in qua corpus ipsum continetur, & hoc pacto uidetur materia: quod declaratur ex materiæ cōditionibus. Prima quia materia est altera ab eo cuius est materia, secunda quòd materia contenta est sub specie, & definita per speciem, ipsam, ueluti corpus sensibile à superficie & termino. Hæ sunt duæ materiæ conditiones: ideo primò ponit conditiones, secundò accipit illas materiæ inesse. Inquit, { hęc nanq; scilicet distantia altera est à magnitudine, } Hæc est prima conditio materiæ, quæ competit distātię: { hęc autem scilicet distantia contenta est sub specie, & definita per speciem, quia sub plano, id est, superficie corporis sensibilis, & definita suo termino. } hæc est secunda conditio materiæ, quæ competit distantiæ. Sumit secundo has materiæ conditiones competere, & inquit, { Est autem huiusmodi, } id est, omne tale cui hæ duæ conditiones competunt, { materia & infinitum } cuius causam dicit & inquit, { cùm enim remouentur terminus & passiones à sphæra uel corpore aliquo sensibili, relinquitur nihil præter materiam ipsam & infinitum. } Nam quatenus remouetur terminus, relinquitur infinitum: quatenus uerò remouentur passiones & formæ relinquitur materia. Ex his syllogismus est, omne illud cui competit esse diuersum ab eo cuius est & specie terminatur, est materia & infinitum, ut probatum est: distantia est id cui hæ competunt: ergo distantia est materia & infinitum. Hanc fortè rationem olfaciens Plato, in Timæo uoluit materiam & choran, hoc est, conceptaculum siue receptaculum idem esse, dicens μεταληπτικόν, id est, receptiuum, & χώραν, id est, cōceptaculum idem esse. In his uerò dogmatibus quæ dicuntur agrapha, id est, non scripta, aliter dicit, uult tamen semper receptaculum & locum idem esse: & ita uidetur locus materia, quatenus est conceptaculum de mente Platonis, quia licet de nomine Metalepticon, hoc est, receptiuum, non sibiipsi constet, tamen sibi constat inquantum locum ubi dicit esse receptaculum, siue choran. Debes scire, ut Themistius inquit, Platonem esse uarium de conceptaculo, quia in dogmatibus traditis uerbum con- G H

I ceptaculum uoluit esse materiam participantem, in Timæo uerò conceptaculum uolunt esse numerum, id est, magnum & paruum: & ita licet uarius, locus tamen uidetur materia. Quod uerò ad uerba attinet. debes scire ueteres arbitratos esse locum esse distãtiam magnitudinis: sed non est planum quid per magnitudinẽ sit intelligendum, propterea nonnulli de ueterum mente dixerunt locum esse spatium magnitudinis, id est, corporis locati: cui non assentio. Melius ergo intelligas per magnitudinem corpus locans: spatium enim intra concauum talis corporis locatum ambientis dixerunt esse locum, & hoc Plato autumat materiam, propter similitudinem scilicet quã habet distantia hæc cum materia. Est enim hæc distantia diuersa à rebus locatis, cum in ipsa succedant res locatæ, & definita à superficie concaua locantis corporis, ut patet: & hæc est uera huius loci expositio. Auerroes uerò hic (Quæ auer. com.15.) per spatium tale, intelligit distantiam locati corporis, atq; K illius dimensionem, propterea in præsenti loco asserit primò eum qui existimat dimensionem corporis locati esse locum, existimasse materiam esse locum: & causa est, ut inquit, quia dimensiones in se corporis locati sunt corpus interminatum. Dico in se scilicet circunscripta forma, & forma est materiam & dimensiones determinans, quæ ratio docet, dimensiones locati corporis omnibus eius formis circunscriptis, esse materiam. Iuxta hanc opinionem concludit materiam non esse nisi dimensionem interminatum, alioquin non sequeretur locum esse materiã, quia est dimensio. Veteres enim sic argumentabantur, locus est dimensio interminata corporis locati, ergo est materia: quæ consequentia nulla esset, nisi apud eos idem esset materia & dimensio interminata. Hæc apud ueteres. Pro ueritate tamen Auerroes ait, dimensionem non esse materiam formaliter, sed coniuratiuè & in prædicatione causali, quatenus dimensio est in materia, & nunquam L ab illa separatur. Nam licet superficies à materia separetur & terminus, non propterea ipsa dimensio separatur: remanet enim dimensio qua materia est quanta, non tamen certa quantitate quanta: remanet etiam dimensio per superficiem apta terminari, quæ ideo dicitur in potentia, non ad esse, sed ad terminum. Ex hoc concludit dimensionem esse proprium materię, quia ab illa inseparabilis est. Secundò concludit apud ueteres locum esse materiam, qa apud ueteres locus est dimensio, & dimensio est materia, ergo locus est materia. Fallit autem hic syllogismus, quia dimensio non est materia, sed accidens proprius materiæ unde mutatur prædicatio causalis in formales. hæc ex cõmento. Ex his apparet Auerroem per distantiam intellexisse dimensionem corporis locati, idq; male quia nos intelligimus distantiam intra concauum commentis corporis contentam.

Dilucida. tex.cõ.16.

Omnes quidem enim esse aliquid locum fatẽtur, sed quid nam sit, hic solus dicere enisus est. Liquidò igitur ex iis considerantibus per arduum uide-M bitur esse, quid nam sit locus ipse spectare, siquidem horum utrumuis sit, siue materia siue forma. Nã hæc summam habent contemplationem, & seorsim alterum ab altero non leue est ipsa attingere.

Antiquus. ἀτρεκεστάτην.i. certissimã. ἀκροτάτην.i. summam.

Dicunt quidem enim omnes aliquid esse locum, quid autem sit, hic solus conatus est dicere. Merito itaque ex his intendentibus uidetur esse difficile cognoscere quid sit locus, siquidem horũ utrũuis sit, siue materia siue species. Aliter & enim certissimam habet speculationem, & seorsum ab inuicem non facile est ipsa cognoscere.

Expositio.

Videtur in primis (ut placet Themistio) Platonem laudare, & inquit quòd cæteri fermè omnes aliquid esse locum fatentur, solus tamen Plato ausus est dicere, non solũ locum esse, sed etiam finire quid sit quanquam metaphoricis nominibus utens ac non proprio sermone id indicauerit. N Vlterius quasi per hæc concludit pertractationis istius difficultatem dicens: Liquidò igitur ex ijs considerantibus siue quis materiam siue formam putet esse, tractatum utrũque per difficilem uideri. Primò quia materia & forma summam habent contemplationem, cùm sint principia, quorum speculatus per se altissimus est, & non facile adeundus. Secundò quia conamur separatim cognoscere ea, quæ seorsim cognosci non possunt, aut non facile. (Quę Auer. cõmẽ. 16.) Hæc de difficultate & difficultatis causa. Auerroes à Themistio accipiens sumit tria nobis utilia, primum quòd tractare de loco an sit materia uel forma est res difficilis, quia reuocat nos ad tractatum de primis principijs, quorum cognitio est non leuis. secundum est quòd etiam non potest hæc cognitio esse perfecta, quoniam non potest materia absque forma cognosci, nec contra forma sine materia: & in principio commenti dedit tertium intelligere, quòd hæc difficultas O non est ex parte rei loco conueniens, sed ex parte nostra, propter uidelicet diuersitatem opinionum de loco.

(Dubitatio) Solet esse difficultas hic de dicto Auerrois & Themistij, nam primo physicorum commento 69. dixit materiam nõ posse cognosci absq; forma, contra uerò formam bene posse cognosci. (Responsio iuniorum.) Iuniores intelligunt dictum Auerrois de forma materiali, nam hæc dicitur relatiuè ad materiam secundo huius. commen.26. (Responsio propria) Melius dici potest quòd neque materia neque forma potest cognosci seorsum absque altero, ut rectè ait Auerroes & Themistius, sed dicitur forma cognosci non per materiam, quoniam suæ cognoscentiæ ipsa est causa, cùm sit actus & mouens: at cognitionis materiæ nõn materia, sed ipsa forma est causa. Vnde licet de facto alterum sine altero cognosci non possit, tamen illius mixtæ cognoscentiæ non materia est causa, cum non sit actus, species, & mouens: sed forma, quæ & sui, & materiæ causa est cognitionis. P Propter hoc distingui solet de per se, quoniam aliquod dicitur tale per se, quia est causa sui ipsius essendi tale: quomodo albedo est uisilis per se, quoniam suæ uisibilitatis causa est in albedine. Aliud est tale per se, quia tale seorsum ab alio, quo modo albedo non est per se uisilis, quoniam non seorsum à subiecto. Similiter dici potest quòd forma est per se intelligibilis primo modo, quoniam sui intellectionis (ut dixi) ipsa est causa: non tamen per se secundo modo, quoniam non seorsum à materia & cognitione materiæ ipsa cognosci potest: & ita intelligit hic. Primo uerò modo in primo huius.

(Recogni.) Verba illa. Quidem enim, fortasse non reddunt causam, sed quasi illatiuè tenentur, quasi dicat patet igitur omnes dixisse locum esse aliquid in rerum natura esse: sed solus Plato tentauit dicere quid locus sit. Præterea uerba illa aliter enim certissimam habet speculationem possunt aliter intelligi quàm in commentarijs: uerbum enim ἀκροτάτην, acrotaten: in commentarijs interpretati sumus summam: & uerbum ἀλλά interpretabamur hæc: At nunc ut in ueteribus translationibus legitur Antiquus interpres habebat in suo loco græco ἀλλά: ideo transtulit aliter: & habebat ἀτρεκεστάτην, ideo transtulit certissimam: ideo dico locum esse facilem, & difficilem: si enim quærimus cognoscere ipsum absolute: sic non est difficile ipsum cognoscere, & hoc inquit, aliter etenim certissimam habet speculationem, Q scilicet dum non cognoscitur ut materia uel forma: Sin autem quærimus ipsum cognoscere, ut materiam uel formam: sic difficile est ipsum cognoscere: quia hæc seorsum non facile est cognoscere.

Dilucida. tex.cõ.17.

Quòd uero locus horum utrumuis esse non possit, non est impendio laboriosum uidere. Nam forma quidem & materia à re non separantur, locus uerò potest: in quo.n. aer erat in hoc rursus aqua, ut diximus, fiet uicissim aere & aqua, cæterisq; corporibus similiter sibi cedentibus. Quare neq; pars,

neq;

A neq; habitus, sed à quaq; re separabilis. Tale nanq; quid locus esse uidetur, quale uas ipsum: uas enim locus est translatilis. Sed uas ipsius rei nullum est: Locus itaq; quatenus quidem è re ipsa exoluitur, forma ipsa non est: quatenus uero rem ipsam ambit, è materia ipsa diuersus est.

Antiquus. At uero quòd & impossibile sit utrumuis horũ esse locum: non difficile est uidere. species enim & materia non separantur à re. locum autem contingit. in quo nanq; aer erat: in hoc iterum aqua, sicut diximus, fit: & transmutatis ad inuicem & aere: & aqua, & aliis corporibus similiter. Quare neq; ps, B neq; habitus est, sed separabilis est locus ab unoquoq;. & enim uidetur huiusmodi aliquid esse locus, ut uas. est enim uas locus transmutabilis: uas autem nihil est rei. Secundum igitur q separabilis est à re: sic quidem non est species: secundum autẽ q continet: sic alterum à materia est.

Expositio. Nunc has duas positiones pluribus rationibus confutat: prima sic componitur, nullum separabile à re cuius est, forma est aut materia: locus separatur à re cuius est: igitur nec est forma, nec materia. Minor declaratur, id in quo res locatæ sibi uicissim cedunt, separatur ab illis: locus est in quo res locatæ sibi cedunt: igitur separabilis est ab illis. Per eandem rationem concludit q nec est pars integralis, neq; habitus locus, hoc est, (ut dicit Themistius) nec affectio, neq; potestas, neq; accidens. & licet hoc ex dicta nunc rõne pateat, probat hoc dicens: Tale nãq; quid locus esse uidetur, quale uas ipsum: nam uas est locus translatilis, & per consequens est locus. Sed uas ipsius rei nullum est horum, ut C nec habitus, nec affectio, neq; potestas, neq; accidens: igit nec locus subaudi potest esse illorum aliquid. deinde quasi epilogando rationem, inquit: Locus itaq; quatenus quidẽ è re ipsa exoluitur, forma ipsa non est: quatenus uerò rem ipsam ambit, è materia ipsa diuersus est, & ita nec est forma nec materia. Auerroes in præsenti commento arguit in secunda figura sic, formæ non separantur à materia in actu, neq; materia à formis: locus separatur: igitur locus nõ est forma neq; materia. Circa hanc rationem ait q forma non separatur per se, & est, non mutatur de materia in materiam secundum q corpora mutantur de loco in locum, qa illius separatio à materia est corruptio. Vlterius arguit, forma & materia sunt partes, locus nullius est pars, igitur nõ est forma neq; materia. Ambiges, quare Aristo. dixit locũ esse quale uas, & nõ absolute uas? Respondet Auerroes q per se patet locum alio modo locare locatum, quàm materia locet formam. Dicit secundò q locus est similis uasi, quoniam esse inest commune utrisq;: nam dicere aliquid esse in loco, est sicut dicere aquam esse in uase, & in nullo differũt nisi q uas est locus mobilis, quia est corpus: locus uerò ut superficies intima uasis, est locus per se immobilis, D licet moueatur ad motum subiecti: at forma siue figura est in stanno, & rationalitas in homine ut forma in subiecto: recte igitur dixit locum esse ut uas, & nõ esse uerè uas.

An loc sit immobilis, Vide cañ. 9õ.i. huius arti. 3.

Quæ Auer. com. 17.

Sed dubitant contra primum Auerrois dictum, uidetur enim q materia possit separari à forma, ut in uiuẽte in quo ferè continuæ nouæ partes materiæ ex alimento adueniũt, & partes præexistentis materiæ per resolutionem recedũt, ita ut post ipsius lapsum tota materia in ipso erit reuocata: ex quibus patet formam separari è materia, & migrare de materia in materiam. Iuniores quidam dicunt dictum Auerrois esse solum uerum de forma quæ nõ est aĩa. Sed hæc responsio non ualet, quoniam tunc ratio Aristo. non esset uniuersalis: tantum enim probaret q forma quæ non est anima, non sit locus: & sic staret ipsum esse animam. Propterea licet dici possit multipliciter, pro nunc satis est dicere quòd nec materia totalis nec forma, sunt separabiles per unicam separationem, locus uerò potest à locato separari unica separatione ipsis remanentibus: & hoc satis pro dicto Arist. & Auerrois, quod laudant quidam. E

Responsio iuniorum Cõfutatio

Responsio apria.

Insuper etiam id quod alicubi est, semper uidetur esse aliquid, atq; diuersum quid ab eo in quo est.

Dilucida. tex. cõ 18

Antiquus. Videtur autem semper quod alicubi est & ipm esse aliquid, & alterum quid esse præter ipsum.

ἐκτὸς ab præter extra.

Expositio. Secundò idem arguit & speciatim de materia, & ratio cõponitur sic apud Themistium, locus est aliquid extra locatum, materia non est aliquid extra id quod est in ipsa, igitur non est locus. hoc inquit: Insuper etiam id quod alicubi est, ut locatum ipsum, semper uidetur esse aliquid, atq; diuersum quid ab eo in quo est. & ita locus differt, & est extra locatum: quæ fuit maior syllogismi.

F

Recogni. In commentariis iuxta Themistij expositionem locum hunc intelleximus: Auerroes uero uerba hæc sic intelligit: uidetur autem semper corpus, quod alicubi est, & ipsum esse aliquid scilicet & diuersum à loco: & supple uidetur etiam locum alterum quid esse ab ipso corpore quod in loco est, at supple materia & forma cum sunt in composito: non sunt diuersa, quoniam nec materia est quid diuersum à forma: nec contra forma quid diuersum à materia. ergo nec locus est materia, nec forma. uel fortasse probat locum non esse formam locati hoc pacto, uidetur autem semper corpus, quod alicubi est, & ipsum esse aliquid. s. in actu, & ipsum esse alterum quid ab ipso loco: uel præter ipsum locum uerbum enim ἐκτὸς græce latine sonat præter uel ab: & tunc supplenda est ratio: sed materia non est in actu quippiam: nec quid diuersum ab eo: cuius est materia: ergo transpositis propositionibus: locatum respectu eius, in quo est, non est materia: quare nec locus, in quo est, erit forma.

G

Platoni tamen dicere conuenit, si digredi liceat, cur ideæ atq; numeri non sunt in loco? Siquidem locus est id quod est particeps, siue tale particeps magnum sit, siue paruum, siue materia: ut i Timæo scripsit ipse.

Dilucida. tex. comẽ. eiusdem.

Antiquus. Platoni tamen dicendum est, si oportet digredientes dicere, quare non in loco & species, & numeri sunt: siquidem participatiuum est locus, siue magno & paruo: existente participatiuo: siue materia: sicut in Timæo scripsit.

Expositio. Digreditur contra Platonem & inquit: Platoni tamen dicere conuenit, si digredi liceat, cur ideæ quas ponit, & numeri separati sui non sunt in loco: Siquidem locus est apud ipsum id quod est græce dictum methecticum, latinè particeps omnium: siue tale particeps magnum sit, siue paruum, siue materia: ut in Timæo scripsit ipse. Quasi dicat q uidetur hęc pugnare, q uidelicet locus sit oĩum pticeps, & ideę atq; numeri non sint in loco. Sed Auerroes mouet dubitationem contra minorem, quæ dicit quòd locus sit separabilis à locato: nam licet hoc sit uerum apud eos qui tenent locum esse uacuum siue spatium, non tamen secundum positionem Aristote. quia tenemus ultimum aeris esse locum, quoniam abeunte locato à tali ultimo corrumpitur locus, & clauduntur latera. Respondet Auerroes uno modo q hæc propositio, locus est separabilis à locatis, est famosa & non uera: alio modo debet intelligi quòd locus est separabilis à locato secundum corruptionem, quoniam corruptio loci non est corruptio locati: & hoc satis est ad probãdum quòd locus non sit forma, quoniam corruptio formæ est corruptio locati: hæc Auerroes. Melius tamen dicunt alii, quòd licet sit uerum in pluribus ut de locatis in aere uel aqua, non tamen in omnibus: ut si locus sit concauum corporis solidi aut corporum solidorum, ut duarum parassidum inuicem suppositarum, aut concauum cœli respectu ignis, aut tale aliquid. Et hæc responsio placet.

Quæ Auer. cõ. 18. H

I Recogni. Auerroes uult Aristotelem contradixisse Platoni secundum rem: nunc asserit Aristotelem contradicere Platoni secundum uocem. hoc est ex dictis ab eo: dicit enim Plato in compluribus locis locum esse methectricum, id est omnium participatiuum, Ex hoc sequitur secundũ eos ideas, & numeros, quos ipse asserit separatos, esse in loco: Alioquin non esset locus omnium participatiuus: & tamen in Parmenide nec ideas, nec numeros ponit in loco: hęc est contradictio ut Auerro. inquit secũdum uocem ex dictis Platonis. Quo uero ad uerba attinet, Aristoteles dixit si oportet: quia contradictio secũdum uocem, non est necessaria: propterea ait si oportet, idest si est necessarium secundum uocem contradicere, dixit digredientes, quia fit trãsitus de contradictione secundum rẽ ad contradictionẽ secundum uocem, & hoc est digredi. Animaduerte tamen uerbum oportet accipi pro licet: & sic patent quæ dicit: pręterea animaduerte Auerroem in calce cõmenti refutasse

K quandam defensionẽ Platonis: Plato enim appellauit locum materiam: quia ut materia est cõmunis formis: ita locus corporibus: & sic locus non est materia secundum ueritatem sed metaphorice secundum similitudinem: & ad rationes Aristotelis responderem illas concludere locum non esse materiam in rei ueritate: tamen cum hoc locus dici potest materia metaphorice: tollitur ẽt in dictis Platonis contradictio: nam locus dicitur communis non omnibus rebus: sed oĩbus corporibus sensibilibus: ueluti materia non dicitur omnibus formis communis: sed solum formis sensibilibus: & ita non oportet ponere ideas, & numeros in loco. Contra hanc defensionem obiicit Auerro. quia tunc definitio loci erit rhetorica: & non scientifica: & ita omnino Plato errauit. Defensores Platonis deriderent hanc Auer. refutationem: nã Plato ubiq; omnia quæ dicit, per similitudines exponit & causa est quia per intelligibilia procedit: quæ non nisi per similitudines intelligi

L possunt. & propterea non sequitur definitionem loci non esse scientificam: sed solum sequitur illam esse scientificam sed per similitudinem assignatam. Multum enim refert aliquid esse scientificum: & scientifice assignatum: unde definitio loci est scientifica: sed non scientifice assignata: Aristoteles autem quia per sensibilia procedit, similitudinibus non indiget.

Dilucida. tex.cõ.19. Præterea si locus esset materia aut forma, quo nã modo res in ipsius migraret locum? non enim põt id locus esse, ad quod non est motus, & quod sursum aut deorsum non habet. Quare in istiusmodi locus est quærendus.

Antiquus. Amplius quomodo ferẽtur utiq; in suum locũ, si locus esset materia: aut species? impossibile enim est cuius nec motus, nec sursum, nec deorsum est, locum esse. Quare quærendus est in huiusmodi locus.

Expositio. Tertiò arguit, id ad quod non est motus, & quod sursum aut deorsum non habet, non est locus: ad materiam & formam non est motus neq; habent sursum aut deorsum: igĩ

M non sunt locus. Propterea infert esse quærendum locum in talibus in quibus illa sunt.

Recogni. Auerroes reducit syllogismum præsentis textus in secũda figura hoc pacto: locus est ad quem, ut in terminũ ad quem feruntur corpora, quæ naturaliter mouentur: cum sunt extra illum: ut graue ad medium, & ignis sursum. Materia & forma non sunt ad quas mouentur ea: quorũ sunt materia, & forma: ergo materia & forma non sunt locus. Minor patet: quia nihil mouetur ad eius partes: quare cũ materia & forma sint partes eius: cuius sunt: iure ad eas nihil mouetur præterea locus est cuius differẽtiæ sunt sursum & deorsum: materiæ & formæ differentiæ non sunt sursum & deorsum: ergo non sunt locus: Aristoteles itaq; hos duos syllogismos simul tangit sub forma quæstiõis, & inquit, quomodo ferentur utiq; in suum locum supple corpora: quæ naturaliter mouentur, cum sunt extra illum: N si locus esset materia aut forma? quasi dicat illa non posse ad locum moueri: Affert rationem compositam ex uirtutibus duorum syllogismorum, & inquit, impossibile n. est id: cuius. Sine ad quod non est motus, ut in terminum ad quem: & cuius non sunt loci differentiæ: quæ sunt sursum & deorsum, locum esse. supplenda est ratio: ut Auerroes suppleuit, sed materia & forma non sunt ad quæ est motus, neq; quorũ differentiæ loci sunt sursum, & deorsum: ergo non sunt locus. Ex his infert, ut placet Themi. corollarium: & quasi dicat, quia materia & forma non sunt locus corporum, quæ naturaliter mouentur. s. elementorũ: quare quærendus in talibus corporibus, quæ naturaliter mouentur. s. elementis locus. Auerroes literam habet hoc pacto: locus igitur non debet quæri, nisi in his, in quibus attribuuntur hæc. s. motus, ut exponit, & differentię loci: O sed litera falsa est, ut patet græce intelligentibus textum. Vel fortasse litera põt sic legi ad mentem Auer. ut in commentarijs legimus: quare quærẽdus est locus in talibus. s. quorum sunt differẽtiæ loci: & ad quæ motus est: & non est quærendus in alijs: in quibus hæc non sunt: prima expositio est Themistij: & magis ad uerba græca: secunda est Auer. & põt stare: licet non ut ipse habet. prima enim expositio uerbum quærendus accipit per uerbo inuestigãdus: quasi dicat quare adhuc inuestigandus est locus. secũda uerbum quærendus pro uerbo asserendus accipit, ut sit sensus, quare in talibus quorum & motus & differentiæ loci sunt locus est asserendus: siue situandus.

Dilucida. tex.cõ.20 Præterea si in ipsa re locus insit, (inesse enim oportet, siquidem aut forma aut materia sit) locus erit in loco. Mutantur enim una cum re atq; mouenẽ, P & forma & infinitudo ipsa, cum non in eodem sint semper ubi est ipsa res. Quare loci locus erit.

Antiquus. Si autem in ipso est locus: (oportet enim siquidẽ aut forma, aut materia est,) erit locus in loco: trãsmutatur enim simul cũ re, & mouetur & species, & infinitum: non semper in eodem existẽs, sed ubi quidem & res est, quare & loci erit locus.

Existens suplerũ uerbum interpretis.

Expositio. Quartò arguit enthymematicè, si in ipsa re locus insit, locus erit in loco: sed locus est in re, cũ sit forma uel materia: igitur loci erit locus. Consequentiam deducit, omne quod mouetur ad motum alicuius est in loco illius, locus mouetẽ ad motum eius in quo est, igitur est in loco illius. Aut sic, materia & forma sunt in loco eius cuius sunt, locus est aut materia aut forma, igitur est in loco eius cuius est. inquit: Præterea si in ipsa re locus insit: & faciendo parẽthesim ponit antecedens dicens: (Inesse enim oportet, siquidem aut forma aut materia sit) infert consequens, dicens: Locus erit in loco. probat maiorem quæ fuit hypothetica, & inquit: Mutantur enim una cum re atq; mouentur, & forma & infinitudo ipsa, (quæ à Platone dicitur materia) cum non in eodẽ sint semper, sed ubi est ipsa res. Quare loci locus erit, utpote ipse illemet qui est rei ipsius, cuius est aut forma aut materia. Ex iis potest syllogismus talis componi, materia & forma sunt in loco, locus est aut materia aut forma, igĩ Q locus est in loco. Auerroes in cõmento mouet quæstionem, & multa uerba dicit, tamen sua dubitatio est contra maiorem: sumebat enim Arist. hanc maiorem, materia & forma sunt in loco: petit igitur, aut intelligit ꝙ materia & forma sint in loco per se: & hoc non, quoniam cum nõ moueantur per se, non sunt in loco per se: ipsa uerò non moueri per se patet: quia non sunt corpora. Si uerò intelligatur ꝙ sint in loco per accidens, tũc aduersarius concederet cõclusionem, uidelicet locum esse in loco per accidens, & ita hæc contradictio aduersus illos non est necessaria, neq; demonstratiua. Auerroes aũt in sua balba lingua ait contradictionem fundari in tribus propositionibus, prima est ꝙ forma & materia mouentur ad motum corporis compositi & illis: secunda est ꝙ qualiter mouentur, taliter sunt in loco: tertia

Quę Auer. cõmẽ. 30. Dubitatio Auer.

A co:tertia est φ si altera earum sit in loco, necesse est ut locus sit in loco:& erit syllogismus, materia & forma sunt in loco, locus est materia aut forma, igitur locus est in loco. Harum propositionum prima est maior syllogismi, duæ reliq sunt additæ ad contradictionem, aut ad terminorum expositionem. Modò uidetur φ prima quæ est maior sit falsa, licet cæteræ sint (sicut dicit) ueræ: & φ sit falsa, arguit quia tunc forma & materia essent in loco contra Aristo. Aristo. enim dicet in. 6. mobile esse corpus, cum materia uel forma non sint corpus non mouebuntur, & ita non possunt eē in loco per secundam propositionem. & quia mouentur p accidens, sequitur ut sint in loco per accidens. Modò sic accipiendo maiorem, concedet cauillator conclusionem. Pōt igitur quæstio componi, aut maior est uera per se aut per accidens: non per se, quia contra Aristo. neq; per accidēs, qa sic conclusio non erit impossibilis. Respōdet Auer. φ per accidens est duplex, semper, & per accidens raro. Modò uult φ maior sic intelligatur, materia & forma per accidēs semper mouentur ad motum eius cuius sunt, sed locus non mouetur semper per accidens sed tantum raro, igitur locus nec est materia nec forma. Persuadet responsionem p hoc, quia licet accidens raro non ingrediatur demonstrationē, bene per accidens semper, cùm sit necessarium saltē. Alexander uero respondet aliter, & ut narratur in commento, eius responsio non est intelligibilis: tamen uidetur mihi φ ipse uelit rationem textus esse aliter formandam, uidelicet materia & forma mouentur per accidens, locus mouetur per se, igitur locus non est materia uel forma. Minor declaratur, nam per se diuisibile est per se mobile, locus est per se diuisibilis cum sit per se quantitas, igitur est per se mobilis. Hanc responsionem non uidi in Alexā. sed sic fragmētatam legi in cōmento. Contrà obiicit Auer. quia locus ēt ratione qua est quantitas & diuisibilis non mouetur, locus enim ut locus non mouetur per se naturaliter & essentialiter, & ità Alexander errauit. Et ut dixi, ego non uidi illum, propterea hæc sufficiant. Dubitare consueui, primò quia uidetur φ locus semper mouetur, ut concauum lunæ quod est locus ignis semper mouetur cum igne, & concauū Mercurii quod est locus lunæ similiter, & de cæteris orbibus eodem modo. Secundò accidens semper est in loco subiecti, sed locus est accidens corporis ambientis, igitur est in loco semper. Ad primum dici potest, ut Auerroes dicit, illud esse particulare & non uniuersale de omni loco, omnis enim materia & omnis forma cum composito mouentur, sed locus non omnis. Aliter iuniores dicunt, φ argumenta concludunt uerum, sed non contra rationem: debet enim ratio sic intelligi, materia & forma semper sunt in loco per motum acquisito, locus uerò non semper est in loco per motum acquisito, igitur locus non est materia uel forma. Nouus expositor credidit Auerroem errasse, eo quia Philosophus non concederet locum esse in loco aliquo modo, nec per accidens semper, nec per accidens raro. Propterea ait dictum Aristo. esse intelligendum de loco quo ad suum formale, quod est respectus ad mundi principales partes, non autem quo ad suum materiale, quod est superficies. Sed de hoc alibi.

Responsio

B

Rñ. Alex.

Cōfutatio.

C

Dubitatio An locus sit immobilis Vide Iād. q. 6. hu. us.

Responsio. propria

Responsio iuniorum.

Rñsio noui expositoris

D Dilucida. tex. c. 21.

Rursus cum ex aere aqua facta est, periit locus. Non enim in eodem loco est corpus quod est ortum. Quæ igitur est illius corruptio?

Antiquus.

{ Amplius cum ex aere aqua fiat, perditus est locus. non enim. In eodem loco fit corpus: quæ igit est corruptio?

Expositio.

Vltimò probat φ locus non sit forma sic, forma corrumpitur ad corruptionem eius cuius est, locus non corrumpit ad corruptionem locati, igitur locus non est forma. inquit: Rursus cum ex aere aqua facta est, periit locus, quoniā est illius forma. Non enim corpus quod generatur, est in eodem loco siue sub eadem forma, quæ erat corporis corrupti, & ita locus corrumperetur. Quæ igitur est illius corruptio? quasi dicat nulla. Auerroes cōmen. 21. uidetur exponere rationem & de forma & de materia. Si de forma syllogismus erit iste, in transmutatione unius corporis in aliud, forma prioris corporis definit esse: locus non periit, quia si p periret, tunc generatio esset motus localis, quia esset trāslatio de loco in locum: igitur locus non est forma. Et tunc p illa uerba, periit locus, intelligit periit forma: non enim in eodem loco est corporis genitum, hoc est, non eandem formam subiit. Si de materia syllogismus erit, in transmutatione aquæ ex aere locus corrumpitur, quoniam corpus genitum utpote aqua, non erit sub eo loco sub quo aer erat, cū locus aquæ sit minor. Est igitur maior, φ locus corrumpitur, sed materia non corrumpitur, igitur materia non est locus. Primam expositionem tenet Themistius.

Quæ auer. cōmē. 21.

E

Explicata sunt igitur & illa è quibus aliquid esse locum necesse est, & ea rursus ex quibus de substantia ipsius quis dubitabit.

Dilucida. tex. c. 22.

{ Ex quibus igitur necessarium est aliquid esse locum: & iterum ex quibus dubitabit utiq; aliquis de substantia ipsius dictum est.

Antiquus.

Epilogat de omnibus quæ dixerat in quæstione mota in principio, & quæ dicit sunt manifesta per se.

Expositio.

{ Quæritur circa dicta: an locus sit forma uel materia: & uidetur qui sit forma uel materia: quia non est ens compositum: ergo est forma uel materia: secundo quæriē utrum locus plures similitudines habeat cum materia: an cū forma. Plato quia in compluribus locis simile. uocat idem: & locus uidetur formæ, atq; materiæ in aliquibus similis: iō ipsum nunc materiam, nunc formam appellat. Aristoteles uero diceret φ si materia & forma accipiūtur pro partibus substantialibus rei compositæ: sic locus nec corporis locati, nec corporis locantis materia uel forma est: At si forma accipiatur ut se extendit ad accidens: uel ad conseruans rem: cuius est: sic forma esse pōt, & locati, & locantis: locantis quidem accidens: quia est illius concaua superficies: locati uero forma erit conseruans: rursus locantis forma intrinsecus manens, locati extrinsecus. Ex his patet plures locum cum forma: φ̄ cum materia similitudines habere: cum materia enim nullam habet, nisi secundū rationem generis: quæ est esse in: cum forma uero habet: nā respectu locati dicitur conseruans sicut illius forma: respectu uero locantis dicitur intrinseca, ut forma.

Recogni.

F

Post hæc uerò transigendum est, quot modis aliud in alio esse dicatur. Vno quidē igitur modo, quo digitus in manu, & pars omnino in toto. Alio uerò quo totum in partibus, nam non est præter partes totum. Tertio quo homo in animali, & omnino species in genere. Quarto quo genus in specie, & omnino pars speciei in ipsius speciei ratione. Quinto ut sanitas in calidis & frigidis, & omnino forma in materia. Sexto ut res græcorum in rege, & omnino in primo aliquo mouente. Septimo ut in optimo, & omnino in fine: hoc autem est id cuius gratia fiunt. Omnium tamen ille propriissimè dicitur, quo res ipsa in aliquo est tanquam in uase, & omnino in loco.

G Dilucida. tex. c. 23.

H

{ Post hæc autem accipiendum ēst quot modis aliud in alio fit. uno quidem igitur modo sicut digitus in manu & omnino pars in toto. alio autem sicut totum in partibus, non est enim præter partes totum. Alio autem modo sicut homo in animali, & omnino species in genere. alio uero sicut genus in specie & omnino pars speciei in speciei ratione. Adhuc sicut sanitas in calidis & frigidis, & omnino species in materia. Adhuc sicut in rege, quæ sunt græcorum, & omnino in primo motore. Amplius sicut in optimo & omnino sicut in fi-


Antiquus.

I ne. hoc est autem, cuius causa fit. Omnium autem maxime proprium est sicut in uase: & omnino in loco.

Pars in partibus ∴ ∴ In toto totum



Species in specie ∴ ∴ In genere genus



K

Forma in forma ∴ ∴ In materia materia



Effectus in effectibus ∴ ∴ In agente agens



L Media in medijs ∴ ∴ In fine finis



Locatum in locato ∴ ∴ In loco locus



Expositio. Volens Aristo. soluere quæstionem, præmittit quot modis aliquid in aliquo esse dicit: & ponit octo modos essendi in alio, qui in textu sola uerborum translatione patent. Auerroes inquit ꝙ Arist. prætermisit modum quo materia sit in, quia hic modus reducitur ad illum, alio quo aliquid est in alio ut pars in toto, cum partes sint materiæ totius, ut dictum est secundo huius. Vlterius ait, esse in alio nō dici uniuoce, sed de uno primo & per se atq; principaliter, de M alijs uero omnibus. 7. modis transumptiue, & per attributionem ad id quod dicitur esse in alio ueluti in uase: est. n. hic ordo, ꝙ primo & principaliter in alio inesse dicit, qđ in illo inest ut in uase, post hoc id qđ inest uti forma in mā, post hoc uti ps in toto, post hoc uti particulare in ul'i; hec. n. quodam ordine comparantur ad id quod est in alio tanquā in uase. At totum esse in partibus assimilatur ad id quod est in alio uti forma in materia, eidem assimilatur id quod est in alio uti uniuersale in particulari. Remotius est esse aliqd in alio uti in agente uel fine. Sed dices, cur fecit hanc diuisionem octimembrem. Respondet Auerroes hanc egisse: quia multiplex erat distinguendum. modo aliquid esse in loco cum esse in alio dicatur non uno modo: ideo uoluit distinguere. Et si dicas utrum sit idem esse in uase: & esse in loco, Respondet ꝙ sunt idem. Sed esse in uase est quid notius: ideo est acceptum ut expositio eius quod est esse in loco. Sed antequam transeamus ad positionem Arist. declaremus illam Platonis. Tantus enim uir tantusq; Philosophus: non est cōsentaneum ut in tam leui re ita temere errauerit. Ideo animaduersione dignum locum apud Platonem non una ratione dici ut Altionus platonicus: & Plotinus sentiunt. Interdum quidem enim locus accipitur apud Platonem pro subiecto intelligibilium: quo in modo etiā Aristo. in. 3. de anima ait, animam esse locum specierū commendās Platonem. & hoc modo Plato accepit in Phedrone. Nam uoluit corpus esse locum animæ: accepit enim locum pro subiecto. Interdum locum sumpsit pro perfecto in quo imperfectum continetur quo in modo in Simposio dixit deum esse locum mundi: eo quia in deo uti in re perfecta continetur mundus sensilis uti res imperfecta. Interdū sumpsit locum pro receptaculo: ueluti est materia: quæ est conceptaculum omnium formarum: quo modo laudauit Esiodum in calce Timæi dicentem: ante mare & terrā fuisse chaos: chaos enim materiam & conceptaculum uocat. Interdum locum sumit pro spatio: non in quo res ipsa recipitur: sed quod intelligitur in ipsa re recepta. qua ratione diceremus ꝙ spatium subintellectum inter uasculi latera est locus: non ꝙ ibi sit spatium reale: sed ꝙ ibi est intelligibile spatium, ut etiam sumpsit in eo libro quem inscribit agrapha dogmata. Interdum sumpsit pro octaua sphera continēte omnia: & hunc locum uocat Plato: magnitudinē in actu. Tunc facile patet Arist. non contradixisse intellectui Platonis: sed uerbis tantum. unde & ipsemet inquit Platonem esse uarium in Timęo & in libro de agraphis dogmatibus. Quod recte ait: nam Plato de loco multifariā locutus est. Propter quod magna pars græcorum tenet Aristo. de loco nihil aliud sensile ꝗ̄ Plato sentit: solo tamen hoc differt: ꝙ uerbis proprijs in ipsius definitione usus est: & quod Plato amphibologice innumerat Aristote. proprijs uerbis explicauerat.

N Positio Platonis de loco Quot modis locus apud Platonem.

O Quid mouebat Platonē ad ponēdū locū esse nām. Vide Egi. t. 16. huius.

P Recognit.

Auerroes in commento uoluit esse nouem modos essendi in alio: quatuor quidem secundum partem, & particulare: primus quidem quo partes sunt in toto: secundus ē contra: quo totum est in partibus. Tertius quo particulare siue species est in uniuersali: & species in genere: quartus econtra: quo genus est in speciebus: patet igitur quatuor esse secundum rationem partis, & rationem particularis. Quatuor, ut inquit, sunt secundum causas primus quo forma est in materia: & secundus econtra quo materia est in forma quem tacuit Aristoteles, ut dicit: quia intelligit in eo modo: quo pars est in toto: nā pars est materia totius: & totum forma partium: tertius est, quo effectus est in agente: & quartus quo media sunt in fine: & ita octo sunt: quibus addatur modus, quo locatum est in loco: secundum Auerroem erunt. 9. modi: quibus aliquid in aliquo esse dicitur. Ego autem arbitror secūdum rationem esse. 12. modos, quatuor quidem, ut Auerroes inquit, qui sumuntur a ratione partis, & totius. est enim duplex totū uniuersale. s. & particulare: ita duplex pars uniuersalis & particularis: & sic secundum rationem totius: & partis Aristoteles accepit quatuor: primus quo pars particularis est in toto: secundus quo econtra. tertius quo pars subiectiua uniuersalis est in genere: & quartus econtra. sed quæstio esse pōt: quia totum est multiplex ut uniuersale, essentiale, definitiuum, potestatiuum, integrale: & alijs modis, cur ergo non multiplicauit modos essendi in secundum modos totius & partis. pōt dici, quia omnes reducuntur ad duos: nam omnis pars est aut uniuersalis, aut particularis: similiter & totum est aut uniuersale, aut particulare: ergo reductiue sunt quatuor: & non plures. Præterea quatuor sunt causæ: & quatuor causata: ergo penis causas & causata erūt octo: primus quo forma est informato: secundus quo formatū est in forma. Tertius quo effectus est in agente: quartus ē contra quo agens in effectibus: quintus quo media sunt in fine: sextus econtra quo finis est in medijs: septimus quo materia est in materialibus, octauus quo ecōtra materialia

Q

A ferialia sunt in materia. Aristoteles autem relinquit hoc modos: & sumit tantum tres ex ipsis causis: primus quo forma est informato siue materia: econtra uero non dicit: secundus uero est quo effectus est in agente: econtra uero aliud esse in alio negat: tertius est quo media sunt in fine: econtra etiam aliquid esse in aliquo etiam negat: addit uero quartum: quo locatum est in loco: econtra uero negat. negat etiam modum quo materia est in materialibus: & modum quo materialia sunt in materia: & causa est, quia Aristoteles loquitur, ut plures, quia in usu hominum non sunt plures modi quibus homines dixerunt aliud esse in alio: ideo illos accepit: si quis uero uoluerit intelligere usuales modos quos ponit Aristoteles: & rationales qui uia rationis essent ponendi exempla notet hæc.

Aristoteles usuales

B

Partes particulares in partibus particularibus	In toto particulari totum particulare
Species in speciebus	in genere genus
Forma	In materia
C Effectus	In agente
Media	In fine
Locatum	In loco

D modi rationales qui sunt secundum intellectus capacitatem.

Partes in partibus	1	In toto totum
Species In speciebus	2	In genere genus
	3	
	4	
Forma in forma	5	In formato formatum E
	6	
Materia in materia	7	In materialibus materialia
	8	
Agens in agente	9	In effectu effectus F
	10	
Finis in fine	11	In medijs media
	12	
Locus in loco	13	In locato locatum G
	14	

Modi igitur Aristotelis usuales sunt: quia illi qui dixerũt aliquid in alio esse: non usi sunt alijs modis. rationales uero dicũtur cęteri: quia secũdum intellectum qui ratio est, constitui possunt: intellectus enim non solum ad ea: quæ sunt præter usum: sed ad ea: quæ non sunt, se extendit.

Dubitabit ergo quis si aliquid unum & idem in seipso contingat esse? an nihil: sed oĩa aut nusquã, aut in alio sunt. Dilucida. tex. c. 24.

Dubitabit ergo aliquis si idem aliquid in seipso contingit esse: An nihil: sed omnia, aut nusquam, aut in alio. Antiquus.

Enumerauit octo modos: quibus aliquid esse contingit in alio. Propterea querit consequenter utrum concedi possit aliquid unum & idem esse in seipso? cui statim respõdet ꝙ non: sed omnia aut nusquam aut in alio sunt. Hæc est absoluta Arist. responsio ut exponit Themistius. Expositio. H

Dictum est octo modis aliquid in aliquo esse secundum loquentium usum: ideo quærit utrum concedi possit unũ & idem esse in seipso: & quidem secundum ipsum usum. Sed cur mouent quæstionem hanc, non est leue intelligere, uidetur ergo Aristotelem mouisse quæstionem talem propter mundum: de quo libro de cœlo primo dictum est mundum in nullo loco esse nec in uacuo: nec in pleno. cũ extra ipsum nihil sit: ideo quærit utrum aliquid possit dici esse in seipso, ut in loco. Si enim concedemus non esse præter usum, ut aliquid sit in seipso, ut in loco: poterimus dicere mundum esse in seipso, ut in loco. Præterea quęstio potest esse mota propter deum: qui ante mundi facturam erat, ideo potest quæri ubi deus erat, utrum in seipso. Recogni.

I Dilucida. tex. com. eiusdem.

Verum dupliciter illud est. Aut per se: aut per aliud. Nam cum id in quo est: & id quod in illo est alicuius totius sunt partes: totus in seipso esse dicetur. etenim per partes ipsas dicetur. Ceu albus: quia superficies est alba. & sciens: quia anima rationalis scit. Amphora igitur non erit in seipsa. neque uinum etiam. Sed uini amphora erit: quandoquidem & id quod inest & id in quo est utraque eiusdem partes sunt.

Antiquus.

Dupliciter autem hoc est, aut secundum se: aut secundum alterum. cum enim sint quędam partes totius, & hæc in illa est, & illa in hac: dicetur totũ in seipso esse dicitur enim: & per partes, ut albus. quia superficies alba: & sciens: quia rationatiuum:
K Amphora igitur non erit in seipsa: neq; uinum: uini autem amphora erit: quod nanque inest: & id, in quo inest, utraque eiusdem partes sunt.

Expositio.

Sed dices quonam modo usualis illa locutio recipiẽ qua solemus plerũque aliquem in seipso esse dicere. Sic enim dicimus deum esse in se. & bellum esse in se: & id genus. Respondet. uerum dupliciter illud est: aut per se: aut per aliud. & hoc declarat dicens. nam cum id in quo est ut corpus. & id quod in illo est ut anima alicuius totius sunt partes: totum in seipso esse dicetur ut homo ipse in seipso. etenim per partes ipsas dicetur. ceu albus; quia supficies est alba. & sciens quia anima rationalis scit. ideo cõcludit: amphora igitur per se sumpta ut uas non erit in seipsa. neque uinum etiam per se sumptum erit in se. Sed uini amphora hoc est aggregatum ex uino & amphora bene erit in seipso. quandoquidem & id quod inest utpote uinum: & id in quo est ut amphora utraque simul sumpta eiusdẽ sint partes. Ex iis
L sumuntur. duæ distinctiones. ex quibus patet solutio prima quod aliquid esse in seipso potest bifariam intelligi: aut per se: aut per aliud. Secunda. aliquid est totum dupliciter: uno modo quod resultat ex hoc quod una pars est in alia. ueluti animal est quoddam totum: quoniam anima est in corpore: & amphora uini: quia uinum est in amphora. aliud est totum: cuius nulla pars est in alia ut uinum solum: aut amphora sola. uel anima sola: aut corpus solum. Tunc uult Arist. quod aliquid non dicitur esse in seipso: nisi illud sit totum resultans ex hoc quod una pars est in altera. aliis totis non est uerũ. Secundo uult quod tale totum dicatur esse in seipso non per se: sed ratione partis: ut homo in seipso. ratione animæ: quia est illa in corpore: & amphora uini in se ratione uini quod est in amphora. & sic exponit Themistius hunc locum. Auerroes uero reddit causam quæstionis uidelicet cur Aristote. dubitat an aliquid esse possit in seipso: quoniã hic modus dicendi erat in usu græcorum. dicunt enim animal in se eẽ. & amphoram uini esse in seipsa. Propterea ambigit quonam modo ille usus stat cum ratione. & in calce commen
M ti dicit: quod aliquid esse tale gratia suæ partis generatim per omnia idiomata est in usu: ut homo crispus: propter caput: Marcus dentatus, propter dentes, & id genus. uerũ apud arabes non est in usu dici aliquid in se ut rationale esse in seipso: licet deberet esse cum totum sit tale apud eos ratione partis. Dubitant iuniores. cum conceditur amphoram uini esse in amphora uini: ille terminus amphora, supponit eodẽ modo ex parte prædicati & ex parte subiecti? Respõdent quod non supponit pro eodem ex parte utriusque: subiecti uidelicet & prædicati, nam tunc esset omnino falsa, & ita à parte prædicati supponit pro uase. à parte subiecti pro uino. Sed hæc solutio stare non põt: quoniam tunc esset hæc uera per se. amphora uini est in amphora uini, quia hæc est per se. uinum est in amphora quæ æquiualet illi. amphora uini est in amphora uini, & ita hæc erit per se, contra Arist. in litera. Propterea dicendum quod ex parte utriusque supponit pro aggregato. & concedo quod amphora uini est in amphora uini, utrobique supponente pro aggregato & nego quod sit

An aliquid possit esse in seipso. Vide gādeū Escu. lec.4. hui9

Quæ auer. com. 24.

Dubitatio

Solutio. iuniorũ

N falsa, quia est uera ratione partis ut illa. homo est crispus ratione capitis. sic amphora uini est in seipsa ratione partis: quamquam utrobique supponat pro toto.

Recogni.

Ex his, quæ hic Aristoteles inquit quatuor colligi possunt, primum nihil dici posse esse in seipso, nisi sit compositum ex parte, & parte: patet: quia istud non potest dici esse in seipso ratione sui, & per se, nec ratione partis, cum partibus careant. secũdum nihil põt dici esse in seipso per se: sed solum per accidens, patet quia nihil potest esse per se locus sui, & ratione totius. Tertium non sola composita ex parte, & parte dici possunt esse in seipsis: patet, quia ut dicitur in textu, nec uinum seorsum: nec amphora seorsum dici potest esse in seipso: licet uinum, & amphora composita sint ex parte & parte: non enim esse potest uinum in seipso per se: nec ratione partis, quia nulla eius pars est in altera, ut in loco. Ex his relinquitur quartum sola composi- O ta ex parte & parte: quarum altera est in altera, ut in loco posse dici esse in seipsis ut in loco: non quidem per se: sed ratione partis illius: quæ in altera est. Ex his sequitur non esse præter usum dicere mundum esse in seipso: est enim compositum quoddam ex parte & parte; quarum alia in alia est ut in loco. uerum licet dicatur esse in seipso, ut in loco: non per se dicitur esse in seipso: sed per accidens ratione eius partis, quæ in altera mundi parte, ut in loco est. Sed quæres utrum concedi possit ciuitatem esse in seipsa, ut in loco: uidetur quod sic, quia Aristoteles concedit aggregatum ex uino & amphora esse in seipso ut in loco saltem per accidens, & hoc quia cõstat ex parte & parte: quarum altera est in altera ut in loco quare cum ciuitas cõstet ex parte & parte: quarum altera est in altera, ut in loco: uidetur non præter usum esse concedendum ciuitatem esse in seipsa, ut in loco: dicendum quod præter usum est concedere ciuitatem esse in seipsa, ut in loco: licet constet parte, & P parte. quarum altera, ut in loco est in altera: & causa est, quia esse in seipso, ut in loco secundum usum loquentium dicit duo. s. negationem qua dicitur non esse in alio, ut in loco: & affirmationem, qua dicitur esse in seipso, ut in loco: & ideo proprie de mundo dicimus esse in seipso: quia in alio, ut in loco non est, & quia altera eius pars ut in loco in altera est. Ciuitas ergo licet constet partibus: quarum altera in altera est, tamen non dicit negationem alterius loci: cum dicatur esse in aliquo agro. qua ratiõe fit, ut illud de amphora uini non nisi, ut exemplum positum sit: cuius non ueritas: sed manifestatio quæritur. Præterea quæres utrum possit concedi de deo ipsum esse in seipso: sicut cõmuniter conceditur ipsum fuisse in seipso ante mundi facturam: dicerem saluo meliori iudicio posse concedi deũ esse, & fuisse in seipso ante rerum productionem, ut esse in seipso dicit solam loci negationẽ. s. quis non est in alio, ut in loco: ut uero dicit affirmationem, qua dicatur esse in seipso quia altera eius pars est in altera concederem minime, quia non constat partibus: nisi æquiuoce diceremus in se esse, quia continet partes uirtualiter, quarum altera est in altera: continet enim mundum: cuius mundi altera Q pars est in altera.

Dilucida. tex. cõ. 25

Modo igitur illo contingit aliquid in seipso esse: sed ut primo: esse nequit. ueluti albedo est in corpore, quia superficies est in corpore. Scientia uero in anima. & per hæc quę sunt ut in homine partes, appellationes hę sunt. amphora uero & uinum cũ sunt quidem seorsum: non sunt partes, sed cũ sunt simul. quocirca cum sunt partes, erit per idem in se ipso, ueluti albedo est in homine, quia in corpore est. & in hoc, quia in superficie. In hac autem nõ est rursus per aliud. atque hęc diuersa specie sunt: & aliá utraque naturam: atque uim habent. Superficies uidelicet, & albedo. Inductiue igitur considerantes nullo dictorum modorum aliquid in seipso esse uidemus.

Sic igitur

A Antiquus. Sic quidem igitur contingit idẽ aliquid in seipso esse: primo autem non contingit: ut album in corpore: superficies enim in corpore est: scientia autẽ in anima. Secundum autem hæc sunt appellationes, cum & partes sint, sicut in homine. Amphora autem & uinum, cũ seorsum sint: non partes sunt. simul autem, ideo cum sint partes, erit idem in se ipso: ut album in homine: quoniam in corpore: & in hoc: quoniam in superficie: in hac autem non amplius secundum aliud est. Et altera specie hæc sunt, & aliam naturam habet unumquodq;: & potentiam, ut superficies, & album inductiue igitur considerantibus nihil in seipso uidemus secundũ aliquod determinatum.

Expositio. B Quasi epilogando ea quæ dixerat colligit: & per exempla declarat: & inquit modo igitur illo uidelicet per aliud contingit aliquid esse in seipso. Sed ut primo esse nequit ut aliquid sit in seipso. Exemplum primi uidelicet quando per aliud contingit: ueluti albedo est in corpore: quia superficies est in corpore: scientia uero in anima. uerum sciẽtia est in anima per se primo: albedo in corpore per aliud. & uniuersaliter per hæc quæ sunt ut in homine partes: appellationes tales fiunt: ut per capillos crispus homo est: per dentes dentatus: & id genus. Sed dices cum aliquid totum dicitur esse in seipso Dici potest in seipso esse partibus quomodo libet dispositis? Respondet. amphora uero & uinum cum sunt quidem seorsum: non sunt partes. Sed cum sunt simul: quocirca cum sunt partes: erit idem in seipso, ueluti albedo est in homine, quia in corpore est. & in hoc, quia in superficie. In hac autem non est rursus per aliud. Sed dices. cum albedo esse non possit sine superficie: & sit primo in superficie: sunt ne idem? Respondet. atq; hæc diuersa specie sunt. C & aliam utraq; naturam atq; uim aliam habent. naturam quidem: quia sunt diuersorum prædicamentorum. uim uero, quoniam albedo mouet uisum. Supficies minime. Tũc quasi epilogando breuibus inquit. inductiue igitur per omnes illos octo modos considerantes nullo dictorum modorum uidemus aliquid esse in seipso primo: sed bene ratione partis.

Recogni. Auerroes in principio commenti assignat causam: quare per aliud aliquid dici potest esse in seipso: per se uero primo non: quia est regula quicquid disponitur per aliquid: disponitur per omne id per quod disponitur illud: ut quoniam corpus disponitur per superficiem: disponitur ꝑ album: per quod disponitur superficies. per se autem primo non oportet: non enim oportet, ut si corpus per se primo disponatur per superficiem: per se primo disponatur per album: quo superficies disponebatur. Sed contra regulam est obiectio, nam homo disponitur per dentes, non tamen disponitur per albedinem dentium. potest dici ꝙ si regula intelligatur per inesse: sic est uniuersalis, quia omne quod disponitur per aliquid secundum inesse: disponitur ꝑ omne id per quod illud disponitur per inesse: si enim albedo D inest dentibus: & dentes homini: albedo inerit homini, ꝑ prædicationem uero regula non est uniuersalis: non enim de homine si dentes prædicantur: de ipso album prædicabitur. Præterea uerba illa secundum autem hæc sunt appellationes: Auer. aliter exponit, & aliter nos in commentarijs exposuimus. exposuimus enim Aristoteles, per hæc uelle fieri denominationes alicuius totius per ea: quæ sunt partes, quoties illis partibus competit aliquid: ut quia capillis crispitudo competit, ideo homo crispus dicitur: qa uero naso aquilicitas, ideo homo aquilus dicetur. Auerroes uero uult denominationem per se primam, & secundam fieri in his totis, in quibus sunt partes: nam quæ partibus primo: toti secundo competunt. Sed dices contra expositionem in commentarijs, & contra hanc expositionẽ Auerrois: non bene dictum esse, quod illud quod parti primo competit: secundo toti competat: patet de dentibus q- bus competit albedo: & non toti: potest intelligi, ut dictũ E est, regulam esse intelligendam de inesse: uel dici potest regulam esse intelligendam quando dispositio competit parti: & nulli alteri. Debes scire ꝙ non ab ratione declarauit Aristoteles albũ & superficiẽ nõ esse eadẽ: licet albedo insit primo superficiei, quia illud quod per se primo alicui inest, uidetur idem illi, ut animal homini, & figura triangulo: propterea ostendit albedinem & superficiem diuersa esse re, & uirtute: quia licet alterum insit per se primo alteri: non tamen inest per se primo secundum æquationem, sed secundum subiecti immediationem: albedo.n. inest primo superficiei idest per negationẽ subiecti medij.

Dilucida. tex. c.16. Et ratione etiã hoc uidelicet est impossibile. oportebit enim ambo esse utrunq;. ut amphoram quidem & uas & uinum esse. uinum uero & uinum & amphoram Siquidem aliquid esse idem in seipso contingit. Quare si quã maxime in seipsis sint: amphoram quidem uinum suscipiet: non quo ipsum est uinum. Sed quo est illa. & uinũ in amphora erit: non quatenus est ipsa amphora. Sed quatenus illud est amphora. Hæc igitur ratione esse di- F uersa patet. Alia enim rõ est eius in quo. Alia eius quod est in illo.

Antiquus. Et ratiõe manifestum est ꝙ est impossibile: oporteret enim utraq; utrunq; esse: ut amphorã uas, & uinum esse: uinum autem uinum & amphorã: siquidem contingit aliquid idẽ in seipso esse. quare cum maxime in seipsis sint: amphora quidem accipiet uinum, non inquantum ipsa uinum est, sed inquantum illud est. uinum autem inerit in amphora: non inquantum amphora ipsum est, sed in quantum illa amphora est, igitur secundum esse. quoniam alterum sit: manifestum est: alia nanque ratio est eius, quod est in quo: & alia illius quod est in hoc. G

Illa Illud

Expositio. Idem persuadet Aristo. ratione per impossibile sic, si aliquid esset in seipso primo ut si amphora uini in seipsa amphora uini primo: erit ipsa amphora uinum: & ipsum uinũ amphora. consequentiam deducunt iuniores duobus sumptis. Quorum primum est ut amphora ipsa sit primum cõtinens, & uinum sit primum contentum. Secundum est ꝙ si amphora uini est per se primo in amphora uini: tunc amphora uini est id qđ priõ est in alio: & amphora uini id in quo est aliquid primo: ita ut ipsa amphora uini sit primum continens: & primum contentum. Tunc arguũt. si amphora uini est per se primo in amphora uini: ipsa amphora uini esset primum continens, & primum contentum: per secundam suppositionem. Sed per primam primum cõtinẽs est amphora. igitur amphora uini est amphora. ut expositorie liceat arguere. hoc demonstrando amphoram uini: est primum continens: & hoc, demonstrando amphoram solã H est primum continens. igitur amphora sola est amphora uini. Similiter hoc, demonstrando amphoram uini: est primũ contentum hoc, demonstrando uinum: est primum contẽtum. igitur uinum est amphora uini. Sed amphora uini: est amphora per primum syllogismum. igitur uinum est amphora. Simili ratiõe põt argui ex parte uini: ut patet. & hęc deductio placet. Propterea concludit continens & contentum non esse idem, sed ratione diuersa. Nam alia est ratio suscipientis, & alia suscepti. Animaduersione dignum ꝙ in esse aliquid per se primo alicui bifariam contingit. uno quidem modo per se primo, quia non per aliud: sed per carentiam cuiuscunq; alterius: qua ratione dicimus ꝙ uinum est in dolio primo, quia non per aliud est in illo sed immediate per seipsum. Alio modo per se primo dicitur esse aliqd in alio: quod de illo prædicatur & non ꝑ aliud, sed de omnibus per ipsum: quo modo risibile primo inest homini, qa non per aliud inest, & omnibus alijs per ipsum. Tunc di-

An si aliqd esset in se ipso prior totũ quod recipereẽ i eo: eẽt idẽ sibi. Vide gradeum Esou. lec. 4.q.4.

Defensio expositoris.

I cenda sunt duo. Primū q nihil est in seipso primo nec primo modo: nec secundo modo. Primo modo patet per rationem in textu: quia tunc amphora esset uinum, & econtra uinum esset amphora, ut deduximus, & sic sentit Aristo. Secundo nihil est in seipso primo secundo modo: quia tunc idem esset primum prædicatum & primum subiectum. & hoc modo uinum non est primo in amphora, quia esset primum prædicatum de amphora: licet sit per se primo in amphora: loquendo de primo secundum primum modum. & hac ratione intelligunt expositores: & ita nihil habent iuniores contra expositores: illud enim expositores non ad mentem Aristo. dicunt. Sed addunt sensui literæ ad abundum sensum.

Recogni. Expositio in commentarijs pulchra est, potest tamen aliter literam introducere si quis uelit, ut dicamus consequentiam esse hanc: si aliquid idem est in seipso per se primo: utrunq; erit erit utraq;, utrunq;. s. uinum, & amphora seorsum erit utraq;. s. uinum & amphora simul. erit. n. uinum,
K uinum & amphora: & amphora amphora & uinum, consequentiam sic deduco nunc supponendo omne tale per se primo esse tale secundum se, & quālibet sui partē: quæ suppositio nunc accipiatur: quia in posterioribus satis declarata est, si ergo aliquid idem est in seipso per se primo, ut in loco: ut amphora uini in amphora uini: & amphora uini erit in amphora uini: & uinum erit in uino: & amphora in amphora, ut ex suppositione patet: ultra sequitur, ut uinum sit uinum, & amphora: erit quidem uinum ea ratione: qua in alio est, erit autem amphora ea ratione: qua in ipso aliquid est, similiter amphora, quia est in seipsa: erit amphora, ut uinum: amphora quidem: ratione: qua in ipsa aliquid est: uinum uero: ratione: qua ipsa in aliquo est. destruit Aristoteles consequens, & inquit, quare siquidē maxime in alterutris essent hoc est alterum in altero: amphora quidem accipiet uinum: non quatenus ipsa uinum
L est, sed quatenus id supple uinum est, & uinum inerit in amphora non quatenus amphora est ipsum uinū: sed quatenus est amphora: quare secundum esse, & definitionem quoniam alterum sit uinum ab amphora: & econtra: manifestum est: alia nanq; ratio est eius, quod est in quo: & alia illius, quod est in hoc. & sic non potest uinum esse uinum: & amphora: nec amphora esse amphora, & uinum.

Dilucida: tex. cō. 27 At uero neq; per accidens contingit. Simul enim duo corpora in eodem erunt: etenim ipsa amphora in seipsa erit. Si id cuius natura est susceptiua: in seipso esse contingat. & insuper illud cuius est susceptiuum ceu uinum si uini. Quod quidem igiť nihil primo in seipso esse contingat: patet.

Antiquus. At uero, neq; secundū accidens contingit. Simul enim duo corpora in eodem erunt: etenim in seipsa amphora erit: si cuius natura receptiua est, hoc contingat in seipso esse: & adhuc illud: cuius est re-
M ceptiuum, ut si uini uinum. Quod igitur impossibile sit in seipso aliquid esse primo: manifestū est.

Expositio. Debes scire hæc posse simul stare uidelicet, q aliquid sit in aliquo ut in loco primo: & sit in illo per accidens siue p aliud. causa uerbi. homo est in mari primo: quia non p unā partem sic: & per aliam non: sed est in illo per accidens: quia per aliud utpote per nauim. Similiter aer est in cœlo primo quia per omnes partes est in cœlo. non autem per se: sed p aliud. est enim in igne: qui est in cœlo. Arist. igitur cum probauit nihil esse in seipso primo per se probat nihil esse in seipso primo per aliud. Ad hoc autem probandum facit enthymema si aliquid esset in seipso primo per aliud: tūc duo corpora essent in eodem loco. Hæc consequentia facile deducitur supponendo q quando aliquid est in alio p aliud illud aliud est propinquius illi q ipsum. uerbi causa. si homo est in mari per nauim: nauis est propinquior mari quā homo. Ex hoc arguo: sit illud quod est in seipso primo. à & cum insit sibi per aliud: sit illud aliud per quod sibi inest. b: N
à igitur inest sibi mediante. b igitur per suppositum ipsum b est propinquius ipsi. à q sit sibi. à hoc autem esse nō pōt. nisi ipsum. b penetret in a. & sit simul in eodem loco, inqt. At uero neq; per accidens hoc est per aliud contingit aliquid esse in seipso primo. quod probat dicens: simul enim duo corpora in eodem erunt: utpote ipsum & id per quod sibi inest. Declarat hoc in terminis dicens. etenim ipsa amphora in seipsa erit. si id cuius natura est susceptiua. hoc est si ipsum uas in seipso esse contingat. & insuper illud etiam cuius est susceptiuum: mediante quo sibi inest oportet esse in eodem: ceu uinum si uini est susceptiuum: quasi dicat. si amphora est in seipsa per aliud: non pōt esse in seipsa nisi per uinum mediante quo sibi inest. Igitur uinum est ppinquius amphoræ q sit sibi ipsamet amphora. & ita uinum & amphora erunt in eodem loco. Hunc locum Themistius sic uidetur intelligere: quæ res cum non nimis fructuosa sit: O
sit dicta intantum.

Recogni. Themistius, quem Auerroes sectatur, uult Aristotelem probare nihil esse in seipso per accidens. quia, ut dicit, differt esse tale per partem: & esse tale per accidens. per partem enim tale dicitur, quod afficitur affectione suæ partis ut homo occęcatur: quia oculi occæcantur. tale autem per accidens dicitur: aut quoties pars afficitur affectione sui totius: aut quoties accidens afficitur affectiōe sui subiecti dicimus enim malum fluctuare: quia nauis: cuius malum pars est, fluctuat: dicimus etiam album moueri: quia animal: cuius est accidens siue forma mouetur. Vult igiť Themistius, ut Auer. etiam inquit, Aristotelem probasse nihil esse in seipso per se: Sed bene per aliud utpote per partē: nunc uero probare nihil esse in seipso per accidens. Quæ expositio consona uidetur uerbis, quibus Aristoteles ponit conclusionem: sed uerbis, quibus conclusionem probat, conuenire non uidetur. Præterea nec uerbis conuenit quibus epylogat: ut legenti patet. propterea non receden- P
dum est ab expositione, quam affero in commentarijs: Aristoteles enim intendit hanc conclusionem: nihil est primo in seipso per aliud: ubi debes, scire primum uel primo ineē bifariam esse: posterioristicum: & physicum: primo inexistens posterioristicum omne est per se: est enim prædicatum, quod competit subiecto adæquate hoc est secundum se, & quālibet illius subiectiuā partē. & non solū adæquate: sed per nullum prædicatum mediū. hoc pacto animal primo homini inest, quia omni homini: & per nullū aliud prædicatum medium: physicum uero est quod competit alicui secundum se & quodlibet illius: hoc pacto concedit physicus hominem esse primo in mari: quoties secūdum se totum est in mari: & non secundum aliquam partē sic: secundum aliam non. hoc autem primum physicū duplex est per se: & per aliud: est enim nauis primo per se in mari: primo, quia secundum se, & quodlibet sui: est per se: quia non per aliud: sed immediate per seipsam. homo uero: qui secundum se, & quolibet sui est in mari mediante naui, dicitur in mari esse primo per aliud. primo quidem: quia secundum quolibet sui: per aliud uero, quia per nauim: q per se est in mari: cui naui ipse homo immediate inest. Ex Q
his patet conclusio textus: intendit enim hanc conclusionem: nihil per aliud est in seipso primo, ut in loco: & hoc inquit, At uero, neq; secundum accidens, id est secūdum aliud contingit aliquid in seipso primo inesse, ut in loco. hæc est conclusio: deinde probat per talem consequētiā: nam si aliquid esset in seipso per aliud primo, tūc duo corpora essent in eodem loco: quod relinquit tanquam absurdum. pro deductione consequentiæ accipit duas suppositiones: prima est, q si aliquid est in seipso primo, ut in loco: oportet, ut idem sit recipiens locus, id est, quod recipit: & receptum id est locatum quod recipitur: uel oportet idē esse in quo recipitur: & quod recipitur: quod idem est: hęc est prima suppositio: & hanc innuit, & inquit etenim in seipsa amphora erit ut in loco: si id: cuius natura est receptiua: hoc contingat in seipso esse: quasi si dicat si amphora in

A ra in seipsa, ut in loco erit: illa erit locus recipiens, & locatum receptum. secunda suppositio est, quod illud per quod recipit, semper est ipsi amphoræ immediatius eo, quod recipitur per illud, ut si amphora reciperet se mediante uino recepto: uinum ipsi amphoræ erit immediatius, quàm esset ipsamet amphora recepta, semper enim mediū per quod est ei recipienti immediatius, quàm sit quod in illo recipienti recipitur per tale medium. unde si amphora primo se reciperet mediante uino: uinum medium immediatius amphoræ inesset, quàm ipsamet amphora, quæ uino mediante inhereret sibijpsi. dicit, & adhuc in amphora esset illud: cuius ipsa amphora esset locus receptiuus, ut si uini esset locus receptiuus, uinum amphoræ inesset: & tu intelligas immediatius quàm inesset sibi ipsamet amphora, quia ut dicebamus: medium est immediatius recipienti quàm receptum. has ergo suppositiones posuit: ex quibus deduci pōt consequentia, sed consequentiæ deductionem tacuit, quia ex

B his patet: nam si medium est immediatius recipienti, quā res recepta per illud, ut secunda suppositio dicit, & per primam si idem esset primo per aliud in seipso: amphora eēt locus recipiens, & uinum medium recipiendi, & ipsamet res recepta, & ita uinum immediatius inesset amphoræ recipienti, quàm ipsamet amphora recepta: quare cū amphora recipiens, & amphora recepta in uno loco sint: uinum & amphora recipiens erūt in eodem loco, & sic patet consequentia, quæ secundum Themistij & Auerrois expositionem patere non poterit. deinde epylogat, & inquit, quod igitur impossibile sit aliquid in seipso esse primo. manifestum est, quia neque per se: neque per aliud: solum autē esse potest aliquid in seipso per partem.

Dilucida. tex. comē. eiusdem.

C Id uero quod Zeno dubitabat quòd si locus sit aliquid, in aliquo erit. Soluere non erit difficile. prohibet enim nihil ut primus locus in alio quidem sit: non tamen in illo tanquam in loco. Sed ueluti habitus, ut sanitas quidem in calidis: caliditas autē in corpore ut affectio. quare non necesse est in infinitum abire.

Antiquus.

Quod autem Zeno opposuit, quòd si locus est aliquid: in aliquo erit, soluere difficile non erit. nihil enim prohibet in alio primo esse locum: non tamē in illo, sicut in loco, sed sicut sanitas quidem in calidis, ut habitus, & calor in corpore ē sicut passio: quare non necesse est in infinitum abire.

Expositio.

Ex ijs soluit cauillum Zenonis: arguebat enim Zeno locum non esse, quia tunc esset in aliquo ut in loco, & ita in infinitum. Respondet quòd per distinctionem habitam non est difficile contradicere illi. Nam proprius siue primus locus alicuius, uerbi causa, uini est in aliquo: non ut in loco: sed ut accidens in subiecto, siue forma in materia. Nam locus uini est ultima concaua superficies amphoræ: illa autē est in amphora ut in subiecto: ideo non est necesse in infinitum abire. Auerroes aūt in præsenti cōmento ait solutionem hanc conuenire principijs & fundamentis Aristo. qui ponit locum non esse corpus, sed ultimam superficiē corporis continentis. Qui uero tenent locum esse corpus, soluere non possunt hāc rationem. Nam omnino oportet eos dicere tale corpus siue sit interuallum siue aliud id genus esse in loco, & ita abibitur in infinitum.

D Quę Auer. cōm. 28.

Recogni.

Quærere potes cur dixit locum esse in corpore locante, ut habitus est, & ut passio. dicendum rectè sic Aristotelē esse locutum, quia locus alius inest locanti corpori immobiliter, ut superficies cœli concaua cœlo, & hic inest, ut habitus: qui est ab eo: cuius est habitus de difficili mobilis. Alius uero inest locanti corpori mobiliter, ut concaua superficies aeri uel aquæ, & hic inest per modum passionis, quæ est ab eo: cuius est de facili mobilis: hæc Aristotelē.

E Dilucida. tex. cō. 29

Illud præterea perspicuum cum uas nihil sit eius quod est in ipso. Diuersa nanque sunt id quod inest & id in quo primo inest: locum neque esse materiam neque formam, sed diuersum. hæc enim utraque illius sunt, quod in se unum est materia: uidelicet & forma. Hæc igitur sint dubitata.

Antiquus.

Illud autem manifestum est, quia cum nihil sit uas eius, quod est in ipso: (alterum enim primo, & quod inest, & in quo inest:) non utique erit materia neque species locus, sed alterum. Illius enim unius aliquid hæc sunt & materia, & forma. Hæc igitur sint opposita.

Expositio

F Vltimo soluit quæstionem de quidditati loci, & concludit quòd neque sit forma, neque materia. & utitur tali ratione. Materia & forma sunt aliquid eius: cuius sunt materia & forma, sed locus nihil est locati. Nam diuersum est uas & id quod in illo est. Igitur locus nō est materia neque forma. deinde epylogat, & patet.

Recogni.

Conclusio est, quòd locus nec est forma nec materia locati, & syllogismus est in secunda figura, compositi, cuius materia & forma sunt, aliquid sunt, hanc maiorem posuit cum inquit, illius enim unius scilicet compositi, cuius materia & forma sunt, hæc uidelicet & materia & forma aliquid sunt. Addas minorem, sed locus non est aliquid eius, cuius est locus: ergo non est illius materia: nec forma. Minor autem in principio textus posita est cum inquit, illud autem manifestum est, quia cum nihil sit uas siue locus eius, quod est in ipso: & probat, quia primo & per se & quod inest, & in quo inest, differunt: interposita probatio est complet rationem, & inquit, non utique erit materia: neque species siue forma rei locatæ locus, sed alterum ab

G utraque. ecce quòd de ratione tetigit maiorem, minorem, & minoris probationem, & conclusionem: uerum debent legi transposite.

Dilucida. tex. cō. 30

Sed quid sit forsitan locus: hinc profectò perspicuum fiet. Sumamus tamen de ipso quæ uere competere ipsi per se uidentur. censemus itaque locum primum id continere, cuius est locus. nihilque illius rei esse. rursus primum locum neque minorem esse: neque maiorem. præterea neque exolui ab uno quoque: & esse separabilem. Ad hæc omnem locū & sursum: & deorsum habere. & corporum unum quodque proprios ad locos suapte natura ferri & in illis manere, & hoc pergendo aut sursum aut deorsum.

Antiquus.

Quid autem forte sit locus, hinc utique fiet manifestum. accipiamus autem de illo, quęcunque uidentur uere per se inesse ipsi. Censemus igitur locum esse primum quidem continens illud: cuius

H locus est. & nihil rei esse: Amplius primum locum neque minorem: neque maiorem esse: Adhuc neque deficere ab unoquoque, & separabilem esse: Adhæc autem omnem locum habere sursum & deorsum: & ferri natura & manere in propriis locis unumquodque corporum: hoc autem est facere se aut sursum: aut deorsum.

Expositio.

Tractaturus Aristo. loci definitionem primo accipit per consensum omnium, quæ loco cōmuniter insunt. Et apud Themistium sunt quinque. Primum est. locum continere ambireque eas res, quarum est locus. Secundum est. locum rei illius quam continet: nihil esse hoc est neque materiam neque formam: neque partem aliquā id genus. Tertium est. locum primum atque proprium neque minorem: neque maio-

I rem esse. Quartum est. locum ab unoquoque corporū exolui non posse, quia sic esset uelut una idea. Sed esse separabilem quatenus in eodem loco possunt diuersa corpora sibi cedere. & ita semper locus erit in aliquo corpore, licet sit separabilis à corpore. Vnde sorticolæ concederent à locato locus est separabilis. & negarent locum esse separabilē à locato. Prima pars patet. quia ab hoc uel illo locato est separabilis. Secunda probatur, quia necessario locus est in aliquo locatorum. ultimum est ꝙ quæcunque in loco sunt, aut superiori, aut inferiori loco esse necesse est. Hęc quinque Themistius ex litera colligit. Auer. aūt colligit quinque sed alio modo primum est continere locatū, & nihil esse illius: per hoc ꝙ nihil est illius, differt à forma. per hoc ꝙ cōtinet. differt à uacuo, quod non continet, sed penetrat. Quod quidem contineat per consensum omnium accepit ut Themistius inquit. Quod uero nihil sit rei quā continet: supra de-

Quę Auer. com. 30.

K ductum est. secundum est ꝙ locus sit neque minor: neque maior locato, sed æqualis: nō minor (ut Themistius probat) quia non ambiret: complecteretur que. neque maior, quia in partem illam subsiduam corpus alterum posset inferri & ita conferri ut neque proprius neque primus sit. tertium est ut sit. separabile à locato: per quod ut inquit Auerroes differt à materia, & forma. huius causam affert Themistius ex successu subeuntium corporum. & uicissitudinario rerum ingressu egressuque, ut supra dictum est. quartum est ut differentiæ loci sint aut sursum aut deorsum, hoc est ut omne ꝙ est in loco sit, aut sursum aut deorsum. & per hoc differt à uacuo, ubi nulla harum differentiarum uidetur esse. Quintum ut sit tale: ad quod corpus naturaliter feratur, & ad ipsum ductum in eo permaneat: per quod ēt differt à uacuo: ad quod nihil naturaliter fertur. hæc aūt conditio omni loco nō conuenit, sed solum naturali loco: ad quem aliquod corpus naturaliter sit aptum ferri. Hæc ex cōmento habentur. Sed circa eiusmodi loci conditiones. Dubitant primo contra primam, quia si locus contineret locatum esset illo maior: siquidem omne continens sit maius contento. Dicēdum ꝙ locus cū sit concaua superficies corporis continētis. & locatū locetur per ultimam superficiem conuexā, & ambæ sint indiuisibiles secundum altitudinem: iure ea quę cōtinet, & ea quæ continentur æquales sunt. uerum ea q̄ est

Prima du: An loc⁹ sit æqualis locato. Vide Iand. q. 3. huius. Et Alb. de sa. xo. q. 2. h⁹

L locus continere dici, quoniam est corporis maioris. Illa contineri, quia est corporis minoris. Ad formam dico ꝙ omne continens est maius contento loquendo de corpore: non aūt de illius superficie: nam superficies continēs & contenta sunt ęquales non obstante ꝙ una alteram contineat. Dubitant secundo. utrum locus sit æqualis locato: uidet ꝙ non. primo quia cœlū est omnium locus, & oium maximum. Secundo quia locatum in tris secatur dimensiones: locus in duas tantum. Auerroes infra. cōmē. 77. distinguit de æqualitate: uult enim alteram esse æqualitatem cōtinentiæ, quando quantum unum continet: tm̄ est ipsum contentum. Alteram uero dimensiuā qn̄ tres dimensiones aliquorum duorum sunt æquales. Tunc dicendum ꝙ loquendo de loco proprio: de quo conditiones intelligunt in

Scda dubi.

M textu: locus est æqualis locato æqualitate continentiæ: nā quantū continet locus ipse: tm̄ est locatū. Secundo dicendū locū propriū & locatum esse æqualia dimensiue ꝑ suas superficies secundū quas se tangunt: patet qa secundū duas dimensiones sunt æqualia: longitudine uidelicet & latitudine. tertio dicendū locū & locatū non est æqualia absolute secundū oēs. Nā locus est tm̄ diuisilis in duas dimēsiones. Locatū uero in tris diuidit. Tūc patet solo ad rōnes. Dubitant tertio. utrū locus sit separabilis & materia non. uꝛ ꝙ non. quia materia est ingenerabilis. Igit ab omni forma separabilis. Quo mō locus sit separabilis supius diximus. tn̄ quidā dicunt ꝙ locus est separabilis à locato dupliciter. Primo subiecto, qm̄ locus est in locante, & non in locato. Secundo existentia: nā locatū pōt permanere: quis locus desinat. Sed de hoc satis diximus supra. cōmēto. 17. & 18. unū tn̄ scias ꝙ hoc qđ isti aiunt non est ad mentē Themi-

Tertia du. Vide & Gae. t. 30. huius. Et Egid. hic.

stij: probat. n. in textu locū esse separabilē, quia in ipso corpora sibi mutuo cedunt. igit non de separatione subiecti, nec de sepatione existētiæ loquit, sed de sepatione cōtinētiæ uidelicet qa locus uicissim pōt plura locata continere. De his satis supius diximus. Viterius dicunt noui expositores ꝙ locus differt à materia, qm̄ ipsa materia est corruptibilis secundū esse, non aūt secundū essentiam. Locus uero pōt ꝑmanere idē numero & essentia. Huic obijciunt iuniores. Tū primo, qa si materia remaneret in corruptione cōpositi: aliquid remaneret sine suo esse, quod non pn̄t intelligere. Tū secūdo, qa qđ est illud esse, qđ desinit. non accn̄s: quia in nullo gn̄e accidentiū. non substātia, quia non materia, non cōpositū, nō forma. igit est fictio. Et licet de hac re plura dixerimus in. 1. physi. nunc scias ꝙ positio noui expositoris est mens Themistij in. 1. huius. digressiōe unica. Propterea alij alr̄ dicunt. Quidā. n. aiunt ꝙ duplex est esse: formale, & entitatiuū. esse. n. formale est, aut forma, aut actus formę, ut esse albū est albedo, aut actus albedinis. esse uero entitatiuū est quo res est ens, & extra suas cās. Tunc uolūt ꝙ materia maneat secundū essentiam & esse, non formale, sed entitatiuū. Tunc ad primū patet solo: nā manet qdē & nō sine suo esse. Ad secundū dicunt ꝙ nec est substātia nec accidens prædicamētale. Sed se habet ad modū accidentis cū sit extra essentiā, aut saltē non de essentia. De hoc diximus in primo. Alij dicunt ꝙ esse materiæ est indiuiduatio materiæ quā habet & ꝑ accidentia, & per cōpositū: cuius ipsa est pars: per essentiā uero intelligunt ipsam materiam secundū se sumptā, ut abstrahit ab indiuiduationibus. Tūc concedunt materiā remanere secundū esse, non tn̄ unū numero, sed sub esse indiuiduali alterius indiuidui. Ad secundū dicunt ꝙ illud esse est ipsa materia taliter accepta aut taliter indiuiduata. Sed hæc rn̄sio non est ad mentē noui expositoris, quia tunc ipse per essentiā intelligeret esse specificum, & non esse numerale, & per esse uellet esse indiuiduale, quod est contra ipsum hic. ideo pro nunc sufficiat primus dicendi modus.

N

Vide Sco. d. 12. secūdi. q. 1. & 2. et cano q. 9. ꝑ physico. arti. 1.

O

P

Recognil.

Aristoteles proponit accipere, ut locū ipsum bene definiat, quęcunque ipso loco per se insunt. Auerroes uero assignat cām, ex eo, qa ex talibus, quę ꝑ se rei cōpetunt, colligit definitio rei: cū definitio rei sit aliud nihil, q̄ sermo cōpositus ex rebus, q̄ rei definiendæ ꝑ se insunt. Aīaduertē ea, quæ Aristoteles sumit de loco esse qnque secūdū Them: & qnque secundū Auerroē: licet aliquo mō differant: ut in cōmētarijs patet, siqs aūt uult pōt illa dicere esse sex, quorū primū erit locū continere rē locatā, secundū locū nihil esse rei locatæ: tertiū locū esse æqualē rei locatę: quartū à rebus locatis locū esse separabilē: quintū oēm locum esse aut sursum aut deorsum: sextū locū esse finē, atque terminū, ad quē corpora naturaliter ferunt, & in quo naturalr̄ manent: ecce quō sunt sex, si bene considerent. Quo uero ad uerba attinet, cū Arist. dicit locū esse separabilē, ita inquit, adhuc neque deficere ab unoquoque, & separabilē esse. & intelligit locū nōn stare derelictū ab unoquoque locatorū, qa sic esset uacuū: tn̄ separari pōt ab unoquoque, qa nullum est, uel fuit, uel erit locatū, qn ab illo separari possit, & ita innuit locū esse à locatis separabilē separabilitate cōtinētiæ, quatenus nunc unū, nunc aliud continēs est, non aūt separabilitate subsistentiæ, ita ut subsistere possit sine locatis, sic. n. esset uacuū ꝑterea hæc non repugnant locus nō derelinquit ab unoquoque locatorū, & locus separatur ab unoquoque locatorū, prima. n. pars patet tenēdo illū terminū unoquoque copulatiue: non. n. separat aut relinquit ab omnibus locatis: secunda uero patet, tenendo illū terminū unoquoque diuisiue, qa ab isto, & ab isto &c. Auerroes uero, qa hēbat malas translationes, induxit uerba textus Alexandri, & expositionē Alexandri circa illa uerba: ego uero dico uerba textus Auerrois non esse Arist. nec uerba, q̄ dicit esse de libro Alexandri, sunt Aris. nec expositio Alexandri est bona, quia tunc tertia conditio concideret cum secunda, ut intelligenti patet.

Q

A Dilucida. tex. c. 31.

Suppositis uero iis reliqua perspicienda sunt: atque huncad modum tentare considerationem facere: & ipsum quid est tale assignetur, ut ea quæ dubitantur: dissoluantur. Et ea quę uidentur inesse loco, insint. Et insuper ipsa difficultatis & dubitationum quæ de ipso sunt causa pateat. Sic enim commodissime unumquodque profectò ostendetur.

Antiquus.

Suppositis autem his, reliqua consideranda sunt; oportet autem tentare cōsiderationem sic fieri, ut ipsum quid est, reddatur, & ut & quæcunque opponuntur: soluantur, & ut quæ uidentur loco ineē: insint. & amplius discolię causa, & oppositorū, quę de ipso sunt, sit manifesta: sic enim utique pulcherrime ostendetur unumquodque.

Expositio.

Quæ auer. com. 31. An dissō subiecti sit mediū demōstratio, nis ut uidetur uelle hic Aristo. Vide grā deū Escu. lec. 5. q. 2.

Antequam definitionem loci afferat: qualis debeat esse loci definitio danda proponit. & uult esse trium conditionū. Prima est ut per ipsam cessent argumenta facta in contrarium. Secunda est ut accidentium propriorum appareat causa. Tertia ut dubitationum & difficultatis unde exortæ sint: pateat causa in promptu. Auer. ait. destructiue ualet per hanc orationem. non scitur causa omnium accidentiū quæ insunt subiecto. igitur non est definitio. Constructiue non ualet. Possunt enim multæ affectiones demonstrari de subiecto per causam materialem, quæ non est hominis aut alicuius id genus definitio completa. Vlterius uult quòd talis debeat esse definitio, ut per ipsam cessent omnes dubitationes & difficultates circa definitum soluantur. Quidā intelligunt solui omnes difficultates quæ oriebantur ex definitionis ignoratione: nō autem uniuersaliter omnes. Alii intelligunt omnes. nam omnis difficultas, aut attinet ad genus causæ materialis, aut formæ, aut finis, aut efficientis. Modo definitio aggregat omnia hæc genera causarū. Ego uero solitus sum dicere quòd difficultas, aut oritur ex parte rei, aut ex parte nostra, ex parte nostra possunt oriri difficultates sophisticæ, quæ nihil ad rem faciunt. Ex parte rei omnis difficultas uel pertinet ad speciem, uel ad indiuiduum. si ad speciem. Ille sciri possunt cognitione solius formæ, per quam fit definitio per se. Quæ pertinet ad indiuiduum. illæ sciri possunt per cognitionem materiæ, quæ in definitione ponitur per accidens. Vlterius ait Auerroes tria esse necessaria ad perfectam colligendam definitionem, ut soluantur quæstiones, ut appareat causa accidentium, & ut tollantur difficultates, aut illæ appareāt, hæc dicit esse necessaria. nam ubi illorum aliquid defecerit, proculdubio perfecta non dicetur esse definitio.

C

Recogni.

Animaduerte Themistium & Auerroem differre: nam Themistius bonæ definitionis cōditiōes reducit in duas. prima ut Argumenta, quę emergunt contra definitionem soluantur. secunda, ut ea, quæ uidentur in esse loco, per ipsam asserere ac tueri possimus. tertia enim conditio concidit cum prima. Auerroes uero magis ad uerba uult tres esse conditiones bonæ definitionis; prima, ut argumenta soluantur. secunda ut per definitionem constet causa omnium accidentium sensibilium, quæ rei definitæ accidunt & tertia, ut per definitionem appareat quanta erat difficultas definitionis inueniendæ: Dicit tamen hanc tertiam nō conuenire omnibus definitionibus, sed solum illis, quæ uenatu inuentuque difficiles sunt. & quo ad uerba attinet, uerba illa, ut ipsum quid est, reddatur, aliter in commentariis legimus: nam uerbum ὅπως per uerbum & transtulimus: sed melius per uerbum ut transferri potest, & tunc est sensus, oportet autem de definitione tentare considerationem sic fieri, ut id est ad hoc ut ipsum quid est bene assignetur: reddaturque. hoc est oportet considerationem de definitione ita facere ad hoc, ut definitio bene assignetur: quorum primum ponit, cum inquit, ut & quæcunque opponuntur, soluantur. hoc est, ut argumenta, quę contra definitionem sunt, diluantur. secundum ponit, cum inquit, & ut quæ uidentur loco inesse: insint: Themistius intelligit quo ad defensionem: hoc est, ut per ipsam sciamus defendere quæcunque rei definitæ competunt. Auerroes intelligit, quo ad assignationem causæ: est enim bona definitio: per quam apparet causa omnium eorum accidentium, quæ rei definitæ competunt. Tertia definitionis conditio declarata est ab Auerroe: ut illa sit bona definitio: qua pateat quanta erat difficultas uenandæ definitionis.

D

E

Primum scire oportet locum ipsum non quæri nisi motus localis aliquis esset. Propter enim id & cœlum potissimum esse arbitramur in loco, quia semper sit in motu. talis autem est delatio, auctio, atque minutio. Nam & in auctione rerum atque minutione locus ex loco mutatur & quod prius fuerat hic: id ad maius deinceps, & ad minus translatum erit.

Dilucida. tex. cō. 32

F

Antiquus.

Primum quidem igitur oportet intelligere, quod non quæreretur locus, nisi motus aliquis esset secundum locum. Propter hoc enim & cœlum maxime in loco opinamur, quia semper est in motu. Huius autem aliud quidē est loci mutatio: aliud uero & augmentum, & decrementum, etenim in augmento: & decremento transmutatur: & quod quidem prius erat hic: iterum transmutatum est in maius: aut minus.

Expositio.

His præmissis: nonnulla adhuc sumit pro ipsius loci diffinitione colligenda. Primum est quòd nulla de loco haberi potest mentio: nisi motus localis aliquis haberetur. affert signum, quia cœlum maxime creditur esse in loco, eo quia est in motu semper, atque excitu maximo. & quoniam localis motus est triplex uidelicet latio auctio: & minutio: per omnes hos patet locum posse quæri, quòd quidem per lationem quæratur, nemo dubitat. quòd uero per minutionē & auctionem. declarat, quia quod augetur uel minuitur: locum maiorem minoremue occupat. Sic igitur patet motū localem loci cognitionem facere: quemadmodum alteratio fecit scire materiam.

G

Recogni.

Aristoteles uelle uidetur locum inuentum esse propter motum: dicit enim quòd non quæreretur locus, nisi motus aliquis esset secūdum locum, propter hoc enim & cœlum maxime in loco esse opinamur, quia semp est in motu. Contra quia quies ostendit locum: ergo non motus. Præterea ex hoc quòd cœlum mouetur: uidetur ipsum nō esse in loco, quia esse in loco priuat motum. Auerroes uelle uidetur quietem & motum ostendere locum: magis autem motum, quia motus dicitur habitus, quies uero priuatio. sed erat, quia quies uidetur magis locum ostendere ex eo, quia motus non ostendit locum nisi mediante quiete, ergo quies magis ostendet locum quàm motus, nec uerum est quod Auerroes ait, quietem esse priuationē, nisi de quiete in termino à quo: quies enim in termino ad quē est perfectio motus. ex hoc sequitur primo motum ostendere locum mediante, quia mediante quiete. sequitur, secundo non esse credendum cœlum maxime in loco esse, quia mouetur semper, quia ut dictum est, ex eo quia cœlū semper mouetur, sequitur ipsum nunquam quiescere, & ita nunquam esse in loco. propterea uel hoc dixit Aristoteles secundum opinionem antiquorum: uel locutus est de loco circa quem non de loco in quo: non. n. ex eo: quia cœlum semper mouetur, sequitur ipsum esse in loco: sed semper circa eundem locum. Aristoteles autem donec de loco distinguat, de loco loquitur communiter, ut est quid commune loco in quo, & loco circa quem: satis enim sibi est habere ex motu haberi locum: nam si motus est semper, habetur locus circa quem: si motus est finitus: habetur locus saltem mediante quiete, & ita sufficit. sed quæres an motus alterationis, & generatio ipsa arguant locum esse. Dicendum quòd immediatum argumētum loci est quies, quæ est perfectio eius, quod de loco ad locum mouetur: remotum argumentum est auctio uel di

Quę Auer. cōmē. 32.

Refutatio

H excerpta

I { minutio, quia augmentum uel diminutio non arguit locum, nisi mediante locali motu. & hæc omnia arguunt locum per scilicet ordine quodam. generatio uero, & alteratio non arguunt locum nisi per accidens, quatenus omne quod alteratur uel generatur, est magnum & paruum. & ita arguunt locum per accidens ratione magni uel parui corporis, quod generatur, & indiget loco.

Dilucida. tex comē. eiusdem. Mouentur autem alia quidem per se actu. Alia uero per accidens. Et horum quæ per accidens: alia per se moueri possunt. Ceu corporis membra: atque nauigii clauis. Alia uero nequeunt, sed per accidens semper mouentur. ueluti albedo & scientia. Hæc enim pro tanto locum mutát, quia id in quo sunt mutatur.

Antiquus. K { Est autem quod mouetur, aliud quidem per se actu: aliud uero per accidens. ipsius autem quod per accidens est, aliud quidem est contingens moueri per se: ut partes corporis, & in naui clauus. Alia uero non contingentia sunt, sed semper per accidens, ut albedo, & scientia: Hæc enim sic trāsmutant locum, quia id: in quo sunt, transmutantur.

Expositio. Hoc est secundum, & diuidit ea quæ mouentur, quoniā alia mouentur per se actu quæ (ut Themistius inquit) ea sunt, quæ disseparata disiunctaque sunt ab eo, quo continentur, eique quod nihilominus tangunt, minime continuantur ut animalia, & elementa & id genus. Alia uero per accidēs & horum quæ per accidens mouentur: alia per se moueri possunt, ut homo in naui, qui licet moueatur ad motum nauis, per se tamen moueri potest. Similiter & animalium membra. nauis quoque clauis, & id genus. Alia uero per se moueri nequeunt: sed solum mouentur motu alterius, ut albedo, & scientia. Vtilitas uero huius secundi (ut Themistius inquit) est, ad denotandum nos cognitionem loci nō perquirere, ab ijs quæ per accidens mouentur. Nam quæ per accidens mouentur: quemadmodum proprie non mouentur: ita neque egere: neque loci in notitiam producere poterant. Auerroes uero in præsenti commento primo reddit causam cur potius propter motum, quàm propter quietem scitur locus: licet per utrūque significetur. & ait causam esse, quia motus est notior: cum sit habitus: quies uero priuatio. Secundo reddit causam cur cœlum habere locum latuit, & facit argumentum Zenonis in sexto qui arguebat. id quod mouetur in loco: debet mutare locum secundum totum. Sed cœlum non mutat locum secūdum totum: ideo extimatur non moueri. quo argumento compulsus Auicēna dixit cœlum non mutare locum, sed situm. & quia dicere ipsum moueri secundum partem uidebatur Zenoni incredibile: ideo Zeno negauit ipsum moueri, ut in fine. 6. uidebitur, & nunc differatur usque ad locum illum. Vlterius reddit utilitatem secundi præmissi (ut Themistius dixit) quod ideo distinxit de ijs quæ mouentur per se, & per accidens, ut habeatur loci cognitionem nancisci ex ijs quę per se mouentur: non ex ijs quę per accidens. Vltimo uult quòd sub secundo modo eorum quæ mouentur per accidens: non tātum albedo & scientia collocantur, sed generatim omnes formæ. nā nulla forma esse potest sine subiecto, & ita neque moueri. Hæc sunt quæ in commento habentur.

Vtilitas præmissi L

Quę Auer. com. 32.

M

Dilucida. tex. cō. 33 Cum uero aliquid in cœlo esse dicimus ut in loco, quia in aere est, qui quidem est in cœlo, non in uniuerso acre: sed ob ultimum ipsius & continés: id in aere esse dicimus. Nam si uniuersus aer locus esset: locus profectò cuiusque æqualis unicuique locato non erit. At æqualis uidetur esse. talis autem est is: in quo primo aliquid est.

Antiquus. { Quoniam dicimus esse sicut in loco in cœlo, quia in aere, hic autem in cœlo est: & in aere autem nō omni, sed propter ultimum ipsius, & continens in aere quidem esse dicimus: si enim omnis aer locus esset: non æqualis erit uniuscuiusque locus, & unū quodque locatum. Videtur autem & æqualis esse. huiusmodi autem primus est in quo est. N

Expositio. Tertium præmissum est quòd locus bifariam est, ut communis, & proprius. In communi quidem aliquid est propter proprium, & ita primus locus proprius est. Inquit, cū uero aliquid in cœlo esse dicimus ut in loco, quia in aere est, qui quidem est in cœlo: non in uniuerso aere id esse dicimus. Sed ob ultimum ipsius & continens, id in aere esse dicimus: hoc probat, & inquit. nam si uniuersus aer locus esset alicui, locus profectò cuiusque æqualis non erit unicuique locato. at æqualis uidetur esse. & ita consequens est falsum. igitur & antecedens exponit quis locus sit æqualis: & inquit: talis autem est is: in quo primo aliquid est. Sic igitur patet, nihil esse in loco communi: nisi quia est in loco proprio æquali, & primo sibi. Auerroes ponderat uerbū illud uidetur, cum Aristote. inquit at æqualis uidetur esse, quod in sua trāslatione loco: u͞r: habet: extimatur. Et huius duas reddit causas. Primo quòd hæc propositio locus est æqualis locato. Videtur de propositionibus quasi per se notis non egentibus: nisi modica innuitione. Secundo quia hæc propositio est necessaria & famosa, & quia famosa dixit. uidetur: siue extimatur. Vlterius Auerroes calcem textus resoluit in duos syllogismos. Primus probat uniuersum aerem non esse primum locum, hoc modo uidelicet. Primus locus est æqualis. uniuersus aer non est æqualis. Igitur in secunda figura uniuersus aer non est primus locus. Secūdus uero probat quod ultimus finis est locus sic: locus est æqualis locato. ultimus finis aeris est æqualis locato. Igitur ultimus finis aeris est locus. Sed dices contra, quia hic syllogismus est ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Respondet quòd hoc fieri potest, quia maior est cōuertibilis. omnis enim locus proprius est æqualis locato, et econtra: qua conuersa, remanet prima figura. Contra se obijcit, quia tunc syllogismus non esset ex notioribus, quoniam omne æquale locato esse locum non patet. nam uacuum contentum inter latera continentis est æquale locato, quod tamen non est locus. confirmat hoc, quia philosophus infra inducit alia principia, quibus probat locum nō esse uacuum. igitur donec illud probetur: latet utrum omne æquale locato sit locus. & ita syllogismus erit non ex notioribus. Propterea respondet aliter & uult quòd Arist. non arguat in secunda figura, sed loquitur hypothetice uidelicet quòd si locus est ultimus finis continentis: locus est æqualis locato. Modo positio antecedentis est ambigua: donec destruatur uacuum esse locum. & ita Aristote. non cathegorice: sed hypothetice loquitur. Et ita hæc principia non conceduntur nisi hypothetice uidelicet dato quod locus sit ultimus finis aeris. Debes scire quòd expositio hęc Auerrois textui non consonat ut patet, sed hoc modo ipse est intelligendus. Themistius uero hoc modo hoc tertium præmissum annectit ad dicta. nam dictum est quòd ex ijs quæ per se mouentur: natura loci petenda est, sed animalia per se in mundo mouentur: ideo est dubium an mundus esse possit animalis locus. Ad huius tollendam ambiguitatem declarat quòd uno modo mundus est locus, alio modo nō ut patet.

O Quæ auer. comē. 33

P

Q

Recogni. { Tertia suppositio sic intelligit, nihil est in loco communi, quin sit in loco proprio: probatur nihil est in loco communi, quin sit in loco æquali: locus æqualis est proprius, ergo nihil est in loco communi, quin sit in loco proprio. Aristoteles probat maiorem exemplo, & inquit, quoniā autem aliquid dicimus esse in cœlo sicut in loco, quia illud est in aer, hic autem est in cœlo, id est qui quidē aer est in cœlo: sequitur ex hoc ut & in aere illud sit, non omni, atque uniuerso, sed propter ultimum ipsius aeris & propter continens eiusdem illud in aere esse dicemus: quasi dicat sequitur eadem ratione illud non esse in uniuerso aere, sed eo modo esse in aere, quo d͞r esse in cœlo: nā sicut in cœlo est, quia est in aere: ita in aere est, quia est in concaua aeris,

A superficies:quæ dicitur ultimum & continens in ipso aere,& ita in cœlo illud est,quia est in aliquo ipsius cœli,& in aere,quia est in aliquo aeris.non contentus hac probatione,probat alia ratione nõ esse in aere aliquid, nisi quia in aliquo eius,& inquit,si enim omnis aer atq; uniuersus esset locus:nõ æqualis erit uniuscuiusque locus,& unũquodq; locatum.destruit consequens & inquit, uidetur autem & æqualis esse:& ita patet maior,uidelicet ꝙ nihil sit in loco communi,nisi sit in loco æquali:addit minorem, & inqt, Talis autem locus æqualis est primus siue proprius in quo locatum ipsum est. ergo nihil est in loco communi, quin sit in proprio,& ita patet tertia suppositio. Auerroes uero uult Aristotelem tertio accipere locum esse duplicẽ proprium,& communem, & ꝙ nihil est in communi loco,quin sit in proprio.Ex his patet expositionem Auerrois uerbis Aristotelis non consonare:prima enim quæ resoluit textum in duos syllogismos,non consonat,quia secundus syllogismus accipit maiorem dubiam:non enim patet omne æquale locato esse locum, superficies enim interna loco est æqualis locato,quæ tamen non est locus.secunda uero minime,quia secũda uult Aristotelem uelle illam hypotheticam,si locus est ultimũ continentis, locus est ęqualis locato:modo hæc expositio non potest uerbis accommodari,ut intelligenti patet.

Dilucida: tex.cõ.34 Cum igitur id quod continet non est à re contenta seiunctum,sed continuatum, non in illo esse dicetur ut in loco,sed ut pars in toto. Cum uero disseparatur,ita ut tãgat, in primo erit quoddã quod est ultimum continentis, quod quidem neq; pars C est eius quod est in ipso:neq; intercapedine aliqua maius,sed æquale.Nam eorum quæ se tangunt,ultima sunt simul in eodem.

Antiquus. Cum quidem igitur non diuisum sit continens: sed continuum, sicut in loco non dicitur in illo, sed sicut pars in toto.Cum uero diuisum,sit,& cõtangens,in primo quoddam est, quod est ultimũ continentis,quod neq; pars est ipsius, quod est in ipso:neq; maius distantia,sed æquale:in eodem.n. sunt ultima contangentium.

Expositio. Quartum præmissum est, quòd continens ad hoc ut sit locus alicuius contenti debet esse disiunctum ab illo, licet attiguum.Colligitur autem hæc ratio coniunctum est in eo cui coniungitur ut in toto.Locatum non est in loco ut in toto.Igitur locatum non est coniunctum loco.Propterea cõcludit locatum esse in continente ut in loco,quod continẽs neq; est pars neq; inæqualis locato. nam cum locus proprius tangat locatum, ultima erunt simul in eodem, & ita neutrum erit maius neutro. uerba patent translatione ipsa. Sed dices.possunt se tangere aliqua, & esse inæqualia. igitur non est uniuersaliter uerum quòd quæcunq; se tangunt ultima sunt simul in eodem. Dici potest ꝙ Aristote. loquitur de iis quæ mutuo æquate se tangunt: quo in modo locus & locatum se tangunt.Et ita non ualet. erit igitur syllogismus quæcunq; mutuo æquate se tangunt, ultima sunt simul in eodem, hoc est sunt æqualia. locus & locatũ mutuo æquate se tangunt.Igitur sunt ęqualia.Sic igit̃ quarto patet locum non esse continuum locato:neq; illo maiorem aut minorem,sed æqualem.

Dubitatio Responsio D

Recogni. Hæc est quarta suppositio uidelicet quòd continens ad hoc ut sit locus alicuius, debet esse separatum ab eo,probat,& ponit duas hypotheticas,quarum prima est,si continens non est diuisum ab aliquo, in tali continente ut in loco,illud non est.Secunda uero est, si continens est diuisum & contangens illud:continens est locus illius.Ex his duobus uult habere continens ad hoc, ut locus alicuius sit,debere esse diuisum ab illo,& non continuum:nam totum est continens partem,& non est, illius locus, quoniã non est ab ea diuisum:imo continuum; nec sufficit continens esse diuisum,si debeat esse locus proprius & primus E fortasse enim ad hoc,ut sit locus communis, sufficit, ut sit continens, & diuisum nos autem loquimur de proprio, & primo loco.Quare oportet addere ex secunda hypothetica,ut sit continens,& diuisum,& contangens. locus enĩ communis licet contineat,& sit diuisum,quia non contangit:ideo non est locus proprius,& per contangere intelligit mutuo,ut in cõmmentariis exposui, quare ex utraque hypothetica sequitur continens si debeat esse locus proprius,debet esse continens,& diuisum à contento,& mutuo contangens.

Dilucida. tex. comẽ. eiusdem. Insuper etiam.Si continuum quidem est, non ad illud,sed cum illo moueretur.sin uero diuisum sit ad illud mouebitur, siue continens ipsum moueatur,siue non moueatur prorsus. F

Antiquus. Et cum continuum sit, nõ in illud mouetur,sed cum illo:diuisum autem,in illud: & siue moueatur continens,siue non nihil minus.

Expositio. Secundo idem persuadet sic, nihil mouetur ad id quod est sibi continuum.locatum mouetur ad locum. igitur locus non est locato continuus.De ratione tangit solam maiorem dicens.Insuper etiam si continuum quidem est, nõ ad illud,sed cum illo mouetur,sin uero diuisum sit ad illud mouetur,siue continens ipsum moueatur siue non moueatur prorsus,sic igitur per hæc patet maior:cui addita minori,patet conclusio dicta.

Recogni. Hæc ratio,ut mihi uidetur, probat primam hypotheticam:Quo uero ad uerba attinet, debes scire Aristotelem in hac ratione accepisse duo:primum est, cum continens sit contento continũum:contentum nõ mouetur ad illud continens,sed cum illo,& hæc propositio uera est de toto & eius parte,non enim pars mouetur ad totum, sed cum toto,quod ipsam continet.Secundum uero, quod accipit, G est,quòd cum continens fuerit à contento diuisum, contentum mouebitur ad illud continens. & hoc debet intelligi de contento,quod naturaliter moueri aptum est ad illud, & remotis impedimentis. stat enim contentum esse diuisum ab eo:in quo continebatur, sed illud postea non moueri,& hoc uel quia in illo uiolenter continebatur, & non ad ipsum aptum erat moueri,uel quia ĩpeditur.Qua re intelligas de contento diuiso: quoties in continente naturaliter continebatur, & non est impeditum ad illud moueri.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem Præterea cum non sit diuisum, ut pars in toto esse dicetur.ceu in oculo pupilla. Aut in corpore manus.At cum diuisum fuerit,esse in illo dicetur uti in cado aqua, atque in dolio uinum.Nam manus quidem cum corpore.Aqua ad cad um mouetur.

Antiquus. Ceramio in dolio cypho H Amplius cum non diuisum sit,sicut pars in toto dicitur,ut quasi in oculo uisus, & in corpore manus. Cum autem diuisum est, erit ut in cado aqua,& in dolio uinum. Manus enim cum corpore mouetur,aqua uero ad cadum.

Expositio. Hæc est repetitio primæ rationis sub clariori forma, & inquit,præterea cum non sit diuisum,ut pars in toto esse dicetur:ceu in oculo pupilla,aut in corpore manus:at cum diuisum fuerit,esse in illo dicetur uti in cado aqua, atque in dolio uinum quorum hæc est differentia.nam manus quidem cum corpore, aqua uero in cadum mouetur. Ex his colligitur hæc maior.continuum contẽtum in continẽte est ut pars in toto.locatum non est in loco ut pars in toto. Igitur non est loco continuum. quæ ratio iam tacta fuit. Auerroes uero circa calcem commenti.Dicit primo ꝙ cõtinens dicitur de tribus. de fine contingenti ut de concaua superficie attigua locato.& de non contingenti:ut de conuexa superficie locantis non attigua.Et de forma. Quodlibet enim horum continens dicitur. Verum æqualitas quæ

I est una loci conditio formæ conuenit: & ultimo continēti: conuexo uero continenti non conuenit. uerbi causa conuexa ignis superficies est multo maior aere contento. Ea uero conditio quæ est esse ut in loco: competit concauæ & cōuexæ superficiei: cum utræq; contineant. Non autē forma, cum nihil sit in forma ut in loco, sed sit unitum illi. Signū uero affert, quia Aristo. fecit differentiam inter locatū esse in loco, quod est suum ubi, hoc est suum locans, & partem esse in toto. Ad denotandum q locus debet esse seiunctus è locato ipso. Concludit secundò q hæc tria quæ de fine siue ultimo attiguo dicūtur: non competunt uacuo inter latera corporis continentis contento: ut patet intelligenti. Dicit tertio q tria sunt quæ requiruntur ad locum, ut sit continens: quo differt à uacuo. Sit attiguum locato: quo differt à conuexo. Sit in ipso ut in uase res contenta: quo differt à forma. K Hæc enim tria loca competunt: cui uero hæc tria competunt: est ultimum attiguum, & ita locus erit ultimum attiguum. Hæc Auerroes in commento.

Recogni. Prima propositio patet, contentum enim cum non diuisum est ab ipso continente: erit sicut aliqua sui pars, & quia pars pōt accipi pro forma: & pro membro: ideo utriusq; ponit exempla, cum inquit, ueluti quasi in oculo uisus, & in pariete album: & omnino forma in toto. & in corpore manus, & uniuersaliter pars integralis in toto. Secunda debet intelligi sic q cum contentum est diuisum à suo continente, & ab illo mutuo contangitur: erit contētum in cōtinente, ut in cado aqua: & in dolio uinum. & q cū non sit contentum à continēte diuisum, sit illius pars: patet, quia mouetur cum illo, ut manus cum corpore, quod non eēt, nisi esset illius pars. Quod uero cum sit diuisum contētum à continēte, sit illius locus, ēt patet, quia mouetur ad illud, ut aqua ad cadum. & ita patent hypotheticæ: & tota suppositio. Auerroes in commento, sumit continens dici de tribus ut de superficie conuexa continentis corporis, de concaua, & de forma. & per formam si intelligit formam partis: continens dicetur de quatuor, quia etiam de toto: totum enim continet partem ut ex eius definitione patet. Si L uero intelligit per formam: formam totius, quæ est ipsum totum: tunc continens dicetur de tribus: nam forma partis non continet materiam: nec totum. Tunc dicamus qd locus sit, siue continens de tribus: siue de quatuor dicatur. locus est continens, ergo uel conuexa superficies continētis: uel concaua, uel totum: uel forma. non est superficies conuexa: nec totum, quia locus est æqualis, & totum non est æquale contento: nec talis superficies æqualis. non est forma, iterum nec totum: quia locus est ut in quo ut in uase: & nullum horum est in quo ut in uase aliud est. Quod uero locus sit in quo aliud est, ut in uase: patet quia Aristoteles fecit differentiam inter aliquid esse in toto, & esse in loco per hoc q in loco est ut in uase. nō sic in toto. Ex his sequitur, ut rectè dicit locum esse superficiem concauā corporis continentis: nam de hac dicuntur hæc omnia: dicitē enim continens, contangens, & æqualis. Fallitur autē de M uacuo: non enim est continēs: sed penetrans: neq; attiguū: sed internum: nec in ipso corpus est, ut in uase. ergo hæc tria. s. continens attiguum & esse in quo ut in uase, solū de concaua superficie dicetur. Ex his syllogismus sic conficitur: omne continens, attiguum, in quo ut in uase contētum est, est concaua superficies corporis continentis. locus est continens, attiguum, in quo, ut in uase contentum est, ergo locus est concaua superficies continentis: hæc ex commento: quæ non recedunt ab his: quæ in commentariis diximus.

Quę Auer. com. 34.

Dilucida. tex. cō. 35. Iam igitur perspicuum ex iis est: quid nam sit locus. Quatuor enim ferè sunt: quorum unum quid locum eē necesse est. Aut enim forma: aut materia: aut interuallum: quod inter extrema est: aut extrema ipsa: si nullum fuerit interuallum præter locati corporis magnitudinem.

Antiquus. An igitur iam manifestum ex his est, quid est locus. ferè enim quatuor sunt, quorum necesse est N unum aliquod esse locum: Aut enim materia est, aut forma, aut spatium aliquod, quod est mediū extremorum: aut extrema ipsa: si non est ullū spatium extra facti corporis magnitudinem.

Expositio. His præmissis cūcludit. Iam igitur perspicuum ex iis est: quid nam sit locus. Quatuor enim ferè sunt: quorum unum quid locum esse necesse est: aut enim forma: aut materia: aut interuallum, quod inter extrema est corporis continētis: aut extrema ipsa: utpote ultima superficies corporis locantis. & hoc si nullum fuerit interuallum præter locati corporis magnitudinem: quasi dicat, dato q illud interuallum nihil sit: oportet esse extremam superficiem corporis continētis.

Recogni. Dixit autem Aristoteles ferè: quia non tantum quatuor locus esse uidetur: sed sex, ultra enim hæc quatuor, esse ui- O detur conuexa superficies corporis contenti: & conuexa superficies corporis continentis: Et licet exclusit hæc duo: conuexam quidem continētis, quia illa est locus communis & inæqualis: at nūc loquitur de proprio & primo loco: conuexam uero contenti, quia illa non est ab eo diuisa: tamen ad maiorem cautelam dixit ferè: quoniam licet plura uideatur esse locus, sumantur hæc quatuor tanquā ea: cum quibus habet specialem similitudinem.

Dilucida. tex. comē. eiusdem. Horum uero tria non posse esse locum perspicuū est. Sed quid continet: forma esse uidetur. In eodē enim sunt ultima eius quod continet & eius quod continetur. igitur ambo fines erunt: uerum non eiusdem. Nam forma quidem ipsius rei est. locus uero corporis continentis.

Antiquus. P Horum autem q non contingat tria esse: manifestum est. Sed propter id: quod continet: uidet forma esse. In eodem enim sunt extrema continentis & contenti. Sunt quidem igitur utraque termini: sed non eiusdem: sed species quidem rei. locus aūt continentis corporis.

Expositio. Vide can. q. 1. huius arti. 2. Destruit tria quæ uidentur esse locus, & simul & semel dat similitudinem inter illa tria, & locum, & differentiam. & inquit. horum uero tria non posse esse locum: perspicuū est ex iam dictis. Sed quia continet: uidetur esse forma. Secundo quia forma & locus uidētur esse fines: cuius causam dicit. In eodem enim sunt ambo ultima eius uidelicet quod continet, & eius quod continetur. Igitur ambo uidentur fines. Propter duo itaq; locus uidetur forma. Primo quia ambo continent. Secundo quia ambo sunt fines. Deinde addit differentiam. & inquit, uerum non sunt fines eiusdem. nam forma quidem est finis rei contentæ. locus uero finis est corporis continentis. Et ita locus est continens extrinsecum. forma continens intrinsecum. & ita patet similitudo, & differentia. Quid uero Arist. per formā intelligat. Auerroes in commen. 35. uidetur intelligere ultimam superficiē corporis contenti: quā quidem formam appellat, quia est figura quædam etiam. Arist. igitur uult locum non esse ultimam superficiem locati corporis, sed locantis corporis. Et hæc expositio placet.

Quæ auer. com. 35. An locus sit superficies. Vide Alb. à saxo. q. 1. Vide Iādu. q 4. huius. Et Gaet. de thie. q. 1. huius.

Recogni. Q Quod locus sit forma, probat, & eodem fundamento reprobat, ut Auer. inquit & in commentariis diximus: uerū argumentum, quo probat locum esse formam sic debet intelligi, in eodem sunt extrema corporis continentis, & corporis contenti. utrunq; enim in locato uidetur esse. Cōcaua enim superficies corporis continentis in locato esse uidetur, & forma ultima atq; extrema locati est in locato. ergo concaua superficies corporis locantis, & forma extrema rei locatæ sunt in eodem: cum utrunq; sit extremum rei locatæ: sunt ambo in locato, ergo sunt locati fines: quia quid enim in aliquo est, ut extremum: est finis. reprobat autem concedendo locum & formam rei locatę fines esse atq; terminos, sed species rei locatæ est fines rei locatæ. s. internus. locus autem finis corporis continentis, & ita externus

A ternus. Quid uero per formam Auerroes intellexit, in cõmentarijs dictum est.

Dilucida. tex.cõ.36 Quia uero eo manente quod continet: id quod continetur atque diuisum est: multoties transfert: ceu aqua ex uase. Interuallum quid esse uidetur: quod est inter extrema: ueluti aliud quid sit preter corpus quod transfertur. Hoc autem non est: Sed quoduis eorum corporũ quæ transferuntur: atque aptitudinem habent tangendi: incidit.

Antiquus. Sed ex eo quod mutatur multoties manente continente: contentum & diuisum, ut ex uase aqua: ipsum medium uidetur aliquid esse spatium: tãquã aliquid sit præter corpus quod trãsfertur. hoc autem non est, sed contingens incidit corpus eorum

'μεδιστάμενον transfert distat.

B quæ transmutant, & quę se tãgere apta nata sunt,

Expositio. Ponit nunc secundo similitudinem & differentiam inter uacuum siue interuallum, & locũ. & similitudo apud Themistium componitur sic, illud in quo diuersa corpora uicissim sibi cedunt: ipso manente semper, est locus. Sed in interuallo diuersa corpora sibi cedunt illo manente semper. Igitur interuallum est locus. Cui respondens dat differẽtiam, & inquit. hoc autem non est. Sed exeũte uno corpore mox incidit atque subintrat aliud quoduis sit eorum corporum: quæ transferuntur: atque aptitudinem habent tangendi. Sic igitur non interuallum remanet. Sed uno corporum tactilium exeunte: mox ne detur uacuum aliud subintrat quodcunque sit illud. Auerroes uero duabus rationibus persuadet interuallum illud non esse locum. Primo quia illud nihil est: declarant id (ut dicit Themistius) uasa ænea, & quoquo uersus obsæpta: qualia sunt clepsydræ. ex ijs enim stillicidia non eliquarentur: nisi orificio alstrinsecus aliquo: adoperto. unde sit additus aeri ad eum locum subinde implẽdum quem aqua diffluenda uacue fecissent. uas istud etiam

Quæ auer. cõmẽ. 36

C cataplora dicitur. Secundo si locus esset dimensio illa separata: quilibet locus eẽt locus cuiuslibet corpis, & sic ignis non magis sursum q̃ deorsum moueretur. tenet consequentia, quia in dimensionibus separatis: non sunt naturæ siue uirtutes: quibus diuersimode conseruẽtur. Sed omnes sunt consimiles. destruit consequens. Primo quia fines siue loca corporum diuersantur pro naturis corporum locatorũ. Secundo quia in locis inuenitur superius & inferius. Tertio quia omnia corpora mouentur ad sua loca: ut conseruentur à uirtutibus illorum. quibus omnibus patet dimensionem separatam locum esse non posse.

Recogni. Auerroes in commento ait locum maximam habere similitudinem cum uacuo, & propterea ea opinio, quæ ait locum esse uacuum: maxime apparet. omnes enim asserũt aliquid esse in loco, ut aqua in cypho est, sed utrum spatiũ intra uas, an concaua uasis superficies locus sit, dubiũ non leue est. ut inquit. fauet huic uulgus, ut inquit, nam cum dicitur aqua est in uase: intelligit per hanc præpositionẽ in, ut in uacuo uasis, non in superficie concaua uasis. uulgus enim cum dicit uinum esse in dolio: per in, intelligit: nõ in superficie concaua dolij: sed in uacuo dolij: quod uulgus

D imaginatur esse intra dolium, propter carẽtiam corporis: quod per uisum non cernit. propterea Aristoteles disputat an locus sit uacuum: nam ut inquit, cum demonstratũ fuerit uacuum nihil esse, relinquetur locum esse superficiẽ concauam uasis: non spatium: sed quia uulgus non percipit hoc, credit enim esse uacuum: ideo de significatione p̃positionis in, non curat quouis modo exponatur. Quo ad uerba attinet, uerbum transfertur: cum Aristoteles inquit tanquam aliquid sit præter corpus, quod transfertur græce est μεδιστάμενον, quod in latinis translationibus legitur distans, siue quod distat: sed quouis modo legatur: intellige sic, tanquam medium spatium aliquid aliud sit præter corpus, quod transfertur, idest subintrat, & exit. reprobat autem Aristoteles similitudinem, & inquit, hoc autem. s. spatium medium non est, sed exeũte primo corpore, mox incidit atque subintrat in eandem concauam uasis superficiem aliud corpus de numero eorum: quæ transmutantur exeundo, & subintrando, & de numero eorum, quæ se tangere apta nata sunt, id est de numero sensibilium corporũ contingens id est quiduis sit illud, siue aer, siue aqua, siue aliud quoduis. E

Dilucida. tex.c.37. Quòd si esset aliquod interuallum aptum: atque in eodem loco manens: infinita loca erũt profectò. nam si transferatur aqua & aer: idem faciet omnes partes in toto: quod uniuersa aqua in uase.

Antiquus. Si autem aliquod esset spatium aptum: & manẽs in eodem loco: infinita utique essent loca. translato enim aere, & aqua: idem facient partes omnes in toto: quod nunc omnis aqua in uase.

Expositio. Probat quod dixit & facit tale enthymema. Si locus esset interuallum aptum: atque in eodem manens loco. Infinita nimirum erunt loca. Hæc consequentia deducitur. nam si locus esset illud interuallum: corpus locum ingrediẽs: undique ab illo penetraretur. undique corpus penetraretur. igitur oẽs partes corporis locati erunt actu disseparatæ atque diuisæ. omnes partes corporis sunt actu diuisæ. igitur omnes erũt in loco actu. Sed cum illæ sint infinitæ & simul attiguæ loca erunt actu infinita: & attigua. Et hoc ait. nam si transferatur aqua & aer: idem facient omnes partes in toto, quod uniuersa aqua in uase: nam partes in toto non continuę, sed contiguæ erunt, ut etiam ipsa aqua uasi attigua est: quo fit ut loca pro numero partium sint infinita.

Quõ uerũ sit quod si spatiũ esset locus essent iñfinita loca Vide gradeũ Bscu. lec. 6. hui & q. i. & Egi. hic.

F

Recogni. Aristoteles, ut in commentarijs patet, fecit unam consequentiam. s. si daretur uacuum intra cauum loci. s. uasis cõtentum: tunc erunt infinita loca: deducens uero consequẽtiam inquit, translato enim aere & aqua: ita ut ubi prius fuit aqua: postea fiat aer: idem facient omnes partes in toto: quod nunc uniuersa aqua in uase. hoc est ita partes cum toto ipso se habebunt: ut uniuersa aqua cum uase. uniuersa enim aqua cũ uase ita se habet, quod ipsa est in loco, & uas in loco: similiter ita erit de partibus cum toto: quod partes erunt in loco, & totum erit in loco. Quomodo uero partes erunt in loco: in commentarijs dictum est: hæc tamen quo uerba satis sint.

G

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Insuper etiam locus ipse transferetur. quare loci alius locus erit. atque loci simul complures erunt.

Antiquus. Simul autem & locus erit translatilis: quare erit loci locus alius, & multa loca simul erunt.

Expositio. Secundo idem persuadet. nam ubi locus esset illud interuallum: transferetur: igitur loci erit alius locus. atque loci simul complures erunt. Hæc consequentia deducitur supposito quod omne corpus seorsum disseparatum ab alio per se mouetur. Tunc arguo. interuallum illud contentum inter altera cadi pleni uino fertur una cum toto cado: igitur, mutat locum, sed cum tale interuallum sit disseparatum à cado. igitur per se mouetur. Et per consequens per se erit in loco, & pari ratione de illo alio loco. & ita complures loci simul erunt. H

Recogni. Ratio hæc hoc pacto intelligatur: si spatium intra cauum uasis esset locus. locus erit translatilis simul cum uase: mo to enim uasis cauo, & spatium intra illud contentum moueri uidemus: si enim uasis cauum de atrio in teatrũ mouetur, eius uacuum similiter illius moueri uidetur. ultra si uacuum mouetur, tunc loci erit locus: & ita plura loca erunt simul.

Dilucida. tex. comẽ. eiusdem. Nec est alius locus partis eius in quo mouetur, cum uas totum transfertur, sed idem. Aer enim & aqua aut aquæ partes, in eo in quo sunt mouẽtur. Sed non in eo loco, ad quem accedunt, qui est pars eius loci, qui est locus totius cœli.

Antiquus. Non est autem alius locus partis in quo mouet, cum totum uas transfertur, sed idem. In quo enim

I { est transfertur aer & aqua, & partes aquæ, sed nõ { in quo fiunt loco, qui pars est loci: qui est locus to { tius cœli.

Expositio. Aristo. uidetur cõfutare cauillum, posset enim dici quòd aqua contenta in uase moueretur ad alium locum à uase, ut tu arguebas de interuallo. Igitur erunt plura loca simul uidelicet locus uasis, & aquæ contentæ. Respondet nec est Vide etiã Egi. hic. alius locus partis eius in quo mouetur, cum uas totum aggregatum ex contento & continente mouetur, sed idem: q. d. ꝙ dato ꝙ aggregatum moueatur, locus non est alius totius & partis. accipit enim partem pro contẽto, quod illius aggregati est pars Et hoc probat. & syllogismus est, quod mouetur ad motum alterius & non per se, accedit ad locũ. in loco erit illius & non per se, ponit minorem & inqt. aer enim & aqua aut aquæ partes quæ sunt partes illius aggregati cum eo in quo sunt mouentur, & ad motum illius, K sed non mouentur per se ad eum locum ad quem ratione deferentis accedunt, qui quidem locus est pars eius loci, q est locus totius cœli. Quo modo contentum illud moueaẽ per accidens ad eum locum, qui est pars loci totius cœli, Vide burl. hic. non est clarum. Iuniores quidam textum extorquent, & ꝑ cœlum intelligunt uas. Et tunc solutio est ꝙ pars siue contentum mouetur ad eundem locum ad quem totũ aggregatum fertur, sed non transmutatur ad illum locum uasis siue totius tanquam ad locum proprium, sed ut ad locũ cõmunem. Hæc expositio corrumpit textum: græce enim uerbum cœli est uranu, modo ubiq; cœlum intelligit. Expositor textum reuocat ad locum formalem, qui est respectus, S. tho. hic. siue situs quidam in uniuerso, & tũc intelligit ꝙ licet aqua uel aer moueatur, non tamen mouetur locus cum consideratur, ut pars quædam loci totius cœli: habens determinatum situm in uniuerso, nec hoc placet. primo quia nondum de loco formali quicquam attulit, sed continuo de loco pro superficie locutus est. præterea textui accommodari nõ po L test hæc expositio: cum ille situs non sit pars loci totius cœli, qu a adhuc ignoramus quis sit locus totius cœli. Themistius (ut mihi uidetur) per locũ cœli intelligit uacuũ quod circuit octauum cœlum ueluti locum, quod uacuũ posuerunt antiqui esse locum cœli, & per partem intelligit contentum. Et tunc intelligo sic, ꝙ aqua & aer contenti in uase mouentur per accidens ad eum locum utpote ad concauam superficiem alicuius cuiusuis corporis, quæ est pars siue contenta à loco totius cœli, quẽ ponunt antiqui. Et hæc expositio sufficit pro nunc, donec melius consideremus.

Cõmẽ. 37 Iste sunt aliæ rationes. Istud commentum q̃q; inutile sit, tamen est obscurum: ideo diuidi potest in duo. Primo enim An si locus esset dimẽsio intercæpta seqret infinita loca esse. Vide Egi. hic. exponit textum. Secunda ibi { & Alexander dicit } digreditur circa rationem textus: prima pars patet. Verum duo animaduertenda sunt. primum ꝙ Auerroes probat infinita esse simul loca, si locus est dimensio intercæpta inter latera uasis, siue alterius corporis, & sua deductio supponit duo. Primum si locus mouetur secundum locum, eadẽ ratione spatium in quo recipitur poterit moueri secundum lo M cum, & recipi in alio spatio, ut enim uasculo translato: interuallum laterum transfertur, ita rursus translato corpore in quo recipitur uas, transfertur spatium contentum inter latera continentis uas. Secundum si talia spatia sunt loca, oportet illa remanere inter latera corporis continẽtis, quã do corpus continens de loco in locum, ueluti spatium inter latera uasis manet uase translato, tunc arguit in quolibet instanti temporis mensurantis motum fit transmutatio in locum nouum, sed instantia in tẽpore sunt infinita, & omnia illa manent simul ut spatium uasis transmutati manet uase ipso trãsmutato. igitur in infinita loca sunt simul. Hęc Alia deductio. deductio est dubia. Propterea de mente Auerrois aliter deduci potest, supponendo unum tantum, ꝙ uidelicet ubi locus sit spatium laterum, quælibet pars contenti erit per se in loco. nam quælibet est per se à qualibet disseparata ꝑpter penetrationem factam ab interuallo. tunc arguit. quælibet pars est in loco & per se in loco, qui est pars loci totius uasculi, & pari ratione uasculum erit per se in loco, qui N est pars alterius cuiusdam maioris, & ita de illo dicatur, & sic in infinitum: quare erunt actu infinita loca simul. Et q̃a Qz q̃libet pars per se in loco. supponit quãlibet partem locati esse per se in loco: ideo secundo declarat ꝙ stante illa positione quælibet pars locati erit per se in loco, & quærit. utrum medietas aquæ contentæ sit in loco per se, aut in loco per accidens, si in loco per se, per idem quælibet pars aquæ erit in loco per se, & consequenter infinita sunt loca per se ad locationem aquæ. Si uero illa medietas est in loco per accidens, hoc uidetur esse pro tanto, quia locus eius est loci totius aquæ pars, sed cũ locus aquæ est pars loci totius mundi. igitur simili ratione nec uniuersa aqua erit in loco per se, & ita nihil erit in loco per se. Reliqua primæ partis commenti patent per se.

Et Alexander. Hæc est digressio, ubi tota digressio consistit quonam modo ualet hæc consequentia. locus est interuallum contentum inter latera continentis. igitur loca erũt O infinita. Alexander deducit illam dupliciter. primo supponendo ꝙ sicut aqua contenta in uase est pars cõgregati ex uase & aqua, ita partes aquæ sunt partes aquæ totius, quæ in illo continentur. Tunc arguit. qua ratione aqua contenta mouetur per se in locum: eadem ratione partes eius mouebuntur, & ita subijcientur in dimensionibus loci ad quẽ transferuntur, & sic in illo loco congregantur duæ dimensiones uni parti, & similiter de alijs partibus, sed cum partes sint infinitæ quæ transmutantur. igitur infinita loca. Vñ tota uis primæ deductionis est, ꝙ prima pars una cum sua dimensione transfertur dimensione remanente, deinde ipsa illa pars cum eadem dimensione transfertur & totum recipietur in tertia, deinde pars cum illis duabus transfertur in quarta, & cum iste translationes sint tot quot instãtia in tempore, tunc infinitæ erunt dimensiones uni parti, & in hac deductione Alexander supponit partes & dimensiones remanere, quod re uera nescio, si ad mẽtem antiquo P rum est sic dicendum. Secunda deductio est solum ꝑ hoc, quia partes sunt infinitę. & illæ sunt in loco. sicut & totum: igitur erunt loca infinita, quã asserit esse clariorem.

Et etiam prima. Cõfutat primam deductionem, quoniã supponit falsum uidelicet, ꝙ partes moueãtur per accidẽs, quod est uerum secundum Aristo. non autem secundũ antiquos, qui ponunt uacuum, sequitur enim illos partes esse per se in loco. propterea ait se melius deduxisse. Nam supponit ad mentem illorum esse partes per se in loco: cũ omnes sint propter penetrationem actu diuisæ, licet simul iũctæ, & tunc sequitur ꝙ tota aqua transfertur de locis infinitis partium & ad loca infinita & per se, quod quidem est impossibile. Hæc quæ dixit Auer. de Alexandro, non uidimus, & iõ quid ille uelit ignoramus. Sed de his satis. Animaduerte ꝙ Themistius digreditur contra Galenũ in isto Digressio Themistii. Põ antiquorum loco. Fuerũt enim de loco duæ positiones. altera antiquorum ut Crisippi: Epycuri & Platonis ꝙ locus sit interuallum laterum: immobile inter illa. Altera Arist. ꝙ illud nihil sit, sed sola concaua superficies sit locus. Pro positione antiquorum Galenus (ut mihi uidetur) fecit tres rationes. Prima quod intelligitur fixe & permanenter semper in oĩbus: uidetur esse aliquid in re: sed illud interuallum uasculi succedentibus corporibus uarijs semper fixe & perma Q nenter intelligitur esse, igitur secundum rem oportet esse. Secunda omne prius põt esse sine suis posterioribus, sed illud interuallũ est prius omnibus corporibus sensibilibus, cum sit dimensio, quæ est prior omni qualitate & forma: igitur potest manere alijs posterioribus mutatis. Tertia ex spatio illo causatur locus, igitur spatium illud est locus. nam nullo concurrente spatio, nullus erit locus, & ita uidentur esse idem. Hæ sunt rationes pro antiquis. Aristo. uero positionem horum pluribus rationibus consutauit. Propterea ad rationes antiquorum dicendum. Ad primam dicẽdũ, ꝙ ut nauis in fluuio continue dicitur esse in eodem loco ꝑpter æquiualentiam aquarum inuicem succedentium, ita interuallum uasculi est unum numero per æquiualentiam: non tamen simpliciter, sed exeunte aqua è dolio succedit aer cum

A aer cum tanto interuallo, quantum illud aquæ, & sic per uicissitudinarium motum continue est idem, cum tamen secundum rem non sit idem, & cōcedo φ intelligit ut idem, non φ sit idem. Ad secundum dico φ illud interuallum, licet sit prius sensilibus qualitatibus, non est prius corpore sensili, & ita propter subingressum corporum interuallum conseruatur non idem numero simpliciter, sed per æquiualentiam. Ad tertium argumentum concludit, quia enim illud interuallum est causa loci: ideo differt à loco. Causa enim differt à causato: modo interuallum illud est non cā per se, sed sine qua non illius loci. Hæc de quæstione.

Recogni. Obijciet quispiam contra secundam rationē quia à pari sequitur secundum opinionem Aristotelis aquam, quę est in uase, moueri, quoniam moto uase, simul cum eo mouet̄ B aqua: ergo sequitur plura esse loca. s. aquæ quæ mouetur simul cum uase, & locum uasis moti de atrio in theatrum. Respondet Aristoteles concedendo aquam moueri simul cum uase: non tamen sequitur ipsam moueri ad alium locum ab eo, ad quem uas mouetur, & causam affert, cum inquit, in quo enim est aer, uel aqua: in eo transfertur aer, & aqua, & partes aquę: eodem modo, cum transfert̄ aggregatum ex uase & aqua: transfertur aqua, quæ est illius aggregati pars, sed non transferuntur partes aquæ, nec aqua quæ est pars illius aggregati in loco diuerso ab eo loco, in quo fiunt de nouo per motum sua tota, sed ad eundē suorum totorum locum. & exponit, quis est locus, ad quē feruntur tota, & ait talem locum ad quem tota feruntur, esse partem loci eius, qui locat cœlum, hoc ē uacui in quo secundum ueteres, secundum quorum opinionem nunc loquitur: cœlum aut mundus ipse locatur. Imaginabantur enim uacuum infinitum in quo uniuersum, ut in loco est. sic igitur tota illa mouentur de nouo ad partē talis uacui, C & partes talium totorum ad eandem partem, & ita nō sequitur plura esse loca, cum locus totius aggregati, & aquæ, quæ est illius pars, idem sit, non autem idem est locus uasis, & uacui uasis. Sed occurres, quia adhuc uidetur obiectio stare: nam sicut sequitur aquam contentam in uase, cum uas mouetur, & ipsa cum uase, non moueri nisi ad locum eundem, ad quem mouetur uas: ita uacuum uasis, cum mouetur simul cum uase, ad alium locum non mouebitur, φ̄ ad locum uasis: non enim facile est uidere differentiæ causam. Ex uerbis Themistii eligi potest causa differentiæ: nam licet uacuum uasis mouetur cum uase: non tamen mouetur motu uasis quasi per accidens: causa est, quia tale uacuum nihil est uasis, nec accidens, nec forma, nec pars, nec locatum in uase: ideo cum mouetur: licet moueatur simul cum uase: mouetur ꝑ se motu proprio, & ita ad locum proprium, at locatum uidelicet aquæ, quæ mouetur simul cum uase, est aliquid uasis, quia licet non sit forma, nec accidens uasis, est locatum in uase, & ita cum mouetur simul cum uase: non mouetur per se: sed motu uasis, & per consequens non ad locum proprium, sed ad locum uasis, & tota differentię cā est, quia locatum est aliquid sui loci, quasi illius pars: uacuum autem nihil sui corporis: cu D ius est uacuum: cum nec sit illius pars, nec illius contentū, nec illius accidens. Et debes scire antiquos uoluisse à natura ita res fieri, ut semper iuxta plenum uacuum sit, non ut illius aliquid, sed quasi illius naturale simultaneum, & ita oportet dicere uacuum amphoræ moueri simul cū amphora: proprio tamen motu. & ita ad proprium locum: ueluti duo homines simul mouentur, cum brachiis coniunctis mouebuntur, & neuter ad motum neutrius, quia neuter neutrius aliquid est, propterea secundum antiquos sequitur uacuum amphoræ proprio motu per se moueri, licet simul cum amphora, & ita transferetur in locum sibi proprium alium à loco amphoræ. At secundum Aristotelem uinum in amphora mouetur: nūquam illam omittēs, per accidens uero motu amphoræ, cuius uinum ipsum aliquid est, mutat locum quia ubi prius erat in atrio, motu amphoræ dicetur in theatro: sic uidetur mihi hic locus eē intelligendus: Alexander tñ Themistius, & Auer. fatētur locum hunc esse non leuem. Quid tamen Auerroes balbutiat, non bene intelligitur, quod arbitror esse propter E malas eius, & Aristotelis translationes, unde uerba possunt sic intelligi, & quidem facilius. locus partis id est corporis locati, quod hic pars dicitur: in quo tale locatum siue talis pars mouetur, non est alius, cum totum uas. s. amphora tota transfertur, sed idem. Cum enim uinum mouet̄ in amphora de atrio in theatrum, locus uini idest amphora idē est, quia ante φ̄ moueretur. erat in amphora, & postquam mouetur, erit in amphora. et causam affert, cum inquit, nā aer uel aqua & horum partes in quo sunt, transferuntur. aer enim de atrio in theatrum in amphora est, & in amphora transfertur. ergo amphora ante & post motū semp est per se locus aeris uel aquæ, & partium eius. declarat tamen aerem uel aquam mutare locum per accidens motu amphoræ, quia in illo non prœerant, sed ratione ampho F ræ in eo de nouo fiunt, ideo inquit, sed non in loco, in quo de nouo fiunt motu amphoræ, præerant, ideo per accidēs motu amphoræ aer uel aqua fertur ad illum. Quid uero sit hic locus: quē motu amphoræ acquirit aer: qui in amphora mouetur: exponit, qui pars est loci: locantis mundum, idest pars uacui infiniti, in quo ut in loco mundum esse dixerunt antiqui. amphora enim cum mouetur de atrio in theatrum fertur de una parte uacui locantis mundum ad aliam. Quare aer cum mouetur in amphora: per se locū non mutat, cum ante & post motum in amphora sit, per accidens mutat, quia motu amphoræ transfertur de una parte uacui locantis totum ad aliam. facilius etiam ad dubium responderi pōt, φ uacuum dolii mouetur simul cū dolio: & aqua uel aer similiter mouetur simul cum dolio: & tamen uacuum amphorę per talem motum acquirit no G uum & proprium locum: aer autem aut aqua per talē motum nouum locum nō acquirit: sed stat semper in eodem loco. s. amphora uel dolio. Et causa est, quia ut inquit Aristoteles: aer uel aqua mouetur in suo loco, & simul cū suo loco: uacuum uero amphorę licet simul cum amphora moueatur: non tamen in suo loco mouetur: cum amphora nō sit locus uacui: non enim uacuum amphoræ est in caua amphoræ superficie, ut in loco, quia tunc locus non esset uacuum, sed caua continentis superficies, & ita inciderent in opinionem Aristotelis: cum igitur uacuum amphorę in loco non sit in amphora: sequitur ipsum dum simul cum amphora mouetur, nouum & proprium locū acquirere: at aer uel aqua cum in ipsa amphora sit, ut in loco: cū mouetur amphora: mouebitur in illa, & ita ex tali motu nec priorem locum amittit, nec nouum acquirit. sed in eodem loco remanebit. & hoc inquit, non est autem alius locus partis id est contenti aeris uel aquæ à uase, in quo mouetur, cum totum uas transfertur: sed idem: nam ante motū erat amphora, & post motum est amphora, & affert causam, cū inquit, in quo enim est aer & aqua et partes aquæ uel aeris, in eo, ut in loco mouetur, transferturq́: non autē H transfertur aer uel aqua in loco, in quo fiūt de nouo aqua & amphora cum mouentur. non enim aqua quæ mouet̄ in amphora, transfertur ad partem uacui continentis mūdum, & tu intelligas, per se: sed manet in amphora ante & post motum. uacuum autem licet simul cū amphora moueatur: tamen non mouetur in amphora, ut in loco: ideo ꝑ suum motum nouum locum, & quidem sibi proprium acquirit.

Insuper etiam locus ipse materia uidetur: si quis inquiescente & non separato, sed continuo conside rauerit. Nam sicut quia alteratur, ē aliquid quod nunc quidem est album. Rursus uero nigrū, itēq; nunc quidem durum: rursus uero molle: quo quidem esse aliquid materiam dicebamus, sic & locus esse uidetur: præter illud quidem, quia quod erat aer: id nunc est aqua: locus uero, quia ubi nunc est aer. Ibidem est nunc aqua: nam materia quidem, ut Dilucida. tex. cō. 38

I dictum est prius. neq; separabilis est à re: neq; continens, locus uero ambo.

Antiquus. Et materia autem uidetur utiq; esse locus, si & in quiescente aliquis. Consideret, & non separato, sed cõtinuo. Sicut enim si alteretur, est aliquid, quod nunc quidem album est, rursus nigrum: & nunc quidem durum, rursus autem molle: (unde dicimus aliquid esse materiam:) sic & locus per hác quandam uidetur esse phantasiam. præter id quidem propterea quia quod erat aer, nunc hoc aqua est, locus autem quia ubi olim erat aer, hic nunc aqua: nam materia quidem sicut dictũ est. in prioribus, neq; diuisa est à re: neq; continet rem: locus autem utrunq;.

Expositio. Quòd locus sit materia: eo patet, quia quod manet unum & idem sub diuersis sibi cedentibus, materia est, locus manet unus & idem sub diuersis sibi cedentibus. igitur est materia. proponit uim rationis: & inquit. Insuper etiam locus ipse uidetur materia, siquis in quiescente & non separato, sed continuo considerat hoc est habita ratione ad id ꝙ locus quiescit, & non habita ratione ad separationem, sed ad continuationem siue fixionem, uidetur locus ipse materia: quasi dicat ꝙ solum attendendo locum quiescere unum cõtinuum & stabile, & non attendendo ad separationem quã habet à locato uidetur materia. Deinde explicat rationẽ, & inquit. nam ut quia alteratur, est aliquid quod nunc quidem est album. rursus uero nigrum: itemq; nunc quidem durum: rursus uero molle, quo quidem esse aliquid materiã dicebamus, sic & locus esse uidetur. Respondet ꝙ non est simile, quia illa successio est corruptiua in materia. In loco uero solum motiua, & hoc inquit. præter illud quidem, quia quod erat aer, corrumpitur. & id nunc per nouam generationem est aquam: & ita successio est corruptiua: locus uero, quia ubi nunc est aer: ibidem est nunc aqua, & ita successio est translatiua: illud uerbum præter illud græce est plene ceino. latine præter illud. Ideo hic uidetur Aristote. soluere: cum hic differentiam dare incipiat. Deinde reddit causam differentiæ dicens. nam materia quidem (ut dictũ est prius) neq; separabilis est ab re: neq; continens. propterea successio inesse est substantialis. Locus uero ambo: propterea successio in eo est accidẽtalis: uerbum illud alla græce: nonnunquam Aristo. pro reddituo causæ sumit. ut ego transtuli. Hunc in modum Auer. textum exposuit: quasi directus à ueritate: cæteri expositores non sunt auscultandi hac in re.

K An loc⁹ sit idẽ ꝙ mã: & qd mouebat Platonẽ ad ponendũ locũ esse mãm. Vide Egi. t.16. huius

L

Quæ auer. com. 38.

Recogni. Vt dicebatur locus quatuor esse uidetur, forma interuallum corporis continentis, materia, & concaua superficies corporis continentis. dedit similitudinem & dissimilitudinem quam habet cum forma: & quam habet cum interuallo: nũc uero similitudinem & dissimilitudinem affert, quam habet cum materia.

Dilucida. tex. cõ. 39

M Si igitur nullum horum trium locus sit uidelicet. neq; forma: neq; materia: neq; interuallũ quicquam aliud semper præter ipsius rei quæ transfertur: spatium: necesse locum quatuor illorum reliquum esse finem uidelicet corporis continẽtis: atq; id corpus contineri dico, quod latione est mobile.

Antiquus. Si igitur nihil horum trium est locus: neq; species, neq; materia, neq; spatium: semper aliquid alterum existens præter id, quod est rei distantia: necesse est locum esse reliquum de quatuor: continẽtis terminum corporis, dico autem contẽtum corpus, quod mouetur secundum lationem.

Expositio. Concludit nunc quasi genus loci, & hoc per syllogismũ hypotheticum diuisiuum hunc in modum, ut uult Auerro. aut locus est materia, aut forma, aut interuallum, aut finis corporis continentis, per declarata, neq; est materia: neq; forma, neq; interuallum. igitur finis corporis continentis.

N Sed dices syllogismus hypotheticus diuisiuus fit ex disiunctiua destruendo unam & inferendo aliud: omnis uero disiunctiua est inter contradictoria: modo hæc quatuor non uidentur per suam naturam contradictoria, sed solum disperata, & pro tanto contradictoria: pro quanto reducuntur ad contradictionem. igitur nõ est bonus syllogismus.

An loc⁹ sit superficies cõtinentis &c. Vide can q. 1. huius a. ti. 2. Et Gaie. de thie q. 1. huius. & Alb. de saxo. q. 1. huius. & land. q. 4. huius.

Respondet Auer. ꝙ præter hoc syllogismus hic est probabilis: factus ad confirmandum: non ad demonstrandum. nam membra conuertuntur destructiue, quoniam si non sunt illa tria locus erit quartum. Addit uero Aristo. atq; id corpus contineri dico quod latione est mobile: propter ipsum cœlum ut ait Themistius. Cœlum enim ipsum excipitur à definitione loci. nam de cœlo ipso erit alia ratio: quia cœlum non latione, sed circulatiõe moueri dicitur, ut Themistius inquit. propterea locum habet alterius rationis.

Recogni. Syllogismus literæ est hypotheticus diuisiuus: ubi destruuntur tres partes, & construitur quarta. contra dubitat Auerroes, quia hypotheticus. s. assumit disiunctiuam pro maiori, quæ est inter contradictoria: modo hæc sunt quatuor membra: tria destruit, & construit quartam. Modo tria non possunt esse uni contradictoria: respondet primo hunc syllogismum non esse, uere hypotheticum diuisiuum, & propterea argumentum est topicum à sufficienti partium enumeratione. signum autẽ est, quia utitur ipso ad confirmandum, quia ultimo loco illum posuit tanquã ad confirmationem utilem: aliter respondet ꝙ illa tria conuertuntur, idest subeunt rationem unius contradictorii in quãtum nullum eorum est locus, ergo sequitur quartũ. s. esse concauam superficiem corporis continentis. Quo uero ad uerba attinet, dixit semper aliquid alterum existẽs, quia ex negatiua non sequitur affirmatiua, nisi cum constantia subiecti.

O

Dilucida. tex. cõ. 40

Magna uero res atq; difficilis esse uidetur locum percipere. Tum quia partim materię: partim formę similis esse uidetur. Tum quia trãslatio eius quod fertur in ipso continente fit, quod quiescit. Esse enĩ posse uidetur interuallũm aliud quoddam à magnitudinibus quæ mouentur. Facit autem ad hoc aer ipse, qui incorporeus eẽ experitur. Videtur igitur non solum finis uasis esse locus, sed interuallũ etiam ut uacuum.

P

Antiquus. Videtur autem aliquid magnum esse & difficile accipi quid est locus. & propter id quod uidetur esse materia, & forma: & propter id quod in quiescente continente fit transmutatio eius, quo fert. Contingere enim uidetur esse spatium medium, aliquod aliud à motis magnitudinibus, perficit autem aliquid & aer, qui experitur incorporeus esse. Videtur enim non solum fines uasis esse locus, sed & medium existens tanq̃ uacuum.

δοκοῦν q experit apparens

Expositio. Promiserat dare talem loci definitionem, ut per ipsam appareat quanta sit rei definitæ difficultas, docet igitur circa definitionem datam. unde in loco ipso appareat difficultas & uult ꝙ difficultas propter tria appareat. Primo quia locus similis est materiæ & formæ. Secundo quia similis interuallo propter fixionem & permanentiam sub utroq; termino translationis. Tum & tertio propter aerem, qui subintrat & non uidetur, quo fit ut extimetur locus esse uacuũ existens inter uasis latera. Hæc est Auerrois expositio & optima.

Q

Dilucida. tex. cõ. 41.

Vt autem uas locus est translatilis: ita locus uas est immobile. Quocirca cum id quod introrsus ẽ: in remota mouetur: atq; transfertur: ceu nauis in fluuio. potius eo quod continet ut uase utetur: q̃ ut loco. nam locus suapte tendit esse immobilis. Quapropter uniuersus fluuius magis est locus; quia immobilis est uniuersus: quare locus est rei continentis extremum: immobile primum.

Sicut

A Antiquus. Sicut autem uas locus est transmutabilis: Sic locus uas est immobile. unde cum quidem in eo, quod mouetur, aliquid moueatur, & mutetur intus: ut in flumine nauis: tanquam uase magis quam loco utitur continente. Vult enim imobilis esse locus. Vnde omnis fluuius magis locus est, quia omnis immobilis est. Quare continentis terminus immobilis primum hoc est locus.

δὲ aut γὰρ autē legit. n.

Expositio. Nanciscitur aliam differentiam loci uidelicet immobilitatem: & hanc per differentiam: quam locus ipse habet ad uas: & inquit. ut autem uas locus est translatilis: ita locus uas est immobile: & ita uas & locus differunt sola mobilitate: nam uas est locus ut immobilis res: est uero uas ut
B mobile quicquam: rem hanc signo persuadet, & inquit. quocirca cum id quod introrsus est in re mota mouetur: atque trasfertur, ceu nauis in fluuio: tale uectum potius eo quod cōtinet. puta fluuio ut uase mobili utetur: quam ut loco immobili. nam locus suapte tendit esse immobilis. Quo cōcludit ad rei illius cōfirmationem magis uniuersum fluuium esse cēsendum locum: quia immobilis est uniuersus: quam partem fluuii, in qua aequate nauicula iacet. Quibus uerificatis loci descriptionem colligit dicens, quare locus est rei continentis extremum immobile: primum. Et ut Auer. iquit. per extremum uult cauam superficiem rei cōtinentis: & per primum intelligit proprium. Locus enim proprius dicitur primus, quia aequalis & primus, quia ratione sui & per se locat, locus uero communis ratione illius. ideo à Themistio citimus. siue proximus interdum dicitur, & per immobile uult esse immobile per se: ita ut sit sensus quod non semper moueatur, quod addit ad differentiam ultimae superficiei
C rei locatae: quae semper una cū re locata mouetur, uult autem locus suapte esse immobilis, ut ait Auer. quia est terminus motus: ubi autem esset mobilis eo motu, quo ad ipsum fertur locatum, & ea uelocitate, locatum frustra moueretur. cum nunquam locum pertingeret. Sed dices. quonāmodo uniuersus fluuius debeat censeri potius locus: quam pars illius. cum pars sit aequalis nauiculae, & sit fluuius locus propter illam partem. Quicquid uelint expositores, uidetur mihi quod locus potest considerari in ratione generis: hoc est sub ratione continentis: & in ratione differentiae hoc est ut immobilis. Si cōsideretur in ratione generis uniuersus fluuius est minus locus, quoniam continet ratione partis. si uero in ratione differentiae, sic est magis locus, cum fluuius sit magis immobilis quam pars, cum pars imobiliter locet nauim ut immobilis est respectu uniuersi fluuii.

Quae autem. comē. 41.

Dubitatio

Solutio.

Recognit. Hactenus de genere loci dictum est, est enim genus loci remotissimum quantitas, per quam differt à rebus caeterorum praedicamentorum, est superficies, per quam differt a corpore & linea, est superficies continentis, per quam differt à superficie corporis contenti, est superficies concaua, per quam differt à superficie connexa, ergo genus proximum est superficies continentis corporis concaua, cum igitur de loci genere dixisset, de eius differentia nunc
D dicit, quae est immobilitas, & probat locum esse immobilem, ex eo quia cū aliquod corpus, uerbi causa nauis, fuerit in aliquo continente, quod mouetur, ut in flumine, respectu cuius nauis uariatur, quatenus nunc est in una parte, & prius erat in alia, fluuio illo, qui mouetur, magis ut uase quam ut loco utetur, & hoc inquit, unde cū aliquid uerbi causa nauis, moueatur & mutetur intus, in eo quod mouetur uerbi causa in flumine, nauis enim in flumine continente ipsam mouetur atque mutatur. s. respectu partium cū continuo sint aliae atque aliae, ipsa nauis magis potiusque ipso flumine ipsam continente utetur ut uase quam ut loco, quod uero nauis fluuio moto potius ut uase nauim cōtinente quam ut loco utatur, Aristoteles non probat, sed ex usu uulgariū hoc assumit, qui dicunt ob immobilitatem totius fluminis potius nauim, ut in loco esse in flumine, quam in ea fluuii aquea parte, quae aequaliter nauim continet: cum illa sit cōtinuo alia atque alia, quae ratio docet loci naturam esse immobilem, pulchrum tamen esset uidere de loco nauis E proprio, flumen enim communis locus est nauis, licet sit immobile, portio aquae fluentis aequate nauim continēs quia aequalis est naui, locus uidetur proprius, uerū, quia mobilis est, locus non est nauis, ideo quaestio non parua est de proprio, nauis loco simili ratione, & de loco eius corporis, quod in aere locatur, nō parua difficultas est de eius loco proprio, uniuersus enim aer cōmunis locus est, portio aeris uero mobilis: Quare magna questio est de loco huius corporis: uerum de his postea. Ex his concludit definitionem loci: & lege sic quare hoc est locus uidelicet terminus continentis primum idest equaliter immobilis. s. per se: hoc est non ex eius natura mobilis.

Dilucida. tex c. 41. Et ob hanc rem uniuersi ipsius medium: & eius quod circulo fertur ad nos extimum, uidentur esse. alterū quidem sursum: alterum uero deorsum F loca maxime omnibus proprie, quia illud quidem semper immobile est: cœli uero extimum similiter se habens manet. Quare cum leue quidē sit id quod sursum. Graue autem id quod deorsum feruntur suapte natura, is quidem finis qui uersus medium continet deorsum est atque ipsum medium: is uero qui uersus extremum: sursum est: atque ipsum extremum. Quocirca & superficies quędam: & ut uas: continensque; esse uidetur locus. Insuper etiam simul cum ipsa re & locus esse uidebitur. quippe cum fines ipsi simul coadsint.

Antiquus. Et propter hoc medium cœli, & ultimū ad nos circularis lationis uidetur esse, sed hoc quidem sursum, illud uero deorsum: maxime omnibus proprie: quia hoc quidem semper manet. Circuli autem ultimum similiter se habens manēs est. Qua- G re cum quod leue quidem est, feratur sursum natura: quod uero graue est, deorsum, quod quidē ad medium continens finis: deorsum est, & ipsum medium. Quod uero ad ultimum: sursum est, & ipsum ultimum. Et propter hoc uidetur planum quoddam esse sicut & uas locus: & cōtinens. Amplius simul cum re quodam modo & locus: simul enim finito fines sunt.

Expositio. Mihi uidetur quod Aris. tria de loco ex dictis uerificet. promiserat enim talem afferre definitionem ut per illa omnia propria loco conuenire uidentur. primum quod cōcauum lunae, & centrum mundi sint potiora loca: eo quia summe fixa atque statiaria, inquit. & ob hanc rem uniuersi ipsius medium: cuiusmodi est centrum mundi: & eius quod circulo fertur ad nos extimum, quod est lunae concauum: uidētur esse alterum quidem sursum: alterum uero deorsum loca maxime omnibus proprie. dico maxime loca omnibus proprie, quia illud quidem uidelicet centrum mundi semper H immobile est: cœli uero extimum similiter se habēs in uniformi motu: semper manet: hoc est primū: quia uero dixerat mediū mundi esse deorsum: cōcauū lunae sursum: reddit quodammodo causam obiter ex motu leuium, atque grauium: & inquit, quare cum leue quidē sit id quod sursum, graue autem id quod deorsum feruntur suapte natura, is quidē finis qui uersus medium continet: deorsum est: atque medium: deorsum propter grauia in respectu. Medium propter grauia simpliciter: is uero qui uersus extremum: sursum est respectu leuium in respectu: atque ipsum extremū respectu leuium simpliciter. Deinde declarat secundum: & inquit. quocirca & superficies quaedam, & ut uas, cōtinensque; uidetur esse locus: & hoc sequitur: quia non est ipsum interuallum uasis: sed superficies eius. Tertio infert insuper etiam simul cū ipsa re & locus esse uidetur: cuius causam quam dixerat: repetit quippe cum fines ipsi simul coadsint uidelicet rei contente: & rei continentis. Sic igitur

I cœli extremum: & mundi medium maxime loca uidẽtur: ob illorum stabilitatem. itemq; & locus superficies cẽsendus. & simul cum re locata. Auerro. uero resoluit literam in syllogismum unum principalem: qui fortasse apud ipsum sic componi debet. sursum simpliciter & deorsum simpliciter sunt imobilia: sursum simpliciter & deorsum simpliciter sunt loca, igitur loca sunt immobilia: & ita secundum ipsum litera est syllogistica: & cõfirmat ea q̃ dixit de loci immobilitate. Hæc ratio idcirco est famosa: quoniam non concludit uniuersalem omnem locum esse immobilẽ: sed particularem: & quia præmissę non sunt demonstratę: sed per consensum sumptæ. Secundus syllogismus probat sursum esse ultimũ cœli sic. ultimum cœli fixum est: ipsum sursum est fixum. igitur ipsum sursum est cœli ultimum.

Quę Auer. cõ. 42.

Sed dices. hic est ex duabus affirmatiuis in secũda figura.

K Respondet primo illud non esse inconueniens in rationibus famosis & non demonstratiuis. Secundo respondet q maior conuertitur addita conditione sic. omne fixum existens in maximo superiori. est ultimum cœli, & econtra. Sursum simpliciter est fixum existens in maximo superiori, igitur ultimum cœli. simili ratione potest formari unus syllogismus de ipso inferiori in secunda figura & simili cõditione corrigi: ut res patet hoc modo: medium mundi fixum est, deorsum simpliciter fixum est. igitur deorsum simpliciter est medium mundi: corrigatur maior addendo. medium mundi fixum est in ultimo inferiori: & tunc conuertatur. omne fixum in ultimo inferiori est medium mundi: deorsum simpliciter est fixum in ultimo inferiori. igit̃ deorsum simpliciter est mundi medium. Quartus ꝓbat q sursum est finis continentis: & est in tertia figura sic. leue transfertur naturaliter ad finem continentem: leue transfertur naturaliter sursum. igitur sursum est finis continens: quæ

L ratio potest in prima conuersa minori in terminis: ut dici reddi in prima figura. omne leue mouetur naturaliter ad finẽ continentem. oẽ sursum est id ad q mouetur leue. igit̃ oẽ sursum est uersus finem continentẽ: similiter de ipso inferiori argui potest. Addit Auer. q graue non mouetur ad concauum aquæ ut concauum aquæ: quia tunc moueret̃ ad illud ubicunq; esset uti ferrum mouetur ad magnetem ubiq;: & ita ad cõcauum illius mouetur, q̃a est uersus medium mundi, quæ in libro: cœli perfecto declarãtur ut primo cœli cõmen. 8. et. 17. & secũdo cœli. cõmen. 31. et. 79.

Dubĩões

Circa hanc loci definitionem occurrunt dubitationes de genere loci: deq; illius differentia, quæ est immobilitas. materia eiusdem, de forma agente atq; fine. De genere loci terminicolæ genus loci aiunt esse corpus non absolute: sed corpus cuius pars quælibet contiguatur loca: unde omnis pars quæ tangit rem locatam dicitur ultima, quatenus tangit illam per carentiam omnis medij: & tunc intelligunt locus est ultimum corporis continentis: hoc est corpus continens secundum ultimum: persuaderi põt hęc positio per uerbum Arist. qui ait. locum esse uas immobile, quod esse non potest nisi secundum ultimum. Et ita est corpus secundum ultimum.

Prima põ. de genere loci. Vide noĩales terministe.

M

Qualis hęc positio.

Hæc positio exposcit eã quæstionem: si substantia sit res diuersa à q̃titate, quod esset exire limites: Sed hac quæstione omissa: nõ assero opinionem hanc esse peripateticam. primo quia Aristo. & Auerroes: ac Themistius ubiq; negant locum esse corpus. propterea potest argui locus non est corpus: igitur non est corpus secundum ultimum. antecedens patet quia si locus esset corpus: tunc esset per se mobile. consequentia uero cõstat: quia arguitur à cõiori negatiue. Secundo Auer. hic per totum uoluit locum esse accidens corporis continentis: & Themistius etiam. rursus expositores omnes: & licet possunt fieri multę rationes contra hos, quia scio eos posse soluere hæc, & maiora: sufficiat mihi scire hanc eorum positionem non esse peripatetice dictam; quolibet enim proferente contrarium stultum est sollicitum esse.

Põ Ioãnis. q. 5. huius.

Alii ut Ioannes dixerunt locum nec de genere q̃titatis esse, nec de genere qualitatis sensilis: sed est magis uirtus cœlestis. propterea glossat definitionem Arist. cum dicit. locus est ultimum corporis continentis: hoc est uirtus cœlestis in ultima superficie corporis continentis. Quia non sit superficies. probat primo, quia locus, & superficies sunt species diuersę eiusdem generis: igitur locus non est superficies. Secundo omne accidens definitur per subiectum: locus est accidens, & definitur per superficiem: igitur locus est accidens superficiei & non superficies. Tertio locus ꝑprius est naturalis: & conseruatiuus rei locatæ alterius corporis alius atq; alius, sed sup̃ficies nõ est naturalis nec corporis alicuius conseruatiua. Multæ aliæ rationes tãgi possunt ex dictis suis: quæ omnes una ui procedunt. Propterea uult q locus sit quædam uirtus fundata in superficie corporis continentis immobilis primum. N

Cõfutatio

Sed hæc positio stare non potest. primo quia contra suum Auer. quem tantum facit. 4. cœli cõmen. 23. in calce: ubi reddit causam quare unum elementum locat aliud, & non per illam cœli uirtutẽ: quam Ioannes fingit. Rursus tales cœlestes uirtutes, quas Ioannes ponit. Auer. ubiq; dãnat præter motum & lumen: ut. 2. cœli commen. 42. & 49. & 59. contra astronomos. Secundo errat pro quãto uult locum esse uirtutem fundatam in superficie. primo quia Aris. accepit consensum locum esse æqualem locato, modo talis uirtus non est æqualis nec inæqualis locato. Secundo quia consensũ accepit locum continere: modo uirtus illa non continet cõtra etiam ipsum est Auer. cõmen. 1. & Themistius per totum. O

Propria solutio ad Ioannes Ioan.

Debes scire q corpora naturalia possunt dupliciter considerari ut corpora: & ut naturalia: ita locus potest esse corporis ut corpus: & ut naturale. Tunc dico pro nunc q locus ut est corporis ut corpus est ipsa superficies tantum: ut uero est corporis naturalis: ut naturale: est uirtus siue respectus: siue aliud tale, ut dicemus, & hoc modo loca differunt specie, ut corpora ipsa, & diuiduntur per differentias positionis diuisione corporum naturalium. Arist. itaq; locum hic definit quatenus est corporis absolute, nõ autem quatenus est corporis naturalis. P

Replica.

Sed dices Aris. definit locum ut terminus motus localis. igitur ut est corporis naturalis.

Solutio.

Dici potest q definit locum ut terminũ motus: non quidem naturalis: aut uiolẽti: sed ut terminus motus: ideo definit locum ut terminus corporis moti ut abstrahit à natura & uiolentia. Qua ratiõe superficies ipsa esse potest locus. Tunc ad primam dico q superficies est ut genus loci, & non species. nam Aris. in prædicamentis enumerauit locum pro interuallo ut erat famosum. Ad secundum dico. q ponitur subiectum uidelicet corporis continẽtis; accidens enim in abstracto definitur per subiectum in obliquo: ut symmytas est cauitas nasi. Ad tertium & ad similes dicendum locum esse naturalem & proprium, & id gẽnus, ut est terminus corporis naturaliter moti. Ex ijs patet genus loci ut hic definitur esse quantitatem. Hæc de genere. Q

Quid sit locus & materia & natura lis & cõditiones loci uide cano. q. 1. hu9 articu. 2 & Burle. hic & multa ibi.

De materia uero loci: de forma, de fine & efficiente, ꝑ hæc satis patet. Est enim loci materia corpus ipsum continens: quicqu id sit illud, est enim illius accidens, atq; forma, ut Auer. dixit per totum. Forma uero loci potest esse respectus uniuersi de quo statim, aut uirtus illa Ioannis: q̃ non est forma loci, ut locus corporis: sed ut locus corporis naturalis: finis uero loci: bifariam est respectu corporis ut moti est esse terminus continens illud: respectu corporis ut naturaliter moti est conseruare: efficiens uero est corpus contentum, nisi enim esset aliquod contentum. nulla esset superficies caua. Hæc de ipsius loci causis.

De imobilitate loci.

Restat de immobilitate quædam transigere. Expositores locum esse immobilem aiunt quo ad suum formale. Est formale ordo uniuersi. hic autem ordo cum sit stabilis: rationabiliter locus dicitur immobilis omnino & simpliciter.

Prima põ. An loc9 sit mobilis Vide cañ. ibi dẽ arti. 3. & Iand. q. 6. huius & Albertũ de sax. q6. 3. huius.

Argumẽta cõtra põnẽ primã.

Contra hanc positionem obijciunt iuniores. primo q possibile est saltem apud imaginationem uniuersum cœlum terra fixa moueri uersus alteram cœli regionem motu recto: quo in casu ordo mutatur loco rei non mutato. Secundo illud formale cum non sit substantia erit accidens subiectiue existens in locante superficie, sed potest continuo esse alia superficies: igitur alius ordo continuo, nam subiecto resoluto

A etiam accidens necesse est mutari. Quare sicut continuo est alius & alius aer, ita alius & alius ordo. Cæteræ rationes ad has reducuntur. Hæc positio potest defendi ab ijs. ubi primo est animaduertendum, quòd accidens est duplex, quoddam dependens inesse & conseruari à subiecto, ut quę in subiecto insunt per causam intrinsecã in subiecto, quoddam inest subiecto, non propter subiectum, sed propter rationem extrinsecam, ut lumen inest medio per rationẽ corporis luminosi, & hoc potest migrare de subiecto in subiectum, & remanere idem numero: donec id à quo dependet manet idem numero. Secundo animaduersione dignum quòd respectus uniuersi potest accipi dupliciter secũdum naturam, & secundum rationem quantitatis: quo fit ut una sit eademq; distantia ad polos: si cœlum mouetur uersus unam partem, quæ si quiesceret quantitatiue sumendo po-
B lum ut terminus quidam elongatus à re sub tanto interuallo. nam licet mutentur poli corporis naturalis: non tamen sphęrę, ut quantæ, & per considerationem mathematicam.

Tunc ad rationes. Ad primam dico quòd illo casu mutabuntur poli naturales: non autem poli imaginarij, & propterea res restabit adhuc in eodem loco formali. Ad secundum dici potest. quòd illud formale manet idem numero in diuersis subiectis, quoniam non dependet à subiecto, sed à ratione intrinseca: cum sit relatio quædam quæ dependet à fundamento & termino, & cum maneant eædem causæ: ideo eadem relatio, & sic defendi potest. Alij uoluere quòd locus est immobilis pro ubi non ut locus. Secũda põ

Cõfutatio. Nec hæc positio placet. Primo quia locus hic definitur ut locus: igitur ut locus suapte est immobilis. Secundo quęro de ubi, aut est substantia, aut accidens, & arguatur quomodo ipsi arguunt contra locum formalæ. Propterea dici potest. quòd locus potest considerari ut locus corporis moti absolute, & sic uult esse immobilis: alio modo ut terminus corporis naturaliter moti, & sic uult esse etiam immobilis. Põpropria
C Primo modo est immobilis secundum rationem, quia quotiens accipitur: inuenitur ut idem: licet sit alius secundum rem. Secundo modo dicas ut prima positio quòd est immobilis quo ad formale: mobile quo ad materiale. Hæc sufficiant pro nunc, quòd si aliter occurrat: alias dicam.

RECO. In commentarijs hic textus bene exponitur, uerum non recedendo ab expositione illa: dicamus Aristotelem primo concludere concauum cœli lunaris, & concauum terræ continens medium mundi esse loca maxime iuxta existimationem uulgarium. simul cum hoc concludere concauum cœli locum esse maxime supremum: concauum uero terræ centrum continens maxime imum, & hoc pacto Themistius exponit. non enim per medium cœli centrum Themistius intelligit, sed concauum terræ medium mundi complectẽs. hunc enim locum maxime infimum uulgus existimat, cum ibi manes & subterranea regna esse existimat, nec dissonat rationi: ut postea dicemus, & Plato concedit. Quod quidem hæc duo maxime loca sint,
D ex eo patet quia uterque uidetur immobilis. Quod uero terræ concauum maxime imus locus sit, lunæ uero concauum supremus: ex eo probat, quia ad concauum terræ mouentur simpliciter grauia: ad cœli concauum simpliciter leuia. Inquit, & propter hoc medium cœli scilicet concauum terræ centrum mundi continens, & ultimum ad nos circularis lationis utpote lunaris orbis concauum: uidentur esse supple maxime loca apud uulgaris, & maxime proprie hoc quidem sursum illud uero maxime deorsum: Quod quidem maxime proprie loca uideantur secundum uulgares, probat, quia hoc quidem scilicet concauum terræ semper manet, circuli cœlestis ultimum similiter se habens manens est, uerum ut Themistius inquit, concauum terræ reuera immobile est, concauum lunæ immobile esse iudicat sensus, quo non uidemus recedere ab eo, in quo est. Quod uero cõcauum terræ sit maxime deorsum locus, & concauum ultimi cœli scilicet lunaris maxime sursum, probat, cum inquit, quare cum quod leue quidem est, feratur sursum natura, quod uero graue est, deor- E
sum: sequitur ut id quod est finis continens ad medium scilicet concauum terræ, quæ est ultima superficies continẽs ad medium, uel ipsum medium, deorsum est maxime proprie, & est ipsum medium, dicitur enim terra medium mundi, diuisibile tamen: centrum uero medium in diuisibile. quod uero est ad ultimum, sursum maxime est, & ipsum ultimum. Quo uero ad uerba attinet, debes stare terram ipsam, siue terræ concauum, quod continet centrum: uocasset deorsum locum, & ipsum medium. est deorsum, quia ad ipsum grauia feruntur. est medium diuisibile: indiuisibile enim medium centrum est, & dixit idem esse medium, & deorsum, quia posset quis dicere deorsum esse cẽtrum & medium esse terram, propterea addit pro modo nullam esse differentiam inter medium & locum deorsum, quia concauum terræ est locus deorsum secundum uulgares, & reuera medium mundi: licet diuisibile. & ne F
quis credat aliud esse locum sursum, & ultimum, addit idem esse ultimum & locum sursum. & si dices ultimum esse conuexum primi mobilis: negandum est, quia ultimum & supremum idem est, at conuexum illius cum sit extra mundum inferiorem: nec sursum est, nec deorsum, ut libro de cœlo dictum est. ne igitur aliquis credat aliud esse ultimum siue supremum & locum maxime sursum: dixit illa idem esse. hinc deducit secundum cum inquit, & propter hoc uidetur planum, id est superficies quædam esse locus sicut & uas, & continens: nec sequeretur istud secundum, nisi per medium cœli, quod est ultimum & medium & maxime deorsum: intelligeret non centrum: cuius nihil est continere, sed potius continere, sed concauum terræ centrum continens. Infert & tertium. d. simul cum re locata & locus est, cuius causam ait, quia simul cum finito est finis: modo locatum est finitum, & eius finis saltem externus locus est, ergo simul sunt, quod nisi intelligeret concauum terræ, minime esset uerum. Sed quæres utrum concauum aqua sit locus terræ an centrum. Auer- G
roes enim probat non concauum aqua esse locum terræ, quia tunc terra moueretur ad aquam ubicunque poneretur. Auerroes hic duo dicit, quorum unum est Aristotelem per medium cœli intelligere centrum: ad quo leuia simpliciter feruntur. dicit etiam locum terræ non esse concauum aqua, alioquin terra moueretur ad aquam ubicunque poneretur. Primum quod Auerroes dicit, stare non potest, quia tunc ex illo non inferret Aristoteles locum esse concauum superficiem corporis continentis uasi similem: nisi in præcedenti per medium cœli intellexisset concauum terræ centrum continens. secundum quod dicit, est dubium: nam Aristoteles primo meteororum alterum elementum locat per alterum, & Auerro. met hoc asserit compluribus locis. Potest tamen dici elementa bifariam considerari aut quo ad eorum naturam particularem, & sic alterum per alterum locatur, & hoc propter similitudinem in altera qualitate, etiam hoc modo alterũ ad alterum mouetur, ut aqua ad concauum aeris, & aer H
ad concauum ignis, & ignis ad cœlum, aut considerari possunt quo ad naturam uniuersalem, & hoc modo omnia mouentur ad centrum, & omnium locus est centrum: signum autem, quia ubi terra remoueretur à centro, ne detur uacuum: ad illud aqua moueretur: & ubi aqua recederet ab eodem, simili causa ad illud moueretur aer: & ita ignis, & cœlum, & hoc quia mouentur secundum ordinem naturæ uniuersalis. similiter cum mouentur circulariter: locantur per centrum, quia mouẽt ſm ordinẽ naturę uñis: ut tenet Auer. ex quo patet sol. cũ. n. Auer. ait terram locari per centrum, si intelligit secundum ordinem naturæ uniuersalis: recte ait: si intelligit secundum ordinem naturæ particularis falsum est. Ad argumentum patet solutio: non enim oportet terram moueri ad aquam ubicunq; illa poneretur: cum non moueatur ad illam nisi secundum ordinem naturæ particularis. terra enim non omittit ordi

I nem uniuersalis naturæ ut seruet ordinem naturæ particularis: ideo potius ad centrum quàm ad aquam moueretur in eo casu. Præterea Auerroes illa uerba amplius simul cum re quodammodo & locus est, non bene exponit: dicit enim locum & locatum esse simul simultate relationis, quod nūquam Aristoteles somniauit: probat enim in textu ea simul esse, quia finis simul est cum re finita cuius ipse finis est, quæ probatio non intelligitur de simultate relatiua. Exponit etiam aliter locum & locatum esse simul quo ad permanentiam, quod minime placet, cū causa quam Aristoteles illius simultatis affert: huic non conueniat. Propterea loquitur de simultate contiguitatis: nā
K locus est finis locati externus, & ideo dixit ea esse simul quodammodo, quia non sunt simul continuitate, sed contiguitate. De immobilitate loci magna quæstio est: nec dum resoluta in commentarijs: expositores enim dixerūt locum esse immobilem quo ad eius formale, quod est ordo, quem tenet superficies locans ad uniuersum hoc est ad polos. & centrum. Hic autem ordo, quoniam est stabilis: non ab ratione locus immobilis dicitur, atq; simpliciter inuariabilis. hæc positio refellitur à iunioribus, & optime in commentarijs defenditur. & quia iuniores hanc refutarunt: dixerunt locum esse immobilem propter æquiualentiam: nam recedente una parte aeris uel aqua à naui, quæ est in fluuio: succedit alia illi æquiualens. & sic est unus numero locus & immobilis per æquiualentiam. Sed positio uidetur incidere in positionem expositorum, quam reprobat: quæremus enim cur aqua succedens æquiualet in locando priori aquæ, aut quia est eiusdem speciei: cum priori, & tunc omnia corpora, quæ essent in aqua: essent in eodem loco numero, quia omnes aquæ sunt similes in specie, quod est ridiculum, uel quia aqua secunda succedit primæ in eadem ratione locandi, & tunc illa ratio locandi est formale in loco, quæ esse non potest nisi respectus,
L ad aliquid fixum, & sic incidunt in positionem expositorum. In commentarijs concordabamus has positiones: nam locus dupliciter considerari potest, aut ut est corporis moti absolute quouis motu, aut ut est corporis moti naturali motu: Tunc dicebamus locum primo modo esse immobilem secundum æquiualentiam: nam ad hoc, ut superficies aquæ locet nauim: sufficit, ut sit eadem per æquiualentiam, & ita per æquiualentiam locus ille unus numero æquiualenter est immobilis. locum uero, ut est terminus, & continens corpus motum naturali motu, dicebamus esse simpliciter immobilem propter unitatem numeralem respectus: nam licet superficies locans sit alia, atque alia: respectus est unus numero simpliciter. Sed reuera hæc concordia est ambigua, quia adhuc occurrit illa difficultas quæ contra iuniores occurrebat, quæremus. n. cur secunda aqua æquiualet primæ, & cum non propterea quia est eiusdem speciei, oportet dicere eam priori æquiualere, quia succedit illi in eundem respectum subiens, & sic remanebit quæstio, quæ contra iuniores indu
M cta est, & ita de quouis motu loquamur, & de loco cuiusuis mobilis: semper immobilitas uidetur ipsi competere per respectum ad aliquid fixum. Quare locus quisuis immobilis esse non potest simpliciter, nisi quo ad eius formale. diximus etiam quandoq; de mente Auerro. locum posse intelligi esse immobilem dupliciter, uel simpliciter, uel secundum quid, & propterea dicebamus non esse de loci ratione, ut sit simpliciter immobilis, sed secundum quid, uel quia simpliciter non mouetur, ut centrum mundi. uel quia non mouetur eo motu: quo mobile ad ipsum moueatur, uel ea uelocitate, uel quia secundum aliquid sui est immobile: ueluti locus nauis existentis in fluuio: hic enim locus non mouetur secundum omnem eius partem, quia secundum eam: per quam locatur à superficie terræ. Vel alicuius fixi, & hoc pacto intelligendo Auerro. proximo commento non recurrit ad locum formalem. Sed nec hæc positio placet: possibile est enim in aere uel aqua firmari

animal: cuius aer uel aqua mouetur, ut patet de pisce in aqua, & de aue in aere: ubi continue alia est superficies, & tamen mobile non dicitur moueri secundum illam. Ergo oportet aliunde immobilitatem accipere in loco: cur. n. piscis in medio fluuij stans fixus dicitur stare in eodem loco: non enim quia stat in eadem aqua secundum speciem, quia sic omnes pisces starent in eodem loco numero, ergo quia stat in eodem respectu ad aliquid fixum, & ita locus dicetur immobilis quo ad eius formale: licet quo ad eius materiale moueatur continuo. Quare pro nunc dicerem locum esse superficiem continentis corporis contēto corpori æqualem, per se immobilis, hoc est, ut stat sub respectu ad centrum & ad polos mundi. Hoc enim intelligit per immobile per se, & per talem respectum innuit loci immobilitatem: nam immobilitas loci est respectus superficiei continentis ad centrum & ad polos. & per talem respectum locus differt à superficie: nam superficies non includit talem respectum: locus uero includit: cum locus superficiei superaddat immobilitatem, quæ est iste respectus causaliter, uel consecutiue. Ex quo sequitur Aristotelem fecisse mentionem de hoc respectu, qui est formale in loco, quia loquens de immobilitate locutus est de isto. cum dixerit superficiem corporis continentis æqualem locato immobilem per se esse locum, hoc est inquantus est inuariabilis: modo talis inuariabilitas respectus ē ad aliquid fixum saltem consecutiue: hæc pro nunc sufficiant, quia si aliter occurrit, aliter dicam. N O

Dilucida. tex. c 43.

Id igitur corpus extra quod aliquod est corpus ipsum continens, ipsum est in loco, quod uero non ita se habet, non est in loco. Quocirca si aqua fieret tale: partes quidem ipsius mouebuntur: cum alia ab alia cōtineatur: at uniuersum uno quidem modo mouetur, alio uero non. Quo quidē enim uniuersum est, simul locum uon mutat, sed quo circulo fertur. nam partium hic locus est quæ sursum & deorsum non mouentur. Verum quædam circulo mouentur. Alia sursum & deorsum: ueluti quæ densitudinem & raritudinem habent. P

ANTI.

Cui quidem igitur corpori inest aliquod corpus extra continens ipsum: hoc in loco est. Cui uero non: minime. unde & si aqua fiat huiusmodi: partes quidem mouebuntur ipsius: continētur enim ab inuicem. Omne autem est quidem tanquā mouebitur, est autem tanquam non. sic quidem enim totum simul locum non mutat. Circulo autē mouebitur: partium enim hic locus est, & sursum & deorsum non. Circulo autem quædam: alia uero & deorsum & sursum, & quæcunq; habent densitatem & raritatem.

Q Expositio.

Ex dictis infert quæ corpora sint in loco, quæ uero nō, & uult id corpus esse in loco quod habet corpus extra sese cōtinens, ut corpora recta, id uero quod corpus extra non habet: non est in loco ut uniuersum. Hoc sequitur ex dictis, quia locus est finis corporis continentis. Sed dices. potest cœlum locali motu moueri, si caret loco. Respondet. quòd de cœlo est dicendum, ut de aqua si ad exemplum cœli constitues: ideo inquit. quocirca si aqua fieret tale partes quidem mouebuntur: cum alia ab alia contineatur, & ita ratione partium erit in loco: uniuersa uero cum non moueatur non erit in loco: exemplum applicat ad rē, & inquit. at uniuersum uno quidem modo mouet: alio uero non: quo quidem enim uniuersum est: non mouetur atq; simul locum nō mutat, sed quo circulo fertur. nam ut sic secundum partes locum mutat, & partium hic locus est, quæ sursum & deorsum non mouentur: tamen partium uniuersi penes

A si penes motum talem ponit diuisionem dicens:uerum par tium uniuersi:quædam circulo mouentur ut sphæræ & globi:aliæ sursum & deorsum,ueluti quæ dēsitudinem ut grauia,& raritudinem ut leuia habent. Sic igit̃ uniuersum quo uniuersum non est in loco, sed est ipse locus: quo uero per partes mouetur,est ꝑ partes in loco.Hæc est expositio Themistij & satis textui commoda.

Cō.43. Cum declarauit. Istud cōmentum primo exponit textū. Secundo ibi { Et ideo partes. } Deducit unam diuisionem ex qua mouet quæstionem difficilem. Prima pars patet.

Et ideo partes. Facit nunc Auer. diuisionem ꝙ ptes mundi tribus modis moueri possunt. nam quædam circulariter mouentur ut sphæræ: quædam sursum ut leuia: quędā deorsum ut grauia. Ex hoc apparet solutio cuiusdam quæstionis,& dubitatio in alia. quo quidem modo uniuersum sit in loco patet,quia huiusmodi partes,quo uero sphæræ contentæ infra octauam sint in loco:etiam patet,quia per sphæras B continentes:restat ut difficultas sit in octaua sphera, si illa non habet alium motum proprium præter diurnum,quod dicit propter Ptolemæum, qui octauo cœlo tribuit alium motum præter diurnum,sed tunc quęstio uertetur in nona: ut in octaua. causa dubitationis est, qa uidemus ipsam moueri. igitur aut ipsa mouebitur & non est in loco, aut ultra ipsam oportet ponere uacuum quæ sit illius continens.

Pō Io. grāmatici. Vide Iād. q.9. huius. Ioannes uero. Narrat positionem Ioannis grammatici,& uult ꝙ Ioannes coactus hac ratione dixit octauum cœlum esse in loco per uacuum:non per finem continentem, ut dixit Aristote.

Licet apud. Contra obijcit. primo quia contradicit sibi. nā uacuum separatum non ponit,sed bene uacuum imbibitū corporibus:cum uelit corpora componi ex pleno & uacuo cum Democrito. Nō si octauū cœlū est in loco per uacuū extra ipsum:tunc dabit̃ uacuū separatū,quod ipse negauit.

Et Arist. Secundo Aristoteles postea dicit cœlum & animam esse in loco per accidens:arguo igitur sic,si cœlū esset C in uacuo:cœlum esset in loco per se. igitur contra Arist. per hæc patet error positionis Ioannis:propter hoc subdit omnes expositores dubitasse.

Pō Themistij. Themistius. Nunc narrat positionem Themistij, qui de uniuerso mundo uult ipsum non esse in loco per hoc ꝙ cōtinetur è loco,sed per partes,quas continet. Huius rationē affert,quoniam ut mouetur: ita est in loco, sed uniuersum mouetur per partes. igitur est in loco per partes. Hæc de uniuerso Themistius sentit.

Sed quia corpus. De orbe uero stellato primo extra quem nihil est,sic Auer. Themistium sentire ait. ꝙ uidelicet sit in loco per partes intrinsecas concaui sui, quibus conuexum saturni orbis contangit. Huius rationem affert, quia ut mouetur:ita res est in loco,sed partes illæ mouentur circa conuexum saturni. igitur per illas erunt in loco. Sed dices contra,quoniam saturni conuexum continetur in octaui orbis concauo. igitur non continet illud, & ita non poterit esse illius locus,huic quasi respondens inquit. quasi circundans ipsas:licet sit intra uult dicere ꝙ conuexum continet & cōtinetur à concauo supremi, quod potest intelligi pro tanto, quia conuexum saturni,ut est totius orbis saturni continet partes illas per rationem totius orbis saturni:at continetur D à concauo,ut est orbis stellati maximi. Orbis enim saturni est maior solo concauo stellati, & ita habendo respectum ad orbem saturni totum: conuexum illius continere dicit̃ concauum stellati. Habendo uero respectum ad stellatum totum concauum eius continet conuexum saturni.

Et hoc idem. Sed dices octauus orbis potest habere duos motus: diurnum & proprium diurnum secundum opinionem Arist. qui motum proprium stellarum fixarum non ꝑcepit suo tempore: proprium secundum positionem Ptolemæi & Thebitij, qui motum stellarum fixarum propriū obseruarunt ab occidente ad ortum. igitur penes quem horum motuum partes concaui locabuntur per partes conuexi saturni? Respondet ꝙ uno & eodem modo est sentiendum: tam enim penes motum proprium: quàm penes motum diurnum orbis stellatus circuit conuexum saturni. igit̃ E utroq; modo erit in loco per illius conuexum.

Si dixerimus. Sed adhuc dices. posito ꝙ motus stellæ sit alius à motu orbis,ut multi autumant de luna propter consimilem maculæ apparitionem:opinantur enim quia macula apparet semper eodem modo:lunam moueri in ꝓpria concauitate,& ita de stellis dici potest. Si igitur est ita, qd est dicendum? Respondet. ꝙ absolute est dicendum orbē stellatum esse in loco per partes sui concaui,quibus contingit conuexum saturni: ubi oportet negare talem stellarum motum. Sed si stellę proprijs motibus mouerentur: tunc dicendum ꝙ orbis stellatus est in loco dupliciter. per partes concaui quæ sunt in conuexo saturni, quoniam secundum illas mouetur,& per stellas ipsas quæ sunt in suis cōcauis, quia etiam per illas dicit̃ moueri. Omne enim ꝙ partibus competit:toti competere uidetur ut diximus. Et hoc est intelligendum ut addit: siue motus diurnus sit orbis stellati F tantum secundum opinionem Arist. siue sit totius orbis cōgregati ex omnibus cœlis,ut Ptolomæus qui uniuerso prębet motum diurnum à motore primo:octauo uero propriū in centum annis parte una ab occasu in ortum à motore proprio:utroq; enim modo est in loco per concauum.

Et in hoc quod. Cum imposuerit hanc positionem Themistio:nunc refellit illam. primo omnes partes octaui orbis mouentur & sunt in loco per Them. uniuersus orbis ē suæ partes. igitur uniuersus est in loco. Cuius contrarium dixit:non totum dicens esse in loco, sed partes. Sed dices. non omnes partes esse in loco, sed solum concauas: modo totum non est solæ partes concauæ,& ita maior & minor sunt dubiæ. Potest replicari omnes partes cœli mouētur, quoniam cœlum mouetur secūdum se & quodlibet sui, sed res ut mouetur:ita est in loco, ut dixit Themistius. igitur cœlum secundum omnes partes,erit in loco,& cum ipsum non sit aliud quàm omnes suæ partes, argumentum stabit ut prius.

Et etiam uidemus. Secundo arguit authoritate Arist. contra fundamentum Themistij sic. ut res mouetur est in loco, G sed per Arist. 6. huius. cœlum mouetur secūdum locum secundum totum & secundum partes contra Zenonem:secūdum totum quidem mutando formam: secundum partes uero mutando formam & materiam,& ita opinio Them. nulla:cum ait. cœlum per partes locari,quoniam per partes solum mouetur.

Si igitur aliquis dixerit. Obijcit. sibi Auer. quia Aristo. in litera ait. cœlum non moueri secundum totum, sed secūdū partes iuxta quas locatur:in sexto uero ait. ipsum moueri secundum totum. igitur est contradictio. Tum inter Aristo. & Arist. Tum inter ipsum & Aristotelem. Respondet ꝙ Aristoteles in litera loquitur de uniuerso mundo,ut etiam Themistius sentit:uniuersum enim secundum se totum simul non mutat locum,sed secundum partes, & quoniā in eo sunt nonnullæ partes quæ circulo feruntur,aliæ quæ sursum aliæ quæ deorsum:ideo & totum ratione partium moueri dicitur circulo,& motu recto,qua ratione etiam & partes locari dicitur.

Et etiam secundum expositionem. Mouet Auer. dubitationem in dictis Themistij. & respondet per dicta sua,& re H plicat contra responsionem. Dubitatio est, quia Aristo. ait postea cœlum esse in loco per accidens, sed per accidens distinguitur contra esse tale per partes. igitur cœlum non per partes est in loco. Respondet de mente Themistij ꝙ Aristo. confundit ipsum per accidens pro eo quod est secūdum partes,& ita in litera idem est esse tale per partes, & per accidens. Contra obijcit Auer. quia tunc deberet esse hæc confusio quando saluari non posset cœlum esse in loco per accidens & per partes dissimili modo, sed quia pōt saluari utrunq;. igitur non est cōfundendum unum pro altero,qūo uero possit saluari:posterius dicet:nunc satis.

Auempace uero. Narrat positionem Auempaces pręceptoris,qui dixit ꝙ differt corpus rectum à corpore spherico. nā sphericum locatur:per id quod continet, & per id circa qđ Pō Auempace

I reuoluitur corpus rectum per id à quo continetur. Et ſi dicitur quòd hæc ratio loci eſt contra Ariſto. qui non ſic definit locum. Reſpondet definitionem Ariſtotelis eſſe de corporibus rectis ſolum: nō autem uniuerſalem de omnibus. Cauſam uero differentiæ affert talem, quia corpus rectum eſt imperfectum. ideo indiget ut finiatur ad aliquod extra ſe: ſphericum uero eſt perfectum ſecundo cœli. ideo finitur per ſe, & non eget aliquo exteriori quo finitur Huius quoq; etiam ratio aſſignari poteſt, quoniam linea circularis eſt perfecta & non poteſt accipere additionem aut diminutionem ut ſic. linea uero recta poteſt. nam ſi eſt decem palmorum addi poteſt undecimus, & effici longior. Infert ad mentem eius tria. Primum eſt. ꝙ ſphera quęlibet eſt in loco per ſe, quia in eo loco qui competit ſpheræ, in eo ꝙ ſphera: utpote in contento ab ipſa. Secundum ꝙ eſt in loco per accidens: capiendo locum pro continente, quia accidit ut contineatur, & ita per accidēs erit in loco. Tertium eſt. quòd omne corpus eſt in loco per ſe. nam rectum eſt in loco per ſe cōtinente: ſphera in loco per ſe contento. igitur omne corpus erit per ſe in loco. Hanc poſitionem accepiſſe Auempacem ait ex Alpharabio.

An primū cœlū ſit in loco, Vide Sco.qō.ii. quoli.art.i. Vide & cano.q.2.b⁹ & curſum piſi.q.i.l. & lād.q.9. huius. Vide & Gae.t.43. huius. Et gradeum Eſcu.lect. 7.huius.& Egi.t.46. multa.

K Et cum ita ſit. Contra Auempacem arguit. primo quia Ariſto. accepit id corpus eſſe per ſe in loco, quod habet extra ſe corpus continens, quod uero non habet dixit nō eſſe per ſe in loco, & concluſit per hoc cœlum non eſſe in loco per ſe, quia caret continente. Modo ſi poſitio Auempaces eſſet ita: tunc conſequentia Ariſ. nulla eſſet, quia ſtat corpus non habere continens, & eſſe in loco.

Apparet enim ex. Secundo Ariſto. ait eſſe aliquid in loco tribus modis. per ſe ut recta: per accidens ut rotunda: p partes ut uniuerſum: modo ſi poſitio Auempaces eſt uera: nihil erit in loco per accidens in corporibus, & ita tolletur unum membrum, & non concedentur duo tantum.

L Nos autem. Tertio locus eſt æqualis hoc eſt continēs oēm ſuperficiem locati, & totum ipſum locatum, ſed ſuperficies conuexa inferioris nō eſt æqualis, hoc eſt nō continet oēm ſuperficiem octaui orbis, quoniam nō cōuexum illius. igitᷣ non pōt dici locus. Sed dices. ſi locus eſſet æqualis omnibus ſuperficiebus locati eſſet penetratio. Reſpondet quòd æquale eſt bifariam ſecundum continentiam, qua ratione circulus dici pōt, per continentiam æqualis quadrangulo. Secundo modo aliquid dicitur æquale ſecundum menſurā: quō corpus corpori, & ſuperficies ſuperficiei eſt æqualis: tunc uult locum eſſe æqualem locato, & omnibus ſuperficiebus ſecundum continentiam, quoniam nihil eſt in cōtento & locato, quin illud contineatur in loco, non aūt ſecūdū cōmenſurationem, quia tunc fieret penetratio. Ex ijs patet ratio: cum enim cōuexum inferioris hoc modo non poſſit eſſe æquale orbi octauo: non pōt eſſe illius locus: niſi deᷣ orbis adhuc ſuperior: de quo eſſet ſimilis quæſtio.

Et hoc apparet. Quarto arguit: locatū eſt in loco: ut aqua in uaſe, ut dicitur in litera, ſed octauus orbis nō eſt in inferiori ut aqua in uaſe. igitur ſuperior nō erit in inferiori ut in loco. propterea concludit ꝙ potius octauus eſt locus ſeptimi: cum ei cōpetant conditiones loci uidelicet continentia

M & æqualitas. & eſſe in ipſo ut aqua in uaſe: & ita conuexū inferioris non poteſt dici locus, aut continens ſuperiorem niſi æquiuoce.

Hoc igitur totum. Vltimo concludit. ꝙ expoſitio Auēpaces eſt contra Ariſt. quoniam definitio loci tradita ab Ariſtote. non poteſt conuenire locis rotundi & recti corporis, & ita erit diminuta.

Poſitio Auer. Nos autem. Nunc narrat poſitionem propriam, & ſumit tria pro antecedente, & infert poſitionem pro conſequēte. Primum. ꝙ ſicut eſt fixum ſecundum totum, ita eſt qeſcēs: eſt igitur primum cœlum octauum eſſe ſemper fixū & qeſcens, quoniam ſemper ad centrum terræ ſeruat æqualem habitudinem: atq; inuariabilem diſtantiam. Secundū. cœlum octauum quieſcit propter quietem centri, quod continetur à terra: hoc patet, quia pro tanto dicitur cœlum quieſcere: pro quanto ſeruat ad centrum ſemper æqualem habitudinem. Tertium cētrum quieſcens ſiue ſit terra: ſiue aliud in medio eſt in loco eſſentialiter. Ex ijs infert cœlum octauum eſſe in loco intranſmutabiliter per accidens, quia centrum eius eſt in loco per ſe. id enim competit per accidens alicui, quod ineſt illi propter aliud. cui ineſt per ſe. Modo cētro competit eſſe in loco per ſe. igitur cœlo octauo per accidens. Hanc ait eſſe Ariſt. mentem: cum inquit cœlū octauum in loco eſſe per accidens: hoc eſt propter aliquid; qđ eſt in loco per ſe. N

Vtrum uero. Mouet quæſtionem quā tranſmittit in ſextū huius uidelicet utrum cœlum moueatur uel fuerit motū aliquando in locum: quem habet. Reſpondet, ꝙ de hoc dicemus poſtea. ubi dicetur aliquid mutare locum ſecundū partes, & ſecundum totum, & rurſus ſecundum totum dupliciter ſecundum formam, & ſecundum materiam. ideo uſq; in tempus illud omittit. O

Eſt igitur. Ex ijs concludit ꝙ cœlum illud eſt motum & quieſcens in ſuo loco per accidens uidelicet propter centrum: quo eſt in loco per ſe. eſt quidem motum ad centrū, ſiue circa centrū ſecundum formam, eſt uero quieſcens ſecundum materiā, & per hæc uerificat omnia dicta Ariſt. ut exemplum de aqua, & inſuper patet. omne corpus, & oē motum eſſe in loco, quia ſaltem per accidens, aut per ſe. Tertio patet. ꝙ motum quoddam mouetur ad locum uel circa locum accidētalem, quoddam circa locum uel ad locum eſſentialem. Quarto patet. ꝙ omne corpus tam reſpectu motus, ꝗ reſpectu quietis dici pōt eſſe in loco. Quinto apparet. ꝙ uniuerſaliter omne corpus eſt in loco: cuius cōtrarium ait Alex. ut dicetur. Sexto patet corpora eſſe tribus modis in loco per ſe ſecundum partes, & per accidens, qđ expoſitores intelligere non poterant.

Sed quæritur. Mouet quæſtionem contra ſe, quia ſi cœlū eſt in loco per accidens. igitur mouebitur per accidēs. Reſpondet. & dicit primo. ꝙ omne quod mouetur: indiget qeſcente ſupra quod, uel ſub quo, aut circa quod mouetur, ut Ariſt. in libro de cauſa motuum animalium inquit, quod intelligunt tale eſſe quieſcens, aut ſimpliciter, aut quiete oppoſita motui, aut non tanta uelocitate moueatur. Dicit ſecundo. ꝙ tale quieſcens neceſſarium ad rem motū pōt eſſe dupliciter, aut locus per ſe, quando fuerit cōtinens rē quæ mouetᷣ, ut in motu recto, & corporibus rectis. Aut locus p accidens, ut ſi circa ipſum fiat motus, cœli faciunt. Tunc ad formam reſpondet ꝙ aliquod pōt per ſe moueri, & nō eſſe per ſe in loco, hoc eſt & non eſſe in loco continente ipſum: ueluti cœlum mouetᷣ, & non ad locum continentē cœlum, ſed circa locum. Hoc probat, quia ea mouentᷣ ad loca continentia: in quibus quieſcunt propter ſymbolum: ut aer ad concauum ignis propter ſymbolum in altera qualitate: & fugit à loco propter contrarium, ſed cœlo nihil eſt ſymbolum: neq; aliquid eſt ſibi contrarium. igitur moueri non pōt ad locum continentem ipſum. hinc patet ꝙ elementa mouentᷣ ad loca per ſe, ut ad loca continentia, quoniā habent & ſymbolum & diſſymbolum, corpora cœleſtia mouentur non ad locum continentem, ſed circa quieſcens, qđ eſt locus per accidens. P

Et hoc qđ. Sed contra qm̄ nonnulli cœli uidentᷣ eſſe in loco p ſe continente, ut cæteri infra octauū. Reſpondet ꝙ illud eſt conueniens eis per accidens, & non per ſe. Q

Alex. uero. Nunc narrat poſitionem Alexandri, qui de orbe ſtellato duo ſentit. Primum ꝙ nullatenus ſit in loco, & hoc probat, quia quō mouetᷣ, ita eſt in loco, modo cœlum illud non mouetᷣ per ſe, nec per accidens: nec per partes: nec ſecundū totū: nec ſecundū partes. igitᷣ ſupremū cœlū nullo mō eſt in loco, ꝙ non moueatᷣ per ſe patet, quia nec per ſe ſecundū totum: nec ſecundū partes. Secundū totū quidem. non, quia non mutat locū ſecundū totū: ſecundū ptes uero minime. primo qa illæ non ſunt diuiſæ à toto, qđ requiritᷣ ad hoc ut aliqd moueatᷣ. Scđo qa totū eſt qeſcens, & impoſſibile eſt ptes p ſe moueri toto qeſcēte. Q. uero nō moueatᷣ ſm totū p accñs. primo qa aut moueretᷣ ſm totū p accñs, aut ſm ptes, nō ſm totū, quia totū nō mutat locū: nec ſm partes,

A partes, quia quod, mutat locũ secundum partes: non mutat locum: p accidens secundũ ptes. Secundo partes cœli non sunt diuisæ à toto uel inter se: neq; in actu: neq; in potẽtia: cum nunq̃ distinguanẽ: nec distingui possint. Illa uero q̃ mouentur per accidens sunt distincta actu uel potentia.

Et propter hoc. Secundum quod Alexan. sentit: est q illa cœli octaui uariatio: non est translatio: sed fortasse est circulatio: siue uariatio in situ.

Et dicit. Sed dices. igitur aliquod corpus naturale esse possit non in loco. Respondet q corpus: nec est locus essentialiter: nec in loco essentialiter: neq; econtra. cum neq; locus in definitione corporis: nec corpus in definitione loci ponatur, & locus sit prorsus extrinsecus à locato: cum sit in continente, & non in contento.

Et nos dicimus. Contra obijcit, & primo respondet rõni B suæ. dicens, q licet non sit de ratione corporis ut corpus esse in loco, est de ratione corporis ut moti: quare cum cœlum sit corpus & motum: omnino erit in loco, aut per se, aut per accidens. Secundo arguit, quod mouetur localiter: de necessitate est in loco. Cœlum octauum mouetur localiter ut supponit ad mentem Arist. igitur oportet ut sit in loco, aut per se, aut per accidens. Hæc sunt quæ Auer. digrediendo dixit, de quibus repetemus commento. 45.

Recogni. Superius ubi disputauit utrum aliquid possit esse in seipso, ut in loco: respondit ad eam quæstionem, qua quæri solet de loco mundi. nam ut amphora uini est in seipsa, ut in loco continenti ratione partium, quarum altera est in altera: ita mundus est in seipso ratione partium: quarum altera est in altera, ut in loco continente: uerum non expressit quæstionem proprie de mundo: nec de loco eius: nunc uero explicate declarat de loco mundi, & asserit ipsum non esse in loco continente, eo quia extra ipsum non est C corpus, intra cuius concauum locari possit, asserit uero ipsum esse in loco per partes, sunt enim in ipso partis, quarum altera est in altera, ut in loco continẽte, ut uinum est in amphora. qua ratione fit, ut sit in seipso ratione partiũ: quarum altera in altera est ut in loco continente, & ita qđ superius clam tetigit, hic palam exprimit. Exemplum autem de aquæ difficile est, & falsum, quia dato quòd sola aqua sit, & nihil extra ipsam, & moueatur secundum partes, & non secundum totum: non sequitur ipsam esse in loco per partes, quia una pars nõ est in alia, ut in loco: nisi sit ab ea diuisa, propterea si exemplum debeat esse uerũ, & ad propositum: oportet supponere aquam esse rotundam: & continere multas sphæras quasi partes, quæ proprijs motibus moueantur, ut de cœlo toto dicitur: tunc. n. aqua erit in loco per partes, quatenus altera est in altera: si autem alio modo exemplũ uelis intelligere: difficile est ipsum ad propositum applicare, & forte tale exemplum Aristoteles in textu sequenti exponit, ut dicemus.

Dilucida. tex. c. 44. Vt autem dictum est quædam sunt in loco potẽtia nullla actu: quocirca cũ alicuius similaris partes sunt continuæ: in loco sunt potentia: cum uero disseparatæ, & ut in aceruo se tangunt, actu erunt.

Antiquus. Sicut autem dictum est, alia quidem sunt secundum potentiam: alia uero secundum actum. Vnde D cum quidem continuum sit, quod est similare, secundum potentiam in loco partes sunt. Cum uero separatæ sunt quidem, tangant autem se, sicut collectio: secundum actum sunt.

Expositio. Vt uero compertius & latius pateat: quemadmodum esse in loco, aut non esse cœlum oporteat, quædam de loco paulo altius (ut inquit Themistius) repetit. Primum est quædã esse in loco potentia: nonnulla actu: potentia in loco sunt partes continui, quæ & separari possunt è toto, quæ ideo potentia in loco perhibentur, quia si separentur præcidanturq;, actu esse possunt in loco, partes uero quæ ante separationem continuæ erant, separatione facta contiguę in acerui modum constitutæ, actu in loco sunt, & ita ipsa continua cum ab aliquo corpore continentur, & partes conti-

E nuorum cum à toto disseparantur actu in loco sunt. Sed quæres, utrum eodem modo partes disseparatæ cum disita uerint, sint actu in loco, & cum erunt contiguæ in emulo.

Quę Auer com. 44. Respondet Auerro. quòd partes continui ante separationẽ erunt potentia pura in loco. Quæ uero disseparatæ distant: erunt actu puro in loco. Sed quæ disseparatæ attiguæ sunt uno in emulo sunt quodammodo mixtim actu & potentia in loco, actu quidem quatenus nullius partes sunt, potentia uero quatenus in uno coiuerint. Per hanc uero distinctionem Auerroes. uult Aristo. innuere uniuersum mundum, & cœlum non esse in loco actu, aut potentia.

Recogni. Fortasse hæc distinctio uerificat exemplum de aqua, dixit enim mundum esse similem aquæ, quando sola fuerit, & secundum partes mota nunc uero declarat partes esse posse in loco bifariam, actu, & potentia: ut innuat aquę partes esse similes partibus mundi, si accipiantur, ut separatę F & seipsas continentes, ut proximo textu diximus, uel forte indicat uniuersum nec esse actu, nec potentia esse in loco, actu quidem non, quòd extra ipsum non sit corpus cõtinens actu distinctum ab uniuerso. potentia uero minime, quia partes uniuersi non sunt continuæ.

Dilucida. tex. c. 45. Rursus etiam alia quidem per se, ceu omne corpus, aut latione, aut auctione mobile per se alicubi est cœlum uero, ut dictum est, non alicubi uniuersum est, neq; in loco ullo, si quidem nullum ipsum cõtinet corpus. Sed quo mouetur, hoc & locus est partibus. nam alia partium alii heret.

Antiquus. Et alia quidem per se sunt, ut omne corpus, aut secundum lationem, aut augmentum mobile, per se alicubi est. Cœlum autem: sicut dictum est, non alicubi est totum, neq; in quodam loco: si et nullũ ipsum continet corpus. In quo autẽ mouetur: hic etiam locus inest partibus: altera enim ab altera G habita est.

Expositio. Secunda distinctio est. quòd quędam sunt in loco per se, quædam per accidens: ea sunt in loco per se, quę corpus habent extrorsus, è quo continentur, quo quidem modo uniuersum non est in loco, cum nullum habeat corpus extrorsus: à quo continetur. Potest tamen dici esse in loco per partes: nam quo mouetur: eo in loco esse debet: mouetur p partes: quatenus una sub alia, ut in loco continetur, & ergo & per partes esse debet in loco. Hæc de uniuerso.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Alia uero per accidens ceu anima & cœlum, omnes namq; partes quodammodo sunt in loco, circũ quaq; enim alia aliam continet,

Antiquus. Alia uero secundum accidens sicut anima, & cœlum, partes enim in loco quodammodo omnes sunt, in eo enim quòd circulo sunt, alia aliam continet.

Expositio. Quæ per se sint in loco dixit: nunc quæ per accidens, & inquit. Alia uero per accidens, sunt in loco, ceu anima quæ per accidens est in loco, quia est in corpore, quod est in loco per se, & cœlum hoc est uniuersum: (ut Themistius exponit) quod est in loco per accidens, quia est in partibus: H quarum alia aliam per se locat, & hoc subdit. omnes nanq; partes quodammodo sunt in loco, circumquaq; enim alia aliam continet. Ecce quomodo de uniuerso loquitur, & nõ de cœlo ultimo, ut Thomas & Auerro. sentiunt. Nam ratio ea quæ de partibus assignatur ab ipso non esset ad propositum. nec similitudo cœli ad animam esset ad rem. Est autem hæc similitudo. quòd ut anima, quia est in corpore est in loco per accidens ratione corporis, ita uniuersum, quia est in partibus est in loco per accidens ratione partiũ quæ sunt in loco per se, est autem similitudo optima, quoniam anima est totum corporis, uniuersum est totum partium: quare ut anima ratione corporis est per accidens in loco: ita uniuersum ratione partium. Sed Themistius inducit cõtra Aristotelem, & in illius defensionẽ dicemus postea.

Dilucida. tex. cōm͞e. eiusdem

I Quocirca mouebitur quidem quod sursum est circulo solum, nequaquam tamen uniuersum alicubi erit. Quod enim alicubi est, & ipsum est aliqd, & insuper aliquid aliud extra se habere oportet: in quo est. quod continet: at ultra uniuersum atq; totum nihil est extra omnino.

Antiquus.

Vnde mouetur circulo solum, quod sursum est, omne autem non alicubi est, quod enim alicubi ē, ipsum aliquod est, & adhuc aliud, quoniam oportet esse extra hoc in aliquo, quod quidē continet. ultra autem omne & totum nihil est foris oĩno.

omnino omne. pœnitus.

Expositio.

Ex dictis quodammodo epilogando infert. primo quonam modo uniuersum sit in loco, & inquit. Quocirca mo
K uebitur quidem idipsum corpus quod sursum est, solū circulo ut aggregatum ex omnibus cœlis, nequaquam tamē uniuersum ex cœlis & elementis cōgregatum alicubi erit. Themistius uero exponere uidetur de supremo orbe, & tūc erit sensus, quocirca mouebitur quidē quod sursum est atq; omnibus supremum circulo solum, nequaquam tamē uniuersum illud quo ad omnes partes, internas uidelicet & externas, alicubi erit. Et tunc illud uerbum uniuersum quod græce est pan, non ad totum mundum, sed ad supremum sc͞dm omnes eius partes sumptū referēdum est. Huius rei causam affert. d. quod enim alicubi est ipsum totum, & secundum omnes partes, & ipsum est aliquid, & insuper aliquid aliud extra se habere oportet, in quo est, & in quo contineatur. at preter uniuersum hoc est totum cœlum ultimū atq; totum mundum nihil est. Ex quibus patet solum ꝙ octauum cœlum non est uniuersum secūdum omnes partes in loco. sed quonam sit in loco modo ab Aristo. nō habemus, quæ res fuit causa disputationis apud posteriores.

Quid aperte Arist. de uniuerso.

De uniuerso nanq; aperte asserit ipsum non esse in loco actu, cum nullo forinsecus corpore contineatur. Rursus ipsum potestate non esse etiam in loco clarissime confitetur, quandoquidem nunquam continebitur, per se quoq; esse
L in loco etiam negat: nam delatu moueri non potest. Nam (ut Themistius) inquit. Deferri & circūferri non idem sunt. Deferri enim est uniuersum locum deserere: circūferri uero est in se eodem situ per eandem ambitudinem recurrere, aperte demum asserit uniuersum quod hic cœlum: uocat per accidens esse in loco. Vt enim amphora uini uniuersa in loco est per accidens, quia una eius pars est in loco per se ut uinum, ita uniuersum est per accidēs in loco, quia una illius pars est in alia ut in loco. Rursus ut etiam est in loco per accidens, quia in corpore, quod est in loco per se, ita cœlum uniuersum est in loco per accidens, quia est in suis partibus, quarum una in alia est ut in loco. Et ex hoc apparet ꝙ praue Auer. textum Arist. intelligat. Exponit enim per cœlum: supremum orbem. Hęc enim expositio friuola est, & literæ non conuenit. Nam nec anima & cœlum essent similes, nec ratio quam Aristo. subscribit, de partibus, quarum una aliam continet ualeret, cum cæteræ sphæræ: non supremi cœli: sed uniuersi partes sint, nec te moueat nomen cœlum, quia uranos græce ab Arist. pro mundo non

Deferri circūferri. An in loco materialr a ccepto in quo ultima sphera ē p accñs sit actu uel potētia. Vide Gradeum Escu. lec. 7 q 13. huius. Contra Auer.

M semel legitur in libro de cœlo, ut etiam Auer. ipse de Arist. testatur. De supremo uero cœlo ab Aristo. accepimus ipsum circulo moueri, siue circunferri, & non deferri ut recte Themistius, rursus ēt ꝙ nequaquam omne siue totum: siue uniuersim alicubi est, hoc est ꝙ non secundum omnes partes est in loco: nec uerbum pan te perterreat: nam ab Arist. non semel pro singula parte legitur. Q. uero supremum cœlum non uniuersim secundum omnes partes in loco sit, eo affirmat. corpus non habet aliud extra in quo contineri possit: usq; ad hoc uerba Arist. peruenerunt: ꝙ uidelicet non omne sit in loco. sed per quid & secundum quæ in loco sit: sermo Aristo. non explicat. Et in hoc apparet quā temere Auerroes asserat Aristotelem de loco cœli supremi aperte esse locutum: cum & litera ista adhuc de uniuerso intelligi possit, & dato ꝙ de sup͞mo loquatur: nihil habemus

Quid de sup͞mo cœllo Aristo.

Pan

t

Contra Auer.

affirmatiue de illius loco: nisi ꝙ non omne sit in loco. Ve
N rum quæ Auer. cōmento isto. 45. attingat, & exponendo & digrediendo afferamus, ꝙ uniuersum igitur non sit in loco per se sic. in secunda figura facit syll͞m Auerroes. quæcūq; corpora sunt in loco p se: habent corpus extra: uniuersum siue cœlum ultimum non habet corpus extra. igitur nō est in loco per se. Et uidetur ipse literam totam intelligere de cœlo ultimo, quod moueri motu diurno asserit. Vlterius cum cœlum ultimum non sit in loco per se: concludit ꝙ sit in loco per partes, quæ sese continent: uerum ut ait. nō est in loco per partes quæ sint per se in loco, quonia m sphæræ non per se continentur: sed accidit eis esse in loco continēte, qui est per se locus. Hinc dat diuisionem eorum quæ sunt in loco: nam quædam sunt in loco uero, sed per accidens ueluti accidentia, quæ sunt in loco, quia subiecta eorū sunt in loco: prope quem modum cœlum est in loco p accidens: quoniam est in centro quod est per se in loco: quædam sunt in loco uero per se, ut corpora quæ mouenē motu recto. Alia sunt in loco uero per accidens ut sphera, cui

Quæ auer. cōm. 45.

Syll's apud Auer.

Quō cœlū nō p se eē in loco.

Diuisio eo rū q̄ sunt in loco.

O accidit contineri, & ita apud ipsum spheræ & accidentia sunt in loco uero per accidens, licet non uno modo: nā accidentia sunt in loco uero per accidens ratione subiectorū: spheræ uero non ratione subiectorum, sed ratione generis uidelicet spherici: cui accidit esse in loco. Vlterius concludit, ꝙ aliquid est tale per accidens dupliciter: ratione subiecti in quo est, uel ratione partis, & est tertius modus uidelicet ratione generis. Anima enim est in loco, quia subiectū eius quod est corpus est in loco: cœlum uero secundum totum est in loco, quia centrum eius est in loco, sic igiē Auer. in hoc textu exposuit primam partem textus de cœlo ultimo. Vltimam uero de uniuerso mundo, quæ expositio quātum textum conueniat: tu qui habes nostram translationē, & expositionem nostrā, facile iudicare potes. Sed in isto cōmento Auer. contra Auicennā digreditur, & narrat opinionem Auicennæ de loco cœli ultimi. qui uoluit ꝙ cœlū: neq; per se: neq; per accidens sit in loco. Cuius fundamen

Tale p accidens dupliciter

Digressio Auer. Pō Auic.

P tum est, quia motus ipsius cœli non est delatio, sed motus in situ: modo quod mouetur secundum situm: non oportet ut sit in loco. Contra obĳcit Auer. primo quia ad situm quemadmodum ad nullam relationem est motus, ut dicitē in. 5. huius. Secundo locus est prior situ: cum locus accipiatur in definitiōe situs: est enim situs ordo partium in loco. igitur non pōt esse situs non presupposito loco, & ita si cœli motus est situalis, erit & localis. Tertio. eo motu totum mouetur quo partes, sed partes cœli mutant locum: igitur & totum. Minor pro manifesta accipitur. Quarto Aristo. in 6. dicet ꝙ ipsum cœlum mutat locum secundum formam, & non secundum subiectum. igitur cœlum mouetur localiter. Verum narrat causam qua errauit Auicen. & uult ꝙ Auicēna credit motum cœli secundum formam: quē Arist. attribuit cœlo: esse motum situalem. Motus enim situalis ē localis secundum formam, sed ille quo subiectū mutat locum: est motus localis. Propter hæc Auer. per motum secundum formam: uult secundum figuras: quas cœlum format in comparatione ad centrum & ad cæteras mūdi par

Cōfutatio. per Auer.

Cā erroris Auic. Auicennæ.

Q tes: fortasse enim ut dicetur in. 6. ab ortu in centrum trahiē una linea: ab occasu alia, à medio cœli alia, ab imo terræ alia, quæ oēs faciunt unā cœli figuram, sed quoniam omni hora diei lineæ istæ uariantur, & figura ēt uariatur: hęc aūt uariatio dr̄ localis, q͞m oēs lineæ quæ trahunē à loco cœli: puta à centro uarianē: centrū uero cū sit firmū: facit cœlum non uariare locū secundum subiectum, de hoc quere in cōmen. 85. sexto huius, quia ibi dicemus multa. Hinc patet cā erroris Auicēnæ. ipse enim credit hunc motū esse situalē, quia sphera mutat sitū respectu centri: hoc enim non est ita, quia aliud est moueri de situ in sitū & esse motum situalem. Moueri enim potest aliquod de situ in situm per accidens, & sic omne quod mouetur: de situ in sitū mouetē: esse motum situalem est esse motum per se ad situm: mō hoc ē falsum: est enim motus localis per se ad locum: per accidens ad situm, & omnia quæ sequunē locū: iō licet sit de situ in

A tu in situm: non tamen est situalis: nisi per accidens: sicut alteratio est per se ad albedinem: per accidens ad similitudinem. Motiuum tamen Auicennæ (ut ait) fuit dictũ Alexandri, qui dixit cœlum stellatum: neq; per se: neq; per accidens esse in loco: eo quia nec eius motus est in loco: nec est translatio. quod quia confutauit: ideo nihil esse ait. Hęc sunt quæ habemus ab Auer. de loco cœli ultimi. Sed de intellectu positionis Auer. iuniores & alij laborant: & tandem Ioannes, & alii uolunt cœlum ultimum esse in loco: ut illa particula in dicit circunstantiam continentis ad cõtentum hoc est ut cœlum ultimum sit in centro, ut in contento ab ipso. Vlterius aiunt ꝙ propter hoc cœlum ultimum est in loco per accidens: capiendo per accidẽs ut distinguitur contra famosum quasi dicat ꝙ est in loco improprie dicto, in quo tñ per se & necessario est. Et per hæc tollunt multas difficultates: ut patet in libris eorum. Sed hæc expositio stare non potest: primo quia nullibi unq; legi in libris Arist. per accidens sumi pro eo quod nõ est famosum: nec etiam in aliquo commẽto Auer. Hic nouus modus destruit multa, & Aristo. in posterioribus redderet diminutum, ubi enim de eo quod est per se: & de eo quod est per accidens locutus esset. omisisset unum modum: nec in quinto metaphy. ubi de his egit: nec in quinto huius aliquid dixit. ubi oportuisset dicere. Preterea, si per accidẽs sumeretur pro infamoso, per se ut dicunt pro famoso acciperetur, qua ratione syllogismus dialecticus qui esset ex famosis, posset concedi esse ex iis quæ sunt per se: quod nõdum ab Arist. in libris logicæ accepimus. Rursus in paralogismo accidentis non inuenimus Aristote. dicere unum modum esse ex iis quæ non sunt famosa; quem debuisset dicere: aliter non omnes modos soluẽdi sophisma dedisset. quarto hoc uidetur expresse contra Auerr. quem exponunt. Nam Auer. de propria intentione solues quæstionẽ in commen. 43. ait, ꝙ cœlum est in loco per accidens: quia est in cẽtro, quod est in loco essentialiter. Rursus in solutione quæstionis quam mouet, ait, ꝙ nõ est de necessitate moti esse in loco: sed quiescentis. Si igitur centrum esset locus per accidens pro infamoso: sed per se pro necessario: tunc locus esset de necessitate moti & quiescentis. cuius contrarium ait. etiam ibidem ponit hanc regulam. ꝙ omne ꝙ est in loco per accidens: est in loco propter hoc, quia est aliud in loco per se, & per hoc habet ꝙ cœlum est in loco per accidens propter cẽtrum. quod est per se in loco. Preterea, In presenti commento. 45. inquit. ꝙ cœlum & anima sunt in loco per accidens, anima quidem, quia est in corpore, quod est per se in loco, cœlum uero, quia centrum eius est in loco. Ex ijs omnibus & aliis perspicuum est de intentione Auer. esse cœlum ultimum esse in loco per accidens, accipiendo per accidens proprie, ut distinguitur contra ꝑ se, ita ut cœlum illud esse in loco dicatur propter centrum quod continetur ab eo, quod est in loco per se. Et hæc est plana Auer. intẽtio per totum. Ego uero in pueritia positionem Auerrois defendere non desinebam, asserens illã esse indubie mentem Arist. Nunc uero cum græca uerba Aristo. legerim, & diligenter examinauerim, potius assero positionem huius esse deliramentum, & nullatenus ad ꝓpositum. Primo, quia aut Auer. uult cœlum octauum siue ultimum esse in loco per accidens accipiendo per accidens ut distinguitur contra per se, aut per accidens pro infamoso. si sumit per accidens ut distinguitur contra per se, sequuntur absurda, quæ iuniores non possunt euitare, ut ꝙ motus cœli sit per accidens in loco, & ita non esset primus motus. Et ꝙ quiesceret per accidens, si quieti datur locus magis ꝙ̃ motum, ut credit aufugere Auer. & ꝙ centrum indiuisibile esset in loco per se, quod non est auditũ à seculo, & ꝙ quandoq; non erit in loco. si quidem per accidens potest non esse, & alia innumera, quæ iuniores nõ potentes euitare fugiunt ad illum modum per accidens in auditũ. Si uero per accidens accipitur pro inconsueto atq; infamoso, ita ut cœlum ultimum sit in loco improprie dicto, sed necessario, & per se, ut iuniores intelligunt, cum cẽ

De intellectu põnis Auer. prima expõ. Vide Ioã. Iand. q. 9. hs. & alios supra notatos.

Cõfutatio.

B

C

D

Cõfutatio positionis Auer.

Prima rõ.

trum non tantum sit locus ultimi cœli, sed omnium spherarum, quia secundum ipsum spherico accidit esse in loco continenti, de quo laudat Auempacem. Auerroes non locum peculiarem, & immediatum proprium, & primũ atq; citimum dedisset de cœlo ultimo, sed locum communem sibi & omnibus spheris, & cum nihil sit in loco communi nisi propter proprium, & primum, ut dixit Aristote. restat Auer. questio de loco proprio, & primo ultimi cœli.

E

Amplius non est auditum à seculo ꝙ si petamus ubi nã est cœlum stellatum, respondere debeamus in centro. Sic enim quęstio de loco sphęrarum omnis iam esset soluta, & ita cessaret illa questio secundi cœli, comment. 58. de loco solis an sit immediate locatus supra lunam, an supra uenerem, quoniam respondere possumus omnes spheras esse in centro, & nullum alium præter hoc habere locum, nisi igitur detur unicuiq; proprius locus, quæstio talis esset nulla. Adhuc cessaret quæstio de nobilitate cœlorum, nam ut ipse ait. 12. metaphy. commento. 44. ordinatio mouentium à primo motore, oportet ut sit secundũ ordinem stellarum orbium in loco. Prioritas enim in loco eorum facit eos priores in nobilitate. Et ait. hanc esse intentionẽ Aris. in littera. si igitur octaui cœli siue ultimi nullus esset locus præter centrum, tunc fortasse aut esset cæteris ignobilibus aut alios non excederet eminentia loci. Insuper omnes conceduntultimum cœlum illud esse quod à nobis oĩum aliorum maxime distat, aut igitur hæc distantia est loci, aut situs, non est dicendum esse distantiam situs, quia ut sumit contra Auicenna situs præsupponit locum. igitur est loci, uel igitur loci continentis, uel loci contenti, non loci cõtinentis, quia extra ipsum nullum est corpus cõtinens, igitur loci contenti, & cum non possit esse in illo per partes externas conuexi, erit in illo per partes internas concaui. Et hæc est positio Themistij. Propter hæc & alia teneo Themistium, qui sine dubio cum Aris. sentit, Eudemo atq; Theophrasto. Vbi primo de uniuerso dicamus, ꝙ Eudemus in tertio rerum naturalium uolumine uult uniuersum esse in loco dupliciter uno modo, quia unius illius pars est in alia, quo quidem modo diceremus amphoram uini esse in seipsa ut in loco, quia una pars eius est in altera. Secundo dici potest esse in loco, ut anima, nam ut anima est i corpore, quod est in loco per se, ita uniuersum est in partibus quæ sunt in loco per se. esse enim in loco multiplices habet significatus ut dictum est. Hæc de uniuerso. De cœlo ultimo ait Themistius ipsum simpliciter in loco non esse, sed penes interna quæ ambit, tangit enim orbem saturni & quodã modo continetur. penes externa omnino loci expers est, & ita locabitur cœlum ultimum per partes. Sed dices nunquid illæ partes internæ, quibus circulus ultimus est in loco, sint actu, aut potentia, aut per se in loco, cui respondet ꝙ ille non sunt actu in loco, quia non actu subiecto separatæ sunt, neq; potentia, quia non disseparabiles, neq; ꝑ se, quia non sunt in continente, sed in contento corpore. Dicendum igitur ꝙ corpus esse in loco bifariam est. Vno modo per partes externas sui conuexi, & sic est in loco totum & ratione totius, & per se, & actu, quoniam continetur à loco secundum partes maiores & minores & secundum se & quodlibet sui. & hoc modo corpora quę mouentur motu recto dicuntur esse in loco per se. Alio modo per partes internas concaui, & tunc dicetur esse non in loco per se, actu uel potestate, sed ratione partium internarũ per quas contangit corpus contentum, & tunc ideo non dicetur esse in loco totum, quia non secundum partes maiores & minores est in loco: nec dicet esse in loco actu, quia partes per quas est in loco nõ sunt actu, nec potentia disseparatæ, nec in loco per se continente, sed per se contento.

Ex ijs sequitur primo ꝙ locus ultimi circuli est externa pars siue superficies saturni. id uero propter quod est in loco, sunt partes eius internę, quæ citime tangunt superficiẽ saturni. Secundo sequitur ꝙ quilibet circulus est in loco ꝑ internas partes sui. licet per accidẽs possit esse in loco per externas. & in hoc Auempace non differt à Themistio.

Secunda.

Tertia.

F

Quarta

G

De uniuerso quõ est in loco.

De cęlo ultimo. Positio Them.

H

Dubia.

I Dubitatio in doctrina Themistii. Sed unum dubium restat quod mouet expositor. nam si ultimus circulus est in loco per partes internas. igitur illæ erunt in loco aut actu, aut per se, aut saltem potestate. omne enim quod est tale per aliud. oportet ut illud sit tale aliquo modo per se. Rñ. Tho. Respondet expositor quod illæ partes sunt per se in loco in potentia, et ita sufficit ad hoc ut per illas ipsum totum sit in loco. & ita concedit, totum nõ esse in loco pure per accidens. sed per partes, quæ sunt per se in loco in potentia: quatenus illæ sunt diuisibiles à toto. Replic. Sed hæc responsio uidetur contra Themistium quem sectatur. inquit enim, sed & partes quoque extremi globi eundem sequuntur modum, qui uniuerso debetur. neque enim illæ in loco sunt actu, neque potentia, cum subiecto auelli non possint, sed neque per se in loco sunt, solum ergo si qua possunt, per accidens possunt & reliqua. ecce quo modo expresse uult partes illas internas esse per accidens in loco, & totum per illas. & non per se aliquo modo, aut actu, aut potentia.

K Scda rõ. Secundo omne in actu est prius eo quod est in potentia. si igitur partes illæ sunt in loco potentia, oportet ut totum sit actu in loco, ut dicebat Aris. supra, quod totum continuum est actu in loco, partes uero potentia, hæc sunt potissima argumenta contra Thomam. Tertia. Ex alio est alia ratio contra uerba Themistii, quia omne per accidens debet reduci ad per se. si igitur circulus ultimus totus est per accidẽs in loco, & partes quoque per accidens, quid esset illud quod per se esset in loco merito cuius circulus ipse esset in loco. Propter hæc mihi uidetur esse dicendum pro utroque saluando, quod ipsum cœlum potest considerari sub ratione generis, utpote continui corporis & moti: & sub ratione speciei uidelicet cœli. Si consideretur sub ratione corporis continui moti, tunc eius partes sunt potẽtia per se diuisibiles, & hoc modo expositor intelligit, nam cum illæ sint potentia per se diuisibiles, erunt per se potentia in loco, & hoc sufficit ad rationẽ circulationis illius simplicis. Si uero sub ratione cœ-

L li specifica, tunc illæ non sunt potentia diuisibiles nec actu & sic intelligit Themistius, & ita si consideretur cœlum in eo quod corpus motum simplicissimo motu erit in loco per partes, quæ sunt in loco per se in potẽtia. quatenus ut sunt partes continui mobilis diuisibiles sunt. Si ut cœlum, ut sic nõ est motum, neque in loco: sed mere per accidens, pro quãto accidit sibi motus, merito cuius accidit sibi locus partiũ mobilis, & sic intelligit Themistius. Ad secundum patet solutio, omne enim in actu est prius eo quod est per se in potentia. si illud in potentia debeat reduci ad actum, per illud existens in actu. modo quod partes illæ sint in potentia in loco ut sunt partes corporis mobilis, non debent reduci actum, cum non conueniat simplicitati illius quod mouetur, neque motus eius quo mouet. Confirmatio per Aris. Et hęc est intentio Aris. plane. asserit enim plane id quod sursum est ut circulus ultimus nequaquã uniuersum esse in loco secundum omnes partes. huic autem non secundum totum. non respondet nisi esse secundum partes, quare si negat ipsum uniuersum secundum omnes partes non esse in loco: uidetur affirmare secũdum partes esse in loco: hæc est intentio Auempaces hispani, Alexandri, & omnium peripateticorum, nec uult aliud

M Alex. nisi quod supremus circulus non est in loco aliquo modo sumendo loco pro continente, sed aperte uoluit ipsum esse in loco per partes. Rñsio ad rationes Auer. Rationes Auerro. contra hæc friuolæ sunt ad primam patet solutio. licet enim totum nõ sit aliud, quam suæ partes omnes. potest aliquid toti competere ratione totius, quod non competit ratione partium, & aliquid sibi ratione partiũ, quod non ratione sui, quia saltem totum & partes ratione differunt, & ordine. Ad illud quod dicit quod male facit Themistius. confundendo ipsum per accidens cum ipso per partes: quod bene facit, quia illud est de uniuerso mundo, & non de circulo ultimo intelligẽdum, Ad rationes quas addit Ioan. contra Themistium. in quæstione respondeo quod Arist. uult quod cœlum secundum partes mutet locum & secundum formam, & secundum materiã, secundum totum non. Ex hoc non sequitur ipsum secundum partes non esse in loco, sed quod sicut secundum se non mutat locum. ita secundum totum non est in loco, & ut per partes est mutans locum secundum formam & materiã: ita ratione partium per accidens dici potest mutare locum modo quo partes mutant. Ad secundam dico. quod cœlum ultimum non est in loco per partes, quæ actu sint in loco per se, sed potentia. Et cum dicitur. igitur non actu moueretur negatur consequentia. illud enim esset uerum in motu recto, qui est delatiuus: nam ille est ut acqrat locum, iste non est ut acquirat locũ. sed circa locum: & ita stat aliquod actu moueri, non tamen esse actu in loco, uel actu moueri ad locum sumendo actum pro esse separationis. nisi sumat actu contra potentiam essendi. Ad tertiam dico, quod illæ partes de potentiali possunt esse in loco per se, non quidem de potentiali in specie, sed in genere. tale autem non oportet ut reducatur ad actum speciei, sed generis, & ita sufficit ut aliquid sui generis sit tale ut elementum uel id genus. Ad rationes contra Auempacem ad primam dico, quod Aris. uult quod omne corpus extra quod nullum aliud est, non est per se in loco capiendo locum pro continente, cũ quo tamen stat ipsum esse in loco, quia circa locum contentum. Ad secũdum dico, quod Aris. uult aliquid esse in loco per accidens, & partes. ut dicit Themistius fusius capiendo per accidens pro eo quod est tale per aliud, & ita sunt idem. Ad tertium dico, quod ratiõe loci est continere, esse æquale, & id in quo est locatum ut in uase, capiendo locum pro continene respectu corporum rectorum. nam Philosophus in solutione quæstionis de ultimo articulo innuit alium modum essendi in loco, & ita patet quod hæc expositio conuenit uerbis Arist. nam licet definierit locum, alium modum accipiendi locum innuit. Vlterior declaratio & dubões scholariũ. Vide & grãdeum Escu. lect. 7. huius. Sed petunt scholares ulteriorem horum declarationem. prima quare si corpus secundum partes externas contineretur esset in loco per se: & actu secundum internas uero per partes siue per accidens. Secundo quo modo cœlum potest esse in loco per partes, quæ sunt potentia diuisibiles. Et tertio quo nam modo partes illæ cœli internæ sunt separabiles à toto. Quarto cum omne potẽtiale reducatur ad actum, & illæ partes sunt diuisibiles in potentia, cur nõ quandoque erunt diuisæ. Quinto quo modo potest esse motus in actu cœli & per se, si cœlum est in loco per partes, quæ sunt potentia in loco. Sexto cur magis cœli locantur per internas, quam per externas, cum moueat secundum omnes. Septimo cum omne per accidens reducatur ad per se, & totum sit in loco per accidens hoc est per partes, quę secundum Themistium. sunt in loco per accidẽs: ad quod per se ille reducentur. Octauo cum omne in potentia supponat aliquid in actu, & partes illæ sint potentia in loco: quid est illud quod actu est in loco, & illud in actu quod præsupponunt. Hæ sunt dubitationes, quarum solutiones scholares uellent ulterius expositas. Ad primam dico, quod ubi corpus esset in loco per partes externas, tunc esset contentum à loco. & ita esset in loco actu separato, & per se, quod proprie est locus, & per naturam cõtinens. & ita esset actu separationis in loco, quia secundum se & quodlibet sui cõtineretur, & per se, quia in loco: qui per se & secundũ naturam contineret ipsum. Ad secundam debes scire quod locus non competit corpori, nisi quo corpus ipsum est corpus mobile, & ita cœlo, aut homini, aut alicui id genus non competeret, nisi ea parte qua corpus mobile. igitur partes cœli ea parte qua sunt ipsius cœli, Themistius esse in loco non diceret, sed ea parte qua sunt cœli corporis mobilis: ex ea uero parte qua sunt cœli corporis mobilis sunt diuisibiles. & potentia separabiles, & hoc est quod pulchre Themistius, ait, quod cœlum illud est in loco per partes, quæ sunt in loco per accidens, quia non inquantũ partes cœli, sed quatenus sunt partes eius, cui accidit ratio corporis moti. Et per hoc ad tertiam. illæ partes ut cœli sunt non possunt à toto cœlo separari, ut corporis mobilis possunt esse separabilis, & ita ut sic sunt in loco per se in potentia. Ad quartam dici potest, quod possibile eo modo est ad actum reducibile quãdoque: quo est possibile, modo illę partes possunt separari à toto ut illud corpus mobile, & sic in

N O P Q

A sic in genere corporis mobilis aliquæ partes reducent ad actum separationis, & hoc satis est. Ad quintam dici potest quod cœlum actu mouetur, & tamen est solum in loco per partes quæ sunt potentia separationis, nam esse actu tale potest sumi. uno modo pro eo quod distinguitur contra id quod non est, & potest esse, ut rosa in hieme. alio modo pro eo quod est distinctum contra actum separationis. Primo modo partes continui sunt actu in loco, quia præsentialiter sunt & in loco. Secundo modo sunt in potentia: quia nõ actu separationis. & ita patet cœlũ actu moueri posse actuq; in loco esse, non per hoc quod partes sint actu in loco secundũ separationem, sed secundum actualitatem præsentiæ.

Ad sextã dici potest, quia ut dixit Themistius, cœli motus magis est circũferri, quàm deferri, hoc est magis circa locum, quàm de loco ad locum. qua ratione fit ut ipsum, & omnes partes sint in loco, sed per accidens propter partes in-B ternas per quas tangit, id circa quod fertur. & non per externas. Ad septimum dici potest, quod omne per accidens est reducibile ad per se, modo cœlum est in loco propter partes quæ sunt in loco per se. Tu dices, hoc est contra Themistium, qui ait illas neq; actu, neq; per se esse in loco, sed per accidens. Iam solutum est, quod illæ sunt per se in loco, licet non actu, non quatenus partes cœli, sed quatenus partes corporis moti illo modo: & ita totum esse tale per accidens, reducitur ad partes, quæ sunt per se tales illo modo, quod sufficit in proposito. Ad ultimum dici potest, quod illę partes sunt per se in loco in potentia, & illa potentia præsupponit aliquod totum esse actu in loco, non quidem in specie. sed in genere, & hoc est uerum, quia aliquod corpus mobile est in loco actu. & ita quatenus cœlum per accidẽs est in loco reducitur ad partes quæ per se sunt in loco in po-C tentia, per quas tangat idcirco quod fertur. Quatenus uero partes illæ sunt potentia in loco per se: hæc potentia reducitur ad aliquod sub genere contẽtum, quod actu est tale. Ad quæ omnia scholares acquiescere possunt. Et hęc nunc de quæstione dicta satis fortasse enim si alias occurret, & dabitur ocium melius dicemus.

Recogni. Non est dubium Aristotelem hic loqui de primo mobili de quo infert primo ipsum moueri solum circulo, quod dicit ad differentiam uniuersi, cuius Alia pars circulo: alia recto fertur motu: subintelligit autem secundum illatum. s. ipsum propter, hoc esse loco cum omne motum sit in loco: uerũ expõit, quomodo non est in loco cum inquit, omne autem idest totum autem primum mobile nõ alicubi est: hoc est in loco non est totum. & assignat causam cur totum primum mobile non sit in loco, quia quod est totum in loco, ipsum est aliquod corpus, & adhuc est aliud extra illud, quoniam oportet esse extra hoc in aliquo corpore, quod continet tale corpus. Vltra autem omne, & totum hoc est ultra mundum cuius primũ mobile est supremum nihil est foris omnino. supremum ergo mobile non potest totum esse in loco. Vtrum uero si non est totũ in loco: sit eius aliqua pars in loco: non habemus ab Ari-D stotele, ut in commentarijs notauimus. hoc enim dũtaxat ab Aristotele accepimus primum mobile nõ esse totum in loco. Sed si non est totum in loco, & est in loco, sequitur eius aliquam partem esse in loco: & aliquam nõ. hoc autem falsum est. Auer. uoluit primum mobile esse in loco per centrum, de cuius opinione in commẽtarijs satis. Themistius uero intelligit, primum mobile nõ esse totũ in loco, hoc est secũdum totum, bene autem per partes, secundum totum quidem non est, quia nõ secundum cõuexum secundum partes uero est, quia secundum cõcauum per quod circuit conuexum saturni. Animaduertendum tamen secundũ partes aliquid dici posset esse in loco, hoc est secundum concauum, non quòd concauum sit pars cõuexi, una enim superficies non dicitur pars alterius, sed quia cõcauum est minus, & conuexum maius. Quare possimus dicere primum mobile non esse secundum totum in loco, quia non secundum conuexum, quod quia est maius concauo, dicitur totum, sed secundum partes hoc est cõcauum, quod, quia dicitur minus conuexo, dicitur pars: uel E partes illius. Ergo sic exponẽdo sensus est primũ mobile nõ esse in loco secundum conuexum, sed secundum cõcauum, uerũ esse in loco secundũ concauum, potest bifariam intelligi, uno modo intelligendo concauum primi mobilis esse per se in loco, & ratione illius primum mobile dici esse in loco, & hoc pacto non credo primum mobile esse in loco per partes, siue secundum concauum, licet in commentarijs hoc defenderim. Alio modo intelligendo primum mobile esse in loco secundum concauum, sicut corpus rectum per conuexum, quia ut rectum corpus est in loco per conuexum, quia continetur per conuexum à corpore continent, sic primum mobile est in loco per concauũ, hoc est, quia concauum eius continet conuexum saturni, & hoc pacto intelligendo omnes dubitationes, quę in positione Themistij accidunt, facile delentur, non enim dicimus primum mobile esse in loco per partes integrales & substantiales suas, sed per superficiem concauã, quę licet F non sit pars conuexi primi mobilis, est tamen secundum continentiam minor illa, nec dicimus per partem esse in loco, quia secundum aliquam sui partem non, et secundũ aliquam sui partem sic est in loco, quoniam sicut totũ mouetur, & totũ quiescit aliter & aliter: ita totum est in loco: non tamen secundum totum hoc est secundum cõuexam superficiem, secundum quam esset in loco continente, si per illam esset, secundũ se, & quodlibet sui. Nec dicimus primum mobile esse in loco per partem hoc est per concauum, quia concauum sit per se in loco, ratione cuius primum mobile esset in loco: sic enim esset in loco per accidens, sicut anima est in loco corporis per accidens, quia corpus est in illo per se, hoc autem falsum est, si enim primum mobile esset in loco per accidens, moueretur, & quiesceret per accidens, ad motum. s. & quietem eius, quod per se esset in loco. Quare primum mobile est in loco per par- G tem, hoc est per concauam superficiem: sicut corpora recta per totum hoc est per conuexum, quatenus. s. per concauum est suo loco contiguum, immediatum, & cõsequẽter ens, sicut recta corpora per conuexum suis locis continentibus sunt attigua, immediata, & cõsequentia. Ex his sequitur, locum orbium esse æquiuoce dictum cum loco rectorum corporum. sicut & motus, & quies in his, & illis ęquiuoce dicuntur. nec ab ratione, ęquiuoca enim natura omnia æquiuoce habet. Aristoteles enim licet talẽ locum non descripserit, talem locum dedit intelligere ex suis uerbis Auerrois autem errauit, cum dixit locum primi mobilis esse centrum uel medium totius: uolẽs enim assignare proprium locum, assignauit communem omnibus orbibus, omnes enim orbes medium mundi circuũt, ideo circa illud omnes orbes sunt. in hac ætate pro defensione Auerrois dicerem. Auerroem per primum mobile intellexisse totum aggregatum ex orbibus cœlestibus: ex quibus Auerroes asserit unum, animal fieri, & quidẽ maiori unitate quàm sit animal mortale, cum illius membra uita æterna connectantur, membra uero mortalis animalis H uita mortali. Et per centrum cœli totam sphæram actiuorum ex elementis constantem, est enim duplex centrum alterum cœli, sunt animalis cœlestis: & hoc est tota sphæra actiuorum, & passiuorum, circa quam cœlum totum uoluitur. Alterum terræ quod est medium mundi. centrũ mundi dat fixionem atq; quietem centro cœli, aliter centrum cœli non esset locus cœli. Intantum enim locus est cœli, inquantum est fixum, est autem fixum, quatenus fixe circuit centrum mundi, ideo dicitur locus quo cœli, & elementorum conuexum uero sphæræ locus. Tunc uoluit hoc animal esse in loco per centrum, intelligens per cẽtrum totum mundum inferiorem ex elemẽtis constitutũ. ut dictum est, & per se & per accidens, per se quidem in loco contento, per accidens uero in loco continente, nam animal illud est in centro, ut in loco per se, quod centrum quia est in loco continente, animal illud erit per accidens in loco continente. Ex quo sequitur primum cœlum esse

Defensio Auer.

I in loco per accidens, ficut membrum cœleſtis animalis: nam eſt in loco illo, in quo eſt ſuum totũ, & ſi dicas hoc eſt contra Auerroem, nam Auer. quęrit quomodo ultimũ cœlum eſt in loco, & non quærit, quo modo eſt in loco p̃ ſuum totum, ſi enim uellet ipſum eſſe in loco ratione totius animalis, cuius eſt pars, quæſiuiſſet de toto animali: dico ꝙ Auerroes quærit de primo cœlo quo modo eſt in loco, ſed dicens ipſum eſſe in loco per centrum, dat intelligere unum. ſ. primum cœlum eſſe partem cœleſtis animalis, & ſuppoſitiones animal cœleſte eſſe in loco per cẽtrum cum dicit. primum cœlum eſſe in loco per cẽtrum, dat intelligere ipſum eſſe in loco inquantum eſt pars animalis cœleſtis, quod eſt in centro. centrum enim eſt locus proprius animalis cœleſtis, & proprius omniũ partium, non enim partes proprium locum habent alium à loco totius. Ex his ſequitur totũ cœleſte animal eſſe per

K ſe in loco, & per accidens, per accidens quidem in loco continente, quia ratione centri, quod eſt per ſe in loco cõtinente. per ſe uero in loco contento. primum cœlum uero eſt per accidens in utroque loco, quia in utroque eſt inquantum eſt membrum cœleſtis animalis. Sequitur etiam centrum eſſe locum proprium primi cœli, & omnium cœlorum, quia partes non habent propria loca, alia à loco totius. Hęc ſunt q̃ pro defenſione Auer. dici poſſunt. licet nõ careant q̃õne. Quę uero Ari. dicit, loco ſolis ſupra lunam, ſumit locum pro põne, quę eſt ordo partiũ in toto,

Dilucida. tex. c. 46. Quocirca & in cœlo cuncta ſunt, cœlũ enim uniuerſum forſitan eſt. Eſt autem locus non ipſum cœlum, ſed cœli aliquid, ultimus uidelicet finis quieſcens, & quo mortale corpus tangit, quapropter, & terra in aqua, hæc in aere, aer in æthere, æther in cœlo, cœlum autem non in alio eſt collocatum ulterius.

L

ANTI. Et propter hoc omnia in cœlo ſunt, cœlum enim totum fortaſſis eſt, eſt autem locus non cœlum, ſed cœli aliquid ultimum, & tangens mobile corpus, terminus qeſcens. Et propter hoc terra quidem in aqua eſt. hæc autem in aere. Hic uero in æthere, æther autem in cœlo: cœlum autem non amplius in alio eſt.

Expoſitio. Concluſit cœlum ultimum & uniuerſum non eſſe omne in loco per hoc ꝙ extra ipſum ſit corpus ulterius. nunc uerò per æſuppoſito ꝙ nihil eſt extra cœlũ, ex hoc quod modo dixerat, infert ſecundo ꝙ omnia in cœlo ſunt. cuius cauſam repetit: quã dixerat. & inquit cœlum enim uniuerſum forſitan eſt: hoc eſt ultra quod nihil eſt, & ita quaſi arguit, cœlum eſt quoddam totum, ultra quod nihil eſt: ut fuit acceptum, & ſuppoſitum ut poſterius declarandum in libro cœli. igitur omnia continet. hæc conſequentia pro tanto ualet. quia omne corpus in rerum natura conſtitutum aut continet, aut continetur. cum igitur cœlum non contineatur, quia eſt totum quoddam, ultra quod nihil ſit: igitur cõ-

M tinebit omnia. adiecit fortaſſe, quia hæc res non demonſtratiue eſt hic dicta, cum non ſit demonſtratum extra cœlum nihil eſſe: ſed obiter occurrebat, & tantum ex dictis eſt deducta. Dixit cœlum continere omnia, & ita duo ipſum eſſe locum, & locum omnium. ideo primo declarat quomodo locus. & inquit, eſt autem locus non ipſum cœlum: ſed cœli aliquid ultimus uidelicet finis quieſcens, & quo mortale corpus tangit, & uerbum illud. mortale cineton latine eſt mobile. ſed hic pro mortali ſumpſit. quieſcit autem ille finis non ſimpliciter, ſed à motu quo mortale corpus mouetur, & quia dixit cœlum eſſe locum omnium declarat quorum omnium ſit locus, & inquit, quapropter

An terra ſit in ſuperficie a quę ſicut in ſuo loco natu- & terra in aqua, hæc in aere, aer in æthere ſiue igne, æther in cœlo: cœlum autem non eſt in alio collocatum ulterius, qua ratione patet quæ ſint illa omnia, quorum cœlum locus eſt, quoniã ſunt mortalia ſecundo patet. (ut recte Auẽ

N pace dixit) nullum cœlum eſſe in alio, niſi per accidẽs: ſed potius circa aliud, ut fuit diſputatum. Auer. uerò ſyllogiçat ex dictis ſic. totum eſt cœlum, omnia ſunt i toto. igitur omnia ſunt in cœlo, de ratione uult ut det concluſionem, quæ eſt ꝙ omnia ſint in cœlo, & maioris conuerſionem uidelicet cęlum eſt totum. hæc eſt maioris cõuerſio, nam maior erat, totum eſt cœlum. totum enim eſſe, cœlum patebit in lib. cœli: ubi declarabitur extra cœlũ nihil eſſe, & ita habebitur ꝙ totum ſit cœlum.

rali, & ſit ignis in cõcaue orbis lunę Vide Iand. q. 7. & 8. & Alber. de ſaxo. q. 5. & 6. huius. & Burle.

RBCO:

Et loquitur de cœlo ſumpto pro animali cœleſti. quod conſtat ex omnibus orbibus maiori uirtute conuexis, q̃ uirtus ea ſit, quæ membra mortalis animalis connectuntur. In hoc enim omnia mortalia ſunt, ut cœlum hoc pacto ſumptum ſit totum hoc eſt mortalia omnia cõtinens, ut nunc ſupponit. cum mortale nullum ultra cœlum ſit. & uidetur mihi nunc, quicquid in commentarijs dictum ſit, per totum Ariſtote. intelligere omnia continens mortalia, unde Ariſtoteles quaſi argumentatur cœlum eſt totum, hoc eſt omnia mortalia contineus, ergo in cœlo ſaltem, ut in loco communi omnia mortalia ſunt. Quod uerò cœlum totum ſit, hoc eſt ſit omnia mortalia cõtinens: Ariſtoteles ſupponit, & hac ratiõe dixit fortaſſis, quia primo de cœlo probauit extra cœlum nullum eſſe mortale: ſed ſiquid eſt, illud eſſe immortale affirmauit, & quia concluſit omnia mortalia eſſe in cœlo, ut in loco, ideo declarat primo ſecundum quid cœlum ſit omnium mortalium locus, ſecundo ꝙ ſit locus omnium mortalium, & quę dicit, ex commentarijs clara ſunt. cum uerò dicit cœlum autem non amplius in alio eſt: dat intelligere nullum orbem eſſe per ſe in alio loco continente. nam cum totum non eſt in aliquo loco cõtinente: nulla illius pars eſſe põt in loco cõtinente. Qua rõne poſſimus dicere pro Auer. poſitione, quæ in hac ætate occurrit, nec orbem primum eſſe in alio loco, q̃ ſit totum aggregatum: quare cum totũ aggregatum ſic in centro hoc eſt in mũdo inferiori, ut in loco contento: etiam primus orbis erit in illo: eſt enim idẽ locus totius proprius, & cuiuslibet partis.

O

P

Dilucida. tex. c. 47. Perſpicuum autem ex iis dubitationes omnes dilui, ſi hoc modo locus dicatur. Nam neq; una cum corpore augeri locum ipſum neceſſe erit, neq; puncti locum eſſe, neque duo corpora in eodem loco: neque interuallum corporeũ. corpus enim quoduis intra locum eſt, non autem corporis ſpatium. eſt etiam locus alicubi, non ut in loco, ſed ut finis in eo quod eſt finitum. non enim eſt in loco omne quod eſt: ſed mobile corpus.

ANTI. Manifeſtum autem ex his quoniam dubitationes omnes ſoluuntur, ſic dicto loco, neq; enim ſimul augmentari neceſſe eſt locum. Neq; puncti eſſe locum, neq; duo corpora eſſe in eodem loco. neque ſpatium aliquod eſſe corporeum, corpus enim in medio loci contingens eſt, ſed non ſpatiũ corporis. & eſt etiam locus alicubi: non ſicut in loco autem: Sed ſicut finis in finito. non enim omne ens eſt in loco, ſed mobile corpus.

Q

Expoſitio. Promiſerat dare loci definitionem talem: ut omnes quæſtiões diluerentur, quibus merito addubitatum ueteribus eſt. nunc promiſſum præſtat, & hoc proponit & inquit. pꝰſpicuum autem ex ijs dubitationes omnes dilui: ſi mõ hoc quod dixit locus dicatur. erat autem una dubitatio ꝙ cum locus non deeſſet corpori, neq; corpus loco: uidebatur ſequi, ꝙ locus aucto corpore augeretur. Cui reſpondet nam neq; una cum corpore augeri locum ipſum neceſſe eſt. niſi per accidens, quia non eſt corpus, ſed accidens corporis continentis ut dicebatur. Secunda dubitatio erat, ſi locus corporis ſit alius à corpore, locus puncti eſſet alius à puncto, & ita puncti eſſet locus punctualis. Reſpondet neq; eſt neceſſe pũcti eſſe locum: hoc enim eſſet, quãdo locus eſſet

corpus

A corpus & spatium: quia tunc cuilibet signo locati suus cor respondere locus: & ita puncto locus etiam. modo apud Arist. nō corpus locus est, sed ultima corporis superficies. Tertia dubitatio erat: φ si locus esset, tunc duo corpora in eodem, quia non potest esse nisi interuallum. Respōdet, φ neq; necesse est duo corpora esse in eodem loco, quia non est necesse ipsum esse corporis interuallum. nam corpus quoduis locatum siue ignis siue aer: siue quoduis intra locum est: non autem tale locatum corpus est intra corporis spatium per penetrationem. aut ipsum corporis spatium. Quarta erat. si locus est: erit alicubi: & si alicubi. igitur locus in loco. Respondet est etiam locus alicubi non ut in loco, sed ut finis in eo quod est finitum. & ut accidens in subiecto. nō enim est in loco omne quod est: sed mobile corpus solum. Prætermisit autem duas alias dubitationes an esset locus elementum, & ad quod genus causę reduceret: quia satis in processu persoluit.

B Dilucida. tex. c. 48. Et fertur igitur in suiipsius locum unūquodq; nō sine ratione, quod enim post aliquod deinceps est, ac illud non uiolentia tangit, id congenerū est illi, & si cognata sunt; passione carent. Si uero se tāgant, uicissim passiua sunt, atq; actiua.

ANTI. Et fertur igitur in sui ipsius locum unūquodq; rationabiliter. quod enim consequenter est, & tangitur non ui. cōgenerum est, & cum cognata sint. impassibilia sunt. Quæ uero tāguntur, passiua, & actiua sunt ad inuicem.

Expositio. Ex ijs soluit problemata, primum, propter quid corpus unumquodq; mouetur suum in locum, cum locus nihil sit

C aliud, φ ultima superficies corporis locantis: in qua nulla uirtus attractiua uel affectiua est corporis moti. Respōdet hoc esse propter corpus continens in quo ipsa superficies: est: cui corpus motum habet aliquod cōmune atq; affine. & hoc inquit, & fertur igitur in suiipsius locum unumquodq; optima ratione. quam explicat dicens, quod enim post aliquod deinceps est, ut aer post ignem, ac illud non uiolentia & actione, & reactione tangit: id congenerum est illi: ut aer post ignem congenerus est illi in calore. Explicat tamen quādo agunt & patiuntur: & quando nō, & inquit, & si cognata sunt ut aer & ignis: passione carent ꝑpter similitudinem. Si uero non cognata sint: sed dissimilia existentia se tangant uelut terra, & aer: aut aqua, & ignis, uicissim passiua sunt, atq; actiua. Est igit̃ solutio ꝓblematis quòd corpus naturale mouetur in locum: ratione subiecti in quo est locus, hoc est ratione corporis continentis: propter similitudinem, & cognationem naturalem, quam cum illo habet.

Dilucida. tex. cō. 49 Manet insuper suapte natura totum proprio in loco unumquodque non sine ratione. etenim hoc

D pars in toto loco est: ut diuisibilis pars ad totum: ueluti cum aquæ, aut aeris partem mouerit aliqs. Preterea etiam aer, & aqua inter se ita se habent, ut alterum quidem materia sit. Alterum uero forma. aqua quidem materia aeris est. aer uero ut actus quidem illius. aqua namq; potestate aer est. At aer alio modo potentia aqua. Sed de his posterius. uerum opportunitate temporis: necesse est dicere, obscure tamen nunc dictū est: tunc disquisitius enarrabitur. Si igitur idem materia est & actus: ambo namq; est aqua, sed alterum potestate, alterū actu: ipsa sane ad aerem ueluti pars quodāmodo ad totum se habet: quocirca horum etiam tactio erit copulatio uero cum ambo unum fient. Et de loco quidem & φ sit, & quid nam sit: dictum est.

ANTI. Et manet igitur natura totum in proprio loco unumquodque non sine ratione. Etenim hoc pars in toto loco est, sicut diuisibilis pars est ad totum, ut cum aquæ aliquis partem, aut aeris. sicut autem & aer se habet ad aquam, ut materia enim, hic autem species. aqua quidem materia aeris: Aer ut actus illius. Aqua enim potentia est aer: aer autem potentia aqua est alio modo. determinandum autem est posterius. de his: sed propter tempus necesse est dicere quidem, incerte autem nunc dictū sic: Tunc erit certius si igitur idem est materia, & actus. aqua enim utrunq;: sed hoc quidem potentia: illud uero actu. habet se utiq; sicut pars quodammodo ad totū. unde & his tactus inest: copulatio aūt, cum utraq; unum fiant. & de loco quidē & quoniam est, & quid est, dictum. E T. c. 49

Expositio. Secundum problema propter quid corpus naturaliter in eius proprio moratur loco, cum locus sit ultima continentis superficies, cui superficiei nulla annexa sit uirtus detentiua. Respōdet locatum suapte natura proprio morari in loco, quia est uelut pars illius: modo pars suapte natura manet in toto. est tamen pars, non quidem continua, sed diuisibilis, inquit, manet insuper suapte natura totum proprio in loco unumquodq; non sine ratione, etenim hoc in toto loco pars est ut diuisibilis pars ad totum, dico diuisibilis pars ueluti cum a quæ, aut aeris partem a toto suo qs mouerit siue diuiserit: & ipsa remaneat iuxta totum. Q. uerò locatum se habeat ad locum siue ad corpus continens ut pars, ex dictis patet, quia est illo minus, & congenerū siue similare quodammodo. Rursus qui locatum ad continens ut pars se habet bona ratione persuadet, quia locatum est uti materia, corpus continens uti forma, modo materia ps est formæ, atq; illi cognata. & hoc inquit. Præterea etiam aer & aqua inter se: ita se habent ut alterum quidem materia sit. Alterū uerò forma: aqua quidem materia aeris est. Aer uerò actus quidem illius, cuius rei causam affert, & inquit, aqua namq; potestate aer est. at aer si sit potestate aqua, erit alio modo, quæ res cum sit obiter hic dicta, & sit quæstione digna, & non sine dubitatione, se excusans inquit. sed de his posterius, ut in lib. de generatione, sed pro opportunitate temporis necesse fuit dicere. obscure tamen nunc dictum est. tunc disquisitius enarrabitur. hæc dixit, quoniam in secundo lib. de generatione, ut scripsimus ibi non parua est quæstio utrum unum elementū sit alterius forma, alterum uero eiusdem materia. Et quia res hæc est dubia: sumit rationem quocunq; modo dicatur, & inquit. si igitur idem materia est & actus (ambo namq; est aqua: sed alterum potestate. alterum actu) ipsa sane ad aerem ueluti pars ad totum sane quodam modo se habet. quocirca horum tactio erit, & actio & passio, cum sunt dissimilia & quasi contraria: copulatio uerò cum ambo unum fient, & ita siue aq̃ sit aeris materia, siue sit & materia uno modo & forma alio modo, omnino erit illius pars: non quidē tunc cum ad aerem fertur: quia adhuc detinet contrarietatem, sed postq; consimile factum erit, & cum sit illius quasi pars, erit etiam suapte natura in eo manens, & ita de secūdo problemate, & de loco satis. Auerro. commen. 48. reddit causam primi problematis uidelicet propter quid corpora naturalia mouentur ad loca propria, & ait illud esse, quia ultimum corporis continentis conuenit cum ultimo rei motæ, quod intelligo saltem in altera qualitate quę res tollit a uacuo, cum in illo nulla prorsus natura sit: neq; uidelicet similis neq; diuersa. Et si dicas. igitur aqua mouebitur sursum dato φ aer sit in loco ignis. Respondetur φ aqua mouetur ad aerem tamdiu, q̃diu est ille i proprio loco naturali, ubi uerò aer ponatur non in loco naturali: sed in loco, uerbi causa, ignis: tunc aqua nō naturaliter amplius, sed uiolenter moueretur ad illum, nam non tantum ad illum fertur propter similitudinem elementariam, sed cœlestem constitutionem. Addit autem Auer. φ res q̃ primum sunt continuæ, tam primum cessant agere et pati. at

F G H Quæ auer. cōmē. 48. Dubitatio Auer. Solutio.

I cum sunt tangentes & discontinuę agere possunt & pati, quod iuniores intelligunt de continuitate naturæ, & non quantitatiua, ut de aqua calida exemplificat, quæ una & cõtinua agere potest in seipsa: siue una pars in alia. Sed hæc res eget speculatione non parua, de qua in libro de generatione dixi, & in secundo huius. Vlterius Auerr. cõmē. 49. explanat quomodo aqua ipsa & uniuersaliter elementum contentum sit ut materia, & continens ut forma, primo, quia aqua est creata primaria intentione. ut ex ea fiat aer. Aer uerò non prima intentiõe, ut ex illo fiat aqua: sed solum est in potentia ad illam, huius rei causam affert, qa imperfectum prima intentione est propter perfectius: at ipsum perfectius esse non potest propter imperfectum. iuniores & non male intelligunt ꝙ aqua est facta ut materia alterationis aeris, nõ materia subiectionis, & hoc quia imperfectior illo est ueluti natura embrionem imperfectum egit propter animal perfectius ut sit illius materia alterationis. Secundo alterum est quasi priuatio ut aqua. Alterum ut ipse habitus. modo priuatio ad materiæ speciem reducitur. est autem imperfectius in priuatiõe respectu perfecti. Tertio alterum est quasi generatio ut aer, nam ire ad aerē est generare. alterum corruptio. nam ire ad aquam est corrumpi. modo generatio ad formam, corruptio ad materiā reducuntur. Sed est una dubitatio. quia Arist. dixit aquam esse materiam aerem formam: modo ex hoc non uidetur sequi ꝙ aqua sit pars aeris, cum materia non sit formę ps. huic Auer. solutionem innuit, quia cum aqua sit composita ex materia & forma, utrūq; dicitur aqua, materia quidē aqua dicitur potestate, quatenus ex ea, & in ea aqua fit. forma uerò actu aqua. quæ ratio docet materiam esse partem in potentia ipsius aquæ. formam autem totum in actu. sed cum pars potentia sit uti pars totius, uidetur illius totius pars esse etiam materia ipsa. Tunc ad propositum cum cõtinens sit ut forma: & contentum ut materia, & materia sit pars potētia: forma totū: iure ipsum cõtentū ex ea part e qua est in potētia est uti pars continentis, & hic aperte ait Auer. formā partis & formam totius esse idem oino, ut humanitas & forma hominis sunt. sed de hoc in libro destructio destructionum sit dictum satis. Sed circa finem capituli de loco quærunt de locatione elementorum, ubi non parua est ambiguitas, Auer. enim in hoc quarto commen. 48. uidetur uelle absolute ꝙ concauum continentis elemēti sit locus contenti. inquit enim: & sic in quolibet ultimo concauo elementorum. s. ꝙ aqua mouetur etiam ad ultimum aeris, quando aqua fuerit in suo loco proprio mundi aut in aliquo loco uiolēter: in quibus uerbis patet locum aquæ esse cõcauum aeris, quia ad illud mouetur aqua si distet: siue ipsa sit in loco naturali, siue sit in loco uiolento, ꝙ esse non potest: nisi illud concauum sit locus aquæ. Præterea primo cœli soluens quęstionem Ioan. grammatici. cõmento octauo in fine, ait: corporum differentium specie & natura esse loca specie diuersa. propterea cõcludit ꝙ locus ignis est concauum lunæ, locus aeris est concauum ignis, M & dat signum. quia aer positus in concauo lunæ descenderet ad ignem, et positus in centro similiter idem dicit de aqua, & alijs elementis. Amplius eodem primo, de cœlo cõ. 17. idem sentire uidetur dicens, hęc descriptio ul'is uidetur graui & leui simpl'r. s. igni, & terrę, & graui, & leui in respectu, scilicet aeri, & aquæ, aqua enim grauis est in respectu aeris, & leuis in respectu terræ, & ideo si esset in centro mundi. s. in loco terræ, naturali, moueretur ad concauitatem aeris. Similiter aer est grauis in respectu ignis, & leuis in respectu aquę, & ita apud ipsum absolute uidet, unum elementū esse locus alterius. idem colligi põt scdo cœli com. 31. & 79. Ex alia parte contrarium uidetur sentire hic commen. 42. ubi inquit, et dixit medium quoniam graue non quærit hunc finem, nisi secundum quod est medium totius: non secundum ꝙ est finis aquæ, & si non: tūc terra moueretur ad aquam ubi esset finis eius. sicut ferrum mouetur ad magnetem: ubicunq; fuerit: & hoc non sentit de aqua. in quibus uerbis apparet concauum unius elemē ti non esse absolute locum alterius. Sunt præterea uerba Aristot. in libris metheororum ubi plane locat elementa unum per alterum ut fecit in isto quarto idem in libro de generatione. idem in libro de cœlo. unde non parua fuit questio posterioribus. Iuniores soluentes quæstionē hāc. sic possunt hæc contraria consulere: qui loquendo de loco quo elementa omnia locantur: est centrum uniuersi. declarant: quia tunc sunt perfecte ipse locata: cum centrum uniuersi est centrum cuiusq; eorum. loquendo de loco qui locat, sic unum elementum est locus alterius: non absolute. sed ut in tali, aut tali uniuersi positura, aut situ constituitur. aeris enim ultimum non est locus aquæ, nisi ut in respectu mundi talem in ipso posituram tenet. Addunt tamen ꝙ aliter est in leuibus, aliter in grauibus, in leuibus enim et grauibus locus quo locantur est centrum & concauum cœli: sed hæc est differentia ꝙ concauum cœli est magis locus: quo leuiū, leuia enim magis positura & situ habitis ad cœlum collocantur, q̃ ad centrum. grauia contra magis ad cētrum. Hæc positio licet possit reprehendi, & defendi, nūc transeat, uidetur tamen mihi ꝙ non sit ponenda multitudo absq; necessitate. tot enim loca multiplicare non est peripateticum. nec in isto. 4. ubi diligentissime Aris. loci definitionem amplexus est, alium locū īnuit, q̃ cõtinentis ultimū. Auerro. aūt auctoritate Auēpa. hispani dixit differre recta corpora: & spærica. nam recta magis locantur per extrinseca, sphærica magis p intrinseca. Propter hoc debes primo scire ꝙ locus non dat oī corpori. ut recte dixit Ari. sed omni corpori mobili, dicit enim: non est in loco omne qđ est, sed mobile corpus. Ex hoc sequitur ꝙ de ratiõe loci est continere & terminare. continere quidem, quia contentū est corpus. terminare uero: quia in ipso mobile definit moueri. Secundo debes scire ꝙ elementum potest dupliciter considerari ut corpus mobile, & ut corpus mobile sua propria specie motus, & quiescibile sua propria quietis specie. Tunc dicendum de mente Arist. & Auer. atq; Themistij, quod loquendo de elementis ut sunt corpora mobilia atq; quiescibilia absolute, sic unum elementum continet aliud nulla alia ratione, nisi propter suam concauam atque internam superficiem, quæ est formaliter locus. ut enim album albedine est formaliter album: ita continens loco formaliter locabit, & per consequens non nisi sua ipsius internā superficie. & ita nec ratione centri, nec ratione concaui cœli: nec alia ulla ratione prorsus. Si uero loquamur de elementis ut sunt corpora mobilia & quiescibilia, ꝓprio motu atq; quiete, uerbi causa, ignis ut mobile sursum simpliciter, & ibidem quiescibile: aer etiam ut mobile sursum in respectu, & ibidem qescibile. aqua ut mobile deorsum in respectu, & ibidem quiescibile. terra ut mobile deorsum simpliciter, & ibidem quiescibile: sic unum elementum collocabit alterum non absolute. sed ea ratione qua illud mouetur & quiescit iuxta propriam naturam, uerbi causa, ignis locabit aerem, quo aer erit in igne sursum in respectu qescens, aut motum ad sursum in respectu: aer locabit aquā similiter, & aqua simili pacto terram. Et quia ignis nõ est sursum simpliciter, aut quiescens, aut motus nisi quotiēs externa sui superficies tāgit cœlum, ideo in cœlo simpliciter locatur. quia uero aer non est sursum in respectu, nisi tanta intercapedine distet à cœlo. ideo locatur in igne tanta intercapedine cõstituto ad cœlū. Rursus qa aqua nõ est deorsum in respectu, aut mota aut qescēs nisi tāto interuallo sit constituta ad centrum: ideo locatur in aere simili interuallo constituto. terra præterea nõ est deorsum simpliciter nisi medium grauitatis eius teneat medium uniuersi simpliciter. igitur aqua non erit illius locus, nisi hac ratione qua terra in ea locata medium mundi teneat. Sed dices contra qa ablata terra uniuersa a centro aq̃ descenderet, igitur centrum non est ratio terræ: sed etiam aquæ. Similiter ablato igne à concauo aer similiter faceret. igitur unum elementū non est locus alterius hac ratione. Innuit Auer. s. responsionem secundo cœli, commento. 31. & primo cœli commē. 17. illud non esse per naturam el ementi, aqua enim descēdit ab

Marginal notes: Qu: Auer. cõmē. 28. — Dubitatio — K — L — Quæstiões de loco. Prima. — N Responsio iuniorum. — O Quid de põne pria ꝓpria põ: An oē ens sit in loco. Vide Alb. de saxo. q. 7. huius. & Iandu q. huius. — Determinatio Primaps. — P — Scda pars. — Q — Replic. — Responsio

A dit ablata terra ne detur uacuum, & quia hæc est elementorum natura grauius semper subsit leuiori: modo minus contra naturam est, ut aqua descendat, q̃ aer, & ita tã quam conueniens naturæ uniuersali & tanq̃ minus contra naturam propriam aqua descenderet, & aer ascenderet, non autem ut simpliciter suæ naturæ conueniens.

Contra iuniores

Ex his sequitur contra iuniores, quod centrum non est locus, quo grauium, nec concauum cœli locus quo leuium. patet, quia non elementorũ ut corpora mobilia sunt, nec elementorum ut corpora mobilia uel quiescibilia tali motus, aut quietis specie, quia illius cõstitutionis locus quo est respectus quo continens grauia habet ad centrum, & quo continens leuia habet ad concauum. non igitur est cẽtrum, aut concauum, & per hoc tolluntur omnes contradictiones in dictis Aristo. & Auerro. & patet responsio ad rationes factas in principio. Secundo quærunt utrum ultra (Secũda q.) B corpus continens & respectum illum, oportet ponere uirtutem aliquam qua locus conseruet locatum, & quid sit illa. uidetur enim ex dictis Auerro. hic commen. 48. quod debeat poni, & illam uocat unigeneitatem. græce uero dicitur syggenon latine cognatio, siue affinitas. Amplius nisi esset hæc cognatio elementa in suis locis essent in continua actione & passione. Ad hanc quæstionem sunt tres modi (Prima põ.) dicẽdi, unus est q̃ ista unigeneitas, siue cognatio est forma substantialis corporis continẽtis. uerbi causa. forma ignis. hac enim forma ipse ignis conseruat aerem. & præseruat. conseruat quidem, quoniam similis illi. omne enim simile à simili conseruatur, & à contrario corrumpitur. Præseruat uero, quia regulat qualitates ignis hac regula ut non corrumpant aerem. Hęc positio tollit argumentum factum. nõ enim aer in suo loco esset in actione & passione, nisi quando qualitates ignis nimis disproportionatæ. Amplius regulam formæ non subeunt, ut quando à syderibus nimis superexcrescerent. uerificat etiam authoritatem Auer. ut pa- C (Secũda põ) tet, & iuxta hanc positionem nihil oportet ponere præter respectum, & corpus locans. Alij & ferè omnes fingunt cœlum agere in hunc mundum inferiorem lumine: motu & influxu, tunc uolunt unum elementum non locare aliud absolute, quia elementum. sed quia tali influxu affectum, quem habet per hoc q̃ ad cœlum & ad centrum hac ratione constituitur, & tunc hi soluunt argumentum de actione & passione locati in loco, & uerificant uerba Auer. nam licet ignis sit in parte aeri contrarius: affectus tamen cœlesti illa ui est persimilis. hi modi sunt disputati in libro de generatione per me anno præterito. ideo nolo tantopere immorari. (Tertius modus Auer.) Auer. autem in tertio cœli. commẽ. 23. nihil aliud ponere uidetur præter elementum siue elementi qualitates & respectum. Ignis enim est locus aeris nõ ratiõe qualitatis contrariæ uidelicet siccitatis, sed ratione symbolæ uidelicet caliditatis, & ita ignis in tali positura cõstitutus per qualitatem illam symbolam potest esse sufficiẽs locus aeris. Verum in secundo de cœlo. commen. 94. uidetur addere. Propterea debes scire q̃ cœlum apud ipsum & Arist. nõ D agit in hunc mundum nisi motu & lumine ut in libris nostris astronomicis declarauimus. per motum enim & lumen calorem efficiunt, qui est uelut uita omnibus quæ per naturam sunt: tunc oportet dicere q̃ calor est duplex: cœlestis, ut ille qui uehitur ad nos & lumine & motu, & elementarius ut ille qui consequitur speciem propriam elemẽti. hinc duplex frigiditas erit: cœlestis ut illa, quæ proficiscitur à priuatione causarum calefacientium cœlestium. ueluti quæ est propter elongationem à cœli motu & lumine. Elementaria uero quæ speciem elementi consequitur. Tũc dico. de mente Auer. q̃ ultra qualitates elementi, & respectum. quem tenet elementum ad uniuersum: oportet ponere calorem cœlestem, & frigiditatẽ. qua ratione fit ut ignis conuenientissime sit in concauo lunæ, quia ille propinquitate motus & luminis feruet. aer in concauo ignis constituto in positura conuenienti aeri constituiẽ. nam locus ille est calidus calore conuenienti aeriæ naturæ. aqua in concauo aeris, quia ille locus priuatione caloris iam frigescit, quę frigiditas conuenit positurę aquæ. terra in concauo aquæ, q̃a E illud concauum est frigidum frigiditate conuenienti naturæ & constitutioni terræ. Quare corpus locãs locat p symbolum: tum cœleste: tum elementarium, & per posituram. per hæc tollitur argumentum de actione & passione elemẽti in suo loco. nam non est actio & passio, nisi cum regula q̃ est cœlestis calor, aut frigiditas disproportionat̃. Verificat̃ quoq; authoritas Auer. ut patet. de his perquire in lib. de generatione: quos anno p̃terito exposuimus. Et de loco satis.

RECO.

In commentarijs quæsiuimus utrum alterum elementũ locet alterum, & quo modo, & ibi multa diximus: at hæc sunt quæ ex uerbis Aristotelis habemus, q̃ alterum elemẽtum alterum locat, non quodlibet, sed ipsi congenerum, unde duo requiruntur ad hoc, ut alterum elementum alterum locet, primo, ut sit illi locato affine, congenerumq;, & quia hac conditione non magis ignis aerem: q̃ aer ignem locat, ideo requiritur secundo, ut elementum locans sit natura antecedens, & elementum locatum sit natura sequẽs F immediate, & hac de causa ignis locat aerem: aer uero nõ ignem: nam ignis est natura antecedẽs, cum sit natura nobilior. aer uero natura immediate consequens, & hac rõne alterum alterum locat, & non econtra hinc ignis nõ locat terram licet in altera qualitate sit illi affinis quia terra non immediate ignis sequitur, sed mediantibus aere, & aqua. assignat aũt Aristo. cãm quietis alterius elementi in altero, ex eo quia locatum est pars locantis, solum differẽs diuisione: nec ex Aristotele alia habemus: propterea in cõmentarijs pulchre rem hanc disputauimus. uerum secundum Themi. debes scire elementi bifariam considerari posse, aut ut corpora recta, quæ mouentur motu recto, & sic alterum alterum per concauum locatur. Aut ut corpora sphærica aptaq; moueri motu sphærico, & sic alterum locat alterum per conuexum, ut terra aquam, aqua aerem, aer ignem, ignis lunam, luna Mercurij & sic usq; ad ulti- G mum, sed circa rationem Aristote. occurrit dubitatio non leuis, quæ in cõmentarijs tacta est, Aristo. n. in præsenti textu probat aquam esse partem aeris, & uniuersaliter elementum contentum esse partem elementi continentis, q̃a contentum est ut materia, continens, ut forma modo materia est pars formæ. sed hoc quod accipit, falsum est: non enim uidet̃ materiam partem esse formæ Auerroes respõdet formam partis, ut animo rationalis est, & formam totius, ut humanitatem idem esse, & quia materia est pars formę totius, uũ ẽt esse pars formę partis. sed hæc responsio licet in cõmentarijs non refutet̃: tñ dubia est, quia materia non uũ pars formæ totius, si forma totius est idem, quod forma partis. non. n. corpus uũ pars humanitatis, si humanitas est animo rõnalis, quia nec est pars illius integralis, nec essentialis, nec definitiua, nec potestatiua: nec subiectiua: quẽadmodũ nullo istorũ modorũ est pars rationalis animæ. ppea uũ mihi Aristo. per partẽ intellexisse partem perfectionalẽ, & per totũ, totũ perfectionale, ueluti est aurũ totũ ad metalla, & metalla partes auri in perfectione: cuius rei signũ est, quia p̃bauit elementum continens esse perfectius & contentũ imperfectius, & iõ uoluit esse p̃tẽ illius quasi diuisam à toto, quod non põt intelligi nisi de H parte p̃fectionali mõ quælibet pars ẽt p̃fectionalis naturaliter quiescit in suo toto: maxime cũ in illo sit sua perfectio ex qete consequens. Sed dices licet in igne sit symbolũ aeris, in igne ẽt est dissimile. s. siccũ: ergo aer non q̃escit in igne, cũ p alterã qualitatẽ sit imp̃fectio. In cõmentarijs solutũ est, q̃a illud dissimile non obstat, q̃a refrenat̃ à forma corporis continentis, & ab alio qualitate, & à respectu, quem ignis habet ad cœlum, & ad calorem.

T. 50. περὶ κενοῦ De uacuo

Eodem aũt modo censendum est ut ẽt de uacuo agat̃ à physico: p inde atque de loco: si sit nec ne: & quonã sit mõ, aut quidnã est. credit̃ nãq; atq; non credit̃ similiter per ea quę de ipso putant̃. quippe cum ii qui uacuum esse dicunt: ut locum quendã & uas ipsum constituunt. locum quidem: cũ cor-

I pus id uidetur habere:cuius est capax. uacuũ uero, quum eo uacat:si qua idẽ sit subiecto, & uacuũ & plenum & locus.ratione autem non idem.

Expositio. Hactenus de loco,& de uacuo quod græce est cenon:lati ne quocꝫ inane:proponit dicere. Vbi te ignorare nolo me de parte hac breuibus esse expediturum:potius translationibus contentum:potissimum cum pars hæc ad physicas disciplinas non multum fructus afferat:ea ratione ꝙ tota est reprehensoria. Quicquid sit. Aristoteles(ut solet)proponit intentionem in genere & in specie, & causam intentionis.& inquit.eodem autem modo censendum est ut etiam de uacuo agatur à physico:hæc de intentione in genere:ꝑinde atqꝫ de loco si sit nec ne? & quonam sit modo utrum K actu aut potestate, aut quidnam sit?hæc de intentione in specie.causam deinceps affert,& inquit. creditur nãqꝫ atqꝫ non creditur esse:per similes rationes, quæ de ipso putãtur pro & contra.Hæc de causa in genere,& de causa in specie inquit. quippe cum hi qui uacuum esse dicunt, ut locum quendam atqꝫ uas ipsum constituunt. locum quidem siue magis ad uerbum plenum quidem cum corpus id uidetur habere:cuius est capax. uacuum uero cum eo corpore uacat:quasi idem sit subiecto & uacuum & plenum & locus. ratione autem non idem. Hęc de causa in specie. Auerroes autem cum plerunqꝫ laboret frustra quo ad ea quæ circa literam ponderat,est omnino sinendus: cum translationes eius sint penitus erroneæ ut ipsemet in tertio de cœlo inqt.

Quæ auer. cõmẽ. 50.

Quid de Auer. Ego enim non sum cum eis, qui contendunt Auerroem omne Aristo.uerbum recte interpretasse. qui enim græcos Aristo.codices legerit:diiudicabit, quantum hi delirant,& ut breuibus satisfaciam & consulam uos nullam aut paucã fidem afferatis sibi circa uerborum interpretationem. quia uero nonnulla græcorum fragmenta collegit:necnon animo atqꝫ furore genitus est peripateticus: in digressionibus L ubi sua sponte loquitur:non est sinendus. excitat enim & complet multa præclara in naturalibus & alijs scientijs.

Expositio Auer. Hic igitur ob malas translationes cogitur dicere quæstionem quid esse priorem quæstione an res sit,& hoc loquendo de quæstione quid nominis. nititur ad hoc propterea, quia in translationibus:quas habebat quid sit uacuum præponebatur. Sed bonus uir errat.

Error Auer. Aristote.enim quæstiones siue quæsita quæ græce sunt Zetumena uult esse æqualia numero scibilibus ita ut omnis quęstio sit deinceps per demonstrationem,aut alium quẽuis syllogismum conclusio. at quid nominis nemo reponet inter scibilia:atqꝫ conclusiones:cum institutione potius habeatur: magis autem Arist. eam uocat præcognitionem. quam ob rem iuniores qui super his fibrias dilatant: laborant frustra. Melius igitur suo (ut solet)furore textum corrigit.

T.51. Consideratioẽ uero incipiamus opus est, & ab his quę sumunt ii qui uacuum esse asserunt, & ab his etiam quæ dicunt ii qui negant ipsum esse, & tertio communibus opinionibus de ipsis sumptis.

Expositio. Hactenus de intentione:deqꝫ causa intentionis:nunc quo ordine proficiscendum sit:subiecit,& inquit. considerationem uero incipiamus opus est, & ab his quæ sumunt ĳ q̃ M uacuum esse asserunt.& ab his etiam quæ dicunt ĳ qui negant ipsum esse,& tertio communibus opinionibus hincinde de ipsis quæ dixerunt antiqui sumptis: proficiscemur circa quæsita nostra. Hæc de ordine.

T.52. Qui igitur non esse ostendere tentant:non id refellunt,quod homines uacuum nuncupare uolũt, sed quod errantes asserunt. uelut Anaxagoras,& qui hac refellũt uia:nam aerem aliquid esse demõstrant utres ipsos torquentes: aerem quoqꝫ quasi ualidum ostendentes:ipsumqꝫ in clepsydris includentes:at homines uacuum spatium esse uolunt: in quo nullum sensile corpus est,qui quidem omne eos corpus esse arbitrantes:id esse uacuum asserunt:in quo nullum prorsus est corpus:ita ut plenum aere etiam uacuum esse contendant. non igit aerem esse quicquam eos oñdere oportet, sed spatium nihil esse præter corpora, aut separabile, aut actu existens,quod quidem omne corpus seiungit, quasi non sit continuum.quemadmodum Democritus & Leucippus pluresqꝫ alii naturalium sentiunt. Aut si quid extra corpus totius uniuersi ponitur. Hi igitur ad ꝓpositũ non refellũt ꝓblema. N

Expositio. Prosequitur,& incipit examinare primo positionem eorum,qui refellunt uacuum. & simul eorum narrat positionem, & errorem eorum. igitur positio est ꝙ uacuum nihil sit. error uero,quia approbantes uacuum non esse: non reprobant directe uacui positionem. sed indirecte. illi enim qui asserebant uacuum esse:argumento probabant, q̃a aer est,& aer uacuum quid est,cum nõ sit corpus sensile. at isti enituntur ostendere uacuum esse signis & experientijs, & tunc credunt habere uacuum non esse. cum ipse aer sit q̃d sensile ut per utres & cætera instrumenta quibus aer percipitur arguebãt. Quare hi non ad positionem,sed ad argumentum positionis arguunt. Propterea concludit. Non igitur aerem esse quicquam ostendere oportet,sed spatium nihil esse pręter corpora sensilia:nihil dico,aut separabile,aut actu existens,quod quidem omne corpus penetrando seiũgit & diuidit quasi non sit continuum, ut Democritus & Leucippus & naturales sensere. Aut debebat confutare ipsum uacuum extra mundi, si quid extra corpus totius mundi ponitur. Isti igitur ad propositum non soluunt problema. Hic est error,& hæc positio. O

An uacuũ sit possi. Vide cõ q.4.huius. Et curtũ pilii. q.2 h. Et Io. de magn. 4.huius. Alb de xo.q.8.

Declaratio literę. Debes scire quòd positio horum est uacuum nihil esse. error uero consistit in tribus. primo errant,quia enituntur probare aerem esse aliquid: quo quidem concesso adhuc quæstio restat an sit uacuum uel ne. Secundo errant, quia contradicunt non positioni, sed argumento positionis. modo perfecta contradictio est ad positionem,& ad argumentum positionis. Tertio errant,quia speciatim non refellunt uacuum imbibitum corporibus per penetrationem:nec uacuum extrorsus à mundo,& sic hi omnino errãt. P

Quę Auer. comẽ 51. Auer.uero probat ex litera duobus signis aerem esse. primo per utres inflatos aere,qui resistunt comprimenti:modo nisi aer aliquid esset, utres non resisterent. Secundo per exemplum de eo instrumento q̃d clepsydra græce est,quod Auer.cataploram appellat,patet enim per eiusmodi instrumentum aliquid esse aerem: nam nisi subintret in ipsum aer:aqua per fundum nunquam descendet. Vlterius dicit ꝙ uacuum & corpus mathematicũ non differunt,quia utrunqꝫ est trina dimensio abstracta à materia. Hæc ex commento.

T.53. Qui uero ipsum esse magis asserunt: ipsum quidem unum esse dicunt:argumento ꝙ motus in loco non erit uidelicet latio & auctio.non enim eiusmodi motus esse uidetur nisi sit uacuum: plenum Q enim suscipere non potest. Quod si suscipiet: fuerintqꝫ duo corpora in eodem: poterunt & quotquot uolueris corpora simul esse. causa enim differentiæ cur non erit ut dictum est,reddi non potest quod si hoc continget:poterit etiam minimum suscipere maximum.multa enim modica sunt unum satis:quo fit ut si multa æqualia in eodem esse possunt:etiam multa inæqualia in eodem sint.

Expositio. Nunc narrat positionem eorum qui asserunt uacuum esse & argumentum eorum, & breuiter uacuum cõcedunt esse propter motum localem ut lationem & auctionem. Nam uel quod mouetur in loco,mouetur in pleno, aut in uacuo. si in uacuo:habetur intentum. si in pleno:tunc duo corpora erũt in eodẽ,& si duo corpora erũt in eodẽ:ẽt simili rõne tot quot uis.cũ cã reddi non possit quare duo:& nõ plura.& si plura,

A plura:poterit minimum ut minimus locus suscipere maximum.multa enim modica sunt unum satis:quare si pōt recipere multa parua : pōt recipere unum maximum ex illis paruis confectum, & ita multa æqualia & inæqualia esse poterunt in eodem,quæ cum sint absurda : oportet concedere quod mouetur in loco:non in pleno,sed uacuo moueri.Hæc est positio & causa positionis . Debes scire quòd ideo causa differentiæ assignari non potest, quia duo corpora hac ratione sunt in eodem loco, quia dimēsiōes unius penetrant dimensiones alterius:modo qua ratione dimensiones unius possunt penetrare dimensiones alterius : eadē ratione dimensiones infinitorum,& æqualium, & inæqualium,& sic perspicua est uis rationis.

Vis rōnis Aristo.

T.54. Quibus quidem profectò etiam Melissus ostendit uniuersum esse immobile. Nam si quid mouetur necessario uacuum esse inquit. At uacuum inter entia non est.uno igitur modo uacuum esse aliquid:sic ostendunt. B

Expositio. An uacuū esse sit necessarium. Vide land. q.10.huius.

Obiter quoq; quid per rationes has syllogiʒauerit Melissus:addit.& inquit quibus quidem profectò etiam Melissus ostendit uniuersum esse immobile. nam si quid mouetur:necessario uacuum esse inquit ut deduximus. At uacuū inter entia non est. hæc igitur de positione ponentium uacuum dicta satis. Debes scire, quòd Melissus concedit cōsequentiam uidelicet,si motus est, uacuum est, & non ponit antecedens,ut ponat consequēs,sed destruit consequēs, & infert destructionem antecedentis . propterea hęc positio est obiter dicta,& non principaliter.

T.55. Alio uero,quia nonnulla corpora comprimi atq; subire uidentur,quod uideri liquet : cū dolia una cum utribus ipsis, ut inquiunt uinum suscipiunt: quasi corpus quod comprimitur: ea uacua quæ in sunt,preingrediatur.

Expositio. C

Secunda ratio accipitur à corporum condensatione : nam uidemus dolia suscipere uinum sine utre,& uinum cū utre, maxime si uter sit pertenuis.Hoc autem saluari non potest, nisi condensato uino : condensatio autem fieri non potest, nisi partes plenæ uini subingrediantur partes uacuas eiusdem.igitur concessa condensatione:uacuum esse oportet.

Syll. Vnde syllogismus esse potest,si quid condensatur, aut cōdensatur per hoc quòd partes plenæ ingrediantur uacuas, aut quia plenæ ingrediuntur plenas,aut quia uacuæ ingrediuntur uacuas,si quia uacuæ uacuas ingrediuntur, habetē uacuum:licet hoc non dicerent.non quia plenæ ingrediuntur plenas,quia tunc ut prius penetratio esset. restat condensationem fieri, quia plenæ intrant uacuas . & ita uacuum erit.

Præterea auctio quoq; per uacuum fieri cunctis apparet:nam alimētum quidem corpus est: at duo corpora esse simul non possunt.

Expositio. D

Tertio idem persuadent argumento sumpto ab auctione, quia auctio fieri non potest nisi in eo quod augetur adsint meatus quidam:qui græce pori dicuntur:in quibus alimentum penetret:quare si auctio est : uacuum esse etiam oportet. Auerroes autem facit epilogum rationum , & uult ꝙ sint tres:quibus probatur uacuum esse corporibus insitum: prima quidem sumitur ex parte lationis. Secunda ex parte condensationis & rarefactionis. Tertia ex parte auctionis.hæ uero tres reducunt ad hoc impossibile quòd nisi uacuum sit,plura corpora per penetrationem erunt in eodem. ratio uero illa quæ ab utribus sumebatur erat quidem particularis,sed reducebatur ad illam, quæ ex parte condensationis procedebat.Hæc ex Auerroe.

Quæ auer. cōmē.55.

T.56. Astipulantur etiam huic per id quod de cinere fertur:qui tantundem aquæ excipit:quantum uas ipsum uacuum excepisset.

Nunc probat idem signo quodam famoso apud ueteres, erat enim concessum uas plenum cinere tantum aquæ excipere:quantum excepisset sine cinere. quæ apparentia saluari non potest:nisi posito uacuo.in cineribus : in quo aquæ multitudo esset reposita. Auerro. uero hanc obseruationē non concedit omnino,sed asserit se non esse expertum, sed quicquid sit:enititur saluare apparentiam concedendo cinerem esse porosum:atq; intra se meatus habere : qui quidem non uacui sunt,sed aere pleni : at cum aqua in cinerē proijcitur:aer ille corrumpitur, & in eius locum aqua intrat:cum cuius corruptione etiam aquæ nonnullæ partes à cineris caliditate corrumpūtur, quod quidem uerum est, nam si deinceps cinis ipse exprimeretur:non tantum aquę colligeretur:quantum in eo proiectum erat : cineris etiam partes pertenues à frigiditate aquæ corrumpuntur, quod eo signo habetur, quia si cinis ille humefactus exiccaretur: non reperitur tantus : quantus erat ante eius humefactionem.Saluatur igitur hæc apparentia propterea tres corruptiones:aeris uidelicet inclusi in cinere : partium aquæ ingredientis , & partium cineris subtilium . Ex commento hæc colligi possunt. E F

Expositio. Quæ auer. cōmē.56. Rñsio ad apparētiā.

Pythagorei quoq; uacuum esse affirmant.ipsumque inspirari à mundo de illo infinito habitu exterò:quasi ipse respiret:esseq; uacuum id quod naturas ipsas distinguit:ac si uacuum sit earum rerum separatio atq; distinctio,quæ serie habentur.atque hoc esse primum in numeris : quippe cum uacuū ipsum rerum naturam distinguat. ea igitur quibus alii esse alii non esse uacuum arbitrantur : talia & tot ferè sunt.

Nunc uero quæ Pythagorei de uacuo senserint : narrat,& argumentum positionis.Pythagorei itaq; uacuum asserūt, & ipsum asserendo sic describunt . uacuum est rerum quæ serie atq; in ordine habentur separatio & distinctio: primoq; in numeris rerum receptum. deinde per numeros in rebus quæ numeris constant:disseminatum.mouentur autem hoc argumento,quia uacuum ipsum rerum naturas distinguit.Modus autem & color : quo uacuum uectum est ad nos apud Pythagoreos hic est, quòd mūdus sit animal magnum:extra quod est spiritus atq; halitus infinitus, quē uacuum faciunt,& quoniam animal respirat: mundum de habitu illo infinito intra se inspirasse ferunt. quem halitum uacuum appellant . Hæc Pythagorei . Auerro. uero uult Aristotelem recitasse positionem Pythagoreorum ut ponat ultimam rationem;quæ sic componitur. si uacuum nō est, rerum distinctio non erit.at rerum distinctio est, uacuum igitur est. Aut sic. Si rerum distinctio est, uacuum est. At rerum distinctio est.igitur uacuum est. Sed hæc expositio non facit ad uerba Aristotelis . Aristoteles enim positionem narrat Pythagoreorum, & propter positionem narrat illorum rationem,& colorem,ut patet leuiter uerba intelligenti. Sed quoniam Pythagoras plerunq; allegoricæ loquitur ut Hermippus auctor est, quæ ipse uoluit dicere interpretemur more. Simplicij peripatetici , qui ueterum fuit summus interpres.Pythagoras igitur uacuum illud exterum,quod pneuma : hoc est spiritum siue halitum uocat infinitum:in deum ipsum è materia omni separatum retulit.hunc enim extra mundum esse concedit quatenus est,& non secundum mundi ipsius conditionem : si quidem huius mundi conditio sit continua semper uariatio.at spiritus ille primus omnis est uariationis expers . Hunc præterea, ut in tertio huius. diximus infinitum uocat: eo quia nulla alligatus est materiæ portione. Vacuum uero imbibitum corporibus formas rerum uocat:quibus res ipsæ differunt, & distinguuntur:atq; in ordine collocantur. has quoq; mundum è deo inspirasse allegoriʒat:quatenus & esse & mūdi anima:siue rerum formæ:atq; animaliū uitæ cunctæ à deo sunt: eq; ipso pendent:& in moles rerum ut in uascula insufflantur ab eo. dicitur igitur deus uacuū : quatenus omni

Expositio. G Quæ auer. cōmē. 57. Cōfutatio Qualis pō Pythagore H

I uacat corpore & mole: nec imbibitur in aliquo ut illius propria forma. Dicuntur uero rerum siue animæ siue formæ uacua imbibita: quatenus ipsæ suapte natura sine corpore sunt, at quia sunt in corpore imbibite uidentur. qbus omnibus facile est uerificare omnia quæ Aristo. narrat de Pythagoreis. Qua ratione euenit ut Aristoteles non contra sensu, sed contra uerba male sonantia insurgat.

Dilucida. tex. c. 57. At utro nam modo res sese habeat: operæpretiũ est accipiamus quid nam ipsum nomen significet? uidetur itaq; uacuum locus esse: in quo nihil est, eo uidelicet argumento quòd omne ens corpus ee K arbitrantur: at cum omne corpus sit in loco, uacuũ locus erit: in quo nullum corpus est. Quare si alicubi non est corpus: ibidem uacuum esse arbitrantur. Rursus etiam omne corpus tactile esse contendunt. tale uero quod aut grauitatem aut leuitaté habet: euenit igitur ex syllogismo id esse uacuum in quo non est graue quicquam aut leue. Hæc igitur ut diximus ex syllogismo emergunt.

Expositio. Vult nunc quæstionem persoluere, & quia ante omnem quæstionem communis præcognitio est quid nomen significet: antequam quæstionis exsoluat, quid hoc nomen uacuum, quod græce est cenon: significet, exponit. Vbi debes scire quòd antiqui arbitrabantur ens & corpus conuerti: ita ut omne ens sit corpus, & omne corpus sit ens. ulterius q̃ oẽ corpus sit tactile, quia quintam illam essentiam, quæ L est alterius naturæ non cognouerunt. Ex ijs dederũt duas nominis uacui descriptiones. Alteram primam & quasi immediatam. Alteram secundam quasi per syllogismum.

Prima quidem est, quòd uacuum sit id in quo nihil est. sequitur quidem hæc ex primo assumpto. nam cũ omne corpus sit ens, & econtra omne ens sit corpus, sequitur ubi nõ est corpus: ibi nihil esse, & ita si uacuum est, quod corpore uacat: uacuum erit id in quo nihil est. hæc est prima. Secunda uero sequitur ex secundo assumpto per syllogismum. nam si omne corpus est tactile. & omne tactile est graue aut leue, & uacuum est quod uacat corpore, erit etiã quod uacat tactili, & ita quod uacat graui & leui. erit igitur uacuum id in quo non est graue quicquam: neq; leue. hęc est secunda per syllogismum quasi è primo deducta ad ultimum. Quid igitur uacuum significat: per has ab antiquis M nunc patet. uerba uero translatione perspicua sunt.

Sed cum absurdum sit punctum uacuum esse, locum idcirco esse oportebit: in quo corporis tactilis spatium continebitur.

Expositio. Quæ Aũ. comẽ. 57. Dicta descriptio potest uno modo intelligi sic, quòd uacuum sit in quo nihil est, & hæc est falsa. nam tunc pũctus uacuum erit: quia in eo nihil est. Alio modo quòd uacuum sit locus in quo non est corpus tactile, sed aptum natum est esse, & hoc modo uult illam definitionem esse ueram, quia sic uacuum erit spatium, quod corpore tactili uacat, ut diximus. Animaduersione dignum, ut ex Auer. colligitur, q̃ hæc relatiua id: illud & eiusmodi sunt, quasi transcendẽtia: ideo cum dico uacuum est id in quo nihil est sensus erit uniuersalis, quatenus pronomen id est transcendens, & propterea sequitur punctum esse uacuum. at si dicatur uacuũ est spatium siue locus in quo nihil est, cum locus sit terminus prædicamentalis determinatam naturam significãs: non sequitur punctum esse uacuum. Hæc ex commen.

Dilucida. tex. c. 58. Verum cum uacuum uno modo id dici uideat: quod non est plenum eo corpore quod tactu sensile est. Et id quod tactu sensile est grauitatem habet aut leuitatem: propterea etiam dubitabit quispiã quidnam asserent si spatium ipsum colorem habet aut sonum: utrum uacuum uel ne. An p rsp cuũ est id uacuum esse si corpus tactile suscipere possit. N Si uero non: id uacuum non esse.

Expositio. Mouet quæstionem circa dictas descriptiones. & primo resumit duo quæ declarata sunt, & inquit. uerum cum uacuum uno modo id dici uidetur, quod non est plenum eo corpore quod tactu sensile est, & id quod tactu sensile est grauitatem habet aut leuitatem: hinc concludit quæstionem dicens: propterea etiam dubitabit quispiam quid nam asserent: si spatium ipsum quod diximus esse uacuum colorem habeat aut sonum: utrum uacuum sit uel ne. Est igitur dubitatio utrum dato uacuo siue extra cœlum siue intra cœlum, & in illo posito colore aut sono, aut accidẽte alio quouis: tale adhuc sit dicendum uacuum? Respondet Aristo. & inquit an perspicuum est id uacuum esse in quo color, aut sonus intelligitur: si corpus tactile suscipere possit. Si O uero non possit suscipere corpus tactile id uacuum nõ esse, & ita si in uacuo quod ponunt extra cœlum sit color: est dicendum esse uacuum modo possit corpus suscipere, quia ratio uacui est, quia uacat corpore, & non accidente. Sed dubitari potest, quia uidetur Aristo. implicare: ponit enim accidens ut colorem & solum absq; subiecto, quod est impossibile: eius enim esse est inesse. Respondent nonnulli Prima du. Prima rñ. cucullatorũ cucullati: quorum studium est duntaxat metaphysicum: esse geminam inhærentiam, actualem, & aptitudinalem. modo uolunt accidens non esse ab inhærentia actuali dictum, sed aptitudinali, quatenus hæc est aut ratio aut passio Qualis pó cucullatorũ. Vide can. q. 4. primi hui⁹. & Scot. in 4. di. 12. & Occhã trac. de sacraměto et S. Tho. & S. Boñ. & Egi. & tota schola Scoti & theologorum. propria accidentis. propterea potest intelligi accidens & actu non in subiecto aliquo. Immo asserunt nisi sic esset, non posse dubitationem Aristo. esse coloratam. Sed hæc positio non est peripatetica. nam Auer. infra commen. 60. infert si dimensio & prædicamentum quantitatis esset separatum: tunc esset substantia separata, quæ consequentia nulla esset: nisi accidens dicatur ab actu inhærendo, & substantia ab actu sine alio existendo. Amplius peripatetici uolunt id esse impossibile quod non subest alicui potentiæ naturali. unde si accidens possit esse actu sine subiecto: id erit aut per potentiam dei, aut per potentiam naturalem agentis. non quidem per illam dei, quia apud peripateticos deus nihil agit immediate ad extra, etiam secundum P ipsos: neq; per potentiam naturalem alicuius agentis, ut omnes tenent. idcirco accidens actu impossibile est esse sine subiecto. Catholice uero sentiendo tenemus accidens posse esse actu sine subiecto, & deum supplere uicem illius. Aliter igitur colligitur ab Auerro. quòd Aristote. lo- Alia rñ. Auer. c. 58. quitur more antiquorum: qui aerem uacuum esse fatebantur: eo quia aufugit uisum & tactũ: propterea quærit utrũ si in aere ponatur sonus aut color, ut de facto poni potest, talis aer sit uacuum apud antiquos, qua ratione non est in dubitatione contradictio.

Dilucida. tex. c. 59. Alio uero modo id in quo non est hoc aliquid: neq; substãtia corporea ulla: quocirca quidam corporum materiam uacuum esse dixerunt, qui quidem & locum hoc idem asserunt esse. Sed non recte dicunt: materia nanq; è corporibus ipsis non est separabilis: uacuum uero ut separabile quęrũt. Q

Expositio. Tertia uacui descriptio est Platonica, & hanc ponit dicens. alio uero modo id in quo non est hoc aliquid: neque substantia corporea ulla, & tunc ex hac descriptione quid Platonici senserunt: infert, & inquit. quocirca quidam corporum materiam uacuum esse dixerunt: qui quidem & locum hoc idem asserunt esse, ut in tractatu de loco dictum fuit satis. Quo uero ad uerba attinet. Aristo. per hoc aliquid formam sensilem intelligit, & per substantiam corpoream: compositum. propterea materiam uacuum appel- Quo ad uerba. lant, quatenus ipsa & à formis, & à corporibus separabilis est: non quidem re, ut addunt Auer. & Themistius, sed definitione. At uacuum & definitione & re separabile est à corporibus, & in hoc uacuum & materia differunt. propterea consutat Platonem, & inquit. sed non recte dicunt, materia

A materia nanq; è corporibus ipsis non est separabilis: nisi definitione. Vacuum uero ut separabile re & definitione quærunt. & sic non recte sentiunt.

Dilucida. tex.cõ.60. Quoniam autem & de loco pertractatũ est, uacuũ quoq; si est, locũ esse necesse est, quod corpore uacat, & locus quonam modo sit uel non sit, dictum sit, perspicuum hoc pacto uacuum siue separatum siue inseparabile non esse. nam uacuum nõ corpus, sed corporis spatium uolunt esse.

Expositio. Debes scire ꝙ rationem loci dupliciter nacti sunt ueteres. Vno modo à terminando, & sic locum descripsit Arist. ꝙ sit ultimus terminus corporis continentis, & sub hac descriptione locus est in rerum natura. Alio modo ab æqualitate quia sit æquale corpori contento. & sic dixerunt locum esse spatium penetrans in corpus contentum per singulas illius partes. & sub ista ratione à rebus ipsis locus ablatus est.

B Ex ijs concludit quonam modo uacuum sit, & quonam modo non sit, & uult uacuum iõ non esse, quia esse non põt nisi ea ratione qua locus est spatiũ penetrans. at locus hoc mõ non est. ꝓpea nec spatium: nec uacuũ: inquit. q̃m autẽ & de loco pertractatũ est, uacuũ quoq; si est, locum esse necesse est, quod corpore uacat, ex ea uidelicet parte qua locus est spatiũ penetrans, & locus quonã mõ sit uel nõ sit, dictũ est, quia locus est rõne qua terminus, & non est rõne qua spatiũ: perspicuũ hoc pacto uacuũ siue separatum siue inseparabile esse. nã uacuũ non corpus, sed corporis spatiũ uolunt esse, & quia locus rõne qua spatiũ nihil est. ideo uacuũ hac eadem rõne ẽt nihil erit, q̃m si sit, non nisi hac rõne esse põt. Auer. uero in cõmen. uult ꝙ uera uacui quid nõis descriptio sit hæc: uacuũ est dimensio separata à corporibus apta suscipere corpus. Et tunc probat ꝙ uacuum sub hac rõne nihil sit, hoc est ꝙ nulla dimensio sit separata secũdum esse à corporibus. primo quia illud qđ inuenit̃ ꝑ se & præcisum ab alijs est corpus, at dimensio non est corpus, sed in corpore inuenta. dico ꝙ dimensio nõ sit corpus substantificũ, sed põt dici corpus quantitatiuũ. Secundo arguit, quia si dimensio esset per se, tunc prædicamentũ quantitatis esset separatum. & ulterius esset substantia separata, quia ut dicebamus substantia & accidens differunt apud peripateticos, quia substantia actu in subiecto non est, accidẽs uero actu in subiecto, quæ ratio docet accidens esse substãtiã, ubi actu esset sine subiecto. hęc uero diximus superius.

Quæ auer. cõmẽ. 60. C

Dubitatio Solutio Sed dices. quare accidens actu esse non põt sine subiecto. Respondet per Auerroẽ primo cœli. cõmẽ. 124. ꝙ possibile est duplex. ex parte materiæ, quod possibile ab intrinseco dr̃. ex parte agentis, quod possibile dr̃ ab extrinseco. & hæc uult conuerti. nã oẽ possibile ab intrinseco est possibile ab extrinseco, & econtra: tunc est regula secundi topico. ꝙ in conuertibilibus ualet ecõtrarie in ipso, ut si est homo: est risibile: sequitur. non est homo: non est risibile. hic patet causa quæstionis: cum enim accidẽs esse nõ possit sine subiecto: potentia ab extrinseco hoc est ex parte agentis: cũ nullũ agens id agere possit: nec particulare: nec uniuersale, ut diximus: erit ẽt impossibile ex parte intrinseca accidens eẽ sine subiecto. Hæc diceret peripatetici. Catholici uero alio principio moti aliter dixerunt. Sed de his hactenus.

D

Dilucida. tex.cõ.61. Quocirca & uacuum uisum est esse quicquam, quia & locus, & propter eadem profectò. motus. n. qui iam per locum fit, & opinioni eorum conuenit qui locum esse quicquam præter corpora, quæ locum subeunt, contendunt, & eorum qui uacuum profitentur. Motus nanq; cãm uacuum sic esse arbitrantur, ut in eo corpora moueãtur. hoc aũt erit tale, qualem locum asserunt quidam esse.

Expositio. Nunc quo argumento uacuum ipsum ueteres nacti fuerint, docet. Vbi debes scire ut in tractatu diximus de loco, ꝙ locum fecit scire motus quæ latio est. ueluti generatio fecit scire materiam. Antiqui itaq; ut per motum cognouerũt locum, sic per motum nanciscebantur uacuum. nam ut sine loco non fit motus, sic sine uacuo fieri non põt. inquit. quocirca, & uacuum uisum est esse quicquam, quia & locus uisus est quicquam, & propter eadem, ut ꝓpter motum. Cuius causam subscribit dicens: motus enim qui iam ꝑ locũ fit, quæ græce est phora: latine latio, & opinioni eorum cõuenit: qui locum esse quicquam præter corpora quæ locum subeunt: contendunt, ut peripatetici, qui aiunt esse locũ ultimum corporis ambientis, & extrinsecum quid, & opinioni eorum, qui uacuum profitentur. nam uacuum sic motus causam esse arbitrantur ut in eo corpora moueantur. hoc aũt erit tale & per talem rationem: qualem & per qualem rationem quidam asserunt locum esse, ut enim locus acceptus est latione: sic uacuum translatione capiebatur ab antiquis. quare una ac eadem ratione de uacuo ut de loco ueteres sensere. Argumentum igitur quo uacuum comprobarunt: hoc est. Auerroes uero uidetur uelle ꝙ prima positio dicit duo uera, ut ꝙ locus sit, & sit propter motum siue lationem. secũda uero dicit duo falsa ut ꝙ sit uacuum, & ꝙ uacuum sit propter motum. Debes scire (ut nouus expositor inquit.) ꝙ latio est propter locum, siue propter uacuũ uti propter finem: siue terminum ad quem. at locus siue uacuũ est propter motum uti propter principium cognitiõis. E

An uacuũ sit acceptũ ꝑ motũ: & ulterius uacuum sit cã motus. Egid; hic.

Quę Auer. comẽ. 61. F

Quæ nou. expositor. Egi.

Dilucida. tex.cõ.62. At uero nulla nos prorsus urget necessitas dicere uacuum esse, si sit motus. uacuum nanq; nõ oĩno cuiuslibet motus causa existit: quocirca res hæc ẽt Melissum latuit. põt enim alterari & plenum.

Expositio. Vide & Iã du.10.q.4. Nunc positiones has refellere incipit, & primo confutat argumentum, quod nunc factum est: negando primo consequentiam, quia non ualet. motus est. igitur uacuum est, primo quia de omni motu non tenet. nam uacuum non cuiusuis motus causa esse uidetur, quia põt alterari non uacuũ ut plenum, ut oẽs sentiũt, quod quidem ipsum ẽt Melissum latuit. igitur consequentia non ualet primo de omni motu.

G Deinceps neq; eius motus: qui per locum fit. Possunt enim corpora mutuo sibi cedere: etiam si nullum sit spatium separabile præter corpora quę mouentur, quod quidem in continuorum sicut & in humidorum conuersionibus constat.

Expositio. Secundo ostendit uacuum non esse causam motus localis & soluit per ordinem omnes rationes ponentium uacuum. & inquit, deinceps neq; eius motus: qui per locũ fit: uacuum ipsum causa est: cuius causam subdit dicens: possunt enim corpora mutuo sibi cedere, ut aer cedit lapidi cũ mouetur in aere: aqua ligno: cum lignum mouetur in aqua: etiam si nullum sit spatium separabile præter corpora quę mouentur, quod quidem in continuorum sicut & in humidorum conuersionibus constat: cum proijcitur lapis in aqua, ubi patet unum circulum alteri cedere donec in ripã aqua desinit, quæ ratio docet uacuum non esse causam lationis: siquidem latio esse potest sine uacuo per corporum cedentiam. Quo uero ad uerba attinet: per continua ut Auerroes inquit, intelligit ea quæ mouentur secundũ partes ut aer & aqua. & per humida intelligit corpora quę mouentur in humidis ut lignum in aqua, & lapis in aere. Et propter hæc patet solutio ad primam rationem: qua uacuũ esse probabatur ex parte motus localis.

Intercepta tio apud Auer. H

Cõm.63. Insuper etiam condensatio effici potest non in uacuum, sed propterea, quia ea quæ in ipsis insunt: extruduntur ueluti cum præmitur aqua aer: qui in ea inerat: extruditur.

Expositio. Deinde respondet ad secundam: arguebatur enim sic, cõdensatio est: igitur est uacuum, quoniam aut condensatio fit per ingressionem in uacuum, aut in plenum: non in plenum, quia tunc esset penetratio. igitur in uacuum. Respondet ꝙ non fit per ingressionem in uacuum, sed per extrusionem corporum contentorum in meatibus, quibus extrusis, corpora ipsa occupant minorem locum quã prius. astipulatur autem huic exemplo condensationis aquæ: in qua est aer. nam aere extruso: aqua minor fit. Auerroes uero

Quę Auer. com.63.

I de condēsatione uidetur ponere talem distinctionem, quòd quædam fit per exitum corpusculorum subtilium ad intra contentorum, quæ exhalatione euanescunt. Alia fit per partium intra contentarum minorationem, & in neutra est necessitas ipsius uacui. Sed dices: tunc ignis non posset cōdensari, quia nihil pōt in eo subtilius ipso contineri. Respōdet Themistius, quod omne quod condensatur, habet secū corpus aliquod admixtum subtilius: cuius oppressu oblisum excluditur. & propterea concedit ignem purum non posse comprimi: cum sit tenuissimus corporum. Sed hæc responsio non uidetur, quia tunc ignis in propria regione non posset condensari, & ita nec alterari, & per consequēs nec corrumpi. Dici potest ꝙ ignis non potest condensari per exhalationem corpusculorum: de qua loquitur Themistius, sed bene per partium minorationem, & ita ex distinctione Auer. defenditur Themistius.

Dubitatio
Responsio. Themistii.
Replic.
Defensio.

K Præterea auctio nō tantum aliquo ingrediēte fit: sed etiam alteratione. ueluti si ex aqua aer fiat.

Expositio. Deinde soluit rationem ex parte auctionis sumptā. arguebatur. n. si aliquid augescit, aut corpus corpore penetratur, aut uacuum asciscitur. Respondet Arist. ꝙ auctio pōt sumi pro quacunqꝫ magnitudinis accretione, & sic generatio aeris ex aqua auctio dicitur, quia est processus ad maius, & hoc modo non fit auctio aliquo accedente, ut supponunt, sed alteratione siue conuersione unius corporis minoris in maius. Alio modo pro intus susceptione ut in ipsis accidentibus fit, & sic licet fiat appositione, fit ēt extrusione corpusculorum contentorum in meatibus: in quos nutrimentum defertur, & quia rectius res ista in libro de generatione uidebitur, sapide expositor ait solutionem hanc esse ad hominem.

L Omnino autem ea ratio quę de auctione fit, & de aqua quę in cinerem funditur: ipsa seipsam refellit. nam autē nihil augetur, aut non: non corpore, aut erunt duo corpora in eodem. dubitationem itaqꝫ communem soluere uolunt: non tamen uacuū esse ostendunt: nisi uniuersum corpus uacuum esse necesse est, si omni ex parte augescit, & auctio fiat ob uacuum. eadem quoqꝫ ratio & de cinere est, perfacile igitur eas rationes soluere: quibus quidam uacuum esse contendunt: perspicuum est.

Expositio. Reducit nunc rationem de auctione in contrarium, & eā quæ de cinere facta est. primo sic. omne quod augetur secūdum se & quodlibet sui augetur ut supponitur. igit̄ aut id quod augetur: totum est uacuū postqꝫ totū augetur, aut auctio non fit corpore ingrediente. aut si fit corpore ingrediēte: duo corpora erunt in eodem. propterea inquit, dubitationē itaqꝫ cōmunem per concessionem uacui enitunē soluere: non tamen uacuum esse ostendunt: nisi uniuersum corpus quod crescit: uacuum esse necesse sit, & hoc si omni ex parte & secundum se & quodlibet sui augescit, & ēt auctio fiat ob uacuum, ut dicunt. nam istis duobus concessis ratio illa impedit se: deinde addit ꝙ eodem modo pōt torqueri ratio de cinere ipso, quia aut uniuersus cinis esse debet uacuus si fusio aquæ fit in toto, aut nō fit corpore, aut duo corpora in eodem erunt, & sic relinquit nobis solutionem ad formam. ut supra de cinere diximus. Vltimo epilogat, & sermo perspicuus est translatione solum. Solent ambigere captiunculatores utrum sit uacuum, & licet ad quæstionem plures excitent captiunculas potissimæ sunt duæ. Prima de eleuatione unius molaris ab altero per remotionem de præsenti: ubi patet uacuum interponi: nisi motus aeris sit subitarius. Secunda est quodlibet corpus non esse hic: est possibile. igitur uacuum esse hic est possibile. deducitur consequentia, quia si quodlibet corpus non esse hic est possibile: nullum corpus esse hic est possibile ꝑ æquipollentiā. nullum corpus esse hic est possibile: hic igitur poterit esse uacuum: multi casus & captiunculæ fiunt quæ omittantur. Rationes hæ nihil sunt. primam quidem Arist. soluit in secundo de anima: ubi negat casum: immo uult inter illa corpora mediare aerem aut aquam: cuius rei signum affert ex humore: qui inter ea inspicitur, & tunc soluuntur omnes rationes contra hoc, ut in cōmentationibus: quas in adolescētia scripsimus: in libro de anima diximus. Alij captiunculatorum soluunt concedendo immediate post hoc aerē aliquem esse ad centrum molarium: nullum tamen aerē esse illic immediate: post hoc secundum quodlibet sui punctū: immo infinita uelocitate concedunt illum moueri ad punctum medium: non tamen erit assignare primū in quo tanget, sed ultimum in quo non. Alij uero dicunt unum nō posse leuari æqualiter ab altero subito, sed bene inæqualiter, quo in casu aer successiue ingrederetur. Sed hæ solutiones non sunt peripateticæ: prima quidē non, quia nullibi Arist. facit differentiam inter immediate post hoc aliquid moueri. & aliquid moueri immediate post hoc, quia nomina & uerba transposita idem significant. ut dicitur in lib. de interpretatione nec Alex. nec Them. nec Auer. nec aliȷs expositorum ueterum. Sed hæ captiūculæ sunt reperte propter impedimentum scientiæ cuius signum est, quia summi captinnculatores omnis philosophiæ sunt penitus ignari. secūda uero, quia molare superpositum non potest nisi æqualiter eleuari, quia continuum & durum est: cuius motus est unus. Rectius igitur dicendum cum Arist. nostro. Ad secūdam captiunculatores soluunt sensum illius propositionis esse compositum uidelicet hæc propositio. nullum corpus est hic. est possibilis: hæc autem est una indefinita, quæ nō probatur illo modo, sed officiabiliter. Nec hæc solutio est peripatetica omnis enim probatio est aut syllus, aut inductio, aut exemplum, aut enthymema. propterea dici potest quodlibet corpus non esse hic eē possibile diuisiue: non aūt collectiue, siue copulatiue. ideo ratio nulla est. Secundo q̄runt utrum ablato omni corpore quod cōtinetur inter octauum cœlum: poli eius distarent. Respondent captiunculatores polos hoc casu stante non distare recta distantia. nā illa est dimensio, quæ nulla est ibidem ablato corpore, sed bene ipsi distarent distantia curua per semicœlum aut supernum, aut infernum. Sed contra. nam à puncto ad punctū contingit rectam lineam ducere, igitur quodlibet punctum distat ab altero recta distātia. propterea dicerem pro eis & me polos illos distare recte ad imaginationem mathematici: qui abstrahit à materia sensili. non autem ad imaginationem naturalem: qui nullam concipit magnitudinem nisi cum materia sensili. & ita ad imaginationem naturalē curua distarent distantia per semicœlum aut supernum, aut infernum. Cæteræ captiunculæ generatim reperiuntur apud omnes communiter scribentes. Hæc enim uidentur digna aliqua contemplatione.

An māl is debeat determinare de uacuo. Vide gradeū Escu. lec 9. huiꝰ
M
Prima du. Vide Alb. de saxo q. 8. huius. Vide etiā cursum pi. q. 2. huius & cano. q. 4. huius.
Solō rōnū
N
Quales solutiones.
O
Rephensio
Scda dub. Prima iñ. P
Cōfutatio

Dilucida. tex c. 64.

Q Quod uero uacuum eo modo separatum nō sit, ut quidam autumant. rursus dicamus. ná si cuiqꝫ simplicium corporū suapte natura latio aliqua cōpetat, ut igni quidem ea quæ sursum. terræ uero ea quæ deorsum & ad medium, perspicuum est uacuum causam lationis non esse. Si alicuius igitur motus uacuum causa sit, eius uidebitur sane causa esse qui per locum fit. & huius non est.

Expositio. Prima expositio. Expō sda Themistii. Expositores uelle uidentur Arist. hic probare uacuum nō esse separatum ut quidam asserebant, & huic textus consonat, inquit enim, ꝙ enim uacuum eo modo separatum non sit, ut quidam autumant: rursus dicamus. Themistius uero uult Arist. probare uacuum quod quidam separatum posuerunt nō esse causam motus: cum ipse simplicium corporum naturæ motuum suorum causæ apertissimæ uideantur, & huic expositioni consonat processus literæ, & principium sic intellige. ꝙ uero uacuum eo modo separatum nō sit, ut quidam autumant uidelicet causam motuū: rursus dicamus. & ꝓbat ex hoc, qa naturæ simpliciū corporū sunt cāæ suorū motuū: ꝓpterea epilogādo cōcludit: si alicuius igit̄ motus uacuū cā sit, eius uidebit̄ sane causa esse: qui per locum fit. aut huius non est causa uacuum, quia ut supplet

Themistius

A Themiſtius uacuum indifferens quid ſit:undiq; potēs eſſe cauſa motus,ut uidelicet res ſurſum aut deorſum ferantur propterea ſolæ naturæ ſimplicium cauſæ erunt motus lo- calis. [Quæ Auer. cō. 64.] Auerroes uero uelle uidetur ꝙ Ariſto. probet uacuū non eſſe cauſam ut finē ipſius motus,& quia in primis ſermonibus:hoc eſt tractatu de loco declarauit uacuum nō eſſe cauſam formalem.hoc eſt locum rei locatæ,nunc docet ipſum non eſſe cauſam ut finem.propterea adiecit. rurſus dicamus,quia partim hæc res dicta eſt:& cōponit ſyllogiſmum à primo ad ultimum hoc modo.ſi uacuū eſt cauſa finalis motus,maxime eſſet cauſa finalis motus localis: & ſi ſit cauſa motus localis,erit cauſa finalis,cur hic motus eſt ſurſum , ille uero deorſum , & ſi erit cauſa,quare unus erit ſurſum alius deorſum,uacuū erit etherogeniæ naturę at deſtruatur ultimum conſequens,eſt enim uacuum conſimilis naturæ . igitur non erit cauſa lationis , & per conſequens ullius motus cauſa erit finalis. [Dubitatio Auer.] Sed mouet Auerr. dubitationem,quia ueteres non dicunt uacuū eſſe cauſam B motus ut finem,ſed cauſam materialem in qua fit motus, ut peripatetici aſſerunt de medio. igitur conditio non uergit ad propoſitum. Reſpondet ꝙ ideo Ariſtot.declarabit poſt motum non poſſe fieri in uacuo ut habeat uacuum nō eſſe cauſam ut materiam in qua.Nunc uero declarat ipſum non eſſe cauſam ut finem ad abundam doctrinam. immo declarabit ipſum non eſſe cauſam leuitatis , nec plenum grauitatis. [Quid ex dictis.] Ex ijs infert Auer.uacuum nō eſſe locum,hoc enim ſequitur immediate ex dictis , quia ſi uacuum ipſius motus non eſt cauſa ut finis,nō eſt etiam terminus ad quē & ita nec locus.Tamen perſuadet hoc alia ratione,quia ſi uacuum eſſet locus haberet unam partem ſurſum aliā deorſum,& ita eſſet diſſimilaris naturæ , at uacuum eſt uniformis naturæ. Hæc ex commen. [Cōfutatio expoſitionis Auer.] Sed hæc Auerr.expoſitio de cauſa finali non placet,quia Ariſt. probat uacuum non eſſe cauſam motus,propterea ꝙ uniuſcuiuſq; elementi na C tura cauſa eſt proprij motus,& certum eſt naturam elemēti eſſe cauſam effectricem proprij motus, propterea uidetur ꝙ probet uacuum non eſſe cauſam effectricem motus, nam eo remouet à uacuo cauſalitatem,quo modo eam elementis tribuit.at cum tribuat elementis effectricem , iure hanc à uacuo remouet,& ita nihil de finali loqui uidetur.

[Expoſitio Themiſtii.] Melius igitur cum Themiſtio ſentiendum eſt Ariſt. uelle probare uacuum non eſſe cauſam effectricem motus , cō modo quocuiuſq; elementi natura eſſe uidetur:& hæc conſideratio differt ab illa , quam in capitulo de loco fecit.ibi enim probauit uacuum non eſſe cauſam finalem ſiue for- [Perſuaſio expōnis.] malem,decet igitur nunc probare ipſum non eſſe cauſam effectricem. Aſtipulatur autem huic initium textus. nam inquit,ꝙ uero uacuum eo modo ſeparatum non ſit,ut quidam autumant,rurſus dicamus , ecce quomodo proponit probare uacuum ſeparatum non eſſe cauſam eo modo quo antiqui dixerunt,ac teſtis eſt ipſemet Auer.nullum ueterū dixiſſe uacuum eſſe cauſam ut finem , & ita intentio quam T.65. proponeret non conueniret executioni.

D Præterea ſi eſt aliquid ueluti locus corporeo uacans, interuallum ipſum cum ſit uacuum , quā infertur corpus quod in illo poſitū fuerit. non enim ad uniuerſum mouebitur.

Secundo arguit ſic , uacuum eſt uniformiter & omni ex parte corpore uacans, igitur non eſt cauſa motus magis ad unam partem q̃ ad alteram.conſequentia tenet, qa ſi eſſet cauſa motus magis ad unam partem q̃ ad alteram: eſſet in ſuis partibus diſſimilare quid.Ariſt.tamen rationē hanc interrogatorie proponit,& inquit. præterea ſi eſt aliquid uacuū ipſum ueluti locus corpore uacans hoc eſt dimenſio quædam ſeparata ab omni natura, interuallum ipſum cum ſit uacuum , quo nam fertur corpus quod in illo eſt poſitum,non enim ad uniuerſum atq; partem omnem mouebitur. niſi aliquid ſimul contrarijs motibus moueri [Quæ Auer. cō. 65.] poſſet. Ex ijs perſpicua eſt ratio. Auerroes uerò uidetur inter has duas rationes ponere differentias,quarum prima (ut mihi uidetur)eſt ꝙ prima ſumit uacuum eſſe ,ut finem E motus,& hoc confutatum eſt per dictam rationem. Secunda uero ſumit indifferenter uacuū eſſe ſiue finem ſiue medium.eſt igitur differentia ex parte concluſionū,nam prima probat uacuum non eſſe finem motus. Secūda uero ꝓbat non eſſe finem:neq; medium,neq; qd tale requiſitum ad motum.format igitur propter hæc Auer. ſyllogiſmum hypothetice diuiſiue ſic.ſi uacuū eſt ſimilaris naturæ , tūc cum aliquod unum corpus fuerit poſitum in illo , neceſſe erit,aut non moueatur omnino propter æqualitatem attractionis undique,aut ut ſecundum ſe & quodlibet ſui moueatur in omnem uacui partem,aut ut diuidatur in omnes partes,quibus poteſt diuidi. omnia hæc membra ſunt impoſſibilia,ut patet omnibus.ipſum enim moueri ſecundū totum in omnem uacui partē eſt impoſſibile , quia ſimul moueretur duobus motibus contrarijs.ſimiliter ipſum nō moueri ad aliquam illarum,ſed quieſcere in qualibet illarū eſt impoſſibile,& hæc diuiſio ſiue hoc membrum eſt con- F tra ſenſum,& non ſentitur. Tertium etiam membrum ut pote diuiſio eius in omnes partes nō ſentitur,nec poteſt fieri,&ſic omnia ſunt impoſſibilia . Verum harum diuiſionū ſiue horum membrorum tātum primam ſiue diuiſionem ſiue membrum poſuit,& duas alias ſubticuit,quia patent, ex dictis,ē igitur prima forma hypothetica diuiſiua à deſtructione omnium partium.Aliter format Auerro.non ſic trimembre,ſed hypotheticum continuum a deſtructione cōſequentis ad deſtructionem antecedentis hoc modo, ſi uacuum eſt ſimilare,tunc graue aut leue aut aliquod tale qd' mouetur,nō moueretur ad aliquam illius partem,quia tūc moueretur motibus contrarijs , aut diuideretur ſcundum omnes partes.Modo conſequens illud ꝙ non moueretur eſt contra ſenſum.igitur uacuum eſſe eſt impoſſibile.hæc eſt ſecunda forma ſyllogiſmi. Alexander uero (ut narrat [Expoſitio Alexan.] Auer.)uult Ariſt.improbare uacuum ſeparatum extra mūdum conſtitutū,& tunc ratio eius eſt,quia ſi aliquod mo- G ueretur in uacuo infinito,tunc corpus finitū moueretur in ſpatio infinito:ut in tertio dictum eſt.Motus uero fuit Alexander ad hanc expoſitionem ut inquit Auerr. quia Ariſt. in ſubſequentibus dicet primam & ſecūdam formam ſyllogiſmi facti,ideo ne ſit in textu quid ſuperfluum: Alexander ſic expoſuit.Ego uero Alexādrum hic non legi: nec de Alexandro aliquid credo Auer.cum ipſe non Alexandrū: ſed fragmenta illius uidit : propterea quicquid ſit de expoſitione, litera legenda eſt , ut diximus , & ut in græcis codicibus legimus.

Eadem quoq; ratio ad eos ſurgit, qui locum ſeparatum quippiam,in quem fertur, quod mouetur, arbitrātur eſſe .Nam quomodo id quod in eo poſitum eſt aut mouetur aut manet. Quo fit ut & de differentiis ipſis ſurſum & deorſum,& de uacuo ipſo iure eadem ratio accommodetur. ſiquidem qui uacuum eſſe profitentur:locum ipſum faciant.

Adaptat obiter rationem hanc ad eos qui locum ſeparatū H ſpatium penetrans faciunt ut in de loco dictum eſt nam contra tales facit dicta ratio uidelicet ꝙ in illo nec moueri nec quieſcere poſſet quicquam:propter rōnes tactas:qua ratione fit ut & de differētiis ipſis ſurſum & deorſum: & de uacuo ipſo iure eadem ratio accommodetur.ſiquidem qui uacuum eſſe profitentur:locum ipſum faciāt: & ita ratio ad utroſque una eademq; exiſtit omnio. Auerroes uero addit [Quæ Auer. cō. 65.] ꝙ dicentes uacuum non poſſunt ſoluere duo problemata. Primum propter quid aliqua corpora mouētur in aliquo loco,& quieſcunt in alio.& hoc quia dimenſiones ſeparatę ſunt a materia:& nullam habēt inſitam uim:per quam poſſunt detinere nonnulla corpora:& aliis contrariari. Secundum uero propter quid differentię loci ſunt duæ , & diuerſæ:ſurſum uidelicet & deorſum. nam ex quo eſt ſimilare: nullam habet differentiam magis in una parte q̃ in alia.

Inſuper etiam quonam pacto corpus aut in loco aut ī uacuo erit.nō enim id fit quod ratio expoſcit

cum totũ aliquod corpus ut in separato permanẽteq; loco positum fuerit. nam pars si non seorsum ponatur: non in loco est: sed in toto.

Vlterius arguit Arist. sic. quo nam pacto corpus aut in loco aut in uacuo erit. supple quia sequitur ut totum & quælibet sui pars sit in loco: & hoc destruit dicens, non enim id fit quod hæc ratio exposcit & infert cum totum aliquod corpus ut in separato permanenteque loco positum fuerit uidelicet q; & totum & quælibet sui pars sit per se in loco, q̃ consequentia fuit deducta in capitulo de loco & destructum fuit cõsequens per hoc, qa nisi pars seorsum ponitur, non in loco est sed in toto, hæc non sunt nunc repetenda, quia diligenter sunt explicata in de loco, capitulo, & nunc transeant. Sic igitur sat sit nobis q; tenentes uacuum & locum separatum, coguntur dicere totum & quãlibet sui partem propter eius penetrationem esse per se in loco.

K Præterea si locus non est, uacuum etiam nõ erit.

Expositio. Demum arguit si locus non est supple spatiũ separatum, uacuum non erit, ac deductum est non semel locũ non esse spatium illud separatum, quare nec uacuum esse poterit. unde hęc ratio uidetur uti unus epilogus omnium rationũ quæ à uia loci sumptæ sunt.

T. 66. His uero qui ut motus esset uacuum necessario addiderunt, siquis sapide animaduertat, euenit ecõtrario, nihil moueri posse, si uacuum fuerit. nã quẽadmodum nonnulli asserunt terram etiam ipsam ob similitudinem quiescere, ita quoq; in uacuo q̃duis quiescere sentiendum est: non enim esse posset quippiam in ipso, quo res magis uel minus q̃ alio deferri deberet, nam uacuum quatenus uacuũ est, omnem differentiam abdicat.

Expositio. L Quicqd uelint expositores, uidetur q; Arist. contorqueat problema in cõtrariũ, & probat hanc hypotheticam uidelicet si uacuũ sit, non potest aliquid in illo moueri, sed q̃duis corpus in eo poneretur, quiesceret. proponit autem primo hypotheticam, & inquit, his uero qui ut motus esset uacuum addiderunt, siquis sapide animaduertat, euenit econtrario nihil moueri posse, si uacuum fuerit, hæc est hypothetica, probat autem primo hanc per simile, ubi debes scire ueteres posuisse terram immobilem in medio, quia ea superficies intra quam clauditur, indifferẽs sit sua natura, atque omni ex parte similis, quo argumento terram quiescere afferunt, cum id quo perpendat, non sit. ex hoc arguit Aristo. nam uacuũ est omni ex parte simile, nec in eo quicquã aut est, aut esse posset, quo res magis uel minus q̃ alio deferri posset. nam quatenus uacuum est, omnem differentiã abdicat: & omnis naturæ est expers. Est igitur uis rationis, in nullo spatio uniformi atq; indifferenti fieri potest motus. ut antiqui testantur, uacuũ quatenus uacuũ est spatiũ uniformæ atq; indifferens. igitur in uacuo quatenus uacuũ est, motus fieri nõ potest. Sed dubitatur primo, quia Arist. utitur opinione falsa ad conclusionem ueram. nam illa positio de terra est falsa secundo cœli, & tamen conclusio nostra est uera. Respondet Auer. primo q; Arist. non utitur illa positione tanquam uera, sed quo ad illius positionis rationem, quia fuit dicta ab antiquis ob rationem ueram, & quo ad hoc ea utit̃ Arist. Secũdo respondet positionem illam esse inductam ut indicaret esse falsam positionem de uacuo, quemadmodum illa de terræ quiete falsa est. Sed prima solutio est rectior & magis ad mentem Themistii. Secundo dubitant probando q; posito uacuo, non tolleretur motus. primo, quia tractus corporum naturalium fit à uacuo. secũdo quia dato uacuo adhuc cœlum moueretur circulariter, & ignis sursum, & terra deorsum. Sed pro solutione litigãt blacterones aduersus nouum expositorem, de tractu qui fit rerum ad replendum uacuum. unde sit utrum ab intrinseca corporum, quæ mouetur natura, an ab extrinseca. Nouus expositor asserit causam illius tractus non esse intrinsecam: sed extrinsecã uidelicet uirtutẽ cœli regulatiuam totius huius mundi, & elementorum. Huic obijciunt blacterones, quia tunc cum cœlum sit agens naturale semper talem efficeret tractum. Secundo quia nullus motus q ab extrinseco fit, esse uidetur naturalis. nisi passo conferente uim: tales motus proculdubio non naturales essent.

An in uacuo si esset posset esse motus. Vide can q. 4. art. 2. & Iand. q 14 huius.

M Prima dubitatio

Responsio Auer.

De cã trahẽtis in uacuo. Vide Egi. hic.

N Rñsio noui expositoris.

Replic.

Scda rñsio

Cõfutatio

Alij respõdent aliter propter hæc, & uolunt tractum fieri ab uacuo ipso, non quidẽ positiue, sed negatiue, hoc est talis motus fit ne contingat uacuum. Hæc respõsio (ut mihi uidetur) ridicula est, nos enim quęrimus de causa tractus modo uacuum cum nihil sit, nullius esse potest causa. Pręterea graue ascendit ne detur uacuũ, ut dicunt, quid est agẽs talis motũs. aut ipsummet graue, aut aliquid extra graue, et ad hoc non satisfecit solutio illa. nec rationes horum ualẽt nam agens naturale agit ex necessitate finis, cœlum igitur non semper talem tractum efficit, cum non semper sit necessitas implendi uacuum. Ad secundum concederet nouus expositor illum motum esse uiolentum penes naturam particularem eius quod mouetur, naturalem uero secũdũ naturam communem. Sed quicquid sit: dici potest agens particulare ut graue uel leue, & id genus. agere uno modo ut instrumentum naturæ uniuersalis ad effectum commune. alio modo ad effectum proprium & specificum, tũc dicerem graue moueri ab intrinseco atq; forma sua quatenus est instrumentum uniuersalis naturæ ad effectum communem, qui est ordo uniuersi, & ita est naturalis natura communi: & uiolentus secundum propriam naturam. graue enim mouetur deorsum ut instrumentum naturæ uniuersalis, & sursum ad replendum uacuum, sed deorsum motus est effectus proprius sibi, & conueniens naturæ uniuersali, at motus sursum ad replendum uacuum, est uniuersalis effectus tantum. Per hæc patet ad rõnes quæstionis. prima enim per hæc ablata est. secunda uero demitur per hoc, quia dato uacuo siue extra aut intra, totum cœlum & omnis natura moueretur ad illud implendum, & sic unumquodque impediretur a suo proprio motu, ob communem. Hæc philosophi.

O Tertia rñ.

P T. 67. Primo itaq; cum omnis motus aut ui aut natura sit, & si sit motus uiolentus, etiam necessario sit is qui natura est, quippe cum uiolentus sit pręter naturam, qui uero præter naturam est, posterior est eo qui est secundum naturam, fit ut si is motus nõ sit qui corporum naturalium cuiq; competit, neq; cęterorum profecto motuum ullus erit. at quo nã modo motus is erit, qui natura rebus inest, cum nulla prorsus sit ratione uacui ac in finiti differentia. quippe quum quatenus infinitum est, eatenus nihil infra, nihil supra, nihil deniq; mediũ sit. etiam quo uacuum est, eo differt nihil supra infraque. nã quemadmodum ipsius nihil nulla est differentia, sic etiam nõ entis nulla erit. at uacuum quoddam non ens est, atq; priuatio quædam uidetur esse. ea uero latio, quæ natura est ‡ differentiam aliquam subit. quare differentiæ natura erunt. igitur aut nõ est natura latio usquam, aut si ipsa sit, uacuum ipsum in rerum natura non erit.

Q

Expositio. Proposita intẽtione & aliquantulum per quoddam simile exposita, nũc probat illam, & duo sibi concedenda petit. Primum q; omnis motus aut ui, aut natura est. Secundum q; omnis motus uiolentus præsupponit naturalem. nam omne pręter naturam posterius est eo quod est secũdum naturam, aut cum motus uiolentus sit præter naturã, iure posterior est ipso naturail. hæc sunt duæ suppositiones Arist. in textu. Auer. uero colligit ex uerbis Aris. duas ꝑpositiones. Prima est, q; omnis motus aut est naturalis aut uiolentus. Sed dices contra. nam motus ignis in propria sphæra circularis est motus, & nõ naturalis neq; uiolentus. igitur suppositio falsa. propterea Auerroes supplet

Que Auer. cõmẽ. 67.

idest

A idest extra naturam: debet igitur suppositio intelligi sic. ꝙ omnis motus aut est naturalis, aut non naturalis, & tunc dico ꝙ motus cœli in propria sphæra est nō naturalis. Secunda suppositio est ꝙ omne ꝙ habet motum non naturalem, habet naturalem, tum primo ꝙ non naturale dicit respectu naturalis, tum quia ut Aristo. dixit uiolentum est posterius re naturali, ueluti priuatio posterior habitu. Addit Auerroes hanc secundam suppositionem negasse Auicennam, contra quem non uult disputare, quia satis de hac in libro cœli est disputatū, hæc Auer. His habitis, syllogizat sic. si nullus motus naturalis est, nullus motus uioletus est, per secundam suppositionem, sed nullus motus naturalis potest esse in uacuo, infinitoq; ipso: igitur nec uioletus minor declaratur in textu, quia omnis motus naturalis est aut sursum aut deorsum, in uacuo uero nihil sursum, nihil deorsum, atq; nihil in medio est. nam quemadmodum ipsius nihil, nulla est differentia prorsus: sic etiā nulla erit ipsius non entis. modo uacuum quoddam non ens est, atq; B priuatio quædam uidetur esse: sed ut diximus omnis latio differentiam aliquam subit, ut deorsum, aut sursum, ita ut differentiæ hæ etiam natura sint. & propterea epilogādo: inquit, igitur aut non est natura latio usq;, aut si ipsa sit, uacuum ipsum in rerum natura non erit. Hæc est rationis uis & forma, ꝗꝗ si Auerroem sequamur, textum in multos syllogismos resoluere possumus, quod cum non sit multum utile, prætermittimus.

An si uacuum eēt ibi posset esse motus naturalis. Vide Gradeī escu. lect. 2 huius.

An aial in uacuo posset moueri Vide Gradeī escu. lect. 9 h°.

T.68. Præterea nunc quidem mouentur ea, quæ propelluntur, propulsore non tangente, aut ob antiperistasim ut asserunt nonnulli. aut quia propulsus aer, motu pellit uelociore ꝗ sit ea latio, qua pulsum ipsum in proprium fertur locum. at in uacuo nihil horum esse potest. quo fit ut nulla sit in ipso latio, nisi ea qua aliquid uehitur.

Expositio.

C Secundo arguit simpliciter. nā ut Themistius inquit. ꝗuis uideatur ostensum ex eo, ꝙ naturalis motus in uacuo esse non potest uiolentum quoq; esse non posse seorsum tamen probat uiolentum nullo modo posse esse in uacuo. Ad cuius euidentiam animaduerte ꝙ duæ solebant assignari causæ motus proiectorū ab antiquis. prima ꝙ proiecta mouentur ob antiperistasim aeris medij, nam aer primus motus repercutit ad alium aerem, & ille ad alium, & sic usq; in finem. secunda est ꝙ aer qui continuus est, a propulsore uelocius pulsus uelocius impellit corpus proiectū modo sic sic, siue, sic, proiectio fieri non potest sine aere medio, at cū in uacuo nihil horū sit, ideo nulla potest esse in ipso latio, nisi ea qua aliquid uehitur ut per manus, aut humeros, aut per aliquid id genus. Animaduersione dignum ut dicemus in octauo ꝙ illa opinio de antiperistasi solet exponi ꝙ proiectum cum separatur a manu, exit uelocius ꝗ a suo loco, & tūc quia natura abhorret uacuū, aer existens retro, ad implendum uacuum, insequitur ipsum proiectum, & cum insequtur uelociter, attingendo ipsum D mouet ultra. Dicitur autem hæc græce antiperistasis siue retro percussio, quia aer exiēs mouet lapidem, & mouetur ab aere insequente. Obijciet huic Arist. in octauo huius, quia talis antiperistasis faceret cuncta moueri atq; moueri retro usq; ad cœlū. nam aerem primo sequentem alius insequeretur, & illum iterū alius, & sic usq; ad cœlū. Secūda positio est Arist. ꝙ aer motus mouet proiectū. Imaginatur enim, ꝙ projciens pellit proiectum, simulq; mouet aerem circūstantem cum eo, nam aer primo motus mouet pellendo proiectū, in aerem secundo loco subsequentem, simulq; & illum aerem, deinceps ille secundus aer motus pellit proiectum in tertio aere mouendo rursus illum tertium, & sic deinceps, cum autem aer motus tardius, ac tardius moueatur tandem est deuenire ita tarde motū ut non sufficiat alium mouere, neq; proiectum, & tunc cessat omnino motus. Sed an hæc positio sit uera, in octauo disputabitur. Nunc uero sufficiat scire nihil projice posse nisi, aut per antiperistasim, aut per aeris proiectionem, quorum nihil est in uacuo. Vnde Auerroes componit syllogismum E sic. motus uiolentus post separationem ab expellente fit aut successione aeris, aut uelocitate motus aeris. Sed in uacuo nihil horum est. igitur in uacuo non potest esse motus uiolentus. Auerroes uero exponit has duas positiones, ꝙ proiectū moueri ab aere potest intelligi. Vno modo per successionem ut quia succedit aer proiecto in eodem loco, & illi alius, & adhuc illi alius, & hæc fuit positio Platonis. Alio modo intelligendo proiectum moueri ab aere post expulsionem: quatenus defertur ab illo, qui sua forma naturali & sua leuitate natus est cōtinuare motum eum in locum, in quem directus erat. & hoc modo proiecto uidetur uti uectio quædam, quæ perdurat usq; in finem, ex eo, quia aer mouetur uelocius hoc est aptius ꝗ proiectum: quia mouetur à sua forma: proiectum ab extrinseco. Et hæc est positio Aristote. ut dicit Auerro. sed an ita sit, in octauo uidebitur.

Expō prię positio ꝙ ...

Cōfutatio

Pō Aristo.

Sylls.

Que Auer. cō. 68.

T.69. Præterea nemo dicere poterit cui id quod mouetur, alicubi stabit. cur enim hic potius ꝗ alibi. Quare aut stabit, aut in infinitum feratur necesse est, si F non ualentius quippiam impedierit.

Expositio Tertio arguit: & probat ꝙ dato uacuo destruitur quies naturalis: quia nemo dicere potest cur id quod mouetur alicubi stabit, cur enim hic potius ꝗ alibi. quare aut stabit omnino, aut in infinitum feratur necesse est, si non ualentius quippiam impedierit. Quam consequentiam Auerroes declarat, quia aut omne ubi est naturale illi corpori, aut nullum, cum nulla sit causa quare alterum sit naturale: alterū non. Si quodlibet est naturale, tunc corpus illud in quolibet illorum naturaliter quiescet. si uero nullum fuerit naturale: in quolibet eorum mouebitur naturaliter, & in nullo stabit, & ita aut semper mouetur, aut semper quiescet.

Declaratio Auer.

T.70. Adhuc nunc quidem in uacuo ex eo corpora ferri uidentur: quia cædit. at in uacuo res hæc omni ex parte similiter se habet. Quare omnem ad G partem ferentur.

Expositio. Quarto arguit per rationē sumptam ab hominem: nam fatentes corpora moueri in uacuo, ideo hoc asserunt: quia uacuum cædit: tunc arguit: sed uacuum omni ex parte potest cædere corpori moto. igitur omnem ad partem ferentur corpora, cuius contrariū determinat sensus. nam uidemus corpora determinata in loca determinata proficisci.

T.71. Deinceps & ex his quę dicemus id quod dictum est, perspicuum erit. idem enim pondus corpusue uelocius ferri, duas ob causas perpendimus. Aut differentia medii per quod fertur, ut si per aquam aut terram, aut aerem moueretur. Aut differentia eius quod fertur ob ponderis, aut leuitatis excessum, modo sint eadem cætera. atq; medium quidem per quod fertur, causa est propterea quod impedit maxime quidem si contra feratur. Minus uero si maneat. & magis si non est facile diuisile, quale est id quod crassius existit. H

Expositio. Nunc alia uia accepta ex parte uelocitatis et tarditatis idē nanciscitur, & primo sumit duas suppositiones: prima est ꝙ duæ sunt causæ uelocitatis, aut tarditatis, una quidē extrinseca, ut resistentia medij: altera uero intrinseca ut excessus potentiæ supra resistentia medij: & hoc inqt, deinceps & id quod dictum est perspicuum erit ex ijs, quę dicemus. & ita noua uia: quæ ut diximus sumitur ex parte uelocitatis & tarditatis. hæc est intentio. idem enim pondus corpusue uelocius ferri duas ob causas perpendimus. Aut differentia medii per quod fertur. ut si per aquam, aut terrā, aut aerem moueretur, & hæc causa dicitur ex parte resistētiæ extrinsece. Aut differētia eius ꝙ fertur ob pōderis, aut leuitatis excessum, mō sint eadem cætera. ut figura: & cæteris id genus, & hęc dicitur intrinseca, quatenus est exces-

I An simplice graue hēat resistētiam intrinsecā. Vide Albert. de saxo.q.9. huius.

sus potentiæ. Secunda suppositio est quod aliter est causa medium aliter pondus siue qualitas. nam medium est causa uelocitatis & tarditatis resistitiua, potius se tenens ex parte passi. at grauitas, & id genus est causa actiua potius se tenens ex parte agentis. Et hoc inquit. atque medium quidem per quod fertur, causa est propterea quod impedit. & ita est causa resistitiua se tenens. ex parte passi. istud tamen resistere non est eodem modo, nam maxime quidē resistit, si contra fertur ipsi rei motæ. ut de aqua quæ in flumine nauiculæ contra fertur. Minus uero resistit si maneat, & adhuc magis si manet, & non sit facile diuisibile, quale est id quod crassius existit. hæc est secunda suppositio.

Dubitatio

Solutio Themistii.

Sed dices in animalibus causa resistentiæ nō pōt esse medium, cum habeant intrinsecam resistentiā. Themistius ait suppositiones eiusmodi esse intelligendas in iis corporibus, quæ ꝙ de similaribus partibus componūtur, homogenea appellari diximus, quæq; ad alterum locum summum aut infimum mouentur. ecce, ꝙ de simplicibus aut homogeneis suppositiones sunt intelligendæ. Vtrum

K tamen uelocitas in motu sit penes excessum potētiæ ad suā resistentiam, an penes proportionem proportionum potētiarum ad suas resistentias, in septimo lib. disputabit.

Pondus igitur. a. per. b. quidem medium in tempore. c. fertur per. d. uero tenuius quidem illo, longitudine uero æquale in tempore. e. pro ratione impedientis corporis: sit enim. b. quidem aqua. d. uero aer. Quanto itaq; aer aqua est subtilior atq; tenuior, tanto uelocius. a. pōdus per. d. quàm per. b. fertur. habeat igitur rationem eandem ad uelocitatem uelocitas, qua distat aer ab aqua. Quare si in duplo sit aer aqua subtilior duplo in tempore per b. medium pertransibit ad id tempus in quo ꝑ medium. d. fertur. & c. tempus ad. e. tempus duplum

L erit, ita quoq; ut quanto subtilius est minusq; impediens ac facilius sectile id per quod transitio fit: tanto pondus. a. uelocius semper fertur. at uacuū nullam rationem habet qua ab ipso corpore excedatur, quemadmodum ipsum nihil ad numerum nam si quatuor uno quidem tria, pluribus uero duo: & pluribus etiam quam duo, unum excedūt. nullam sane rationem habent qua ipsum excedūt nihil. quippe cum id quod excedit in excessum ipsum, & id quod exceditur, diuidatur necesse sit. Quare ipsa quatuor erunt id quod excedunt, & nihil. quocirca neque linea punctum excellit, si nō ex punctis componatur. Similiter & nullam ad plenum rationem habere potest, quare neque etiam motus.

Expositio.

His sic cōstitutis, declarat primo ꝙ motus quo mouetur aliquod mobile in uacuo nulla est proportio ad motū quo


M idem mobile mouetur in pleno: nec temporis ad tempus, ita ut motus in uacuo non sit in tempore diuisibili, & syllogismus est. qualis est proportio medii ad medium in crassitudine & tenuitate, talis est proportio motus ad motum in uelocitate & tarditate, & temporis ad tempus in longitudine & breuitate: & hoc respectu eiusdem mobilis. Sed uacui ad plenum nulla est proportio in crassitudine, & tenuitate. igitur nec motus ad motum in uelocitate, & tarditate, nec temporis ad tempus in longitudine & breuitate, & hoc respectu eiusdem mobilis.

expō sylli

Maior debet intelligi in his corporibus: quæ mouentur propter resistentiam medii extrīsecam, ut sunt simplicia corpora. nam in animalibus, & eis quæ mouentur aut uoluntate. aut ab ipsa intrinseca resistentia non ualet. Amplius debet intelligi respectu eiusdem mobilis, nam possunt duo mobilia inæqualia moueri in duobus mediis æqualibus, ubi non qualis est mediorum proportio in tenuitate & crassitudine, talis est mo-

tuum & temporum illorum, ut omnibus constat. Quare N cum nulla sit motus in uacuo ad motum in pleno proportio, motus in uacuo factus, in non tempore fiet, aliter poterit esse proportio, quæ ratio docet uacuū ipsum potius tollere motum, quam dare, aut conferre ad ipsum. Animaduersione dignum Themistium intelligere maiorem etiam in mobilibus diuersis, sed seruata paritate cæterorum, ut figuræ & ponderis, cæterisque id genus, ubi enim sunt cætera paria, & sunt corpora quorum motus est successiuus pro ratione corporis impedientis hoc est ratione medii, ab extrinseco, sine dubio qualis est proportio mediorum penes crassum & tenuæ, talis motuum erit penes uelox, &


Expositio Themistii.




O.

Aqua

E. tempus.





P

Aer

tardum, & temporum penes longum & breue. Circa hāc rationem primo more geometræ ut syllogismus facilius habeatur terminos disponit, & inquit. pondus igitur. a. per. b. quidem medium fertur, & in tempore. c. & idem. a. per. d. tenuius quidem illo: longitudine uero æquale in tēpore. e. pro ratione & ꝓportione corporis medii impediētis, siue resistentis moueatur. ita ut. b. sit aqua per quam ipsum. a. fertur: & d. sit aer. hæc est terminorum constitutio. deinde sumit maiorem, & inquit quanto itaq; aer aqua est subtilior atq; tenuior, tanto uelocius. a. pondus per. d. ꝙ̄ per. b. fertur: habeat igitur rationem eandem ad uelocitatem uelocitas, qua distat aer in tenuitate ab aqua. quare si in duplo sit aer aqua subtilior, duplo in tēpore per. b. medium pertransibit ad id tempus in quo per medium. d. fertur, & c. tempus ad. e. tempus duplum erit ita quoq; ut ꝙ̄to subtilius est, minusq; impediens, ac facilius sectile, id ꝑ quod transitio fit: tanto pondus. a. uelocius fertur: est igitur maior. qualis est proportio medij ad medium in tenuitate: in qbus idem mobile mouetur, talis est motuum in uelocitate, & temporum in breuitate. hæc est maior, deinceps sumit minorem & inquit ac uacuum nullam rationem habet, quā ab ipso corpore excedatur, quemadmodū ipsum nihil ad numerū, nam si quatuor excedunt tria per unitatē & duo excedūt pluribus ꝙ̄ sit unum: ut per duo, & ipsum etiam unum excedunt pluribus ꝙ̄ sint duo, utpote per tria: nullam profecto rationem habent: qua ipsum nihil excedunt, & qua ipsum nihil ab illis excedatur, cuius causam subscribit C

A subscripsit dicens, quippe cũ id q excedit. in excessum ipsum, & id q excitat diuiduat necesse sit. uerbi causa, qtuor cum excedant duo in duobus, diuiduntur in duo excessa, et duo quibus excedunt. ideo infert, quare ipsa quatuor erunt id quod excedunt & nihil: quocirca neq; pũctum linea excedit, si non ex punctis componatur tandem dat conclusionem: & inquit. similiter & nullam ad plenum rationem habere potest: quare neque etiam motus. Hic est syllogismus totus.

Cõ.71. Hæc est alia demonstratio, uolo exponere commentum more nostro solito in commentis in quibus aliquid fructus habetur, ideo Auerroes duo facit, primo exponit textum, secundo ibi, Auempace autem. digreditur. prima pars commenti ex declaratione textus est perspicua, restat igitur secunda.

Digressio B Auempace autẽ. Hæc est secunda pars commenti ubi digredi incipit oritur autem digressio contra maiorem. nam Auempace inquit. non sequi ut proportio motus eiusdẽ lapidis in aqua ad motũ eius in aere sit sicut proportio spissitudinis aquæ ad spissitudinem aeris: nisi motus lapidis esset in tempore propter hoc quod mouetur in medio: hoc est nisi successio in motu attenderetur penes resistentiam medij. uult igit Auempace maiorem nõ habere locum nisi supponendo successionem motus esse à resistentia medii. huic obiicit Auempace, quia hoc dato motus non esset successiuus nisi propter medium resistens siue impediens, medium enim uidetur impedire rem motam. Modo hoc cõfutat per instantiam in motu cœli, hic est successiuus & in tempore: & non propter medium resistens, aut impediens & ita maior est falsa omnino.

C Et dicit. Posita quæstione Auempaces nunc narrat eius positionem ubi debes scire Auempacem tenuisse duas tarditates. alteram ex parte limitate uirtutis eius quod mouetur, quam naturalem uocat, quia consequitur uirtutem ac formam rei quæ mouetur, & hanc seruat mobile ipsum tã in uacuo q in pleno. Alteram accidentalem ex parte medii extrinseci, & hæc accidentalis est, quia accidit mobili ex parte medii, in quo mouetur: & hæc est per accidens uariabilis penes media ipsa in quibus mobile mouet. uult igitur Auempace Aristo. uoluisse propositionem mediorũ in tenuitate esse ad proportionem motuum in uelocitate & tarditate accidentalibus, & non naturalibus, qua ratione teneri potest in uacuo esse motũ, ut expositores, & multi latinorum opinantur.

D Et hæc sunt uerba eius, nunc narrat uerba ipsius Auempaces ut eius narratio sit fidelior, ubi narrando eius positionem duas tangit rationes contra maiorem: tum de motu cœli, ubi patet ipsum esse in tempore, & successiuum, & tamen non esse ob medij impedientis. aut resistentis, tum quia motus naturales essent uiolenti, quoniam esset successiui propter corpus impediens, quare uiolenti. pro intellectu uerborum debes scire de motibus cœlorum q aliquis est tardissimus ut motus stellarum fixarum, nam stellæ fixæ apud obseruationẽ Ptolomæi in libro magnę constructionis mouent in centũ annis gradu uno, & ita. 36. millibus annorũ peragrant totum circulũ. Aliquis est uelocissimus, ut motus diurnus uniuersi in uigintiquatuor horis semel. Alij inter hoc sunt medioeres, & hoc (ut dicit) non est nisi propter distantiam atq; gradus motorum in nobilitate ex uirtute: nam qui nobilior est: uelocius mouet. qui uero ignobilior tardius. Hæc colligũtur ex uerbis eius.

Et si hoc quod dicit. Obiicit autem nunc Auerro. contra Auempacem per impossibile sic. si pportio motus ad motum in uelocitate, non est per proportione mediorum in subtilitate, absolute, sed solum de uelocitate accidẽtali, tũc posset esse in uacuo motus uelox & tardus uelocitate & tarditate naturali. nam sublatis medijs adhuc remaneret ratio intrinseca, quam tenuit Auempace, & ita adhuc restat motus temporarius, & non subitarius.

An pportio uelocitatis unius Nos autem. Auerroes nunc respondet aliter, & uult totã causam successiõis & uelocitatum motuum esse penes mediorum tenuitatem & crassitudinem, nititur autem ad hoc rationibus primo, quia diuersorum effectuum causæ sunt diuersæ, sed æqualis proportio mediorum in tenuitate cæteris paribus uidelicet figura, declinatione idest grauitate aut leuitate, & magnitudine est causa æqualitatis motuũ in uelocitate. igitur differentia mediorum cæteris etiã paribus est causa diuersitatis motuum in uelocitate, ut enim æqlitas ad æqualitatẽ, ita differentia ad differentiam. nam cõtrariæ causæ arguunt effectus contrarios.

E motus ad uelocitatẽ alteri motus scd'm pportionem medii ad medium in spissitudie & tenuitate Vide Iã. q.12. hui⁹.

Et istæ propositiones. Colligit propositiones in quibus consistit tota rationis uis, & sunt duę. Prima est quod quãdo sunt duo mota æqualia in grauitate & leuitate, figura, & magnitudine, & mouentur inæquali aut uno medio, motus eorum sunt æquales in uelocitate, & tarditate, & q utrunq; pertransit æquale spatium in tempore æquali. Secunda propositio est q cæteris paribus, cũ media sunt diuersa in tenuitate motus eorum diuersantur differentia proportionali. Hæ enim propositiones sese inferunt, ut diximus iam pauloante.

F Et uniuersaliter manifestum est. Colligit ex his causam diuersitatis motuum & æqualitatis in uelocitate & tarditate, & uult q sit diuersitas & æqualitas proportionis motoris ad rem motam, nam cum fuerint duo motores, & duo mota, & proportio unius motoris ad suum motum. est ut pportio alterius motoris ad suum motum: tales motus q ab illis proficiscuntur erunt æquales in uelocitate, & si proportiones erunt inæquales & diuersæ, etiam motus erunt inæquales & diuersi in uelocitate & tarditate. Et hęc regula habet locũ in omnibus tam in corporibus simplicibus, q mixtis, licet non eodem modo, nam in simplicibus resistentia rei motæ est extrinseca, utpote ratione medij, quod se tenet ex parte rei mote, ut dicemus. in mixtis uero resistẽtia est intrinseca, & non ex parte medij, sed ex parte rei in actu, quæ est alia a re quæ mouet. diuiditur enim oẽ mixtũ in motorem in actu & motum in actu simplex uero minime. propterea in simplicibus id quod est loco rei motæ, est medium extrinsecum resistens. hinc patet esse resistẽtiam interdum ex parte medij tantum ut in simplicibus, interdum ex parte mobilis tantum. ut in cœlis, quæ mouentur propter resistentiam mobilis solum, ut dicemus, interdum ex parte medij & mobilis, ut in mixtis & animalibus, ubi resistentia est, tum ratione medij, tum ratione rei quæ mouetur in actu. & ita Auerroes per rem motam intelligit totum resistens quicquid sit illud.

G Et hoc idem est. Declarat in uiolentis penes quid attenditur æqualitas & inæqualitas motuum: & inquit: esse idẽ in uiolentis ut in naturalibus, sed non eodem modo penitus: nam in naturalibus æqualitas, & diuersitas uelocitatum neq; est penes resistens tantum, neq; penes potentiã motoris tantum, sed penes æqualitatem aut diuersitatem proportionum potentiarũ ad suas resistentias, quæcunq; sint illę. at in uiolentis ęqualitas & diuersitas uelocitatum sunt penes ęqualitatem, & diuersitatem mediorum resistẽtium aut impedientium, quoniam tales motus non sunt ab inclinatione intrinseca: sed penitus extrinsece procedũt. H propterea inquit. ut in naturalibus non sequitur ęqualitas uelocitatum ad æqualitatem potentiarum tantum quando proportio diuersatur, ita nec in uiolentis potest esse æqualitas quando media diuersantur. eo quia diuersatur mediorum proportio. ecce igitur q in uiolentis æqualitas & inæqualitas sunt solum propter æqualitatem: & in æqualitatẽ mediorum. Sed dices tunc eadem uelocitate mouebitur. a. mobile uiolenter in aere eodem ab. b. uirtute &. a. c. quod est falsum, posito q sint inæquales. Propterea dixit Auer. q potentijs in motibus uiolentis existentibus partibus æqualitas & diuersitas erunt ex parte mediorum. at in motibus naturalibus erunt propter proportionum æqualitatem aut diuersitatem, quam potentiæ hunc ad mota. nam in naturalibus motus sunt ab intrinseca inclinatione, in uiolentis uero minime. Hæc Auerr. in hac ratione ad fructũ adiecit. In quibus apparet tam in mo-

Solutio


Cõis regula.

I tibus naturalibus & uiolentis ꝙ talis est proportio motus ad motum i uelocitate qualis motoris ad rem motam hoc est potentiarum mouentium ad suas resistentias, ueru͂ est aliqua differentia, nam in uiolentis resistens est impediēs, propterea est in illis æqualitas diuersitas propter diuersitatem proportionis impedientium, at in naturalibus resistens non est in impediens, sed resistens tantum absque impedimento, quæ ratio docet naturales motus esse successiuos ob resistentiam, & non ob impedientiam, quod Auempace ignorat.


Et si hoc esset. Hæc est secunda ratio contra Auempacē, ubi debes scire ꝙ Arist. in fine septimi physicorum, ponit hanc regulam, ꝙ cum aliquod mouens mouerit aliquod corpus per aliquod spatium in aliquo tempore, idem mouens mouebit medietatem illius corporis: hoc est medietatem resistentiæ illius corporis per idem spatium in medietate illius temporis. hæc regula nunc supponatur tanꝗ
K uera, quia in septimo disputabitur. Arguit modo Auer. ꝙ data positione Auempaces uidelicet proportio medioru͂ in tenuitate arguat proportionem uelocitatum & tarditatum accidentalium, tunc illa regula esset falsa simpliciter, hoc est non uniuersaliter & in omnibus uera esset, nam esset tantum uera in tarditate & uelocitate accidentalibus, quæ ipsi motui competunt merito medij resistentis, & nō in ipsis motibus absolute respectu omnium. ubi enim nullum esset medium resistens, nulla posset assignari proportio inter potentias motiuas respectu resistentiarum, & ita neq; ipsorum motuum: ita quare regula non fuisset uniuersalis in omnibus, cuius contrarium est uerum, quia in libris physi. traduntur regulæ uniuersale in omnibus, uis igitur huius rationis est ꝙ regula septimi physi. esset de uelocitate & tarditate ipsa, & non de motibus absolute, & respectu omnis spatij.

An in motu grauiū & leuium regnat mediū resistēs. Vide Alb de saxo. q. 10. h°

Et causa istius erroris. Nunc uult confutare motiuū Auēpaces, & primo narrat ipsum, ubi debes scire ꝙ Auempace
L fundabatur in duobus. Primum erat ꝙ tarditas & uelocitas sint additio & diminutio motuum, tarditas quidem



M



diminutio, uelocitas uero additio, sicut linea quæ additur lineæ, & diminuitur ab ea. Verbigratia, sit unus motus supra spatium. a. b. in hora: uelocitas erit motus super spatiū a. b. c. in eadem hora. ita ut b. c. habeatur tanquā uelocitas. N
Tarditas uero est, ut si aliquod mobile moueatur in hora spatio. d. e. aliud uero debilius supra spatium. d. f. ita ut tarditas sit hæc diminutio. e. f. hoc est primum. Secūdum est ꝙ proportio mediorum resistentium est qualis est uelocitatum & tarditatum, quæ adduntur, & non qualis illa motuum: qui præsupponebantur penes proportionem motorum ad mobilia circūscriptis medijs. Hi enim motus præsuppositi, motus naturales siue sensiles ab Auerro. appellantur. ita ut sint tres motus. unus naturalis siue sensilis, quod est propter proportionem motoris ad mobile nulla habita ratione ad medium. Alius est diminutio quæ consurgit a resistentia medij alia est uelocitas, quæ additur ab excessu potentiæ nulla ratione habita ad medium. hæc enim consurgit propterea, quia potentiæ, quæ mouet mobile nulla ratione habita ad medium crescit ad duplum, aut triplum, aut ad aliquam proportionem Qua ratione euenit ut possit esse quartus motus aggregatus ex naturali, & additio. Ex ijs arguebat Auempace cum resistentia mediorum sit causa tarditatis accidentalis, sequitur ut proportio mediorum non sit causa proportionis motuum, sed tarditatum accidentalium. O

Quoniam quando. Secundo arguebat sic. si qualis est ꝓportio medij, ad medium in raritate & densitate, talis est ꝓportio motus ad motum in uelocitate. & tarditate: igitur qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam: talis erit motus sensilis ad motum sensilē, patet consequentia, quia uno arguitur cōuertibili ad reliquum: nā resistentia & medium conuertuntur. similiter & motus, & motus sensilis, & intelligo per motum sensilem totum motum, qui percipitur à sensu in actu. destruit Auempace consequens isto modo, nam si qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam talis est proportio motus sensilis ad motum sensilem, P & qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam talis est proportio tarditatis ad tarditatē ut dictum est. igitur qualis est proportio tarditatis ad tarditatem, talis erit proportio motus sensilis ad motum sensilem, sed tarditas est motus diminutus a naturali motu. igitur qualis est proportio diminuti ad diminutum, talis erit remanentis ad remanēs hoc consequens est falsum. igitur aliqua pars antecedentis erit falsa, sed nō illa tarditas est motus diminutus a motu naturali, neq; illa, qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam talis est proportio tarditatis ad tarditatem. igitur illa est falsa. qualis est proportio resistentiæ ad resistētiam talis est motus sensilis ad motum sensilem, quod est propositum ipsius Auempa. quod uero illud sit falsum uidelicet qualis est proportio diminuti ad diminutum talis est remanentis ad remanens, patet in numeris & magnitudinibus. Sint enim. a. b. duo numeri aut magnitudines æquales ambe uidelicet ut quatuor, & ab ipso. a. diminuatur unum, ab ipso uero. b. duo, patet tunc ꝙ non qualis est proportio diminuti ad diminutum talis est remanētis ad remanens. nam diminuti ad diminutum proportio est dupla, remanentis uero ad remanens sexquialtera, simili ratione et de additione deduci potest. Q

a 4 / 1 / 3 — b 4 / 2 / 2

Sed differūt. Respōdet Auer. ad rationē hanc ipsius Auēpa. & negat similitudinem, nam quando ex quātitate mathematica diminuitur aliqua quantitas in actu remanet residuum quantitatis in actu, sed quando a motu naturali demitur quicquam, tunc motus naturalis non remanet nisi in potentia, & non in actu: & ita non est simile. hæc responsio potest intelligi uno modo, ꝙ dissimilitudo est quantum ad hoc, ꝙ facta diminutiōe ab ipsa quātitate residuū manet in actu permanētiæ, sed facta diminutione a motu remanet residuum in potestate, quia non ꝑmanens, sed in fieri, & ita similitudo nulla. Aut potest intelligi ꝙ s'm Auēpacem motus mere naturalis esse non potest nisi in uacuo in actu, in medio uero resistenti semper est uiolentus actu, & natural is

A & naturalis potestate: quatenus continetur in illo, & tunc patet dissimilitudo.

Ergo tunc motus. Soluta quæstione: arguit contra Auempacem, quia data hac sua imaginatione omnis motus sensilis, quem uidemus in elementis, esset uiolentus, & non naturalis, quia omnis talis esset propter resistentiam medij impedientis, & ita uiolentus, & ita in solo uacuo posset esse motus mere naturalis: ubi nullum est impediens.

Verumtamen dicimus. Respondet tacitæ obiectioni. posset enim quæri, utrum qualis est proportio medij impedientis ad medium impediens: talis sit tarditatis ad tarditatem: respondet ꝙ sic, sed non est extimandum tarditatem ipsam esse motum additum motui naturali: nam naturalis est tardus & uelox: etiam uti uiolentus: immo omnis motus est sua tarditas.

Et ista quæstio. Nunc explanat qualis sit quæstio ipsius
B Auempaces, & inquit eam esse sophisticam: quatenus peccat in loco à simili: est tamen (ut dicit) difficilis, quia est per locum à commutata proportione: cum enim motus assimiletur lineæ uidetur ꝙ illud quod lineæ accidit: motui etiã contingat, & ita est difficilis solutionis.

Declaratum est igitur. Epilogat omnia declarata, & sunt duo. Primum ꝙ proportio impedientis ad impediens est, qualis est motuum absolute, & non tarditatum additarum. Secundum est, ꝙ hoc est uerum tam in naturalibus motibus quàm uiolentis: licet sit differentia: nam in naturalibus proportio motuum est secundum proportionem mediorũ non quidem impedientium, sed resistentium. In uiolentis secundum proportionem mediorum impedientium. Sed non eodem modo in naturalibus mixtorum & simplicium: nã in naturalibus mixtorum proportio motuũ est secũdum ꝓportionem potentiarum ad sua mobilia etiã: in simplicibus ad suas resistentias: siue extrinsecas: siue intrinsecas.

Sed quæret aliquis. Sed circa dicta mouet Auer. quæstio-
C nem, quia licet concedatur esse talem motuũ proportionẽ, qualis est mediorũ, adhuc non sequitur in uacuo motũ esse in non tẽpore, quia põt esse aliquod quod mouet̃ in uacuo per resistentiam intrinsecam, non quidem ex parte medij, sed ipsius mobilis, & ita ablata oĩ resistẽtia medij, & remanẽte illa mobilis, poterit adhuc motus eẽ in uacuo in tp̃e.

Et ad hoc est. Respondet breuiter regulam illam habere locum in corporibus simplicibus, ubi omnis resistentia est ex parte medij: non aũt in animalibus aut mixtis, ubi est ẽt resistentia intrinseca: circa hanc responsionẽ. Primo sumit unum ꝙ motus corporũ simplicium mediantibus aqua & aere non sunt motus impediti à medio: ita ut medium habeat rõnem impedientis: tum primo, quia tales motus naturales non essent sine medio: tum secundo, quia in solo uacuo essent motus naturales, qa solo illo est ablatio medij.

Et causa in hoc est. Reddit nunc cãm quare talia mota indigent medio: ex eo quia res mota debet habere cũ motorẽ aliquã resistentiam: qua potentia motoris excedat potentiã
D illius, & hoc est uerum ẽt in motibus naturalibus. nam si non esset talis resistentia: tunc quilibet motor posset mouere quodlibet corpus indifferenter. igitur in motis simplicibus necessaria est hęc resistentia, & cum non ex parte intrinseca, ut dicetur. igitur propter medium.

Et ꝓpter diuersitatẽ. Nunc per hoc suppositũ uerificat tria. primum ꝙ per talẽ resistentiam non impeditiuã, sed ꝓmotiuam, quæ est inter motorem & rẽ motam simpliciter & uniuersaliter: diuersant̃ motus corporum cœlestiũ in uelocitate & tarditate. Cœlum enim suo motori resistit non impediendo, sed promouendo: siue continendo.

Et per hanc. Secundum est ꝙ per talẽ resistentiam motor non mouet rẽ motã: nisi quãdo potentia eius excedit potẽtiam rei motæ: nã res mota aliqua ex parte est similis motori, aliqua ex parte dissimilis. q̃ dissimilitudo est cã resistẽtiæ & successionis, & ita ipsum resistens non est impediens ne motus fiat, sed ne motus fiat subito. Cœlum enim non resistit motori ne motus fiat, sed ne motus fiat subito.

Et hoc est intelligendum. Tertium est uerificatio dicti ipsius Auempaces, ait in corporibus cœlestibus unum motorem esse altero nobiliorem. intelligit. n. unum motorem eẽ plus excedẽtẽ suũ mobile alio, & ita uelocius mouet alio. E

Et manifestum est. His uerificatis declarat nũc in quibus inuenitur hæc resistentia intrinseca, & in quibus non, & uult illam reperiri uniuersaliter in his: quorum mouens & res mota sunt actu distincta, ut in cœlis, & animalibus. In cœlo enim res mouens est anima, quę est res actu: res mota est ipsum cœlum, quod est res actu alia ab anima, & in animalibus similiter. In rebus uero simplicibus non reperitur ut in elementis, quia in illis motor est forma: res mota est materia. modo materia non est res actu resistens ipsi formæ. Sed dices Auerro. 8. huius. commen. 4. &. 30. &. 3. cœli. ait formam esse motorem & motum. hic dicit materiam esse rem motam. Dici potest quòd in elementis secundum Auerro. id quod mouet ut quod est ipsum totum: id quod mouet ut quo est ipsa forma. Id uero quod mouetur ut quod est ipsum elementum cum medio. hoc enim totum habet rationem totius mobilis resistentis in actu. id quo mouetur remote est potentia & ipsa materia, quæ est prima radix passionis. Id uero quo mouetur propinque est forma: nam oportet motorem & rem motam esse aliquo modo in actu, & sic tollitur contradictio. F

Et quia hæc. Nunc respondet ad formam quæstionis, & uult dictum Aristo. esse intelligendum in ĳs quæ mouentur per resistentiam extrinsecam hoc est in corporibus simplicibus. cum enim illa simplicia non diuidantur inter motorem & rem motam in actu: ideo impossibile est ea moueri sine medio, & hoc confirmat authoritate Aristo. in. 8. ubi ait animalia & corpora cœlestia moueri à seipsis: elementa uero & simplicia corpora ab alio, quia ad eorũ motum concurrit medium.

Si igitur. Probat hanc responsionem: nam si hæc corpora ut elementa mouerentur sine medio: tunc nulla esset resistentia inter motorem & rem motam: immo nihil moueretur, & si hoc esset: nihil moueretur in tempore, sed subito, demeretur enim omnis resistentia tam intrinseca, quã extrinseca, & ut dico in elementis. ita in cæteris quæ mouentur motu simplici. G

Ex hoc igitur. Tunc uerificat enthymema Aristo. intulit enim si corpora simplicia mouerentur in uacuo: tunc illa motu indiuisibili & in tempore indiuisibili mouerentur: hoc enim ideo patet, quia in motu elementorum, qui in uacuo fieret omnis dempta esset resistentia, & intrinseca, & extrinseca.

Et ponendo hæc corpora. Remouet cauillum Auempac. dicebat enim medium impedit. igitur motus elementorũ est uiolentus. Respondet negando consequentiam, quia impedit resistendo hoc est à motu subito: non autẽ à motu ipso. propterea sunt motus elementorum naturales, & ita falsum est elementa moueri à seipsis: ueluti mouent̃ animalia & cœli. hæc ad formam quæstionis. Ex hac Auer. solutione habetur ꝙ aliquid põt impedire bifariam, aut à motu, aut à termino motus medium in motu grauium impedit non quidem à motu, sed à termino motus: cum non q̃ cito aliquid moueri incipit: tã cito sit in termino motus. at in motu uiolento impedit mediũ tam motum q̃ terminum motus. Vlterius sequit̃ ꝙ in motu animali est duplex resistens: intrinsecum quidẽ ipsum uidelicet corpus distinctũ ab anima. extrinsecum uero aer uel aqua, quæ rõ docẽs est totum resistens esse corpus cũ medio. in motu uero elementorũ unum tantum resistens uidelicet mediũ: nã nihil est in elementis pręter materiam & formam resistens nisi mediũ. Qua rõne euenit oẽm motum esse naturalẽ in elementis, qui est secundum inclinationẽ. licet. n. aliquis eorum motus sit tardior altero oẽs sunt æque naturales, quoniam omnis successio est rõne medij, & per cõsequens est æque naturalis in medio: siue sit spissius: siue rarius. Vnde motus lapidis in aere est æque naturalis: sicut ille eiusdẽ in aqua: licet ille in aqua sit tardior, quoniam motus hic naturalitatem nanciscitur ab inclinatione & medio.

I Auempace igitur. Epilogat in opione Auēpa. & dicit primo ꝙ Auēpa. fecit dubitare in duobus. Primo quia dixit ꝓportionem motuum non esse secundum proportionē mediorum. Secundo. quia motus elementorum in pleno: cum sint impediti: sunt uiolenti. Dicit secundo laudando ipsum nullū pertigisse ad has qōnes, qa cæteris erat ingeniosior. Dicit tertio se accepisse qōnes has non à libro Auēpaces, sed à folio extra scripto. Hæc Auerroes.

An successio i motu grauium & leuiū, pueniat uꝛ causeī ex resistentia medij. Vide Iāda. q. 3. huius.

Nos aūt. Nunc inuestigat ueras cās successionis & uerificat rōnem Arist. ꝓpterea tria facit. primo supponit quædā. secundo infert ea in quibus successio est rōne medij, & ea in quibus non est. tertio uerificat rōnē Arist. de primo supponit inter motorē & rē motā esse semper aliquā resistētiā. primo quia res quæ mouet: mouet quatenus contraria, res q̄ mouet̄: mouet̄ quatenus similis, ut dictū est. secundo quia omnis motus est secundum excessum potentiæ motiuæ ad suā resistētiā. igit̄ in omni motu oportet intelligere resistēs.

K tertio quia motus differūt in uelocitate & tarditate pœnes drīam ꝓportionū potentiarū motiuarū ad suas resistētias. ubi eni nulla esset resistentia: omnes motus essent æquales.

Et ista resistentia. Supponit secundo ꝙ resistentia esse pōt aut ex parte moti tm̄ ut in animalibus & cœlo. nam in his motū est res actu resistens & distincta à motore, aut erit ex ipso medio in quo mouet̄ tm̄, ut in motu elementorum: in quibus res mota non est actu resistens, & alia ab ipso motore, aut erit ex parte rei motæ & ipsius medij, ut in animalibus quæ mouentur in aqua.

Illa igit̄ in qbus. Tunc declarat secundū uidelicet, q̄ mota indigent medio, & q̄ non, & uult uꝛ ea mota non egere medio q̄ diuidunt̄ in motorē & motū in actu ut animalia, & hæc si egent, est ꝑ accidens, quæ uero non diuidunt̄ in motorē & rē motā in actu: hæc omnino indigent medio, ut

L sunt corpora grauia, & leuia. hoc probat primo, quia si nō indigerent medio: mouerentur in non tpe, qa nihil est illic in actu qđ resistat motori. Secundo si mediū nō requireret̄, esset qa faceret illa uiolenter moueri: hoc est falsum, qa illa semꝑ mouerētur motu uiolento: cū semꝑ essent impedita, & ita cum non detur uacuum in quo naturali motu mouerentur: semper mouerentur uiolenter.

Quæstiōes Prima qō. Vide can. q. 4. huius, artic. 2. Vide Iād. q. ii. huius. Vide & albert. de fa xo q. ii. & Bur. hic. Et Gaetan, de Thie. q. 2. huius. Quid de rigore phys. Prima pō.

Et iō contingit. Tertio nunc uerificat rōnē Aris. intulit. n. Arist. si eſnta mouerētur in uacuo: illa in non tpe mouerentur. hæc itaq; rō patet. Primo quia in uacuo nulla esset resistentia nec intrinseca: nec extrinseca. Secundo. quia si mouerētur in uacuo: omnia æque uelociter mouerētur in illo, & ita graue & minus graue æque uelociter mouerent̄. non igitur recte dixit Auēpace eſnta dicens moueri naturalꝛ sine medio & ꝑternaturalꝛ cū medio. Hæc sunt, q̄ ex cōmēto colliguntur. Quærunt hic iuniores. Primo. utrū si uacuū esset, aliquod corporū simpliciū moueret̄ in ipso. In ista qōne secus est dicendū de rigore logico, secus de rigore physico. De rigore. n. logico ambæ sunt falsę uidelicet, si uacuum est, simplex moueret̄ in ipso, & si uacuū est, simplex nō moueretur in ipso, patet, quia stat intelligere antecedentia sine consequētibus. Pōt. n. intelligi uacuū esse, & nullū simplex moueri, qa pōt intelligi nullū simplex esse. Silꝛ pōt intelligi uacuū esse, & simplex moueri in ipso. dato ꝙ uni simplici ut graui descendenti alligetur. leue resistenti. qua rōne fit ut

M ambæ sint falsæ. hæc de rigore logico. De rigore physico sunt duæ pōnes, una latinorū quā acceperunt ab Auēpac. ꝙ corpus simplex graue uidelicet, aut leue si poneretur in uacuo posset in illo moueri: hanc ꝓbant captiunculatores sic, ponatur unū graue in concauo orbis lunæ, & intelligat̄ totū hoc spatium uacuū & incipiat moueri in hoc instanti quod est præsens, tunc petunt, aut in hoc instanti in quo incipit moueri: erit in centro, aut in alio atq; alio. nō in hoc instanti in quo incipit, quia tunc in uno & eodem instanti esset sursum & deorsum, quod intelligi non pōt, si in alia, aut mediato, aut immediato, non in instanti immediato, qa nullū instans est immediatū instanti. igitur in alio mediato in alio mediato. igitur in tpe, qm̄ inter quæcunq; duo instantia mediat tps, & ita motus erit in tpe. Hoc. n. argumētum sorticolæ satis magnifaciunt. Sed unde sit motus eius successio, sunt uariæ imaginationes. Latinorum quidam successionis cām asserunt esse limitationē cuiusq; agentis naturalis: cum. n. omne agens naturale sit limitatum ad certū uelocitatis gradū: hunc seruabit ēt quacunq; extrinseca resistentia circūscripta, quæ rō docet hanc agentis naturalis cuiusq; limitationē esse loco resistentiæ intrinsecę, & quia hęc sequitur multitudinem formæ: ideo quæ sunt grauiora uelocius mouerentur. Hanc ēt positionem ad uerbum ut uidistis recitauit Auer. de mente sui præceptoris Auempaces. N

De causis successiōis iuxta primā pōnem Prima pō.

Cōfutatio

Sed hæc positio friuola est. Primo. quia tunc omne agens naturale ageret successiue, quoniā quodlibet est limitatum, & ita luminosum lumen in medio successiue ageret, & uisile radium in oculo. stellæ quoq; maiores citius mediū illuminarent, q̄ minores. Secundo. quia tunc tolleretur omnis subita mutatio. Cuius oppositū uidebimus, ex eo quia omne agens naturale esset limitatū. posset ēt argui alijs rationibus, quas omittimus, quia nos ueritatē tradimus, falsas opiniones innuimus. Alij causam illius successionis asserunt incompossibilitatem terminorum. Propterea. quia impossibile est idem simul esse in termino ē quo & in termino ad quem. Sed hæc positio est impossibilis. Primo. quia æque uelociter magis graue & minus graue mouerentur in uacuo, quia incompossibilitas terminorum est æqualis in utrisq;. Secundo tunc graue simplex moueretur infinite uelociter in medio illo uacuo: nā illa incompossibilitas pōt saluari in duplo gradu uelocitatis & in triplo, & quadruplo, & sic in infinitum. Tertio quia uelocitas est secundum proportionē potentiæ ad resistentiā per regulas septimi huius. at potentiæ grauis ad talē terminorum incompossibilitatē nulla est proportio, ut omnibus patet. Quarto qa consimilis incompossibilitas deberet esse sufficiens in alteratione & illuminatione, & ita illuminatio esset successiua, & alteratio pœnes incompossibilitatē augeretur & decresceret. Quinto. tunc motus naturalis non intenderetur in fine, quoniā semper est à principio ad finē similis terminorum incompossibilitas. Sexto. tunc motor ēt infinite uirtutis non posset mouere in instanti, quia nullus talis posset facere contradictionem pro uno instanti. Quare hæc positio uidetur impossibilis: hæc sufficiant contra hanc positionē. Sorticolæ causam successionis motus grauis aut leuis in uacuo asserunt ab impedimento partium eius grauis, quod mouetur. Imaginantur enim ꝙ quælibet pars grauis inclinatur descendere per lineā breuissimā, & cū solum per talē descendat pars media: iō impedit laterales partes, & iō per tale partiū impedimentū inuicē simplicia successiue mouentur ēt resistentia medij circunscripta. Sed hæc positio puerilis est. primò, quia tunc grauius tardius descenderet, qa in corpore magno plures partes sunt inuicē resistentes. secundo tunc decē lapides coniuncti descenderent tardius: q̄ unus eorū, quia mutuo se impedirent. tertio una pars illius nō mouetur contra aliā. igit̄ una aliā non impedit. Brixius sophista cām ex alio nanciscit̄: ait. n. esse possibile unū graue diuidi secūdū latitudinē: ita ut partes iferiores sint tenuiores, sūpiores spissiores, & cū illę ptes tenuiores minus appareant descendere, aut non tanta uelocitate quanta partes superiores: hinc illæ resistunt, qua ratione esset motus successio. Sed hæc positio nihil est, quoniā totum illud descenderet ut medium eius fieret medium mūdi, & ad hoc omnes illæ partes tendunt. igitur nulla impediret. propter hæc non recedamus à Themistio: Alexandro: Simplicio, & ab Auerro. qui tanta dixit hac in re. Dicunt enim successionem esse aliquādo pœnitus extra, ut in simplicibus corporibus à medio aere uel aqua aliquando pœnitus intra, ut si esset uacuum, & mixtum cuius una pars leuis esset, & altera grauis in illo moueretur. aliquando utroq; modo, ut animalia quæ mouentur in aere aut aqua. Ex hoc sequitur ut dixit Auerro. simplex moueri in non tempore in uacuo, quia est ablata omnis resistentia intrinseca quidem; quia nec materia: nec forma resistit, extrinseca uero, quia nihil est in uacuo. Sed dubium est quid Auerro. ubiq; & hic uelit

O Scotus. 2. sē. d. 2. q. 9

Cōfutatio

P

Dulmēdis Positio. Vide noia les uel terministe.


Cōfutatio

Positio Brixii sophiste.

Cōfutatio Q

Dubita

A Pō rudes uelit intelligere per moueri in non tempore. Rudes intelligunt per non tempus illud quod græci nync: latini nunc uocant, quod est momentum in tempore, & errant, quia ex minus impossibili non sequit̃ magis impossibile. Esse Prīa expō enim uacuū est imaginabile, sed motū in nunc temporis est contra imaginationē. Propterea intelligendū est p̄ non tēpus infinitū paruū tēpus, & per motū in non tēpore infinite uelociter motū, quod iō peripatetici uocant nō tēpus, quia non est signabile. Tunc ad rōnē patet solō: concedo casum ꝙ aliquod incipiat moueri in hoc instanti quod est præsens p̄ remotionē de præsenti, & ꝙ imediate post hoc in aliquo instanti erit ad centrū, & tunc non sequit̃ in aliq̄ instanti esse ad centrū, quia ut sorticolæ dicunt: mutat̃ suppositio, aut ut peripatetice loquar: in aliquo instanti indeterminato erit ad centrū, & in nullo determinato, & ita sequ- Replica tur in non tēpore, quia in infinito paruo tēpore. Et si dices post hoc erit ad centrū. igit̃ aut in hoc aut in alio erit ad centrū: non in hoc. igit̃ in alio, & arguat̃ ut prius, aut mediato Responsio B uel immediato. Dici pōt cōcedendo post hoc fore ad centrū, & in aliquo instanti, sed in nullo determinate, & in aliquo indeterminate, aut ut sorticolæ dicunt: in infinite huic ꝓximiori aliquo: in nullo tñ infinite huic ꝓximiori. Hęc de hac prima qōne. Secūda qō Prima pō. q ii. huius. Vide etiā Bur. hic Consequenter quærunt utrū mixtū possit moueri in uacuo. Ioannes gandauensis rñdet ꝙ posito impossibili sequit̃ quodlibet. i. utrunq; contradictoriū, & cū uacuū esse sit omnino impoſe pp̄ tot rōnes Arist. iure ex pōne huius impoſis sequit̃ mixtū positū in illo moueri & non moueri. Moueri quidē pp̄ resistentiā: quā habet intrinsecus, non moueri uero, quia uacuū est priuatio, q̄ nihil est. Cōfutatio Sed hæc rñsio est pœnitus leuis: nā ex poſi secundū imaginationē nunq̄ sequit̃ impoſe s̄m imaginationē. Vacuū enim esse est falsum impoſe in re, sed ē imaginabile ut mathematici omnino fingunt. idē moueri & non moueri ē falsum impoſe, & imaginabile. rursus uacuū est dimensio: dimensio est non tm̄ sine qualitate imaginabilis, sed poſis eē, ut catholici tradunt. igit̃ intelligi pōt uacuū esse sine omni Alia pō qualitate: at idē moueri & non moueri nullus intellectus capit. Capriunculatores uero distinguunt de mixto. aliud. n. est pfectū ex quatuor elementis constans. Aliud impfectū constans ex duobus saltē. tunc dicunt tria. Primū ꝙ loquēdo de mixto pfecto inanimato in uacuo successiue mouetur. Probat̃, quia tale mixtū siue sursum siue deorsum tenderet successiue moueret̃ pp̄ resistentiā intrinsecā. Secūdū C est ꝙ loquendo de impfecto non oportet ubicunq; poneret̃, ipsum successiue moueri: sicut si esset mixtum ex terra: aqua, & aere tm̄: & poneret̃ in regione ignis, quæ uacaret igne, tale subito mutaret̃ ad ꝓuexū aeris, quia in tali uacuo nullā resistentiā haberet, quia oīa elñta ex quibus constat deorsum traherent. Tertiū est ꝙ aliquo casu dato mixtum uelocius moueret̃ in pleno: q̄ in uacuo. Probāt. nā sit unū mixtū ex terra ut tria, & aere ut duo: tunc ponat̃ tale mixtū in sphera ignis ēt igne ibi existēte, q̄ resistat illi graui ut unū quo casu potētia motiua est ut qnq;, resistitiua ut unū in tali regione: nā terra & aer appetūt descēdere, q̄ faciunt potētiā motiuā ut qnq;: nā terra tria: aer duo faciunt, mediū uero unū. igit̃ hoc moueret̃ p̄ plenū siue p̄ ignē à ꝓportiōe qncupla. deinde cū uenit ad regionē aeris, q̄ aere uacat: ibi resistētia erit ut duo, potentia ut tria: nā terra q̄ ibi dominat̃ est ut tria. regio aeris resistit ut duo: quia aer appetit ibi ma- D nere: qua rōne fit ut moueat̃ à ꝓportione q̄ est triū ad duo in tali uacuo. igit̃ tardius. & p̄ consequens in uacuo tardius moueret̃ q̄ in pleno. Inferunt ex hac cōcl'one multas capriunculatorias cōcl'ones quas omittimus. Ego uero duas primas cōcl'ones non intelligo. Vī. n. mihi prima & secunda uera tā de impfecto: q̄ pfecto mixto, & hoc supponēdo nullū elñtū in ꝓpria regione trahere, aut appetere magis stare in uno loco q̄ in alio suæ regionis, ut deducere potes facile. Reliqua uero sunt bene & sapide dicta. Hæc de secūda. q. Tertia qō. Prima pō. Vide buri. Tertio. q̄runt utrū dato uacuo animal posset in illo moueri. Nonnulli tenent qđ dato uacuo in illo non posset animal moueri pp̄ duo: tū quia nō posset ibi esse in tpe: cū non posset ibi respirare. Tū ēt quia motus cœli est prius E motus è quo omnis alius dependet. Mō motus animalis hic & gñ. deū Escu. le ii. huius non posset dependere è motu cœli, qm̄ influentia nō multiplicat̃ p̄ uacuū. Addunt alij ibi non posse esse motū animalis, Pō Ioan. quia indiget fixo: mō in uacuo nihil est fixū. Ioannes uero in cōcl'one hac concordat. Et addit duas rōnes. Pría est, quia tunc motus ille esset in non tempore, qm̄ ꝓportio motus est secundū ꝓportionē medij ad mediū in subtilitate & crassitudine. & hoc non solū in simplicibus sed animalibus, q̄ mouerent̃ secundū ultimū suæ potentiæ. Secūda est, ꝙ tunc idē animal per uacuū & plenū posset æqua uelocitate moueri. ut deducit: pp̄ hæc tenet animal in uacuo moueri non posse. Sed hæc expō est contra Auer. expresse: Cōfutatio ipse. n. posuit ꝓ regula omne illud posse moueri in uacuo quod diuidit̃ in motū & motorē in actu. & Ioānes nō pōt glossare uerba hæc: cū sint dicta pro determinatione conclusionis. Secundo ad successionē sufficiunt motor & resistens. ut dicebat Auer. mō posito uacuo, & animal posito F in illo ibi sunt motor & resistens. igit̃ pōt esse motus. Dici Solō ꝓpria igit̃ pōt ꝙ ad motū duo concurrunt per se motor & mobile in actu & per se resistens. Multa aūt concurrunt p̄ accidens, ut uita & esse rei q̄ mouetur. cœli & primi motus influentia. Mediū fixum: in quo animal esse pōt. Tunc dicerē dato uacuo p̄ accidens esse impossibile ut animal in illo moueret̃, ut pp̄ defectū eorū, quæ in illo p̄ accidens cōcurrunt. per se uero possibile pp̄ cōcursum eorū q̄ ad motū p̄ se sufficiunt, & sic cessant oēs rōnes. Quarto q̄runt de cā Quarta qō Pría solō. successionis in motu cœli. Rñdent nōnulli ꝙ aliter considerat̃ successio in motu animali, & aliter in motu naturali. nā in naturali attēdit̃ pœnes ꝓportionē geometricā potētiæ mouentis ad suā resistētiā. In motu uero animali pœnes aptitudinē seu inclinationē secundū eius appetitum ad tantū uel tm̄ moueri. unde in proposito ipsius cœli anima mouet successiue, & sic uelociter, quia sic appetit mouere, & hanc positionē secutus est Simplicius in lib. 2. de cœlo, et G alij plurimi iuniorū. Secūda pō Blatterones successionis cām in motu cœli nanciscunt̃ ab illius cœli figura. figure enim cœli circulari repugnat naturaliter ab intrinseco subito circulariter moueri ueluti opacitas lumini. Tertia pō. Ioānes imaginat̃ cœlū seclusa intelligentia esse corpus in actu, & non materiā aut formam, sed mediū quid, & sic rōne suæ cœlestis corporeitatis resistere pro termino motus: non autem pro motu: cui Auer. hic uidetur consentire. Sed has positiones disputauimus in lib. destructio destructionum, & ꝗ q̄re eas ibi. non. n. puto utile rem disputatam totiens disputare: nisi noua emergant. Hæc de Auerrois digressione.



H

I T.72. Insuper etiam si per tenuissimum tanto motu tanto in tempore.a.pondus feratur: per uacuum profectò omnem exuperabit rationem. Sit nanq;.3.uacuum longitudine æquale.b.&.d.plenis. pondus igitur.a.si transierit,& aliquo quidem in tempore quod sit.i. minore tamen quã est tempus.e. fuerit motum: eandem quoq; rationem uacuum ad plenum habebit: quã tempus ad tempus. Ergo in tanto tempore quantum est.i.ipsum.a. pertransibit.t. tenuius ipso.d.transierit quippe: si ea ratione in tenuitate ab aere ipso differat ipsum.t. quã habet tẽpus.e.ad tempus.i.nam si in tanto ipsum.t.corpus tenuius est ipso.d. quanto ipsum.e. tẽpus ipsum.i. tempus exuperat.econtra profectò.a.ipsum pertrãsibit: si feratur: tanta uelocitate: quanta tempus.e. tempus.i.exuperat, quod si nullũ sit corpus in eo K in quo est.t.adhuc uelocius feretur p illud.at in.i. tẽpore motũ erat: quare põdus.a.æquali in tpe plenũ & uacuũ ptransibit,qđ quidẽ est impossibile.

Expositio. Idem nunc probat per impossibile: præponit tamen tale eathymema uidelicet, si per tenuissimum medium tanto motu tanto in tempore.a.pondus feratur: per uacuum profectò.supple se mouendo omnem exuperabit rationẽ. hoc est mouebitur uelociter in infinitum absq; omni proportione: hoc est enthymema, quod si negabis consequentiam: sequetur idem pondus.a. in æquali tempore pertrãsire æquale spatium & uacuum: ex eo uidelicet, quia est accipere aliquod corpus quod talem habet ad illud plenũ æquale uacuo proportionem in tenuitate: qualem habet tempus eius motus, qui fit in uacuo, ad tempus eius motus qui fit in pleno illi uacuo æquali. ut igiť hęc deductio appareat: ponit casum loco exempli more mathematici. & inquit. sit nãq;.3. uacuum lõgitudine æquale.b.&.d.plenis. hic est casus: tũc arguit à primo ad ultimum,& inquit.pondus igiť.a.si transierit,& in aliquo quidẽ tẽpore, quod sit.i. minore tamẽ q̃ est tempus.e.sit motum, sequiť ut eandem habeat proportionem uacuum ad plenum in resistentia quã tps ad tps.ẽ igiť primum enthymema. si.a.pertransit.d.aerem in tẽpore minore q̃ sit tempus quo pertransit.3.uacuum. igitur talis erit temporum proportio: qualis est spatiorum in resistentia. ultra ergo in tanto tempore quantum est.i.ipsum.a.per transibit medium.t.tenuius ipso.d, utpote ignem æqualem magnitudine ipsi.d.&.3. modo ea ratione in tenuitate ab aere ipso quod erat.d. differat ipsum.t. quã habet tempus. e.ad tempus.i.cuius causam subscripsit,& inquit. nam si in tanto ipsum.t.corpus tenuius est ipso.d. quanto ipsum.e. tempus ipsum.i.tempus exuperat: econtra profectò.a. ipsum pertransibit: si feratur tanta uelocitate: quanta tempus. e.exuperat tempus.i. qua rõne sequitur ut æqua uelocitate idem.a.æqualia spatia peragret: quorum unum sit plenũ: alterũ uacuum sit. Sed dices. In spatio.t.nullum esset corpus. utpote neq; ignẽ. contra obijcit q tunc uelocius fereť per illud: dico uelocius hoc est in minore tẽpore q̃ sit ipsum.i. tempus: quo ferebať per aerem. hoc aũt est contra casum: quia posuimus in.i.tempore esse motum,& ita cauillus hic nullus est: propterea addit conclusionẽ principalẽ impossibilem,& inquit. quare pondus.a. æquali in tempore plenũ & uacuũ pertransibit, quod est impossibile, & iõ oportet dicere nihil in uacuo posse moueri in aliquo tempore.

L An tota cã quare requirať tpe in motu sit plenitudo medii. Vide grã deũ Escu. lec.12.hui⁹.

M

Epilogus rationes. Est igiť uis rõnis si in uacuo quicq̃ moueri põt in tẽpore: idẽ æquali tpe pertransire posset plenum & uacuũ: sumpto uidelicet aliquo corpore, quod ita se habeat ad illud plenũ in tenuitate, ut tps ad tps in breuitate. Quo uero ad translationes attinet: in græcis codicibus lrã qbus Aristo.utitur sunt in magna cõfusione: iõ ut translationes clariores eẽnt, literas trãstuli uniformes, & non uariatas, ut in codicibus græcis leguntť. cætera uero ad uerbũ translata sunt.

T.73. Perspicuum igiť est si tẽpus aliquod erit: in quo p uacuũ, quoduis corpus ferať: hoc impoẽ contingere, ut uidelicet idẽ æquali in tpe sumpto uacuũ & plenũ ptrãseat: qppe cũ sit aliquod corpus ea rõne se hñs ad corpus: qua se habet tps ad tps: atq; ut summatim dicã: pspicua est cã eius accñtis: ex eo qa motus qdẽ oĩs ad motũ q̃dã est rõ. est.n.in tpe, atq; oĩs tẽporis ad tps: modo sint ambo finita. at uacui ad plenum nulla prorsus est ratio. N

Epilogat duplr & quo ad rõnẽ tactã, & quo ad cãm fundamentalẽ rõnis, & q̃ dicit translationibus patet. Quædã dubõnes accidunt circa hæc. Prima est, qa Aris. intulit eodẽ tpe ab eodẽ mobili ptransiri uacuũ & plenũ, & hoc ex duabus ppõnibus. Prima est põ aduersarij uidelicet, q in uacuo sit motus. Secunda est ppõ coassumpta uidelicet q cõtingat accipi corpus: ita se habens in raritate ad aerẽ: uel ignẽ, ut tps quo ptransiť uacuũ ad tps quo ptransiť plenũ. Dicet mõ aduersarius. illud impoẽ uidelicet. plenũ & uacuũ æquali tpe ptransiri seq non à põne illa uidelicet, q in uacuo sit motus, sed à ppõne coassumpta. nã illa ppõ est falsa impoĩs: cũ nec reperiať corpus rarius igne nec possit repiri. Huic rñdet Auer. & uult ita esse de raritate & dẽsitate elemẽtorum de diuisione lineæ ac supficiei. Mõ queadmodũ linea ut linea est diuisibilis in infinitũ. non aũt linea ut terracea, aut lignea: ita raritas põt crescere in infinitũ ut raritas: non aũt ut illa raritas est corporis mobilis huius aut illius: tunc ad punctũ uult illã ppõnẽ esse falsam impossibilẽ uno mõ, sed ut hic sumitur est falsa possibilis, & ex falso possibili non sequiť falsum impoẽ. cũ igiť illud illatum sit falsum impossibile: iure non à coassumpta ppõne sequiť, sed à põne aduersarij. Approbant aũt Auer. hunc syllogiçãdi modũ: tum authoritate Arist. & Platonis, quia uidelicet ambo illo utunť plerunq;. Tum rõne, quia in hoc syllõ nõ poniť falsum ex ea parte qua est impossibile, sed ex ea parte qua est possibile. Dubitares secundo in quibus ppositionibus hic sylls fundeť. Respondet Auer. commẽ.73. q in duabus. Prima est q omnis motus ad motũ habet rõnem aliquã in uelocitate & tarditate, qm̃ quilibet est in tempore, & omne tẽpus ad tempus habet rationem. Modo ambo sint finita. Secunda est q uacuum ad plenum nullã habet rõnem, quibus addita tertia uidelicet, q in uacuo sit motus ut est positio aduersariorum: sequiť alterum duum aut q motus in uacuo non sit in tẽpore, sed in non tẽpore: maxime cum poniť causa successionis esse resistẽtia pleni medij, aut q uacuum & plenũ ab eodẽ mobili æquali in tempore pertranseanť. Hæc ex Auer. cõmentationibus colligimus. Sed contra primã solõnẽ dubitant iuniorea, quia sequiť. linea inquantũ linea põt diuidi in infinitum. igitur linea põt diuidi in infinitum ab exposita ad exponentẽ. Modo illud consequens est falsum, quia nulla linea põt diuidi in infinitum. Secunda. omne possibile quandoq; erit, sed nulla linea q̃nq; inquantũ linea erit actu diuisa in infinitũ. igiť illa propositio est falsa impossibilis. Ad primã respõdent iuniores q illa affirmatiua de rigore logico est falsa ut rõ cogit, sed ad sensum Auer. est uera. nã per tales propositiones debent intelligi negatiuæ, quia per possibile Auer. uult non repugnat. erit igitur sensus linea põt diuidi in infinitum ut linea: hoc est non repugnat lineæ diuidi in infinitum quatenus est linea. Sed dices adhuc contra, quia seqtur. non repugnat lineæ ut linea diuidi in infinitum. igitur non repugnat lineæ. hoc consequens est falsum, quia cuilibet lineæ repugnat, ut terraceæ: ligneæ: & cæteris id genus. igitur repugnat lineæ. & ita illa est falsa: non repugnat lineæ. Dici põt pro iunioribus per regulas sorticolarum: illã consequentiam non ualere: cuilibet lineæ uel alicui lineæ repugnat. igitur falsa est illa: non repugnat lineæ: quoniam in secunda ille terminus lineæ stat confusæ tantum, quia cadunt duo signa confusiua supra eundem. In prima uero stat distributiue, aut determinate, & ita hæc simul stant: non repugnat lineæ, & cuilibet lineæ repugnat.

Expositio. Quę Auer. com.72. Prima du. O Solutio Quę Auer. cõmẽ.73. P Dubõnes iuniorum Prima Secunda Expositio iuniorum Q Replica. Defensio

A Responsio gnat. Verius autem & magis peripatetice dici potest uerbum illud possibile quandoq; ad imaginabile se extendere, ut in hac: in uacuo potest esse motus: hoc est intelligi potest esse motus. aliquando ad id quod non est in tali specie, & potest esse ut homo potest dormire, quia aliquando aliquis homo dormiet. aliquando ad id quod non est, & potest esse in suo genere, ut talpa potest uidere, quia aliquod animal aliquando uidebit. Tunc dico φ quando possibile se extendit ad imaginabile: non ualet hæc. à. potest esse. p. ut. à. igitur. à. potest esse. p. ut non ualet, continuum potest diuidi in infinitum ut quantum. igitur continuum potest diuidi in infinitum. Secundo dico quando id quod est possibile in genere reducitur ad inesse: debet reduci ad genus, ut talpa potest uidere ut animal. igitur aliquod animal aliquando uidebit. possibile uero in specie: deducitur ad inesse in specie. B Tunc patet solutio ad primum. Non enim sequitur. illa consequentia, quia possibile se extendit ad imaginabile. Ad secundam patet solutio eodem modo. Illa enim regula est de possibili aut in specie aut genere, & sic quandoq; erit aut in specie aut genere. de possibili uero pro imaginabili: non oportet φ quandoq; sit. sed sat est, ut possit intelligi. hæc dicerem peripatetice.

T. 74. Ea igitur ex parte qua corpora his differunt per quæ feruntur. hęc emergunt. Qua uero excessu eorum quę feruntur. hæc eueniunt. Cernimus nanq; ea corporũ quæ in grauitate aut leuitate plus momenti habent. Modo in figuris similia sint: uelocius ferri per æquale spatium: atq; ea ratione quam magnitudines inter se habent. Quare etiam per uacuum ita mouebuntur: at hoc est impossibile. C Quã enim ob causam uelocius ferentur. In plenis quidẽ id profectò necessariò euenit, qa maius sua ui medium pollentius diuidit. quippe cum id quod fertur: siue iactum est, aut sua figura diuidat, aut momento quod habet: ęque uelocia igitur cũcta erũt: at hoc impossibile est.

Expositio. Enthymema Aristote. erat. si in uacuo possit esse motus: idem mobile æquali tempore plenum & uacuum pertransiret, & hoc fuit deductum ex parte mediorum. Enthymema præsens est. si in uacuo possit esse motus: æquæ uelociter in illo mouerentur magis et minus graue. Deducit istud ex parte potentiarum: quibus mobilia mouentur. & hoc ꝓponit primo epilogando primum. secundo præponendo secundum. & inquit. ea igitur ex parte qua corpora his differunt: per quæ feruntur: hæc quæ narrauimus impossibilia emergunt. qua uero parte excessu eorum quæ feruntur, subaudi differunt: hæc quæ dicemus eueniunt. hic est epilogus, & hæc intentio. Ad præsentis enthymematis deductionem debes scire causam D uelocitatis esse uelocem medij diuisionem. id enim omne uelocius fertur, quod uelocius medium per quod fertur: diuidit. Huius uero uelocioris diuisionis causæ duæ sunt. qualitas figuræ: nam rotunda figura tardius diuidit. acuta uero celerius, & potentiæ motiuæ multitudo: nam grauius celerius: minus graue tardius medium diuidit. Tunc deducitur enthymema: si in uacuo grauius & minus graue inæqualiter mouerentur: illa inæqualiter medium diuiderent. Sed neq; ratione figuræ: neq; ratione potentiæ inæqualiter uacuum diuidunt. igitur cuncta in illo æque uelociter mouebuntur quod erat impossibile. Inquit. Cernimus nanq; ea corporum quæ in grauitate & leuitate plus momenti habent: modo in figuris similia sint, uelocius ferri per æquale spatium: atq; etiam moueri in uelocitate ea ratione quam magnitudines inter se habent, hoc est pro ratione magnitudinum potentiarũ. Rope momentum Quo uero ad uerba attinet uerbum illud momenti: græce est rope latine est inclinatio: siue propensio: ego uero momentũ transtuli magis ad uerbum. Quare etiam per uacuum ita mouebuntur: at hoc est impossibile, & deducit dicens. quã enim ob causam uelocius ferentur: in plenis quidem id necessario perfecto euenit, quia maius uidelicet, aut graue aut E leue sua ui medium pollentius diuidit: quippe cum id quod fertur scilicet per naturam: siue actum est per uiolentiam, aut sua figura diuidat, aut momento, quod habet. Ex ijs infert conclusionem, & inquit. æque uelocia igitur cuncta erunt in uacuo. at hoc est impossibile, & ita patet enthymema. Repetit autem Auerroes in commento præsenti quæstionem Auempaces, quia si uelocitas est propter medij celerem aut tardam diuisionem: tunc motus naturalis esset propter medij impedimentum, & ita uiolentus. Respondet quòd medium impedit non à motu, sed à termino motus, ut dictum est. commen. 71.

Perspicuum igitur ex iis quæ dicta sunt: si uacuũ sit: contrarium illius accidere: quo uacuum esse cõfitentur. hi qui ipsum esse contendunt. Arbitrantur nanq; uacuum esse separatum per se: si motus in loco sit, quod quidem perinde esset ac si locum ipsum separatum quid asserant esse. Hoc autẽ esse non posse prius enarratum est. T. 75. F

Expositio. Epilogat nunc circa declarata, & textus perspicuus est translationibus tantum.

Rursus etiam si per se considerabimus: uidebitur sane uacuum ipsum esse appellatum: tanquam uere uacuum. Quemadmodum enim si in aqua cubum aliquis posuerit: tantum ipsius aquæ cedet, quantus cubus ipse est, sic & in aere, licet sensui sit obscurum, & uniuersaliter omne corpus quod ferri potest: in quo siue cubus siue quoduis aliud ponatur: ad id ad quod aptum est ferri: necesse est: nisi condensetur: moueri aut deorsum semper: si deorsum latio sit, ueluti si esset terra, aut sursum si sit ignis, aut ad utrunq; si sit aer: at in uacuo id fieri non potest: cum non sit corpus, immo per cubum ipsum æquale spatium penetrasse uidetur, quantũ esset tantũdi corporis, quod etiam in uacuo prius esset. perinde ac si neque aqua neque aer ligneo cubo cederet, sed omni ex parte per ipsum penetraret. G

Expositio. Hactenus ex parte motus uacui positionem confutauit: nunc uero ex uacui ipsius natura eandem refellit, & hoc ꝓponit dicens. rursus etiam si per se uacui naturam considerabimus, uidebitur sane uacuum ipsum esse appellatum: tanquam uere uacuum: hoc est esse & entitate uacans, & ita tanquam nihil. probat autem hoc non solum à nominis interpretatiõe, sed etiam syllogismo hoc modo: omne in quo aliquod corpus mouetur: cedit illi quod in ipso fertur. Sed uacuum non potest alicui cedere: cum non sit corpus ut ex nominis interpretatione sumpsimus. igitur in uacuo nihil moueri potest. de hac ratione primo sumit maiorem per inductionem. secundo minorem, & inquit, quemadmodum enim si in aqua cubum hoc est corpus aliquod posuerit: cubus enim græce etiam taxillus dicitur: licet hic pro corpore sumatur: tantum ipsius aquæ cedet, quantus cubus ipse est, sic & in aere: licet sensui sit obscurum, quoniam aqua sensibilior est: aer nequaquam. Ex his sumit uniuersaliter H maiorem dicens, & uniuersaliter omne corpus quod ferri potest siue mobile sit quauis motus specie: in quo siue cubus sit: siue quoduis aliud ponatur, ad id ad quod aptũ est ferri necesse est: nisi condensetur: moueri cedendo aut deorsum semper: si deorsum sit latio, quæ fit à corpore, ut si esset terra, aut sursum: si sit ignis, aut ad utrunq; si sit aer: hæc est maior, sumit minorem: at in uacuo id fieri non potest: cum ipsum uacuum non sit corpus ut eius nomẽ indicat: immo per cubum ipsum æquale spatium penetrasse uidet, quantum esset tantũdi corporis, quod ẽt in uacuo prius esset, ꝑinde ac si neq; aqua neq; aer ligneo cubo cederet, sed omni ex parte per ipsum penetraret, & ita habes maiorẽ inferas conclusionẽ uidelicet in uacuo moueri nihil posse.

I T.76. Habet autem cubus tantam etiam magnitudiné: quantam habet idipsum uacuum, quod ab eo occupatur. Quæ & si calida est aut frigida. Aut grauis aut leuis: non minus: immo etiam magis ab uniuersis affectionibus ratione diuersa est: etiam si nõ ab illis sit separabilis. Dico autem ipsam lignei cubi molem. Quare etiam si ab omnibus illis fuerit separata, & neq; grauis fuerit neq; leuis: æquale sibi spatium occupabit: inæqualiq; loci & uacui parte sibi æquali erit. Quo igitur ipsius cubi moles ab æquali uacuo atq; loco differet, & si duæ tales simul fuerint moles propter quid non etiam quotquot uis in eodem erunt. unum igitur hoc absurdum ac impossibile sequitur.

Expositio. K Placet mihi eorum expositio, qui Arist. asserunt refellere cauillum quendam ad rationem tactam. Posset enim dici cubum in aqua aut ære positum facere latera distare propter sensibiles quas habet qualitates: frigiditaté uidelicet, & caliditatem: grauitatem atq; leuitatem obijcit huic Aris. in hũc modũ: eo cubus facit latera distare: quo habet molé æqualem uacuo, aut illi corpori in quo ponitur. Sed magnitudiné æqualé illis non habet, quia hét qualitates: cum sit ab illis saltem rõne separabilis. igit nec latera facit distare, quia quale, sed magis ob dimensiones, quas habet equales, inquit. habet aũt cubus tantam ét magnitudiné, quantam habet idipsum uacuũ quod ab eo occupat, quæ magnitudo & sic calida est, aut frigida: grauis aut leuis: nõ minus immo & magis ab uniuersis affectionibus rõne diuersa é, ét si non ab illis sit separabilis, & ne sit contentio de nomine. Dico aũt ipsam ligni cubi molem. sic igit non propter qualitates: cum quibus magnitudo cubi est admixta: cubus ipse facit latera distare. sed ob suiipsius molem, quæ rõne ab illis qualitatibus est separabilis: quã quoq; seruaret ét si ad imaginationem cubus separaret ab illis. Propterea concludit quare ét si ab omnibus illis fuerit separata, & neq; grauis fuerit: neq; leuis: æquale sibi spatiũ occupabit. inæqualiq; loci, & uacui parte sibi æquali erit, & ita penetratio corporum ut fuit deductum prius. Vnde põt ex his hęc rõ formari. quicquid competit alicui merito alicuius prioris: ét sibi competet dempto quocunq; posteriori, sed facere latera distare competit cubo propter dimensiones, quę sunt priores qualitatibus. igit cubus faciet latera distare: etiam ablatis qualitatibus. Deinde per modum quæstiõis infert duo absurda, & inquit. quo igitur & per quid ipsius cubi moles ab æquali sibi uacuo atq; loco differet? quasi dicat per nihil. Differentia enim duorum quantorum propter situum differentiam esse uidet, ut dicemus: hoc est primum. Rursus etiam si duæ tales supple simul fuerint moles propter quid non etiam quotquot uis in eodem erunt. Eadem enim ratio est duarum & infinitarum: hoc est secũdũ. Tunc epilogat totum syllogismum. unum igitur hoc absurdum & impossibile sequitur uidelicet, q sit infinitorũ corporum penetratio. Hæc ad cauillum. Quo uero ad uerba attinet Aristo: dixit. non minus immo magis ab uniuersis affectionibus ratione diuersa est, ut inquit Auerroes ad declarandũ impossibilitaté penetrationis corporum contingere ex suis formis mathematicis: hoc est ex natura dimensionũ & non ex natura qualitatum sensilium, quia siue cum qualitatibus: siue sine qualitatibus. i. impossibile. Quærũt hic recentiores utrũ dimensio medij: siue cuiusuis corporis resistat mobili in quantũ dimensio: an in quantũ qualis? Similis qõ fieri põt de cessatione utrũ mediũ cedat ut quãtum: an ut quale? Sed quia qcqd dr de prima: est dicendũ de secũda: disputemus primã, & uř q medium: nec resistat nec cedat rõne dimensionum. Primo. quia resistere & cedere é agere ut suppono. Sed quantitas ut qtitas non est de principijs actiuis, ut dicet. cõ. 84. igit non resistit mediũ ut quãtum. Secundo Aris. & Auer. cõ. 71. uoluit talem esse proportionem motuum in uelocitate: qualis est medij ad medium in raritudine & densitudine, sed quantitas ut quantitas non est rara: neq; densa. igit ut sic nullius est resistétiæ.

Quõ uerũ est q p se cõpetit dimẽsionibus q aliis dimẽsionibus resistant. Vide Egi. hic.

L

Vis rõnis cõtra cauillum.

Quæ Aũ. cõmé. 75. M

Quæstio

Prima rõ ad qõnem

Secũda rõ

N

Tertia Tertio. maioris resistentiæ est mediũ bipedum aqueum: q bipedũ aereum, & tñ sunt æqualia quantitate: & dimensione. Quarta Quarto. ad imaginationem ponat remanere omnis dimensio à concauo lunæ usq; ad superficiem terræ, & destruant qualitates & substantiæ ignis: aeris, & aquę, & moueatur per casum gleba terræ à concauo lunæ usq; in superficiem terræ. Et quęro an uelocius per dimensioné ignis & aeris moueat q per dimensionem aquæ. si æque uelociter, & anteq; intelligeret demi qualitas elementorum tardius mouebat per dimensionem aquæ. igitur non tantum medium resistit merito quantitatis, sed ét merito qualitatis: nec dici põt inæque uelociter moueri, qa est ablata omnis qualitas, & ita raritas, & per consequens totum illud interuallum est æque rarum. Quinta Quinto. ad imaginationem remoueatur ab omnibus elementis omnis dimensio, & remaneat eorum substantia, & ét remaneat portio terræ quãta est moles grani frumenti, & ponatur hæc portio in aere uel aqua, O & petitur aut aer uel aqua illi cedet, uel illam penetrabit, si illi cedet, & non rõne dimensionum, quia omnis illa est ablata. igit per substantiam cedet. si per illã penetrabit. omne elementũ erit in grano frumenti, uel põt intelligi esse.

Sexta Sexto. arguunt stante eodem casu ponat illa portio grani frumenti in concauo lunæ, & incipiat deorsum descẽdere, aut igit successiue erit in centro, aut subito, si successiue. igit resistentia erit non propter dimensioné, sed ppter substantiam, quæ posita est in casu remanere. Si uero subito erit in centro. igit ad quantum non erit motus: nam si illa portio subito erit in centro. immediate post hoc illa portio, & totus mundus inferior elementarius erunt simul. igit immediate post hoc totus mundus inferior qui erat positus sine quantitate erit quantificatus quantitate illius portionis, & P ita subita erit acquisitio quanti, & per consequens nõ motus esset. Septima Septimo. resistere & cedere sunt opposita. igit medium resistit ut quantũ: non cedet ut quantũ. non enim duo contraria possunt eidem inesse per eandem rationem.

Octaua Octauo. separata omni qualitate & substantia à medio, aut in illo remanet aliquid densitatis, aut nihil. Si nihil. igit nulla resistentia, & ita omnis motus in illo esset subita, si aliquid: hoc est impossibile, qa rarum & densum consequũtur calidum & frigidum, ut dr. 7. huius. cõ. 15. quæ sunt ablata. Nona Nono. tunc in uacuo posset esse motus, qa in uacuo remanet dimensio, quæ est cã resistentiæ. In contrarium est Auer. in præsenti cõmẽto. ubi dixit medium resistere propter essentiã dimẽsionũ, & nõ pp qualitates. Pro solõne qõnis. primo debes scire q uacuũ, qd græci cenon appellant. Vno mõ à ui nõis id dr q entitate & essentia uacat, & ad hunc sensum Aris. dixit uacuũ ipsum esse appellatũ, tãq; uere uacuũ: eo qa est penitus priuatio non tm̃ corporis sensilis, sed omnis entitatis, & sic nec est corpus: nec dimẽsio. Alio mõ cenon græci dicunt spatiũ siue dimensioné ab oĩ sensili corpore abiunctã: qua rõne appellaremus uacuum spatiũ inter cœlũ & terrã, qñ ignis & aer & aqua inter hęc Q non essent. Secundo debes scire q rarũ & densum. Vno mõ accipi solét qualitatiue, & sic sunt qualitates consequẽtes calidũ & frigidũ, ut dr. 7 physic. cõ. 11. & 15. Alio mõ qtitatiue, & sic rarũ est partiũ quanti distantia. densum uero ppinqtas, & in hunc modũ sunt relõnes qdã partium, qbus partes distant in toto, aut ppinq; iacent, & de his dicemus in cõmé. 84. cũ dicet Auer. rarũ & densum esse cõtraria in quantitate. Tertio debes scire q licet raritas & densitas quantitatiue sumptæ consequãt p se dimẽsioné ut dimẽsio, ob qd ét ipsa sepata à materia sensili adhuc eã detinet: tñ uariabilis est penes drĩa rari, aut densi qualitatiue sumptorũ: quatenus alteri raritati uel densitati cõiũctæ aliã subeunt habitudiné. Ex ijs sequit q quanta densitas erat in dimẽsionibus aquæ, qñ illæ erant in materia sensili: tãta remaneret in illis: ubi essent separate à qualitatibus sensilibus, & hoc loquendo de densitate quantitatiua.

Quarto debes scire quod resistere uno modo accipere p

repugnantiã

A repugnantia omnino ad cessionem, quo modo diceremus marmor resistere comprimenti, quia nullo modo cædit præmenti: & sic resistere, & cædere sunt contraria. Alio modo resistere sumitur pro quodam mixto ex repugnantia & cessione, quo in modo dicimus contrarium resistere suo contrario: quia repugnat cum quadam cessione.

Sololuonis His habitis, dicendum cum Auer. medium resistere quatenus quantum: et non quatenus sensile corpus patet, quia ut sic detinet densitatem & raritatem, quæ sunt causæ resistentiæ. Tunc ad rationes dico. Ad primum q Auerro. uult dimensiones non esse de principijs actiuis p abiectionem contrarij. possunt tamen agere expellēdo aliquid e loco suo. Ad secundum patet solutio. dimensio enim ut dimensio licet non sit rara, aut densa qualitatiue est rara aut densa quantitatiue, & sic resistit. Ad tertiū dico q in pedali aquæ est maior quantitas intensiue, siue densiue, non B autem extensiue, quia ut diximus densitudo remanet amotis qualitatibus. Ad quartum dico q uelocius mouebitur per regionem siue dimensionem ignis, quia rariores sunt saltem quantitatiue, & hoc sufficit. Ad quintam dico nihil cædere illi portioni, nec propter hoc erit proprie penetratio cum mundus hic inferior sit non quantus. Ad sextam dico admisso illo casu subito portionem illam fore in centro, nec propterea sequetur ad quantitatē non esse motum, qa licet hic mūdus inferior īmediate post hoc erit sub dimensionibus illius portionis, non tamen erit quantificatus per uiam motus. Ad septimam patet quonam modo resistere & cædere sunt contraria, & quonam modo stant simul, dimensiones enim possunt cædere, & resistere, cædunt enim contradictoriæ, resistunt contrariæ. Ad octauam patet remanere aliquid rari & densi quantitatiue, nō C autem qualitatiue. Ad nonam dico q si daretur quantitatiue pro dimēsionibus sumptum secundum rei ueritatem esset motus. ut ratio concludit at quia ueteres dixerunt penetrationem, & hanc fieri non per resistentiam. Iuxta eos Aristote. intulit in uacuo non posse fieri motum: sed si uacuum priuatiue sumeretur. proculdubio nullatenus motus esse posset, quia nullum esset spatium. Hæc de quæstione mihi uidentur.

T.77. Præterea perspicuum est id cubum ipsum habere etiam cum transfertur, quod & cuncta alia corpora habent. Quare si ipse nihil e loco differat, cur corporibus locum facere oportet præter cuiusq molem, si affectionum moles expers sit. Confert enim nihil si tale, circa ipsam aliud spatium sit æquale.

Expositio Vt Themistius interpretari uidetur. Aristo. nunc probat uacuum non esse necessarium propter corporum locationem: hoc est ut corpora locet, & petit unum uidelicet, q cubus & omne corpus locabile id habet, quod cūcta cor-D pora habent siue locantia, siue locabilia. nam habet tres dimensiones: quibus unumquodq est aptum locari, & aptū locare. hæc est suppositio, & hoc inquit. preterea perspicuū est id etiam cubum ipsum habere, quod & cūcta alia corpora habent uidelicet dimensiones tres. Hæc est supositio Tūc facit tale enthymema, cubus & omne corpus nō differt a loco quo ad habere tres dimensiones. igitur pro cubi & cuiusq corporis locatione non est necessarium esse aliud corpus extra, quod cubum locet. probat consequentiam, quia si haberet tale corpus extra nihil cōferret ad cubi locationem, & tu suppleas, quia si cubus locaret in corpore extrinseco: simili ratione illud corpus extrinsecum in alio, & ita in infinitum. Propterea Auer. supplet corpus & cubum egere dimensionibus quibus constituitur intrinsece, nō quibus subijcitur, ut in loco extrīsece. aliter enim in uenirentur dimensiones extrinsecæ infinitæ, quoniam dimensiones indigerent dimensionibus & illæ alijs, & sic in infinitum. Inquit, quare si ipse cubus nihil e loco differat quo ad habere tres dimensiones, cur corporibus locum facere oportet præter cuiusq molem, quasi dicat non oporte re, quia ut corpus locans suis dimēsionibus locatur, ita corpus locatum proprijs dimensionibus locabitur: aliter erit E in infinitum processus, & ita nullum egebit dimēsionibus præter suas, & quia posset quis dicere locabile corpus differre a locante penes qualitates, nam locabile habet passiones, locans est uacuum: subdit, si affectionum moles cubi, & cuiusq corporis expers sit, nam qualitate nō faciunt ad rationem locati, nec locabilis, propterea intelilgi debet cubus ac si passionum sit expers. Deinde probat quod dixerat, & inquit. confert enim nihil si tale circa ipsam corporis molem aliud spatium sit æquale, quia ut illud extrinsecū suis proprijs dimensionibus locatur. ita cubus per suas locabitur. Sic igitur uacui nulla est necessitas pro ratiōe loci. Auerroes ait Arist. innuere per hæc omnia loci æqualitatem cum locato non esse dimensionum hoc est quo ad cōmensurationem, sed æqualitatem continentię, quoniam ex hoc q locus est æqualis, & æquale est dimensiōes extimauerunt in prima figura locum esse dimensiones, uerum ut dicit Auer. hic est deceptio in uerbo æqualitas. quod ęquo cum est secundum commensurationem, & continentiam. Quę Auer. cō.77. F

T.78. Aliter pæterea oporteret ut uacuum esse manifestaretur, in his quæ mouentur. at intra hunc mundum nullibi spectatur: quippe cum aer sit aliquid licet non cernatur. Quemadmodum neq si aqua essent pisces sed duri, tactu enim rei tactilis fit deprehensio: uacuum igitur separatum non esse ex his modo patet.

Expositio Demum probat uacuum nihil esse intra hunc mundum argumēto, quia nobis nullatenus apparet, oporteret enim aliquo modo apparere intra mundum saltem a posteriori aut tactu, aut alia quauis coniectura. Modo in mundo nullibi spectatur, quia aer hic, quod uacuum creditur, aliquid est, licet non cernatur. Quod uero non ualeat hæc ratio, nō cernitur, igitur non est, probat per simile, quia ubi pisces essent, aut aqua, aut aquæ similes, modo sint duri, ui sunon discernerentur ab aqua, & tamen essent alij ab aqua, quia saltem tactu cum actu rei tactilis fit deprehensio. Demū G epilogat, & sermo patet. Quo uero ad uerba attinet uerbū illud duri, græce est syderi, quod etiam latine est ferrei, tamen ut clarius esset quod dicit, nos duri transtulimus.

T.79. Sunt uero quidam qui uacuum patere esse arbitrantur ob rarum & densum nam si non sit rarum atque densum, fieri nō poterit ut corpora comprimantur atq præmantur. Quod si id non sit, aut motus omnino non erit. Aut uniuersum, ut Xuthus inquit, fluctuabit. Aut in aerem æqualē atq aquam fieri mutationem semper oporteret. Dico autem ut si ex aqua unius gucti aer exoriretur, tāta simul aqua ex æquali aere generaretur, aut uacuum esse necesse est. Compressio namq atq ampliatio aliter esse non possunt.

Expositio. Hactenus de uacuo separato disputauit, nunc uero de uacuo rebus inserto disputat: & primo narrat positionem antiquorum, & rationem positionis. Positio hæc est, ut uacuum corporibus sit distributum. ratio uero componitur a H primo ad ultimum hunc in modum. si uacuum corporibus insitum non sit: rarum & densum non erunt. Si rarum & densum nō erunt. non possunt corpora comprimi aut ampliari. Si corpora non possunt comprimi aut ampliari. Motus penitus non erit: localis quidē, quia si aliquid mouetur in loco, oportet totum uniuersumq moueri sequendo rem motam. ut concessit Xuthus philosophus. generatio uero, quia oportet semper ex æquali aere æqualē aquā exoriri, & econtra. Alteratio quoq quia demitur rarefactio & condensatio, quæ alterationes sunt, qua ratione tollitur auctio, quippe cum auctio, aut sit rarefactio, aut non sine rarefactione diminutio aut condensatio, aut non sine

I condensatione. Quare si omnes species motus sint, esse oportet rarefactionem & condensationem: & ita uacuum hæc est positio, & hæc positionis ratio. Auerroes autē format. syllogismum sic: si uacuum non est, raritas & densitas non erunt. si raritas & densitas nō erunt: motus localis rectus non erit: nisi corpora comprimantur: aut uniuersum fluctuabit, neq; etiam generatio non erit nisi equaliter, sed densitas, & raritas sunt. igitur uacuum est. inquit Auerroes hic esse deceptionem, propterea quia isti putant raritatem & densitatem esse non posse. nisi propter uacuum, quod est falsum.

Quæ auer. cōmē. 79.

T. 80. Verum si id dicunt esse rarum, quod uacua multa separata habet, perspicuum erit: si uacuum separatū esse non possit: ueluti, neq; locus suiipsius spatium habens, neq; rarum sic esse posse.

K Bifariam uacuum esse in corporibus intelligi potest. Vno modo ut in ipsis sint multa uacua uti meatus uel foramina separata. Alio modo ut sit uacuum in corporibus penetratione externi uacui, non q̄ sint multi meatus, sed uacuum est, quia corpora per partes penetrant. confutat igitur primum intellectum: & inquit. uerum si id dicunt esse rarū, quod uacua multa separata habet perspicuum erit si uacuū separatum esse non possit. ueluti neq; locus separatus esse potest: neque rarum sic esse posse etiam patet. est igitur enthymema. non est uacuum separatum in raro corpore: tenet consequentia a subalternāte ad subalternantem, ut ualet, non est homo, igitur non est aliquis homo. Quod uero non sit uacuum separatum, multis rationibus probatū est; & modo satis sufficit. Hæc contra primum intellectum. Auerroes uero ut mihi uidetur in commento duobus modis hunc intellectum refellit. Primo quia dicere hoc modo multa uacua contineri in corpore raro, est dicere simile ad uacuum esse separatum, sed uacuum esse separatum est cōfutatum. igitur etiam uacuum esse in raro hoc modo est cōfutatum. Secundo refellit idem propterea quia uacuū hoc

Expositio. An in corporibus p̄ueniat raritas ex uacuitate Vide Gādeū Escu. lect. 14. h.

Quæ auer. cōmē. 80.

L modo est dimensio: dimensio est accidens, sed nullum accidens est separatum a subiecto. igitur nec uacuum hoc modo separatum erit a subiecto. Vlterius Auerro. ponit differentiam inter has rationes & eas quas posuit, quia ille destruunt uacuum quo ad hoc, q̄ corpora recipiat, hæ uero destruunt ipsum quatenus uacuum. maxime autem secunda Auer. ratio. Hæc ex commento.

T. 81. Si uero non separabile, sed tanquam quid inexistens uacuum esse dicant, minus quidem est hoc impossibile. Accidit autem primo quidem, non cuiusque motus uacuum causam esse, sed eius duntaxat, quo sursum feruntur corpora, quippe cum rarū sit leue. ueluti & ignis quem rarū esse aiūt.

Expositio. Secundus intellectus erat. uacuum esse corporibus immixtum non sicut distinctum ab omnibus corporum partibus: sed ut penetrans, hunc nunc refellit, & primo propo ponit eum dicens. si uero non separabile dicant hoc est di-

M stinctum a partibus, sed tanq̄ quid inexistens & distributum per partes esse uelint, minus quidem est hoc impossibile, accidunt tamen plura absurda, primo quidem non cuiusque motus uacuum causam esse, sed eius duntaxat. supple quo sursum. supple feruntur corpora. quippe cum rarum quod causam motus asserunt sic leue solum, ueluti, & ignis, quem rarum esse aiunt. huius contrarium asserūt: posuerunt enim uacuum causam omnis motus. Quo uero ad uerba attinet, dixit hoc esse minus impossibile, ut Auer. ait. Primo quia non ponit dimensiones, & accidentia sine subiecto. nam ponit uacuum, quod est dimensio corporibus inesse. Secundo quia minora impossibilia ad hunc intellectum sequuntur, cum non sequantur illa, quæ diximus iam totiens.

Verborum expositio. Quę Auer. cō. 81.

Deinceps non erit uacuum ipsum sic causa motus ut in ipso aliquid moueatur, sed ut utres ipsi mouent id sursum, quod ipsis adiunctum est, sic N uacuum sursum mouet.

Expositio. Secundo dato illo intellectu. uacuum non esset causa motus ut finis, & terminus ad quem, ac ut spatium supra qđ fieret motus, sed magis ut motor, nam uacuum ita se haberet ad corpora ut uentus ad utres. esset enim corporibus immixtum ut uentus utribus. Modo uentus mouet utres sursum, & quicquid ipsis est additum ut motor, & non ut spatium: per quod fit motus. igitur uacuum mouebit corpora non ut spatium per quod fit motus, sed ut motor, cuius contrarium enitebantur approbare.

Præterea quonam modo ipsius uacui latio esse potest, aut ipsius uacui locus erit. ipsius enim uacui id uacuum fieret, ad quod fertur.

Expositores ab Auer. accipientes dicunt Aristote. inferre nunc impossibile q̄ sequitur ad positionem datam uidelicet q̄ uacuum sit causa motus ut motor, qui mouetur. nā si uacuum est causa motus, ut motor qui mouetur, tunc uacui esset latio, & uacui esset locus, siue aliud uacuum, & sic in infinitum: & tunc uerbum illud græcum καιτοι aduersatiue tenetur pro sed uel tamen. Videtur etiam mihi q̄ hæc esse possit tertia ratio, quæ sic deduci potest. Si uacuum esset. corporibus immixtum. ipsum esset causa motus, ut id quod mouet sibi adiunctum. Si est causa motus ut mouens sibi adiunctum: mouebitur. Si mouebitur, erit in uacuo, ut in loco: & sic processus in infinitum: & tunc uerbum illud græce tenetur confirmatiue, ut transtulimus, sed utcūq; ex positiones sunt proximæ. O

T. 82. Rursus quam causam afferent, qua graue deorsum fertur.

Expositio. Quarto dato isto intellectu, nō poterit assignari causa motus deorsum ipsorum grauium. Hanc rationem deducit Auer. quia aut plenum erit causa motus deorsum, aut qd aliud a pleno: non quid aliud a pleno, quia contrariorum contrarij sunt effectus, & ita si uacuum sit causa lationis sursum, plenum erit causa motus deorsum. Si uero plenum sit cā motus deorsum, tūc nihil erit graue simpliciter, neq; leue simpliciter, quia nihil est pure plenum, quod grauitatis causa est: nihil pure uacuū: quod leuitatis causa ponitur & ita solum erunt graue, & leue in respectu: quod. 4. cœli est confutatum: Hæc est Auer. deductio.

Quæ auer. cōmē. 82. P

Insuper etiam si quanto rarius quippiam fuerit magisq; uacuum, tanto uelocius sursum fertur patet si quid omnino uacuum fuerit: id uelocissime sursum ferri, at forsitan: & hoc moueri non poterit. nam ut & in uacuo cuncta sunt immobilia, sic eadem ratione uacuum etiam immobile esse ostendetur. quippe cum uelocitates nō sint cōparabiles.

Quinto arguit. si rarum est causa motus sursum, quanto quippiam rarius fuerit, ac magis uacuū: tanto sursum uelocius ferretur: si rarius: uelocius sursum fertur. rarum & penitus uacuum uelocissime sursum mouebitur. at hoc esse non potest: quia uacuum penitus forsitan nullatenus moueri potest: per eam rationem: qua nihil in uacuo moueri poterat uidelicet, quia uelocitates non erant comparabiles. nam ut dicebatur: nulla erat proportio pleni ad uacuum: igitur nec motus ad motum in uelocitate. Debes scire q̄ differt hęc ratio ab illa, quia illa erat de uacuo, quatenus in ipso fiebat motus. hæc est de uacuo: quatenus ipsum est mouens motum. Quia tñ ambæ procedunt per cōparationem. ideo ambæ eandem habent uim. Propter hęc recte Auer. ait has rationes esse easdem similitudine. Medium uero terminum esse eundē fm genus. Nec ualet obiectio de graui simpliciter: q̄ quidē est penitus graue, & mouetur in tempore: quia motus ille temporarius grauis simpliciter est a resistentia medij. at antiqui, qui dicerent uacuum moueri, ipsum moueri assererent non concurrente medio aliquo: nisi ipsomet uacuo. Et propterea sequitur ipsum moueri in non tempore. Q

At cum

A T. 83. At cum uacuum quidem non esse fateamur. cætera autem recte dubitata sint, aut motus nõ erit. si raritudo & densitudoue non sit, aut nudabit cœlum aut aqua ex aere, & aer ex aqua: semper exorietur æqualis. patet enim plus aeris ex aqua fieri. Necesse est igitur (si non est densatio) aut ultimũ (quod firmum est) fluctuatione expulsum fiat, aut alio in loco æqualis aqua ex aere fiat, ut tota uniuersi moles æqualis permaneat: aut nihil penitus moueatur.

Expositio. Volens nunc Aris. soluere rationem ueterum, qua uacuũ rebus immiscuerunt. eam rursus aggreditur, ut explanet illam, & inquit. at cum uacuum non esse fateamur, cætera autem quibus cogebantur antiqui uacuum concedere: recte dubitata sint, oportet illa rursus cõsiderare. supple. nã aut motus non erit. si raritudo densitudoue non sit, aut undabit siue fluctuabit cœlum, quia cum motus sursum fuerit, aer per quem fit expellet ignem. ignis demum expellet cœlum, ueluti undam quandam. aut aqua est aere, et aer ex aqua semper exorietur ęqualis. quod falsum sensu uidetur quia patet semper plus aeris ex aqua fieri cũ ex uno pugillo aquæ decem exoriantur aeris. demum rationem epilogat, & translatione patet. B

Semper enim cum quippiam mouetur, id accidit nisi circulo circunferatur, at non circulo cuncta feruntur. sed quædam etiam recte: illi igitur ob hęc ipsa uacuum quicquam esse dicerent.

Expositio. Cauillabãt quidam rationem ueterum hunc in modum. dicendo, ea uera esse de recto rerum motu. at de circulari non uera esse. obiicit Aris. pro antiquis, quia saltem nõ cuncta circulo feruntur, sed quædam etiam recte, qua ratione euenit dictum impossibile saltem de illis, q̃ recte feruntur.

T. 84. Nos uero ex his quæ supposita sunt dicimus nam esse contrariorum materiam, ut & calidi & frigidi, & cæterarum naturalium contrarietatum. Et ex potestate ente actu ens fieri & non esse quidẽ ipsam materiam subiecto separabilem. Sed ratione diuersam, & una numero coloris si forte fuerit, & calidi atq; frigidi. C

Expositio. Soluit nũc quæstionem ueterum: & primo resumit quatuor suppositiones, quæ ex primo lib. sunt perspicuæ. Prima est: q̃ contrariorum una est materia, ut uerbi causa, & calidi & frigidi. & cæterarum contrarietatum. Secunda est omne quod fit, ex potestate ente fit, & nõ ex actu ente. Tertia, materia ipsa ab ipsis contrarijs non est subiecto separabilis: sed bene ratione. Quarta est, quòd si una sit materia numero qualitatum secundarum, ut coloris, eadem erit & primarum, ut calidi atq; frigidi. Hæ suppositiones in primo libro perfecte sunt declaratæ, nunc aũt sint suppositiones, quia prius fuerunt cõclusiones demonstrationum.

D Est igitur materia & corporis eadem, & magni & parui.

Expositio. An rarefactio & condensatio sint poss. Vide Alb. de saxo. q. 13. huius. His quatuor suppositis soluit rationem, & breuiter solutio consistit in hoc, q̃ rarefactio non fit aduentu rerum extrinsecus: nec condẽsatio exitu illarum. sed quia quod erat potestate reducitur ad actum. at cum materia sit contrariorum eadem potestate. ideo condensatio, & rarefactio fiũt per extractionem unius potestate contenti ad actum, & ita non oportet concedere uacuum.

Hoc autem perspicuum. Nam cum ex aqua aer factus est: eadem materia aer fit nulla re alia assumpta. Sed quod potestate erat, id actu factum est. Simili modo etiam si rursus ex aere aqua exorta esset. eadem nãq; materia nunc in magnam ex parua: nunc in paruam ex magna uerteretur molem.

Expositio. Solutionem datã approbat in omnibus motus speciebus Primo in generatione. uidemus enim generatione fieri cõdensationem & rarefactionem nulla re deforis accidente, ut in generatione aquæ ex aere aut econtra, sed solum, per extractionem eius quod erat in potentia ad actum. E

Hunc etiam in modum. Si & aer ex maiore comprimatur in minorem, & ex minore rursus in maiorem amplietur molem. Materia ipsa quæ ambo potestate est. Mutuo fit utcunq;. Nam quemadmodum ex frigido calidum, & ex calido frigidũ quando fit: eadẽ est, quia potestate erat ambo, sic & ex calido magis calidũ fit nulla prorsus parte facta tunc calida, quæ non erat antea calida: cum calida minus erat.

Secundo idem probat in alteratiõe. nam uidemus in alteratione, quę fit in aere de minore ad maiorem molem, quę uocatur rarefactio, & de maiore in minorem, quę uocatur condensatio, nihil deforis aduenire, ut etiam in exemplo de alteratione ex calido in frigidum: & econtra: approbat ubi patet aliquid calidius effici, & non propter aduentum alicuius de nouo, sed quia totum erat minus calidum. Expositio. F

Quemadmodum neque circunferentia maioris circuli: si & in curuitatem fieret minoris circuli, siue sit eadem, siue sit alia pars ipsius nulla facta esset curua: quę non erat antea curua: sed recta, nõ enim eo quicquam minus aut magis tale est, quia id interimitur quo minus aut magis dicitur tale, neq; fit ut flammæ pars ulla sumatur, in qua neq; color neq; caliditas sit.

Videtur iuxta græcam seriem uerba hæc esse dicta ut declaratio proximi exempli, quod erat datum in alteratione, & certe ita est. Sed magis Auerr. & expositoribus placet istud esse tertium exemplum in auctione, quod nos doctrinæ causa concedimus, quia non est multa uis aut sic, aut aliter exponere. Et inquit: quemadmodum neq; circunferentia maioris circuli si & in curuitatem fieret minoris circuli siue sit eadem circunferentia siue sit alia, pars ipsius nulla facta esset curua, quæ non erat antea curua sed recta, ita subauditu rarefactio uel condensatio non sunt per additionem uel subtractionem alicuius: non enim eo quicquã minus aut magis tale est, quia id interimitur, quo magis, aut minus dicitur tale, sed per ręductionẽ de potentia ad actũ eius quod prius erat minus, ueluti nec fit ut flammæ pars ulla sumatur: in qua neq; color siue lux, neque caliditas sit. Hoc exemplum est in auctione, esset quartum exemplum in latione, quod subticuit breuitatis causa, & quia intelligitur per alia. Expositio G

Vt igitur prior caliditas ad posteriorem se habet. sic etiam magnitudo. atque paruitas sensilis corporis non ampliatur, quia sua materia quicquam insuper sumit, sed quia materia utrunque potestate est. itaque idem est densum & rarum atque materia ipsorum una: sed densum quidem graue: rarum uero leue.

H Expositio. Nunc ex iis exemplis infert intentum & inquit: ut igitur prior caliditas ad posteriorem se habet, quia aduenit illi. non per hoc, quia aliqua pars quæ non erat calida, sit facta calida, sed per hoc, quia illud quod erat minus calidum fit magis calidum, ita etiam magnitudo atq; paruitas sensilis corporis, non ampliatur, quia sua materia quicquam insuper sumit: sed quia materia utrunq; potestate est. ideo rarum & densum non per partium additionem, aut subtractionem sit, sed per hoc q̃ una est rari & densi ue materia. ideo concludit itaq; idem est densum & rarum atq; materia ipsorum una, & ita sunt eadem subiecto, sed densum quidem graue. rarum uero leue. hoc est sed differũt forma. nam aqua & terra densa sunt & grauia. ignis & aer rara & leuia. rarũ enim ideo leue est, quia plus quidem de forma habet: minus uero de materia, quod leuibus competit. dẽsum autem graue, quia multum de materia. minus autem

I de forma, quod grauibus conuenit. Amplius leue continet, quod rarioribus est ascriptum. graue continetur, quod densioribus.

T.85. Præterea ut orbis curuitas si in minus redigat non aliud quicquam concaui insuper assumit, sed quod erat educitur, sic & ipsius ignis aliqua pars cum aliquid accipit. Totum calidum est. Sic & uniuersum constrictione atque ampliatione eiusdem materiæ rarum est & densum. duo enim, & densum & rarum commitari uidentur, densum quidem graue atque durum. rarum uero his contraria leue, & molle: uerum in plumbo ac ferro durum & graue dissonant.

Expositio. Græci codices aliqui uerba hæc non habent, & rationabiliter, quia iam dicta sunt. uidentur enim magis esse apposita circa margines. Sed quicquid sit in codicibus meis K reperiuntur. Propterea uidetur rursus declarare rarefactionem & condensationem non fieri partium additione, aut subtractione. Sed æductione, & inquit: præterea ut orbis curuitas. Si in minus redigat non aliud quicquam concaui, siue curui insuper assumit deforis, sed quod erat potestate, æducitur ad actum. Sic & ipsius ignis aliqua pars cum aliquid accipit caloris plus eo quem habet, totū eius corpus calidum est, sic & uniuersum corpus constrictione & ampliatione eiusdem materiæ rarum est et densum, quatenus ad maiores aut minores mouetur dimensiones, & ꝙ non differant materia, sed forma & cōtrarietate. probat dicēs. duo enim & densum & rarum comitari uidentur. dēsum quidem graue atque durum, rarum uero his contraria leue & molle, est tamen hoc dictum, ut in pluribus. nam ad densum semper graue comitatur. ad rarū semper leue, non tamen semper durum est cum denso, & molle cum leui. nam in plumbo & ferro, quæ ambo grauia sunt. dissonant L graue & durum, nam plumbum graue est, sed molle, ferrum uero & durum & graue. igitur dictum illud, ut in pluribus est uerum.

T.86. Ex his igitur quæ dicta sunt, patet, neq; separatū, aut simpliciter, aut in raro, neque potestate uacuū esse, nisi quis uacuum ipsum appellare uoluerit omnino quod quidem lationis est causa. hac enim profecto ratione grauis ipsius leuisq; materia, quatenus talis est: uacuum erit. uerum rarum & densum hac quidem subcontrarietate lationis sunt effectiua. Illa uero duri ac mollis causę facilis difficilisue passionis, & non lationis, sed alterationis potius. Et de uacuo quidē quanam ratione sit, quaue non sit: hoc modo determinatum sit.

Expositio. Nunc ex dictis concludit, & inquit. Ex his igitur, quæ dicta sunt: patet neq; separatum, aut simpliciter, aut in raro actu esse uacuum, neq; potestate: aliter quādoq; actu erit M nisi quis abutendo nomine uacuum ipsum omnino nuncupare uoluerit, quod quidem lationis est causa, siue ut subiectum, siue ut motor. hac enim profecto ratione grauis ipsius, leuisue materia, quatenus talis est uidelicet aut densa aut rara. hoc est aut leuis aut grauis, aut magis quatenus potestate est materia & subiectum, uacuum erit. Sed quia dixit rarum & densum causas esse motus et multifariā motus est. Declarat quonam modo causæ sint, & qua ratiōe. & inquit uerum, rarum, & densum, hac quidem contrarietate qua rarum & densum sunt lationis sunt effectrices causæ, quia comitantur leue & graue, quæ sunt causæ effectrices lationis, contrarietate uero duri, & mollis causæ sunt facilis difficilisue passionis, & non lationis, sed alterationis potius. nam durum difficulter patitur. molle uero facile. demum epilogat. & sermo patet. Auer. uero commen. 84. sic componit syllogismum solutionis omnia contraria sunt in eadem materia nullo accedente deforis, nec exeunte foras, sed rarum & densum sunt contraria in quantitate cum translatio corporis de maiore quantitate in minorem sit condensatio, econtra rarefactio. igitur rarum & dē- N sum fiunt nullo accedente deforis, & nullo exeunte, sed per eductionem de potētia materiæ. Debes scire ꝙ aliquid potest crescere uel decrescere in dimensionibus dupliciter. Vno modo per additionem aut subtractionem, quomodo paries crescit additione lapidum, decrescit uero subtractione: & hæc improprie est rarefactio uel condensatio. Alio modo per æductionem de potentia materiæ, aut reductionem in potentiam materię, nullo aut antecedente: aut exeūte, sed aut æducto aut reducto, & hoc modo est uere rarefactio aut condensatio. rarefactio per æductionem de minori ad maius, condensatio autem per reductionem in potentiam materiæ. & hæ tribus modis fieri possunt. solutio motu locali, ut quādo aer condensatur, quia aliquid mouetur in ipso, aut constringitur in uesica, aut rarefit, quia dilatatur in utre: aut alteratione calidi & frigidi, ut aqua in olla rarefit acquisitione calidi, condensatur alteratione frigidi, aut generatione ut quando ex aqua aer fit, rarefactio est generatione aeris, contra uero generatione aquæ cōdensatio O erit: & sic in omnibus his modis ꝑspicuum est rarefactionem uel condensationem fieri nullo aut accedente aut exeunte. ut ratio Auer. concludit. Sed multum dubitant recentiores quonam modo rarefactio sit ad maiorem quantitatem: & condensatio ad minorem. Quidam exponunt Auer. de raritate & densitatiue sumptis, & non absolute, siue qualitatiue / possunt enim uno modo sumi pro relatione partium, ut pro approximatione, uel elōgatione partium: & sic ad eas non est motus per se, sed per accidens, aut propter motum localem, aut propter alterationem, aut ꝓpter generationem. alio modo possunt sumi qualitatiue ꝓ qualitatibus, quæ comitantur calidum & frigidum, & sic ad ipsas erit motus ꝑ se, licet comitentur alii motus. nam rarefactionem comitatur calefactio, condensationem uero frigefactio, & ita iuxta hos Auerr. loquitur de raro & denso, relatiue & non qualitatiue. Sed hæc expositio facit Auer. textui contradicere. Arist. enim loquitur de raro & denso, quatenus sunt contraria, & ut sic non sunt relationes: sed qualitates. Propterea approbo eos qui Auer. intelligunt P hoc modo, ꝙ rarum & densum sunt qualitates fundatę in quantitate. Et si dices ꝙ eodem modo est de albo & nigro & aliis: dici potest ꝙ omnes qualitates sensiles & quartæ speciei fundantur in quantitate, sed aliquæ suo intellectu explicant quantitatem, ut rarum & densum, quæ nō modo in demonstrationibus fundantur, sed illas de suo intellectu explicant. uult igitur Auer. iuxta hos rarefactionem esse ad maiorem quantitatem. hoc est ad raritatem fundatā in quantitate. Deinde Auer. mouet quæstionem hoc modo. quia potest aliquis dicere ut calor crescit ex calore addito extrinsecus, ita quantitas ex quantitate. Respondet negando antecedens. non enim calor fit per additionem, sed per æductionem. nam cum agens creuit in calore, passum Q creuit in calore. non quidē pro hoc ꝙ migrauerit caloris ꝑs de agente in passum, sed quia æduxit plus caloris de potētia materiæ passi, & ita etiam dici oportet de quantitate.

Sed dices. igitur non differt quantitas a qualitate quo ad agere, quia caliditas non inducit nec agit, & sic nec quantitas. igitur quo ad hoc non differunt. Respondet Auerr. ꝙ est differentia inter illa, quoniam caliditas fit ab alia caliditate in actu per abiectionem contrarii. quod non est ita de ꝗtitate, quia non fit ab alia quantitate in actu per abiectionem contrarii. uel generationem. nam quantitas non est de potentiis actiuis per abiectionem contrarii, sed comitatur potentias actiuas & actiones earum uidelicet calidum & frigidum. Arist. igitur uoluit calidum non crescere per translationem, siue migrationem de agente ad passum sicut nec quantitas crescit per additionem minoris ad maiorem utraq; remanente, licet hoc uideatur difficile imaginatu. & addit Arist. usum esse rhætorico exemplo propter difficultatem imaginandi, ut dixit in primo huius. cætera ꝗ in aliis commentis dicit. ex literæ translationibus patent.

Sed

[Left margin, end: Quę Auer. com. 84. Vide etiā Bur. text. 84. huius.]

[Right margin notes: Dubitatio — Prima solutio. Vide etiā Bur. 184 huius. — Cōfutatio — Dubitatio Auer. — Solutio — Replic. — Responsio Auer.]

A Prima dubitatio. Prima tñ. No iales uel terministe. Argumentũ Auer. contra põnem primã.

Sed dubitant utrum rarefactio fit accessu aliquorum, condensatio uero recessu illorum. Respondent sorticolæ ꝙ mixta rarefiunt accessu aliquorum: condensantur uero recessu illorum. probant qa hæc meatus habent non uacuos. qui consolidantur in condensatione, & ita recedit aer uel aqua, perforantur in rarefactione, & ita aer uel aqua accedit in meatus illos. Sd contra obiicit Auer. commẽ. 85. & inquit. & innuit per hoc pctm̃. quod accidit dicentibus rarefactionem & condensationem fieri constrictione amplìatione ue foraminum: quoniam secundum hoc nõ quælibet pars corporis reciperet densitatem & raritatem, sed solum foramina. Modo omne quod rarefit uel condensatur, secundum omnes partes rarefit uel condensatur. Dici potest concordando hos, ꝙ aliud est esse causam rarefactionis uel condensationis: & aliud est comitari rarefactionem uel condensationem. dicerem igitur in mixtis & simplicibus rarefactionem non fieri, ppter accessum & recessum corporum tanquam propter causam, sed bene in mixtis fieri per recessum aut accessum cõcomitatiue. primi igi- B tur uolunt mixta condensari uel rarefieri accessu uel recessu aliquorum concomitatiue. non autem causaliter. elemẽta uero nec concomitatiue: nec causaliter. Auer. autem uult rarefactionem uel condensationem nec in mixtis nec in simplicibus fieri accessu uel recessu aliquorum causaliter, & sic non contradicunt. Secundo dubitant. utrum per rarefactionem acquiritur aliquid de nouo, & per condensationem deperdatur. Captiunculatores tenent nihil per rarefactionem acquiri, uel condensatione deperdi, & ita concedunt bipedale hoc prius fuisse, negant tamen hoc prius fuisse bipedale. Sed istæ sunt captiunculæ nõ dignæ peripatetico. Sæpe enim hi ut captiones seruent ab unguem, truduntur in errores ad stadium. Tenemus igitur cũ Auerroe, & expositoribus per rarefactionem aliquid de nouo acquiri. nam rarefactio est motus: omnis autẽ motus terminatur ad aliquid quod prius non erat. Per condensationem uero aliquid deperdi, quia est motus contrarius rarefactioni. id tamen quod aut acquiritur aut deperditur, non est de nouo accessiue, sed æductiue, quia non accedit deforis, sed æducitur. Hæc de uacuo dicta breuibus.

Secũda dubitatio. Qualis tñ sio. Propria solutio. An cõdensatio & rarefactio sint motus possibiles ab aliis speciebus motꝰ. Vide Ioan. de magi. q. 5. ... 87. & cõssiũ pa... q. 2.

De tempore.

Consequens autem ad dicta est agere de tempore, sed primo bene se habet de ipso dubitare, atq; extrarias rationes afferre si sit rerum aliqua, aut non sit tempus: deinceps quæ ipsius sit natura.

Dilucida. tex. c. 87. ANTI.

{ Habitum autem dicas est aggredi de tempore. { Primum autem bene se habet dubitare de ipso & { per extraneas rationes, utrum sit eorum, quę sunt { aut non sit eorum, quæ sunt, postea, quæ natura { sit ipsius.

Expositio. D

Egit de loco & uacuo. nunc de tempore dicere proponit, & duo ꝑponit disputare an sit tempus in rerum natura & quid sit, causam affert, quia bene se habet dubitare, ut dicitur tertio metaphy. Auerroes uero per exotericas græce rationes, latine extrarias logicos sermones intelligit, quæ ut dicit Themistius rationes communes dicuntur ex quibus philosophia extraria, siue sophistica componit.

Que auer. cõmẽ. 87.

{ Tacuit alias quæstiões scilicet quia est, siue quale nam { tempus sit, & propter quid est, siue propter quid tale est, { nam terminata quæstione quid est habentur accidentia { temporis, & causa propter quid illorũ, ut superius de lo- { co patuit. est enim perfecta definitio, & qua apparent oĩa { accidentia definiti, & illorum causa.

Dilucida. tex. c. 88.

Nihil igitur esse prorsus tempus, aut ægre esse: aut obscure ex his quis suspicabitur. nam aliud ipsius fuit & non est. aliud est futurum & nondum est. Ex his autem & infinitum & id quod semper lapsum est tempus texitur. at id naturam aliquam entis tenere: quod ex his constat, quæ non sunt impossibile uidetur.

{ Quod quidem igitur omnino non sit, aut uix, { aut obscure ex his aliquis concipiet. hoc quidem { enim ipsius factum est, & non est. Id uero futurũ, { & nondum est. Ex his autem & infinitum & sem- { per acceptum tempus componitur. Ex his autẽ { quæ nõ sunt, compositum, impossibile utiq; uide- { tur partici pare aliquãdo substantiam.

E ANTI. λαμβανόμενος semp acceptũ lapsum Expositio.

Quod tempus non sit in rerum natura, arguit. Primo sic. quod constat ex nõ entibus, nihil est. tempus constat ex nõ entibus. igitur nihil est. minor declaratur, quia constat ex preterito quod fuit: & non est. texitur ex futuro, quod erit, & nondum est. Quo uero ad uerba attinet uerbum illud lapsum, græce est lambanomenon, latine quod accipitur sed sensus est ꝙ ex his dies, & mensis, & annus, & infinita antea semper lapsa tempora constant. Quare tempus non est amplius uerbum illud entis, græce usias, latine substantiæ, sed melius iacet modo illo in latino. Auerroes uero reddit causam cur dixit, aut ægre, aut obscure: & ait hoc dixisse, quia rationes logicæ non faciunt efficaciam sed suspitionem. Secundo soluit Auerroes rationem hanc, est enim F hæc ratio compositum ex non entibus nihil est. tempus est ex non entibus. igitur nihil est. hanc soluens primo reducit illam contra facientem sic. Compositum ex non entibus nihil est. Motus componitur ex non entibus. igitur nihil est. modo conclusio est contra sensum. est enim motus sensile commune. ut dicitur secundo de anima. Propterea debes scire ut ipse innuit ꝙ triplex est ens completum extra animam ut tellus. Aliud quod omnino habet esse in anima ut hyppocentaurus. Tertium ex iis compositum. Verum compositio est duplex. constitutiua ut mixtum ex elementis: aut homo ex anima & corpore. alia est participatiua, ut paries ex albedine, quia participat illam. tunc dicit Auerroes, ꝙ motus & tempus ex non entibus & entibus componuntur compositione participatiua. Nam de ente non habent nisi instans. fluxum autem, & futurum habet ab anima: nam motus & tempus, ut cadunt sub consideratione: se habent ut permanentia & in actu. ut uero sunt extra animam non sunt permanentia. sed successiua, sed de G his postea. Ad formam igitur patet solutio ꝙ tempus & motus possunt esse ex entibus rationis, quæ non sunt entia in re.

Ad hæc partibilis omnis rei si est, necesse est, cum est: aut omnes partes: aut nonnullæ sint. At temporis, quod quidem est partibile. aliæ partes transactæ: aliæ futuræ sunt: nullaque pœnitus adest. ipsum uero nunc non est pars. pars nanq; metitur. uniuersum etiam ex partibus constare oportet. at tempus es ipsis nunc non uidetur constare.

Dilucida. tex. c. 89

{ Adhæc omnis partibilis, siquidem sit, necesse est { cum est, aut quasdam aut omnes partes esse. Tem- { poris autem, aliæ quidem factæ: aliæ uero futu- { ræ sunt: est autem nihil ipsius existentis diuisibi- { lis: ipsum autem nunc non est pars: Mensurat & { enim pars, & componi oportet totum ex parti- { bus. Tempus autem non uidetur componi ex ip- { sis nunc.

ANTI. δὲ autẽ sed. Quasi dicat licet tẽporis aliæ ptes sint factæ, aliæ futurę nihil tamẽ ipsi tpis diuisibilis exñtis est. Expositio.

Secundo arguit sic. omnis res quæ est partibilis cum est necessario omnes aut aliquas partes habet. tempus est partibile & nullas pœnitus partes habet. igitur tempus nihil ẽ. Sed dices minorem esse falsam, quia temporis est aliqua pars ut ipsum nunc. contra replicat. Primo, quia pars metitur totum. nunc ipsum non metitur tempus. igitur non est pars temporis. Secundo partes sunt ex quibus totum constat, ex ipsis nunc tempus non constat, igitur ipsa nunc nõ sunt partes temporis. Sorticolæ hæc confirmant. Primo nullum instans præteritum erit præsens. omne instans futurum erit. præteritum. igitur nullum instans futurum erit presens. Secundo nullum instans futurum fuit præsens.

I omne instans præteritum fuit futurum. igitur nullum instans præteritum fuit præsens, & ita tempus nihil est.

RECO. Quo ad uerba attinet, uerba illa, & componi oportet totum ex partibus, possunt dupliciter intelligi, ut si principium nouæ rationis, & sic in commẽtarijs exposuimus nam uerbum & pro amplius uel etiam uel præterea accepit: uel possunt copulari cum uerbis primæ rationis, & sic exponunt alij, & non placet. Debes scire ad argumenta sorticularum esse negandas maiores: quia contradictoriũ cuiuslibet earum uerũ est. nam aliquod ꝙ est, uel erit præteritum: erit presens insuper ẽt aliquod quod est, uel fuit futurum fuit præsens: & sic tollitur utrunq; argumentum.

Diluci da. tex. c. 90. Preterea & ipsum nunc quod præteritum & futurum distinguere uidetur: utrum unum idéque semper permaneat an aliud sit atq; aliud? non facile cognitu habetur. nam si semper aliud atq; aliud sit, cum in tempore ipso alia atq; alia pars simul nõ sit, nisi una contineat altera cõtineatur, ceu minus

K tempus a maiori continetur, & id quod nunc non est, antea uero fuit, necesse sit aliquando esse corruptum, sane nunc ipsa inuicem simul non erunt sed semper corruptum esse necesse est id quod prius. in seipso igitur corrumpi non potest, propterea quòd tunc est. In alio uero nunc corrumpi id, qđ prius est nunc, nõ contingit. Sit enim modo impossibile ipsa nunc sibi habere ut puncto punctũ. si igitur non in eo quod est postea corruptũ est, sed in alio. in his nunc intermediis, q̃ infinita sunt simul erit, quod quidem est impossibile.

ANTI. Amplius autem, & ipsum nunc, quod uidetur determinare præteritum, & futurum, utrum unum, & idem semper maneat, aut aliud, aut aliud, non facile est scire, siquidem enim semper alterum & alterum est. nulla autem pars earum,

L quæ sunt in tempore, alia & alia simul est, quæ non contineat: Alia uero cõtineatur. Sicut minus tempus a maiore, sed si ipsum nunc modo nõ ens est, prius aũt ens: necesse corrũpi aliqñ & ipsa nũc. simul quidem ad inuicem non erunt, corruptum enim esse necesse est semper prius. In eodem nãq; corruptum esse impossibile est, propter id, quod tunc est. In alio autem nunc prius nunc corrumpi non contingit. sit enim impossibile esse habita adinuicem ipsa nunc, ut punctum cum puncto. siquidem igitur in eo, quod est consequenter, non corrumpitur, sed in alio, in mediis, nunc quę sunt infinita, simul erit. hoc autem impossibile est.

Expositio. Mouet quæstionem de ipso nunc: utrum remaneat idẽ atq; unum in toto tempore, & arguit ꝙ sic. Sed in ratione supponit duo. Primum ꝙ non possunt duo nunc simul esse in tempore. nam non possunt esse duæ partes temporis

M simul, nisi alterum contineat alterũ ut simul est dies & mensis, qui mensis diem cõtinet. Secundo supponit ꝙ ipsa nũc non sunt in tempore contigua, ut in sexto dicetur. Tunc arguit: si nunc ipsum corrumpitur, aut in ipso nunc in quo est, ut in alio. non in eodem in quo est, quia tunc corrumperetur & esset. Si in alio, aut priori, aut posteriori, non in priori, quia tunc corrumperetur antequam esset. Si in instanti, siue nunc posteriori, aut imediato, aut mediato. non in ipso nunc immediato per secundam suppositionẽ, quia nõ sunt immediata ipsa nunc, nec in ipso nunc mediato, quia tunc illud nunc maneret in isto medio. semper enim manere oportet donec corrumpatur, & cũ in illo medio sint infinita nunc: tunc illud nunc corrupẽdum esset simul cum infinitis nunc contra suppositionem primam, uerba patent translatione sola.

N RECO. Hic textus nõ est leuis, licet in commẽtarijs sumimati m bñ sit expositus, uerum quo ad uerba Arist. primo mouet quæstionem, & inquit amplius autem, & ipsum nũc, quod uidetur determinare præteritum & finitum, determinare dico quia uel distinguere, uel copulare, utrũ unum & idẽ semper maneat, ut inquit, in toto tempore, an sempaliud sit, atq; aliud, non facile est scire: Mota quæstione, ostendit eius difficultatem, accipiendo primo secundum philosophos esse aliud atq; nunc in ipso tempore, & secundo ꝙ duæ partes temporis simul esse non possunt, nisi altera alteram contineat. Ex his duobus sequitur difficultas. non enim potest esse unum nũc prius non ens, postea ens nam cum sit aliud atq; aliud ut prima suppositio dicit non potest esse idem: nisi alterum alterum contineat, modo nec primum nec secundum alterum alterum continet ideo inquit, non est facile scire. Siquidem enim semper alterum alterum est nunc, & nulla pars earum, quæ sunt in tempore alia & alia simul est, quæ non contineat, & alia contineatur, hæc est difficultas quæstionis ex his enim se-

O quitur non esse idem atq; unum, nam cum sit aliud atque aliud, & alterum alterum non contineat, nõ erit unum ex opinione uero mathematicorum est unum, sicut pũctum unum fluens facit lineam. tacta quæstionis difficultate, argumentatur esse idem nunc, quasi dicat, sed si ipsum nũc modo non ens, prius autem ens fuit hoc est dicere est idẽ tũc necessarium est ipsum nunc aliquando corrumpi, hoc autem falsum est, quia si ipsum nunc corrumperet, corruptio prioris nunc uel fiet in seipso, uel in alio, non in alio, quia uel in alio immediatio, uel mediato, nõ in alio immediato, quia non possunt esse ipsa nunc immediata nec in alio mediato, quia tunc in tempore medio nunc corrumpendum esset simul cum infinitus nũc, nec in seipso, quia tunc non esset corruptum, inquit, sed si ipsum nunc modo. non ens est, prius autem ens quod est dicere fuerit idẽ

P necesse est aliquando & ipsa nunc corrumpi. consequens falsum est, ergo nunc est modo & prius idem. Quo uero uerba attinet, uerbum si non est in græco, sed additum est ad sensum de licentia interpretis. deinde ꝓbat ꝙ ipsa nũc non corrumpantur, quia non potest ipsum nunc corrumpi in ipsomet nunc quia tũc simul ad inuicem non erũt, cuius causam inquit, quia corruptum enim necesse est semper prius esse, cum in eodem corruptum esse impossibile est. ergo nõ potest in se ipso corrumpi, quia tunc idem nõ esset & esset. propter id quod tunc est, in quo corrumpit. In alio autem nunc priori, corrumpi nunc, non contingit: quod uero nõ in posteriori, probat supponendo ipsa nũc non esse habita, inquit sic enim pro modo impossibile esse habita ad inuicem ipsa nunc, ut punctum cum puncto: donec in sexto declaretur, ex hoc sequitur nunc non corrumpi in nunc consequenti, cum nullum sit nũc ab ipsum nunc consequẽs per suppositionem. Si igitur in eo nunc ꝙ consequẽter est, non corrumpitur nunc, ut ex suppositione patet, sed in alio scilicet mediato, in mediis, nunc: quæ

Q sunt infinita, nunc corrumpendum simul erit, quod est impossibile: non enim potest aliquod corrumpẽdum esse simul cum infinitis nunc, quia tunc remaneret tempore infinito incorruptum, & ita corruptibile nunq; corrumperetur. resume ergo sensum Aristo. hoc pacto. Amplius autẽ & ipsum nunc, quod uidetur distinguere, siue copulatur præteritum cum futuro, utrum unum & idem semper maneat, an aliud atq; aliud, non facile est scire duo, si secundum phõs sit in tempore aliud, & aliud, & pars alia atq; alia simul esse non possit, nisi altera alteram contineat, nam si pars alia, atq; alia non est simul nisi contineat altera alteram, & nunc est aliud atq; aliud secundum physicos, non potest esse simul cum alio, nisi alterum alterum contineat, & cum non possit alterum alterum continere, alterum alteri non potest esse simultaneum, et ita nec unũ in toto tempore, ex alio sequitur esse unum: quia sicut punctum fluens efficit lineam, ita nunc fluens facit tempus. Quod uero unum idemq; sit nunc in toto tempore, probatur, quia

Resumptio textus pulchra.

A tur, quia si non esset idem, sed aliud nunc prius, & aliud nunc posterius: ipsum nunc corrūperet, ꝙ uero non corrūpat, ꝓbatur, quia non pōt corrumpi in seipso ut in mensura, quia tunc idem simul esset & non esset, esset quidē, quia mensura in qua aliquid corrūpit: est, non esset uero, quia in illo nunc ut in mensura esset corruptum: nec in alio nūc corrumpi pōt, quia non in priori, nihil. n. corrumpitur in priori mensura: nec in posteriori, quia uel in consequenti siue immediato, & hoc non: cum non sit nunc ad nunc cōsequens: nec mediato, quia tunc nunc corrumpendū esset simultaneū infinitis nunc existentibus in tempore medio quod tanq̄ impossibile relinquit: Hæc de textu: interposuit aūt talem q̄ōnem Arist. ante determinationē eius q̄ōnis, quæ de existentia tp̄s est, quia si nunc sit unum in tempore, sequitur tp̄s esse, & si non sit unum, difficile est uidere q̄uo tempus sit, quia igitur ex solutione præsentis quæstionis pendet determinatio eius q̄ōnis, quæ est de existētia tp̄is: iō interponit q̄ōnē hāc ante illius determinationē.

De necessitate tēp. q.

B

Dilucida. tex cō. 91.

At uero neq; idem semper permanere potest. nullus enim diuisibilis finiti finis ē unus: siue ad unū siue ad plura continuum fit. Sed ipsum nunc finis est, & tempus ipsum finitum sumi pōt.

ANTI.

At uero neq; idem semp manere possibile ē, nullius. n. diuisibilis, quod finitū est, unus terminus est. neque. n. si ad unum sit continuum: neq; si ad plura. ipsum autem nunc terminus est, & tempus est accipere finitum.

Expositio.

Ad oppositum quæstionis de ipso nunc arguit. Primo sic. nullius finitæ rei diuisibilis terminus, siue finis est unus & hæc maior est uera, siue illud finitum diuisibile sit continuū una dimensione, ut linea, quæ sola longitudine continua est, siue sit pluribus dimensionibus continuum, ut superficies quæ longitudine & latitudine est continua: uel ut corpus quod est continuum longitudine, latitudine, & altitudine. est igit̄ maior. nullius diuisibilis rei finitæ finis est unus ipsum nunc est finis alicuius rei diuisibilis finitæ, ut temporis. igitur ipsum nunc nō est unum. Auerroes ait. ꝙ linea habet duos fines ut duo puncta. superficies quatuor. duo puncta & duas lineas: corpus sex, quoniam duo puncta: duas lineas, & duas superficies.

C

Cur Ra.

Dilucida. tex cō. 92

Preterea. si esse simul tempore & neq; prius neq; posterius sit esse & in eodem nunc: ea sane quæ ante mille annos sunt facta: simul erunt his quæ hodie texuntur & neq; prius quicquam alio neque posterius erit.

ANTI.

Amplius si simul esse secundum tempus, & neq; prius, neq; posterius, est & in eodem esse nunc: simul erunt, quæ in annum facta sunt millesimum his, quæ facta sunt hodie: & neq; prius, neq; posterius aliud alio.

Expositio.

Secundo arguit. si esse simul tempore. hoc est neq; prius neq; posterius sit esse & in eodem nunc: ea quæ ante mille annos sunt facta: simul erunt his quæ hodie texuntur atq; fiunt, & neq; prius quicquam alio: neq; posterius erit, quoniam omnia erunt in uno eodēq; nunc. Quærunt iuniores utrum hæc ꝓpositio de secundo adiacente. est tp̄s. sit uera: & uidet̄ ꝙ non per rōnes Aris. Tum primo quia ipsius nulla pars est. Tū secundo, quia diuisibile non est nisi aliquæ partes, aut oēs sint. Soluunt iuniores ꝙ secus est in permanentibus. secus aūt in successiuis. permanens enim esse nō pōt: nisi oēs, aut aliquæ partes simul sint. at successiuū esse pōt dato ꝙ solū illius aliquid: siue pars: siue terminus partis sit, & sic est in tpe. est enim ipsius: qua illius momentū: siue nunc: siue instans est. Sed contra hæc dubitatur. & facio hanc ꝓpositionē de secundo adiacente. est tp̄s, & quæro. illæ terminus tp̄s pro quo supponit, aut pro ipso diuisibili tpe, aut pro ipso nunc. Si pro ipso diuisibili tpe. igitur non tm̄ tp̄s erit, quia illius terminus est, sed quia pars aliqua est. non pro termino pōt supponere, q̄m terminus cōmunis non pōt supponere: nisi pro suppositis in suppositione ꝑsonali, ut dicunt sorticolæ. mō ipsum nunc non est suppositum tp̄is. igit̄ oīno oportet ut supponat pro tpe. Dici pōt iuxta iuniores ꝙ totum est q̄n aliquid illius est. in permanentibus qdē q̄n pars illius aliqua est. in successiuis q̄n pars aut aliquid partis. non. n. prius esse pōt alicuius totius aliquid quin sit ipsum. Tunc dicerent ꝙ ille terminus tp̄s supponeret ꝓ tpe & diuiduo: cuius quidē partes non sunt simul, sed aliquid partiū est simul, & hoc sufficit. Sunt qui dicunt ꝙ hæc ꝓpositio est tp̄s est res animæ. mō apud animā: tp̄s est, s̄m numerū partium. ut. n. tp̄s intelligit̄: partes eius h̄nt esse p̄sens saltē obiectiue, ueluti numerus quidam rei numeratæ, ut Auer. ait. cō. 99. huius quarti. & tunc concederent ꝙ tp̄s & partes sint, ut h̄nt esse cognitū. Sed hæc rñsio tollit tp̄s reale, & si possit euadere de tpe: eadem q̄ō fiet de motu, qui est res sensilis. iō oportet uenire omnino ad illud qd' dictū est. Secundo. q̄runt de ipso nunc utrum sit corruptibile, & uī ꝙ non, per rōnes Arist. in lrā. Iuniores enim conueniunt ꝙ ipsa nunc non gn̄ant: nec corrumpunt̄ reali & ꝓpria generatione, ut dr̄. 3. metaphy. ꝙ quædā sunt quæ q̄nq; sunt q̄nq; non sunt sine generatione & corruptione, ut indiuisibilia. Secundo. concedunt ꝙ corrūpunt̄ & generantur accipiendo generationē pro inceptiōe, corruptionē ꝓ desitione: tunc dicunt ꝙ exponendo incipit per affirmationē de præsenti, & desinit similiter. ipsum nūc desinit & incipit in seipso. hoc modo incipit, quia nunc est & prius non erat. hoc modo ēt desinit, quia nunc est & postea non erit. modo hæc non contradicunt. Sed dices. si ipsum nunc desinit uel incipit. igitur in aliqua mensura desinit aut incipit. modo non est possibile ut aliquid desinat, & incipiat, & ipsum sit mensura sue desitionis aut inceptionis. Secundo. q̄ro cū dr̄. nunc est & immediate ante hoc nō fuit. quid demonstrat̄ ꝑ ipsum hunc, aut seipsum, aut aliud. non seipsum, quia tunc ipsum nunc corrumperet̄, & ipsum esset mensura corruptionis. Dici pōt ad hæc per fundamētum Auic. ꝙ in his quæ sunt talia denominatiue. oportet uenire ad aliqua talia per essentiam, ut quoniam albus est paries albedine: ipsa albedo seipsa est alba. Tunc dico ꝙ quia omne quod incipit & desinit: incipit & desinit in aliquo, siue momento: siue nunc: siue instanti. instans seipso incipit & desinit, ut albedo seipsa est alba. & ita id quod alterius inceptionis est mensura. ipsum seipso suæ inceptionis mensura erit, & tu responde ad formam.

D

Quæstio i. An tēpore. Vide etiā Bur. hic solutio iu. Vide Egi. 89.

Replica an tp̄s sit. Vide ens... Vide can. ... sulus. ... 117

E

Rñsio alia

F

Diminutio rñsiōnis

Q. ō scūa de instanti Vide etiā burl. hic

Replica

G

De his igitur quę tempori ipsi insunt: tot sint dubitata. Sed quid sit tempus & quid ipsius natura: similiter est obscurum, & ex his quæ tradita inuenimus, & ex his quæ adinuenientes prius attingimus. Quidam nanq; uniuersi motum. quidā sphæram ipsam tempus esse contendunt.

Dilucida. tex cō 93

ANTI.

De his quidem igitur, quę insunt ipsi: tot dubitata sint. quid aūt est tempus, & quæ ipsius natura: similiter & ex traditis in manifestum est, & ex his, quę attingimus inuenientes prius. Aliqui quidē enim totius esse motum dicunt: Alii uero ipsam sphæram.

H

Expositio.

Epilogat de quæstionibus dictis circa esse temporis, sed de definitione ipsius inquit. sed quid sit tp̄s & quid ipsius natura an permanens an successiua. similiter est obscurum duplici de causa, & ex his quæ tradita inuenimus à ueteribus, & ex his quæ per nosipsos adinuenientes attingimus: qua duplici difficultate res ipsa reuocatur in dubium, & explicat primam causam. dicens. quidam nanq; uniuersi motum. quidam sphæram ipsam tp̄s esse contendunt. est autē motus uniuersi ille: quem diurnum astronomi uocant. sphæram uero primum mobile, quod illo motu mouetur.

Sed conuersionis etiam pars tempus quoddam est. non autem est conuersio ipsa. pars enim con/

I uersionis id est, quod elapsum est. conuersio autem non est.

ANTI. Sed circulationis est & pars aliquod tempus. circulatio autem non est. pars enim circulationis est quod accipitur, sed non circulatio.

Contra obijcit primæ positioni. primo sic. nulla pars conuersionis est conuersio ipsa. omnis pars conuersionis est tempus igitur in tertia figura tempus non est conuersio ipsa. declaratur maior. quia pars conuersionis est illud quod est elapsum. conuersio autem non est elapsa.

Dilucida. tex. comē. eiusdem.

Adhuc si plures essent cœli: similiter motus cuiusq; eorum tēpus erit: quare plura tēpora simul.

ANTI. Amplius autem si plures essent cœli: esset similiter tempus cuiuslibet illorum motus: quare & multa tempora simul.

K

Expositio. Secundo arguit. si plures essent cœli. siue mundi: siue prima mobilia, ut ait Democritus. motus cuiusq; eorum erit tempus. igitur plura erunt tempora iuxta numerum primorum motuum. antecedens concedit Democritus. consequens uero negat. Auer. mouet contra secundam rationem dubitationem talem. In ratione Aristo. accipit duo uidelicet, ꝙ plures sint cœli, & ꝙ motus sit tempus, & infert. igitur plura erunt tempora. modo dicet cauillator. istud impossibile esse plura tempora non sequi ad secundam propositionem uidelicet, ꝙ motus primus sit tempus, sed ad primam illi coassumptam uidelicet plures sunt mundi, & ita sequitur primam esse falsam, & non secundam. Respōdet Auerro. & supponit regulam illam. quicquid antecedit ad antecedens: antecedit ad consequens, ut quoniam solē oriri antecedit ad diem esse. ideo antecedit ad omne quod sequitur diem esse, quia igitur pluralitas mundorum antecedit ad pluralitatem motuum, & hæc ad pluralitatem tēporum. igitur illa antecedit ad pluralitatem temporum, & ita plura tempora esse sequitur ex hoc ꝙ tempus est reuolutio illa. Sed adhuc est dubitatio, quoniam si pluralitas tēporum sequitur pluralitatem motuum, quæ sequitur pluralitatem mundorum. igitur pluralitas temporum sequitur pluralitatem mundorum, ut à primo antecedente, & non tantum pluralitatē motuum. Dici potest ꝙ pluralitas illa temporum non sequitur pluralitatem mundorum per se, nisi quia ad pluralitatem mundorū sequitur pluralitas motuum. signum est, quia apud Democritū tenetur plures esse mundos. non aūt plura tempora, & hoc quia non concedit motum esse tpus, & ita quia pluralitas hæc temporum per se sequitur pluralitatē motuū per accidens pluralitatē cœlorum. iō ex impossibilitate consequentis debemus arguere impossibilitatē illius ad quod per se sequitur, & non illius ad quod sequit̄ per accidens. Vnde est regula. si aliquod consequens est impossibile in aliqua bona consequētia antecedens est impossibile ad quod ipsum per se sequit̄, & non illud ad qđ sequit̄ per accidens. Sed contra primā rōnem est dubitatio. Primo, quia minor petit principium. sumit. n. ꝙ omnis pars reuolutionis sit tp̄s; modo hoc negarent, quia uniuersam reuolutionē tp̄s aiunt non partē. Secundo. nulla pars anni est annus. omnis pars anni est tp̄s. igitur tp̄s non est annus. hæc rō sequit̄ ex modo arguendi eius. Dici pōt ꝙ Arist. supponit partē tpis & cuiuslibet illius quod est tp̄s esse tp̄s: non petēdo, sed hac rōne, quia toto tpe mensuratur aliquis motus, & parte tpis pars aliqua motus. igit̄ totū est tp̄s, & pars eius ēt est tp̄s. Aliter parte tpis non mensuraret̄ pars motus. Ad secundum dici pōt concedendo illā particularē siue indefinitā. tp̄s non est annus. Ex hac non sequitur ꝙ annus non sit tp̄s, quia particularis negatiua non conuertit̄: ēt cum illa stat tp̄s esse annū. Sunt. n. subcontrariæ hæ simul ueræ: tp̄s est annus. tp̄s nō est annus. Sed dubitant iuniores. utrum si sint plures mūdi: sint plura tpa numero, & uidet̄ ꝙ sic, quia multiplicato subiecto: oportet ut affectio siue accidens multiplicetur. Nouus expositor ex quo & Ioannes & alij acceperūt: uult ꝙ tp̄s potest ad motum dicere duplicem habitudinem, aut

An hæc cōsequentia ualeat. Vide cursum pisi. in dubiis añ. 3. q. huius

Quæ auer. cōmē. 95.

Dubita.

Responsio

An si eēnt plures primi motus eēnt plura tempora. Vide grādeū escu le cti. 16. hui⁹

Replica.

L

Responsio

Dubōnes cōtra primā rōnem

M

Rñsiones

Q. 8ª de tē pore multitudine.

Rñsio pria Egi. hic

N affectionis ad subiectum, aut mensuræ ad mensurabile. dicit aūt ꝙ tp̄s ut affectio motus: multiplicatur multiplicato motu, & mobili primo. ut uero mensura est unum ubiq; ēt si mundi essent infiniti. Sed contra dubitatur primo tēpus pro mensura est accidens, & non alterius à motu. igit̄ adhuc est in motu, & ita sequit̄ ut prius ꝙ plurificato motu plurificetur tp̄s. Secundo multiplicato uno conuertibili reliquum oportet multiplicari per regulā. cōmen. 93. & 97. huius. Sed tempus conuertibile est cum motu tam ut mensura ꝙ̄ ut passio. igitur ut prius. Tertio si tempus esset unū numero omnia essent æqualis motus, quia æquali mensura mensurarentur. Quarto quod magis suscipit aut minus non est una numero mensura omnium mensurabiliū. tp̄s autem pōt esse breue & lōgum: multum & paucum. Fortasse, ꝑpter hæc nonnulli blatterones asserunt tp̄s esse affectionē siue mensuram exteram motuū, & ita pōt esse unū omnium motuum omnium mundorum: atq; totum in toto & omnibus mundis. Quæ positio delira est: cum Arist. tp̄s ponat motus primi passionem. Pōt igitur nouus expositor defendi ꝙ tp̄s pōt uno modo sumi pro mensurabilitate: qua motus est mensurari aptus, & hoc modo multiplicatur cum motu. secundo pro mēsura qua utitur anima in motuum mensuratione, & sic est unum minimum motus cœli, quod anima sumit ut mensura omnium, ut granum in pōderibus, & sic est unum numero omnium mensurabilium: non uariabile nisi secundum multum & paucum, ut unū est granum omnium ponderationum, quod quidē est unū non ratione subiecti: puta motus, sed ratione animæ mensurantis in qua est ut obiectum. tertio pro actuali motus mēsuratione, & sic sunt diuersa tempora, ut diuersi motus & diuersæ animæ mēsuratiōes: qbus ad argumēta patet solo.

Dubōnes contra responsionem.

Alia pō

O

Cōfutatio Defensio An sequat plures sunt cœli: igitur plures sunt tempora. Vide burl. hic.

Dilucida. tex. c. 94.

Vniuersi autem sphęram aliqui eo putauerūt esse tempus, quia & in tempore cuncta sunt, & in uniuersi sphęra. Sed hoc dictum est adeo stultum ut supersit de ipso absurda considerare.

ANTI. Totius autem sphęra uasa est quidem dicentibus esse tempus, quia & in tempore omnia sunt: & in totius sphęra, est autem stultius & quod dicit̄, ꝙ̄ ut de ipso impossibilia sit considerare.

P

Expositio. Secunda positio erat ꝙ tp̄s sit sphæra ipsa prima, & hæc persuadebat̄ sic. cuncta sunt in tpe. cuncta sunt in sphæra. igit̄ sphæra est tp̄s: cui obijcit Aristo. dicens. Sed hoc dictū est adeo stultum ut supersit de ipso absurda considerari.

Quæ auer. cōmē. 94. Auer. reddit cām quare est stulta, & sunt duæ. prima, qa æquiuocat de esse in. nā in cœlo sunt omnia ut in loco: in tempore uero sunt omnia ut in mensura. secunda quia est ex duabus affirmatiuis in secunda figura, sed hęc uidetur in tertia figura: cum sit bis subiectum. Dici pōt ꝙ debet sic formari. in sphæra sunt omnia corpora mundi in tempore sunt omnia corpora mundi. igitur tp̄s est sphæra, ubi patet syllm̄ esse in secunda figura ex duabus affirmatiuis.

RECO. Est aūt stultius lege sic, est aūt & quod dicit̄ à ueteribus de tpe. s. ꝙ sit sphæra, ꝑpea quia omnia sunt in sphæra & omnia sunt in tpe, stultius ꝙ̄ ut sit de ipso impossibilia cōsiderare: q. d. stultitia huius opinionis excellit impossibilium considerationem.

Q

Dilucida. tex. cō. 95.

Cū aūt motus qdā: atq; mutatio ꝗdā tp̄s maxime esse uī. Illud an sit cōsiderādū est. Mutatio igit̄ cuiusq; atq; motus: in ipso est, quod mutatur duntaxat, aut fortasse ubi est ipsum quod moueṫ & mutatur. at tempus ubiq; est & pœnes omnia.

ANTI. Quoniā aūt uī esse maxime motus & mutatio ꝗdā tp̄s hoc considerādū est. uniuscuiusq; quidem igit̄ mutatio & motus in ipso mutato aliqd est solū, aut fortasse ubi est ipsum qđ moueṫ & mutat̄. tp̄s aūt similiter & ubiq; & apud omnia est.

Expositio. Proponit considerationem de tēpore, & primo an sit motus. nam maxime uidet̄ tēpus ipsum motus esse, & arguit ꝙ non

A ꝙ non sit motus sic. motus omnis est in determinato mobili, aut determinato loco, ubi est ipsum mobile, sed tempus est ubiq;, & apud omnia. igitur tempus nõ est motus. maior patet. alteratio est in determinato mobili, quod est in determinato loco. similiter auctio & latio ipsa. Videtur aũt tempus maxime esse motus, ut dicit Auer. quia tẽpus intelligi non põt sine motu, et quia multotiens extimatur illud quod sequitur rẽ sit ipsa res. Sed dices quomodo põt ipsum tempus esse unum numero? Ad hoc diximus supra, ꝙ motus cœli siue minimum illius motus põt ab anima accipi ut tempus, quia ut mensura omnium motuum saltem per replicationem, ueluti granum est mẽsura respectu animæ: non absolute, & tunc tempus ut mensura est unum numero apud animam, ut mensuratio multiplicatur pro numero animarum, ut motus siue motus affectio: multiplicat̃ B pro numero motuum, unde ut ulna est lignum & ulna. sic motus cœli est tempus & motus. Tempus quidem ut institutum ab anima pro mensuratione omnium motuum. Motus uero ut absolute est in re.

Quæ auer. cõmẽ. 95.

Dubium

Responsio

Dilucida. tex. cõ. 96

Adhuc mutatio quidem omnis uelocior & tardior est. tempus uero non est. tardium enim & uelox tempore definitur. nam uelox est quod in breui tempore magnum. tardum uero quod in longo paruum spatium transit. at tempus neq; quo quantum quoddam est: neq; quo quale tempore definitur. tempus igitur non esse motum perspicuũ: atq; nihil nobis in præsentiarum intersit uti aut motu aut mutatione.

ANTI.

C Amplius autem mutatio quidem omnis uelocior, aut tardior est. tempus autem non est. Tardum enim & uelox tempore determinantur. Velox quidem enim est, quod in pauco multum trãsit. Tardum autem, quod in multo, paucum. tempus autem non determinatur tempore, neq; quo quantum aliquid est, neq; quo quale. Quòd quidem igitur non sit motus: manifestum est. differat autem nihil nobis dicere in præsenti motum aut mutationem.

Expositio.

Secundo arguit. omnis motus est uelox, aut tardus. tẽpus non est uelox, aut tardum. igitur tempus non est motus. minor patet, quia uelox & tardum tempore definiũtur, ut exẽplo ostendit. tempus uero neq; quatenus quantum: neque quatenus quale tempore definitur. igitur nõ est uelox, aut tardum. Deinde epilogat addens ꝙ in proposito usus est nomine motus large pro motu & mutatione. Auer. ait. ꝙ Aristo. dixit tempus neq; secundum ꝙ quantum neq; secundum ꝙ quale definiri per tempus, non ꝙ tempus sit quale: cum sit solum quantum, sed si esset quantum & quale: non definiretur per tempus, & ita dictum Aristote. est uerum hypothetice.

Quæ auer. cõmẽ. 97.

Dilucida. tex. cõ. 97

Verum non sine mutatione esse uidetur. nam cũ ipsi nihil mente mutamur, aut mutatos esse nosipsos latet: non uidetur nobis tempus fuisse: quemadmodum neq; his qui in sardo fabulantur dormire apud hæroas: cum experrecti essent. copulabant enim ipsum nunc prius ipsi nunc posteriori: unũq; faciebant tp̃s medium ob sensuum occupationes excipientes. Vt igitur si non aliud atq; aliud, sed unũ idemq; nunc esset: tempus sane non esset. Sic & cũ latet aliud atq; aliud esse: ipsum tempus inter medium esse non uidetur. Si igitur tunc nullum tempus esse nos arbitremur: contingit: cum nullã definimus mutationẽ. Sed in uno atq; indiuiduo anima ipsa manere uidetur. cum autem senserimus definierimusq; mutationem: tunc tp̃s fuisse dicimus: perspicuũ sine motu atq; mutatione tp̃s nõ esse. patet igit̃ neq; motum esse neq; absq; motu esse tp̃s.

D

E ANTI. At uero neq; sine mutatione, cum enim nihil ipsi mutamur secundum intelligentiam, aut latet nos mutatos esse: non uidetur nobis factum esse tp̃s: sicuti neq; iis, q in sardo fabulantur dormire apud heroes, cum expergiscuntur: copulant enim primum nunc posteriori nunc, & faciunt unum remouentes propter insensibilitatem medium. sicut igitur si non eset alterum nunc, sed hoc & unum non eset tempus: sic & quando latet alterum esse: non uidetur medium ese temporis. si igitur non opinari ese tempus, tunc accidit nobis, cum nullã definimus mutationem, sed in uno, & indiuisibili uidetur anima manere: cum autẽ sentimus & determinamus, tunc dicimus factum ese tẽpus. Manifestum est ꝙ non est sine motu, neq; mutatione: Quòd igitur neq; motus, neq; sine motu tempus sit: manifestum est. F

Expositio.

Hactenus ꝙ tp̃s neq; cœlum sit, nec cœli primus motus bonis rõnibus persuasit nunc ꝙ sine motu esse nõ possit. sic suadet, quod sine motu, aut sentiri, aut intelligi non põt, sine motu esse non poterit, sed tp̃s sine motu, aut sentiri aut intelligi non põt. igit̃ tp̃s sine motu esse non põt. minorem ꝓbat exẽplo dormientiũ apud sardũ. q cũ non perceperint motũ ab initio in finẽ suæ dormitionis: nec tp̃s percipere poterant. Inquit. uerum non sine mutatione siue motu esse ur̃ tp̃s ipsum. nã cũ ipsi nihil mente mutamur, aut mutatos esse nosipsos non aduertimus, siue latet: non ur̃ tp̃s nobis fuisse. hæc ur̃ minor. ꝓbat per exẽplũ. inquit. queadmodũ neq; his tp̃s fuisse ur̃: q apud sardũ Asiæ urbẽ dormijsse fabulant̃ apud hæroas, siue deos: cũ experrecti atq; experge facti essent. copulabant. n. ipsum nunc prius in quo cœperunt dormire ipsi nunc posteriori: in quo dormire desierũt: unũq; faciebant tp̃s mediũ ob sensuũ occupationẽ: non excipientes. hæc minoris ꝓbatio. Animaduerte ꝙ gentiles. animas eorũ qui aliquid in uita magni suggesserint hẹroas hoc est deos faciebant, ut saturni, bachi, iouis, & cæteras cẹterorũ animas, quarũ apud poetas mentio est, apud quos p̄cantationibus (ut ferunt) aliqui obstupidi reddebantur: quos uulgus dormire putabat. hi cũ excitarent̃ miracula se uidisse asserebant: & p̄sagia multa uulgo faciebant. horum nunc meminit Arist. quibus ꝓpõnis minoris approbationẽ facit. Deinde partim epilogando rõnẽ partim confirmãdo. inquit. si igit̃ non aliud atq; aliud, sed unũ idemq; nunc esset, tp̃s sane non esset, quia non esset successio. sic & cũ latet aliud atq; aliud esse, ut in somno: ipsum tp̃s intermediũ esse non ur̃. hæc est quasi approbatio exẽpli: tunc quasi epilogat rõnẽ. dicens. si igit̃ tunc nullũ tp̃s esse nos arbitrari cõtingit: cũ nullã definiuimus mutationem, sed in uno indiuiduo anima ipsa manere uidetur, utpote in unũ momento. cum aũt senserimus definierimusq; mutationẽ: tunc tẽpus fuisse dicimus: perspicuũ sine motu atq; mutatione tp̃s non esse: epilogat declarata, & patet. Galenus, ut narrat Auer. hic: rõnem Arist. sic intelligit. cũ mente mouemur percipimus tp̃s: cũ mente non mouemur non ꝑcipimus tp̃s. igit̃ tp̃s non põt esse absq; motu. Arguit mõ Galenus contra hanc rõnẽ, quã credit esse Arist. quia non semꝑ dum mouemur: ꝑcipimus tp̃s. licet. n. tp̃s ꝑcipere non possimus: nisi mente moueamur, possumus mente moueri, & tempus nõ percipere. nã possumus mente moueri & non percipere motum, sed quietem polorum & id genus: in quo casu mẽte mouemur ubi neq; motum neque tempus percipimus. Auer. defendit Aristo. ꝙ ratio philosophi est ista. nos non ꝑcipimus tempus: nisi motum aliquem perceperimus. igit̃ tempus non põt esse absq; motu. non ꝙ Aristo. uelit dicere ꝙ ideo tempus non est absque motu, quia non possumus mente moueri non percipientes tẽpus, sed hoc modo, quia perceptio temporis est ex perceptione alicuius motus exterioris, & ita uult motum esse tempore priorem natura, qa motus intelligi põt absq; perceptione tp̃is. at tp̃s minime

G

Quæ auer. cõmẽ. 97.

H

Redargutio Gal.

Defensio Ariуo.

An tempus possit per sensum cõprehendi.

Vide gae. de thie. hic & Burl.

I sine motus perceptione. sunt.n. sese consequētia cōplete q̄ ad esse. non autē quo ad perceptionē. non.n. est motus sine tpe: neq; ecōtra. intelligi tñ pōt motus absq; tpe. iō motus est prior natura ipso tpe: non prior ſm esse. Sed dubitat̄ primo, q̄a non ur̄ posse ꝑcipi motus sine tpe. nā ꝑcipi non pōt motus sine mora. Mora aūt motus tps est. igit̄ non pōt ꝑcipi ipse motus absq; tpe. Secundo dubitant. q̄a Auer. ur̄ uelle tps sentiri sensatione motus, & ita tps esse sensile, qđ non ur̄: cū neq; sensile cōe sit: neq; aliqđ ꝓpriorum.

Dubõnes Prima — Secunda — Solutio

Dici pōt ꝙ motus ꝑcipi pōt sine determinati tpis perceptione. non aūt sine confusa tpis cognitione. nō.n. fieri pōt ut motus ipse percipiat̄: nisi alicuius moræ fuisse ꝑcipiat̄. igit̄ reqrit̄ confusa tpis cognitio. pōt autē ꝑcipi motus sine distincta tpis perceptione, quia possum ꝑcipere motū Socratis: non percipiendo ipm esse, aūt horariū, aut diariū, aut tale aliquid. Ad secundā rñdēt iuniores tps esse sensibile sensuū aliquo interiorū. non aūt exteriorū, quo uero sensu ꝑcipi possit: nunc non sit cura. Pōt tñ melius dici ꝙ tēpus confusa sensatione sensu exteriori percipi pōt. non.n. pōt sensus exterior esse ipsius motus: quin sit moræ motus. Sensus aūt interior percipit determinate moram: ut horariam aut diariam aut id genus, & tunc dico ꝙ est sensibile cōe uidelicet reducibile ad motum.

Solutio iuniorum — Solo ꝓpria — K

Dilucida. tex.cō.98 Quoniam aūt querimus quidnam sit tps: hinc ordientibus sumendum est quid sit ipsius motionis. Nā simul motū atq; tps sentimus. Et.n.si tenebræ sint: nihilq; ꝑ corpus afficiamur: motus uero aliqs sit in anima: cōtinuo ēt quoddā simul fuisse ur̄ tps. Tps ēt quoddā cū fuisse ur̄: simul ēt motus aliquis fuisse uidetur. Quare tempus ipsum aut motus est aut aliquid ipsius motus. igitur cū non sit motus: aliquid ipsius motus sit necesse est.

ANTI. Accipiendum aūt qm̄ querimus quid est tps, ab hinc incipientibus quid sit motus: simul.n. motū sentimus & tps. et.n.si sint tenebre, & nihil ꝑ corpus patiamur. Motus aūt qdam sit in aīa: subito simul factū fuisse ur̄ quoddā tps. At uero & cū tps factū fuisse ur̄ aliquod: simul & motus factus fuisse aliquis uidetur. Quare aut motus est, aut aliqd motus uidetur tempus.

L

Expositio. Hactenus ꝑ priores rōnes patet nō esse idē motū & tps: nunc ōndit tps sine motu hr̄i non posse. hoc ꝓponit. dicēs, qm̄ aūt q̄rimus quidnā sit tps: hinc ordientibus sumendū est: quidnā tps ipsum sit ipsius motionis: siue motus. & cōclusio, q̄ sentit: est. sine motu tps hr̄i non pōt, & sylľus est, quod non pōt percipi sine motu: sine motu hr̄i nō pōt. Tēpus sine motu ꝑcipi non pōt. igit̄ tps hr̄i non pōt sine motu. tangit minorē, & illius declarationē, & inquit. nā simul motū atq; tps sentimus, quod exponit de quo minus ur̄, & inquit. Et.n.si tenebræ sint: nihilq; per corpus afficiamur. motus aūt aliquis sit in anima: quo aut afficiamur, aut aliquo modo mutemur: continuo ēt quoddam simul fuisse tps ur̄. contra ēt est, ut declarat. dicens. tps ēt quoddā cū fuisse ur̄. simul ēt motus aliquis fuisse uidet̄: ponit tunc conclusionē. dicēs. quare aut tps ipsum motus est, aut aliquid ipsius motus. igit̄ cū non sit motus, ut priores rōnes asciscunt aliquid ipsius motus sit, necesse est. Auer. mouet in cōmētō q̄ōnem non paruā. Arist.n. uult tps ipsum sequi motū, q̄a percipi non pōt sine motu. Contra obijcit. Aut tps sequit̄ motū imaginariū internū, ad cuius perceptionē percipiat̄, aut motū cœli, aut indifferenter oēm motum. non imaginariū, quia tunc tps non sequeret̄ motus reales: nec cœlestē. contra Aristo. non motum cœli, quia tunc cæcus ab ortu non perciperet tps: cū ipse nunq̄ cœli motū percepit: nec sequi pōt oēm motum, quia tunc quot motus essent: tot tēpora: contra Aristo. ubi supra. Respondet Auer. ꝙ nos ꝑcipimus tps ad perceptionem cuiuslibet motus indifferenter uerum hoc pōt dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ ad ꝑceptionem cuiuslibet motus percipiamus tps primo & per

M

Quæ auer. cōm̄.98. Q̄ō auer. — Rñsio Au.

se, & hoc modo dicendum est ꝙ non ad perceptionem cuiusq; motus percipitur tempus, quia tunc ipsum tps esset secundum numerum motuū, quia esset cuiuslibet motus prima passio. Alio modo intelligi pōt. non primo neq; per se, sed solum ꝙ ad perceptionem cuiusq; motus percipitur tps mediate, & hoc est uerum nā percepto quocunq; motu percipimus motum cœli, cuius tēpus est passio, & ita mediate percipimus tps. Ad huius euidentiā Auer. declarat ꝙ qñcunq; motum aliquē percipimus, tunc illū primū motum percipimus, quem tps primo & essentialiter consequitur. Et ita tota eius declaratio est in hoc ꝙ percepto à nobis q̄uis motu, simul percipimus motū cœli, quem tps ipsum sequit̄. Istud aūt ur̄ declarare à primo ad ultimū sic. percepto à nobis quocunq; motu: percipimus nos cōmutari, siue cōmoueri, & esse in transmutatione: percepto nos cōmoueri atq; contransmutari: percipit̄ esse aliquē motum quo mutamur. ꝑcepto esse aliquē motum quo mutamur: percipimus motū cœli. Nam ab illo mouemur, & à motione nr̄a motum esse quo mouemur, & à motu quo mouemur ꝑcepto nos moueri percipimus: isto ulterius percepto: motum exterum esse percipimus. Sed hic sunt dubitationes. Prima. unde ualet ꝙ ad perceptionem cuiusq; motus percipiamus nos mutari? Videt̄ enim ꝙ non sit ita. non enim uidet̄ contra imaginationē me percipere motum Socratis, & tūc non percipere me moueri nec anima nec corpore. Iuniores aiunt uerbū Auer. esse intelligendū ꝙ percepto motū percipimus nos coexistere illi motui. Sed hæc responsio infirmat secundā consequentiā. nam dato ꝙ nos percipiamus nos coexistere alicui motui: non ꝓpterea sequitur nos percipere aliquē motum quo moueamur. Secundo eadem rō fieri pōt de coexistentia. nā stat imaginabile nos percipere motū Socratis, & tunc non cogitare de coexistentia nostra cū illo motu. Propterea ur̄ ꝙ Auerroes sic intelligat, ꝙ non possumus percipere motū quantus est, nisi percipiamus nosipsos cōmutari, & hoc facile patet, quia quantus sit motus non pōt percipi: nisi percipiat perceptor se una cū illo motu defluere tanto defluxu, & hoc est percipere se moueri. Secundo dubitat̄: dato ꝙ quis percipiat se moueri: unde ualet ꝙ percipiat motū quo & cā cuius mouet̄? stat.n. quēpiam motū percipere, & non cām illius tunc cogitare? Rñdent iuniores & recte, ꝙ siquis percipiat se moueri, nō tm̄ percipit motū quo mouetur, sed motū, cuius cā mouet̄, non quidem cognitione distincta, ut argumentū cogit, sed cognitione confusā. non.n. intelligi potest me moueri: nisi quadā confusa cogitatione de cā motus intelligat̄. Tertio dato ꝙ percipiamus aliquē motū, cuius cā mouemur: unde sequit̄ ꝙ tunc percipiamus motū cœli. nā stat tunc non cogitare de motu cœli. Dici pōt esse rem hanc intelligendā ut prius cognitione confusa. nā si intelligo motū, cuius cā mouemur: indistincte cognosco motū primū, & ita motū cœli. Sic igit̄ patent oēs consequentiæ uidelicet, si percipimus aliquē motū, percipimus nos moueri siue defluere cū illo. si percipimus nos defluere cū illo: percipimus esse aliquā cām defluxus. si percipimus aliquā cām siue motū quo defluimus: motū cœli percipimus, & cum ille motus sit tēpus aut primū tempus subiectū: iure tempus ꝑcipiemus. Ad formam igit̄ patet ꝙ de perceptionem cuiusq; motus ꝑcipit̄ tēpus: non quidē statim primo & per se, sed mediate. Nonnunq̄ solitus sumi subtilius dicere q̄ Auerroes dicat. Dicebam.n.si percipit̄ motus quantulus est, opus est ut præceptor, aut per seipsum illū percipiat, aut per aliū motum. non per seipsum, quia nullus motus pōt esse mensura sui: nisi ipse sit cā omnibus alijs mensurandi. Modo quod non est: percipi non pōt. Si per alium, uel illū per seipsum percipit: uel per aliū, & cū non sit processus in infinitum. oportet ut percipiat aliquē unum primū motum, qui sui & cæterorū sit mensura & tēpus. Sed instabis de dormiēte, qui percipit somnū, & non ꝑ motū cœli. Secundo. de cæcis, qui nullū alium uident motū. Ad primā rñdet Auer. ꝙ dormiens percipit somni q̄titatē per memoriam motus imaginationis in somno. Signū aūt quia cū somnus fuerit profundus

N — Declaratio solutionis. — O — Dubita. Prima du. Vide etiā Bur. hic — Responsio iuniorum — Cōfutatio — Solo ꝓpria — P — Secūda du. — Tertia du. — Q — Declaratio propria — Replica. — Responsio

A profundus quo nulla memoretur motio: tempus somni ignorabitur. Ad secundum dici pot, quod cæcus per quem sensum motum aliquem percipit quantulus est: per illum percipit motum cœli tandem. nam motus cœli est perceptibilis omni sensu, quo percipi pot quilibet motus. Vlterius debes scire quod Galenus, ut refert Auer. accipiens à Themistio respondit aliter ad quæstionem hanc. uoluit. n. ad mentem Arist. quod ipsi moti demum intelligamus & tempus, & ita uoluit tempus percipi ad perceptionem motus mentis. Et tunc contradixit huic positioni credens contradicere Arist. Auer. autem reprehendit Galenum, & ait quod sermo Aristo. pot tribus modis intelligi. Vno modo quod nos non percipimus tempus: nisi moti in anima nostra, & hæc fuit positio Galeni, & est falsa. Secundo modo quod quocunque motu percepto percipiamus tempus & hoc uerum est per accidens à primo ad ultimum, ut dictum est. Tertio modo intelligi pot quod nos non percipimus motum B neque tempus: nisi percipiamus nos moueri atque esse in transmutabili, & tunc ad hanc perceptionem sequitur per se perceptio temporis: non tamen propter ipsam, quia adhuc propter perceptionem motus cœli: sed dicitur propter hanc perceptionem percipi: quia ex hac immediate sequitur motus cœli perceptio: qui est tempus ipsum.

Conclusio, ut in commentariis patet, est, tempus aut est motus, aut aliquid motus probatur. Simul motum sentimus & tempus, ergo tempus aut est motus, aut aliquid motus: Arist. probat antecedens, & primo probat quod apprehenso motu tempus apprehenditur: & accipit tria, uidelicet & quod sint tenebræ & nihil per corpus patiamur, & quod quidem motus sit in anima: statim. n. his stantibus, sequitur factum fuisse quoddam tempus, sequitur enim factum esse tempus ex ultimo solo. s. si in anima factus sit aliquis motus, eo enim ipso quod in anima apparet cognitio motus, sequitur statim apparere tempus: nosque tempus ipsum cognoscere. uerum accepit illa duo ad cautellam. nam posset quis dicere ideo tempus à C nobis cognosci, quia uidemus ipsum oculis extra manere, ideo ad hoc excludendum, accepit, esse tenebras, in quibus nihil oculis cernere possumus: & ita nec tempus. & quia quis posset dicere nos aliis sensibus ipsum tempus sentire: Addit ad hoc excludendum, ut nihil per corpus ab aliis sensibilibus patiamur: est ergo casus, dato quod neque uisu, neque aliis sensibus tempus à nobis sentiatur: & motum aliquem mente apprehendamus sequitur statim nos apprehendere tempus: Quare patet apprehenso motu, nos tempus apprehendere, & hoc erat primum. Quo uero ad uerba attinet, per sentire, cum inquit. simul enim motum sentimus, & tempus: intelligit apprehendere ut Themistius exponit. est ergo sensus, Motus & tempus simul apprehenduntur, hoc modo quod apprehenso motu apprehendimus tempus, & ita per motum factum in anima, intelligit ut Themistius inquit contra Galenum ex notione motus pendere notionem temporis: cuius signum affert Themistius ex uerbis Aristotelis, nam dato quod essemus in quiete, ut nihil oculis, nihilque aliis sensibus sentiremus, & de nauigatione de ambulatione, de lucta, de bello, de pace consideraremus, continuo uidebitur sese nobis tempus offerre. Quare patet apprehenso motu, nos D subito tempus apprehendere. Quod erat primum. secundo accipit etiam econtra apprehenso. s. tempore, nos apprehendere motum. & hoc proponit at uero & cum aliquod tempus factum fuisse uidetur, hoc est elapsum, simul uidetur & aliquis motus factus fuisse, atque elapsus: cuius exemplum pulchrum Themistius affert, ut si duas horas nobis abiisse cognoscimus, non aliunde id colligimus nisi de actibus, quia. s. aut deambulauimus, aut scripsimus, aut declarauimus tantum patet ergo Arist. accepisse duo, uidelicet primum quod apprehenso motu, apprehendatur & tempus, secundum quod apprehenso tempore, apprehendatur & motus. ex quibus patet antecedens, simul. s. tempus & motum sentire: quare infert tempus esse aut motum, aut aliquid motus: nam quæ simultanea apprehensione apprehenduntur, aut eadem sunt, aut alterum alterius aliquid est. Circa hunc textum duæ propositiones sunt secundum The. & Auerroem: prima de cogitatione, & intellectu motus in cogitationem & intellectum temporis uenimus. secunda est E econtra de cogitatione & intellectu temporis in cogitationem & intellectum motus uenimus. Themistius ut in commentariis exposuimus, intelligit primam, ex cognitione motus, qua cognoscimus & motum esse, & quam longus sit, nos cognoscere tempus, cum non possit intelligi quantus sit motus, nisi tantum esse tempus cognouerimus: sicut non possumus intelligere quantus fuerit pannus, nisi intellexerimus tantam esse eius mensuram. Similiter econtra ex cognitione temporis deuenimus in cognitionem motus, quia ut Themistius inquit ex cognitione temporis, qua cognoscimus & esse tempus & quam longum sit, deuenimus in cognitionem motus, qua cognoscimus ipsum esse tantum. Auerroes uero quasi Themistii interpres asserit ex cognitione primi motus nos per se primo, & immediate uenire in cognitionem temporis, quoniam tempus aut est primus motus, aut aliquid illius. ex cognitione uero motus alterius rei deuenimus in cognitionem temporis quasi per accidens. nam ex cognitione motus alterius rei, qua cognoscimus illum quantum est. deuenimus in cognitionem eius motus, quo nos sumus inesse moto. ex cognitione uero eius motus, quo nos sumus inesse moto: cognoscimus motum cœli. & ita temporis, ut in commentariis deduxi. Et licet in commentariis hanc deductionem ego per pulchre defendere enisus sim: tamen nec ad mentem Themistii, nec ad mentem Arist. necessaria uidetur. non. n. uideo, cur oportet ex cognitione motus alterius rei nos debere uenire in cognitionem eius motus quo nos sumus inesse moto: cum noster motus nec sit illius causa, nec illius effectus: nec illius affectio. Præterea cum motus quo sumus inesse moto, & motus cuiusque rei uterque effectus sit primi motus: ita ex cognitione motus alterius rei: sicut ex cognitione nostra motus possumus uenire in cognitionem primi motus tanquam in cognitionem causæ, & ita non uideo talis processus necessitatem. Quare uidetur mihi ex cognitione cuiusuis motus nos uenire posse in cognitionem temporis, modo motus cognoscatur quam longus sit: saltem notitia indistincta, quæ sufficit pro cognitione temporis, ut mensuræ, quoniam quilibet est effectus primi motus, & mensurabilis ab illo. Sed quæres utrum ex cognitione cuiusque motus eodem modo: dicerem non, ut Auerroes ait, quod ex cognitione primi motus deuenimus in cognitionem temporis primo & per se, ex cognitione alterius per accidens, quoniam nihil ex sui ipsius cognitione deuenit in cognitionem sui: at tempus & motus cœli primus idem est, igitur ex cognitione primi motus non deuenimus in cognitionem temporis. Melius ergo dicere ex cognitione motus alterius rei, uti ex cognitione effectus uel rei mensurabilis nos deuenire in cognitionem motus cœli, qui est temporis, & causa, & mensura cæterorum motuum ex cognitione uero primi motus non deuenimus in cognitionem temporis, cum primus motus sit tempus, & nihil ex sui cognitione deuenit in sui cognitionem. Ex his patet quomodo ex cognitione temporis deuenimus in cognitionem motus: nam ex cognitione temporis ut mensuræ & causæ, procedimus ad cognitionem motus, ut mensurati & causati. hæc forte sunt dicenda ad mentem Themistii. si quis tamen uellet posset facilius dicere Arist. unum tantum accepisse. s. motum & temporis simul cognosci, quod probauit ex eo, quia nec motum absque tempore, nec tempus absque motu intelligere cognoscereque possumus. & huius rei causam non explicauit, sed exemplis monuit. pot tamen causa esse, quia mensura & mensurabile simul, & una cognitione deprehenduntur. quare quouis motu cognito ut mensurabili simul cum eo cognoscitur tempus, ut mensura, & cognito tempore ut mensura, similiter cognoscitur, & motus ut mensurabile: ex his sequitur tempus esse aliquid cuiusque motus quia est mensura cuiusque: non tantum unius motus. Quomodo uero possit esse aliquid cuiusque motus, & non esse multiplicatum patet quia una numero mensura pot esse omnium mensurabilium. Ex his apparet cognitionem temporis per motum, uel motus per tempus esse bifariam, aut discursiuam, qua procedimus ex notione unius ad notionem alterius, & sic intellexerunt Auer. & Themistius, & tu intellige Themistium, ut dixi quod ex notione cuiusque motus alterius. s. à cœli motu deuenimus

Margin notes (left): In percipiendo tempus non perceptio motus. Vide eundem 8. lect. 16. Zimarus q. 2. — RECO. — Posteriores arist.

Margin notes (right): circa quas Themi & auer. digre. — F — Contra Au. — quid nunc — G — Dubitatio Quam auer. dicit refutatur. — Alia interpretatio H — duplex cognitio temporis per motum

I in notionem tẽporis, ueluti ab effectu in causam, & à mensurabili ad mensuram: cum enim tempus sit motus cœli, & omnium motuum causa, & mensura, & econtra à notione temporis uenimus in notionem motus cuiusq; rei tã quam à causa & à mensura. Aut intelligere possumus notitiam temporis per motum & ecõtra esse simplicem, atq; simultaneam & sic Aristoteles uidetur intelligere: nã una eademq; ratione intelligendi sine specie, siue notione intelligitur mensura, & mensuratum. Mensuratum & mensura, ut alibi patet quia potest una ratio repræsentare plura ordine quodam: quoties illa habuerint inter se aliquam rationem. errarunt autem Themistius & Auerroes, quia notitia discursiua ex notione cuiusq; motus uenimus in cognitionem temporis quatenus cuiusq; motus est effectus, & temporis est causa: non aũt quatenus cuiusq; motus est mensurabile, & tẽporis mensura: quatenus uero cuiusque K motus est aliquod mensuratum, & temporis mensura, sit non discursiue ex notitia cuiusq; motus deuenimus in cognitionem temporis, sed simul cognoscimus utrunq;. non enim potest motus cœli cognosci ut mensura, quin simul eademq; cognitione cognoscatur aliquis motus, ut mensuratum, nec potest aliquis motus cognosci ut mensuratũ, quin cognoscatur motus cœli ut mensura, & ita nõ discursiue, sed simplici notitia simul cognoscuntur. Quod Auerroes non aduertit.

Dilucida. tex. cõ. 99

Cum autem id quod mouetur ex quodam moueatur in quoddam. Sitq; omnis magnitudo continua, motus ipse magnitudinem sequetur. nã quia magnitudo est cõtinua: motus quoq; est cõtinuus. At quia motus continuus & tempus: quantus. n. motus est, tantum etiam tempus fuisse uidetur.

ANTI.

Quoniam auté quod mouetur, mouetur ex quo dam in quiddam, & omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus: propter id. n. L q; magnitudo continua est, & motus erit continuus: quantus enim motus est, tantum & tempus uidetur factum fuisse.

Expositio.

Hactenus q; tempus sit ipsius motus aliquid accidẽs siue affectio, ut ait Themistius: declarauit, nunc altius rẽ petit. & declarat cuius motus sit affectio. Accipit primo q; continuitas pertinet ad tps & ad motum inquit. Cum aũt id quod mouetur ex quodam moueatur in quoddam, ut nunc supponit, sitq; omnis magnitudo continua, ut etiam petit: iure motus ipse magnitudinem sequetur quo ad continuitatem. nã quia magnitudo est cõtinua: motus quoq; est cõtinuus. Vlterius ex continuitate motus continuitaté temporis nanciscitur, & inquit. at quia motus est continuus, & tẽpus ẽt continuum. quantus enim motus est, tantum ẽt tẽpus fuisse uidetur. Sic igitur patet tẽpus & motum esse continuum.

An tẽpus sit mot⁹ cœli. Vide Albertum de saxo. q. 14. huius.

Dilucida. tex. comẽ. eiusdem.

Insuper etiam prius & posterius. primo sunt in loco ibi positione quidem constituta. cũ uero in magnitudine sint prius & posterius: ipso quoq; in motu prius & posterius esse necesse est proportionabiliter illis quæ sunt ibi se habentia. Quare in tẽpore etiam erunt prius & posterius, quando ipsorum alterum: alterum semper sequit. Verum ipsum prius M & posterius ipsorum in motu quod quidem subiecto est, motus ipse est, ipso autem esse diuersum est. & non est motus.

ANTI.

Prius autem & posterius in loco primum sunt, hic quidem iam positione, quoniam autem in magnitudine primum & ultimum est, necesse est in motu esse prius & posterius proportionalia his, q̃ sunt ibi. At uero & in tempore prius & posterius propter id, quod sequitur semper alterum ipsorũ. est autem prius & posterius ipsorũ in motu, quod quidem aliquando, cum sit motus, est. esse autem ipsi alterum est, & non motus.

Hactenus q; motus & tempus pariter sint continua eadẽ à causa. Q. uero in motu sit prius atq; posterius, & in tempore simili ex causa: declarat, & inquit. Insuper etiã prius & posterius primo sunt in loco ibi positione constituta. nã (ut dicit Themistius) prius hoc punctum: posterius illud in stadio est, quia illud ad carceres hoc ad calcem iacet. tunc ultra. Cum autem in magnitudine sint prius & posterius: ipso quoq; in motu prius & posterius esse necesse est proportionabiliter illis sese habentia, quæ sunt ibi. Nã (ut Themistius inquit) prius in motu est, quod ad prius in magnitudine suo motu respõdet posterius, quod ad posterius. est tamen differentia, q; in magnitudine prius & posterius permanent. In motu uero semper defluunt: ulterius infert. Quare in tempore etiam erunt prius & posterius, quando ipsorum alterum ut tempus alterum ut motum semper sequitur. Sed quonam modo in motu sint prius & posterius anq; subiecto idem: declarat dicens. uerum ipsum prius & posterius ipsorum in motu, quod quidem subiecto est, motus ipse est. esse uero ipso diuersum est, & nõ est motus. hoc pulchre declarat Themistius, & uult ita se habere prius & posterius in motu, ut in ipsa magnitudine. modo posterius & prius subiecto sunt magnitudo ipsa. definitione uero minime. nam qui prius & posterius definit: situm & locum in definitione constituit. in definitionem magnitudinis neq; locus neq; situs ingreditur. Similiter definiturus motum dicet mobilis rei actum esse, ubi non ponitur prius aut posterius, ut igitur pater & Socrates subiecto idem sunt, ratione differunt: similiter ut quinarius subiecto sit lignum. rõne tamen differunt. ita prius & posterius & motus subiecto idem erunt. ratio tamen diuersa erit. N Expositio. O

Dilucida. tex. cõ. 100

At uero ẽt tempus cognoscimus: cum motum definimus priore posterioreq; definientes. atq; tunc fuisse dicimus tẽpus: cũ prius in motu posteriusq; senserimus. definimus autem hæc, quia aliud atq; aliud ipsum, & id quod est inter ipsa medium arbitramur. Nam cum extrema alia à medio intelligimus esse, & ipsa nunc duo anima dicit: alterum prius alterum posterius, tũc & hoc ipsum tempus esse nuncupamus, quod enim ipsis nunc definitur: tempus esse uidetur, & supponatur. P

ANTI.

At uero & tempus cognoscimus, cum definimus motum prius & posterius determinantes, & tunc dicimus fieri tempus, qñ prioris & posterioris sensum accipimus. determinamus aũt motum accipiẽdo aliud, & aliud ipsum, & mediũ ipsorũ alterum. cum. n. extrema medio intelligimus, & dicit anima ipsa nunc duo, hoc quidem prius: illud uero posterius: tunc & hoc dicimus esse tps, determinatũ enim ipsis nunc tps esse uidet, & supponatur.

Expositio

Hactenus q; tempus sit aliquid ipsius motus, q; q; sit continuus cum motu, & q; prius habeat & posterius in motu: declarauit. quid uero tempus ipsum sit ipsius motus: nunc nanciscitur. procedit autem à primo ad ultimum: dicens. Tempus cognoscimus: cum motum definimus priore posterioreq; definientes, & hoc quasi confessum sumit. Sumit secundo atq; tunc fuisse dicimus tempus. cum prius in motu posteriusq; senserimus. Vlterius quonam modo prius & posterius accipiantur: subdit dicens. definimus autem hæc, quia aliud atq; aliud ipsum, & id quod est inter ipsa medium arbitramur: cuius causam subdit dicens. nam cũ extrema alia à medio intelligimus esse, & ipsa nunc duo anima dicit: alterum prius quo cœpit quicq;: alterũ posterius, quo definit: ex ijs concludit tunc hoc ipsum uidelicet accipere prioris & posterioris tps esse nũcupamus, quod. n. temporis nunc definit: tempus esse uidet, & si non ut: nũc supponat: donec declaret. Ex ijs põt talis ratio colligi: non sumit aut cognoscit tempus in motu: nisi cognito priori & posteriori: non possunt cognosci prius & posterius in motu: nisi Q Deductio ex textu.

A tu:nisi per acceptionem duorum ad minus. igitur tempus est acceptio duorum in motu. talis autem duorū acceptio, uidelicet nunc prioris, & nunc posterioris numerus est. igitur tempus est numerus prioris, & posterioris in motu.

Quę auer. co. 100. Auerroes syllogismum literę format sic. omne terminatū ad duo instantia est tempus. Motus ut accipitur secundum prius & posterius terminatur ad duo instantia. igitur motus ut accipitur ſm prius & posterius est tempus.

Dilucida. tex.c.101. Cum igitur ut unum, nunc ipsum sentimus: & nō uel ut prius & posterius in motu discernimus uel ipsum ut idem posterioris cuiusdam ac prioris accipimus:non uidetur tempus fuisse ullum:quoniam neque motus. Cum uero prius atque posterius sentimus:tunc tempus dicimus esse. hoc enim est tempus numerus motus per ipsum prius atque posterius. non ergo tempus motus est:sed quo numerum habet motus est.

ANTI. B Quando quidem igitur tanquam unum, ipsum nunc sentimus, & non utique sicut prius, & posterius in motu, aut sicut idem quidem, prioris autem, & posterioris alicuius, non uidetur tempus factum fuisse ullum, qm̄ neque motus. Sed cum prius, & posterius est: tūc dicimus tempus: hoc.n. est tempus numerus motus ſm prius & posterius non ergo tempus motus est; sed secundum ꝙ numerum habet, motus est.

Expositio. Ex ijs concludit duo. primum cum non percipitur prius atq; posterius, nō percipitur tempus, hoc fuit declaratum. Secundum. cum prius sentimus atq; posterius. tunc tēpus dicimus esse. Inquit. cum igitur ut unum nunc ipsum sentimus, & non uel ut prius & posterius in motu discernimus (hoc uerbum discernimus suppleui) uel ipsum nūc ut idē posterioris cuiusdam ac prioris hoc est aut accipimus ipsum ut finis præteriti & principiū posterioris dempta omni multiplicatione, non uidetur tempus fuisse ullum, quoniam neq; motus. hoc est primum. Cum uero prius atque

C posterius sentimus. tunc tempus dicimus esse hoc est secū dum. Ex ijs infert definitionem temporis: & inquit. hoc enim est tēpus, numerus motus per prius atq; posterius. Vnde particula: illa enim potius uim illatiuam habet. Secundo concludit aliud dicens: non ergo tempus motus est,

Quę Auer. co. 101. sed quo numerū habet motus est: & sic motus est tempus non absolute: sed quo numerum habet. Auerroes autem hūc textum introducit ꝙ Arist. dedit uiam positiuam, nūc uult ponere uiam ablatiuam. aliter illa esset diminuta. Vbi debes scire ꝙ dupliciter rerum definitiones colliguntur, syllogismo compositiuo siue compositiōe, hunc dedit hoc modo. omne terminatum ad duo instantia est tempus. motus secundum prius & posterius terminatur ad duo instantia, igitur motus secundum prius & posterius est tempus, & multæ aliæ compositiones etiam fuerunt factæ. Alio modo colligitur syllogismo diuisiuo siue loco a contrario, & hoc facit nunc. probat enim, ꝙ non est instans, nec est duo

D instātia accepta ut unum. & sic optime complectur definitio temporis. Vlterius Auerroes ex dictis Arist. colligit uerificationem definitionis. Arist. enim dicit, ꝙ tempus, est numerus motus per prius & posterius, non aūt explicat cuius motus: ideo Auer. colligit ꝙ sit numerus primi motus

An tēpus sit essentialiter motus primi. Vide Iand. q. 12 huius. Et an diffinitio sit bñ data ibi q. 19. Et Alb. de saxo. q. 5 huius. per quem uidemus res quiescentes esse in transmutatione æterna hoc est continua, & quasi translatus, quia sunt in transmutabili, & sub motu illo cœli. Debes scire ꝙ nihil est sub cœlo penitus immobile omni specie motus, ppterea Auer. uocat res huius mūdi quiescentes uidelicet a motu cœli, sed esse in continua transmutatione: quia sunt sub motu cœli, ratione cuius continuo transmutantur aliquæ mutationes specie. Colligunt hic iuniores a commēto quatuor temporis definitiones, quæ omnes primo aspectu uidentur falsæ, & enituntur reducere illas in bonum, quia uero possunt esse propter malam translationem Auerro, no lo in illis dicere quicquam. Sed tandem de mente Auer. E colligunt hanc definitionem, tempus est numerus cuiuslibet motus secundum prius & posterius accepta in primo motu. Sed hæc definitio (ut uidetur) est dubia. nam Aristo. numerū colligit ex priori & posteriori repertis in motu, non igitur potest esse numerus unius, & prius & posterius esse alterius. nam cuius numerus est, eius prioris & posterioris uidetur numerus, sed de hoc postmodū, nūc uero intellige, ꝙ tempus est numerus motuum terrenorum ut mensura est motus cœli ut subiecti: ideo est numerus ſm prius & posterius illius.

Quo ad uerba attinet, debes scire Themistium aliter legere illam partem, aut sicut idem quidem ꝙ nos legimus in commentarijs, legit enim hoc modo: quando quidē igitur tanquam unum, ipsum nunc sentimus, & non utique sicut prius & posterius in motu, nō uidetur tempus factū fuisse ullum, quoniam neq; motus. aut supple uidetur factum esse tempus quando sentimus ipsum nūc sicut idem quidem, prioris autē & posterioris alicuius. & ita uult, ꝙ unum momentum aliquando faciat intelligere tempus, RECO.

F non quidem absolute, sed quotiens momentum illud pro principio & fine pro duobus sumitur. nam, ut inquit, ex hoc quoq; prioris & posterioris sensus quidam elicitur. id enim prius est, cuius momentum est finis. illud posterius, cuius initium Sed hæc expositio non placet, nam statim subdit causam, & inquit, quia in ipso nunc non est motus: modo motus nec in nūc primo modo, nec secundo modo est Alexāder, ut refert hic Auer. per numerum, non intelligit numerantem. quia tempus nō numerat motum, sed intelligit numerum numeratum, qui est prioris, & posterioris existentium in motu. Auerroes uero dicit definitionem indubiam esse, ꝙ tempus est numerus prioris & posterioris existentium in motu & non innuit quid uelit per numerum quia infra uidebitur, & tale tempus, ut in commentarijs diximus, est primus cœli motus, qui est & motus & tempus, tempus cum accipitur, ut mensura terrenorꝝ motuū, motus uero cum refert ad cœlū, cuius est actus imperfectus, motus enim cœli primus, ut Themistius inquit, ut distribuitur in partes, aut horas. 15. aut

G 16. aut. 24. aut in id genus tempus est, ut uero refertur ad cœlum cuius est actus, est motus.

Dilucida. tex.c.102. Signum autem est, nam plus quidem & minus numero: motum uero, plurem atque minorem tempore discernimus tempus ergo numerus quidam est.

ANTI. Signum autem est, plus quidem enim & minus discernimus numero. Motum autem plurem, & minorem tpe. numerus itaq; quidam motus est.

Expositio. Quod tempus numerus sit quidam syllogizat sic. id quo plus & minus discernimus ē numerus. tempus est quo motum plurem & minorem discernimus. igitur tempus est numerus quidam motus.

Dilucida. tex. com. eiusdem. H Cum uero duplex sit numerus. nam & id quod numerat atq; numerabile, & id quo numeramus: numerum dicimus, tempus est id quod numerat: nō id quo numeramus. id uero quo numeramus & id quod numeratur diuersa sunt.

ANTI. Quoniam autem numerus est duplex, & enim quod numeramus, & numerabile, numerum dicimus, & quo numeramus quidem. Tempus autem est, quod numeratur, & non quo numeramus. est autem alterum, quo numeramus, & ꝙ numerat.

Expositio. Declarat quonam modo numerus sit, & de numero talē ponit distinctionem, ꝙ potest capi pro re numerata, & pro numero quo numeramus ueluti cadus nōnunꝙ pro mensura capitur. ut cum dicitur, decem cados mihi uini donasti. Aliquando pro re mensurata. ut cum dicimus, cadum unū bibis uini, non enim cadum sed uinum uniuscadi bibis.

I Sic numerus potest sumi pro mensura qua mensuramus, ut pro trinario binario & id genus nulli applicatis. Et pro re numerata. ut pro decem equis. 20. lapidibus: & id genus. uult igitur ꝙ tempus sit numerus non pro mensura: sed pro re numerata, hoc est numerus, qui numeratur.

Quæ auer. cōmē. 101.

Auer. uero format. duos syllogismos. Primus est. omne quo determinat magis & minus de aliquo est numerus illius. Tēpus est quo determinatᷓ magis & minus ipsius motus. igitur tempus est numerus motus. Secundus syllogismus est, tempus est numerus motus. Tempus est quo determinatur prius. & posterius. igitur per conuersionem minoris & reductionem in primam figuram id quo determinatur prius & posterius est numerus motus. Hoc tamen declarat Auerro. & uult ꝙ ut calidum simpliciter sit ignis siue igneę naturę simpliciter, & calidum in parte est igneū in parte: sic: id quo determinatur magis & minus penitus

K est numerus simpliciter. Qua ratione fit ut numerus simpliciter sit id quo cuncta numerantur: & hic numerus est ꝑ se non numerabils ut binarius. numerus uero certi generis est ut ulna, quæ pannorum est numerus: ipsa tamen est numerabilis per palmos. cadus etiā est numerus uini, & numeratus a phiala. Tempus igitur cum sit motus cœli ē omniū motuū numerus, & etiam numerabile qd. Sed dubitat Auer. quia dictum est ipsum esse numerum numerabile, propterea petit cur Arist. accepit ꝙ sit numerus, & non dixit numerabile ipsius motus. Soluit ꝙ tempus de ratione numeri habet mensurare per se motum, propterea quo ad hoc uicem tenet numeri simpliciter. Quod uero sit numerabile quid, hoc est per accidens, quia accidit tempori numerari per motum, ut dicemus. Themistius uero ut narrat Auer. protulit tempus esse numerum numeratum solū non considerans ꝙ potest dici numerus uicem tenens numeri simpliciter. nam tempus est simpliciter numerus motus: non tamen omnium simpliciter numerus, ut ulna est mensura simpliciter pannorum, non tamen mensura omnium mensurabilium simpliciter. Sic tempus est absoluta

Dubitatio Auer.

Solutio.

L motus mensura, non autem absoluta omnium mensurabilium mensura, istud tamen quod Auerr. imponit Themistio: non inueni in illo, immo quicquid boni hic & ubique Auer. ait, est acceptum a Themistio. Vlterius quarto declarat Auer. quonam pacto tempus est numerus motus: & uult primo numerum esse sumptum ut genus, uerū numerus est duobus modis: alius partium motus ut sunt simul quatenus uidelicet partes motus ab ipa magnitudine detinet simultatem atq; permanentiam: & hoc modo tempus non est numerus partium motus uidelicet illarū quas habet a magnitudine. Alius est numerus partium motus, ut motus, quæ consistunt in quodam fluxu, & ita tempus est numerus partium motus. ut sunt in motu. Qua ratione fit ut parte motus. quatenus ab ipsa sumūtur magnitudine, binario, trinario, & id genus mensuretur. quatenus uero sunt, ipsius motus ut motus tempore mensurantur. Quito Auer. exponit definitionem & uult ꝙ sic intelligatur. Tēpus est numerus motus cuiusq; ſm prius & posterius reꝑta in motu primo, quo sentimus nos ipsos mutari, dico cu-

An prius et posterius motus sit idem essentialiter cū priori & posteriori tpis. Vide Ian. q. 20. huius.

M iuslibet motus, quia tempus est mensura omnium motuū. Dico secundo prioris, & posterioris, quæ reperiuntur in motu cœli, quoniam si esse & definitio completa temporis reperiretur in quolibet motu primo & per se. tūc tempus numeraretur ad numerationem motuum, qua ratione fit ut sit tempus omnium motuum numerus, & unum, quoniā est passio primi motus. Sed dices. tēpus est numerus hoc est numerabile per prius & posterius motus: igitur partes motus, uidelicet ipsum prius & posterius numerabunt tēpus ipsum, cum sit numerabile per illas. Respondet Alexāder. ut innuit Auer. ꝙ non debemus intelligere tempus eē numerum siue numerabile per partes, sed esse numerū numerabilem partium motus, ceu decem equi est numerus numerabilis equorum, sed non per equos. Sed contra definitionem Aristo. cauillat Galenus, quia uidetur tempus definiri per tēpus, nam tempus definitur per ipsum prius

Reple.

Cauillus Galeni.

N & posterius, sed hæc definiebātur per tempus, ut patet igitur tempus per tempus definietur. Soluit Themistius ꝙ prius & posterius in motu quę per tempus definiebantur, erant ea quæ sumebāt ur a magnitudine. prius uero & posterius: quæ definiunt tempus ab ipso motu sumuntur, & ita non est definitio eiusdem per seipsum.

Solutio Themistii.

RECO.

{ Animaduerte ꝙ Aris. non uult dicere tempus nō esse numerū, quo numeramus: quia reuera per ipsum, motus numeratur, sed intelligit ipsum esse numerum numeratum, quia non est simpliciter numerus, uidelicet trinarius, aut quaternarius, aut id genus, quo simpliciter numeramus, & ipsum non numeramus alio numero: Sed est numerus motus quo motum numeramus: & ipsum numeratur per tria uel quatuor, ut per horas tres uel quatuor, & id genus & hoc asserunt Themistius & Auer. dixerunt enim tēpus esse numerū quo numeramus, & numeratum. quo quidē numeramus, respectu motuum, numeratum uero aliquo numero simpliciter aut tribus, aut quatuor, aut id genus. O sed querit Auer. cur Aris. dixit tempus esse numerū & nō dixit esse numeratum, cum utrūq; sibi comperit. respondet quia ratio numeri sibi competit per se, nō uero numerari cōpetit sibi per accidens. sed nō uideo cur ratio numeri sibi magis per se competat, ꝙ̄ ratio numerari, immo uidetur utraq; sibi æque per se inesse, propterea dico Aris. non per numerum descripsisse tempus, sed per numeratum, quia postquam accepit numerum quasi seipsum corrigens, subiungit esse numerum numeratum: & sic Themistius intelligit.

Atq; ut motus semper alius atq; alius est, sic tempus. id autem omne tempus quod est simul, idem est. nam ipsum nunc idem subiecto est. esse uero ipsi diuersum est.

Dilucida. tex. c. 103

ANTI.

{ Et sicut motus semper alius & alius, & tempus. simul autem tempus omne idem est. ipsum enim nunc idem est, quod forte erat. esse autem ipsi alterum est.

P Expositio.

In his uerbis ut doctissimus Themist. narrat: Aris. duas dubitationes soluit. Prima cum plures motus simul ac pluribus locis exerceantur, exercetᷓ Athenis exercetur Lacedęmone, exercetur Corinthi, quidnā causæ est, cur nō & plura sint tempora? Huic Aristo. solutionem innuit, quoniam idem momentum, idemq; ubiq; nunc est. ab ipso autē nūc habet tempus ut idem & diuersum intelligatur, atq; unū tempus est tunc, cum unum nunc intelligatur. plura uero cum plura. Inquit atq; ut motus semper alius atq; alius est sic tempus, id autem omne tempus quod est simul, idem ē hoc est ipsum nūc est. Secūda est dato, ꝙ sit idem nūc, cū illud omnibus sit unius naturæ, cur omnia non fuit simul. Respondet quemadmodū Socrates ꝙ̄uis sese huc illuc cōferr, tamen subiecto unus erat ratione diuersus, quia non idem est in lycio, & in foro esse, ita & in ipsius momenti, quamuis subiecto natura una atq; substantia habeatur, ratione tamen definitioneq; differt. est enim alia ratio eius nunc quod apud Homerum Hector dicit, cum equos alloquitur. Alia huius quod hoc albo nunc scribitur. Inquit. nā ipsum nūc idē est subo. esse uero ipsi diuersum est. Auer. reddit causam cur tempus est unum & idem, & ait, quia in stans, quod agit tempus hoc est quod fluens causat tēpus est unum & idem in omni motu, cum fuerit demonstratū sed esse est diuersum ſm prius & posterius. Et iuniores intelligunt per instans ipsum primum mobile, quod fluxū facit tempus: hoc enim cum sit demostratum, & ꝑmanens facit tempus unum, licet esse sit aliud, ueluti fluuius liris est unus, quia flumē atq; fluminis situs unus est. esse autem est diuersum, cum aqua ipsa sit alia atq; alia, sed de hoc dicemus postea. Sed circa hæc occurrunt plures questiones prima, utrum tempus sit motus: & uidetur ꝙ sic per uerba & syllogismum Auer. commen. 100. & 99. In contrariū est Arist. contra antiquos, qui uoluerunt tempus esse motū primum. Hic sunt duæ positiones extremæ. Vna Ioannis

Q Quę Auer. cōmē. 10?

De unitate instantis.

Questiões.

Prima qō.

Positiones de qōne.

& sequacium

Vide q.13 huius. Alb. q.14.

A & sequacium, quę uult ꝙ tempus non sit motus, imo sunt res diuersæ. Alia est Albertillæ nostri atq; terminicolarū ꝙ tempus sit absolute motus. Ioannes autumat trifariam motum sumi. Vno modo pro forma fluente. Secundo pro fluxu formę. Terio pro duratione. Pro quidem forma est eius prædicamenti, cuius est forma. Pro fluxu uero, est receptio formæ i subiecto de ꝑdicamēto passionis: Pro duratione est per se quantitas: tunc uolunt ꝙ motus pro fluxu, nec pro forma sit tempus, sed bene motus pro quantitate: non ꝙ ille motus sit una res cum tempore, sed sunt res simul constitute ut subiectum & passio. habet autem Ioan. plures rationes pro se: & sequaces plures addunt. Albertilla uero absolute concedit omnem motum a nobis cognoscibilem siue nobis notum esse tempus aut posse esse tēpus. hanc probat. id quo motus mensuratur ſm prius, & posterius. est tempus ut ex definitione patet. Sed per omnem motum nobis notum alium possumus mēsurare: igitē omnis motus nobis notus esse potest tempus. Minor patet. nam naucleri & uillici per actiones quas agunt, etiam occulto sole numerum horarum percipiunt, & ita per suos motus cœlestem numerant motum, possunt etiam per motum hos alios mensurare. Itemq; horologiorum motus est tempus aliorū motuum. habent hi uiri omnes argumenta pro se, & quilibet partem suam defendit: & argumēta aduersantium soluūt. Propterea ur̄ mihi quasi superfluū rationes quas hincinde soluunt, hic scribere, non enim bonum puto, quæ facile ab alijs dicuntur ponere in libris nostris, ut impleam illos. ut multi nostrorum temporum faciunt. a me enim non expectes nisi rerum succum atq; ea quæ alij aut non tangunt, aut obscure scribūt. omnis enim nostra commentatio partim in resolutione, partim in inuētione consistit. Videtur igitur mihi ꝙ prima positio non sit peripatetica. Auer. enim in qnto huius, qui inter peripateticos enumeratur. cōmen. 9. de motu nullam aliam posuit diuisionem, nisi in formam quam uocat materiam, & passionem, qua forma accipitur. Rursus mirum est quum in tot locis Arist. motus meminit cum nihil illius durationis meminerit. Rursus nulla uidetur necessitas ponendi durationem illam, non prædicamentum. nam ut diximus fieri potest ut idem sit species unius prædicamenti, & genus alterius uelut paterfamilias est species ciuitatis, q est princeps domus ipsius. Amplius & si in quinto metaph. Arist. numeret motū inter quantitates: id intelligi potest: quatenus est in quanto. Sed de hoc in quinto huius rationibus melioribus persuadebimus. Nūc uidetur id ꝙ dicunt esse contra oēs peripateticos, ꝙ uidelicet tp̄s re ipsa sit aliud a motu. Themistius enim q inter ꝑipateticos obtinet (meo iudicio) principatum in pręsenti paraphraxe. tex. cōm. 99. ait tempus & motum esse idem in subiecto uelut Socrates & Socrates pater, & quinarius & lignum quinarium, ubi tandem concludit tempus, & motum subiecto idem esse, definitione uero & essentia differre, uidetur igitur mihi nullatenus primam positionem esse peripateticam. Secunda uero directe contra Arist. Themistium & Auer. procedit. hi enim omnes aborrent, concedere motum esse tempus absolute. Amplius Aris. tribuit motui ipsi uelocitatem & tarditatem, tpi minime. ubi aūt drīæ unius non absolute sunt drīæ alterius, res non erit absolute. Præterea Arist. motui tribuit passionem, eam uidelicet quam mobili tribuit: tempori nullam præter. Demum Arist. concludit tp̄s esse aliquid motus, quod est aliquid motus: absolute nō est motus, nec hoc peripatericus concederet. His hincinde consideratis: peripateticorum positio est, ꝙ motus est tempus subiectione siue subiecto. Motus autem differt a tempore definitione, & istud clare habemus ab omnibus peripateticis. Vbi animaduersione dignum est, ꝙ plus requiritur ad ueritatem enuntiationis siue propositionis apud peripateticos, ꝗ̄ ꝙ extrema sit eadem re aut subiecto. Fortasse enim materia & potentia materiæ subiecto sunt idē, & re, non aūt apud Auerroē concedere materiam esse potētiam, sed potētem. Amplius paternitas & Socrates subiecto idem sunt, non tamen dicerem. Socrates est paternitas sed pater. Rursus album & similitudo idem sunt subiecto. non autem dicerem album esse similitudinem, sed simile. ita igitur licet motus & tempus subiecto & re sint idem non dicerem ꝙ motus sit tempus absolute, sed temporarium. Ad hoc igitur ut enuntiatio sit uera, requiritur ꝙ extrema sint eadem aliqua identitatis specie, & non ſm rationes formales siue definitiones repugnantia. Animaduertendnm tamen tempus non esse absolutum motū penitus, quoniam rationem habet mensuræ, sed quia potest unum relatiuum uerificari de aliquo relatiue ad aliud, de quo absolute non uerificatur. ideo concedi potest ꝙ unus motus sit tp̄s alterius. non autē tempus, ut motus solis est tempus actionum, non autem absolute tempus. motus horologij est tempus nostrarum lectionum, non tamen absolute tempus. Ex ijs igitur patet motum esse subiecto & re id quod est tempus. Itemq; secundo ꝙ sit tempus alicuius, non autem absolute tempus, nec ualet. est tempus ad aliquod: utpote ad motū Socratis. igitur tempus, sicut non ualet. Socrates est pater ad hoc, & filius ad illud. igitur pater & filius. In relatiuis enim nō ualet, nisi forte gratia materiæ. Tertio patet omnem motum esse rem quæ est tempus, esseq; & tempus alicuius. non autem absolute tempus. Hæc (ut mihi uidentur) sunt peripatetice dicta. Sed quia ex hoc uidetur sequi, ꝙ plura sit tempora, quod Aris. repugnat. ideo secundo quæritur an tempus sit unum numero omnium, & uidetur ꝙ non, nam tempus est motus. ut dictum est. Motus sunt plures. igitur tempora. In contrarium est Aris. & omnes peripatetici. Ad quæstionem omnes concedūt unum numero esse tempus, ut plane Ari. sentit. Sed bene esse potest, ꝙ motus ipsi sint plures, & tēpus sit res, quæ est motus: & tamen tempus sit unum, non leue est. Nonnulli captiunculatores saluāt hoc modo. Imaginando tempus non esse nisi durationem uniuersi mūdi, quæ fluit ab ipso mediante motu, sic ꝙ si non esset motus, non esset tempus, & quocunq; motu existente est tempus, & est accidens multiplicatum per totum mundum, & idē numero in qualibet eius parte quantitatiua, immo si de nouo alius adhuc mundus fieret. Hoc tempus in illud multiplicaretur: & esset solum unum tempus numero in hoc & in illo. Hæc positio non est intelligibilis, & est contra peripateticos ab Aris. enim habemus clare ꝙ tempus sit aliquid motus, & tandem ꝙ sit acceptio siue numerus partiū motus, ut Themistius & Auerr. deducunt. id autem quod est numerus & quid intrinsecum motus, nō uidetur sibi accedere aliunde. Quare tempus non a mundo ipso multiplicatur in motum. Secundo cuius differentiæ essentiales proficiscuntur a motu. uidetur esse oīno aut motus, aut in motu: & non defluere deforis in illum. Tertio hæc duratio aut est mundus aut subiectiue in mundo. Si est mundus. hoc Arist. cōfutauit, supra contra eos qui dixerunt tempus eē cœlum. aduersus quos inquit, sed hoc adeo stultum est, ut superuacaneum sit ea impossibilia quę sequuntur considerare. Si uero subiectiue in mundo, hoc etiam est contra peripateticos. nam esset passio cœli, & non motus cœli, & re uera hæc positio non est digna consideratione. Esculanus uero unitatem nanciscitur numeralem ab unitate rōnis. cum enim inquit aliquid ab anima suum recipit cōplementum propter aliquam rationem in re: si illa ratio in re multiplex sit, multiplex ab anima rei ipsi complementum dabitur: ubi uero ratio extiterit unica, tunc quantuncūq; res ipsæ multiplicentur. In quibus illa ratio fundatur propter unitatem rationis non dabitur rei ab anima, nisi unicum numero complementum, & erit per consequens res cōpleta una numero. Cum igitur tempus accipiat ab anima cōplementum, per unicam rationem, iure tempus ab eo traditur unum numero, licet motus sint plures. Sed istud non intelligo. Primo, ratio una numero esse non potest, nisi aut quia accipitur a re una numero, ut bene de ipso nunc dicetur, aut quia est in subiecto uno numero, aut quia est circa obiectum unū numero. Modo ratio temporis, qua ipsum

Positio Ioā nis.

Albertillæ positio.

B

Excusatio.

Propria positio. Examinatio primæ positionis.

C

D

Examinatio secūdæ pōnis.

Positio ꝓpria.

E

Declaratio

F

Scda qō.

Positio cō muni s
Prima pō.

G

Cōfutatio pōnis.

H

Esculani positio.

Cōfutatio
Quid sit tēpus Vide cano. q. 5. huius.

I tempus accipit complementum, non est una numero propter subiectum, quoniã illa aut nullibi est subiectiue, aut in anima: modo animæ plures sunt, nec est una numero a re ipsa, quoniam nihil tempori respondet in re: nisi motus, modo motus non est res una numero, nec ab obiecto, quoniam nihil obiicitur intellectui: nisi ordo partium motus, qui est multiplex ut, & motus ipse. Quare nisi aliter explanetur positio, non placebit. Propter hęc uidetur mihi esse dicẽdum conformiter ad ea quę dixi: & primo suppono ꝙ mensura & si quinq; conditionibus describatur ab Aristo. 10. metaphy. ut sit minima, unigenia mẽsurato, notior, communis. atq; inuariabilis potissimum est, quãdo est minimum, notius & commune. Secundo suppono, ꝙ licet omnis motus potest esse alterius mẽsura, quatenus potest esse minor, communis, & notior alicui mensuranti, motus cœli potissime oĩum mensura esse uidetur. primo quia minimus. secundo quia notissimus. tertio quia communissimus, & omnibus motibus pręsuppositus. Ex ijs sequitur ueritas quæstionis, ꝙ multa sunt tempora, quibus motus mensurantur apud homines, quoniam esse potest omnis ille motus tempus alicui homini, cui erit notior, & communis, & minor. Secundo sequitur ꝙ apud omnes tẽpus maxime sit motus solis, & primus, & principale, non quidem ꝓprius quem habet secũdum succedentiã signoꝝ, sed quẽ habet in die naturali, & ita dici potest ꝙ licet sint plura tẽpora ad placitum & secundum institutionem, unum tamẽ est primum commune omnibus, motus, uidelicet diurnus secundum illam partem, cuius motus est nobis notissimus uidelicet solis. Motus quoq; lunæ apud nonnullos est tempus primum ut apud eos, qui lunares annos distinguunt. Et in hoc apparet, qualiter si plures essent primi motus, plura essent tempora prima: & principalissima numero. Hæc positio uidetur mihi satis peripatetica: & non contra dicta, nec sensus. Aris. Consequenter quæro an unum sit nunc in toto tempore. Respondent nonnulli quoꝝ amor & studium est in contradicendũ, ꝙ non est unum nunc in uniuerso motu. nec in omnibus temporibus. ut quemadmodum non est idem punctũ in uniuersa linea, neq; in uniuersa superficie una linea. sic nec in uniuerso atq; omnibus temporibus est idem nunc unum numero manens. Pro auctoritate tamen Arist. aiunt ipsum debere intelligi esse unum & idem pro singulo omnium. non autem pro omnibus singulorum. nam singulum omnium est unũ: ut. a. nũc est unum ꝺm substantiam. b. nunc est unum ꝺm substantiam, non tamen pro omnibus singulorum, quia non est unum & nullum aliud in toto tempore. Alij huius factiõis quasi in idem incidentes dicunt unum esse nunc in uniuerso tempore, hoc est, quia quoties tempus accipitur non habetur nisi per unum nunc: ꝙꝙ ipsum nunc continuo & secundum subiectũ, & secundum esse sit aliud. Sed hæc positio est omnino delira & non digna recitatione. nam Themistius & Auer. clare dicunt, ꝙ tp̃s est unũ numero ab unitate ipsius nunc. Et concludunt ꝙ ipsum nunc est unũ numero totius temporis: & secundum subiectum. diuersum secundum esse. Et pro hac positione arguo primo motus

M quo exercẽtur Olympiades Athenis, & quo exercentur ludi apud arenam romanam uno tempore numero exercentur ut pono per casum. ut pro toto hodie. istud enim tp̃s quo ambo exercentur, est unum ambobus motibus, & numero & specie. nam dicuntur motus simultanei, a quo igitur hi motus mensurabuntur uno tempore numero. hoc ẽ unde tp̃s amboꝝ motuum sit unum numero, non a mobilibus ipsis, quoniam sunt loco & subiecto differentia, non ab anima mensurante, quia nulla anima cogitante dicuntur motus simultanei. igitur ab unitate numerali ipsius nũc quod in tempore illo toto est unum numero, & hoc est motiuum, quod innuit doctissimus Themistius. Secundo motus cœli est unus numero uelut & motus Socratis. ut in. 8. huius est dictum. Vbi declaratũ est motum cœli esse unũ numero & perpetuum, sed motus non est unus numero nisi tempus sit unũ numero quinto huius. igitur tp̃s quo mensuratur motus est unum numero, sed continuum non est unum numero nisi ab unitate numerali termini. igitur si alius & alius continue est terminus continui, aliud & aliud continue erit ipsum continuum, ut si aliud & aliud cõtinue sit terminus lineæ continuans ipsam. alia atq; alia ẽ linea. N

Tertio, tempus potest diuidi diuisiõe mobilis & diuisione spatij. accipio igitur tempus ut diuiditur diuisione spatij. cum ut sic possit esse unum numero, quæro a quo erit unum numero: non a mobili, quoniam iam per casum posuit, acciperetur secundum diuisionem spatij, & nõ mobilis. igitur ab ipso nunc, & ita si tempus est unum numero, oportet ut ipsum nunc sit unum numero. Alij uero dicunt ꝙ ut tempus se habet ad motum, ita nunc temporis ad mobile. Tempus autem se habet ad motum, ꝙ illa res, quæ est motus est res quæ est tempus, definitione autem est quid diuersum, ita similiter nũc temporis, & ipsum mobile subiecto sunt idem, definitione differunt. ut enim ipsum fluens accipitur ut subiectũ motui, dicitur mobile, & momẽtum. Mobile ut subiectũ, momentum ut motus continuatiuũ. ut uero terminat, ĩchoat aut cõtinuat prius & posterius in motu, diciẽ nunc. igitur mobile momentũ: & nũc sunt subiecto idem, definitione differunt. Mobile enim dicitur subiectum motus, ut fluxum suscipit. dicitur momentum ut motum incohat & continuat & finit. dicitur. nũc ut inchoat, cõtinuat, & finit temporis partes. Cum igitur mobile sit idem numero in uniuerso tp̃e. ideo & motus et tp̃s sunt unum numero. Et unũ est nunc in uniuerso tp̃e, esse tamen est aliud, quoniam continue tp̃s est ut motus, mõ motus est aliud atq; aliud. igitur & tempus. Contra hãc positionem obijciunt. Primo, quia tunc quę fuerunt in millesimo anno. Erunt simul cum his quæ nunc sunt. Secũdo cuiuslibet continui sunt duo termini, & non unum, nunc est terminus continuus tp̃is. igitur nõ potest esse unũ simpliciter. Tertio ipsum nũc ꝺm subiectum est de prędicamento quantitatis, aut igitur est terminus continui aut discreti nõ discreti, quia tunc tempus esset quantitas discreta. igiẽ continui, sed alia est pars cõtinui atq; alia. igiẽ & terminus erit alius atq; alius. Quarto illud esse, quod est diuersum, est accidens illi nunc accepto ꝺm subiectum, quia illud nunc secundum subiectum sumptum est manens idem utrisq;, & ita est subiectum illis, esse est accidens ipsi nunc. igitur nũc terminat ipsum tp̃s per accidens. Quinto illa esse diuersa, cuius generis sunt? si de genere quantitatis. igitur illa sufficiunt terminare tp̃s absq; ipso nunc accepto secundũ substantiam. nõ sunt alterius generis, quia quantitas non terminatur termino alterius generis. Sexto si idem nũc flueret in toto tempore tũc ipsum tp̃s componeretur ex indiuisibilibus. deducitur consequentia, quia nũc indiuisibile nõ potest fluere, nisi secundum esse diuersa, quæ necessario sunt indiuisibilia. igitur esse erit compositum ex indiuisibili. Vltimo omnis mutatio habet aliquam mensuram. si igiẽ idẽ nunc secundum substantiam mutatur secundum diuersa esse, oportet ipsius uel suoꝝ esse quærere aliquam mensuram. illa uero siue sit tp̃s, siue nunc: erit in infinitũ processus. Hæc sunt argumenta communia contra hanc positionem. Solitus sum arguere etiam ego sic. si mobile est momentum & nunc igitur mobile est motus & tempus. deducitur cõsequẽtia. nam quicquid est idem termino est idẽ terminato. Secundo modus & tempus sunt res distinctæ a mobili. igitur habent proprium continuatiuũ aliud a mobili. Propter hæc dici potest ꝙ unum est nunc in toto tp̃e & unum momẽtum subiectione, non autem esse. ut uero res ipsa patet. debes ꝙ ea dicuntur unum subiectio, quæ accidunt uni subiecto, aut unum accidit alteri. Materia enim & priuatio apud Arist. idem sunt subiecto, quia priuatio accidit materię. albũ & musicũ sunt idẽ subiecto, quia accidunt uni eideq; subiecto. Ea uero sunt esse eadem, quorum definitio est una eadeq;, ut homo & animal, tunica & indumentum. tũc dico ꝙ omnia nunc temporis sunt unum numero subiecto, quia unum est mobile, cui omnia accidũt, esse autem differunt ut musicus & album. Silr tp̃s est unũ numero

Propria positio.

K An temp᷒ sit entitas absoluta a motu & a qualibet re permanẽte realr̃ distincta. uide Ioan. de magi. q. 6. h᷒. & cursum parisi. q. 3. huius.

Tertia qõ. Prima põ. An sit unũ & idẽ istãs in toto tp̃e Vide Ioã. de mag q. 7. huius. Vide & cano. q. 6. h᷒. & Cursum parisi. in fine huius Vide etiã Iand. q. 21. huius. Et Bur. 8. 107.

L

Cõ futatio

Positio secunda.

O

Replic. Scotus est scd'o sñia. di. 2 q 2.

P

Q

Propria positio.

A Replic. Responsio Themistii.

numero subiecto, quia omnes illius partes subiecto sunt unum. definitione & esse est aliud. Replicabis quoniam omnia essent in eadem nunc subiecto. Respondet Themistius, quod omnia sunt in uno nunc subiecto, sed esse sunt in diuersis nunc. Per hæc ad rationes. Ad primam patet solutio. non enim oportet esse simul nisi secundum subiectum. non autem secundum esse. Ad secundum iam potest solutio patere. sunt enim duo & plures termini secundum esse, sed subiecto omnia unum sunt. Ad tertium dico quod ipsum nunc secundum subiectum est subiectum ipsius nunc. hoc autem est de prædicamento eius quod mouetur. tale autem non est terminus, sed subiectum terminorum. Ad quartum dicendum, quod illa esse non sunt accidentia ipsius nunc, sed subiecti ipsorum nunc, & concedo quod mobile per accidens est terminus temporis quia ipsum nunc pro subiecto est ipsum mobile, modo mobile est terminus per accidens temporis. ut homo per accidens ædificat, sed bene ædificator per se, qui accidit homini. Ad quintum iam patet solutio. illa enim esse sunt ipsa nunc, quæ sunt termini temporis & de prædicamento, quantitatis. subiectum uero eorum B est substantia. Ad sextum patet solutio. fluit enim idem nunc subiecto, non autem esse: hoc est omnia nunc temporis sunt unum subiecto, non autem esse, & ita non componitur tempus ex nunc ipsis, quia nullum unum numero fluit, nisi subiectum unum numero, quo omnia unum dicuntur.

Ad ultimum patet solutio. non enim illa esse mutantur, sed continuo fit aliud atque aliud, licet subiectum sit unum. Quo uero modo desinat ipsum nunc, iam diximus. Sic igitur patet quod unum est nunc in toto tempore, hoc est unum est mobile fluens quod extrinsece & inchoat terminat atque continuat motum. plura tamen esse, ut diximus, quia continue est aliud atque aliud circa idem mobile. Hæc de quæstione.

Dilucida. tex. c. 104

Mensurat autem ipsum nunc tempus ipsum, quatenus prius & posterius est, atque tum est idem, tum est non idem. quo quidem enim in alio atque alio est differt. Atque hoc erat ei nunc ipsum. quo uero ipsum nunc est subiecto idem est.

ANTI.

{ Ipsum autem nunc mensurat tempus secundum
C { quod est prius: & posterius. Ipsum autem nunc est
{ quidem sicut idem, est uero sicut non idem. Secun-
{ dum quidem enim quod in alio & alio est, alterum est.
{ Hoc autem erit ei ipsum nunc. Inquantum uero
{ aliquando est ens ipsum nunc, idem est.

Expositio.

Cepit declarare quonam modo ipsum nunc se habeat ad tempus; nunc continuando illud proponit quonam modo se habeat, & inquit: mensurat autem ipsum nunc tempus ipsum, non absolute, sed quatenus prius & posterius est hoc est quatenus fluit, non absolute, atque tum est idem; tum est non idem: quo quidem in alio atque alio est, hoc est ut fluit secundum diuersa esse, differt, & hoc modo erat ei tempori ipsum nunc mensura. quo uero ipsum nunc est subiecto hoc est ratione habita ad subiectum, quo est ens. idem D est. Sic igitur habemus quod ipsum nunc ut fluit: metitur tempus. Secundo quod est unum & idem subiecto, ratione & esse alterum. Sed quo pacto unum indiuisibile potest metiri diuisibile, non uidetur. Videtur mihi quod permetiri intelligat coextendi. Modo unum nunc coextendi toti tempori potest intelligi. Vno modo sumendo ipsum nunc pro mobili, ut diximus, & sic coextenditur quatenus manet idem in toto tempore, & si dicatur quod in dictis Aris. esset æquiuocatio. nam de uno nunc diceret coextendi de alio uariari. Iam patet solutio. semper enim loquitur de eodem. uult enim ipsum mobile esse nunc unum numero, secundum tamen esse indiuisibilia diuersum. unde ipsum nunc pro mobili sumptum est unum. pro indiuiduo temporis est plura. Sed contra hanc positionem diximus in quæstione. Alij exponunt quod unum nunc coextenditur toti tempori, quia est idem realiter in uniuerso tempore, licet secundum esse sit aliud. primum patet apud illos: quia illud idem realiter instans quod

Dubitatio

Solutio. Prima expositio.

Secunda expositio

fuit præteritum est præsens & erit futurum. secundum uero et quia definitio est diuersa. Hæc expositio stare non potest, quoniam eo modo aliqua sunt simul quo ipsum nunc est idem ut quæ sunt in eodem nunc realiter, sunt simul realiter, quæ sunt simul in eodem nunc secundum rationem, sunt simul ratione. Si igitur in toto tempore est idem nunc realiter, tunc ea quæ fuerunt in millesimo anno erunt simul realiter cum iis quæ sunt hodie & non secundum rationem, quod non est intelligibile. Propter hæc uidetur mihi quod dictum Arist. potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod sit unum nunc in uniuerso tempore secundum subiectum, quia omnia instantia sunt unum subiectione, quoniam omnia insunt uni subiecto, sicut musicum & grammaticum sunt idem, quia accidunt eidem, & hoc modo concedimus unum esse nunc coextensum toti tempori unitate subiecti. Plura tamen secundum formam & essentiam, quoniam in alia parte temporis aliud & aliud: & tunc patet quod dicit. ait enim unum nunc mensurare totum tempus, sed secundum prius, & posterius, quatenus unum est subiectione, quod coextenditur toti tempori secundum diuersa esse. Aliter dici potest quod Arist in libris suis multotiens loquitur more, & imaginatione mathematicorum. modo mathematici imaginantur punctum fluere in tota linea & facere lineam, quæ imaginatio habet aliquid ueritatis pro quanto a puncto ad punctum licet rectam lineam ducere. Sic loquitur Arist. quod nunc unum numero fluens facit tempus, quod pro tanto habet ueritatem pro quanto unum est nunc secundum subiectum, quod dicitur manere idem in toto tempore, ratione cuius tempus extenditur desinit continuatur, & incipit, sic igitur ad imaginationem mathematici patet unum esse nunc mensurans uniuersum tempus.

E Cõfutatio

Tertia expositio. Vide etiam Gaeta. de Thie. hic.

Quarta expositio. F

Nam quemadmodum diximus, motus magnitudinem sequitur, hunc, ut diximus, tempus, punctum etiam iam sequitur id quod fertur, quo & motum & ipsum prius & posterius in motu ipso cognoscimus. Sed hoc subiecto quidem est idem. est enim punctum, aut lapis, aut aliud id genus. ratione autem aliud. perinde ut sophistæ coriscum in lycio, & coriscum in foro diuersum esse sumunt & hoc propterea, quia alibi atque alibi esse diuersum est. Ipsum uero nunc sequitur id quod fertur. perinde ut tempus motum. ipso nanque quod fertur prius in motu posteriusue cognoscimus prius uero & posterius quatenus numerabile, ipsum est nunc. Quare & hoc ipsum subiecto est idem est. est n. prius aut posterius quod est in motu, esse aut diuersum est. prius nanque posteriusue quatenus numerabile, est ipsum nunc.

Dilucida. tex. com. eiusdem.

G

ANTI.

{ Sequitur enim sicut dictum est, magnitudinem
{ quidem motus. hunc autem tempus, sicut diximus
{ & similiter iam punctum id supra quod fertur,
{ quo motum cognoscimus, & prius in ipso & po-
{ sterius. hoc autem, quando quidem ens est, idem
{ est punctum enim aut lapis, aut aliquid huiusmo-
{ di est. ratione autem alterum est, sicut sophistæ
{ accipiunt alterum ipsum: coriscum in lycio esse, &
{ coriscum in foro, & hoc in eo quod alibi, & alibi esse
{ est alterum. id autem supra quod fertur, sequitur
{ ipsum nunc, sicut tempus motum, eo uero, supra
{ quod fertur, cognoscimus prius, & posterius in
{ motu, secundum autem quod est numerabile, est
{ prius & posterius ipsum nunc. Quare in his quan-
{ do quidem est ens nunc, idem est: prius enim aut
{ posterius est, quod in motu est. Sed esse alterum
{ est. secundum enim quod numerabile est prius &
{ posterius est ipsum nunc.

Ad id supra quod fertur H

Ad id autem

Vero enim

Probat quod dixerat. Vbi debes scire quod tria sunt ut causæ. ut Themistius ait, tria ut effectus. Vt effectus sunt mo

I bile siue magnitudo, motus, & tempus, quæ sic se habent, ꝙ mobile comitatꝛ motus. hunc tpˢ sequitur. ex parte causæ tria alia punctum, ꝙ est ipsum mobile indiuisibile secūdum speciem & numerum. siue ipsa unitas mobilis indiuidua specie & numero, est momētum, quod est unitas motus: est & nunc: quod est unitas temporis. illa tria effectus esse uidentur. hæc autem causæ, quoniam punctū siue unitas fluens ad imaginationem mathematici fecit mobile siue magnitudinem. Momentum fluens motum. nunc aūt ipsum fluens tempus. Tūc arguo, ut se habet punctum ad mobile siue magnitudinem, ita momentum ad motum, & ipsum nunc ad tempus. Sed punctum unum subiecto fluēs secundum diuersum esse efficit magnitudinem. igitur momentum unum secūdum subiectum facit motum fluens secundum diuersa esse, & ipsum nunc unum subiecto manens fluendo facit tempus secundum diuersa esse. De ratione primo uidetur ponere maiorem & inquit. nam quemadmodum diximus motus magnitudinem sequitur hunc

K (ut diximus) tempus. pūctum etiam iam sequitur id quod fertur, immo est unitas eius quod fertur, quo & motum, & ipsum prius posteriusue in ipso motu cognoscimus. nam ipso lato latio deprehenditur. per omnia hæc (ut mihi uidetur) habere uult maiorem uidelicet ut punctum ad magnitudinem, ita momentū ad motum, & nunc se habet ad tēpus. Deinde addit minorem. d. sed hoc subiecto quidem est idem. est enim punctum aut lapis aut aliud id genus: hoc est punctum est subiecto idem, quia est unitas lapidis aut alicuius alterius mobilis id genus. esse uero. & ratione aliud est, quod probat dicens. perinde ut sophistæ coriscū in lycio, et coriscum in foro diuersum esse sumunt, & hoc ꝑpterea, quia alibi atq; alibi esse diuersum est. est igitur minor, sed punctum est unum subiecto, quod fluendo secundum diuersa esse facit mobile. Conclusionem uero postponit, ut uidebitur. Declarat quasi maiorem, accepit enim illa

L sese habere eodem modo, motum ad momentum: nūc ad tempus, perinde ut punctum ad magnitudinem, hāc quasi explanat: & inquit. ipsum uero nunc sequitur id quod fertur, perinde ut tempus motum. ipso nāq; quod ferē, prius in motu posteriusue cognoscimus. prius uero & posterius quatenus numerabile, ipsum est nunc. Ex ijs patet maior. uidelicet qui ita se habet nunc ad tempus ut punctum ad magnitudinem et momentum ad motum. Ex ijs infert conclusionem, & inquit quare & hoc ipsum, uidelicet nūc subiecto est idē. est enim prius atq; posterius quod est in motu: esse autem diuersum est. prius nāq; posteriusue quatenus numerabile est ipsum nunc. Et itaq; patet tota ratio,

Vis rōnis. quæ breuibus replicari potest, ut punctum ad magnitudinem, ita momentum ad motum, & nunc ad tempus, patet quia sese sequuntur, sed punctum est unum numero subiecto, quod fluens secundum diuersa esse facit mobile. igitur & nunc erit subiecto unum, quod fluens secundum diuersa esse faciet tpˢ. fuit autem litera hæc non parum obscura,

M ubi quo ad uerba græca attinet illud uerbum ποτεόυ quod in ueteri translatione est quodcunq; ens, non recte sonat: magis enim ad sensum est subiecto unum. tanta enim uerborum fidelitas nonnunq; infidelitatem parit.

Dilucida. tex. comē. eiusdem.

Est autem hoc & maxime notum. nam & motus propter id quod mouetur, & delatio propter id quod defertur est. quando id quod defertur aliquid est. motus uero non est. est igitur tum idem id quod dicitur nunc semper. Tum non idē quippe cum id quod fertur, iis sit modis.

ANTI. Et notum maxime hoc est. etenim motus propter id supra quod mouetur. & latio propter id supra quod fertur, est. id enim supra quod fertur aliquid est, motus autem non est. Est quidem igitur sicut idem, quod nunc dicitur semper, est autem sicut non idem, etenim est similiter & id supra quod fertur.

N Expositio. Soluit fortasse tacitum cauillum. nam dicere potest quis eum regula debeat sumi a noto, punctum siue unitas mobilis equa & unitas momenti, & unitas ipsius nunc in tempore est constituta, quonammodo est notius illis. Cuius responsionem innuit di. est autem hoc, & maxime notum, cuius causam ait. nam & motus propter id quod mouetur in cæteris speciebus motus, & delatio propter id quod defertur est. Cuius expositionem adhuc subscribit. d. quādo id quod fertur aliquid est. motus uero nō est, quæ ratio docet ut mobile sit ipsius motus causa: & non econtra. quo ulterius sequitur ut ipsum mobile siue punctum siue unitas mobilis sit notius motu. bene igitur ab illo sumi potuit dicta regula. Vbi te ignorare nō uelim me mirum in modum laborasse circa huius literæ expositionem, & nihil præsidij accepi a latinis. Sed Themistius succum literę satis expressit, e quo hæc nostra expositio habet uires.

Quæ auer. cōmē. 104 Auerroes autem literam pulchre introducit. Aristo. enim mouit duas quæstiones. Prima fuit. utrum tempus sit, & quid sit: & iam soluta est. Secūda fuit: utrum unum & idē

O An sic idē nunc resit i toto tpis decursu. Vide Gra dei sessu lect 18 de Demonstratione regula Ari. sit nunc in uniuerso tempore, uult ut nunc soluat secūdam quam expositionem laudo, sed scias ꝙ solutio cæpit. iuxta hanc expositionem textu præcedēti uidelicet atque ut motus semper alius. Et hoc modo hæc expositio optima est. Cætera quæ in exponendo uerba ait, partim ex mala trāslatione, quam habebat, partim ex nostris expositionibus circa literam patent. Debes scire ꝙ Auer. prope finem cōmenti declarat pulchre cur ab ipso mobili sumpta est dicta regula de unitate ipsius nunc, & dicit ꝙ motum est notius motu, quia est demonstratum hoc est permanens secūdum esse. motus uero non est demonstratus. s. congregatus insimul, & permanens, sed mens facit ipsum insimul quatenus copulat præterito futurum, & ecōtra per unum nunc, & motus est notior tempore, ex hoc sequitur ꝙ trāslatum siue punctum mobilis, quod agit motum fluendo

Dubitatio. sit notius instanti & ipso nūc, & sic patet regula. Sed hic uidetur esse dubium. nam hoc dato sequitur qui. a. & b.

P sunt: & tamen nec. a. est: nec. b. est. deduco. sit. c. ipsum tempus quod est præsens, sitq; a. una eius medietas. b. altera. Tunc arguo. ipsum. c. est. igitur. a. & b. sunt. nam ipsum. c. est. a. & b. & tamē nec. a. est, quia fuit, nec. b. est, quia erit.

Responsio. Respondent captiunculatores concedendo totum, stat. n. a. & b. esse: non tamen esse. a. aut esse. b. nam ad esse successiui requiritur necessario partium incompossibilitas, at de ꝑmanētibus secus est. in illis enim bene sequiē c. ꝑmanens est. igitur. a. est: & b. est. Sed replicatur cōtra. nam a.

Replic. & b. est. igitur. a. est. a. tota copulatiua ad alteram eius partem similiter & de ipso. b. Respondetur negando conse-

Solutio. quentiam, quia arguitur a copulato copulatim tento. sicut non ualet. homo est anima & corpus. igitur homo est corpus. tu uero in his captionibus considera.

Q RECO. Annuā idē ue sit nunc ipsū in tpe In commentarijs exposuimus textus hos, & pulchræ, ꝙ expositionem & a Themistio, & ab Auer. pro magna parte accepimus. At nunc diligentius uerba græca considerans dico ipsum nunc esse unitatem temporis, quo tempus est unum. & quoniam. tempus est idem subiecto, alterum tamen atq; alterum extrinseca quædam ratione, ut dicemus, sic ipsum nunc subiecto idem est identitate tēporis. Aliud uero atq; aliud ratione quadam extrinseca, prout anima talem unitatem cōsiderat in tempore secundum diuersas designationes: sumitur autem hæc unitas ab unitate magnitudinis supra qua fit motus, quæ est pūctum, ut. n. spatium unum est, & eius unitas punctum est, ita punctum idem est, ut magnitudo siue spatium idē est. est autē punctum unum & idem identitate magnitudinis hoc est subiecto: aliud atq; aliud prout per mētem talem spatij unitatem accipere possum per animam in qualibet magnitudinis parte. ē enim unum punctum, quo magnitudo una est, extrinseca quędam ratione aliud atq; aliud prout tale pūctum anima designare potest in a. uel in b. uel in c. Ante. n.

A B C

ꝙ signetur

A { q̄ signetur punctum, est magnitudo a b c. postquam uero signatur in a, ab ipso à puncto a b c magnitudo dr̄ una, & indiuidua. & si designaretur in b ab ipso b puncto magnitudo eadem diceretur una, & sic in cæteris infinitis. quare punctum idem est subiecto, idẽtitate. s. magnitudinis, est aliud atq; aliud extrinseca quadam alteritate, prout subit drīam quandam, quā anima ei attribuit. eodē modo nunc in tp̄e est unitas tp̄is, & ipsum tempus unū, idemq; subiecto. s. identitate tp̄is. Aliud atq; aliud, ut in tēpore diuersas designationes subit. Iuxta hanc expositionē lege hos textus: ipsum aūt nunc mensurat tempus, supple sicut unitas rei rem, mensurat dico tp̄s, ut est prius & posterius. unitas. n. rei est mensura rei, qua res dicit̄ una, sicut dualitas est mensura rerum, qua res dicuntur duæ, & trinitarum rerū, qua dicuntur tres: sic ipso nunc tp̄s mensurat̄, quatenus ipso unum dicit̄. & motus momento, quia ipso momento dr̄ unus, & puncto magnitudo, quia ipso dicit̄

B una: ergo per mensurā intelligit rōnem, qua aliquid dicit̄ unum, uel plura. hoc assumpto, declarat, ipsum nunc ad tēpus quā rōnem habeat, & inquit, est aūt nunc quidē sicut idem: est uero sicut non idem. Secundum quidem enim q̄ in alio & alio hoc est alia & alia parte tp̄is est per designationem animæ, alterum est quadam alteritate accidentali, hoc. n. uel hæc ratio erit ei ipsum nunc. s. esse & formalis conceptio: qua dr̄ indiuisibile, & à qua dr̄ tempus indiuisum in se, & diuisum à quolibet alio. inquantum uero aliquando est ens ipsum nunc, idest identitate temporis, quo habet esse simpliciter, idem est, & ita est idem re eo modo, quo tp̄is idem est, aliud uero atq; aliud, prout diuersis in partibus tp̄is diuersas subit designationes. his expositis probat hæc, & inquit, sequitur. n. sicut dictum est, magnitudinem quidem motus, hoc est spatium supra quod fit, sumitur enim prius & posterius in motu à priori & posteriori in magnitudine, ut dictum est. hunc aūt motum sequitur tp̄s ut diximus: nam prius & posterius in tp̄e sumunt̄ à priori & posteriori in motu. similiter aūt & punctum se

C quitur ad id hoc est ad spatium supra quo fertur aliquid, quo puncto motum & prius & posterius in ipso cognoscimus. sequitur dico punctum ad spatium quo ad identitatē q̄m est eius unitas, ut dictum est. ex his uult habere ip̄m nunc sequi ad tpus, ut punctum ad spatium, supra quo fit motus. nam tempus sequitur motum, & motus spatium: ergo nunc in tempore, se habet, ut momentum in motu, et punctum in spatio. hac tanq̄; maiore assumpta quodam modo accipit minorem, & inquit: hoc aūt. s. punctum quādo quidem ens est, hoc est q̄n sumitur ut ens absolute idē est identitate spatij: nam punctum in lapide idētice, ut ens est lapis, & in ligno similiter est lignum. ratione aūt alterū est, quia est eius unitas qua lapis unus dr̄, quæ unitas rōne est alia atq; alia prout designari pōt in alia atq; alia magnitudinis parte. Sed dices rō est definitio: ergo si est aliud atq; aliud rōne, erit aliud atq; aliud definitione, & ita alietate essentiali. quasi soluens inquit, dico aliud atq; aliud ratione sicut sophistæ accipiunt ipsum alterum sophistæ. n. accipiunt alterum secundum rōnem, quæ est accidens, &

D hoc declarat, coriscum in licio esse, & coriscum in foro, est enim hoc esse alterum quatenus alibi & alibi esse alterū est, & ita accidentaliter, & hoc est, ut mens illi attribuit quandā alteritatē secundum diuersas designationes, & sic patet minor. deinde quasi exponit maiorem superius sumptā, & inquit, ad id aūt supra quod fert̄: hoc est ad punctū spatij, supra quo fit motus: sequit̄ ipsum nunc: sicut tp̄s motum. nā tp̄s ad motum, & motus ad spatium: ergo nūc ad momētū, & momētū ad punctū sequit̄, q̄ uero tp̄s sequat̄ motū, p̄bat, eo. n. supra q̄ fert̄ mobile cognoscimus prius, & posterius in motu, ut dictū est, & sic tp̄s sequit̄ ad motū, & motus ad spatiū: ergo nunc sequit̄ ad pūctum in spatio, q̄a nunc sequit̄ ad momentū, & momentū ad punctū. & cōplens maiorē addit, ꝭm aūt q̄ ip̄m nunc est numerabile in p̄tibus tp̄is, hoc est quatenus aīa considerat in priori p̄te ipsum nunc, & posteriori ip̄m nunc, ut sic sunt in tp̄e prius & posterius, uel sic, ip̄m nūc quatenus est innume- E rabile. i. acceptū ut principiū & finis ut sic prius & posterius in tp̄e sunt, ex his uult h̄re declarationē maioris quæ fuit, eodē mō se h̄et nunc ad tp̄s, & punctū ad spatiū. cui si addat̄ minor tacta: sequit̄ ꝓclo, quā inquit. quare in his q̄n q̄dē est ens ip̄m nunc, hoc est q̄n accipit̄, ut ens idē est idētate tp̄is. nā ut sic nihil aliud est q̄ tp̄s, qđ in motu ipso est prius & posterius, sed esse alterū est. s. ut dc̄m est, extrinseca quadā rōne. nā ip̄m nunc ut subit rōne numerabilis, ē tp̄s qđ ē prius & posterius. Ex his patet ip̄m nunc ē unitatē tp̄is, ueluti pūctum est unitas spatij: ergo sicut unitas spatij q̄ ipsa est ens, est idē q̄ unū spatiū: sic ip̄m nūc, quo est ens, est tp̄s ip̄m unū. uerū dici pōt aliud atq; aliud rōne extrinsecus illi attributa. Ex his sequit̄ ꝭm hanc expōnem punctū nō esse aliud, q̄ id: cuius est punctus, quatenus pūctus cōsiderat̄ ut ens absolute: quo uero aīa illi attribuit diuersas, & indiuisibiles rōnes, est multiplex in magnitudi F ne, & q̄d diuersum à magnitudine. sequit̄ ēt ip̄m nunc eē unitatē tp̄is, qua & tp̄s dr̄ unū, q̄a non plura sit̄, & unum q̄a indiuisum in se, & diuisum à qualibet re: q̄ non est tp̄s, & hoc mō totius tp̄s æternū dici pōt nunc, & econtra nūc pōt dici totū æternū tp̄s, nā quatenus nunc est ens absolute, ē tp̄s. ex his soluit̄ ad formā, cū. n. inferebat̄, ergo qua fuerunt in milessimo anno, sunt nunc, concedo capiendo nunc, ut ens, q̄a ut sic idē est qđ tp̄s: capiendo uero sub rōne qua ꝭm successionē indiuisibile, uel non multiplex est, nec esse pōt: negat̄ argumentū. ad hoc. n. ut aliqua sint sit̄ non sufficit illa esse in tp̄e, qđ est unū, q̄a oīa ut sic, sunt sit̄ sed oportet esse in uno tp̄e ꝭm indiuisibilē, & unā rōnem sumpto: uel in uno nunc ꝭm successionē indiuisibili hęc est expō, q̄ occurrit nunc. differt aūt ab ea, q̄ in cōmentarijs, q̄a hæc ꝑ magnitudinē spatiū intelligit: & nō mobile, qđ mouet̄, sed magnitudinē: supra quā fit motus, & ꝑpea animaduerte in trāslationibus, nā uerbū qđ, ergo supra quo transtuli. præterea in multis locis de unitate ipsius nunc scripsi: sed nunc q̄ sint dicenda ex hisce patet. est. n. nunc unitas tp̄is, qua tp̄s est unū numero, & non plura numero, & qua est diuisum à qualibet alia re: & ita ipsum nunc quo est ens, idē est qđ tp̄is, quo uero successiōe indiuisibile est, & differt à tp̄e, & pōt esse infinita in tp̄e ꝑut pōt aīa talē unitatē tp̄is in infinitis p̄tibus designare. ergo ipsum nunc est unū, & infinita, unū quo est ens, quia ut sic idem est, quod tp̄s. siue unitas tp̄is. Infinita uero, ut secundum successionem accipitur indiuisibile; sic. n. in quauis parte temporis sunt infinita. Opinio de ipsius nūc unitate. G

Perspicuū quoq; est si tp̄s nō sit. ip̄m nunc eē, & si nō sit ip̄m nūc, ēt tp̄s nō eē. nā ut sit̄ sunt id qđ defert̄ & latio: sic & numerus eius qđ fertur, & numerus ipsius lationis ēt sunt sit̄. est. n. tp̄s numerus quidē lationis. ipsum autē nunc eius quod fertur perinde ut unitas numeri. Dilucida. tex. c. 105.

{ Manifestum est autē q̄ & nisi tempus sit, ipsum nunc non erit. & si ipsum nūc nō erit: tempus non erit. sit̄. n. sunt: sicut id, supra quo fert̄, & latio: sic & numerus, q est eius, supra quo fert̄, & q ē latiōis. tp̄s q̄dē. n. lationis numerus est, ipsum aūt nūc sicut eius supra quo fert̄, ut unitas numeri. ANTI. H

Soluta q̄one. ulterius ꝑ maiori expōne eius qđ dixerat, rōnes quas h̄et ip̄m nūc ad tp̄s uult examinare, & prio ꝑponit q̄ nūc & tempus sunt inuicem inseparabilia. Et arguit sic, ut numerabile ad numerabile: ita numerus ad numerum, sed tempus est numerus lationis: nunc est numerus latibilis. igit̄ ut non pōt esse latio sine latibili: ita numerus latibilis sine numero lationis, & ita non potest esse numerus quod est latibilis numerus, sine tempore quod est numerus lationis. Et syllogismus est à cōmutata ratione sic, ut latio ad tp̄us, quod est numerus eius: ita latibile ad nunc numerū eius. igit̄ ut latio ad latibile; ita tp̄s ad nunc: latio nō Expositio.

I



K

Nota hæc An nunc tpis sit idē cū ipo mobili. Vide gradeum esc.lec.i g.

est sine latibili.igit̃ nec tp̄s sine ipso nunc. Debes scire, ut Themistius inquit: q ipsum nunc est mensura mobilis quatenus est illius unitas: merito cuius est, est unū in tota ipsa delatione, & ita nunc est uti numerus non per replicationē resultans, sed p sil' partiū acceptionē ipsius mobilis in ipso.

RESCO.

Non ab rōne in cōmentarijs diximus Aristotelē uelle assignare nunc quas rōnes & quot habeant ipsum nunc & tēpus inter se, & sunt tres: prima est, quia tp̄s & nunc sunt inseparabilia inuicē. sumit̃ aūt hæc rō prima facie p simile in spatio & puncto: uidemus.n. neq; spatiū à puncto, nec punctū à spatio separari posse. mō cum ita se habeant tp̄s & nunc, ut punctū & spatiū: reliquit̃ tp̄s & nunc separabilia non esse, sicut spatiū & punctū. correspondet.n. tp̄s lationi, & nunc puncto. uerū Arist. in suis uerbis tale argumentū nō innuit: nec facile patet, quo argumento utat̃ ad hoc pbandū. In cōmentarijs.n. diximus Arist. uti argumē

L

to à cōmutata pportione, & reuera non facile pōt ex uerbis Aristo. colligi. tandē uī mihi eū argumentari loco à simili, sic, ut spatiū & latio simul atq; eodē mō se hñt, sic se hñt: numerus lationis, & numerus spatij. similitudo patet quia spatiū & latio utraq; mensurabilia sunt, numerus lationis & numerus spatij uterq; mensura, & numerus est: ergo similitudo bona. Hæc est maior, quā his uerbis ponit simul.n. sunt, atq; se hñt sicut id: supra quo fert̃. s. spatiū, & latio: sic & numerus, qui est eius, supra quo fert̃. s. spatij & numerus eius lationis qui numerus est. patet similitudo, nā spatiū & latio utraq; mensurabilia: numeri eorū utriq; mensuræ, & numeri. & ita patet maior. Accipit minorē & inquit, tp̄s quidē.n. lationis numerus est, ipsum aūt nunc non est numerus spatij, sed sicut numerus eius spatij, supra quo fert̃, ueluti unitas numeri, & ueluti mensura mensurati. est ergo Syll's numerus spatij & numerus lationis ita se hñt ut spatiū & latio. tp̄s est numerus lationis, & nunc numerus spatij: ergo tp̄s & nunc se hñt, ut spatiū & latio. sed hoc supplendū: spatiū non est sine latione: nec ecōtra, ergo tp̄s non est absq; nunc, nec econtra. uerbis Aristote. alius syll's applicari non pōt, si uerba recte considerent̃. uerum hic syll's dubius est, maior.n. & si uideat̃ uera, quatenus spatiū & latio, ut mensurabilia, & tp̄s & nunc ut mensuræ sunt: tñ quo ad hoc non facit ad conclōnē, q̄ est, ut tp̄s non sit sine ipso nunc, nec econtra. præterea minor syll'i est dubia: non.n. ipsum nunc uī numerus spatij: sicut tp̄s numerus lationis. præterea minor sub accepta, siue suppleta, falsa est, pōt.n. spatiū esse sine latione, licet non latio sine spatio. ppea dici pōt Arist. accepisse hoc argumentū à simili, non ut demonstratiuū, sed ut exēplū: mō exēpla ponimus non ita sint, sed ut intelligat̃, qd' dr̃, ut libro priorū diximus, satis.n. ex tali exēplo haberi pōt tp̄s non esse absq; nunc, sicut spatiū non est absq; latione saltē, dū mobile supra spatium fert̃. Quo uero ad uerba attinet, patet uerbum quod, esse intelligendum supra quo, ut pximo textu diximus, quia de spatio & non de mobili intelligit.

Syll's Arist.

Dubitatio

M

Quæ per Aristotele.

Dilucida. tex. comē. eiusdem.

Est insup tp̄s ipso nunc cōtinuū: atq; ipso nūc diuiduū. hoc n. & lationi & ei qd' fert̃ competit. nam motus & latio una est ipso qd' fert̃, qa unū ē, & nō subiecto. sic.n. intercapedines esse pñt, sed & rōne.

N

Præterea ēt priorē posterioréue motū distinguit. istud quoq; puncto aliqua ex parte conuenit. &.n. & punctū continet longitudinē quodā modo, & distinguit. nā huius principiū est illius finis.

ANTI.

Et ēt continuū tp̄s est iā ipso nunc: & diuidit̃ secūdū nūc. sequit̃.n. & hoc ad lationem, & ad id, supra quo fert̃. &.n. motus & latio una est eo, supra quo fert̃, qm̄ unū est, & nō qn̄ ens est, &.n. interualla sic sunt, sed & rōne. Et determinat iā priorem & posteriorē motū, hoc. Sequit̃.n. & hoc quodā mō ad pūctū, &.n. pūctū cōtinuat longitudinē quodā modo, & determinat, est enim huius quidem principium, illius autem finis.

ἄν sic utiq; δὴ enim aūt

O

Expositio.

Secūda rō quā hēt ipm nūc ad tp̄s: est q ipso tp̄s est unū. & diuiduū. unū qdē in se, & diuisum ē q̄libet alio. hæc aūt rō cōpetit mobili, qd' est unitas siue pūctū in motu. nā ipso mobili motus est unus & diuiduus, unus in se: diuisus ab alio. inqt est insup tp̄s ipso nunc cōtinuū: atq; ipso nunc diuiduū rōne diuersa, ut dictū est, hoc.n. & lationi & ei quod fert̃: cōuenit. nā motus & latio una est ipso qd' fert̃, qa unū est. Dices. q̄ unitas requirit̃ ad unitatē motus: hoc est qua unitate ipm mobile debet esse unū, si motus debeat esse unus subiecto: Hoc declarat di. & non subō. sic.n. & intercapedines esse pñt, qa pōt unū mobile moueri p interualla pluribus motibus. iō subdit, sed & rōne, & ita ad hoc ut motus sit subiecto unus: subiectū debet esse unū: nō mō subiecto, sed rōne. Tertia rō quā ipm nunc hēt ad tp̄s est, q distinguit motū priorē & posteriorē quatenus est unius finis alterius principiū. Hāc quoq; rōne puncto accōmodat, & inqt. istud quoq; pūcto aliqua ex pte cōuenit, & si uelimus euitare æquiuocationē in dictis Arist. p punctū intelligit unitatē mobilis, & p lōgitudinē intelligit ipsum motum, & tunc inquit. etenim pūctū cōtinet lōgitudinē quodāmō. nā huius principiū est uidelicet posterioris. illius finis uidelicet prioris. si uero uelimus Arist. non habuisse sollicitudinem de nominibus: dicere possumus ipm p pūctū uelle indiuiduum lineæ. per longitudinem lineam. Et tunc lr̃a patet.

P

RECO.

In cōmentarijs exposuimus hæc uerba, & quidē satis ad mentē Auer. & aliorū: nūc dicamus non recedendo à prioribus expōnibus q̄tū ad aliqua, q Arist. duas alias rōnes assignat, quas tp̄s hēt ad nunc. quarū prima est, q tp̄s ē cōtinuū, & unū ipso nunc, & tu intellige de toto tp̄e, totū.n. tp̄s, qd' est sil' præteritū & futurū, est cōtinuū & unū ipso nunc. scd̃a uero, q tp̄s diuidit̃. s. in p̄teritū & futurū ipso nunc. hæc duo ex dictis patent, nā quatenus ipm nūc est unū re, & ente, tp̄s totū unū efficit. quatenus uero subit rōnes diuersas principij. s. & finis tp̄s dissecat in duo. s. in p̄teritū, & futurū. uerū nō cōtētus hac rōne assignat aliā, & primo pbat totū tp̄s esse unū ipso nunc, qa se hēt ad nūc, ut spatiū ad pūctū: at spatiū unū est, quatenus punctū unū est ens. ergo & tp̄s unū est unitate ipsius nunc, qua nunc ens sit. inqt, sequit̃.n. & hoc ad lationē, & ad spatiū supra quo fert̃ mobile, hoc est tp̄s sil' e est motui & spatio, hæc quasi maior est, deinde quasi minorē accipit, & inqt, &.n. motus & latio cōtinua & una est, eo supra quo fert̃; qm̄ unū est. i. pp pūctū unū: hæc est quasi minor. nec est latio ut inqt, una quatenus spatiū est ens, & qa est unū subō: qa sic interualla oīa erūt unū subō, & mā, sed q̄tenus magnitudo est una rōne; hoc est pūcto uno, & sic sequit̃ tp̄s esse unū & cōtinuū ipso nūc. & sic p rōne, intelligit pūctū, qd' unū est re, nō rōne: tñ sic re unū ē rō, q̄ et spatiū & motus sit unus. sic igit̃ ipm nūc qd' est re unū, est rō, qua tp̄s est unū. deinde pbat tertiā rōnē q ipso nūc distinguat̃ tp̄s in duo & prio pponit hoc, & inqt, & determinat hoc ē distinguit iā priorē & posteriorē motū hoc. s. ipsum nunc, & ita tp̄s in p̄teritū & futurū: hæc est tertia ratio, quā nūc habet ad tp̄s, & assignat causam, cum inquit, sequitur.n. & hoc

Q

quodam

A quodam mō ad punctū:q.d.quia ita se habet nunc ad tēpus,ut punctū ad spatium, quod exponit quasi amplectias ambo ea,quæ dixit,& inquit & .n.punctum continuat lōgitudinē,& distinguit,continuat .n.quo unum est ente:distingiut uero,quo est principium,& finis,& ita quo multiplex est,& ita patent tres rōnes,quas nunc ipsum ad tēpus habet. Themistius aūt & Auerro.& oēs expositores tres has rōnes,quas nunc habet ad tempus, ex illis rōnibus acceperunt,quas habet punctū,siue unitas ad mobile,& hoc ideo,quia per quod fertur,uel per quod mouetur,mobile intellexerunt:nos aūt copulando hæc ad prius dicta ab Aristotele,per id quod ferē,uel mouetur spatiū exposuimus,quod non est mobile,sed id, supra quo fit motus.ut intelligenti patet,& ideo has rōnes ab eis accepimus:quas habet punctum in spatium.

Quæ The. & alii expositores.

B

Dilucida. tex.cō.106

Sed cum sic quidē sumat quispiā ut ipso uno tanquā duobus utaē:stetur necesse erit: si punctū idē principiū erit ac finis.ipsum aūt nunc, quia id qđ fertur mouetur:aliud est semper.

ANTI.

Sed cū quidē sic accipiat aliquis tanquā duobus utens uno,necesse est stare, si principium & finis erit ipsum punctū.sed ipsum nunc, ppea quia mouet,quod fertur,semper alterum est.

Expositio.

Comparauit ipsum nunc puncto. Nunc quasi dissimilitudinē inter illa colligit,& uult φ ipsum nunc non possit bis demonstrari ipsum uero punctū sic,& arguit hoc dicēs,sed cum sic quidē sumat quispiā ut ipso uno tanq̃ duobus utaē steē necesse est.si punctū hoc est ipsum nunc idē numero duplici ostensione erit principiū & finis. est igiē enthymema.si pōt ipsum nunc bis demonstrari. igiē est permanēs. destruit consequens dicens:ipsum aūt nunc, quia id quod ferē moueē.Aliud atq; aliud est semp. igiē oppositū antecedentis idē nunc non pōt bis demonstrari.Debes scire φ id bis demonstraē,quod bina seorsum cōputatione pōt ostendi.omnis aūt ostensio esse non pōt minus q̃ per unum instans.igiē duæ ostensiones non possunt esse simul. igiē inter unā & aliā aliquid necesse est mediare,utpote tēpus uel id genus.ubi igitur punctū siue nunc pōt bis ostendere idē numero,oportet ut non defluat,& ita permanebit.

C

RECO.

Differentia uero,ut inquit Themistius, inter punctū & nunc,est φ punctū in magnitudine est permanens, nunc in tpe non.& hoc inquit Arist. & lege sic clarius, si punctum est principiū & finis,ut est, cum quis ipsum accipit utens uno quasi duobus,diuersis designationibus, dubio pcul necesse est staē,atq; esse permanens,sed ipsum nūc, cum non possit idē manens bis ostendi, eo quia continuo moueē id quod ferē,nunq̃ stando in eodem magnitudinis puncto,iure semp alterū atq; alterum est.& dixit Aristo. cū moueaē,id quod ferē, ad innuendū ipsum mobile esse continuo aliud,atq; aliud,non quidē,φ sit aliud atq; aliud à se:sed ut Themistius inquit,quo ad locū, quia aliū atq; aliū locū continuo demutat,& uertit,hinc sequitur ipsum nunc non posse esse permanens alioquin mobile quod cōtinuo moueē,posset intelligi stare,quod est implicans.

Quæ The.

D

Dilucida. tex.com. eiusdem.

Quare tps numerus est:nō hoc φ nūc ipm ut pūctū idē est principiū & finis; sed hoc potius φ ipsa nunc sese habent ut extrema in eadē linea:atq; non ut partes:ob id pfectò qđ dictū ē,qa uidelicet usus unius pūcti tanquā duorū erit:ita ut steē accidat.

ANTI.

Quare tps numerus est,non sicut ipsius puncti, quia ē & principiū,& finis:sed sicut ultima ipsius lineæ magis,& nō sicut ptes.pp & id qđ dictū ē: medio enim puncto tanquā duobus utimur:ergo quiescere accidit.

Expositio.

Ex dictis concludit quonā mō tps esse pōt numerus motus,ubi debes scire φ tps pōt intelligi esse numerus ipsius nunc existentis in motu:hoc mō φ sit numerus acceptionū ipsius nunc,& hoc mō non est numerus tps:neq; motus ipsius:neq; ipsius nunc,quia nullū unū nūc bis numerari pōt igiē nihil pōt esse illius numerus ex acceptione illius resultans:Aut pōt intelligi φ sit numerus inter ipsa nunc accepta prius:ceu linea est inter puncta,& sic tps est numerus partiū motus inter nunc ipsa duo clausus. inquit quare tps numerus est non hoc φ nunc ipm ut punctū idē est principiū & finis:hoc est non pōt esse numerus resultans ex numeratione ipsius nunc.Sed hoc potius φ ipsa nunc sese habēt ut extrema in eadē linea inter q̃ tps claudiē: atq; nō ut partes hoc est non ita ut extrema illa sint ptes tpis:repetit rōnem. quare non pōt ipsum nunc sumi bis, & inquit. ob id pfectò,qđ dictū est,quia uidelicet usus unius puncti tanquā duorū erit:ita ut sequaē illa stare atq; pmanere. quare cum hæc sint.impoßa.impoße est ipm nunc bis ostendi, & ita tps esse non pōt numerus resultans ex numeratione ipsius nunc. Sed circa hæc uē dubitatio p dicta Themistij. inqt enim:est.n.tps ferè de momentis cōstitutus conflatusq; numerus.nā momentū q̃dāmō unitas tpis est,& sicut unitas repetitione alternationeq; numerū facit:ita momentū reciprocatione & iteratione tps,& queadmodū unitas q̃cq̃ insectibilis cōstituit numerū sectile: ita momentū qđ indiuisibile est,inuehit tps qđ diuisibile est.Cęterū dr̃ia in eo nosciē φ momenta unā cōtinentiā pariunt:unitas discretionē moliē.Ex ijs patet φ tps est numerus ipsius nunc,ut numerus est ipsius unitatis. Cuius contrariū dixit Arist. Mihi uē φ Themistius loquaē ad imaginationē ipsorū mathematicorū,q continua cōponunt ex indiuisibilibus. Absolute tñ dici non pōt,& si melius habes. Dicas tuo mō. Scias tñ φ Auer.reprehendit Themistiū in hoc,sed fortasse non intellexit ipsum:pōt enim Themistius hr̃e alium sensum φ tps ut multum & paucum:est numerus instantium,ut longum & breue est numeratum per illa.

E

Dubitatio F

Solutio

Quæ Auer. comē.106.

Quæriē utrū tps sit numerus ipsorū nunc.Quid Themistius,& qd Auer.aduersus Themistiū dixerit,in cōmentarijs plane patet.nunc uero debes scire, φ multū refert dicere tps esse numerū ipsorū nunc, & dicere tps esse numerū partiū pp ipsa nunc.non.n.tps esse pōt numerus ipsorū nunc,ut Themistio uē,qa ipsa nunc sunt infinita,quorū nulla esse pōt acceptio numerabilis. pōt aūt tps dici numerus ptiū motus pp ipsa nunc,qa non pōt motus 10.uel 12.horaꝝ dici,nisi acceptis semp ipsis nunc,uno quidē, ut horę principio,altero ut horę fine, & ita in omnibus horis semp sumēdo ipsa nunc,quare tps est numerus ptiū motus,motusq; ipsius pp ipsa nunc,non aūt ipsoꝝ nunc numerus est.sigs tñ uellet,posset defendere Themistiū,& qdē non ab rōne.nā tps pōt considerari, ut multū atq; paucū,hoc est,ut discretum,& ita est multitudo ex ipsis nunc aggregati alio mō ut lōgū & breue,hoc est,ut cōtinuū,& ita est magnitudo q̃dā ex partibus copulatis ad unū terminū cōem:quare licet omnia nunc accipi non possint,satis est tempus,ut discretum est eorum nunc numerū esse, quæ anima accipit in partibus motus,ut terminos illarū.

RECO. G

H

Adhuc ēt pspicuū nūc ipm tpis nō ēē ptē: neq; diuisionē ptē motus:quēadmodū neq; pūcta sunt lineę ptes,sed duę lineę sp unius ptes.ipsa igiē nunc ut sunt qdē fines tps nō sunt.Sed illi accidēs.ut uero numerāt numerus ē.ueꝝ ut fines illius solū sūt: cuius sunt fines. ut aūt numerus & horꝝ æquorū denarius est & aliorum.Tps igitur numerum esse motus per prius & posterius atq; ēt continuū: cū sit continui numerus:perspicuum.

Dilucida. tex.c.107.

Adhuc ēt manifestū φ nulla ps ipm nūc tpis est, neq; diuisio motus,sicut neq; pūcta lineę. sed lineę duę unius ptes sunt.secūdū igiē φ terminus ē ipm nūc,nō est tps,sed accidit tpi.secūdū uero φ numeraē,numerus ēst.termini qdē.n.ipsius solū sunt:cuius sunt termini numerus aūt q est horū æquorū decem,& alibi est.Quòd quidē igiē tps numerus motus secūdū prius & posterius sit, & cōtinuum (continui enim:)manifestum.

ANTI.

I Secundo concludit q ipsum nunc non sit temporis pars quemadmodum nec puncta lineæ, sed partes ipsius temporis sunt duo tempora. ut duæ lineæ partes sunt unius lineæ. Tertio concludit q ipsum nunc ut est finis temporis aut principium: non est tempus, sed est accidens tempori illi. ut uero numerat: hoc modo. ut dictum est, quia inter duo nunc temporis clauditur numerus est subaudi primi tẽporis cœlestis: est tamen hoc discerniculum, q nunc ipsa, quæ tps cœleste numerant claudendo ipsum cum considerantur ut sunt fines & termini illius, sic illius tantum sunt: cuius sunt fines, & sic sunt solum tẽporis cœlestis, ut autem numerus: sic sunt plurium & commune quid omnibus tẽporibus & motibus terrenis, ueluti denarius ęquorum siue digitorum meorum, ut numerus est esse põt, & meorũ digitorum, & omnium quæ per digitos meos dinumerari possunt. Deinde epilogat. Sed dubitare consueui, quia uidetur aliquid ut finis & terminus posse esse plurium ut centrum terræ põt esse unum omnium linearum finis & terminus, quæ ad cœli circunferentiam protrahuntur. Dici potest q nullus terminus siue finis intrinsecus põt esse plurium, sed unius tantum, ut. 10. metaphysi commen. 36. 41. & 51. & secundo cœli. commen. 17. extrinsecus autem ut centrum potest esse plurium.

Dubitatio

Solutio

K

RECO. Intellige sic secundum corollarium, q ipsa nunc, quorũ aggregatio est tempus, saltem ut discretum quippiam, bifariam considerari possunt, uno numero, ut fines, & sic eius motus sunt: cuius sunt fines, & qa, ut sic principaliter sunt fines cœlestis motus, ideo illius sunt principaliter, & primo, si ut fines considerentur: alio modo, ut numerus sunt, & sic sunt omnium motuum, quia unus numerus põt esse infinitorũ lege & quod scribitur singulariter, intellige pluraliter, inquit, secundum igiẽ q ipsum nunc id est ipsa nũc termini & fines sunt: non sunt tempus, sed accidunt tẽpori eo modo quo finis est in eo: cuius est finis: & sic sunt in cœlesti motu, qui est principaliter & per se primo temporis. secundum uero q ipsa nunc numerus sunt, & numerant quod est dicere, quatenus ex ipsis resultat numerus ille: q est temporis, est numerus & multorum imo omnium motuum. reddit causam huius distinctionis, & inquit, termini quidem. n. ipsius solum sunt, cuius sunt termini, & sic ipsa nunc sunt per se primo & principaliter cœlestis motus. quatenus uero sunt numerus, & tps, sic sunt omnium motuum ueluti numerus denarius æquorum est æquorum & aliorum: hoc pacto uerba legas.

L

Dilucida. 8 ex cõ 108

Minimus uero numerus, qui simpliciter est, dualitas est, qui uero numerus est quidam: partim est, partim non est, ut lineæ multitudine minimus quidem numerus est duæ, aut una, magnitudine autẽ non est minimus. nam linea omnis semper diuidiẽ. Quare similiter & tps quippe. numero nanq minimum unum aut duo: magnitudine aũt non est.

ANTI. M

Minimus autem numerus, qui quidem simpliciter est, dualitas est, qui aũt numerus est, est quidẽ sic. est aũt ut non est. Vt lineę minimus numerus, multitudine quidem duæ, aut una est. magnitudine aũt non est minimus. semper enim diuidiẽ omnis linea. Quare similiter & tps. Minimũ. n. secundum numerum quidem est unum, aut duo. secũdum magnitudinem uero non est.

Expositio.

De rõne bonarum definitionũ est (ut dicebatur) ut p ipsam reddi possit cã omnium eorũ quæ de re dicunẽ. Arist. igiẽ nunc cãm ex dicta definitione enitiẽ assignare, & prio utrũ tps possit esse minimũ. uẽ. n. q sic. nã cũ numeri sectio extrahi non possit in infinitũ, sed quidẽ minimus hẽ ut duitas: qobrẽ non põt tps esse minimũ. Rñdet q duplex est numerus: alter qui ex unitatibus constat, & hic minimus eẽ põt ut duitas. Alter qui non ex unitatibus, sed ex rebus siue diuisione continui ut equis canibus lineis. nã & quinq lineas & quinq triangula dicere numerum solemus, & tales numeri si de multitudine qris minimũ hñt. nã duæ lineę & duo eq minimũ sunt. si uero magnitudinẽ spectes: nõ hñt. nã qq res talis in infinitũ secabilis est. eodẽ mõ præfiniti certiq tpis. uerbi cã. duarũ horarũ in eo q continuũ est afferri breuissimũ aut minimũ aliqd neqt. quia in eo respectu non est numerabile. in eo uero qd definiẽ & qdã mõ differiẽ momentis priori posteriorique hactenus et numerari põt & minimũ hẽri, & ita spectata multitudine minimũ habet spectata magnitudine: ex cuius diuisione multitudo colligiẽ: minimũ hẽre neqt. Dubitabiẽ fortasse cõtra hæc an tps deẽ maximũ, & uẽ q sic. nã. 3. huius. cõ. 69. in continuo daẽ maximũ & non minimũ. in discreto minimũ & non maximũ. Scdo uẽ q deẽ minimũ ẽm magnitudinẽ, quia datur motus uelocissimus ẽm Auer. & Aris. 2. cœli. & in. 6. huius cõ. 15. daẽ & motus tardissimus. igiẽ maximũ & minimum tps. Tertio uẽ q nõ deẽ minimũ ẽm multitudinẽ. nã multitudo cãtur ex diuisione cõtinui. Diuisio continui pficiscit in infinitũ ẽm minorationẽ. igiẽ & numerus. Ad hęc dici põt fortasse q in cõtinuo daẽ maximũ: qñ continuũ est permanens reqrens nouã materiã, aut illius extensionẽ: at de continuo successiuo, qd nullã materiã reqrit pter priorẽ, ut motus cœli & tps, põt in ifinitũ pcedi. Ad scdm uno mõ dici põt q bñ daẽ minimum tps respectu determinati motus, quia non põt aliqd mobile ptrãsire tantũdẽ spatii, qtũ est illud cœli in minori tpe illo, & ita illud est minimũ generis aut speciei. non aũt minimũ transcendenter, quia tps illud est. uerbi cã. 24. horarũ: mõ hoc tpe põt dari minus: q aliqd mobile ptransire põt aliqd spatiũ, & si non tm: tñ aliqtũ. Vlterius dici põt q daẽ uelocissimũ & tardissimũ ẽm naturalẽ considerationẽ: non aũt ẽm mathematicã imaginationẽ, ut nunc Aris. loquiẽ. Ad tertiũ uno mõ dici põt q ex diuisione continui numerus non decrescit, sed increscit ac augeẽ, & ita argumentũ concludit oppositũ. Alio mõ dici põt q continuũ ut multũ & paucum non est diuisibile in infinitum, ut magnũ uero & paruum est diuisibile in infinitum. & sic concedo tps ut paucum & multum adipisci minimum, ut magnum & paucum non.

N

Dubitatio Vide gẽ deũ esc. le. 19 huius. Et Iãdu q. 28. huius

Solutio

O

P

RECO. Textus hic bñ in cõmentarijs exponiẽ, nã ut recte ibidẽ dictũ est, Aris. declarat qũo tpis deẽ minimũ. uerũ antequã hoc declarat, primo exponit qũo in numerus deẽ minimũ, & ut placet Themistio, numerus põt dupl'r considerari, simpl'r, hoc est, ut simpl'r discreta qtitas est, & quidẽ nullis rebus applicata, & ut est applicata rebus, qui ut sic, dr numerus quidã: primo numero ex unitatibus constat nõ applicatis. s. rebus, & huius numeri minimus assignatur. s. dualitas, qua nullus numerus est minor. sin aũt numerus accipiẽ, ut constat unitatibus applicans rebus aut æqs. s. aut canibus, aut lineis, sic talis numerus est partim continuus, partim discretus, & ppea, ut Themistius inquit, si talis numerus considereẽ, quo ad multitudinẽ, & ut discretus est, habet minimũ. s. duos ęquos. si quo ad magnitudinẽ non habet minimũ, cũ tales res in infinitũ diuisibiles sint secundũ magnitudinem, & ita patet numerum simpliciter sine distinctione habere minimũ, numerum applicatum, qui numerus quidã diciẽ, & numerus numeratus, sine distinctione non habet minimũ, sed cum distinctiõe, eo quia uno modo habet, alio modo non habet. inquit, minimus aũt numerus, qui quidẽ simpl'r est. s. qui constat unitatibus simpl'r rebus non applicatis, dualitas est, qua nullus minor numerus est, qui uero numerus est. s. quidã, & applicatus, & numeratus, est quidẽ sic minimus, est aũt, ut non est minimus: q. d. uno mõ est minimus, alio modo non est minimus. ut numerus lineæ applicatus minimus numerus multitudine quidẽ duæ, aut una est, magnitudine aũt, nõ est minimus. semper enim diuidiẽ omnis linea: ergo numerus applicatus rebus non est aliquis minimus nisi pmissa distinctiõe, numerus simpl'r est aliqs minimus nulla pmissa distinctione. hæc ẽm Themi. à quibus Auer. non recedit, licet cõplura uerba habeat inutilia. hac suppositione stante quasi maiore: Auerroes uult accipiendã esse minorem hoc pacto, sed tempus est numerus quidã,

Q

applicatus

A applicatus motui,& non simpliciter,sed numeratus, ut superius dictum est,ergo uno modo tps erit minimũ. Alio modo non erit. erit quidẽ quo ad eius multitudinẽ, non erit uero,quo ad eius magnitudinẽ. inquit quare similiter & tempus,quia.s.tps est numerus applicatus motui:imo est ipse motus,cui applicatur numerus. & reddit cãm,& inqt minimũ.n.est secundũ numerũ quidem duo aut unum. motus.n.quatenus applicatur ipsi numerus minimus est duo aut unus.secundum uero magnitudinẽ non est, quia motus,ut contrariũ,diuisibile est in infinitum: hæc sunt quæ secundum Themistiũ & Auer. Aristo. asserit de ipso tẽpore. Sed quæres, utrũ tps detur maximũ: Quidam dicũt ꝙ sic,nam tps,ut discreta quantitas est,est minimum, ut cõtinua est maximum,discreti.n.minimum assignatur.con-

B tinui uero maximum. sed rectius in cõmentarijs.diximus enim temporis nulla rõne maximam dari,ut discreta quãtitas est,non,quia ut sic non est dare maximum, ut continuum:licet ut permanens habeat maximum, ut successiuum,non habet. Quæres ulterius utrum motus cœli possit dici minimum tps,& dici põt,ꝙ proportione composita dici põt minimum. non enim dari põt minus,quo peragretur tantum spacium:quãtum sol. 24. horis peragrat: simplici uero proportione dari põt minor,quia motus tortucæ horarius est minor. 24.horis.

Dilucida. tex.c.109. Perspicuum quoq; etiam est cur uoluere quidẽ, & tardum non dicitur:multum & paucum, & longum & breue dicitur. quo nanq; continuum est, hoc longum & breue. quo uero numerus est, illo multum ac paucum dicitur. uolucre autem ac tar-

C dum non est,quippe cum neq; numerus quo numeramus:uolucris ullus sit aut tardus.

ANTI. Manifestum est autem iam & propter quid uelox quidem,& tardum non dicitur:sed multũ, & paucum,& breue,& longum. secundum enim ꝙ continuum est,longum & breue est.secũdum autem ꝙ numerus,multum & paucum. uelox autẽ & tardum non est,non enim numerus,quo numeramus,uelox & tardus est.

Expositio Verificat alia quæsita cur multum & paucum:longum& breue dicatur,& respondet ꝙ habet conditionem utriusq; quantitatis:tum continuæ:tum discretæ. nam qua ratione continuum est,dicitur longum & breue qua distinguitũ numeraturq; in hoc numerus dicitur multus & paucus: non tamen uolucre aut tardum proprie dixeris tempus: quando ullus quoq; numerus aut tardus aut uelox habetur.

Quæ auer. cõmẽ 109. Auer. parte illa,& quæret aliquis mouet quæstionem. nã per dicta Aristo. tempus est:tum continuum: tum discretum. ideo quæret quis cur per discretum definitum est cũ dicitur esse numerum,& non per continuum. Ad hanc respondet,& dicit primo ꝙ extra animam non est nisi mobi

D le & motus,quod quidam intelligunt quo ad partes pmanentes. habet enim mobile partes permanentes omnes simul. Motus quoq; cum quantus sit extensione mobilis,et partes habet permanentes. quo uero ad partes quas habet à spatio:motus non est extra animam. Sed hæc expositio non placet,quia simili quantitate partium tempus ipsum dici potest permanens. Melius igitur dico ꝙ mobile &motus sunt extra animam, quia completum esse non habent ab anima:cum mobile sit substantia. motus sit actio mobilis. Dicit secundo. ꝙ tempus non fit nisi quando mens diuidit motum in prius & posterius, & hæc est intentio siue ratio collecta in motu.s.motum esse numeratum. Hoc intelligi potest quòd tempus non habet esse completum nisi mens consideret partes motus,uel ꝙ non efficitur actu numerus sine mentis operatione. Ex ijs sequitur solutio ad formam quæstionis,quia tempus habet aliquid formale,& aliquid materiale. formale est numerus, qui extra animam proficiscitur. materiale est motus continuus:cuius ratio est, quia non est numerus simpliciter ut binarius aut id genus,

sed numerus motus,& ita continuatio sibi debetur merito E materiæ hoc est motus:discretio uero merito formæ. Tunc dici põt ad formam ꝙ tempus est definitum per utrunq; p numerum & per continuum. dr̃ enim numerus motus. ubi patet in illa definitione esse utrũq;:formam in recto, & materiam in obliquo,quia accidentia in abstracto definiunẽ per materiã in obliquo,& per formam in recto, ut simmitas est cauitas nasi. Ex ijs quaſi concludit quarto. ꝙ tẽpus est cõpositum ex quantitatibus discreta & continua. & tu non intelligas hoc compositione cõstitutiua ut animal cõstituitur ex anima & corpore,sed compositione participatiua,quia participat utriusq; conditionis. infert quoq; ultimo ꝙ talis compositio accidit ipsis magnitudinibus quotiens diuidunẽ & numerantur. habent enim tunc utriusq; conditionis quicquã,& de his in. 10. Euclidis. Sed quęrit. Q̃ō de entitate tpis. utrum tempus sit ab anima & uideẽ ꝙ non, quia tẽpus est passio motus. igitur non est ab anima. secundo tps est mo- F tus cœli. igitur non ab anima. tertio omnibus dormientibus est tempus. igitur non ab anima. Ad quęstionẽ Auer. Rñsio Aũ. Vide &ca. no q.5. h⁹ artic.2. Et Iãd.q.27. huius.& Alb.de saxo.q.16.h⁹ Respondet ut uides ꝙ tempus est ab anima. pro cuius positione debes scire ꝙ apud ipsum numerus non solum connotat numerabilitatem,sed actualẽ numerationẽ:quo fit ut si non esset numerans actu:non est numerus. unde dato ꝙ hic essent cẽtum homines: quos nemo dinumeraret: hi nõ numerus,sed potestate tantum. Ex hoc sequiẽ ꝙ cum tpus sit numerus,ultra motum notat numerationem actualem, quia quanuis res quæ est motus sit tpus:non tamen motus dicet tempus:nisi quia actu numeratur pars post partem. Tunc patet ꝙ si nulla esset anima numerans motus cœli non esset tẽpus: necq; tempus aliquod esset. licet sorticolæ concedant tps esse,quando non est tẽpus. Tunc ad quæstionem patet. ꝙ tps quo ad eius significatum non dependet ab anima:bene tamen quo ad eius connotatum,quod est actualis animæ numeratio. Tunc uerificatur quod dicit Auerro. ꝙ tempus habet duo formale & materiale,& ꝙ quo ad materiale non dependet ab anima: quo uero ad for- G male bene. intendit enim per formale connotatum. per materiale significatum. Cõis autem positio tenet ꝙ numerus Secũda pō ut numerus non actualem connotet numerationẽ, sed aptitudinalẽ siue potentialem: licet enim idem sit numerus qđ res numeratæ:addit tamen aptitudinalem numerationem quæ diciẽ numerabilitas. Et tunc iuxta hoc extra animam. 20. homines sunt actu numerus,quia licet actu non sint numerati:possunt numerari. Qua rõne fit ut tps à motu sola additione numerabilitatis differat. nam tps est motus superaddens numerabilitatem,qua numerare possumus omnes res successiuas. Tunc patet ꝙ nulla anima existẽte, & actu numerante. adhuc tps esse põt & actu est, cum non requiratur actualis numeratio,sed numerabilitas ad rõnem tẽporis. Tunc ad quæstionem dicerent,ꝙ tps extra animã est omnino,quia quo ad materiale & quo ad formale, uel (ut sorticolæ aiunt)quo ad significatum & connotatum.

Tunc ad rationes patet solutio. est enim tps passio motus apud secundam rationem connotati, & rationẽ primæ positionis. non autem simpliciter. Ad aliam patet solutio similiter per solutionem quæstionis. Ex ijs sequitur ꝙ iuxta H positionem Auer. tps est numerus actu numeratus ab anima secundum prius & posterius. iuxta positionem secundam tempus est motus numerabilis per prius et posterius.

Scias tamen ꝙ secunda positio est magis conueniens dictis Aristo. & usui hominum. nam plures putant tẽpus esse Quid de pōne dñm rem extra animam,& quo ad significatum & connotatũ: itemq; & quo ad formale & materiale.

Quæres cur tempus non potest dici uelox & tardum, RECO. Auer. & Themistius & omnes respondent tempus posse dici longum & breue:multum & paucum. lõgum & breue, quo tẽpus continuum est,quo uero discretum: multũ & paucum. cur uero non uelox aut tardum. Aristoteles ait,quia numerus non dicitur hoc pacto. & Auerro. addit subiectum, quod non potest disponi altero contrariorum:non potest denominari aliquo illorum. Sed reuera

I { res est ambigua ante & post: adhuc.n.quæreret aliquis, { cur tp̃s nullo illorũ disponi põt.ppea recurre ad ea, quæ { superius dixit,ꝙ ideo tp̃s non põt dici uelox, aut tardum, { quia uelox & tardum affectiones sunt eius , quod mouet, { ut ex definitione eorũ patet. dicimus enim uelox esse,quod { æquali tempore maius , uel minori æquale pertransitur. { Tardum uero quod æquali minus,uel maiori tpe æquale { peragratur.præterea si tp̃s diceret̃ uelox,aut tardum,tunc { idem poneretur in definitione sui.

Dilucida. tex.cõ.110.

Est autem idem ubiq; simul.prius auté posteriusue non idem.quoniam mutatio præsens quidé est una.facta uero atq; futura est alia.Tempns preterea numerus est:non quo numeramus,sed qui numeratur.Sed hoc ẽt euadit aliud semper prius atq; posterius.nam ipsa nunc alia sunt,est autem numerus unus idéq; ęquorũ cétũ,& cétũ hoĩum, sed ea quo K rũ numerus est ęq uidelicet & hoĩes diuersa sunt.

ANTI. κὰ δ' ẽt aũt

{ Et idé aũt ubiq; simul est prius auté & posterius { non idé , quia & mutatio præsens quidé una est, { facta aũt & futura altera. Tp̃s ẽt numerus est, non { quo numeramus,sed qui numeratur: hic aũt acci { dit secundũ prius & posterius semp alter : ipsa enĩ { nunc altera sunt,est aũt numerus unus quidé, & { idé,qui est centũ ęquorũ, & qui est centũ hoĩum: { quorũ aũt numerus é,altera sunt,ut ęq ab hoĩbus.

Expositio.

Declarat quonã mõ tp̃s idẽ sit:quo uero non idem,& inquit.est aũt idẽ ubiq; simul. prius aũt posteriusue non idẽ. Hoc declarat per argumentũ sumptũ à mutatione,& inqt, qm̃ mutatio præsens quidẽ est una. facta uero atq; futura non una sed alia. Secundo.ꝙ tp̃s sit secundũ partes aliud atq; aliud.probat.d.tp̃s præterea numerus est:non quo numeramus,sed qui numerat̃.Hæc est ut minor.Deinde ponit maiorẽ,sed hoc euadit aliud semp prius atq; posterius. nã ipsa nunc alia sunt atq; alia .igitur tẽpus est aliud atq; aliud. est igĩ syllis:numerus qui numeratur est alius ut aliæ L atq; aliæ sunt res numeratæ. Tp̃s est numerus qui numerat̃.igĩ est aliud atq; aliud pro rõne motus numerati.declarat quare numerus numeratus est alius,& non numerus q̃ numeramus,& inquit.est aũt numerus unus idẽq; ęquorũ centũ,& centũ hoĩum sumendo numerũ pro numero quo, sed ea:quorũ numerus est,hoc est numerus numeratus: ęq uidelicet,& homines diuersa sunt. Sed circa hæc sunt dubitatiões.prima,quia plures sunt motus simul , sed motus est tp̃s alterius motus.igĩ plura sunt tpa. secundo. primũ tp̃s est consequens primũ motũ.igĩ est accidens diuisibile secundũ diuisionẽ primi motus:cũ igitur primus motus diuidat̃ in partẽ orientalẽ & in partẽ occidentalẽ,sequitur primum tp̃s consimiliter diuidi.Vt igĩ toti primo motui correspondet propria duratio,quæ est primũ tp̃s:ita medieta M ti orientali correspondet propria duratio distincta à ppria duratione correspondente medietati occidentali & toto tẽpore primo,& illarũ quælibet est tp̃s primũ,quia per q̃libet illarũ poterimus oẽs particulares motus mẽsurare.igĩ plura tpa simul prima. Ad hæc dici põt ꝙ plura esse tpa insimul põt intelligi de tpibus uulgaribus & quasi secundis. Et põt intelligi de tẽporibus primis.loquendo de temporibus uulgaribus:plura sunt tẽpora simul , qm̃ apud uulgares motus sunt tpa,& sic motus horologij fuesse,erit tp̃s uulgare fuessę.Motus horologij siue alterius rei neapoli est tp̃s uulgare neapoli,sed hæc sunt simul , quia copulata ad idẽ nunc primum.igĩ plura possunt esse & sunt tpa simul hoc modo. Loquendo aũt de tpe primo,quod est primus motus.tunc dico ꝙ non sunt plura tpa simul in actu prima quorũ unum sit totaliter seorsum ab alio,qm̃ oẽs res q̃ sunt hodie in mundo sunt simul,quia oẽs uno tpe primo sunt,cuius tpis primi præsens est solum unum nunc, & hoc sonat uerbum Arist.ꝙ est idẽ et ubiq; simul,hoc est,quia est unũ quod est ubiq; per coexistentiã,qm̃ coexistit cũ omnibus. ut dicimus ꝙ uentus est in uilla mea mecum hoc est coexi

Solutio. An tp̃s sit unũ numero apd̃ oĩa temporalia Vide sãd. q.28.hui⁹

stit mecũ:dum ex isto in uilla. sic igĩ unũ est tp̃s primum N omnibus coexistens qñ accipitur in actu:cum tunc nullum aliud ab ipso sit.Est tñ continuo aliud atq; aliud.ut.n. ip̃m nũc cõtinuo est aliud atq; aliud:ita tp̃s est aliud atq; aliud. nam tp̃s non est in actu:nisi per suũ nunc. Pro solutiõe ad rõnes debes scire ꝙ motus habet duplicẽ diuisionẽ alteram à mobilibus : qua motus dr̃ magnus paruus altus longus, & id genus,& hæc diuisio potius est extensio. Aliam à diuisione spatij,quę dr̃ successio. prime diuisionis partes sunt simul,ut ẽt ipsius mobilis partes. secundæ diuisionis partes non sunt simul,sed solũ momentũ. vlterius accipio ꝙ motus non est subiectum tpis ut est motus ipse diuisibilis diuisione mobilis,sed ut est diuisibilis à spatio.nã ut sic mẽsurat̃ tempore. Tunc ad primam patet solutio per qõnis declarationẽ. Ad secundam dici põt ꝙ tp̃s est accidens ipsius motus:non ut motus diuidit̃ extensiue,sed ut diuiditur O diuisione accepta à spatio,& ita non oportet tp̃s ipsum extendi per totũ mobile , & per consequens in parte motus coextensa orientali plagæ,non est aliud tp̃s,q̃ occiduæ,cũ tempus insit motui:non ut extensum est , sed ut successiuus.

Quæ auer. cõmẽ. 110. Primum

Auer uero præsenti cõmento circa principiũ reddit cãm: quare istud tp̃s præsens:pro tunc cum est præsens: non est nisi unũ ubiq;,& uult hoc esse rõne ipsius nunc: per quod tp̃s actu esse dr̃,quod nunc cum non multiplicet̃ per multiplicationẽ motorũ,aut motuũ:cũ sit mẽsura , siue numerus eorũ:quo uidelicet illa sunt nunc præsentialiter: facit tẽpus omniũ esse unum pro tunc:cũ est præsens. Sic igĩ omnis cã cur tp̃s præsens.Tũ cũ præsens est , sit unũ numero,est qm̃ ip̃m nunc est unũ numero:quo ipsum tp̃s habet esse p̃sens.Cã uero quare ipsum nunc est unũ est, quia est mensura:qua oẽs res sunt simul:mensura aũt põt esse una numero pluriũ,ut declaratũ est,iure præsens tp̃s pro tunc. cum est præsens:non est nisi unũ. Secundo ẽt Auer. declarat dr̃ã inter numerũ simpliciter,& numerũ applicatũ , & uult ꝙ licet prius & posterius subiecto sint idẽ,quia accidunt eidẽ P mobili numero,quod est nunc,& ab æterno , ut musicum & ædificans,quia accidunt corisco:tñ esse & definitione cõtinue tp̃s est aliud:atq; aliud:quatenus motus ẽ alius atq; alius:at numerus simpliciter ut numerus digitorũ meorũ, ut abstrahit à digitis meis:est idẽ numero: numero ęquorũ præteritorũ,& futurorũ & præsentiũ:nec subiecto:nec definitione differens. Tertio.circa finẽ recolligit q̃ Aristo.dixit,& sunt duo.primũ ꝙ numerus simpliciter non multiplicat̃ ad multiplicationẽ subiectorũ:hoc est numeratorũ: nõ enim sumunt subiectũ pro subiecto inherentiæ,sed p mẽsurabili.Modo una mensura numero põt esse infinitorum præsentiũ præteritorũ & futurorũ:secundum ꝙ numerata pœnitus multiplicant̃. Ex ijs concludit tertiũ,ꝙ tp̃s multiplicet̃ & sit unũ:quatenus quidẽ est res numerabilis:multiplicat̃ secundũ prius & posterius:quatenus uero est numerus eorũ q̃ sunt hic,remanet unũ numero. Sequĩt quarto ꝙ Q tp̃s prius & tp̃s posterius non multiplicant̃: nam tempus præteritũ est unũ numero omnibus præteritis , ut illorum præterita mensura,& futurũ similiter.uelut ẽt de ipso nunc dictũ est,ꝙ non multiplicat̃ pro tunc cum est. Huius cãm reddit,quia prius & posterius sunt subiectiue in motu: qui continet omnia saltẽ coexistitiue : ideo uerificat̃ omnia esse in tempore,quia sunt in sphera mundi:siue in motu sphere & sic põt positio antiquorum colorari.

Secundum. Tertium.

{ Hic soluit quæstionẽ an tp̃s sit unũ,& Themistius breui R E CO { bus resumit solis Aristo.ꝙ si tp̃s numeret̃ secundũ prius { & posterius,necesse est,ut prius & posterius diuersa tpa { sint,si numeret̃ absolute unũ est numero omniũ,quia ab { solute tpa non sunt simul multa.est ergo tp̃s unũ absolu { te,quia non simul plura,nam omniũ temporibus, quæ si { mul sunt,unũ est nunc,in quo absolute simul esse dicunt̃. { Sunt plura si tempus referat̃ ad prius posteriusue: rões { aũt in textu bene exponuntur in commentarijs.

Dilucida. tex.cõ.111.

Præterea ut motus idem atq; unus iterum ac iterum esse põt:sic & tempus esse idem unumq; contingit:ueluti hyems aut uer aut autumnus.

{ Amplius

ANTI. A { Amplius ut motum contingit esse eundem, & { unum iterum & iterum: sic & tempus contingit: { ut hiemem, aut uer, aut autumnum.

Expositio. Sunt qui hoc in Platonem retulisse Arist. autumant: Plato enim tempus idem numero redire sentit, cum sphæra mundi annum complebit magnum uidelicet resolutione. 36. milibus aut. 48. milibus anno. elapsa, tunc. n. & tps, & motus; & res eadem numero redire sentit, contra Aris. ait tempus non redire idem numero, sed specie uelut redit eadem æstas, non quidem numero, sed specie, idem autumnus, aut uer, aut hiems. Verum an in Platonem, & si in Platonem retulit: quid dicendum, alibi in nostris astronomicis diximus.

Dilucida. tex.c.112. At uero non solum tempore motum, sed etiam tempus motu metimur, propterea quia mutuo determinantur, nam tempus quidem motum determinat cum sit ipsius numerus. B Motus autem tépus, quoniam multum uel paucum dicimus tempus motu metientes, perinde ut numerum renumerabili numeramus, ceu uno equo, numerum ipsum equorum. Etenim numero quidem multitudinem equorum cognoscimus. Vno auté equo numerum ipsum equorum rursus cognoscimus simili ratione, & in tempore & in motu. Vno enim tempore motum, motu aút tempus metimur.

ANTI. { Non solum autem motum tempore metimur: { sed & motu tempus. propterea quia determinan{ tur ad inuicem. tempus quidem enim determi{ nat motum, cum sit numerus ipsius, motus auté C { tempus. Et dicimus multum aut paucum tem{ pus motu mensurantes: sicut & numerabilibus { numerum. numero enim equorum multitudiné { cognoscimus. Iterum autem uno equorum, nu{ merum ipsum. Similiter autem, & in tempore & { in motu, tempore quidem enim motum, motu { autem tempus mensuramus.

Expositio Quinto quo se habeant modo quo ad commensurationem ait ꝙ mutuo sese mensurant. Tempus quidem motum, quia est illius numerus. motus autem tempus, quia multum uel paucum dicimus tempus motu mentientes, ut uillici & naucleri faciunt, qui sui operationibus tempus cõiecturant huius rei exemplum est, ꝙ nonnunꝗ numerꝫ re numerabili metimur, ceu per unum equum per replicationem metimur numerum equorum denarium, numerus autem ille est quo multitudinem equorum cognoscimus. Vno autem equo per replicatiõem numerum uniuersum colligimus. Auerr. uero dicit ꝙ per tempus cognoscere motum est per se: econtra uero est per accidens: & in fine commenti habetur quasi causa, nam ut numerus per se numerat numerata, per accidens autem ab illis numeratur. D Tum si contingit illa esse notiora. Tum si in numeratione error eueniat, quem repetitione reru m numeratarum corrigimus, sic tempus nonnunquam per motum metimur, quia potest motus esse notior, tempus uero per se motum cum ut in pluribus. sit notius.

An omniū rerū tps. unū sit unū ꝗ ps Vide q. 5. art. 3. Quæ auer. cōmen. 131.

RECO. { Secundum Themistium & Auerroem: hic textus diuidi{ tur in duas partes, secunda ibi. & dicimus multum, poni{ tur ratio eius, quod præmittitur in prima parte, in prima { enim parte præmittitur talem cõclusionem motus & té{ pus mutuo sese determinãt, atꝗ mensurant. & hoc inqt, { non solum autem motum tempore metimur, sed & mo{ tu tempus, propterea quia det erminantur ad inuicem { hoc est, quia alterum alterum determinat, licet non eodẽ { modo, nam tempus per se motum determinat, cum sit il{ lius numerus, motus autem tempus per accidens, cum sit { illius numeratum, hæc tota est conclusio, & conclusionis { expositio, nec rationem tetigit ut quidam autumãt, sed so{ lum conclusionem exposuit, ut Them. & Auer. exponũt E { cum enim dixit tempus, & motum sese metiri, exponit ea { non sese meturi eodem modo, sed tempus motum per se { quia illius numerus est, contra uero per accidens, ꝗa mo{ tus est res tempore numerata. exposita uero conclusione, { ibi & dicimus multum, probat illam, hoc modo expositio { pulchra est, pro intellectu exempli, debes scire Themi{ stium intelligere nos denarium numerum aliquando co{ gnoscere equorum multitudine. nam quemadmodum { ex denario decem equos intelligo ita contra ex equis de{ cem denarium numerum apprehẽdo. nõ enim, ut inquit { posset denarius unꝗꝫ intelligi nisi aut unicuiꝗꝫ equo pro{ pria unitas accommodaretur, aut equus unus decies præ{ meretur. & tunc lege sic, numero enim equorum idest de{ cem ipsis equis enumeratis, multitudinem idest numerũ { denarium cognoscimus, iterum autem uno equorum. s. F { decies replicato numerum ipsum denarium, & sic secun{ dum Themistium dupliciter apprehenditur denarius ip{ sis equis numeratis aut unicuiꝗꝫ equo propriam unitatẽ { attribuendo aut unum equum decies replicando. Ego ue{ ro facilius expono exemplum, numeratis rebus aliquan{ do intelligimus numerum per accidens, quatenus quibus{ dam numeratis accidit numerare, alia numerata, quorum { est idem numerus, ut decem equis cognoscimus multitu{ dinem. s. militum, dicimus enim hos decem esse milites, { ꝗa decem equi sunt. & sic decem equi mensurant proprie { decem milites, per accidẽs uero denarium numerum, qui { ualet accidit militibus, decem uero equos scimus uno de{ cies replicato, inquit, numero enim equorum militum uel { aliarum rerum, quas deferunt equi, multitudinem cogno{ scimus. & sic decem equis cognoscimus decem pondera { per equos lata, & ita denarium numerꝫ per accidens, qua{ tenus accidit ponderibus illis. Sed dices equos esse decẽ { quomodo scimus, quasi respondens inquit, iterum autem G { uno equorum supple replicato decies, cognoscimus hos { esse decem equos. Quare uno equo decies replicato. x. { equos cognoscimus, & decem equis iterũ. x. milites, & ita { ipsis numeratis denarium per accidens deprehendimus. { Debes scire eadem scientia sciri subiectũ & accidens il{ lius, sicut eadem uisione uidetur uisibile, & sapor illi con{ iunctus, cum igitur denarius numerus accidat militibus, { ergo eadẽ scientia scimus denarium, qua & metimur mi{ lites, sed metimur milites decem equis, ergo decem eqs { metimur denarium: hæc expositio uidetur mihi satis faci{ lis. Animaduerte primam partem textus aliter posse in{ telligi, ꝗꝫ dictum sit. uidetur enim Aristoteles ponere con{ clusionem duarum partium, inquit, non solum autem mo{ tum, tempore metimur, sed & motu tempus: hæc est con{ clusio, has duas partes simul probat, & inquit, propterea { quia determinantur ad inuicem. & exponit quomodo, & { inquit, tempus quidem enim determinat motum, & hanc { partem probat, cum inquit, cum sit numerus ipsius. dein{ de tangit secundam partem, & inquit, motus auté deter{ minat tempus. deinde ibi & dicimus multũ. hic probat se{ cundam partem. s. ꝙ motu tempus mensuretur, & hæc ꝓ{ batio est auctoritate eorum, qui loquuntur de his, & per { consuetudinem loquendi in talibus. Sic igitur pacem cõ{ clusionem esse bipartitam, cuius prima pars breuibus ꝓ{ batur prima parte. Secunda uero ibi probatur et dicimus { multum. Hæc expositio quo ad intentionem textus sa{ tis conuenit.

Alia expõ H

Dilucida. tex.c.113. Et id non sine ratione euenit, sequitur enim magnitudinem motus: & motum tempus, quatenus & quanta: & continua & diuidua sunt, quia nanꝗ magnitudo ipsa talis est, motus iis afficitur, & ob motum tempus tale est, atꝗ metimur & magnitudinem motu, motu quoque ipsa magnitudine. Multam enim uiam esse dicimus, quia profectio multa est. Multam & profectionem, quia est, & uia multa, igitur tempus, si motus, & motũ si tps.

I ANTI. Et hoc rationabiliter accidit. imitatur enim magnitudinem motus. motum autem tempus in eo, quod & quantitates, & continuę, & discretę sunt. propterea enim quia magnitudo quidem est talis motus hæc substinet: propter autem motum, & tempus. & mensuramus etiam magnitudinem motu, & motum magnitudine. Multam enim dicimus esse uiam si processus multus est, & hunc, multum, si uia multa est. & tẽpus, si motus, & motum, si tempus.

Expositio. Persuadet rem illam hac ratione. quia motus se habet ad magnitudinem ut tempus ad motum, nam motus quantitatem continuationem, & diuisionem e magnitudine nanciscitur. Tempus quoq; hæc eadem a motu ipso. Sed magnitudo motu & motus magnitudine mensurãtur, quia dicimus uiam multam, quia profectio multa existit. Contra K autem profectionem profitemur multam, quia uia est talis. igitur tempus motu. Motus quoq; tempore mensurabitur. Auer. in præsenti commento explanat: quot motus e magnitudine nãciscitur, quotq; & tempus e motu, & sunt tria genus uidelicet & duas differentias: nanciscitur enim motus a magnitudine quantitatem quia est genus. Motus enim reponitur in genere quantitatis ob magnitudinem ipsam. Discretionem quoq; & continuationem. Continuationem quidem quo partes habet ad communem finem adiunctas, discretionem uero quo replicatione reciprocationeq; numerari potest per ipsam magnitudinem. Hæc tria non aliter tempus suppeditat a motu. Secundo ultra textum Auer. bonam aliam causam reddit cur motus nõnunq; tempus metitur, & ait esse illud pro tanto, quia subiectum mensura est accidentis interdum, maxime cum subiectum notius extiterit accidente. Motus autem ipsius tẽporis: & ut subiectum: & ut materia existit, iure potest motus tempus ipsum interdum mensurare. Modũ uero mẽsurandi talem tradit, ꝙ quia tempus est motui coextensum, motus quoq; coextensus erit, & tempori, cum igitur extensio temporis ex parte motus proficisceretur, illa sane erit temporis mensuratio, proficisceretur autem quotiens motus extensio nobis notior erit. Contra autem quotiens extensio motus a tempore exoritur, atque cognoscitur. Verum inter hæc differentiam esse asserit, nam tempus per se frequentius atque peculiarius motum metitur. Motus per accidens, raro, & quasi uiolenter tempus ipsum. Nam tempus numerus est, motus numerabile, demum in fine commenti concludit ex ijs causam potiorem differentiæ temporis a motu, & uult ꝙ substantia, siue definitio temporis consistit in mensuratione motus, eo quia definitur ꝑ numerum motus, at definitio & substantia motus non datur per numerationem magnitudinis.

Quæ auer. cõmẽ. 104. An tẽps sit ꝑ se q̃titas continua. V de cañ. q. 5. huius arti. 3.

L

RECO. Assignauit rationem acceptam ab usu loquentium, & ꝓbauit motu mensurari tempus, nunc assignat rationẽ naturalem acceptam ab ipsa rerum natura. & quæ dicit, ex commentarijs patent. Auerroes calce commenti soluit quæstionem non leuem, posset enim quis dicere, cum ita M motus se habeat ad magnitudinem sicut tempus ad motum, (nã motus habet tria a magnitudine, & tempus tria a motu:) cur motus non describitẽ per numerum magnitudinis, sicut tempus per numerum motus. Respondet Auer. quia substantia motus non consistit in mensuratione spatij, & substantia temporis est in mensuratione motus. hæc Auer. sed petit id, quod in principio quæritur, nã quæro quam ob causam substantia temporis est in mensuratione motus. & non substantia motus in mensuratione spatij, cum motus se habeat eodem modo ad spatium ut tempus ad motum. propterea suppleas his quæ Auerroes ait, quod ideo substantia temporis est in mensuratione motus, quia est illius accidens: at motus non est accidens spatio: hac enim ratione fit, tempus numerus sit motus. non autem motus spatij.

N Dilucida. tex. c. 114. Cum autem tempus mensura sit motus, atq; ipsius moueri. (Mensurat autem hac ratione motũ, quia illius partem aliquam metitur, quæ uniuersum reddit, ceu longitudinem brachium, quia magnitudinis quid metitur, quod quidem uniuersum reddit.) Erit itaque ipsum motum esse in tempore. Et ipsum & ipsius esse tempore mensurari. Nam simul & motum & esse motus metitur, estque hoc in tempore esse ipsum, eius esse tempore mensurari.

ANTI. Quoniam autem tempus est metrum motus, & eius, quod mouetur. (Mensurat autem sic motum in determinando quendam motum, qui mẽsurabit totum, sicut & longitudinem cubitum in determinando aliquam magnitudinem, quæ remetitur totum.) Et est motum in tempore esse, O mensurari, tpe & ipsum, & esse ipsius: simul enim motum & esse motus mensurat, & hoc est ipsi in tempore esse mensurari ipsius esse.

Expositio. An tẽps distinguatur realr a motu. Vide ca no q. 5. huius arti. 3. Sexto quid per motum esse in tempore intelligi debeat, explanat, & quasi arguit sic. tẽpus est mensura motus. igitur motum esse in tempore est & motum et esse motus mẽsurari tempore. Huius primo ponit antecedens addens declarationem terminorum, quæ non est ad propositum rationis. Secundo infert consequens, inquit. Cum autem tẽps mensura sit motus: hoc est antecedens. interponit quonam modo mensura, & inquit: mensurat autem hac ratiõe motum, quia illius partem aliquam metitur, siue quia aliquẽ partialem eius motum metitur, ut in græco habetur, quod idem est, quæ pars uniuersum reddit motum, ceu longitudinem brachium, quia uniuersæ longitudinis siue magnitudinis quid metitur, quod quidem uniuersum reddit, sic tempus mensurat uniuersum motum, quia passum mensurat, q P replicatus uniuersum reddit motum. Hoc est antecedens & illius expositio, dat consequens, & inquit. erit itaq; motum ipsum esse in tempore, & ipsum & ipsius esse tempore mensurari. nam simul & motum & esse motus metitur, replicat conclusionem, igitur hoc est ipsum in tempore eẽ eius esse tempore mensurari. Auerro. quasi ex dictis colligit motum diurnum cuncta mensurare. Nam de ratione mensuræ est esse minimum & notius, diurnus aut motus minimus est & notior. ideo uidetur quasi omnibus mensura. Vlterius uult ꝙ Aris. per motum ipsum intelligat q̃titatem, at per esse intelligit essentiam, siue quidditatem, rationem rei affert. Tempus enim ꝙ mensuret ipsius motus quantitatem, nemo dubitat, sed ꝙ mensuret ipsius esse hac ratione persuadet, quia esse motus in successione consistit, & ita ipsa successio motus est, & motus non nisi successio. igitur tempus mensurat & q̃titatem, & esse ipsius motus. Hæc ex Auerroe. Ex ijs patet ꝙ motum esse in tẽpore nihil aliud est, q̃ illius & q̃titatem, & esse mensurari tempore, qua ratione motus esse non potest in ipso nunc, quoniam eius esse: & quantitas non potest ipso nunc mẽsurari. Et si dicatur. hæc propositio est uera nunc motus est. Et omnis propositio dicitur uera uel falsa ab eo quod res est uel non est. igitur motus erit in nunc. Dici potest ꝙ motus est nunc, ut ipsum nunc est determinans unionem prædicati ad subiectum, sed ut est mensura, non est uera. Tu uero considera hæc.

Quæ auer. cõmẽ. 114.

Q

Dilucida. tex. c. 115. Perspicuum etiam cætera in tempore esse, idem eẽ quod eorum esse mensurari a tempore. In tempore enim esse dupliciter est, unum tunc esse, cum tempus est, alterũ eo modo quo dicimus aliqua in numero esse. Hoc uero aut ut pars numeri, & ut affectio, & ut quid numeri est, aut ut id cuius est numerus, atque cum tempus sit numerus, nũc quidem ipsum & prius, & cætera id genus, sic in

tempore

A tempore sunt, perinde ut unitas atque par & impar sunt in numero. Nam hæc numeri aliquid, illa temporis aliquid sunt. Res uero in tempore sunt ut in numero.

ANTI. Manifestum est autem quod & in aliis hoc est in tempore esse, ipsorum esse mensurari a tempore. In tempore enim esse alterum duorum est. unum quidem esse est tunc, quando tempus est. alterum autem sicut quædam dicimus, quia in numero sunt. Hoc autem significat aut etiam sicut partes numeri, & passio, & omnino, quoniam numeri est aliquid. Aut quoniam est numerus ipsius. Quoniam autem numerus tempus est, ipsum quidem nunc, & prius & posterius, & quæcunque sunt huiusmodi, sic in tempore sunt, sicut in numero unitas, & impar, & par, hæc quidem enim numeri aliquid, illa temporis aliquid sunt, res autem sicut in numero, in tempore sunt.

B

Expositio. Quonammodo motus sit in tempore. declarauit: & dixit ipsum esse in tempore, quia & ipse & esse eius est in tempore. nunc quonammodo res mobiles sint in tempore explanat, & uult quod res mobiles non sint in tempore, quia ipse sunt in tpe, sed quia esse earum mensuratur a tempore. Debes scire, quod res quæ mouentur possunt dupliciter considerari, quo ad earum substātias, siue essentias: & hoc modo abstrahunt a tempore, & motu. Alio modo quo ad eorum esse, cum esse sit operari uidelicet agere & pati, res mobiles mensurabuntur tempore non tempore quo substantiæ sunt: sed quo esse earum in motu & actione consistit, at motus cum nihil sit nisi actio, uel passio & ipse & esse eius a tempore mensurabit: inquit: perspicuum etiam cętera in tempore esse idem esse quod eorum esse mensurari a tempore: nūc dicā ipsas tempore mensurari: sed eorū esse.

C

Expositio. Noui expositio. Cōfutatio. Nouus expositor facit differentiam inter mensurari a tēpore, & contineri a tempore, & ideo uult, quod duo declarat Aris. primo res mobiles esse in tempore. secundo eas contineri a tempore. Sed hoc nō placet. Tum primo quia in græco litera reddit causam eius quod dixerat, quod illa particula enim, & in græco gar: demonstrat. Tum secundo, quia non aliter tempus continet res nisi numerando & mensurando illas, cum non contineat eas uti locus locata, & ita est idem primum & secundū. Pro declaratione igitur eius quod dixerat, præmittit distinctionē, quod esse in tempore bifariam est. Vno modo, tunc esse cum tempus est, quo uidelicet ipse intelligentiæ sunt in tempore, quia coexistunt tempori. Alio modo quo dicimus aliqua in numero esse, & quoniam aliqua sunt in numero ut aliquid numeri uelu ti pars, ut binarius senarij pars est, & in senario est, aut ut affectio, ceu par & impar, aut ut quid numeri uidelicet principium numeri, ut unitas. Alia sunt in numero non ut quid numeri, sed ut id cuius est numerus hoc est ut res numeratæ sunt in numero. Est igitur hæc propositio uti maior esse in numero contingit ut quid, & numeratū. Cui addit minorem, & inquit, atque cum tempus sit numerus, dat conclusionem. d. nunc quidem ipsum & prius & cætera id genus, sic in tempore sunt, perinde ut unitas, atque par & impar sunt in numero hoc est ut quid, nam hæc numeri aliqd sunt, illa temporis aliquid erunt. Nunc enim ipsum ut principium, prius & posterius ut partes: & cætera ut affectiones. Res uero in tempore sunt ut in numero. sic igitur esse in numero bifariam est, aut ut numeratum in numero, aut ut quid, & ut quid adhuc trifariam, aut ut passio ut par, & impar, aut ut principium ueluti unitas, aut ut partes ceu binarius & quadrinarius partes sunt octonarij. Similiter in tpe quædam sunt ut quid tpis ceu nunc principium prius & posterius ut partes atque affectiones ut passiones, quædā sunt in tempore ut in numero atque mensura.

D

Dilucida. tex. cōmē. eiusdem. Quod si ita sit, res a tempore ut a numero continentur, quemadmodū & a loco ea quæ sunt in loco.

ANTI. Si autem hoc est, continentur a numero, sicut & quæ sunt in loco, a loco. E

Expositio. Ex ijs concludit propositum, & inquit, quod si ita sit res a tēpore ut a numero continentur, quemadmodū, & a loco ea quæ sunt in loco, & syllogismus esse potest: quæ sunt in numero sunt in illo ut in loco: quæ sunt in tempore sunt in tempore ut in numero, igitur quæ sunt in tempore sunt in tempore ut in loco, & non intelligas, quòd res sint in tempore omnibus modis, ut in loco, sed solum mensuratiue & contentiue.

Dilucida. tex. cō. 116. Patet autem & in tempore esse non hoc esse, tunc esse cum tempus est. Quemadmodum nec in motu aut in loco esse, hoc est. tūc esse cum motus, aut cum locus est. Si enim aliquo esse sic erit omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio erit. nam cū milium est, & cœlum etiā est. Insuper hoc quidem accidit, illud autem sequi necesse est: ut tempus sit cum aliquid est in tempore, & motus sit cum aliquid est in motu. F

ANTI. Manifestum autem est, & quoniam nō est in tpe esse hoc esse, qn̄ tps est, sicut neque in motu eē neque in loco, quando motus, & locus est. Si enim erit, quod est in aliquo sic, omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio, quando enim milium est, est & cœlum. sed hoc quidem accidit, illud autem necesse est consequi. & ad id, quod est in tempore, esse quoddam tempus, quādo illud est, & ad id, quod est in motu, esse tunc quendam motum. sed ἀλλὰ et καὶ

Expositio. Dictum est, quod esse in tempore est bifariam. Vno modo quia tunc est, cum tempus est. Alio modo ut in numero & mensura siue continente. Comparat igitur nunc primum significatum ad secūdum: & uult quod hic significatus maxime proprius & primarius sit, quo res esse in tempore dicitur: & inquit. Patet autem in tempore esse non hoc esse, tunc esse cum tēpus est, quemadmodum nec in motu, aut in loco esse hoc est tūc esse cum motus, aut cum locus est, hoc probat primo ob inconsuetudinem loquendi, & inqt. Si enim in aliquo esse sic erit, omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio erit. nam cum milium est, & cœlum ēt est. Secundo idem probat differentia habitudinum, & inquit. Insuper hoc quidem accidit hoc est tempus accidentaliter sequitur ad id quod existit tunc cum tempus est, qm̄ siue illud existat, siue non, tempus non minus erit. Illud autem sequi necesse est, hoc est ut tempus sit cum aliquid est in tempore & motus sit cum aliquid est in motu, & ita tempus sequitur coexistens sibi per accidēs, quia cum illo & sine illo esse potest, necessario autem sequitur id quod ē in tempore, quia nisi in tempore sit aliquid, non erit tēpus. G

Quę Auer. cōmē. 115. Auer. autem super hoc ultimo uerbo ait, quod Arist. intendit declarare per hoc differentiam inter consecutionem essentialem, & accidentalem, nam hæc conditionalis, siue consecutio est per accidens: si fuerit milium cœlum erit, & similiter si erit tempus erit homo. contra etiam si fuerit homo, erit tempus: consecutio uero siue conditionalis necessaria est ut semper sequatur ex esse alicuius in tempore esse tempus proprium illius rei, non esse temporis simpliciter, & necessaria est etiam illa. si aliquid est in motu, motus proprius est illius. Ex ijs uerbis innuit Auer. esse duplicē conditionem necessariam: & contingentem. Cuius contrarium sorticolæ arbitrantur. H De conditionali.

Dilucida. tex. cō. 117. Cum autem in tempore esse sit in ipso esset ut in numero, maius quid tempus sumetur omni eo quod in tempore est. Quocirca uniuersa quæ in tempore sunt. contineantur a tempore necesse est, quemadmodum & cætera omnia quę in aliquo sunt, ut in loco contineantur a loco.

ANTI. Quoniam autem est sicut in numero, quod in tēpore est, accipietur aliquod tempus plus omni

I { eo, quod est in tempore. Vnde necesse est omnia { ea quæ sunt in tempore, contineri a tempore: Si- { cut & alia quęcunque in aliquo sunt, ut quę sunt { in loco: a loco.

Expositio. An numerus sit ens absolutum dist nctū a rebus numeratis, & an sit pter intellectū. Vide can. q 7. huius

Declarauit quid est intelligendum pro esse in tempore, nunc quæ accidant ijs quæ in tempore sunt, declarat. primum itaq; accidens est excedi a tempore, atq; ab illo contineri, & syllogismus est. omni eo quod est in numero aliquis numerus maior accipi pōt, quæ sunt in tpe, sunt in tēpore, ut in numero: igitur omnibus ijs quæ sunt in tempore, aliquod tempus maius accipi potest. De ratione tangit minorem: & inquit: cum autem in tempore esse sit in ipso esse ut in numero, hæc est minor. dat cōclusionem. d. maius quid tempus sumetur omni eo quod in tempore est. et tunc concludit. quocirca uniuersa, quę in tempore sunt cōtineantur a tempore necesse est. Quemadmodum & cætera omnia quæ in aliquo sunt, ut in loco contineātur a loco.

K Ecce quomodo non est aliud contineri a tempore q̄ excedi & mēsurari a tempore, quicquid uelit nouus expositor. Excedi uero e tempore est, quando data quauis re temporaria, est dare tempus maius illa. Et ita stat rem mensurari a tempore sibi proprio, & æquali, excedi uero ab aliquo tempore.

RECO. { Fortasse sunt duæ rationes, quibus hic probat Arist. ea, { quæ sunt in tempore, excedi posse a tempore: prima, quia { quæ sunt in tempore: in illo sunt ut in numero: & sic exce- { di possunt a tempore, ut quæ sunt in numero, a numero. { Secunda quia quæ sunt in tempore continentur a tempo- { re, & ita necesse est illa excedi a tempore, sicut omne con- { tentum a communi continenti & tunc per uerbum unde { quod græce est ὅθεν, legatur præterea, quod non est absur- { dum sic legi. Animaduerte tamen id quod est in tempore { non esse in illo, ut in loco proprio, nec ut in continente ꝓ- { prio, sed ut in loco communi. atq; in communi continēte, { & sic quicquid est in tempore, exceditur a tempore.

L

Dilucida. tex. cōmē. eiusdem.

Et pati etiam quicquam a tempore necesse est. quemadmom & dicere solemus consumere tēpus, & inueterascere omne a tempore, & obliuione deleri ob tempus. Sed non didicisse, neque adoleuisse, neque pulchrum effectum esse. Si quidem corruptionis potius per se causa est tempus. Nam numerus est motus, qui quidē deturbat, qđ extabat.

ANTI. { Et pati iam aliquid a tempore, sicut & dicere cō- { sueuimus, quia consumit tempus, & senescunt { omnia a tempore, & obliuione delentur ob tem- { pus. Sed non didicit neque adoleuit, neq; bonum { factum est, corruptionis enim causa per se magis { tempus est, numerus enim motus est: motus au- { tem distare facit quod est.

M

Expositio. An tps sit cā corruptionis. Vide Gaeta. hic. Et an motus sit p se cā corru ptionis Vide cand q. 5 huius. Gradeū Licu. lect. 22 huius.

Secundum accidēs quod ijs accidit, quæ in tempore sunt est pati quicquam a tempore, quod suadet pro ea quæ prouerbialiter dici solent. nam dici solet primo tempus omnia consumere iuxta illud. Vorat omnia tempus, & inueterascere omne a tempore, iuxta aliud. Tacitisq; senescimus annis: & obliuione deleri ob tempus, iuxta illud. Labitur super omnia tempus. Non autem dici solet didicisse, ut dicimus obliuisci, neque adoleuisse, ut dicimus consenescere, neq; pulchrum effici, ut dicimus consumere. Si quidē corruptionis potius per se causa est tempus q̄ generationis. nam numerus est motus, qui quidem deturbat discutit & a principio distare facit id quod prius extabat.

RECO. { Verba illa, corruptionis. n. causa per se magis intellige { sic, corruptionis enim causa per se magis tempus est, scili- { cet suppletorie. Vbi enim corruptionis, cā non cernitur, tē- { pori attribuitur, & assignat rationem, & inquit, numerus { enim motus est, & supple illius affectio propria, motus { autem. s. cœlestis distare facit quod est, idest omne sub so- { le ortum, facit distare suppletorie ubi non apparet cā cor- { ruptiōis, facit distare dico a principio originis rei. solemus { eni dicere in supplemēto, ubi nō occurrit cau a manifesta { corruptionis, dicere cœlestem motum omnia corrumpe- { re, quatenus sub eo omne ortum distat tandem a sua ori- { gine: & ita facit distare suppletorie.

N

Dilucida. tex. cōmē. eiusdem.

Quare perspicuum sempiterna quatenus sempiterna in tempore non esse, non enim a tempore cō tinentur, nec ipsorum esse mensurantur a tempore. Signum huius est nihil a tempore pati, non ob aliud nisi quia in tempore non sunt.

ANTI. { Quare manifestum est, quia quæ sunt semper se- { cundum q; semper sunt, non sunt in tempore, nō { enim continentur a tempore, neq; mensuratur es- { se ipsorum. a tempore, signum autem huius est { quod neque patiuntur a tempore, sicut quæ nul- { lo modo sunt in tempore.

O

Expositio.

Duo erant accidentia eis, quæ in tempore erant. Primū mensurari, & contineri, hoc est excedi a tempore. Secundū pati quicq; a tempore, per hæc sempiterna excluduntur a a tempore: nam nec a tempore exceduntur, cum illis nihil sit prius, nihilq; posterius, neq; quicq; a tempore patiūtur cum sint immortalia ab omni tabe atq; corruptione seiuncta. Auer. ex textu. probat q; quia tempus attribuitur motui, motus autem abijcit a substantia, quæ ablatio, aut est corruptio, aut præparat ad corruptionem. ideo motus per se corruptionem inducit, sed quoniam corruptio unius est generatio alterius. ideo per accidens generationis est causa, sic igitur motus causa est per se corruptionis, per accidens generationis. Tempus uero est causa per accidens utriusq;, sed non eodem modo. nam est causa per accidēs generationis. propter aliquid cui attribuitur quod est causa per accidens ut propter motum, qui per accidens est generationis causa, corruptionis uero causa est per accidens non pure, cum sit causa per accidens ob motum: qui est ꝑ se causa corruptionis. Et ita concludit q; tempus est causa generationis per accidens pure, quia nec ipsum est illius causa per se, nec est in aliquo quod sit illius cā per se. Corruptionis uero per accidens necessario, & quasi secundario, quoniam licet ipsum in se non sit causa per se corruptionis, est tamen in aliquo ut in motu, qui est per se causa corruptionis. Quo uero modo sint in tempore sempiterna: declarat Auer. intelligens per sempiterna corpora cœlestia, & uult, illa esse in ipso tempore coexistitiue coexistentia quantitatiua. nam sunt quanta ut tempus, & habent eorū quantitatem toti tempori coextensam. propterea hic iuniores colligunt aliquid esse in tempore, ut in numero ueluti mortalia in tempore sunt, aliqua coexistitiua quantitate, ut cœlestia corpora, aliqua coexistitiua entitate, ut substantiæ separatæ. Sed dubitatur contra dictum Auer. primum quia ipse uidetur Arist. aduersari. nam Philosophus ait. tēpus. omne per se causam corruptionis magis. Auer. ait. tēpus esse, & generationis & corruptionis causam per accidens: & ita uidetur contrarium Arist. Iuniores respondēt q; Auer. per ipsum per se intelligit causam necessariam, ꝑ ipsum per accidens causam contingentem, modo tempus & motus sunt causæ per se. i. necessario ineuitabiles corruptionis, quoniam omne corruptibile quod est genitum necessario corrumpetur, non autem generationis, nisi per accidens, non enim omne generabile necessario generabit, quia potest impediri. Tunc ad punctū argumenti dicunt q; motus est cā corruptionis per se primo & generationis per accidens, tps cā corruptionis se nō primo, et gñationis pure per accidens. Confutāt hanc rñsionem nōnulli cauillatores. Primo qa aut loquitur de corruptibili potētia remota, aut potentia propinqua, non potentia remota, quia ut dicunt nullum tale necessario corrumpetur, cum non necessario generetur: si potentia propinqua, tunc etiam & generabile omne potentia propinqua necessario generabitur. Secundo, quia non omne corruptibile actu existens necessario

Margin (right column): QuęAuer. cōmē. 107 — An tps sit mēsura cuiuslibet pmanentis. Vide can. q. 8 huius et mēiaibi. — P — Secundum — Dubitatio. — Q — Responsio iuniorum — Replic.

A sario corrumpetur ut de lumine solis, quod est corruptibile ueluti lumen lunæ: cum sit unius speciei cum illo solis.

Defensio Posset defendi ab his cauillis. nam isti uolunt per corruptibile potentia propinqua aliud quàm per generabile potentia propinqua. Illud enim dicitur generabile potentiæ propinqua, quod non est, & existit proximæ generationis, corruptibile etiam potentia propinqua hoc modo, necessario corrumpetur, est enim corruptibile trifariam potentia proxima, quia non eget pluribus motoribus ut fiat in actum. & tale necessario corrumpetur, qua etiam ratione generabile sic necessario generabitur. Alio modo potentia remotissima quo res generanda dicitur corruptibilis: quæ ut corrumpatur prius debet generari. Alio modo potentia media, quia idiget pluribus motoribus ut fiat in actu corruptionis, ut corruptibile quod est, sed distat multum ab actu corruptionis: & etiam tale necessario corrumpetur, generabile uero sic acceptum non necessario generabit in

B telligunt igit sic: q oē corruptibile q est ens & potētia plurium motorum corruptibile necessario corrumpetur, hoc est q corruptibile potentia proxima & media necessario corrumpetur, at generabile non nisi potentia proxima, & ita motus est causa corruptionis potius: & hoc sufficit illis pro uerificatione uerbi Auer. Ad secundum Auer. & ipsi loquuntur in substantijs. Sed licet (hi possunt defendi ab his) dictum Auer. non consonat Aris. uerbis infra, nec sibimet. primo non Aris. quoniam nec infra, nec hic ait, tēpus esse causam corruptionis nec motum, sed dici solere causam corruptionis, contra se uero, & rationem, quomā aut per motum intelligit lationem, siue localem, aut alterationem, siue auctionem non alteratiōem, siue auctionem, quoniam ipsum tempus ijs non attribuitur, subiectum. n. temporis est latio, & prima. Si uero per motum intelligit lationem. tunc iste non est causa corruptionis per se, ut dicit ipsemet quinto huius cōmen. 128. & 13. Similiter octauo huius commen: primo. ubi & Arist. a. t. q est uelut uita omnibus naturalibus rebus: Amplius quantitas non est

C de principijs actiuis, ut ipse ait in hoc quarto, modo latio est ipsa ubi fluentia: aut quantitas. Ideo pace Auer. & aliorum dixerim cum Aris. infra: & Themistio nostro hic sentio, q tempus non dicitur causa generationis: propterea quia potest assignari causa generationis: & est manifesta. Causa uero corruptionis dicitur attributiue: quia quatenus corruptionis causa latet nonnūq; dabimus illam tempori. unde tempus & motus, nec generationis, nec corruptionis causæ sunt effectrices, sed attributoriæ atq; suppletoriæ.

Dubitatio Themistii. nam cum corruptiones fiant a causis occultis damus illas tempori, ut suppletoriæ causæ. Secundo mouet Themis. quæstionem contra Aris. omne quod est in tempore excedi a tempore. modo hoc non uidetur uerum. nam tunc motus sempiternus & cœlestis non esset in tempore.

Solutio. Respōdet q motus cœli est sempiternus fm speciem, non autem fm numerum, quoniam continuo est alius atq; alius, modo quatenus semptiernus tempore non mensurat qua

D tenus numero est aliud atq; aliud tpe continetur.

Dilucida. tex. c. 118. Cum autem tempus ipsius motus mensura sit, est & quietis mensura, per accidens. Omnis enim qes in tempore est, non enim ut omne quod est in motu, sic & omne quod est in tempore moueri necesse est, non enim tempus est motus, sed numerus motus. In numero autem motus, & id esse potest quod quiescit.

ANTI. { Quoniam autem tempus mensura motus est, erit & quietis metrum secundum accidens. omnis enim quies in tempore est. non enim sicut qd' est in motu, necesse est moueri: sic & in tempore, non enim motus tempus est, sed numerus motus, in numero autem motus cōtingit esse, & qescens.

Expositio. Quod quies sit in tempore p accidens persuadet: & quasi arguit sic, quies est in tempore, & non per se, ig tur per accidens, q non per se: declarat, quia motus est in tempore

E per se. igitur quies est in tempore per accidens, non enim possunt duo opposita eadem mensura eodem modo mensurari. Primo ponit probationem secundæ partis antecedētis & inquit: cū autē tempus ipsius motus mensura sit, hæc est probatio secundæ partis antecedentis, deinde ponit conclusionem, & inquit: est & quietis mensura per accidēs deinceps ponit primam partem antecedentis dicens. Oīs enim quies in tempore est. Contra: si quies est in tempore: igitur quiescens mouetur. Respondet, non enim ut omne quod est in motu: sic & omne quod est in tempore moueri necesse est. Non enim tps est motus, sed numerus motus. In numero autem motus & id esse potest, qd quiescit. An quies mēsuretur tpe. Vide Alb de saxo q. 18. huius.

Non enim omne quod immobile est, quiescit, sed quod caret motu, aptum tamen moueri, ut antea dictum est. Esse uero in numero, est id esse numerum ipsius rei quendam, & mensurari ipsius esse, eo numero in quo est, quare si est in tempore quicquam a tempore id mensurabitur. Sed tempus & id quod mouetur, & id quod quiescit metitur, illud ut mouetur, hoc ut quiescit. nam alterius ipsorum motum, alterius quietem, quanta quædam sit metitur. Dilucida. tex. cōmē. eiusdem.

F

ANTI. { Non enim omne immobile quiescit, sed priuatū motu, aptum autem moueri, sicut dictum est in prioribus. esse autem in numero est esse quēdam numerum rei, & mensurari esse ipsius numero, in quo est. quare si in tempore, a tempore mensurabitur. Mensurabit autem tempus quod mouetur, & quiescens secundum quod hoc quidē mouetur: illud uero quiescit. motum enim ipsorū & quietem, mensurabit, fm q quanta quædā sunt.

expositio. Secundo cauillabit quispiam contra dicta sic. immobile non mensuratur tempore, quiescens est immobile. igitur quiescens non mensuratur tempore. Respondet, & negat minorem, & inquit: Non enim omne quod immobile est,

G quiescit, sed quod caret motu, aptum tamen moueri ut antea dictum est, deinde arguit q quies sit in tempore ut accepit in ratione dicta sic, quicquid mensuratur a tempore est in tempore. motus & quies mensurantur tempore. igitur est in tempore, probat maiorem pro ante dicta, & inquit, esse uero in numero est id esse numerū ipsius rei quendam, & mensurari ipsius rei esse eo numero: in quo est. Huic addo minorem, sed esse in tempore est esse ut in numero, dat conclusionem per quam uult habere maiorem, & inquit: quare si est in tempore quicquam a tempore id mensurabitur. Ex ijs uult habere hanc maiorem: omne q mensuratur tempore est in tempore. Accepit minorem: & inquit: sed tempus & id quod mouetur, & id quod quiescit, metitur illud ut mouetur: & quo ad motum: hoc ut qescit: nam alterius ipsorum motum. Alterius quietem quanta sit metitur: subiecit conclusionem, quia eam iā in principio accepit. Auer. accipiens a Themistio in hoc commento in fine uidetur soluere quæstionem: potest enim di

H ci q quies nihil est: igitur non mensuratur tempore. ideo respondet q mensurari est. comprehendere quāta sit, modo comprehendimus quietem quanta est per cognitionē motus, ut est illius priuatio ceu uisus comprehēdit lucem per se & tenebras per accidens. Themistius autem inuit unam aliam solutionem, & uult q non eodem modo quietem mensurat tempus, quo mensura. motum, sed motum per se: quietem per accidens, ex eo, uidelicet q tunc cū aliqua res quiescit alibi agitur motus, quem tempus per se mensurat, nox enim per se mensura est eius cursus quo sol subterrenas orbis plagas illuminat, per accidens dormitionum, & quietis & somni: quo tunc animalia perfruuntur: igitur tempus non mensurat quietem per se, sed quatenus alibi mensurat motum. Quæ auer. cōme. 118. Responsio Themistii.

I Dilucida. tex.c.119. Quare id quod mouetur, non simpliciter a tempore est mensurabile, ut quantum est quoddam, sed ut motus ipsius quantus est, quibus fiet ut ea in tempore non sint, quæ neq; mouentur, neq; qescũt. In tempore enim esse est tempore mensurari Tempus aũt est tum motus; tum quietis mẽsura.

ANTI. Quare quod mouetur, non simpliciter erit mẽsurabile a tempore secũdum q; quantum aliquid est, sed secundum q; motus ipsius quãtus est. quare quæcunq; neq; mouentur, neq; quiescunt: non erunt in tempore. nam in tempore quidem esse est mensurari a tempore. tempus autem motus & quietis mensura est.

Expositio. An omnis motus mẽsuret tpe. Vide Alb. de saxo. q. 12. hu us. Ex ijs infert quo iure mobile sit tempore mensurabile, & uult quòd non ut quantum quoddam, quia sic cœlum tempore mensuraretur, ut quantum quoddam, sed ut motus ipsius quantus est. Ex ijs omnibus conclúdit q; immobilia, quęq; non quiescunt: sint penitus a tpe exclusa, ut corpora cœlestia atq; motores: & substantiæ separatæ.

K Dilucida. tex.cõ.120 Perspicuum igitur non omne, quod non est in tempore esse: ut quæ non possunt aliter se habere, ueluti diametrum esse commensurabilem costæ. Omnino enim si tempus mensura sit, motus quidem per se. Cæterorum autem per accidens, clarissime constabit eorum esse mensurare. quorum omnium inquiete, aut in motu esse consistet.

ANTI. Manifestum igitur est, quoniam neq; quod non est, erit omne in tempore: ut quæcunq; non contingunt aliter esse, sicut diametrum esse lateri simmetrum: omnino enim si mensura est tempus motus per se, aliorum autem secundum accidens: manifestum quod quorum esse mensurat, his omnibus esse erit in quiescere, & moueri.

Expositio. Quonam modo sit tempus ipsum non entium mensura, nunc aggreditur, ubi debes scire, q; id quod non est bifariam non est: aut enim semper non est: quomodo impossibilia semper non sunt, ut ignem infrigidare, terram leuitare diametrum esse oris, siue lateribus, siue costæ commẽsurabilem, hæc enim impossibilia sunt, atq; non entia semper. quædam non sunt, sed quandoq; erunt uelut apud uindemias conuiuere. Nunc enim illud non est: autumno erit, cum uuæ colligentur. Arist. igitur conclusio est: impossibilia non sunt in tempore. Syllogiçatur conclusio quęcunq; sunt in tempore, eorum motus aut quies mensuratur a tempore, impossibilium neq; motus, neq; quies mensuratur a tempore: igitur impossibilia non sunt in tempore. De ratione primo ponit conclusionem & illus expositionem. Secũda (Omnino enim si tempus.) Ponit uires maioris, & supplenda est minor, litera sola translatione pspicua est. Quo uero ad uerba attinet uerbum illud. (Cæterorum autem per accidens.) Ad quiescentia retulit, ut dictum est in proximo textu, est enim tempus motus per se mensura, quietis per accidens.

M

Dilucida. tex cõmẽ. eiusdem. Præterea quæ sub corruptionem generationeq; recidunt, atq; omnino nunc sunt, nunc non sunt, ea in tempore sint, necesse est. Nam tempus maius quid est, quod & ipsorum esse, & id quod eorum substantiam mensurat excedit. Eorum insuper, quæ non sunt, quæ tempus continet: alia erant olim, ut Homerus. Alia erunt ut aliquid futurorum, quę quidem altera ex parte continet tempus etiam si aliqua sint quæ utraque ex parte erant & erunt utraq; tempus continebit, quæ uero neque erant, neq; sunt, neq; erunt, hæc non continet tempus. Sunt autem talia eorum quæ non sunt, quorum opposita semper sunt: ut diametrum esse incommensurabilem costæ semper est, atq; hoc non est in tempore, neq; itaq; illud uidelicet diametrũ esse commẽsurabilem costæ erit in tempore. Quocirca semper non est, quia contrarium est ei, quod semper est. Quorum uero contrarium nõ semper est, ea & esse & non esse possunt, atq; ipsorum est: & generatio, & corruptio. N

ANTI. Quæcunq; quidem igitur corruptibilia & genera bilia sunt, & omnino quæ aliquando quidem sunt. Aliquando uero non, necesse est in tempore esse. est enim tempus quoddam plus, quod excellit esse ipsorum, & id, quod mensurat substãtiam. Eorum autem, quæ non sunt, quæcunq; quidem continet tempus, alia quidem erant. ut Homerus aliquando erat. Alia uero erunt, ut futurorum aliquod in altera parte continet: eti m si in utrisque utraq; & erant, & erunt. Quæcunq; autem non continet nequaquam erunt, aut sunt, aut erant. O sunt autem huiusmodi eorum, quę non sunt, quoruncunq; opposita sunt semper, ut assymmetrum esse diametrum semper est, & non erit hoc in tempore. ergo neq; symmetrum. Vnde semper non est quoniam cõtrarium est ei, quod semper est. Quoruncunq; autem contrarium non semper est, hæc possunt & esse, & non esse: & est generatio: & corruptio ipsorum.

Expositio. Consideraui in textu, si potest aliqua syllogistica sibi tribui series, & cum multum steti, uisum est mihi q; non potest. Illud tamen scio uerbum illud græcum, οὖν, non sonare in latinum ergo aut igitur: cum litera nõ syllogistica. propterea transtuli. (Præterea.) Sed omnibus inspectis resoluo textum in tres syllogismos: primus est. quæcunque sunt in tempore: sunt generabilia & corruptibilia: & quandoque entia, & quandoq; non entia. Impossibilia nõ sunt generabilia & corruptibilia, neq; quandoq; entia, neq; q̃doq; non entia: igitur non sunt in tempore. De ratione tangit maiorem & illius probationem: & inquit. Præterea, q̃ sub corruptionem generationemq; recidunt, atq; omnino nunc sunt, nunc nõ sunt: ea in tempore sint necesse est. P Cuius rationem tradit. nam tempus maius quid est, quod excedit ipsorum esse, & excedit id quod mensurat eorum substantiã. Addẽda est minor: & habes rationem. Secundus syllogismus erit, quæcunq; sunt in tempore olim erãt, aut erunt, aut utraq; ex parte erant & sunt & erunt, sed impossibilia non sunt futura, neq; præterita, neq; præsentia: igitur non sunt in tempore, in grgco litera est aduersatiua: ego uero lego confirmatiua sic. eorum insuper quę nõ sunt quæ tempus continet, alia erant olim ut præterita: ueluti Homerus: alia erunt. ut aliquid futurorum ut bellum nauale quæ quidem altera ex parte ut ex parte præterita, aut futura continet tempus: etiam si aliqua sint, quæ utraq; ex parte erant & erunt, ut uiua animalia, utraq; tempus continebit, est igitur maior: quæcũq; sunt in tempore sunt, aut præterita, aut futura, aut utraq;. Addit quasi conuersiam extra syllogismum dicens: quæ uero neq; erunt hoc est non sunt futura, neq; sunt de præsenti, neq; erant de præterito hæc non continet tempus. Hæc igitur pro maiori. Sunt aũt Q talia eorum quæ non sunt, uidelicet impossibilia: quorum opposita semper sunt ut diametrum esse costæ commensurabilem. ideo concludit atq; hoc non est in tẽpore, neq; illud uidelicet diametrum esse commensurabilem costæ: hic potest esse secundus syllogismus. Tertius esse potest: quorum oppositum semper est, ipsa non sunt in tempore, impossibilium, opposita semper sunt, quia necessarium. igitur impossibile non est in tempore. Inquit. Quocirca semper non est, quia contrarium est ei quod semper est. Addit extra syllogismum, quorum uero contrarium non semper est, ea & esse & nõ esse possunt, atq; ipsorũ est & generatio & corruptio.

Quę auer. com. 110. Dubitatio

A & corruptio Hęc mihi uī esse forma textui accōmodabis. Auer. soluit hic pulchram dubitationē. nam posset dici ꝙ priuatio ante formam, & priuatio post formā non mensurant̄ tpe. Nā priuatio ante formā cū fuerit antea infinito in tēpore præterito, à tpe non excedetur. priuatio post formā cum erit infinito in tpe futuro:nimirum à tpe mensurabit̄.

Responsio Auer.

Rn̄det Auerro. ꝙ utraq; priuatio considerari pōt respectu subiecti remoti, & sic non sunt mensurabiles tpe; qm̄ altera tpe præfuit infinito:altera tpe erit infinito:respectu uero subiectorū propinquorū:priuatio ante formam quidem respectu seminis. illa post formā respectu cadaueris:sic cadunt sub tpe. Hæc responsio diminuit literā. Arist. n. absolute ait. futurū tpe mensurari, & præteritum simili ratione.

Cōfutatio R̄nsionis Auer. & R̄n. ppria.

Propterea aliter dico, & accipio fundamentū Aristo. in. 3.

B huius ꝙ infinitū ea ex parte qua infinitū additionē non recipit:ea tn̄ qua finitū additionē capit, ut cœlū si ex parte externa conuexi infinitū esset, ut aliquorum est positio: ex ea nequaquam additionē suscipit:ex parte interna concaui suscipere pōt. Tunc ad formā. priuatio ante formā ea ex parte qua infinita est: tpe non mensurat̄. Non. n. dicimus quāto tpe Socrates non fuit ens, sed ex parte qua illa finita est, tpe mensurat̄ & tpe excedit̄. Dicimus enim quanto tēpore Socrates perdurabit sub non esse, quanto tēpore propheta exorietur, & in cæteris similiter. Pōt enim hæc priuatio ex parte hac qua futura est excedi à tpe. Similiter & de priuatione post rem dicendum est, ex ea enim parte qua infinita non pōt tēpore mensurari:non enim dicimus qua to tempore erit non ens Homerus:ea uero ex parte qua finita est, bene pōt tpe mensurari. Dicimus enim quanto tēpore Ho

C merus fuit, & respondemus per annos mille: constat hunc annorum numerum posse excedi. Et hoc ait Aristo. eorum insuper quæ non sunt, quæ tps continet, alia erant olim ut Homerus alia erunt ut aliquid futurorū: ceu bellum persicum, quæ quidem altera ex parte continet tps ut futura ex parte futura, præterita ex parte præterita, quia sic finem habent, & additionē recipiunt, et si aliqua sint quæ utraq; ex parte erant & erunt ut ea quæ sunt: utraq; ex utraq; parte tps continebit. Ecce quō responsio Auer. non conuenit textui, gratiæ igitur sibi agendæ sunt, ꝙ bonam excitauit dubitationē, sed solutionē non ab eo, sed ab Arist. exposce. Sed

De mēsura dei & aliorum.

circa hæc de mensura dei, & intelligentiarum agendū est, & cœli atq; substantia. Vbi animaduertendum ꝙ theologus fortasse debet discordare à philosopho. Theologus. n. quatuor ponit mensuras. primam deo conuenientem æternitatem:ab hac æuum proficiscitur ab æuo proficiscit̄ ipsum nunc, ab hoc tps. Aeternitas dei est mēsura, æuum intellectuū separatorū, qui græce angeli dicuntur, ipsum nūc est mensura ipsius mobilis. Tēpus uero ipsius motus: hæc suos consequunt̄ sermones. Cum. n. deus potuerit ante mūdi generationē siue creationē angelum creare: deinde eum in nihilum redigere demū & reparare, hæc cū non uno & eodē nunc tēporis sint fient diuersis nunc æui. Amplius cū angelorum operationes sint uariæ, & non ob tps, erunt ob æuū:philosophi uero & maxime peripatetici, quorum est

De multiplici mēsu. n. Vide cano. q. 8. h9 De ęternitate. Vide Sco. q. 6. quolibeti. De mensura angelorū & æuo. Vide Sco. 2. d. secūdi q. 1. 2. 3. & 4. & sequacea & alios theol.

D princeps Aristo. iuxta eorum principia dicere coguntur ꝙ queadmodū non omne ens est in loco, sic non omne ens ē in mensura. primo quia esse in mensura est esse in illa ut in numero, esse aūt ut in numero, est excedi posse à numero: at cum nihil excedat dei essentiam, aut intelligentiarū, nec operatiōes illorum. Nec in illis sit aliqua nouitas, nec creationis, nec operationis, cum intelligant per essentias. sequitur iuxta eos nihil eorum esse in aliqua mensura. Secundo, quia Aristo. nulli tribuit mensuram, nisi quanto. modo nec deus nec intelligentiarum ulla est quanta, rationabiliter diceret nullum illorum esse sub mensura. immo fortasse theologice sentiendo non est multa necessitas ponendi in illis talem aliquam mensuram. Inquit enim Hieronymus super epistolam ad Titum sex millia nec dum nostri temporis implentur annorum, & quantas prius æternitates, quanta tēpora, quantas sæculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli throni, dominationes cęteriq; ordines ser

E uierunt deo absq; temporum uicibus atq; mensuris & deo iubente substeterunt. Ecce quomodo nullam ponit illis uices temporum, nec pœnitus mensuras ullas. Sed hæc theologis omitto.

RECO.

Hæc uerba eorum autem quæ non sunt & reliquæ clare transtulimus in commentarijs, nec egent expositiōe. qui uero uult seruare uerba, legat hoc pacto. eorum aūt, quæ non sunt, alia continet tps alia non continet tps. quæcūq; quidem continet tps, duplicia adhuc esse uident̄: alia qdē supple aliqn̄ erant, ut Homerus aliqn̄ erat. alia uero aliqn̄ erunt, ut propheta aliqn̄ erit, aut futurorū aliquid, ut persicum bellum, & quia qs crederet hæc utraq; ex parte contineri à tpe addit, dico supple hæc contineri à tpe in altera parte, utpote ex ea, ex qua finita sunt. sed nunquid hæc cōtineat tpus si hæc in utrisq; & erunt, & erant, hoc est si in utrisq; sint finita: ideo quasi respondens inquit etiā si in

F utrisq; utraq; & erant & erunt. q. d. longe magis hæc à tēpore contineri si in utrisq; partibus sunt finita. Quo uero ad uerba attinet uerbum ēt græce est καὶ quod licet latine & sonat hic magis copulat, iō etiā sonat. Animaduerte tn̄ uerba hæc posse aliter intelligi, & quidem facilius, & magis ad aures Themistii & Auerrois. ubi debes scire eorū, quæ non sunt, alia esse impossibilia esse, alia possibilia eē, ut corruptibilia quæ esse possunt corrupta, generabilia, q̄ esse possunt esse genita. Aristoteles ergo primo declarauit ea quæ non sunt, quæq; impossibilia sunt, in tpe non esse, qm̄ neq; mouentur, neq; quiescunt. At in præsenti textu uult declarare quo mō ea q̄ nō sunt, possibilia tn̄, possunt in tpe esse. Innuit aūt hanc distinctionem, ꝙ possibilia q̄dam sunt, quæ generabilia, & corruptibilia sunt, quęq; aliquando sunt, & aliqn̄ non sunt, & de talibus ponit hanc conclusionem, quæcunq; quidem igitur corruptibilia & generabilia sunt, & omnino quæ aliqn̄ quidem sunt, aliqn̄ uero non sunt, omnia hæc necesse est in tpe esse. probat hanc Aristoteles, & inquit, est. n. tps quoddam plus, quod

G excellit tum esse ipsorum, tum id quod mensurat substantiam ipsorum, & per esse intelligit illa, quo ad eorū motus, & operationes, & per substātiam, quo simpliciter illa intelligunt̄ intelligitur in illo priori:in quo motus, & operationes præcedunt:tempus. n. mensurat illa quo ad illorum esse, hoc est quo ad motus eorū & operationes: cum excellat eorum esse. æuum ut Themistius inquit, mēsurat illa quo ad eorum substantiā, & sic tps mensurat illa simpliciter, tum quia excellit illa quo ad eorū esse: tum quia excellit eorū æuum, quo mensurat̄ substantia cuiq; ppria, in quibus apparet quid æuum sit ɓm Themistium est. n. æuum mensura substantiæ unicuiq; propriæ:in deo æternitas simpliciter, in angelo æternitas secundū quid siue dependens. In generabilibus tps proprium. Hoc est primū mēbrum, & prima Aristo. conclusio:deinde tangit secundū mēbrum, & ponit secundam conclusionem, & inquit: eorum aūt, quæ non sunt quæcunq; quidem continet tps, trifariā sunt. Alia quidē quæ erant aliqn̄, quæq; de futuro semp non erunt, ut Homerus, qui de præterito aliqn̄ erat, de futuro semp non erit. alia uero de futuro aliqn̄ erunt, de

De ipso æuo.

H præterito uero nunq; fuerunt, ut solis eclypsis hoc anno futura, uel lunæ. hæc. n. de ꝑterito nunq; fuit, de futuro uero erit hoc anno proximo augusti mense:ideo dicit, ut futurorum aliquid. de his est secunda conclusio, hæc esse in tpe, ex ea parte, qua continent̄ à tempore, quia aut à præterito, aut à futuro hoc. inquit in altera parte hęc continet, & sic ex ea parte sunt in tempore. quædā uero sunt, quæ à præterito & à futuro à tpe continent̄, & hęc utroq; modo sunt in tpe, & hæc est. 3. conclusio:unde inquit, etiā si hæc utraq; q̄ dicta sunt & erant & erunt, in utrisq; ptibus, & quo ad ambas partes erunt in tpe. deinde repetit q̄ dixit, & inquit, quæcunq; uero ulla ex parte tempus continet, nequaquā erunt in tēpore, aut sunt in tempore, aut erant in tempore. & declarat, quæ nam hæc sunt, & inquit, sunt autem talia eorum non entium: quorumcunq; opposita sunt semper, ut assymmetrum esse diametrum costæ

I { semper est, ita ut non sit uel fuit uel erit aliquando hoc in { tempore: ergo neq; symmetrum aliquādo erit. propterea { concludit unde semper non est, quoniam contrarium est { ei quoddam, quod semper est. quorum autem contrariū { non semper est, hæc possunt esse & non esse, & eorum ge { neratio & corruptio est. hæc est expositio Themistij, ut { mihi uidetur.

De ipso νῦν idest nunc.

Dilucida. tex.cō.121 Ipsum uero nunc, ut dictum est, temporis est continuatio. Nam præteritum futuro committit, estq; temporis omnino ultimum: cum huius principiū sit: illius finis: uerum hoc non ut in puncto manente: perspicuum est.

K

ANTI. { Ipsum autem nunc est cōtinuatio temporis, sicut { dictum est. continuat enim tempus prēteritum & { futurum, & omnino terminus temporis est, est.n. { huius quidem principium: illius aūt finis, sed hoc { non est sicut in puncto manente manifestum.

Expositio. Hactenus de tempore: nunc de ipso, quod græce est νῦν: latine nunc: siue instanti: siue momento agit, & prius de ipso secundum propriam significationem: deinde de ipso secundum latiorem. Comparatur aūt ipsum nūc tempori ut unitiuum, & ut diuisiuum, propterea ait. ipsum uero nūc (ut dictum est) temporis est continuatio. Nam præteritum futuro committit: estq; temporis omnino ultimum: cū sit principium futuri uidelicet illius finis hoc est præteriti: uerū hoc idest istæ duæ rationes principij & finis non ut in puncto manente perspicuæ sunt. Cum.n. punctum ipsum maneat atq; restitet: bis ostendi potest, semel quidem ut principiū unius partis, alias ut finis: sic ostendi non pōt in ipso nunc, cum raptim transeat. sic igitur q; sit continuatiuum patet.

De instāti uide multa in Sco. qō. 12. quoli.

Dilucida. tex.cōmē. eiusdem. Diuidit etiā potestate tps: atq; quatenus tale est: semper diuersum est, quatenus uero continuat idē est, quemadmodū in mathematicis lineis fit: nō.n. idem unum semper punctū cogitatione est, cū.n. diuidimus: aliud est. Sed quo linea ipsa una est, eo pūctum idem est pœnitus: sic quoq; ipsum nunc: partim quidē potestate ipsius tpis diuisio est: partim uero utrorūq; finis est atq; unio. Est aūt idem & p idem diuisio atq; unio: esse uero non idem est: ipsum igitur nunc hoc uno dicitur modo.

L

ANTI. { Diuidit aūt potentia, & inquātū quidē huiusmo { di est semper alterū ipsum nunc. inquantum aūt co { pulat, semper idem est. sicut est in mathematicis li { neis: non.n. idē unū punctū intellectu est, diuidenti { bus.n. aliud est. secundū aūt q; unū est, idem est pœ { nitus. Sic & ipsum nunc aliud quidem diuisio tpis { secundū potentiā est. aliud aūt terminus utrorūq; { & unitio est, est aūt idem & secundū idē diuisio, & { unitio. esse aūt non idem est. hoc quidem igitur sic { dicitur ipsorum nunc.

M

Expositio. An nūc, put est quid in potētia diuidat tpus & an sit cōtinuatiuū ipsius. Vide Egi. hic. Hactenus de ipso nunc ut est temporis continuatio. Nunc uero de ipso loquitur, ut est diuisio illius. Vbi debes scire q; ipsum nunc ut diuidit tempus habet rationē duorum, principij uidelicet, & finis, has autem rationes non habet. quatenus in ipsa re sit duo, sed ut mens eo utitur ut duobus, ut uero continuat est in re duorum unus communis terminus, quod exemplo mathematicorum declarat. In linea enim punctum ipsum ut diuidens rationes duas sortitur à mente eo utente ut duobus, quo uero copulat, unum est uniusq; rationem habens, & hoc uult dicere cum ait ipsum potestate tempus diuidere, quia non re, sed ratione & quatenus pōt bina ratione considerari. hoc autem docet in ultimis uerbis, cum dicat, est autem idem & per idē diuisio atq; unio, quo uidelicet ad rem, esse uero ac ratione non idem. ipsum igitur nunc hoc uno dicitur modo.

Dilucida. tex.c.122 Alio uero modo cum tempus huic propinquum est, ut accedit nunc, quia hodie ueniet accessit nūc, quia hodie uenit. Sed res ilij non nunc gestæ sunt: neq; diluuium nunc actum est, quāquam tempus ad usq; illa continuum sit, sed quia non est propè: illo non dicuntur modo

N

ANTI. { Aliud aūt cum temporis, quod est huiusmodi, p { pè sit. ut ueniet nūc, quia hodie ueniet. uenit nūc, { quia hodie uenit. sed in Ilio facta, non sunt nunc. { neq; diluuium factum est nunc, & tñ continuum { tempus in hæc est, sed quia non propè est.

Expositio. Secundo modo accipitur pro tempore quod iunctum est utrinq; atq; proxime adiacet. Tum præteritum. Tum futurum. quod quidem ratione uicinæ hoc aduerbio solet demōstrari, quā ratione non dicimus res belli troiani esse nunc gestas: nec eluuionem esse nūc factam: q̄q; tempus nostrū usq; ad illorum tempora sit continuum.

O

Dilucida. tex.c.123 Ipsum uero olim tempus est ad prius nunc definitum, ut olim capta est troia, & olim diluuium erit. Oportet enim finitum esse ad ipsum nunc: erit ergo quantum quoddam ab hoc tempore in illud determinatum: atq; erat in præteritum.

ANTI. { Ipsum autem tunc, tempus determinatū ad prius { nunc est: ut tunc destructa est troia, & tunc erit di { luuium. oportet enim finitum esse ad ipsum nunc. { erit ergo quantum aliquod ab hoc tempore & ad { illud. & erit ab hoc ad præteritum.

Expositio. Nunc de ipso ποτέ græce: latine olim: siue tūc, siue aliquādo, & breuibus uult q; ipsum olim sit aliquod nunc præteritum procul à præsenti, ut dicimus q; olim capta fuit troia, quia diu ab hoc est q; capta fuit. Itē ēt est nunc futurum procul à præsenti, ut dicimus de futuro olim diluuium erit, si procul hinc ad multum tempus ipsum diluuium futurum sit, propterea concludit. Erit ergo quantum quoddam ab hoc tempore præsenti in illud futurum hinc longinquū determinatum, atq; erat ēt tps hinc longinquū in præteritū definitum: differt igitur olim ab ipso nunc, quia ipsum nunc est propè aut antea, aut postea. ipsum uero olim longinquū utrinq; est. Auer. autē ex malis translationibus sic definit ipsum tunc, uult enim ipsum tunc esse, quod datur in responsione ad interrogationem factam per quādo, ut si quis quærat, quando bellum troianum factum est, tunc est factum responderi solet, & tale tunc duobus instantibus describit, altero quasi principio, ut quando cœpit. Altero quasi fine ut instanti præsenti. Hæc sunt, quæ accipi possunt fructus ex commento: licet abusio sit, & non ad rem.

P

Quæ auer. cōme 123.

Dilucida. tex c.124 Sed si nullum est tempus, quod non sit olim: oē sane tempus erit finitum: deficiet ne igitur tandē?

ANTI. { Si uero nullum tempus est, quod non sit tunc: { omne utiq; erit tps finitum: utrum igit deficiet?

Expositio. Sed circa dicta dubitat. nam si ad quodcunq; tempus accommodari hoc aduerbium olim: siue aliquando pōt, quia nullum est tempus, quod non habuerit aliquando, aut habiturum sit certum initium. Huiusmodi autem aduerbiū præfinitum semper & terminatum semper ostendit tempus (ut dictum est) nunquid ergo deficiet tempus aliquando. Hęc est dubitatio Aristote.

Q

Dilucida. tex. cōmē. eiusdem. An non. Si quidem semper est motus: nunquid igitur aliud? An idem sæpe. nam ut motus: ita & tēpus sese habere perspicuum est, quia si unus idēq; sit motus aliquando, & tempus idem ac unū erit: sin uero non sit: nec id unum idemq; redibit.

ANTI. { Aut non, siquidem semper est motus, aliud igit, { aut multoties est idem. Manifestum est q; sicut mo { tus, sic & tempus est, siquidem enim idē & unus { motus sit aliquando: erit tempus unum & idem. { si autem non: non erit.

Expositio. Soluit Arist. & inquit. An non: cuius rationem subscribit dicens.

A dicens. si quidem semper est motus. Tunc quærit aliam dubitationem, & inquit. Nunquid igitur aliud? Hoc est, utrũ sit semper unum idemq; numero: an aliud atq; aliud numero, sed specie idem? Respondet. an idem sæpe per reditũ. nam ut motus: ita & tempus sese habere perspicuum est, quia si unus idemq; sit motus numero aliquando, & tẽpus idem ac unum erit semper idem numero: sin uero non sit unus idemq; motus numero: nec id tempus unum idemq; numero redibit, sed specie. an uero motus sit unus numero: an specie semper: in octauo disputabitur. Auer. probat φ tempus non deficit, quia si deficit: in tempore deficit: omne enim quod deficit in tempore deficit: quare qui ponit tempus deficere. cogitur ponere tempus. Sed hæc ratio Auer. nulla uidetur: quoniam tempus deficit secundum Aristo. quemadmodum & motus: modo motus deficit secundum numerum. igitur & tempus deficit secundum numerũ, sed omne quod deficit per ipsum deficit in tempore. igitur tempus deficeret in tempore, quod credo eum nullatenus concedere. Sed de his in octauo dicetur.

Quæ auer. comẽ 124

B

Dilucida. tex. c. 125.

Cum aũt ipsum nunc sit temporis & finis & principium: nonq; eiusdem, sed præteriti finis: futuri principium: quemadmodum circulus in eodẽ quodammodo curuum habet & concauum. sic & tp̃us in principio est semp atq; fine: quocirca semp aliud atq; aliud uidetur. Non enim ipsum nũc principiũ & finis est eiusdem: simul enim & per idem opposita sunt: non igitur deficiet ipsum: cum sit in principio semper.

ANTI.

Quoniam aũt ipsum nunc finis & principium tẽporis est, sed non eiusdem, sed preteriti quidẽ finis, principium autem futuri: habebit sicut circulus in eodem quodam modo curuum & concauum: sic & tempus semper in principio & fine. Et propter hoc uidetur semper alterum: non. n. eiusdem principium & finis est ipsum nũc. simul. n. & secundum idem opposita essent. Et non deficiet utique tempus, semper enim in principio est.

C

Expositio.

In solutione nõ determinauit: an tp̃s sit idem numero: an idem sp̃e semper: nunc probat φ tp̃s nunq; deficiet secundum sp̃em saltem, & syl'ls est. omne id quod est semper in principio: nunq; deficiet saltẽ s̃m speciem, sed tp̃s est semp in principio, qm̃ saluatur esse suum in ipso nũc: semper. n. tp̃s est, si ipsius nunc est: modo ipsum nunc est principium tp̃is: igit̃ nunq; deficit: quin aliud tp̃s cuius ipsum nunc est principiũ sit successurũ: probationẽ maioris affert ex definitione ipsius nunc, & hoc inquit. cum aũt ipsum nunc sit tẽpus & finis & principiũ: nunq; eiusdẽ, sed præteriti finis: futuri principiũ: anteq; inferat maiorem: declarat quonã mõ idem nunc sit principiũ & finis: an idẽ subiecto: an ratione & inquit. quemadmodũ circulus in eodẽ subiecto quodãmodo curuũ habet, & concauũ, sunt. n. concauum & curuum in circulo subiecto idẽ: rõne non idẽ, quia concauum respectu contentorũ & intrinsecorũ curuum siue conuexũ respectu externorũ: sic infert & tp̃s in principio est semper atq; fine: hoc est sic tp̃s est in al q̃ qd' subiecto est idẽ principium & finis rõne non idẽ. hæc est minor syl'i nostri: deinde infert conclusionẽ, & inquit. quocirca semper aliud atq; aliud uidet̃: quatenus est semper in fine: quo uero est semper in principio sp̃e semper erit idem probat minorẽ principalis syl'i, & inquit. non enim ipsum nunc principium & finis est eiusdem. nam finis & principium respectu eiusdem & simul sunt opposita: ueluti pater & filius: epilogat conclusionem & uim rationis, & uerba patent. Vtrum uero tempus sit perpetuum: in octauo huius dicetur: nunc uero sit dictum in tantum.

D

RECO.

Textus hic in commentarijs obscure legitur, propter syllogismos, quos ibi confecimus: dilucidius uero exponi potest, φ Aristoteles primo sumat unam suppositionem: uidelicet φ de essentia ipsius nunc sit esse præteriti finem, futuri tp̃is principium. exponit aũt hoc per exemplum circuli, qui in eodem subiecto habet quodam modo curuum idest conuexum & concauum: ita quoq; idem nunc habet rõnem finis respectu præteriti, & principij respectu futuri. hanc aũt suppositionem non probat, quia supponit ipsam patere ex definitione ipsius nunc: dixit. n. ipsum nunc esse ex eius rõne principium futuri & finẽ præteriti. Ex hac suppositione infert tempus semper esse in principio & fine: inquit, sic & tp̃s hoc est, ergo eodem mõ ipsum tẽpus semper est in principio, & fine. consequentiam non p̃bat quia ex suppositione patet. nam cum de tp̃e sit nunc, & nunc semper est principium & finis, ergo tp̃s semper est in suo principio & in suo fine: dicimus. n. esse aliquid esse in suo principio cũ non est, & continuo post hoc erit. & aliquid esse in suo fine, cũ non est & continuo antea erat: sic ipsum nunc est in fine, quia antea erat, nunc in principio, quia postea erit. Debes scire φ secus est in successiuis, & in permanentibus, in successiuis. n. semp dicimus esse in principio & fine, qñ aliquid illius est principiũ & finis, in permanentibus uero hoc fieri non põt, cum nihil illius sit, qđ sit illius permanentis finis, & principiũ. punctum. n. non est totius lineæ finis, & totius lineæ principium: ueluti ipsum nunc est totius tp̃is finis. s. præteriti, & totius tẽporis principiũ. s. futuri. Quare tp̃s, cum illius sit nunc aliquod semper, semper erit in principio & fine. Ex hac conclusione concludit propositũ, & inquit, & p̃pter hoc tp̃s uidet̃ semper alterum atq; alterum. non. n. eiusdem principium & finis est ipsum nunc, essent. n. opposita simul & secundum idem: est quidem semper alterum, quia ipsum nunc totius tp̃is finis est: & totius principiũ, & cũ eiusdem numero nihil possit esse principiũ & finis: erit ergo alterum semper atq; alterum tp̃s: ita ut sit ipsum nunc alterius finis alterius principiũ: hoc pacto breuibus. Themi. intellexit. Ex hac conclusione infert eam, quã superius probauit, & inquit, & non deficiet utiq; tp̃s unq̃, cã est, quia semp est in suo principio, uel quia semp est eius aliquid, quod est totius tp̃is principiũ. patet consequentia ex suppositione, non. n. põt deficere tp̃s nisi deueniamus ad ultimũ ipsum nunc, quod alterius tp̃is non sit amplius principiũ. Modo hoc est contra suppositionẽ: diximus. n. ex definitione ipsius nunc esse ut principium & finis semper sit. hoc est fortissimum argumentũ peripateticorũ: quo probarũt tp̃s esse æternũ. Auerroes proximo cõmento hoc idem p̃bat, quia si deficit tẽpus, deficeret in tẽpore: supponit enim ipsum non posse deficere in instanti, quia tunc in instanti deficeret motus, hoc aũt falsum est, quia tunc in eodem instanti esset motus & quies si. n. motus deficit in instanti, in illo ultimo mobile oportet moueri, aliogn mobile non moueret̃ in quolibet eius tp̃is in quo adæquate mouet̃. & oportet qescere in eodẽ ex quo in tali instanti desinit. Præterea si tp̃s desinit in instanti: tunc cũ illud instãs sit principiũ futuri tp̃is, adhuc post illud, tp̃s erit. Preterea si desinit in instãti, uel suo, uel alterius tp̃is. non suo: nihil. n. deficere põt in aliquo sui. si alterius tp̃is, non esset unũ numero tp̃s imo adhuc remaneret semp tp̃s. sed hæ rõnes friuolę sunt, & in Theologico diligentius disputabunt̃. nunc uero dicamus suppositionẽ Aris. esse uerã non simpliciter, sed inq̃tũ tp̃s sequit̃ motũ circularẽ continuũ, cuius ut sic quodlibet indiuisibile est principiũ & finis. absolute tñ falsa est, quia nos tenemus cœli motum aliqñ cessare, & ita tenemus totius tp̃is esse dandum ultimũ nunc, quod finis tm̃ præteriti est, & nullatenus futuri principiũ. Qua ratione. tp̃s nec erit semper in fine & principio, nec semper in suo principio, nisi supposita continuitate cœlestis motus: imo qñq; erit in suo fine, ueluti & motus ipse. Sed fortasse cauillis Auerrois affectus instabit, nã si tp̃s posset desinere, esset deueniendum ad ultimũ nunc ultra quod non esset tp̃is. & si sic: tunc instans siue nunc non esset simile puncto, qui est in circulo, sed puncto, qui est in linea recta. sed hoc friuolum est, nam instans supposita continuitate cœlestis motus est simile puncto, qui est in circulo:

E

F

G

De æternitate tp̃is

H

I simpliciter autem non est illi simile', quia sicut in linea est aliquod punctum, quod est alterius partis finis, & alterius partis principium, & aliquod quod est finis uel principiũ simpliciter: ita est in tempore nunc ipsum, aliquod enim est nunc principium & finis supposito motu cœli, est aliqs simpliciter finis, supponendo eius cessationem. Ad rationem Auerrois dico tempus desinere desinente motu, & motum dico desinere in instãti, ultra quod nec erit motus, neq; tempus. & cum dicitur, tunc motus erit in instanti, quia in toto præcedenti tempore erat motus, ergo in quolibet illius, & ita motus erit in tali ultimo instanti, similiter erit & quies, quia in toto sequenti erit quies, ergo in quolibet illius, & ita in tali instãti, quod est aliquid sequẽtis: respondeo: primo, ꝙ argumentum supponit falsum, supponit enim post ultimum nunc esse quietem, quod falsum est, nam corpora, quæ erunt, remanebunt immobilia, & hoc diuina uirtute illa sic constituente, & sic post

K illud non erit quies: quare nec in illo esse potest. Præterea dato ꝙ erit quies post illud, dico ꝙ illud ultimum non est aliquid temporis sequentis, cum sit ultimum simpliciter, & ita illa quies nec erit in tempore, nec in aliquo nunc tẽporis. Præterea motus & quies non possunt esse in instanti, ideo nec in tempore præcedente, nec sequẽte si aliquod sequeretur, quies uel motus esse potest in instanti. & ita concedo in toto præcedenti tempore esse ipsum motum: non tamen in quolibet illius, ut in mensura: sed solum in qualibet parte illius: ex quo non sequitur in eodem instanti simul esse motum & quietem. patet ergo motum desinere in instanti, & de tempore esse deueniendum ad ultimũ instans. & cum dicitur si temporis desinit in instanti, & instans est principium temporis futuri: patet hoc esse simpliciter falsum, & uerum sola continuitate motus supposita. Ad aliud cum dicitur si desinit tempus in instanti, uel desinit in suo instanti. uel in instanti alterius temporis: dico ipsum

L desinere in instanti suo terminatiue, quatenus ultra ultimum eius instans nihil temporis erit. nõ autem in instanti suo desinit commensuratiue, quia eius desitio non mensuratur suo instanti, quia tunc idem esset desinens & mensura desitionis, ultimum enim instans non potest eẽ desinens, & suæ atq; temporis desitionis mensura. Sed instabis fortissime, ergo aliquid desinit cuius desitio nec est in tempore, nec in instanti, sed istud non abhorrerent catholici, nam ante mundi facturam deus potuit & creare & destruere creatum: ubi inceptio, & desitio tempore uel instanti non mensurata fuisset. Præterea dicerem aliquid desinere ut quo, utpote quia in ipso aliquid desinit, ad cuius desitionem ipsum desinit. Aliquid ut quod, ut quod desinit per se. dicerem igitur tempus, & ultimum eius instãs non ut quæ principaliter desinere, sed ut quo uel quibus: utpote quia in ultimo illo instanti desinit motus, & sic desinit tempus desinente motu: ad formam dico quæ desinunt, ut quo, non oportere in aliquo tempore uel instanti desinere, sed desinunt, quia alia in ipsis desinunt, quibus desinentibus, ipsa desinunt, & sic desinit tempus & ultimum instans temporis. Istud coguntur asserere peripatetici qui tenent instantia esse indiuisibilia raptim transeuntia: hæc enim desinunt, quorum desitio nec tempore, nec

M instanti mensuratur: Alioquin instans esset suæ desitionis mensura. Quare pro ipsis & pro nostra ueritate satis sit illa desinere, quia in ipsis aliquid desinit, ad cuius desitionem ipsa desinunt.

Dilucida. tex. c. 126. Ipsum autem iam: pars est futuri temporis indiuiduo nunc instanti propinquum: ueluti quãdo ambulabis: iam ambulabo, quia tempus in quo ambulabit est propè. Itemq; & præteriti temporis, quod non longe ab instanti nunc distat, ut quando ambulasti? iam ambulaui. Ilium autem, non dicimus iam captum fuisse, quia longe ab instãti nũc distat.

ANTI. Ipsum autem iam propè præsens nunc atomum est pars futuri temporis, quando ibis iam, quia propè est tempus: in quo futurum est. Et præteriti tẽporis pars, quæ non procul est ab ipso nunc, quando iuisti iam: iui Ilion dicere iam destrui non dicimus, quia procul est ab ipso nunc. N

Expositio. Nunc quid sit ἤδη græce: latine iam: explicat quæ res cum sit partim grammaticæ indagatio: partim translatione pateat: illud solum scias ipsum iam differre ab olim: solũ per hoc, quòd ipsum olim respicit nunc præteritum, aut futurũ longinquum à præsenti: ipsum uero iam: non longinquũ, sed propinquum. Auerroes autem in sua lingua habebat ecce, quod quid sit: ab eo patet. Quæ auer. cõmẽ 126

Dilucida. tex. c. 127. Ipsum præterea nuper præteriti pars est ipsi nunc præsenti propinqua, ut quando uenisti: nuper si sit præsenti nunc proximum fit.

ANTI. Ipsum autem modo propè pręsens nunc est, & pars præteriti, quando uenisti, modo, si sit tempus proximum præsenti nunc. O

Expositio. Nunc quid sit ἀρτι græce: latine nuper siue modo. Auer. autem in eius lingua habet pauloante, quæ translatione patent.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Quondam pars est eiusdem temporis longe ab instanti nunc.

ANTI. Olim autem procul est.

Expositio. Nunc quid sit πάλαι græce: latine quondam siue pridem: siue antiquitus, ut Auer. habet, & res patet.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Repẽte uero, quod in tempore insensibili ob paruitatem diffluit.

ANTI. Repẽte autem quod insensibili tempore propter paruitatem defluit.

Expositio. Quid ἐξαίφνης græce: latine subito: siue repente: siue mox nunc describit. Quæ Auer. exponit hic: intelligenda sunt in bonum: non enim tempus est uelox, aut tardum, sed pro breui: siue subitario sumit. Quæ auer. cõmẽ 127 P

Dilucida. tex. c. 128. Cum mutatio omnis suapte natura sit deturbatiua, & in tempore cuncta oriantur & occidant: idcirco sunt & qui ipsum sapientissimum dicebant, & qui rudissimum, ut Pythagoreus paro dixit, quia & per ipsum obliuiones inuehuntur: rectius dicẽs. Perspicuum nanque est potius corruptionis per se causam esse tempus: quã generationis, quia quemadmodum etiam prius diximus: mutatio per se dimotiua est: per accidens autem generationis & esse causa est. Signum ex eo sufficiens est, quod nihil fit: nisi mouens aliquo modo moueat & agat. Corrumpitur autem & si nihil moueat: atque hanc corruptionem à tempore fieri maxime dicere assoleuimus: uerum neq; hanc tempus efficit: licet mutationem hanc etiam fieri in tempore accidat. Quod igitur tempus sit, & quid ipsum sit: quotq; modis ipsum nunc dicamus, & qd sit olim: quidq; nuper: quid iam quidue quondam atq; quid repẽte: explicatum est. Q

ANTI. Mutatio autem omnis natura remotiua est. in tẽpore autem omnia fiunt, & corrumpuntur: unde & alii quidem sapientissimum dicebant. Pythagoricus autem paro pœnitus indisciplinabile, quia & obliuiscuntur in hoc: dicens rectius. Manifestum enim est ꝙ corruptionis magis erit per se causa ꝙ generationis, sicut dictum est etiam prius. destructiuum enim mutatio per se est. generationis autẽ & ipsius esse secundum accidens est. signum sufficiens est, quia fit quidem nihil, nisi moueat quodammodo & ipsum, & agat. corrumpitur autem igitur enim

& cum

A & cum nihil moueat. & hanc maxime dicere consueuimus à tempore corruptionem. At uero neq; hanc tempus facit: sed accidit in tempore fieri & hanc mutationem. Quod igitur tempus sit, & qd sit, & quot modis dicatur ipsum nunc, & quid ipsum nunc, & quid modo, & quid iam, & qd olim, & quid repente, dictum est.

Expositio. Nunc circa temporis qualitates uult disputare. nam cum omnia & oriri & occidere in tpe uideant: idcirco de qualitatibus tpis duæ fuerunt positiones. Alij nanq; sapientissimum: alij stultissimum: siue indocile fecerũt tempus. Simonides sapientissimũ, quia beneficio ætatis multarũ rerũ notitiam adipiscimur: unde Oratius in arte poetica. Multa ferunt anni uenientes cõmoda secum. Paro Pythagoreus in B docile & stultissimum, quia iniuria tpis. Tum obliuio. Tũ deliria hominibus inuehuntur: quod ẽt Oratius ibidem. subdit aueuntes dicens plurima adimunt. Arist. approbat paronem Pythagoreũ argumento, & signo. Argumento quidẽ ꝙ omnis mutatio cuius tps est affectio potius impellit & disiicit ꝙ̃ quicq; per se efficiat: est.n. per se dimotiua: ꝑ accidens aũt additiua. Signo uero: quia omnis generatio fit præsente motore & agente. Corruptiones aũt multæ fiũt: quarum neq; motor: neq; agens nobis patet: hinc loco cãg illarum prouentus tẽpori damus: non ꝙ tps sit corruptionis cã: queadmodum nec generationis, sed suppletoria atq; attributoria causa existit. Deinde epilogat, & sermo patet.

Quæ auer. cõmẽ. 128. An motus ꝑ se faciat ad corru. ptionẽ per accidens aũt ad gñationẽ & an tps per se cõtepat. Vide Egi. bũ. Auer. aũt uerbum illud Aristo. ꝙ uidelicet mutatio sit potius dimotiua quã generatiua: non absolute intelligit. nam propria & per se corruptionis cã est motor habens contrarium. Motus aũt est uia: qua itur in corruptionẽ, & ita uult motũ non per se cãm esse hoc est principalem, sed est ꝑ accidens, ut distinguiẽ contra principalem: per se uero instrumentaria. Similiter cũ Aris. dixit. multas corruptiones esse tempori dandas: non omnes dixit: quia ut Auer. ait corruptiones uiolentæ cãm habent notam, & has causas non tẽpori ascribimus. Naturales uero corruptiones, quæ ab occulta causa proficiscuntur: tempori attribuimus.

C RECO. Vtrum mutatio sit per se remotiua, & uideẽ ꝙ non, ꝑpter rõnes superius tactas, quia de motu cœli non est uerum: neq; de alijs motibus. una responsio esse põt ꝙ mutatio nec generationis, neq; corruptionis cã est per se, ut argumenta superius facta concludunt. secundo dici põt, ꝙ licet nec generationis, neq; corruptionis cã per se sit, est tñ mutatio potius cã corruptionis ꝙ̃ generatiõis, quia potius ẽ suapte natura remotiua, ꝙ̃ generatiua. Ex hoc tamẽ non sequiẽ mutatio est magis & potius cã corruptionis, ergo per se cã corruptionis: nam licet potius sit per se cã corruptionis, non tñ cã est per se corruptionis. & huius cã est, quia potius hic distrahit. dicimus.n. rubrũ esse potius album ꝙ̃ nigrum, & tamen rubrũ neq; est album, neq; nigrum per se. præterea dici põt aliquid per se cõpetere ge- D neri, quod non omni speciei per se competit, modo ipsam mutationẽ esse remotiuam competit per se mutationi secũdum rõnem generis, quia licet nõ omnibus speciebus cõpetat, saltem alterationi ex ea ratione qua mutatio est competit: disponit.n. suapte natura ad corruptionem.

Dilucida. tex. ci 29. His ita diffinitis: perspicuum est mutationem omnem esse in tẽpore, & omne quod mouetur necessario in tempore moueri. Velocius.n. & tardius in omni mutatione sunt: nam in cunctis sic cernitur. Dico aũt id uelocius moueri, quod prius in subiectum peruenit: modo per idẽ spatium uniformẽq; mutationem moueatur. Ceu in delatione si ambo super circunferentiam, aut ambo super lineam rectam moueantur. Similiter & in cæteris id genus: sed ipsum prius in tempore est: prius enim & posterius per ad ipsum nunc distantiam sumpsimus: ipsum autẽ nunc terminus est præteriti atq; futuri. Quare cum ipsum nunc in tẽpore sit: ipsum quoq; E prius & posterius in tẽpore erunt. Nam ubi ipsum nunc est: in eo ẽt ipsius nunc distantia est. Verum modo contrario ipsum prius in preterito atq; futuro tẽpore dr: in præterito nanq; id dicimus prius, quod longius ab instanti nunc distat: id uero posterius, quod eidẽ propinquius existit. in futuro uero id quidẽ prius, quod ꝓpinquius illi est: id aũt posterius, quod ab eo longius est. Quare cum ipsum quidẽ prius in tẽpore sit: omnem autem motũ ipsum prius cõmittetur: perspicuũ omnem mutationem omnemq; motum in tempore esse.

His autem nobis sic determinatis, manifestũ est, ANTI. quia oẽm mutationem, & omne, quod mouetur: necesse est moueri in tpe. uelocius.n. & tardius secundum oẽm mutationem est. in omnibus.n. sic uideẽ. dico aũt uelocius moueri, quod prius trãs- F mutatur in subiectum secundum idem spatium, & regularem motum eius quod mouetur, ut in latione si utraq; secundum circulationem moueatur, aut utraq; secundũ rectũ: similiter autẽ & in aliis. At uero & prius in tẽpore est: prius.n. & posterius dicimus ad ipsa nunc distantiam. ipsum autem nunc terminus præteriti, & futuri est, Quare cum ipsa nunc in tẽpore sint, & prius & posterius in tpe erunt. In quo enim est ipsum nunc, & ipsius nunc distantia est. econtrario aũt diciẽ prius & po- G sterius & secundum præteritum tempus, & secundum futurum. in præterito quidem.n. prius dicimus, quod longius est ab ipso nunc. posterius aũt quod prope est. in futuro uero, posterius quidem quod propinquius est, posterius aũt quod lõgius. Quare cum prius quidem in tẽpore sit, & ad omnem motum sequitur prius: manifestũ est ꝙ omnis mutatio & omnis motus in tempore est.

Expositio. Nunc ꝙ omnis mutatio sit in tẽpore. Aris. syllogiçat, & põt litera resolui in unum syllogismũ principalem, & pro syllos. Sylls principalis est, omne uelocius & tardius est in tpe: omnis mutatio & omne quod mouetur: uelocius & tardius moueẽ: igitur omnis motus & omne quod moueẽ in tpe est. De rõne primo ponit conclusionẽ, & inquit. ijs ita diffinitis: perspicuũ est mutationẽ oẽm esse in tpe, & oẽ quod mouetur: necessario in tẽpore moueri. Hæc est cõclusio. Deinde de syllo tangit minorẽ, & inquit. Velocius.n. & tardius in omni mutatione sunt. nam in cunctis sic cernitur: hæc est minor. maiorẽ principalis sylli declarat sic. omne in quo est prius & posterius est in tpe: uelocius & tardius sunt prius & posterius igitur in tpe. minorẽ declarat per definitionẽ uelocioris & tardioris, & inquit. Dico aũt id uelocius moueri, quod prius in subiectum peruenit: hic aũt subiectum quod græce hypoceimenon: non pro eo H in quo recipiẽ accepit, sed pro genere sub quo contineẽ, ut exponit Themistius. Verbi cã. in delatione subiectum est locus: in auctione ꝙ̃titas: in alteratione qualitas: in generatione uero substantia: est igitur uelocius quod prius in subiectum. i. in genus peruenit, sed non absolute, sed seruatis conditionibus, & hoc subdit. modo per idem spatium uniformẽq; mutationem moueaẽ: exponit quid intelligit ꝑ idẽ spatium, & inquit. ceu in delatione si ambo: hoc est ipsum uelox & ipsum tardum super circunferentiam moueantur, aut ambo super lineã rectã moueanẽ: silr & in cæteris id genus: cur uero dixit per uniformẽ motũ: nõ explicauit, sed in multis casibus calculatorum illud patet, ut in sexto dicemus. Deinde ponit maiorem secundi syllogismi, & inquit. sed ipsum prius & posterius in tempore sunt, & hanc ꝓbat & syllogismus est. ubi est nũc: est ipsum prius et posterius: in tempore est nunc. igitur in tempore suat ipsum prius &

An omnis motus mẽsuret tpe. Vide Alb. de saxo. q. 17. huius.

I posterius: inquit. prius enim & posterius per ad ipsum nūc distantiam sumpsimus: ipsum aūt nunc terminus est præteriti atq; futuri: quare cum ipsum nunc in tempore sit: ꝑ sum quoq; prius & posterius in tempore erunt. nam ubi ipsum nunc est: in eo etiam ip! us nunc distantia est. Sed quia dixit prius & posterius sumi per distantiam ab instanti nunc: declarat quòd non eodem modo sumuntur in futuro tempore & in præterito, & inquit. uerum modo contrario ipsum prius in præterito atque futuro tempore dicitur: in præterito nanq; id dicimus prius, quod longius ab instanti nunc distat, ut prius octauiū dicimus fuisse q̃; cæsarem, quia octauius longius est ab instanti nunc: id uero posterius, quod eidem propinquius est, ut cæsarem posteriorem octauio, quia propinquior præsenti nunc. In futuro uero id quidem prius quod propinquius illi est, ut

K gallicum uenturum bellum prius est uenturum, q̃ italicū, quoniam anno futuro gallicum bellum uenturum est. Anno ab hoc tertio illud italicum. Tunc epilogat rationem & conclusionem, & sermo patet. Mouet Auer. ibi { Et quæritur quo modo pōt } quæstionem. Nā Aris. probauit omnem mutationem esse in tempore: contra est de illuminatione, & de generatione formæ. propterea sequitur ut nos alterum duorum dicamus, aut ut demonstratio sit uniuersalis, & tunc oportet dicere tales esse in tempore: apparenter tamen subitaris, q a latent sensus, aut ut dicamus ꝙ hæ sunt momentariæ, & ꝙ demonstratio est particularis solum, & non de omnibus. Respondet ibi { Et ad hoc. } Et uult ꝙ transmutatio potest sumi dupliciter. Vno modo pro fine transmutationis, & hoc modo dicitur æquiuoce, & sic generatio est finis transmutationis, quia alterationis, & illuminatio finis delationis. Alio modo pro ipsa transmutatione, ut pro alteratione, & delatione & id genus. Tunc uult ꝙ demonstratio Aris. sit uniuersalis de transmutationibus,

L & non de finibus transmutationum. nam quilibet finis est indiuisibilis: siue finis sit alterius speciei ab ipsa transmutatione ut generatio est, quæ differt genere ab alteratione. siue eiusdem speciei, ut calefactum esse, quod est eiusdē speciei cum calefactione, sed quia de hoc transmittit nos ad tēpus, ut ad. 6. physicæ auscultationis: nos in expositione cōmenti. 32. plura dicemus deo duce.

(Quæ auer. cōmē. 129.)

(An generatio fiat in instanti. Vide can. q. 2. quinti huius.)

RECO. { Animaduerte Aristotelem uoluisse omnem mutationem { & omnem motum in tempore esse, & Auer. intelligit de { his mutationibus, quæ proprie dicuntur: non de his, quæ { æquiuoce fines sunt motuum. ego intelligo de mutationi { bus totalibus: nam mutationes: quibus minima generan { tur, momentariæ sunt uniuersa uero mutatio, qua uniuer { sa forma acquiritur in tempore est, & ita successiua: ex tex { tu tamen non habetur omnem mutationem esse continuā { sed solum in tempore, quia successiua est. uerum, ut. 6. hu { ius dicemus, localis motus est successiuus, & continuus: { cæteri successiui, non tamen continui ex quo sequitur non { esse necessarium uelocitatem & tarditatem esse continuā, { cum non omnis motus sit continuus, ut postea dicemus.

(Dilucida. tex. cō. 130)

Contemplatione autem dignum est, & quonam modo se habeat ad animam tempus. Itemq; & quā obrem in cunctis esse uidetur tempus. & in terra,

M & in mari & in cœlo? An quia motus ipsius affectio est quędam atq; habitus mensuraq;, sunt autē hæc cuncta mobilia: cum in loco sint omnia. insup tempus & motus simul sunt potestate atq; actu.

ANTI. { Dignum autem consideratione est & quo modo { aliquando se habeat tempus ad animam. & propter { quid in omni uidetur esse temporis, & in terra, & { in mari, & in cœlo. Aut quia ipsius motus passio q̄ { dam est, uel habitus, & numerus existens. hęc autē { mouentur omnia: in loco enim omnia sunt. Tem { pus autem & motus simul sunt, & secundum potē { tiam & secundum actum.

Expositio. Mouet circa dicta quæstiones. Prima est, quonam modo se habeat ad animam tempus. an ut effectus illius. an ut illius causa? Secunda quæstio propter quid tempus est unū in cunctis ut in mari: cœlo, & terra. quę sunt remota & maximis discerniculis abiuncta. Respondet ad secundam. ꝙ ideo tp̄s est in omnibus illis, quia motus est in illis. cuius tp̄s est affectio: habitus, & mensura. Est quidem affectio: quatenus eum comitatur. est habitus, quia ab eo separari non pōt. est & mensura portionum partiumue motus. quare cum cuncta hæc motu participent, ēt & tp̄s participare uidētur. est insuper alia causa, ꝙ motus & tēpus simul sunt potestate atq; actu. cum. n. res potestate mobiles sunt: potestate quoq; in tēpore erunt. ueluti quiescentia, quæ uero iam mouentur actu: actu quoq; sunt in tempore. Vtrū uero tempus sit unum numero in cūctis: iam determinauimus. N

(Quæ auer. cōmē. 130.)

O Auer. aūt uidetur sic arguere. accidens est in subiecto, & numerus in numerato, sed tp̄s est accidens motus & mobilium, & numerus similiter. igitur est in motu mobilibus & id genus. quare erit in cœlo uti in primo mobili: in terra & mari cæterisq; elementis atq; mixtis uti in rebus secundo mobilibus. uerum (ut ait ipse.) non eodem ordine. inuenitur. n. in cœlo primo, quia illud est subiectum primi motus: in rebus mobilibus secundo, quia ipsa mouentur uirtute primi motus. in rebus quiescētibus tertio, quia sunt apta moueri. uerum de his rebus satis superius.

(Dilucida. tex. c. 131.)

Vtrum si anima ipsa non sit: tempus ipsum sit. an non dubitabit aliquis. nam si impossibile est esse: patet etiam neq; numerum esse: est enim numerus aut id quod numeratur, aut numerabile quid. si autem nihil aliud est aptum numerare quā anima, aut animæ intellectus: erit impossibile esse tempus si anima non sit. Nisi id quod subiecto est tempus: si fieri potest ut sit motus sine anima. in quo motu ipsum prius & posterius sunt: tempus autem est hęc ut numerabilia sunt. P

ANTI. { Vtrum autem cum non sit anima: erit tunc tem { pus? Aut dubitabit aliquis impossibili enim existē { te, esse. quare manifestum, quoniam neq; numerus { enim est, aut quod numeratur, aut numerabile. si { autem nihil aliud aptum est quā anima numera { re, uel animæ intellectus, impossibile est tēpus esse: Q { cum non sit anima, sed uel hoc quod aliquādo ens { est tempus, si contingit motū esse sine anima. prius { autem & posterius in motu sunt: Tempus aūt hæc { est secundum ꝙ numerabilia sunt.

Expositio. Repetit primam quæstionem & soluit. inquit. dubitabit uero quispiam utrum si anima ipsa non sit: tempus ipsum sit? Respondet quòd anima non existente etiam tempus non erit. & si animam impossibile est esse. tempus impossibile est esse. inquit. an nō dubitabit aliquis sed erit certus. nam si impossibile est esse animam: patet etiam neq; numerum esse. est enim numerus, aut id quod numeratur, aut numerabile quid. si autem nihil aliud est aptum numerare q̃ anima, aut animæ ea pars quæ intellectus est: erit impossibile esse tempus si anima non sit. est igitur ratio non existente numero non existit tempus. non existente anima nō est numerus. igitur non existente anima. non existit tempus. Sed dices. igitur nulla anima existente: pœnitus nihil temporis erit. Respondet nisi id quod subiecto est tempus? quasi dicat remanet tempus subiecto, quod dico si fieri potest ut motus sit sine anima: in quo motu prius & posterius sunt. modo tempus est hæc ut numerabilia sunt. Sic igitur ab Aristo. habemus ꝙ non existente anima non est tēpus formale, sed aptitudinale uidelicet ipsa motus partium numerabilitas, sed huic occurrit Boethus. nam dato quòd nec actu. nec potestate anima sit: adhuc esse potest numerus potestate saltem, quemadmodum sensile sine eo quod sentit. Respondet Themistium, & uult hanc regulam, ꝙ qn̄ sunt aliqua correlatiua. hæc sese sequuntur eodem modo, ut si unum

A unum est actu:alterum est actu:& si unum potestate.alterum etiam potestate.quare si unum nec actu nec potestate sit alterũ nec actu,nec potestate erit:& ita si anima non sit:nec possit esse,numerus nec est,nec potest esse,ubi aũt anima non sit & potest esse. Tempus siue numerus nõ est & potest esse:quare dato, ꝙ anima actu non sit, aut actu non numerat.potest esse uel numerare:quare numerus & tempus erunt quo ad subiectum & illius aptitudinem. Simili modo de ipso sensili dicendum est. Auer.autem uidetur uelle in commento, ꝙ tempus est quasi medium interesse extra animam,& esse in anima.non enim est in anima tantum:cui nihil in re,respondent, quia tunc esset figmentum:neqꝫ purum ens reale,quia tunc non esset numerus:propterea uidetur partim ex anima quo ad formale,& extra animam quo ad materiale ut supra dicebatur: qua ratione paucis interpositis,patet tempus uno modo esse ens

Qō Auer. ... 31.

B perfectum. Alio modo diminutum: ea quidem ex parte: qua est ens extra animam hoc est ratione motus: uidetur ens perfectum ab anima ipsa independens:ea uero ex parte qua est dependens ab anima ut quo ad formale: est ens diminutum: hæc de tempore non semel supra explicauimus. Debes autem scire ꝙ expositores mirum in modũ laborant circa uerba Arist.ꝑpter malas quas habent trãslationes. est etiam in græcis codicibus non parua uariatio,sed codex e quo hunc nostrum textum latinũ facimus: sic habet,ut transtulimus, & est melior cæteris alijs:tu uero considera:nam iudicem tuum non refutabo.

De uerbis græcis. An ips sit ab anima. Vide Alb. de saxo.q. 16.huius.

RECO.

Animaduersione dignum prima textus uerba: non eodem modo in græcis codicibus omnibus reperiri:uno.n. modo reperiũtur in uno codice, ut in nostra dilucida trãslatione transtulimus. Alio modo, ut in præsenti translatione cernis.Sed in codice nuper ad manus meas perueniente,hoc pacto emendata leguntur. aut non dubitabit aliquis,impossibile, enim cum sit,numerantem esse ali-

C quem,impossibile etiã est numerabile aliquod esse. quare manifestum est,quoniã neqꝫ numerus est, aut qui numeratur,aut numerabilis. Et hoc pacto uerba hęc si legantur,clara sunt.est enim respõsio tempus non esse anima non existente:nam cum anima sic numerans, & tempus numerus,impossibile est numerabile aliquod esse nõ existente anima numerante,& ita patet numerum non esse,quia nec est qui numeratur: neqꝫ qui est numerabilis. & ita nec tempus.& Addit ꝙ licet tempus non sit quatenus est numerus,est quatenus subiecto motus est.

Dilucidat. tex.c.132.

Ambiget quispiam etiam qualis: nam motus tẽpus numerus est.an qualislibet. Nam & in tempore generatur:& corrumpitur, & augetur, & alteratur:atqꝫ in tempore defertur: quatenus igit̃ motus est, eatenus est tempus cuiusq; motus nume-

D rus: quocirca absolute motus continui numerus est:non autem cuiusdam.

ANTI.

Dubitabit autem aliquis, & qualis motus tempus numerus est? Aut qualislibet,etenim fit in tẽpore:& corrumpitur:& augmentatur,& alteratur in tempore,& fertur. Secundum igitur ꝙ motus est,sic est uniuscuiusqꝫ motus numerus. unde motus simpliciter est numerus continui, sed non cuiusdam.

Expositio.

Vlterius quærit qualis nam motus tẽpus numerus est. Respondet an quaslibet,cuius causam subdit, nam & in tempore generatio fit in tempore:& corruptio:itemqꝫ & auctio,atqꝫ delatio.Ex hoc infert ꝙ tempus est numerus motus,quatenus cuiusqꝫ motus,& nõ quatenus illius aut illius motus:ideo absolute est numerus motus, ut continuus est,non ut ille, aut ille. Sic igitur tempus est omnis motus ut motus continui numerus.

RECO.

Balbutit Auer.duas expositiones,una est ꝙ tempus est numerus cuiuslibet motus,ex eo, quia est numerus primi motus continui idest perpetui,& ita est numerus principaliter,& affectio principaliter primi motus, q̃ est unus, & continuus idest perpetuus:cæterorum uero est numerus secundario,& ex consequenti,propterea quia est numerus primi motus:& sic per continuum Auerro.secundum hanc expositionem intelligit perpetuum.secundo intelligit tempus esse numerum motus,nõ huius,nec illius sed quo motus est continuus hoc est unus secundum genus.cæterorum uero numerus est,quatenus est numerus motus simpliciter, qui est unus secundum genus, & hoc pacto secundo nos exponebamus. Sed dices contra primam expositionem,tempus non posse esse numerum primi motus.sed bene affectionem:est enim ut Themi.inqt motus affectio primi motus,& numerus cæterorum motuum:nec ab ratione hoc est,quia motus cœli non potest a tempore excedi.Vno modo dici potest tempus esse numerum primi motus secundum illius partes, & hoc sufficit. Vel potest esse numerus,qui est mensura propria, nõ communis.non enim oportet numerum semper excede- F re numeratum,nisi sit communis illius mẽsura, ubi enim esset propria illius mensura,quæ a Themi.æuum dicitur rei,non oportet esse maiorem.

E

Sed continget ut eodem nunc alia etiam moueantur,quorum utriusqꝫ motus tempus numerus est erit ne igitur aliud atqꝫ aliud, ita ut duo æqualia tempora sint:an non:omne enim tempus unum similiter est & simul.Specie uero & non simul sunt. Nam si sint hi quidem canes.illi autem æqui, atqꝫ utriqꝫ septem.idem eorum est numerus:sic & eorum motuum, qui simul conterminantur: idem est tempus:& si uelocior alter fortasse sit,alter tardior. itemqꝫ alter delatio, alter alteratio sit. tem- G pus itaqꝫ idem est alterationis & delationis, si quidem numerus idem est: nam quanquam motus differant atqꝫ seorsum sint, tempus tamen omnino idem est,quia numerus etiam unus omninoqꝫ idẽ est æqualium & simul.

Dilucida. tex. comẽ. eiusdem.

Sed est nunc moueri & alia, quorum utriusque motus numerus utiqꝫ erit. Alterum igitur tempus erit,& simul duo æqualia tempora essent aut non omne namqꝫ tempus unum similiter,& simul est. Specie autem & quæ non simul.si enim sunt hi canes,illi uero equi,utriq; autem septem, idem numerus est:sic & motuum simul terminatorum idem tempus est, sed hic quidem uelox fortassis, alius uero non,& alius quidem latio, hic uero al- H teratio,tempus tamen idem est,siquidem & numerus æqualis sit & simul cum alteratione, & latione: & propter hoc motus quidem alteri, & seorsum sunt, tempus autem est idem ubiqꝫ, quia & numerus unus & idem ubique est, qui est æqualium & simul.

ANTI.

Petit consequenter aliam quæstionem, & inquit,sed continget etiam ut eodem nunc alia etiam moueantur:ut patet:possunt enim romæ fieri nundine. atqꝫ in auiano aliæ simul,quorum igitur utriusqꝫ motus tempus numerus est erit ne aliud atqꝫ aliud ita ut duo æqualia tẽpora sint. Respondet ꝙ omne tempus numero est idem,non autem speci e hoc est tempus est idem sub ratione numeri,& quo ad numerum ipsum.est tamen tamen quo ad r es numerata aliud atqꝫ aliud.inquit: omne enim tempus unum similiter est & simul propter unum nunc ut Themi.ait:& ita omnia sunt unum ratione numeri.specie uero, & quo ad res numeratas non simul sunt: & unum. Quod declarat & inquit.nam si sint hi quidem canes:illi autem equi,atqꝫ utriqꝫ septem:idem eorũ est numerus:licet numerata specie differunt:sic & eorum motuum qui simul conterminantur:quia simul desinunt & incipiunt:idem est tempus quo

Expositio

I ad rationem numeri, & si uelocior alter fortasse, sit alter tardior itemq; alter delatio sit, alter alteratio specie differentes: deinde quasi epilogat responsionē: & patet. Auer. āūt declarat hic: ꝙ tempus est numerus cuiuslibet motus attributiue ad primum motum diurnum hac ratione, ꝙ si non esset translatio: non esset alteratio: neq; auctio, neq; generatio, neq; demum aliquis alius motus, esse tamē posset tempus sola translatione siue delatione existente. ulterius si non esset latio circularis uelocior ut motus diurnus: non esset tempus. Tempus igitur & si sit numerus cuiuslibet motus: sit numerus ordine quodam diurni primo, & per se, cæterorum uero quatenus dependent ab illo. Deinde multis interpositis, declarat Auerr. primo: ꝙ tempus non se habet ad motum penitus ut numerus, quia tunc ipsum tempus non esset ens naturale, neq; mobile definibile per motum. Cum esset res mentalis: in cuius definitione non accipitur motus. Secundo declarat ꝙ in definitione temporis non ponitur quilibet motus, quia tunc multiplicaretur ad multiplicationem motuum, ueluti alia accidētia quæ definiuntur per subiecta, ubi enim motus omnis poneretur in definitione temporis, esset illius subiectum: & sic, quot motus, tot tempora. Tertio ait ꝙ dispositio tēporis cum motu est dispositio accidentis cum subiecto, nō cum quolibet motu, sed cum uno tantum uidelicet cū motu cœli: cum alijs uero est dispositio numeri hoc declarat per hoc, quia nos non cognoscimus tempus nisi per motū hoc est, quia nos sumus in esse transmutabili: & hoc non nisi per motum cœli. Tempus igitur est passio huius motus, & talis motus accipitur in definitione eius, qua ratione fit ut tempus sit motus cœli mensura intrinseca uti forma in illo. Cæteros uero mensurat ut numerus extrinsecus, non quatenus per illos definitur, & per hoc tollitur quęstio The. quam mouet in digressione, cuius signum est ꝙ tempus est perpetuum perpetuitate motus cœli, & reciprocum atq; rediturum per circulum ut ille motus: sed de his satis diximus supra.

Quę Auer. comē.131.

K

L

Tex.133. Cum autem delatio sit motus, & huius species sit ea quæ orbicularis. mensureturq; unumquodq; uno quodam sibi congenere: unitates quidem unitatibus. æqui uero æquo: sic etiam tempus quodam definito tempore mensurabitur: atque motu ut diximus: interdum tempus mensuratur motus quoq; tempore: quod quidem est, quia a definiti motus tempore ipsius motus quantitas atq; temporis mensuratur.

Expositio. Auer. exponit: ꝙ Aris. uelit declarare quid sit tempus primum & ꝙ tempus primum sit id quod est affectio primi motus. Themi. uero rectius ut mihi uidetur literam introducit, inquit enim quoniam mensurabilia omnia cognato & congenere aliquo mensurantur: lineæ lineis, unitatibus unitates, cum tempus mensurabile sit, poterit etiam tempore mensurari, illud quale nam sit: in præsentia uestigandam restat. Sic igitur apud Them. Aris. uult declarare, qd est illud tempus, quo & tempora cuncta & motus cuncti mensurantur: tanq; mensura congenere atq; cognata. Illud uero ꝙ expositor ait nullatenus ut uides textui stare potest. Pro declaratione igitur propositæ a Themistio intentionis sumit Arist. ꝙ tempus tempore mensuratur, & motu tempus & motus tempore mensuranē: & syllogismus ē: congener a congenere mensuratur. Tempus tempori & motus motui & tempus motui congenera sunt. igitur tempus tempore, & motus tempore: & tempus motu mensurantur. proponit tamen unam suppositionem, quæ est extra suppositionem principalem, sed facit ad sequentia: uidelicet cum autem delatio sit motus: & huius species sit ea quæ orbicularis: hæc suppositio non seruit nunc: sed sequētibus: deinde tangit maiorem syllogismi: & inquit: mensureturq; unumquodq; uno quodam sibi congenere unitates unitatibus, æqui uero æquo, siue lineæ lineis, infert propositam suppositionem: & inquit: sic etiam tempus quodam definito tempore mensurabitur. atq; motu: (ut diximus.) interdum tempus mensuratur: motus quoq; tempore: quod declarat dicens: quod quidem est, quia a definiti motus & nobis certi tempore ipsius motus quantitas, & temporis mensuratur. Sic igitur habetur ꝙ temporis omnis, & omnis motus quantitas a quodam tempore nobis noto atq; definito mensurari debet.

M

N

Si igitur est primum ipsum cęterorum congenerum mensura uniformis sane conuersio mensura potissimum erit, quoniam numerus huius notissimus est. non autem alteratio, neq; auctio, neq; generatio, cum uniformes non sint: sed ipsa delatio uniformis est: tempus itaq; esse uidetur ipsius orbis motus, quoniam cęteri id genus motus hac mēsurantur, tempus etiam eodem motu.

O

Expositio. His acceptis, infert quid sit omnium motuum & omniū temporum primum tempus: quo & omnes cognati motus, & tempora mensurantur: & uult talē primam mensuram esse conuersionem cœlestem uniformem ut motum diurnum. Tum quia numerus huius. ut uigintiquatuor horæ sit notissimus omnibus gentibus. Tum quia nullus cæterorum motus est uniformis & regularis, nisi sola delatio, & de delatione sola cœli & orbis conuersio, propterea infert tempus esse ipsius orbis motū, cum cæteri id genus motus, & tps hoc motu primo ueluti notissimo mēsuretur.

Quocirca & id accidit, quod consuetum est dici: inquiunt enim humanas res: necnon cæterorū naturales motus ut generationem & corruptionem circulum esse, quod quidem propterea est, quia cuncta hic tempore diiudicantur, atque finem & principium in illo accipiunt: perinde ac si reditu fierent. Videtur etiam tempus ipsum circulus quidam, quod quidem rursus hac ratiōe uidetur, qa talis circulatiōis est ipsum mensura: & a tali etiam circulatione ipsum mensuratur: quare dicere rerū eas quæ fiunt circulum esse, est dicere temporis eē quendam circulum, quod ideo dicitur, quia ipsa circulatione tempus mensuratur. præter enim ipsam mensuram nihil aliud uidetur esse ipsum qd' mensuratur q̄ totum quod est plures mensurę.

P

Expositio. Duæ de ipso tempore fuerunt positiones antiquorum. Vna ꝙ tempus sit mundus ipse uniuersæq; res. Altera ꝙ sit mundi circulatio siue prima orbiculatio. Aristot. igitur nunc eas uerificat, ut inde suam de tempore positionē confirmet. est enim mos Aris. antiquorum positiones, postquā eas confutauerit reducere in bonum, ut inde ueritas magis elucescat. Verificat itaq; primam per hanc rationem, quia humanæ res: & cæterarum motus omnes tempore mensurantur, uidenturq; quasi redire in tempore: non quidem eædem numero, sed specie eædem: quare tempus rerum omnium circulatio diiudicatur. uerificat quoq; secundum, quia tempus est mensura circulationis, & quasi a circulatione mensuratum. modo mensura non uidetur res distincta & præter rem mensuratam cum nihil aliud sit, q̄ totum quoddam ex pluribus mensuris constans partialibus. Sic igitur uerificantur positiones ad sensum uerum, quem ipse de tempore inuestigauit. Mouet hoc Auer. qō nem. nam uidemus ꝙ mensura potest esse interdum uniuoca omnibus mensuris, interdum æquiuoca. Tempus itaq; est uniuoce dictum de omnibus temporibus & de primo tempore an æquiuoce Respondet sub dubitatione, quia nos possumus uno modo dicere ꝙ tempus cōsequitur omnem motum ut passio, & sic multiplicatur ad multiplicationem motuum: eruntq; tempora tot quot motus: & tunc oportet dicere tempus esse æquiuoce siue aualogice dictū de primo tempore, & reliquis temporibus quomodo motus dicitur aualogice de motu primo, & cæteris motibus.

An sit unū tps omniū tēporaliū. Vide Egi. hic.133.

Q

Quę Auer. comēn.135.


A Alio modo dici potest, quod tempus solum consequitur primum motum ut passio, & ad illum comparatur ut passio & ut numerus, ad cæteros uero ut numerus tantum, & sic est uniuocæ dictum. Immo unum numero solum tantum primo motui cõpetentes ut passio atque forma. cæteris ut numerus atque mensura extrinseca. Debes scire quod Auer. nõ se hoc determinat ut uides, sed nos hanc quæstionem superius definiuimus. nunc uero occurrit etiam dicere quod tempus uno modo considerari potest ut numerus. Alio modo ut aptitudo quædam motus, qua ipse est numerari aptus, hoc est ut passio atque affectio motus, qua ipse est numerari aptus: si consideratur ut numerus, sic ubique Arist & Auer. uoluit quod tempus sit primus motus addens siue connotans aptitudinalem, siue actualem rationem mensurãdi: & hoc modo est unum numero omnium, forma quidem & affectio primi motus: cæterorum numerus, si ut aptitudo, cum unusquisque motus ꝓpria ac intrinseca aptitudine sit aptus

B mensurari, tunc erunt tot aptitudines quod motus, sed an hæ aptitudines specie differant, non dicit Auerr. ideo dici potest quod eiusmodi aptitudines possunt considerari in ratione obiectiua, qua uidelicet intelliguntur ut sunt de substantia specie qualitatis, & sic sunt unius speciei, quemadmodum illa species qualitatis. Alio modo in ratione subiectiua, & sic differunt specie ueluti uisus hominis & aquile in ratione obiectiua sunt unius speciei, quoniam ambo sunt de secunda specie qualitatis: & circa idem obiectum specie, in ratione subiectiua, sic differunt specie, sicut anima ab anima: & sic tempus in ratione subiectiua est multiplicatum per motus ipsos, ceu motus ipsi: sed de his satis in q̃stionibus superius dictis.


Tex.134. Dicitur etiam recte numerum quidem eundem esse ouium atque canum: si æqualis sit uterque. Denarium autem non eundem, neque decem eadem esse. quemadmodum neque triangula eadem, quorum alterum equitibium, alterum scalarium est, quan-

C quam eadem est utcunque figura: quoniam ambo triangula sunt: eadem enim aliqua dicuntur in aliquo, cuius differentia non differunt, non in illo cuius differentia differunt. ceu triangulum a trriangulo differentia differt, diuersa enim sunt. non autem figura a figura, sed sub eandem unamue cadunt diuisionem: figura enim talis quidem est cir-

Scalarium.



D



Equitibium.

culus: tale quoque triangulum: & huius, tale quidem est equitibium: tale uero scalarium: hæc igitur eadem sunt figura: trium enim ambo sunt angulorum: non autem sunt idem triangulum: igitur & numerus idem: non enim numerus ipsorũ differentia numeri differt: denarius autem nõ idẽ. ea namque de quibus dicitur: differunt: nam hæc canes sunt illa æqui: & de tempore quidem ipso, & de iis quæ circa ipsum sunt proprietatibus hac cõsideratione dictum sit. E

Expositio. Solutionem datam de tẽporis unitate uult declarare. dictum est enim tempus esse unum in ratione numeri. non autem unum in ratiõe numeri speciei. Debes scire quod hoc quæ Aris. ait duplici exemplo declarari possunt. Primo quia possunt aliqua esse eadem in ratione generis: & in ratione indiuidui generis, quæ differũt specie: ueluti Socra. & Oribasus, ambo enim in ratione animalis, & indiuidui animalis sunt ijdem, qui tamen in specie & indiuiduo speciei differunt, si quidem Oribasus est canis. Socrates homo, sic in proposito septem æqui & septem canes in ratione numeri sunt ijdem, cum ambo cadant sub ea numeri differentia quæ est septenarius: at in ratione indiuidui, & speciei septenarij differunt, si quidem septenarius unus sit (ut ita dixerim) caninus. Alter equinus. Aristo. autem per simile in mathematicis idem ait: scalarium enim, & equitibium in ratione generis & indiuidui generis non differunt, cũ sint ambo figura tribus angulis descripta. In ratione uero trianguli differunt, siquidem hoc est scalarium. illud æqu tibiũ. Secũdo idem potest declarari in sensibus ipsis. uisus enim equi & uisus hominis, ut sub differentia cadunt eius potentiæ quæ est uisus, ambo specie unus sunt, & hoc est esse eadem in ratiõe obiectiua: ut uero hic quidem est humanus, ille equinus hoc est in ratione subiectiua differunt: ad propositum: tempora omnia sub ratione numeri unum sunt, quoniam sub una numeri differentia cadunt: utpote. 24. uel talium numero cadunt: ut uero hic numerus est illius & totus. Ille alterius & totus differunt specie numeri: & ita in ratione generis, & indiuidui generis fortasse omnia ipsa unum sunt numero: in ratione uero speciei differunt: hæc sunt quæ Aris. dixit, quæ translatione ipsa patent. Mouet autem hic Themistius: quæstiones difficillimas: prima est quonam modo tempus numerus sit cæterorum motuum ut alterationis & auctionis. uidetur enim quod non sit numerus. nam tempus est numerus prioris & posterioris in motu, sed his non est prius neque posterius: igitur nec numerus prioris & posterioris. Quod uero in his non sit prius neque posterius, eo argumento patet: quia prius & posterius primum habentur a spatio ac magnitudine, mox in motu qui in ibi exercetur: tum deinde in tempore. cum igitur nulla sit magnitudo aut spatium in auctione & alteratione, iure nec prius esse potest, nec posterius. Immo nec locum ex loco mutant. imo uniuersum sensim alteratur, atque uniuersum paulatim increscit: & licet in auctione quis possit suspicari esse aliquem locum. unde res diuertit, & locum in quem tendit, quia mutatur de minore in ampliorem locum in alteratione tamen & generatione ac corruptione, illud haberi non potest. Hæc est prima quæstio. Respondet Themistius: sub dubitatione: & inquit: quo fit ut tempus aut solum motum localem principaliter mensuret, aut si cæteros quoque mensurat principaliter, certe eo priore, & posteriore non eget, quod spatio situque oritur. Potest igitur dici in omni motu esse inter terminum a quo, & ad quem interuallum quoddam. in motu quidem locali est spatium siue magnitudo, quæ dicitur longitudo, in auctione est spatium siue interuallum quod dicitur amplitudo. in alteratione latitudo: hæc enim similia sunt in spatio in motu locali comparato. Sic igitur in auctione, & alteratione habetur unde possit satio prioris & posterioris sumi: in generatione uero & corruptione: quatenus quidem sunt fines motuum in tempore non sunt: quatenus uero sunt mo-

F

An numerus sit aliqua entitas realis absoluta distĩcta a rebus numeratis. Vide com. q. 7. huius. & ibi multa.

G

Quęstiões Themistii, Prima qõ,

H

Responsio Themistii.

Expositio solutionis Themistii.

I tus in alterationem incidunt. Secundo quærit Themist. si tempus est numerus cuiusq; motus: tunc a nullo motu pendebit essentia temporis. si enim neq; ab hoc, neq; ab illo motu tempus pendet, sane neque a motu simpliciter pendebit. Huic quæstioni ex textu iam patuit solutio. potest enim dici uno modo tempus pendere a primo motu. est enim illius affectio prima: cæterorum numerus. Aut dici potest quòd tempus est affectio cuiusq; motus, & sic ut affectio, non unum tempus est, sed multa tempora sunt. at ut numerus sub indiuiduo generis dici potest unum tantum. hæc sunt in textu satis exposita & Themistius in ultimo capitu. indicat. Tertia quæstio est quonam modo est omnium motuum momentum siue instans nunc unū. aut enim illud est unum genere, aut specie, aut numero. Si genere aut specie, saltem numero plura esse momenta oportebit, si unum numero quonam modo fieri potest, ut rerum numero differentium unum numero accidens, & affectio sit impossibile enim est ut res una atq; eadem nu

K mero insit pluribus: ex alio si momentum non sit unum: tempus omnium motuum non erit unum. Et licet Themistius plura dicat, tandem ad hoc deueniendum est ipsum nunc posse accipi pro ipso primo mobili, quod ideo dicitur nunc, quia inchoat: & finit tempus, & hoc modo ut unus est primus motus, unum primum tempus, ita unum primum nunc. Alio modo sumi potest pro indiuiduo temporis: quo partes temporis copulantur, uti partes lineæ ad punctum iniunguntur, & hac ratione est aliud, atque aliud, unum autem omnium dum est, uti tempus unum est omnium dum est: & breuibus de ipso nunc sentiendum est ut de ipso tempore: ubi enim plura sunt tempora, ita plura essent nunc sumendo pro termino intrinseco partium temporis: ubi unum est numero tempus unum erit eodem modo nunc: & ut tempus est unum numero, ut mensura: ita & ipsum nunc: hic ex textu satis colligi possunt. multa alia addit quæ partim ex nostris quæstionibus partim ex commentationibus textus, perspicua sunt. Hæc

L de quarto satis sint hactenus.

Secūda qō Themistii.

Solutio.

Tertia qō Vide etiā Iand.q.21. huius.

Solutio

Finis quarti.

ARISTOTELIS PHYSICÆ AUSCULTATIONIS LIBER QUINTUS, QUI EST DE MOTIBUS EODEM AUGUSTINO NIPHO INTERPRÆTE, & EXPOSITORE.

Tex. 1.



VTATVR autem omne qđ mutatur, aliud quidem ex accidenti, ueluti cum musicum ambulare dicimus, quatenus id inambulat, cui accidit musicum esse. Aliud uero ex eo, quia si ipsius aliquid mutatur, simpliciter mutari dicitur. Ceu quæ per partes mutari dicuntur. Corpus enim sanatur,

M quia oculus, aut pectus conualuit. Hæc autem partes totius corporis sunt. Aliud est quod neq; per accidens, neq; per partem sed per se primo mouetur, & hoc est quod per se mobile est, quod quidem pro alia, atq; alia motus specie, est aliud, atq; aliud, ut alterabile. Cuius rursus species aliæ sunt, sanabile atq; calefactibile. Similis quoq; est, & in eo quod mouet diuisio, nam aliud per accidens mouet, aliud per partem, hoc est quia ipsius aliquid mouet. Aliud uero per se primo ueluti medicus qdem sanat, manus uero percutit.

Tex. 2.



NTENTIO huius qnti, ut placet Auer. est enumerare species motus per se, ideo primo distinguit mobilia, ut inde colligat quæ per se, quę non per se mobilia dicuntur, post quæ colliget quæ species per se motus: & q̄ non. Huius ordinis causa est, quia cognitio accidentis e cognitione subiecti proficiscitur, & ita cognitio motus, e cognitione mobilis emerget: at in distinguendo mobilia, consequenter etiam mouentia distinguit. sunt enim motiuum, & mobile ad id aliquid, & ita sub una sciā habentur: mobile igitur distinguit, quia aliud est mobile ex accidente, aliud per partem. aliud per se primo, quod quidem mobile per se absolute dicitur, hoc quia nō per accidens mobile est, per se dicitur mobile esse, quia uero non per partem, primo moueri dicitur. Mouens quoq; trifariā dictam est per accidens ut musicum ædificat: per partem ut homo percutit, quia manus percutit per se primo ut medicus sanat. at mobile, per se etiam & mouens diuiditur in species pro alia, atq; alia ratione motus, ut per alteratione alterabile est: per auctionem, augmentabile, per lationem, latibile: & rursus quodlibet horum in species, ut alterabile in sanabile, & calefactibile diuisum est. Auer. autē declarat quatuor in commen. primo declarat quonam modo moueri per partem, & per accidens se habeant: & iste modus reducitur ad illum, qui est per accidens, quatenus est medius inter illud quod est per accidens, & illud quod est per se: pars enim potest moueri per se, quando distinguitur a toto, quod est impossibile ī musica, aut albedine: uult igitur Auer. q̄ esse tale per partem est quasi medium inter pure per accidens. & pure per se, quatenus enim pōt moueri pars per se, cum distinguitur a toto, subit rationē eius quod est per se mobile: quatenus autem mouetur ad motū totius: subit rationē eius quod mouetur per accidens. hoc est primum. Deinde ponit differentiam inter esse tale p̄ accidens & per partem: & inquit, primo enim modo attribuitur motus gr̄a eius quod non est innatum moueri. s. q̄li tatū, ut cum dicimus q̄ musicus currit & medicus scribit. Secundo uero attribuitur gratia eius, quod īnatum est moueri. Est igitur differentia, quia moueri per accidens attribuitur alicui ratione alicuius, quod nullo mō potest per se moueri. ut dictū est musicum scribere uel medicū currere rōne musicæ uel medicinæ, quæ non sunt aptę esse tales: se moueri per partem attribuitur alicui ratiōe alicuius, qđ pōt per se moueri, quia attribuitur toti ratione partis, quę q̄dem a toto separata pōt moueri. Sed hinc obijciunt iuniores: primo, quia elementa propter materiam moueri dicūtur, & tamen materia non est apta moueri. secundo, quia pars separata a toto nō est amplius pars: igitur nō est apta moueri, separata a toto. Dici potest ad primam dictum Auer. esset intelligendum de partibus quantitatiuis cuiusmodi non sunt materia, uel forma, sed manus uel pes. Ad secundam negant sorticolæ partem separatum a toto posse moueri, sed bene concedunt id quod est pars separatum a toto posse moueri: & sic loquitur. Auer. hoc est secūdum. Deinde. & isti tres. declarat in quibus hi modi apparent aperte: & inquit: & isti tres modi inueniuntur in eis q̄ mouentur in loco et in alteratione manifeste uidelicet id quod mouetur p̄ accidens: & gratia partis, & per se: in alijs sup. inueniuntur, sed non ita manifeste; quia id quod augetur, semper uidetur augeri totum, similiter & id quod generatur. hoc est tertium. Deinde Auerr. soluit dubitationem, nam Arist. in octauo fecit diuisionem bimembrem uidelicet: q̄ mobile quoddam per se mouetur: quoddam per accidens. & per se ulterius aut per se primo, aut per partem, hic autem fecit diuisionem trimembrem, & non subdiuisit per se, igitur contradictio. Respondet, & inquit, & motum per se diuiditur in duo, sed Arist. non indiget in hoc loco diuidere motum per se in hæc duo, sed in septimo, & octauo fecit hoc, & contentus est his tribus modis. s. moto per accidens, & per partem, & per se, ad declarandum q; sermo eius non est nisi de moto per se. quoniam nulla ars considerat

N

Cognitio motus resultat a cognitiōe mobilis.

O

Quę Auer. commēt. 1. Primum

An illud q̄ est cōtinctū mouiri p̄ se sit mo uēs p̄ accidēs. Vide Iād.q.1.h[9]. Secundum

P

Obiectiones.

Solenes.

Tertiū

Q

Quartū

A derat de moto per accidens: est igitur responsio q alia ratione considerat hæc in octauo & septimo: & alia hic. in octauo enim considerat hos tres modos gratia mobilium: ut sciat quæ per se, quæ alio modo mouentur, ut soluat quæstionem de grauibus & leuibus: ideo fecit diuisionem illo modo: at hic considerat de his, quatenus sumat ea quæ per se mouentur, quia ea quæ sunt per accidens sunt præter artem & scientiam: & ita patet solutio. Hæc ex com. primo.

Declaratio textus.

Quo uero ad uerba attinet, debes scire q sunt quædam affectiones, quæ denominando partem: possunt totum denominare, ut crispitudo & strabositas: & id genus: est enim homo strabus ratione oculi, qui strabus est. Crispus uero ratione capillorum, qui sunt crispi. Aliæ quæ denominando partem, non sufficiunt denominare totum, ut albedo. Dentes enim ethiopis albi sunt, non autem ethiops. Propter hæc Aris. dixit. (aliud uero ex eo, quia si ipsius aliquid mutatur simpliciter mutari dicitur.) quasi uelit id esse tale per partem, quando id quod partem denominat, ipsum totum potest denominare simpliciter: ut quia oculus sanescit corpus sanatur simpliciter. Vlterius Auer. commen. secundo obiter ponit differentiam inter artem & naturam, ex eo quia ars non agit per se in subiecto in quo est per se. at natura ipsa sic. Medicina enim per accidens agit in medico, in quo est per se, sed grauitas per se mouet graue, sed de his in secundo huius: commento tertio. Quærunt hic recentiores utrum quilibet motus habeat proprium subiectum diuersum a subiecto cuiuslibet alterius motus. exoriri quæstionem hanc asserunt ex eo: quia Aris. inquit in alia & alia mutatione esse aliud & aliud mobile primum. Sed quicquid sit de quæstione in se, & eius ueritate: hæc nullatenus ex litera exoriri uidetur: Aris. enim cum concluserit quid sit ipsum per se mobile, docens ipsum in species multiplicare: inquit, quod quidē pro alia atque alia motus specie, est aliud atque aliud, ut alterabile, cuius rursus species aliæ sunt, sanabile atque calefactibile. Ex quibus patet Ari. nihil de subiecto motus explicasse, & ita quæstio hæc ab re uidetur omnino. De ueritate uero quæstionis, licet plures sint modi soluendi tamen unus est peripateticus, uidelicet q cuiusque accidentis duplex est subiectum denominationis: & inhærentiæ siue informationis: subiectum quidem denominationis musicæ musicum est, caliditatis calidum, & id genus. Inhærentiæ uero musicæ subiectum anima uel homo est: caloris uero lignum, ulterius subiectum denominationis bifariam dicitur, aut actu ut caloris calidum, aut potestate ut calefactibile, tunc dici potest, q subiectū inhærentiæ omnium motuum esse potest unum numero, ut perspicuū est, subiectum uero denominatiōis siue actu, siue potestate est aliud, atque aliud, alterius atque alterius speciei motus, ut caloris calidum uel calefactibile, frigiditatis frigidum uel frigefactibile. Hæc peripatetice.

B Quæ Auer. cōmē. 2.

Quæstio iuniorum. Vide Burl. hic.

Quod quō nō sit ad propositū.

C

Solutio quō nis in se.

D Tex. 3.

Cum autem sit aliquid quod primo mouet, & aliquid quod mouetur: & tempus in quo, & præter hæc, id ex quo, & in quod (omnis namque motus ex aliquo in aliquid est: quippe cum aliud sit id q primo mouetur: & id in quod, atque ex quo mouetur, ueluti lignum, & calidum, & frigidum: quorum quidē aliud est quod, aliud ad quod, aliud ex quo mouetur) perspicuum est motum ipsum in ligno esse. Et non in forma, neque enim forma, neque locus neque etiam ipsum quantum mouet aut mouetur.

Tex. 4.

Sed id quod mouet est mouens: & quod mouetur, est mobile, & id in quod mouetur, est terminus motus. Magis tamen id in quod quam id ex quo motus est, mutari dicitur, quippe cum corruptio mutatio sit ad id quod non est: & si id quod corrumpitur, ex ente mutetur, generatio uero ad ens, & si ex non ente.

Expositio. Introductio Auer. cōmen. 3

Placet mihi introductio Auer. cum ex docto Themistio sit excepta uidelicet, q cum Arist. distinxit illud quod est p se ab eo quod est per accidens in motore, & moto, nunc incipit enumerare requisita ad motum, ad declarandū cui eorum motus attribuatur per se, ut hinc species motus per se nanciscatur. Et iuxta doctissimum Themistium, sensus literæ est, cum quinque res ad functionem omnis motus habeantur: mouens, quod mouet: tempus in quo fit motus, diuerticulū siue terminus a quo unde motus accepit. itemque id in quo procedit, quæri solet in quo nam ex ijs constituere motum oporteat. Soluit itaque Arist. q cum motus eē nō possit in re mouente, neque in tempore, neque in eo unde soluit reliquum igitur est ut motus, aut in ipsa re sit, quæ per se mouetur, aut in formis & accidētibus in quæ abitio est. Hæc Arist. breuibus apud Themist. inquit, cum autem sit aliquid quod primo mouet, ut unde motus primo proficiscitur, & aliquid quod mouetur ut subiectum, & tempus in quo motus est uti in mensura: & præter hæc id ex quo motus procedit: & id in quod motus desinit hic est suspensio, quæ desinit ibi perspicuum est motum ipsum in ligno hoc est in eo esse quod mouetur, non in forma, uel aliquo alio illorum quinque. sed antequam suspensionem determinet, declarat illa quinque esse ad modum diuersa: & inquit: omnis enim motus ex aliquo in aliquid est uti inter res diuersas, quippe aliud sit id quod primo mouetur: & id in quod atque ex quo mouetur: ueluti lignum, & calidum & frigidū, quorum quidem aliud est quod ut lignum, aliud ad quod ut calidum, aliud ex quo mouetur ut frigidum: hic terminatur suspensio propterea subdit cōclusionem, & inquit. Cū hæc quinque sint, perspicuum est motum ipsum in ligno esse, & non in forma, neque enim forma, neque locus, neque etiā ipsum quantum mouet aut mouetur, sed id quod mouet, ē mouens, & quod mouetur, est mobile, et id in quod mouetē est terminus motus, dixit autem forma pro generatiōe uel alteratione dixit locus pro latione, dixit quātum pro auctione. Addit tamen q licet terminus ad quem non mutetē, inquit, quasi soluendo tacitā dubitationem, magis tū id in q, quā id ex quo motus est, mutari dicitur, quippe cū corruptio mutatio sit ad id q nō est, & si id q corrūpitur ex ente mutetur: generatio uero ad ens mutatio fit, & si ex nō ente sit mutatio. Sic igitur licet neuter terminorum proprie mutari dicatur, tamen minus improprie terminus ad quem mutari dicitē. Hæc Arist. Quo uero ad uerba attinet ut Auer. innuit, debes scire q Auer. dixit aliud esse per se siue primo id quod mouetur ab eo ad quod mouetur, uel ex quo mouetur quia per accidēs possunt coincidere, potest enim per accidens id ad quod mouetur, esse quod mouetur. ratione subiecti in quo est, sicut dicimus musicum currere, quia animal currit cui accidit, sic dicimus id ad quod mouetur calefieri, quia id cui accidit calefit, & similiter dici potest de eo ex quo mouetur. Vlterius ut Auer. ait præter misit tempus & mouens, & enumerauit illa tria, uidelicet subiectum & duos terminos, quia substantia motus constituitur ex his tribus causis uidelicet subiecto termino a quo, & termino ad quem, & non numerauit motorem aut tempus, quia tempus est de accidētibus eius, & motor de causis extrinsecis. Sed dices, formæ simplicis nihil est intrinsecum. Modo motus est forma simplex. Quidam intelligunt illa tria esse intrinseca motui quo ad essentialem definitionem. est enim motus actus entis in potentia quatenus in potentia de termino a quo ad terminum ad quē.

E

Quę The.

F

G

Quæ auer cōmē. 3.

An ad unitatē numeralem motus requirātur unitas mobilis uni-

H

tas tēporis et termini ad quē. Vid Mag. q. 2 huius.

Sed hęc responsio stare non potest, quia etiam motor est de ipsius motus definitiōe. est enim motus actus motui, & mobilis: similiter & tempus, nam ut dixit Auer. commen. 6. huius tertij: per illam particulam secundum quod in potentia, apparet successio in motu, modo successio est in tempore.

Propriaū.

Propterea dici potest motum esse acceptum pro forma fluente, nam sic terminus a quo, & terminus ad quē sunt partes motus, ex eo quia motus habet aliquid de termino e quo, & aliquid de termino ad quem: subiectum uero est materia illius saltem in qua. quare hæc tria sunt motui intrinseca. Addit ulterius Auer. q licet hæc tria motui attribuantur intrinsece, tamen ipse motus magis mobili attri-

I buitur, quam terminis, quia mobile ipsum disponitur per motum, & post mobile attinet magis ad terminum ad quem quia terminus ad quem est finis motus, demum post hoc attinet termino e quo, cum res mota ab illo separetur. ergo dignius in motu est mobile, deinde terminus ad quem demum terminus e quo. Hæc ex commento.

Tex. 5. Quanquam igitur quid est motus prius dictum sit. Et formæ, & affectiones, & locus, ad quæ mouentur ea quæ mouentur, immobilia sint, ueluti scientia & caliditas, etiam dictum sit: tamen dubitauerit quispiam si affectiones sunt motus, uel ne dico affectiones ut albedo ipsa est: nam ad motum erit mutatio: an fortasse non albedo est motus, sed ablatio.

Expositio. Consequenter soluit dubitationem, resumit tamen prius ea quæ partim ex tertio libro, partim hic patent, & inquit:
K Quanquam igitur quid est motus prius patuerit ex libr. tertio & formæ, & affectiones: & locus ad quæ mouetur ea quæ mouentur immobilia sint ueluti scientia & caliditas, etiã sup. dictum sit: nunc in isto lib. quinto, tamen consequenter ad dicta dubitauerit quispiam si affectiones sunt motus uel ne, & exponit affectiones dicens. Dico affectiones ut albedo ipsa est, & id genus, oritur autem dubitatio quia si affectiones non mouentur, uidentur esse motus. Contra tamen obijcit, quia si sint motus, ad motum erit mutatio, nam ad affectiones est mutatio. affectiones sunt motus. igitur ad motum erit mutatio. Soluit & inquit: an fortasse nõ albedo motus est, sed albatio ipsa est motus: & ita affectiones nec sunt motus, nec ea, quæ mouentur: sed termini ad quos sunt motus ipsi. Hæc ex dubitatione colligere uult Arist. Quo uero ad uerba attinet. Debes scire ut Auer. innuit quod motus est in substantia generatio uel corruptio, in
L quanto auctio uel imminutio, in loco latio, in qualitatibus siue affectionibus alteratio. Propterea & formæ pro generatione & corruptiõe: & affectiões, pro alteratione et auctione, nam quantitas ad quam auctio est, & qualitas ad quã alteratio est: affectiones sunt, & locus pro latiõe dicta sunt in litera. Vlterius Auer. reddit causam quæstionis cur uidelicet affectiones ut qualitates motus uidẽtur: & ait hoc esse, quia tales affectiones uariantur secundum magis & minus, propterea motus esse uidentur.

Est autem etiam in illis & id quod est per accidẽs & id quod est per partem siue per aliud, & id etiã quod primo & non per aliud est: id enim quod dealbatur ad id quod intelligitur, mutatur per accidens: colori enim accidit ut intelligatur. Ad colorem autem, quia album pars est coloris, & in europam, quia athene pars sunt europe: ad colorem au
M tem album per se. Quonam igitur modo per se quippiam moueatur, & per accidens, & per aliud, & quonam modo idem primum est in mouente, & mobili, & quonam motus non in forma sit, sed in mobili atque eo quod mouetur actu, perspicuum modo est.

Expositio. Hactenus quod affectiones termini sint, per solutionem dubitationis dictũ est, cõsequenter declarat talibus in terminis ad quos esse illa tria, quæ erant in mobili & mouente, uidelicet per accidens: per partem, & per se primo: nam id quod dealbatur ad quod intelligitur, mutatur per accidens, colori enim accidit ut intelligatur. Ad colorem autẽ supple motus est, quia est ad album quod pars est coloris. & in Europam latio est, quia est in athenas, quę pars sunt Europæ: at ad colorem album per se primo: igitur illa tria sunt in motu ex parte mobilis, motoris et termini ad quẽ. prætermisit diuisiones has penes terminum e quo, & tempus, quoniam magis motus sortitur speciem a termino ad quem, uel quia patet ex suo simili, quod est id ad quod. Tẽpus uero est res extrinseca a motu, propterea diuisiones hę in motu solum ex parte mobilis mouentis, & termini ad quem colliguntur. Aut forte prætermisit diuisionem hãc in tempore, quia tempus non denominatur a motu, ut alia quatuor. mouens enim a motu denominatur, quia mouet. mobile quia mouetur, terminus ad quẽ, quia in ipsum mutatur, e quo autem quia ab eo mutatur: tempus autẽ a motu nulla ratione denominari uidetur. Quo uero ad uerba attinet. Auer. uult formam trifariam accipi communiter, & sic est communis ad substantiales atque accidentales formas. si proprie, est communis ad tria qualitatem uidelicet quantitatem, & substantiam, et non ad locum, qua ratione dici solet motum esse ad formam alium. Alium ad locum. si magis proprie, tunc solum pro forma substantiali accipitur. Tunc ad rem, dum dixit: formæ & affectiones, sumpsit uerbum formæ pro substantialibus formis, dum uero in epilogo dixit, non in forma, sed immobili, accepit communiter pro quoddam communi ad substantiam qualitatem, & quantitatem: atque locum. Hæc de primo. De secũdo uero uult Auerr. ipsum primum esse sumptum pro primo essentiali, ut in lib. poste. accipitur: & sic est id quod est tale neque per accidens, neque per partem: hęc de secundo, quę in epilogo dicit, patent. N O

Quæ attinẽt cõmẽ. 5. An formæ possit dici mobilis Vide Gẽ deã Eleul lec. i. hui.

Tex 6. Mutatio igitur ea quæ ex accidente est, prætermittatur, nam & in omnibus, & semper, & omniũ est. Ea uero quæ non ex accidente est, non in omnibus est, sed in contrariis, & mediis, & contradictoriis. Cuius quidẽ rei ex inductione fides emergit.

Expositio Duo hactenus declarauit, & quod motus ipse per quinque constituitur uidelicet motorem, mobile, terminum a quo, & terminum ad quem, & quod illa diuisio reperitur in motu ex parte triũ mobilis motoris, & termini ad quem, nunc de quonam motu sit agendum, proponit, & inquit, mutatio igitur ea, quæ ex accidente est, prætermittatur, nam & in omnibus uidelicet terminis indifferenter est, & semper hoc est & omni tempore: & omnium uidelicet subiectorum indifferenter. Animaduerte quod calefactio, quæ per se est ad calidum, est per accidens in omnibus terminis, quia ad album, ad durum, ad dextrum, & omnium substantiarum, quia mutatio ad album per accidens potest esse calefacibilis augmentabilis & cæterorum. est semper quia est ad albũ ad durum, ad dextrum, & sic semper indeficienter. Et ita uidetur quodam modo indeterminata ac infinita tam ad terminos, quam ad tempus, quam ad subiectum: ea uero quæ non ex accidente est, non in omnibus est indifferenter, sed solum in contrarijs, & medijs: & contradictorijs. Cuius quidem rei fides ex inductione emergit. Sic igitur prætereunda est mutatio per accidens, quia est extra artem demonstratiuam. Quo uero ad uerba attinet ut Auer inquit: per accidens sumptum est hic communiter pro genere ad id quod est per accidens, & per partem: utraque enim est extra artẽ. ut dicit Auer. dixit autem in contrarijs, & medijs propter alterationem, auctionem, & lationem. dixit & cõtradictorijs propter generationem, & corruptionem. Sed ambigestnam id quod competit per partem non uidetur esse infinitum, quoniam ita homo per oculos est strabus, quod non per aliud: igitur per partem tale non est abijciendum ab arte, & sic errauit Auer. Respondent quidam Aris. & Auer. accepisse tale per partem, quando ratione partis non competit simpliciter toti: & ita partes uidentur infinitæ esse. P Q

Quæ Auer. cõ. 6.

Dubitatio

Responsio prima.

Sed hæc responsio est friuola, quia tunc Aris. in tam breuibus æquiuocasset de parte: nam accepit prius per esse tale per partem, quando ratione partis competit toti simpliciter, & nunc accepit aliter: & ita esset æquiuocum. Propterea non mihi placet expositio Auer. nam tale per partem, eo modo quo accepit Aristo. intrat artes & scientias, & eo utetur Arist. in octauo, propter quod melius uidetur Arist. accepisse per se ut commune tali per partem: & tali primo, quia sic ualet ratio eius.

Cõfutatio

Expositio propria.

Fit autem e medio mutatio, quia utimur ipso ut contrario ad utrũque, est enim medium quodã modo ipsa

A do ipsa extrema. Quocirca & hoc ad illa, & illa ad hoc contraria quodammodo dicuntur, ueluti inter fides quæ media est grauis dicitur ad ultimã. Ad primam uero acuta. fuscum etiam album ad nigrum dicitur, & nigrum ad album.

Dictum est mutationem esse in contrarijs contradictorijs & medijs. ipsam igitur esse in contrarijs & contradictorijs nunc supponit, quia postea declarabitur, & declarat ipsam esse in medijs, & inquit. fit autem è medio mutatio, quia utimur ipso ut contrario ad utrunq;. est enim medium quodã modo ipsa extrema. quocirca & hoc medium ad illa contraria, & illa contraria ad hoc medium quodammodo contraria sunt. contrariatur enim fuscum albo ratione alterius cõtrarij utpote nigri, & econtra album fusco ratione nigri, & quæ dicit, patent. Sic igitur mutationem esse à medio per hæc patet. Auerro. autem illam propositionem. omnis motus est de contrario in contrarium dupliciter exponit. Vno modo de contrario proprie in contrarium proprie, & hoc, quia omne id de quo est motus, est aut extremum, aut medium. si extremum: sic est de contrario in contrarium. Si de medio, cum in medio sint ambo extrema partim actu partim potestate, ea ratione qua in medio est alterum extremorum: motus est de contrario in contrarium. uerbi causa. motus qui est de pallido in album: ea ratione qua in pallido est nigrum partim actu partim potestate: est de cõtrario in contrarium: hoc est de nigro in album. Dico extrema esse in medio partim actu, partim potestate, quia nec sunt ibi actu simpliciter: nec potestate simpliciter: non actu simpliciter, quoniam forma quæ est simpliciter actu in aliquo denominat simpliciter illud. Modo illud quod est simpliciter pallidum: nec est simpliciter album: nec simpliciter nigrum: nec simpliciter potestate, quia forma quæ est in aliquo secundum potestatem simpliciter: secundum nihil sui est in illo actu. Modo in pallido est aliquis gradus albi, & aliquis gradus nigri. Quare extrema sunt medio modo in medio: non simpliciter actu: nec simpliciter potestate, quatenus nec simpliciter denominant illud: nec sunt ibi pœnitus potestate, sed per aliquid sui. Hæc est prima expositio. Alio modo exponi potest capiendo contrarium large pro quodam communi ad extremum & mediũ. qua ratione omne disperatum dicitur contrarium, & hoc modo exponendo omnis motus est de contrario in contrariũ, & iuxta hanc expositionem non oportet concedere in medio esse extrema: nec intrare illam difficultatem. Et propterea hæc secunda expositio est melior. hæc de secunda expositione. Vtrum uero in medio sint extrema: postea disputabitur.

B


Quæ auer. cõmẽ. 6.

C

Tex. 7.

D Cum autem omnis mutatio e quodã fit in quodam, ut ipsum quoq; nomen indicat: nam post aliquid, aliquid atq; hoc prius illud posterius significat, fit ut id quod mutatur quadrifariam mutetur. Aut enim e subiecto in subiectum, aut e non subiecto in non subiectum, aut e non subiecto in subiectum, aut e subiecto in non subiectum mutatur. Dico autem subiectum, quod affirmatione significatur. Quare ex his quæ nunc dicta sunt tris esse mutationes necesse est, & eam quæ est e subiecto in subiectum, & eam quæ est e subiecto in non subiectum, & eam quæ e non subiecto est in subiectũ. quippe cum e nõ subiecto in non subiectum nulla sit mutatio, qa per oppositionem non est: neq; enim contraria: neq; contradictoria est.

E



F

His suppositis tanquam principijs: nunc quot sint species mutationis concludit. sumit autem rursus ad hoc duo: alterum quasi sequens ad alterum, & inquit. cum autem omnis mutatio è quodam fit in quoddam: quemadmodum uel clarissime nomen ostendit: nam hoc nomen græcum metabole: latine mutatio ex ui nominis significat post aliquid esse aliquid, & aliud esse prius: aliud posterius, quod esse nõ potest nisi sit è quodam in quoddam, & ita suppositio patet. hoc est primum. hinc sumit secundum suppositum consequenter, & inquit. fit ut id quod mutatur hoc respectu quo mutatur è quodam in quoddam quadrifariam mutetur. Aut enim è subiecto in subiectum, aut è non subiecto in non subiectum, aut è non subiecto in subiectum, aut è subiecto in non subiectum mutatur. pluribus enim modis multiplicari non possunt duo termini oppositi ut declaratur secundo topico. & quoniam uerbum hypocimeaon græce latine subiectum: aliquando apud græcos, sicut apud latinos accipitur in usu pro materia quæ actu formam sustinet: ne sit nominis confusio. inquit. dico autem subiectum id quod affirmatione ostenditur, & ut supplet Themistius. affirmationem appellat ut album, ut nigrum, ut feruidum, ut glaciale, & id genus, & breuiter subiectum uocat quicquid euidens est: atq; ipsa re constat. qua ratione euenit ut non subiectum signabit negationem: si subiectum nobis affirmationem signat. hæc Themistius. Animaduerte quòd cum apud Aristote. hypocimenon subiectum uel obiectum dicatur: possumus dicere quòd Aristoteles per subiectum intelligat materiam sub esse actuali: non subiectum materiam sub priuatione, & sic non aliter subiectum: hic & in posterioribus accipitur, & hoc tenet Themistio. si uerba consideremus, & hæc est secunda suppositio. Tunc ex his inquit. quare ex ijs, quæ nunc dicta sunt hoc est ex quatuor ijs generibus: tres mutationes haberi necesse est. Prima est quæ incipit à subiecto in subiectum: hoc est incipit ab affirmatione in affirmationem. Secunda est è subiecto in non subiectum: hoc est quæ incipit ab affirmatione, & desinit in negationem. Tertia est è non subiecto in subiectum: hoc est quæ controuersim huic respondet à negatione in affirmationem. Quartum genus transmutationis uidelicet, quod est à negatione in negationem constare non potest ea ratione quòd non circunsistitur oppositis: non enim opposita sunt non subiectum, & non subiectum: cum uterque terminus negatio sit: neq; contradictoriæ, quia alterum oportet esse affirmationem. neq; contrarie, quia ambo oportet esse affirmationes. Sic igitur tres sunt species mutationes per se. Sed dices. nonne cum trãsmutatio est è nigro in album: est et è non albo in non nigrum. igitur è non subiecto in non sub-

G

H

Quare ex non subiecto in non subm non dr esse mutatio. Vide Egi. hic Dubitatio.

I iectum. Dici potest id esse per accidens: est enim è non albo in non nigrum mutatio, quatenus est è nigro: cui accidit non album esse, in album: cui accidit non nigrum esse. Modo id quod est per accidens in aliquo genere: nõ potest esse species illius generis: propterea è non subiecto in non subiectum non põt esse aliqua mutationis species. Auer. autem ultra textum persuadet primam suppositionem, & inquit, & est bene manifestum per se quòd omnis trãsmutatio est de aliquo in aliquid, quoniam dum res fuerit in eadem dispositione non erit transmutatio. propterea dum aliquid transmutatur, oportet ut varietur de dispositione in dispositionem, & ita illa suppositio est uera. Quo uero ad se-

Solutio

Quæ auer. cõmẽ. 7.

K cundam suppositionem, & intelligo per non esse, quod indicatur per non subiectum: non esse in actu, quod est esse in potentia, & uniuersaliter non esse, quod est proprium primæ materiæ: non negationẽ simpliciter. negatio enim simpliciter significat non esse simpliciter hoc est priuat tam eẽ actu quàm est potestate, quod uocatur simpliciter nihil ut hyppocẽtaurus, & id genus. Modo non esse hoc modo simpliciter non recipit transmutationẽ: nec ut terminus è quo: nec ut subiectum, & ita patet per subiectum intellexisse esse per non subiectum intellexisse non esse actu, & quoniam non esse est priuatio, & priuatio multifariam accipitur, ut in prædicamentis dicitur: ne sit nominis confusio explicauit quid per esse siue subiectum & quid per nõ esse siue nõ subiectum sumit: ne ut dicit Auer. aliquis intelligat aliquã priuationem illarum quæ numerantur in prædicamentis. Hæc Auerro.

Ea igitur mutatio quæ per contradictionem è nõ subiecto est ad subiectum: generatio est. Alia quidem simplex, quæ simpliciter est, alia uero quędam quæ est cuiusdam. quemadmodum ea quidẽ quæ

L è non albo ad album est, generatio est huius. ea uero quæ est ex non ente simpliciter ad substantiam: generatio simpliciter est, qua quidem simpliciter fieri, & non aliquid fieri dicimus. Ea uero quæ ex subiecto ad non subiectum est, corruptio est, simpliciter quidem ea quæ est è substantia ad ipsum non esse. Quædam autem ea quæ est ad negationẽ oppositam, ut in generatione dictum est etiam.

Expositio.

His modo ostensis nomina speciebus adijcit, & species adhuc subdiuidit, & inquit. ea igitur mutatio quæ est per cõtradictionem è non subiecto ad subiectum. generatio est, & hæc duplex quatenus esse & non esse sunt & simpliciter & secundum quid alia quidem simplex, quæ est simpliciter ex non esse ad esse simpliciter. Alia uero quædam, quæ est cuiusdam: hoc est ex ente secundum quid ad ens secun-

M dum quid. quemadmodum ea quidem quæ è non albo ad album est, & uniuersaliter in accidentibus generatio est huius, & secundum quid. Ea uero quæ ex non ente simpliciter ad substantiam. generatio simpliciter est: cuius rei causam asserens. inquit. qua quidem simpliciter fieri, & non fieri aliquid dicimus, & sic generatio simpliciter est, qua aliquid simpliciter fieri dicimus, ut in substantia. generatio secundum quid est qua dicimus fieri album uel nigrum, ut accidente. similiter & econtra ea quæ ex subiecto ad non subiectum est. corruptio est, simpliciter quidem ea quę est è substantia ad ipsum non esse simpliciter. quædam autem ea quæ est ad negationem oppositam, ut in generatione dictum est etiam. sunt igitur duæ mutationis species. generatio & corruptio, quarum quælibet est, aut simpliciter, aut secundum quid. in substantia quidem simpliciter. in accidẽtibus uero secundum quid. Auerro. autem docet in commen. reducere has species inter se: nam ea transmutatio, q̃ est de subiecto in subiectum hoc est de contrario in contrarium: etiam quatenus est è non subiecto in subiectum hoc est à priuatione ad habitum est reducibilis ad genera-

Quæ Aũ. cõmẽ. 8.

N tionem, & ita motus reducitur ad mutationem: huius causa est, quia quæ opponuntur, ut inquit. ipse secundum contrarietatem: etiam opponi possunt secundum affirmationẽ & habitum: atq; affirmationem & negationem, & ita patet motum reducibilem esse ad mutationem, quatenus termini motus reduci possunt ad terminos mutationis. Sed ambigunt, quia tunc species mutationis non essent oppositæ, quia ut dictum est una collocatur sub alia. Secundo tũc motus esset generatio, & ita subitaria mutatio. Quidam respondent quòd generatio & motus differunt pœnes terminos primos, & non pœnes terminos per accidens siue secundarios. est igitur generatio quæ per se primo est: è nõ subiecto in subiectum. corruptio uero per se primo econtra. motus uero est è subiecto in subiectum per se primo,

Dubitatio Vide burl. hic

Prima rñ.

O & sic differunt. Sed obijciunt quidam. primo authoritate Auerro. primo huius. commento. 44 ubi uelle uidetur omnem transmutationem esse per se, & primo de contradictorio in contradictorium, siue de priuatione in habitum. Secundo forma & priuatio sunt cuiuslibet transmutationis, prima principia. igitur omnis transmutatio est inter priuationem & habitum uti inter terminos primos. Propter hæc dicunt omnem transmutationem esse inter priuationem & habitum uti inter terminos communes. at speciatim sic differunt, quòd termini immediati generationis & corruptionis sunt priuatio & forma siue habitus. Motus uero forma & forma: siue subiectum & subiectum: siue affirmatio & affirmatio sunt termini immediati. videtur tamen mihi quòd utraque responsio sit bona, & pro mente Auerro. Prima quidem pro mente eius infra commen. 51. &. 55. Secunda uero pro mente eius. primo huius. commẽ. 44. Ratio uero contra primam nulla est, quoniam forma & priuatio sunt primi termini: non cuiuslibet transmutationis, sed generationis & corruptionis, & cuiuslibet transmutationis, ut generatio & corruptio est. Ad secundam tenẽt quidam quòd illa diuisio in transmutationem simpliciter,

Obiectiões

Secũda rñ.

Propria solutio.

Prima sol. ad secundã

P & secundum quid: non est subdiuisio generationis & corruptionis, sed est una diuisio de per se, sunt enim duæ diuisiones non subalternæ. iuxta quod uolunt generationẽ & corruptionem accidentis posse esse motum successiuum, & nõ subitariam mutationem. Sed hæc solutio stare non potest. nam Aristote. plane in litera subdiuidit illa prima mẽbra. Propterea dicerem generationem secundum quid & uniuersaliter omnem generationem esse subitariam, & motum ipsum ut inter terminos contrarios esse successiuum ut inter terminos contradictorios esse subitarium, & tu in hoc considera, quia multa diximus in libro de generatione, & in libro de substantia orbis. Sed occurres primo quam ob causam motus ut intelligitur inter terminos contradictorios est subitaria mutatio, ut autem inter terminos contrarios, est temporaria. Præterea secundo nunquid ratio illa qua motus intelligitur esse inter terminos contradi-

Cõfutatio

Q ctorios correspondeat rationi, qua intelligitur esse inter terminos contrarios, & si non: tunc non potest una met mutatio intelligi illa duplici ratione, & si sic: tunc indiuisibile æquaretur diuisibili. Vlterius Auerro. reddit causam: quare in substantia non est nisi una species transmutationis uidelicet inter affirmationem & negationem. In accidente uero utraq; uidelicet inter terminos positiuos, & terminos priuatiuos. Innuit causam esse, qa in substantia non est contrarietas. Propterea oĩs mutatio est inter terminos priuatiuos. in accidente uero est utraq;, quia possunt & termini utroq; modo assignari, & priuatiui, quatenus ens & non ens sunt communes termini omnibus prædicamentis, & contrarij, quatenus accidens hoc uel illud est cõtrarium huic uel illi. Tertio. Auer. reddit causam cur hæc generatio dicitur simpliciter, ut in substantia. illa secundum quid ut in accidẽte, & uult transmutationẽ nancisci nomen à termino ad quẽ, & qm̃ esse, & nõ esse bifariã sunt. simpliciter ut esse subẽ, & secundum quid ut esse accidentis: iure ea mutatio quæ est ad substantiam: simpliciter dicetur, quæ ad accidens, secundum

An forma substãtialis inducatur subito. Vide gły deñ esc. lo 2. huius

dum

A dum quid.idem etiam & de corruptione dici potest. nam ut inquit ipse in calce commenti ea transmutatio quæ est de ente in non ens, est duobus modis. nam quæ fuerit in essentia indiuidui demonstrati uidelicet indiuidui de genere substantiæ: donec fiat illud non indiuiduum hoc est sub priuatione simpliciter illius, corruptio simpliciter dicitur. cum autem fuerit in aliquo accidente. donec fiat non illud accidens hoc est sub priuatione accidentis dicitur corruptio aliqua hoc est secūdum quid. Sic igitur per priuationem intelligit & negationem intelligit idē, & per affirmationem intelligit esse. Hæc Auerro. in præsenti cōmento. Sed occurres quia nulla uidetur generatio simpliciter, quia si qua esset, maxime esset illa qua ignis uel substantia fit: at hæc non est, quia per hanc non dicitur materia fieri uel non fieri, quemadmodum in illa non dicitur lignum fieri uel non fieri si fit album. Nec dici potest illam esse simpliciter, quia ignis fit simpliciter, quia etiam hæc dicitur simpliciter, quia album fit simpliciter. Respondet Auerroes illam dicitur simpliciter, quia ignis fit ens simpliciter: hanc uero secundum quid, quia album fit ens secundum quid, quia fit accidens, quod ens secundum quid est.

B

Tex. 8.

Si igitur non ens plurifariam dicitur, & neq; id moueri potest, quod in compositione uel diuisione conspicitur. neq; id quod potestate est, quod q̄dem ei opponitur, quod simpliciter actu est, fit, p̄fecto ut id quidem quod est non album, aut non bonum: per accidens moueri similiter potest. nam potest id homo esse, quod est non album.

Expositio.

Nunc ostendit nec generationem nec corruptionem esse motum, & hoc per duas rationes, quarum prima est, quod simpliciter non est hoc aliquid: non potest moueri, quia quod non est non mouetur, sed quod generatur simpliciter non est hoc aliquid. igitur quod generatur: nō mouetur, & per consequens generatio non est motus. Ad huius rationes euidentiam: primo concludit maiorem hypothetice, & inquit. Si igitur non ens plurifariam dicitur. utpote pro mendacio siue falso, & pro ente in potentia, quod non est ens actu, & pro non ente tali, quod est ens simpliciter, & neq; id moueri potest, quod in compositione uel diuisione conspicitur. neq; id quod potestate est, quod quidem ei opponitur quod simpliciter actu est: fit profecto, ut id quidem quod est non album, aut non bonum, hoc est nō ens secundū q̄d quod est ens simpliciter, per accidens simpliciter moueri possit. nam potest id homo esse & ens simpliciter quod est non album, & non ens secundum quid. Sic igitur uult habere nullum nō ens simpliciter posse moueri, sed si potest non ens moueri, solùm non ens tale potest moueri. Debes scire quòd Aristote. non probat non ens pro diuisione siue compositione non posse moueri, propterea quia probatum est in septimo metaphy. ipsum esse in mente: modo quod est in mente nullatenus mouetur. Quòd uero ens simpliciter quod est nō ens tale: possit moueri, probat per hoc, quia potest esse ea ratione qua ens, & non esse ea ratione, qua non tale est.

C

D

Quòd si quod nō hoc simpliciter est, nullatenus moueri potest, ex eo quia moueri nequit quod nō est, generationem esse motum impossibile erit profecto. nam quod non est generatur. Quoniam & si quàmaxime per accidens generatur, de eo tamen quod uere simpliciter generatur, id dici potest, ipsum id esse quod non est, qua ratione etiam neque id ipsum quiescere potest. Contingunt igitur hæc absurda uidelicet, ut quod non est moueatur.

Expositio.

Exposita ac probata maiori: nunc quasi syllogiçat, & ut uidetur forma hypothetica: licet uere sit syllogismus catheigoricus, ut uidebitur, & inquit, quòd si quod non hoc simpliciter est, nullatenus moueri potest: hoc est antecedens, quod probat, & inquit. ex eo quia moueri nequit quod nō est, dat consequēs, & inquit. generationem esse motum impossibile erit profecto, cuius rationem subdit, nam quod non est generatur. Ecce quomodo est hypotheticus, sed potest esse categoricus hoc modo, quod non est: non mouetur, quod generatur non est. igitur quod generatur: nō mouetur, & ita generatio non est motus. Sed dices. aer generatur aqua, & tamen aer est. Respondet & inquit. quoniam est si quammaxime id quod est generatur, uelut quādo aer fit aqua: de eo tamen quod uere simpliciter generatur, id dici potest ipsum id esse quod non est. Est igitur solutio, q̄ id quod est per accidens generatur, sed quod per se generatur, oportet ut ea generetur ratione, qua non est omnino. Addit. qua etiam ratione neq; id ipsum quiescere potest. Deinde epilogat: dicens. contingunt autem hæc absurda uidelicet, ut ens generetur, & ut non ens moueatur: si generatio sit motus. Hæc est prima ratio: qua probauit generationem nec motum esse: nec quietem.

E

F

Insuper etiam omne quod mouetur, est in loco. Sed quod non est: non est in loco. erit enim alicubi.

Secundo arguit sic. omne quod mouetur est in loco. Sed quod generatur: non est in loco. igitur quod generatur: non mouetur. Minor probatur, quia quod non est: non est in loco. Quod autem generatur: non est. igitur quod generatur: non est in loco. De ratione primo ponit maiorem syllogismi dicens. Insuper etiam omne quod mouetur: est in loco. Deinde ponit maiorem prosyllogismi dicens, sed quod nō est: non est in loco. Cuius rationem subdit: quia alicubi erit utpote aut sursum, aut deorsum, subticuit conclusionem, qa ex dictis patet.

G

Neq; igitur corruptio motus est. Motui nanque motus contrarius est, aut quies. Sed corruptio generationi contraria est.

Expositio.


Demum partim ex dictis, partim per locum econtrario infert corruptionem non esse motum. Ex dictis quidem, quia quod corrumpitur est in principio, & in fine non est. at quod mouetur & in principio & fine est. per locum ecōtrario uero, quia motus motui uel quieti contrarius est. Corruptio uero neq; motui: neq; quieti, sed generationi contraria est. igitur corruptio non est motus. Propter hæc usus est illationis nota in suo processu, ut innuat non modo hoc ratione per se patere, sed etiam ex dictis sequi. Iuniores uero de mente Auerrois primum syllogismum sic componunt. subiectum generationis non est ens in actu. subiectum motus est ens in actu. igitur generatio non est motus, & huius syllogismi expositio pro tanto est, quia cum dicitur, quod generatur non est, & quod mouetur est. relatiuum illud quod utrobiq; pro subiecto mutationis supponit. Et si dicatur contra Auerroem, quòd id quod generatur est, ut quando aer fit aqua. Responsionem Auerroes innuit ut in textu dictum est, quia subiectum motus est ens demonstratum hoc est indiuiduum compositum ex materia & forma à principio usq; in finem. at id quod generatur: etsi in principio sit ens actu, tamen in fine non est illud ens actu numero, quod erat. Et hoc quia subiectum generationis est prima materia, quæ non est ens actu idem numero è principio usque in finem. Alij iuniores per id quod generatur intelligunt compositum substantiale de p̄dicamento substantiæ. Hoc enim proprie non est, cum generatur. Materia autem prima est quando generatur. Propterea illa in ratione Aristote. qua arguitur, quod mouetur est, quod generatur non est, minor esset falsa, nisi de composito intelligeretur. Nec ualet. materia non est ens in actu, igitur non est, ut non ualet. deus non est ens in potentia: igitur deus non est. Præterea id quod generatur est compositum, quia materia & forma non gene-

Que exañ. comē 8.
Pria expō tōnis Aris Vide etiā. Burl hic.

H

Scda expō.

I rantur nisi per accidens. Sic igitur propter tria Aristote. per id quod generatur intelligit compositum. Tum quia hoc non est c m generatur: tum quia minor esset falsa: tum maxime quia compositum est id quod generatur. Sed hęc expositio est friuola. primo: quia in ratione esset æquiuocatio. hæc enim est ratio uidelicet, quod mouetur est. quod generatur non est. igitur quod generatur non mouetur. quæritur igitur quo modo supponit relatiuum illud in maiori quod mouetur, aut ꝓ subiecto motus, aut pro composito accidentali. Si pro composito accidentali: maior est falsa, quia ita illud compositum nõ est nisi in fine: ut etiã compositum substãtiale. si pro subiecto motus, & in minori supponit pro composito: igitur ęquiuocatio. Secundo, quia rationes illorum friuolæ sunt, prima quidem: ex eo quia compositum & materia non sunt. Compositum quidem non est in termino ad quem. Materia uero non est actu subiectum termini ad quem, & ualet. materia non est actu. igitur materia nõ est, quia esse cum secundo loco adiacet: semper pro esse actuali sumitur. Id autem quod de deo dicitur: non est simile, quia esse in potentia est distractiuum: at esse actu est additiuum. Secunda uero, quia minor est uera: materia enim non est, cum enim non sit actu, quia neq; forma: neq; formam habens, ipsa non est, quia ut dictum est, ipsum esse secundo loco adiacẽs pro esse actuali tenetur. Tertia autem, quia materia generatur subiectiue, & sic loquitur Auerroes, & sic prima expositio est melior. Sed in his contendunt iuniores. utrum terminus ad quem ipsius motus continui in qualitatibus gradualibus partibiliter acquiratur durante motu. Sed quia est problema neutrum, & utraq; pars solet defendi: nec potest quicquam addi, quod non sit dictum, de ista quæstione quæratis alios. Quærunt tamen utrũ transmutatio ad substantiam sit successiua. omissis argumentis, debes scire ꝙ successio semper attenditur pœnes acquisitionem partium: partes autem bifariæ sunt, aut graduales, pœnes quas forma uariatur per magis & minus. Aut quãtitatiuæ pœnes quas forma uariatur per maius & minus, per multum & paucum, & id genus, & ita sequitur ꝙ successio esse potest aut pœnes partes graduales, aut pœnes partes quantitatiuas, aut pœnes utrasq;. His suppositis emergunt duæ positiones, una quidem omnium latinorum ꝙ transmutatio in substantia est solum successiua pœnes partes quantitatiuas: non enim aliqua forma substantialis acquiritur tota simul quo ad partes quãtitatiuas, uel ut nec simul tota corrumpitur: de formis quidẽ elemẽtarijs apud omnes nõ est dubium, sed bene de formis animalium: plures enim latinorum tenent illas impartibiles, omnes tamẽ negant successionem pœnes partes graduales, quia apud eos nulla forma substantialis intenditur uel remittitur.



Cõfutatio.

K

An tõ primi termini actus trãseũtis p. se primo competat ipsi formæ. Vide can. q. i. h^o.

Excusatio

Quæstio

Prima põ.

M

Auerroes autem. 3. cœli. cõmento. 67. & magna pars grecorum, & omnes qui tenent elementarias formas remanere actu in mixto, ut etiam collegimus aperte in. 3. huius auctoritate Aris. coguntur in transmutatione elementorũ ponere successionem tam pœnes partes graduales, quã quantitatiuas. Concesso ꝙ maneant actu in mixto, ut forte est ueritas: cum illæ esse non possint in mixto æquæ intensæ, iure remittuntur. Verum de hac materia fecimus codicillum, & nunc satis. Quòd si teneamus Auerroem: concedẽdum est in substantiarum aliquarum generatione duplicem successionem. alteram ex parte graduum, alteram ex parte exten

Põ Auer. Aliter in Sco. i 5. di. secundi.

N sionum. nec propterea erit generatio ipsa motus, esse enim successiuum non ponit mutationem in specie motus. nec esse momentarium ponit motum in specie mutationis: nã auctio est momentaria, & tamen est motus. generatio uero ignis est temporaria, & est mutatio, & non motus. Differunt igitur motus & mutatio pœnes terminos, & pœnes subiectum. Pœnes terminos quidem, quia termini generationis sunt priuatiui. Motus uero contrarij, pœnes subiectum uero, quia subiectum motus est ens actu: subiectum mutationis est ens potestate.

Cum autem omnis motus mutatio quædam sit, & mutationes sint tres, quas diximus, quarum duę uidelicet generatio & corruptio, quę in contradictione consistunt, motus non sint, motum profecto eam esse solum mutationẽ necesse est, qua subiecto ad subiectum itur. Subiecta uero aut contraria sunt, aut media. etenim priuatio ipsa ponatur contrarium. atq; nudum, & album, & nigrum affirmatione indicantur. Tex. 9. O

Nunc quid motus sit, & in qua mutationis differentia colloce tur: concludit, & inquit, cum autem omnis motus mutatio quædam sit, & mutationis sint tres species, quas diximus uidelicet è subiecto in non subiectum, è non subiecto in subiectum: atq; è subiecto in subiectum, quarum duæ uidelicet generatio & corruptio, quæ in contradictione cõsistunt, motus non sunt, motum profecto eam esse solũ mutationem necesse est, qua è subiecto ad subiectum itur. exponit aũt quæ per subiecta intelligat, quia subiectum ut diximus & apud græcos, & apud latinos plurifariam dici solet, & inquit subiecta uero aut contraria sunt, aut media. Sed dices. mutatio illa quæ est è nigro in album, aut è nudo in uestitum, quæ nam mutatio est: utrum motus an mutatio solum. Videtur enim ꝙ non motus, quia est mutatio de priuatiuo in affirmatiuum. est enim nigrum priuatio albi: nudum uero priuatio uestiti, & per consequens non est motus. Respondet ꝙ tales priuationes habent uim contrarij, & non sunt puræ priuationes, sed solum comparatione ad contraria earum perfectiora. est enim nigrum non absolute priuatio, sed ratione habita ad album, quod est perfectius. Nudum similiter non est priuatio, sed ratione habita ad uestitum. sic igitur mutatio inter hæc motus est, quia alterum extremum non est pura priuatio, inquit. etenim priuatio ipsa ponatur contrarium: hoc est nomina talia accipiant ut contraria, quia nudum, & album, & nigrum affirmatione indicantur, sed ratione quadam unum respectu alterius priuatio sit. sub qua igitur differentia mutatiõis ipse motus collocetur perspicuum. Auerroes aũt aliter calcem textus exponit: uult enim ꝙ Aristo. moueat quæstionem hanc uidelicet an ea mutatio quæ est è priuatione in habitum uel ècõuerso semper sit motus, & ut exponit Auerroes Aristo. arguit ꝙ sic. nam ea mutatio quæ est ab affirmatiuo: in affirmatiuum motus est. at priuatio affirmatione ostenditur, ut nudum & nigrum: igitur è priuatione ad habitum põt esse motus. Vult Auerroes hanc dubitationem non soluisse Aris. & inquit, & quia manifestum est per se ꝙ transmutatio q̃ est motus in rei ueritate est inter opposita mediata, & non est medium inter priuationem & habitum: ideo dimisit solutionem q. d. quia differentia patet, & per opposita mediata intelligit ea quæ habent gradus medios, & quasi mediũ formæ, quæ expositio quantum ualeat, tu considera.

Expositio.

An gño. sit motus. Vide Alb. de saxo. q. 2 huius

P

Quæ auct cõme. 9.

Q

An omnis motus sit a cõtrario in cõtrariũ. Vide Alb. de saxo q. 3. huius.

Si igitur predicamenta diuisa sunt, & aliud sit substantia, aliud quantitas, aliud qualitas, aliud ubi, aliud quando, aliud ad aliquid, aliud actio, aliud passio, treis esse motus necesse est, quantitatis, qualitatis, atq; ipsius ubi.

Hactenus quid motus sit, & in qua mutationis differẽtia collocetur: declarauit. Nunc quid uelit facere: non est clarũ. Auerroes

A Expositio. Auer. c.9. Auerroes enim uelle uidetur Aristo. inducere aliam uiam manifestiorem & famosiorem in determinando genera motuum per determinationem generum prædicamentorum: in quibus inuenitur motus; cui expositioni consentit expositor. Alia expō sitio hic. Alij uelle uidentur Aristote. declarare ea ad quæ est motus, & ea ad quæ non est motus. Quibus uidetur cōsentire nouus expositor. sed quicquid sit Aristo. concludit tres esse motus quantitatis, qualitatis, & ipsius ubi. unde dicit. si igit̃ prædicamenta diuisa sunt, & aliud sit substantia, aliud quantitas, aliud qualitas: aliud ubi: aliud qñ, aliud ad aliqd: aliud actio: aliud passio, & supple alia id genus: treis esse motus necesse est uidelicet quantitatis ut auctio & imminutio. qualitatis ut alteratio. atq; ipsius ubi, uel secundū

B locum ut latio. Sunt qui uelint Arist. sic probasse propositū, ad quantitatem, & qualitatē, & ubi est motus, & ad nihil non q̃titatem. uel qualitatē. uel ubi est motus. igitur tm̃ ad quantitatē, & qualitatem, & ubi est motus. Arist. igitur primo in præsenti textu sumit primam exponentē uidelicet ꝙ ad quantitatē & qualitatē & ad ubi sit motus. Secundo in sequenti textu sumit secundā, & sic conficitur tota eius intentio. Hæc sorticolæ, quæ non sunt imperite dicta. Auer. uero probat primā exponentē uidelicet, ꝙ ad quantitatem & qualitatē, & ad ubi sit motus, per hoc quia in istis prędicamentis inueniunt̃ contraria & media: licet lateat in loco aliquantulū, & ideo declarabit postea. Hæc aūt requirunt̃ & sufficiunt ad rōnem motus. Hæc Auerroes quo ad uerba textus. deinde q̃rit qōnem expositorum. nam uidet̃ Ari. diuersus, quia in libro prædicamentorū posuit motum genus per se ut prædicamentū passionis. Hic aūt posuit ipm̄ in tribus generibus, & ita ur̃ diuersus. Innuit Auer. duas solutiones, prima est ꝙ pōt motus dupliciter considerari, quatenus motus, & quatenus recipit̃ in ipso mobili. quatenus quidē motus. sic est in tribus prædicamentis, quia in oībus illis pōt inueniri forma quiescens, & forma transmuta

C tionis. quatenus uero recipitur in mobili: sic est ipsa passio uel in prædicamento passionis. Et sic tollitur contradictio.

Alij uelle uidentur ꝙ motus secundū ꝙ motus hoc est secundum eius formam est solū in prædicamento passionis, uel ipsa passio. secundū uero materiā, est in tribus prædicamentis, & cā est, quia secundū ꝙ motus: non est aliquid q̃escens per ipsum in aliquo prædicamento, sed bene secundum materiam est aliquid quiescens, & aliquid motum, & sic hoc modo sumendo ipsum, est in tribus prædicamētis. Conueniunt igit̃ ambæ hæ positiones quantum ad hoc ꝙ motus quo ad rōnem receptionis est in prædicamento passionis, & ita uolunt motum esse passionē quatenus recipit̃ in mobili. Differunt uero quia prima positio uult aliam esse rōnem motus quatenus recipitur, & aliam quatenus motus. Secunda uult unam esse rōnē motus quatenus motus, & quatenus recipit̃. Sed obijcit Auer. insimul contra ambas quantū ad illud in quo conueniunt, & pōt ratio Auer. resolui ad duas rōnes, & arguit primo. uia est eiusdē generis cum termino uiæ. receptio est uia in tria prædicamenta, ut ire ad calorem est de genere caloris, & ire ad frigus est

D de gñe frigoris. igit̃ motus ut receptus est de genere nō passionis, sed in tribus prædicamentis. Secundo. actus & potētia sunt eiusdem generis: igit̃ mediū inter actum & potentiā est eiusdē gñis cum actu. sed receptio est medium inter actū & potentiā. igit̃ est de gñe actus, & sic non de genere passionis. Aliter igit̃ rñdet Auer. & uult motū posse sumi dupliciter: quo ad formā: hoc est quatenus est successio q̃dam tēporaria, & quo ad materiā: hoc est quatenus est forma fluens. quatenus successio q̃dam tēporaria: sic est prædicamentū per se, & idē quod passio, & hoc modo loquit̃ Aristo. in prædicamentis. quo uero ad materiā hoc est ad formā fluentē: sic est in tribus prædicamentis. Hanc solutionē innuit Auerroes. 3. huius: cōmē. 6. ꝙ motus pōt sumi pro fluxu formæ, & pro forma fluente. pro fluxu formæ est in genere per se, & passio ipsa. pro forma fluente, sic est in tribus prædicamentis. Ex ijs uerificat Auer. dictū grāmaticorum, qui nomen & uerbum, & cæteras orationis partes

Vide ter. commenti vel notabiles Quæ auer. com. 9.

Qō Au.

Prima solo

Secunda solo.

Obiectio Auer.

Solo auer. An successio inueniatur in gñibus subiectis? Vide can. q.2. huius

E iuxta hanc diuisionē statuerunt. nam nomen significat per modum substantiæ & quiescentis, uerbū per modū fluxus & fieri, cæteras orationis partes per modum medium inter hæc collocarunt, ut dicit Priscianus. Secundo sequitur eos qui receptionem posuerunt prædicamentum per se: non recte fecisse, quoniam receptio est potentia ad rem, uel medium saltē inter potentiam & actum. modo dictum est potentiam ad aliquā rem esse de genere eius rei, cuius est potentia, & sic patet error illius. Hæc Auer. in hoc cōmento.

Animaduerte ꝙ secunda solutio differt ab illa Auerrois, quia illa uult motum non esse motū nisi pro forma: materia autem secundum illā solutionem non est motus. Auerroes aūt uult motum dici & pro materia & pro forma: nam fluxus est motus, & forma fluens quæ est eius materia: etiā est motus. Sed circa dicta Auerrois solet dubitari in tribus, primo quia non uidetur uerum uiam & terminum uiæ esse eiusdē generis: nam uia aut est passio, aut in prædicamento passionis: terminus aūt est aut qualitas, aut quantitas, aut ubi. Secundo quærunt utrum actus & potentia sint eiusdē generis, & uidet̃ ꝙ non, quia potentia est aut substantia aut relatio ut dictum est prius huius. cō. 71. actus autem est aut qualitas, aut quantitas, aut ubi. Tertio ambigunt, quia non uidet̃ motus esse medium inter actum & potentiam, quia diuersorum prædicamentorū nullū est mediū. Circa solutionē harum qōnum primo uidendum est: quonam modo actus & potentia sunt eiusdē generis. Ad quā dubitationē respondent iuniores, & dicunt primo Auerrorem per potentiā intellexisse potentiā subiectiuā. dicunt secūdo ꝙ licet potentia materialiter sumpta hoc est pro subiecto potente non sit eiusdem generis cū actu: tn̄ potentia formaliter sumpta uti calefactibile ut calefactibile: est eiusdē generis cū actu ueluti calefactibile cū calore. Sed obijciunt blatterones, primo, quia potentia formaliter sumpta ut calefactibile quatenus calefactibile est in prædicamento relationis. actus uero in prædicamento qualitatis. Secundo. quia Auer. primo huius cō. 71. aperte ait potentiā formaliter sumptam esse in predicamento relationis. Defendi pōt positio prima ab his captionibus, primo dicendo potentiā formaliter sumptam esse de prædicamento relationis secūdum dici. at secundū esse & rem uidet̃ de prædicamēto illo cuius est potentia. Et secundo dici pōt Auerroem eodē mo

G do intellexisse: non enim uoluit potentiam esse relationem sed dici secundum denominationē de prædicamento relationis. Et hoc sufficit ad rōnem Auerrois ibidē. Causa defensionis primæ positionis est, quoniam lignum non est formaliter alterabile ut calefactibile: nisi sit quale: nec formaliter augmentabile: nisi sit quantum nec formaliter mobile in ubi; nisi sit in ubi: non quale enim non est alterabile: non quantum non augmentabile: non locatum non immobile in locum. igitur potentia ad alterationem est qualitas, ad auctionem est quantitas: ad ubi est ubi. igitur potentia semper est de genere actus. potentia qua lignum est calefactibile, est qualitas, qua augmentabile est quantitas: qua latibile est ubi. secundum tn̄ dici quælibet potentia est

H ad aliquid. Hæc pro defensione primæ positionis. Alij ut blatterones uolunt Auerroē per potentiam uoluisse formā in termino à quo, & per actum: formam in termino ad quem: hæ enim formæ sunt eiusdem generis. sunt enim cōtrariæ, quæ esse non possunt: nisi eiusdem generis. dicitur autem terminus à quo potentia respectu termini ad quē, quatenus semper secum est coniuncta potentia ad suū contrarium. terminus uero ad quem dicitur actus: respectu termini à quo, quia ipso habito cessat potentia ad illum. Sed hæc solutio non uidetur peripatetica: primo quia Arist. in tertio huius diuisit unumquodq; prædicamentum per actū & potentiam, & uoluit actum & potentiam esse eiusdem generis: imo eiusdem speciei, ut dicitur nono metaph. ubi patet non accepisse potentiam pro forma contraria in termino à quo, quia sic non reperiretur, nisi in tribus prædicamentis. In alijs enim non reperitur contrarietas: cuius contrarium Aristote. intendit. Secundo, uel Auerro. accepit

Dubões circa dicta Auerrois. Prima du. Secunda

F

Tertia

Solo tertiæ quæstionis. Solo pria Burlei. Vide burleum hic

Obiectões Pauli ueneti & gaiet.

Defensio propria

Secūda sn. q est pauli Veneti & Gaietani

Cōfutatio

I hanc propositionem ut illa utitur Aristote. uel alio modo. Si alio modo: tunc esset probabilis, & non communis atq; demonstratiua. Si ut utitur Arist. illa: sic non est ad propositum eorum interpretatio. nullibi enim Arist. dum diuidit prædicamentum per actum & potentiam sumit actum pro termino ad quem, & potentiam pro termino à quo. Alii ut cucullati uolunt potentiam apud Aristo. sumi non nunq; pro potentia subiectiua: siue actiua: hoc est pro principio agendi uel patiendi. nonnunquã prout opponit actui existentiæ, quæ dicitur potentia obiectiua. tunc dicunt q sumendo potentiam primo modo: sic actus & potentia non sunt eiusdem generis, sed sumendo potentiam secundo modo: sic actus & potentia sunt eiusdem generis: immo eiusdẽ speciei: immo eiusdem indiuidui: quatenus illud met quod est potestate; erit quandoq; actu, ut Socrates qui nunc est potentia: quandoq; erit actu, & hoc modo actus & potentia diuidunt omne prædicamentum, & sunt quasi differentiæ primæ entis. hoc modo soluunt. Sed hæc positio non est peripatetica: primo quia dynamis græce ab Aris. ubiq; pro uirtute sumitur. uirtus autem ubique pro principio aut actiuo, aut passiuo intelligitur apud peripateticos. Secũdo ubiq; dynames siue uirtutes distinguit per actus, ut in lib. de anima docet. hoc aũt esse non potest: si dynamis pro eo quod opponitur ad actum existendi sumeretur. Tertio dynaton quod latine est possibile: in libro de interpretatione sumitur pro possibili dicto à potentia actiua uel passiua, & nullibi pro eo quod opponitur actui existendi. Quarto dynaton quod est latine possibile & Endechomenon quod ẽ latine contingens ut in lib. priorum dicitur: idem est. modo ubiq; contingens dicit uel ratione potentiæ actiue, uel passiuæ. Quare peripatetice sentiendo potentia obiectiua, & subiectiua idem est, ut quidem respicit agens atq; illi obijcitur, est obiectiua, ut uero respicit formam quã ab agente recipit, est subiectiua. & sic obiectiua potentia, & subiectiua idem est, & ita ut potentia obiectiua, & actus sunt eiusdem generis: sic subiectiua & actus sunt eiusdem generis.

Põ scoti in 2. lib. sniarũ disti. 16. Vide etiã cano. q. 3. secũdi hui⁹

Cõfutatio. K

L ꝓpria solo

Animaduersione igitur dignum potentiam siue uirtutẽ, quã græci dynamin dicunt, peripatetici uolũt id esse, quod est forma potestate, uerbi causa potentia calidum idest qđ quandoq; erit actu calidum. Similiter potẽtia frigidum id est, quod erit quãdoq; frigidum actu. Hęc aũt potestas nõnunq; dicit priuatio: nonnunq; terminus ẽ quo: nonnunq; contrarium. nonnunq; uero formæ inchoatio. dicit quidẽ priuatio: quatenus subiectum in quo ipsa est: caret forma, ut dr̃ nono meta. com. 3. dr̃ uero terminus ẽ quo: quatenus ab illa incipit motus, uel mutatio. dr̃ contrarium quatenus semper secũ maxime in motu concomitat forma contraria termino ad quẽ. dr̃ formæ inchoatio; quatenus est aliquo modo forma, quæ generat, saltẽ quatenus agens de potestate illa extrahit formã actu. nonnulli uolunt illã esse potẽtiã receptiuã, quod est bene dictũ: non tñ propterea quia ipsa recipiant, sed quatenus est in subiecto receptiuo. quod formam recipit illa mediante. Ex ijs sequit dr̃ia inter motum & mutationem siue generationẽ. In motu. n. & mutatione semper terminus ẽ quo est illa potestas, quia tam motus q mutatio est ẽ priuatione ad formã. est. n. omnis motus gñatio quædã saltẽ secundũ quid. at in motu potestas illa per se concomitat contrarium. In generatione per accidens concomitat contrarium. Secundo sequit potestatẽ formæ esse eiusdẽ generis cũ forma, qm̃ est illius inchoatio siue ipsa tota potestate. Et propterea Socrates in potentia est hæc potestas, & hæc potestas est Socrates possibilis: dicta quidẽ obiectiua ut agenti obijcit: dicta uero subiectiua ut in subiecto est, & formã respicit. Ex ijs ulterius patet hanc potestatẽ non esse qualitatẽ: nec relationẽ: nisi secundum modũ. secundũ esse. n. est forma ipsa quæ põt esse, uerum dr̃ qualitas nonnunq ab Auerroe: quatenus non est de essentia materiæ. dr̃ relatio quatenus respicit determinatã formã. absolute tñ & ꝺm esse nihil aliud est, nisi eius gñis: cuius est potestas forma. Et hanc opinionẽ uoluerunt intelligere primi iuniores, ut mihi ur̃, & Auer. ubiq; expositor ẽt, & omnes

Excerptũ primum

M

Secundum

Dilucida.

peripatetici idem sensere. Animaduerte q cucullati ponũt potentiã obiectiuam aliam à potentia agentis, & materię. est. n. potentia tertia præter has. Ego aũt hanc concederem cum potentia materię assero, & in materia pono unã cõem potentiã, qua põt recipere oẽs formas, & tot quot sunt formæ, quæ dicunt potentiæ respectiuæ. est aũt potentia respectiua non quia sit relatio, sed quia est ipsa forma possibilis. Vnde Socrates possibilis est hæc potentia, quã pono eiusdẽ gñis cum actu, qm̃ est Socrates per essentiam: Socrates uero in actu est ꝑ essentiã & existentiã. Hæc de secunda dubitatiõe, & de tertia agamus. Primi iuniores uoluerunt motũ esse mediũ inter potentiam & actum. hoc est inter materiã & formã: non quidẽ perficiendo, quia accidẽtia perficiunt materiã mediante forma: iuxta illud Auerro. agens quantũ dat de forma: tm̃ dat de accidentibus consequentibus formã, ut. 8. phy. cõ. 4. dicit. sed in disponendo, quia accidentia bene disponunt materiã pro receptione formæ. Sed hæc solutio friuola est: medium. n. quod Auer. ait esse eiusdem gñis cum extremis est mediũ participatiõe: ue luti tepidũ inter calidũ & frigidum, & rubrũ inter album & nigrum, ut uisum est in primo huius, & uidebitur infra. cõ. 52. de quo ẽt medio loquit. 10. meta. cõ. 22. at inter materiam & formã: nihil põt esse medium participatione. Ex ijs igitur quæ diximus põt dici motum esse mediũ inter potentiã & actũ, quia motus est forma remissa dum fluit ut dicemus, ut motus ad calorẽ est caliditas remissa dum fluit. Hæc autẽ caliditas remissa participat aliquid de termino à quo, & aliquid de termino ad quẽ. de termino ad quẽ quidem, quatenus habet illũ secundum partem. de termino ẽ quo uero, quatenus habet quicq; contrarij quod erat in termino ẽ quo, & per qđ adhuc est in potentia ad terminum ad quẽ. uerbi cã calefactio est partim caliditas, & partim frigiditas, & ita patet quonã mõ motus est medium inter potentiã & actũ. Hæc de. 3. & de. 1. transigamus. Quicquid dixerit Auer. 3. huius: cõ. 5. nũc ur̃ dicendum uiam & terminũ uiæ esse eiusdẽ gñis sumendo uiã pro forma uel remissa, uel in fluxu constituta, sed sumendo uiã pro tendẽtia quadã, sic aut est passio, aut est relatio quædã. hoc. n. modo sumendo uiã: sic est mediũ inter potentiã & actũ. Animaduerte tñ motũ esse collocatũ in prædicamento quanti: in ꝑdicamento passionis, & in tribus prædicamentis. est in tribus prædicamentis si sumat pro forma fluente, quia forma fluens aut est qualitas, aut q̃titas, aut ubi. sin aũt sumit pro fluxu, uel sumit pro fluxu quatenus per ipsum mobile non quiescit sub forma quæ fluit, & sic est passio, aut quatenus ꝑ fluxũ forma fluens mensurat tpe, & sic est q̃titas: siue q̃tum quoddã. Multa alia dici possunt: nunc uero satis.

N

Secũdę du. Solutio Burlei. Vide & Burl. hic.

Cõfutatio O

ꝓpria solo

Solo. 3. P

Tex. 10.

In substantia uero nullus est motus. cum nihil sit substantiæ ulli contrarium.

Expositio.

Secunda exponens erat: ad nihil non qualitatem uel quãtitatem, uel ubi est motus, nunc probat hanc secundam exponentem & primo q ad substantiã non sit motus. Et syllogismus est. ad quodcunq; est motus, & est aliquid cõtrarium. Ad substantiã nihil est contrariũ. igit ad substantiam non est motus. de rõne Aristo. sumit conclusionẽ. d. in substantia uero nullus est motus. deinde ponit minorẽ. d. cum nihil sit substantiæ ulli contrariũ. Hæc Arist. Themistius uero uidet soluere quæstiones, & prima est, quia dictũ est in primo huius q prima rerum principia sunt contraria: ue luti forma & priuatio. igitur in substantia est contrarietas. Respondet Themistius non esse intelligendum propriæ: forma enim & priuatio non sunt contrariæ propriæ, sed cõmuniter. Quã solutionem innuit Auer. dicens, & intendit hic per contraria: contraria mediata: quorũ utrunq; est forma & habitus, quæ habent media. Et sic apud Auerroem Aristo. sumit substantiæ nihil esse contrarium proprie. nã uerbo communi: esse aliquid contrarium substantiæ nihil prohibet. Secundo uidet Themistius dubitare q ad substantiam sit motus, quia conuersio substantialis uidet procedere de subiecto in subiectum. nam generatio animalis ẽ de spermate siue semine ad animal: ubi patet semẽ & animal

Q

Vide etiã Egi. hic & Burleum. Quæ The.

Quæ auer. cõmẽ. 10.

Dubĩ 1. Themi.

A mal esse subiectum quoddam. Videtur Themistius dupliciter soluere: primo asserit hanc conuersionem esse per accidens de subiecto in subiectum, per se autem de ente in potentia ad ens actu. id enim quod conuertitur, nec est semen, nec animal, sed subiectum utriusque: hoc enim proprie conuertitur. Secundo soluit quod dato quod esset talis conuersio de subiecto in subiectum, non propterea erit motus, quia omnis motus est de contrario in contrarium: modo semen & animal non sunt contraria. Hæc Themistius, & perite.

Solo The. Prima. Secda solo.

Mouet autem Auer. hic quæstionem, quia Arist. hic aperte ait substantiæ nihil esse cõtrarium. At in secundo de generatione tex. commẽ. 48. dicit aerem & ignem contraria esse terræ, & aquæ: terram quidem aeri. Igni uero aquam contrariam esse asserit. Hanc etiam quæstionem mouet Themistius etiam, e quo Auer. accepit: ut patet. Respondit Alexan. ut narrauit Auer. & Themist. & concessit substantiæ simplici elementariæ esse substantiam contrariã, non quidem secundum subiectum, sed secundum formã. Et hoc pro tanto, quia uoluit qualitates elementorum esse formas substantiales illorum, ueluti frigiditatem aquæ, caliditatem igni, & humiditatem aeri, atque siccitatem terræ: modo patet frigiditatem esse contrariam caliditati, & humiditatem siccitati. Et hoc modo loquitur in libro de generatione Arist. hic uero & in prædicamentis loquitur de substantijs cõpositis, siue mixtis. Hæ enim nullo pacto contrariæ esse possunt. Animaduerte, quod Alexan. bifariam solitus est glossare auctoritatem Arist. in prædicamentis. Vno modo dicendo Arist. ibi esse locutum de substantijs perfectis hic est mixtis. Alio modo quod substantiæ nihil est contrarium secundum materiam, eo quia in materia conueniunt. In secundo de generatione loquitur de simplicibus, uel secundum formas. Auer. narrat primam solutionem, & illam non refellit: secundam non narrat, sed refellit, quæ tamen uno uerbo potest refelli, quia sic accidentia possunt dici non contraria, quia secundum materiam siue subiectum non opponuntur: uoluit autẽ ipsam diffuse confutare. Obijcit autem Auer. primo, quia non uidetur sufficere quod dicit Alexan. Dicebat enim substantiæ nihil esse contrarium quo ad subiectum, nihil tamen prohibere esse aliquid contrarium secundum formam. Obijcit huic per hoc, quia tunc in substantia simplici posset esse motus quia illi est aliquid contrarium secundum formam, modo ad hoc quod ad aliquid sit motus, sufficit ut illi sit contrarium secundum formam, & ita sermo Arist. non esset uniuersalis in omnibus substantijs, sed tantum in substantijs compositis. Secundo, substantiæ simplices sunt contrariæ secundum qualitates: igitur non per se atque secundum substãtias, tenet consequentia, quia contrarietas est oppositio inter aliqua per se: & non per accidens, ut dicitur in prædicamentis. Tertio, obijcit quia non uidetur qualitates esse substantias elementorum: Proprietates enim elementorum non sunt substantiæ siue substantiales formæ elementorum. Sed eiusmodi qualitates sunt proprietates elementorum. igitur non substantiæ. Maior deducitur, quia ut dicitur primo huius quod est accidens unius impossibile est esse substantiam alterius: & econtra: quod est accidẽs alicuius impossibile est esse substantiam alterius. Sed qualitates hæ sunt accidentia mixtorum: igitur non possunt esse substãtiæ elementorum. Sed contra Auer. obijceret aduersarius primo quia elementa definiuntur per tales qualitates. igitur tales qualitates sunt substantiæ elementorum. Secundo effectus siue proprietates contrariæ proficiscunt e causis contrarijs. Sed qualitates sunt effectus seu proprietates elementorum contrariæ. igitur elementa sunt cõtraria, & hæ sunt replicæ Thomæ contra Auer. hic. Ad hæc respõdet Auerr. & ad primam dicit elementa definiri per hæc. non quia sint substantiæ elementorum, sed propinqua substantiæ elementorum. Et propterea utimur illis loco differentiarum substantialium, maxime quia differentiæ essentiales sunt ignotæ. At in substantijs compositis secus est. sunt enim remotiora ab illis: & propterea nõ cadunt in definitione illarum. Ad secundam respondet affectus contrarios nõ causas contrarias, sed diuersas. Contrarietas enim in effectu non arguit contrarietatem in causis, sed differẽtiam, de quo ait esse considerandum, sed non hic, immo in metaphysica. Alij probauerunt ad substantiam non esse contrarietatem, quia si in substantia esset contrarietas, tũc ad substantiam esset motus. supponunt consequentiam ualere. Et consequens esse aperte falsum. Contra obijcit Auerroes, hæc probatio potest breuibus confutari, quia in illa esset circulus: uel petitio, in Auer. refellit hoc modo ut uides: quia licet sequatur, ad substantia non est contrarietas: igitur ad substantiam non est motus, non tamen sequitur: si ad substantiam est contrarietas: igitur motus: nam siue substantiæ ponantur contrariæ secundum formas, siue secundum subiecta, nullo modo potest esse motus ad illas. si ponuntur contrariæ secundum formas, uidetur quod ad illas non sit motus, quia subiectum earum est ens in potentia. at subiectum motus debet esse ens in actu. Si uero ponuntur contrariæ secundum subiectum, minime est motus, immo nulla penitus transmutatio. Cum enim inter aliqua est transmutatio, oportet ut habeant unum subiectum commune, quod quidem existens sub uno erit in potentia ad aliud modo si substantiæ secundum materias, & formas sint contrariæ, nullum erit unum subiectum commune: unum enim contrariorum non est subiectum alterius, nec recipit ipsum, ut dicitur primo phy. Themistius uero concedit in substantia est contrarietas, igitur motus. Et hoc quando illa cõtraria sunt apta immediate inter se transmutari modo in proposito non est ita, licet enim elementa sint contraria, non tamen in illis est motus, quia non immediate, sed per media transmutantur. ut ignis in aquam, nõ immediatæ mutatur, sed mediante aere. Obijcit autem Auer. huic positioni Themistij primo quantum ad hoc quod dixit ignem non mutari in aquam, nisi mediãte aere: nam Arist. in secundo de generatione probauit quodlibet elementorum, & quodlibet contrariorum immediate mutari in quodlibet. Secundo reprehendit illud quod dixit consequentiam uidelicet ualere, in substantijs est contrarietas per quam sunt aptæ immediate mutari: igitur motus: nam licet illa consequentia ualeat negatiue, uidelicet in substantia non est contrarietas, igitur non est motus non tamen sequitur affirmatiue uidelicet in substantia est contrarietas, igitur motus: ut patet: nec secundum Them. nec secundum Alexan. Ex ijs concludit Auer. quod dicere in substantia esse contrarietatem nihil mali sequitur, hoc est nullum emergit impossibile, nisi quatenus destruitur auctoritas Arist. & eius ratio, quæ fundabatur in duobus, uidelicet quod in substantia non est contrarietas, & quod motus est in contrarijs, propterea dicit quod forte hæc ratio est topica atque famosa, quia demõstratio est illa, quæ dicta est uidelicet omnia transmutatio ad substantiam est generatio, uel corruptio. Sed nec generatio nec corruptio est motus, cum habeant subiectum ens in potentia: & motus requirit subiectum ens in actu. hæc Auer. per quæ patet ipsum nec affirmasse, nec negasse contrarietatem in substantijs. Solum enim disputauit de consequentia utrum ualeat uidelicet in substantia est contrarietas, igitur motus, & uoluit non ualere, & adiecit rationem Arist. hic esse dialecticam, quia uera ratio est assignata. dixit etiam consequentiã ualere negatiue uidelicet in substantia non est contrarietas, igitur in substantia non est motus: ecce quomodo de antecedente nihil disputauit. Deinde respondet ad quæstionem & uult elementa esse contraria non quidem secũdum substantias, sed secundum qualitates, & hoc indicat Arist. in libro secundo de generatione. d. ignem contrariari aquæ secundum quod contingit substantiam substantiæ esse contrariam, hoc est secundum qualitates, & non secũdum substantias, cuius opinionis uidetur Alexan. tum in libro de generatione, tum in expositione sua hic quo Auer. letatur. Sed circa hæc quæ Auer. dixit, primo uideamus, utrum ualeat hæc consequentia, in substantia est contra-

Marginal notes (left): Quę Auer. commẽ.io. — Solo alex. B — C — Obiectio. Prima Ad subiectũ; nihil sit contrariũ. Vide sãd. q. 3. huius. — Secunda — Tertia — D — Replicę cõtra Auer. Prima Secunda — Solutio

Marginal notes (right): E — Secda põ. — Obiectio Auer. — F — Solo The. — Obiectiones Auer. — G — Solo Auer. — H — Sol. Auer. ad q̃onem — Dubiões circa dicta pria Auer.

I rietas:igitur motus. Secūdo, uideamus utrū ea quæ Auer. dixit aduersus expositores, ualeant. Ad primam pace expositorum dixerim, uidetur mihi ad neutram partem posse esse demonstrationem. Nam rationem motus nonnulli nacti sunt penes terminos: nonnulli penes subiectū. Qui rationem motus nacti sunt penes terminos, hi dixerūt motum esse mutationem solum inter terminos contrarios, siue subiectū sit ens in actu, siue ens in potentia. Et propterea hi dixerunt consequentiam ualere uidelicet in substantia est contrarietas: igitur motus, quia sola terminorum cōtrarietas sufficit ad rationem motus, uerum quia antecedēs est impossibile, quia in solis accidentibus reperitur ratio contrariorum, propterea & consequens est impossibile. Qui uero rationē motus penes subiectum nacti sunt, ut Auer. & alij negarunt illam: dixerūt enim rationem motus nancisci penes subiectum, quia uoluerunt motum esse entis in actu. Mutationem uero entis in potentia, nulla ratione habita ad terminos, uidetur autē hæc positio Auer. magis ad mentem Arist. primo, quia Arist. penes subiectū definit motum & mutationem. Secundo, quia motus ē accidens: modo accidens rationem nanciscitur a subiecto. Est enim ens, quia entis. Sed tunc non parua emergit difficultas: nam Arist. tertio huius, rationem motus per ens in potentia quatenus in potentia definit: igitur motus non differt a mutatione penes subiectum: ambo enim sunt entis in potentia ut in potentia. Dici potest ꝙ tam motus ꝙ̄ mutatio est entis in potentia: uerum hæc est differentia quia motus est per se entis in potentia, & concomitanter entis in actu. Mutatio uero est per se & concomitanter entis in potētia: ueluti generatio & corruptio. Sed adhuc replicabis, quia iuxta hanc differentiam illuminatio & subitariæ mutationes essent motus, quia essent saltē concomitanter entis in actu, id enim quod illuminatur, est. At huius contrarium ait Arist. contra Parmenidem, ubi subitariam mutationem nō motum, sed mutationem esse dixit. ubi Auer. primo huius, commen. 23. inquit quasi opinatur ꝙ alteratio non fit subito. Defendi adhuc potest ꝙ mutatio, quam græci metabolem dicunt, nonnunquam differt a motu penes rem, nonnunꝙ̄ per es modum: differt quidem penes rem, quoties penes subiectū differt: & hoc modo illuminatio & accidentales mutationes siue momentariæ, siue temporariæ sint a ratione motus non differunt, modo omnes sint entis in actu saltem concomitanter, & hoc modo loquitur Arist. in hoc quinto differt uero penes modum, quoties mutatio momentaria, motus uero quem cinesin dicunt temporarius est, & hoc pacto loquitur primo huius. Hæc pro Auer. satis probe dici possunt. Et de positionibus expositorum græcorū agamus. Vbi animaduerte nonnullos dixisse Alexandrum nunquam ita uoluisse ut sibi Auerro. attribuit uidelicet ꝙ qualitates primæ sint substantiæ, elementorum: & huius opinionis est Ioannes Gandauensis Primo quia in libro de sensu ubi Alex. hanc protulit positionem, non categorice, sed hypothetice loquitur. Secundo: quia per se notum omnibus uidetur notum. modo hæc propositio. nulla qualitas est substantia, est per se nota: est enim imediata, qua nulla est uerior. Et propterea concludit Alexandrum uelle qualitates non absolute, sed ex conditione esse substantias elementorum. Sed hęc Ioannis positio est temeraria, primo quia uerba illa, quæ narrat ipse ex libro de sensu Alexandri non perfecte legit. immo Alexan. dubitauit per illa uerba, & demum soluens categorice uoluit qualitates primas esse formas elementorum. Præterea quicquid Alex. in libro de sensu dixerit, nūquid ubiꝗ idem uoluerit. Auerr. enim asserit hic id quod de Alexandro est dictum, esse narratum in expositiōe eius in libro de generatione, & in præsenti loco, quæ Ioannes nō uidit. Insuper etiam græci expositores ut Them. & Simplicius illam positionem ubiꝗ Alexandro attribuerunt, ꝗ melius libros Alexandri reuoluerunt, ꝙ̄ Ioānes. Propterea quid uoluerit Alexan. ego ignoro: sunt tamen uerba eius in bonum interpretanda, & licet multiplex esse possit uerborum interpretatio, ut alibi protulimus, nunc uidetur esse dicendum, formas substantiales elemētorum carere nomine: qua ratiōe nonnulli a motus operatione grauitatem & leuitatem substantias elementorum esse tradidere, ut uidetur Auer. quarto cœli, non quidem, ꝙ grauitas quæ est accidens, sit grauitas quæ est substantia, sed æquiuoce tantum, sunt enim genere differentes, solo nomine conueniētes, nonnulli uero ab actione formas nacti sunt, & hoc modo qualitates dixerunt formas elementorum, ut caliditatē ignis substantiam: humiditatem aeris: frigiditatem aꝗ siccitatem terræ: non ꝙ caliditas quæ est substantia, sit caliditas quæ est accidens: differunt enim re & genere, & solo nomine conueniunt, sed propter nominum carentiam sic dixit Alexan. Ex ijs apparet Alandrum non posuisse idem substantiam unius, & accidens alterius, ut Auer. arguit sed bene idem nomen significare in uno substantiam, in alio accidens. Hæc pro Alexandro. Sed de positione Themi. non parua est quæstio: uidetur enim ipse uelle inter quælibet elementa non esse immediatam transmutationem, quia dixit ignem in aquam conuerti non posse nisi se prius in aerem uerterit. Hoc autem est expresse contra Aristo. in secundo de generatio. ubi aperte pluribus rationibus probauit quodlibet elementum, imediate posse mutari in qdlibet. Pro defensione igitur Themistij uidetur mihi esse dicendum pro modo, elementa posse accipi ut sunt in proprijs regionibus: & ut sunt extra proprias regiones, ut quidem sunt non proprijs in regionibus, sic quodlibet elemētum potest mutari immediate in quodlibet, quia cuilibet potest applicari quodlibet, ueluti aquæ potest immediate applicari ignis; & ita aqua potest immediate conuerti in ignem, ut patet in opere fabri, qui proijcit aquam in ignē, & statim ignis crescit, quod non esset, nisi aqua uersa esset in ignem. Si uero elementa sumuntur in proprijs regionibus, sic ignis semper conuertitur in aerem sibi uicinum quia aer potest sibi applicari, & cœli constellatio quæprocedit paulatine non conuertit ignem in aquam, nisi prius uerterit illum in aerem. Et hoc pacto intelligit Them. ꝙ Auerroes ignorauit. Hæc de positione Them. licet etiam alijs modis defendi possit.

Neꝗ insuper in his quæ sunt ad aliquid. Altero enim mutato, alterum mutari uere dici pōt. Quare ipsorum motus est per accidens.

Secūdo ostendit ꝙ non est motus ad relationem, et apud Them. ratio sic componitur: omnis motus absoluitur siue definitur per mutationem & conuersionem rei quæ mouetur: relationes sine ulla mutatione & conuersione creantur & pereunt: igitur motus in relationibus non potest cōstitui. Auerro. uero parum differens a Themist. format rationem sic: nihil quod mouetur quiescit, omne quod relationem nanciscitur & fit relatiuum, quiescit, igitur nihil ꝙ relationem nanciscitur & fit relatiuum, mouetur, & sic ad relationem non est motus. Minor syllogismi tam Themis. ꝙ̄ Auerrois probatur exemplo Themistij de columna, ꝗ de dextro uertitur in sinistrum, cum Socrates locum mutat nulla mutatiōe facta in columna. Et si dicitur quonam modo potest nouum aliquid alicui addi nulla mutatione facta in illo? Respondent Aris. Themist. & Auer. relationem effici de nouo in aliquo: uerbi causa: in columna, saltem mutatione facta per accidens in illa, & ita uult ad relationem esse motum per accidens. Et si dicas motus per accidens est ad relationem in columna, & ad relationem in Socrate utrum eodem modo per accidens in utroꝗ? Respondet Auerro. utranꝗ relationem acquiri per accidens a motu. sed aliter, atꝗ aliter. nam relatio facta de nouo in columna acquiritur per accidens in illa, nulla mutatione penitus facta in columna, immo columna omnino quiescente, relatione uero facta de nouo in Socrate acquiritur de nouo in ipso per accidens mutatione per se facta ad locum, est enim latio Socratis per se ad locum, per accidens ad relationem. ubi debes scire, ꝙ unus motus potest esse per se ad unum

Marginalia: Secunda. Solo priæ dub. | Prima pō. | Pō Auer. | K | Replic. | Solutio. | Replic. | L | Solutio. | Sol. secūdę de positōe Alexand. Pō Ioan. | M | Cōfutatio opinionis Ioan. | Ioā. de an du. q. 5. h'. | Propria pō | N | De pōne Themistii qō contra Themistij. | O | Defensio Themistij. | P | Expositio. Sy. di The. | Rō Auer. comendo. | Q

A ad unum terminum,& per accidens ad alium, uerbi causa, latio qua Socrates se transfert de dextro in sinistrum per se est in locum,ut in terminum primum & per se, per accidens in relationem nouiter factam in Socrate, & in relationem factam in columna: & licet ad utrãq; relationem latio qua Socrates mutat locum terminetur per accidens, non tamen eodem modo. Ad relationem quidem factam in Socrate terminatur per accidens primo & immediate. Ad relationem uero factam in columna,terminatur per accidens secundo & mediate. Et hoc uoluit dicere Auer.dũ dixit relationem columnę fieri non per motum,sed per quietem,quatenus est terminus remotus lationis Socratis.Hęc Auer. Quærunt utrum relatio possit acquiri alicui uel attribui alicui nulla mutatione facta in illo.Et uidetur q̃ nõ, quia relatio est forma prædicamentalis igitur nõ potest de nouo attribui alicui non facta saltẽ mutatione formali.

Questio an ad relonẽ sit motus. Vide Iãd. q.4.huius.

B Propter hoc argumentum græci fecerunt differentiam inter motum,quem cinesin dicũt,& mutationem, quam metabolem,& uariationem:quã eterosin uocant:uolũt igit̃ non posse nouam relationẽ attribui alicui sine eterosi hoc est si ue uariatione facta in se,& in alio,bene tamen fieri potest siue mutatione & sine motu. Et hoc quia tam motus, quã mutatio addunt formam absolutam nouiter. Eterosis uero est omnis additio, siue sit formę absolutæ,siue respectiuæ,modo sit aduentus formæ prædicamentalis. Hæc positio est credenda fortasse pro tanto,quia Aristo.in libro de generatione & alibi aperte dicit generationem esse simpliciter,& secundum quid & uult generationẽ simpliciter nõ fieri:nisi in substantia,generationem uero secundum quid non modo reperiri in substantia,sed in omnibus prædicamentis,& ita uidetur generationem esse in relationem saltem secundum quid.Modo hæc generatio secundum qd. quæ est in relatione,cum apud Aris.hic nec dicatur cinesis hoc est motus:nec metabola hoc est mutatio,non uidetur posse dici nisi eterosis hoc est acquisitio uel uariatio. Cucullati uero dicunt q̃ licet ad relationem non sit mutatio, nec motus ad se,est tamen motus uel mutatio ad aliud. nã illud cui relatio aduenit, non ad se, sed ad aliud mutatur.

Vid etiam Gradeum Esc lec. 3. huius.q 5. Et Egi. Iõ.

C Opio sco. ti in lib. 2. distĩõne. 1. q.5.Reductio sed'e põnis ad primã.

Sed hæc positio uidetur concidere in illam græcorum,quia hæc concedit in ipsa relatione esse saltem mutationem respectiuam, hanc græci dixerunt eterosin,quæ est quęuis uariatio,modo per ipsam forma prædicamentalis acquiratur. Expositor uult triplicem esse relationem,alia quidem est ex parte utriusq; extremi penitus rationis, ut identitas: quædam ex parte unius extremi est relatio rationis,ex parte alterius est relatio extra animam,ut dextreitas in columna,& relatio scibilis ad scientiam.Alia ex parte utriusq; extremi extra animam ut æqualitas, quum de nouo quantitas uariatur in utroq;,uel similitudo,quando qualitas acquritur de nouo utriq;.Tũc uult expositor relationem primo

Põ. Tho.

D modo posse acquiri nulla mutatione penitus facta in aliquo,qa est a mente cõsiderante & utente uno ut duobus, relationem uero secundo modo ait acquiri per mutationẽ quidem realem factã in altero correlatiuo. Mutatur enim Socrates per se in loco,licet columna quiescat, relationem autem tertio modo uult(licet non dicat)fieri de nouo mediante mutatione facta in utroq;, licet per accidens in relatione.Quod uero relatio secundo modo ex parte extremi,cuius est relatio rationis,non acquiratur per mutationẽ declarat per hoc,quia nihil ulterius aduenit ultra fundamẽtum, quod est ueluti radix omnis relationis. Nouus autẽ expositor probat hoc pro tanto, quia in illa non est facta noua complexio:quod quidem in idem concidit. Et uidetur hæc positio reduci in illam græcorum, hęc enim concedit mutationem fieri in relationem,non quidem ut in formam absolutam,sed ut in formam respectiuam,et hoc est non fieri mutationem,uel motum,sed eterosim hoc est mutationem respectiuam.Nam licet ultra columnam nihil noui addatur,absoluti bene noui quicquam additur per intellectum saltem respectiuum,quo columna eterosin subeat, licet nec motum,nec mutationem. Ioãnes uero ut uidea-

Que Egi. Reductio tertiæ põ. nisi primã

Põ Ioan.

E tur noua dicere ait relationem bene posse alicui attribui tanquam termino nulla penitus mutatione facta in ipso: ut de columna dicitur, & alijs multis:ait tamen aliquam relationem non posse de nouo alicui attribui uti subiecto, nisi mediante aliqua transmutatione facta in illo:quæ positio est ut diximus eadem cum cæteris.non enim effici potest ut a.sit nouus terminus relationis.b.& non sit de nouo relatiuum,aut secundum rationem,aut secundum rem, & sic in idem concidit.Hæc possunt dici: & ut mihi uidetur satis explicare. Captiones captiunculatorum omitto. Prætereo etiam illam quæstionem: si relatio sit idem qđ fundamentum,cum non sit peripatetica, nec digna philosopho,qui rerum naturam scrutatur.Hæc ad peripateticos.

Præterea etiam neq; agentis atq; patientis motus est:neq; cuiuslibet eius quod mouetur, ac mouentis,quia motus non est motus neq; generatiõis generatio,neq; oĩno mutationis mutatio. F

Probat nũc Arist.q̃ nec ad actionem, nec ad passionem est motus.Et hoc Aris. proponit.d. præterea etiam neque agentis,atq; patientis motus est. Hæc uidetur conclusio. Expositio. Replic. Solutio

Et si dicas:ad ignem est motus,ignis est agẽs:uel patiẽs. igitur agentis uel patientis est motus,dici potest esse textum sic legendum q̃ neq; agẽtis quatenus agens,neq; patientis quatenus patiens est motus, quod est dicere nec ad actionem,nec ad passionem esse motum. Hæc de conclusione. Illam uero partem:neq; cuiuslibet,Themistius & Auer.& latini expositores uolunt esse præmissam, & tunc syllogismus est,neq; admouere,neq; admoueri est motus agere est mouere.Pati autem est moueri:igitur nec ad agere,nec ad pati motus est.De ratione tangit maiorẽ, & eius declarationem.d.neq; cuiuslibet eius quod mouetur, ac mouentis,est motus. Hæc est maior apud Themistium. Addit declarationem.d. quia motus non est motus,& exponit omnes species motus,& mutationis ut ampliaret maiorem.d.neq; generatiõis est generatio, neq; omnino mutationis mutatio. Hæc est maior, & maioris declaratio, atq; illius amplificatio.Hũc igitur in modum doctus Themistius:& Auerro. atq; expositores locum intellexerunt. Prima expõ Them. Auer. expositorum. G

Alij iuniores partem illam,non præmissam,sed conclusionem esse uoluerũt: ut sint in textu tres conclusiones,prima agentis, & patientis non est motus. Secunda mobilis & mouentis non est motus.Tertia generationis & omnino mutationis non est generatio nec mutatio. Hæ tres conclusiones probantur per hoc, quia ad motum non est motus.Si enim ad motum non est motus, sequitur apud hos,nec agentis,nec patientis,nec mobilis, nec mouentis, nec generationis:nec omnino mutationis esse motũ. Sed quonam modo ualeat hæc consequentia, differunt. Alij nanq; aiũt illam tenere per locum a simili,quia eadem est ratio quare ad actionem & passionem non est motus, & quare ad motum non est motus,nec omnino ad mutationem est mutatio,quia ea ratione aliquid est terminus, uel subiectum motus,qua per se permanet,at potest esse sub motu,& quiete motus:nunc autem ut motus ipse non permanet,sed est successiuum quid,sic actio & passio, & omnino mutatio nõ permanet,sed est quid successiuum:quare eadem est ratio quare ad motum non est motus:& quare ad actionem & passionem, & omnino ipsam mutationem non est motus. Sed hæc deductio est dialectica: locus enim a simili est topicus.Et ita Aristo.non demõstratiue,sed topice conclusionem demonstrasset. Melius igitur cum Them.& expositoribus.Syllogismus enim est,quia agere est mouere,& pati moueri:& non econtra: in plus enim est motus quàm actio,uel passio: primo de generatione.Similiter generatio & omnino mutatio motus est, saltem communiter. Et propterea syllogismus Aristotelis est demonstratiuus. Scda expõ iuniorum Dubitatio de consequentia. Pria solo. H Scđo tertia Expositio propria.

Primum enim motus bifariã motus esse potest. aut ut subiecti, ceu homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur.Et motus ne ergo hoc pacto

I aut calefit, aut frigefit, aut mutat locum, aut increscit aut decrescit, at hoc est impossibile. Mutatio namq; subiectorum nullam rationem subit.

Expositio. Sumpsit in syllogismo dicto ipsius motus non esse motũ, nunc probat istud, & primo exponit intellectum assumpti, & inquit, primum enim motus bifariam motus esse potest, aut ut subiecti, aut ut dicetur ut termini: ut subiecti quidem, ceu homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur. Tũc petit: & motus ne ergo hoc pacto aut calefit aut frigefit, aut mutat locũ, aut increscit, aut decrescit. Hæc igitur est quæstio utrũ motus subijciatur motui, ita ut motus aut calefiat, aut frigefiat, & hoc quo ad alteratione͂. aut mutat locum, & hoc quo ad lationem, aut increscat, uel decrescat, & hoc quo ad auctionem: refellit hunc intellectũ, & inquit, at hoc est impossibile. Cuius rationem adijcit & inquit mutatio nãq; subiectorum nullam rationem subit.

K Considerationes. Prima expositio. Quo uero ad uerba attinet, illa uerba & motus ne ergo nonnulli faciunt uim syllogismi, ut ita arguat Arist. si motus esset subiectum motus tunc motus aut calefieret, aut frigefieret, aut aliquid id genus pateretur. Ego uero uerba illa ut fecit Auer. non ad syllogismum refero: sed ad expositione͂ distinctionis, maxime illius partis, quæ diceret motum esse subiectum motus. Id uero quod ad syllogismum est referendum, est quia mutatio nullam subiecti subit rationem: quod quidem Aris. solo hominum consensu accepit, nec aliter probauit. Hęc quo ad uerba ipsa.

Dubitatio. Sed occurrunt captiunculatores, quia uidetur motum localem posse esse subiectum motus alterationis: potest enim motus localis esse tardior, & uelocior: modo tarditas & uelocitas affectiones sunt, penes quas alteratio attenditur: igitur motus localis potest alterationi subijci.

Solutio. Dicunt non motu ipsum uelociorem esse uel tardiorem, sed mobile ipsum recipere motum secundum uelocius, & tardius: ueluti subiectum recipit qualitatem secundum remissum, & inte͂sum & non qualitas ipsa recipit intensionem & remissionem: quæ solutio an uera sit, ad præsentem tractationem non spectat ad amussim disputare. Alibi enim diligentissime disputauimus.

L Quę Auer. comme͂.11. Animaduersione dignum Arist. accepisse, ut per se notum mutationem non posse subire rationem subiecti ullam, Auer. uero hoc aliquantulum declarat ꝑ hoc, quia subiectum motus potest esse subiectum quietis: idem enim potest moueri & quiescere: at motus quiescere non potest, quia nullum contrarium recipit alterum, igitur nec potest moueri. Hæc Auer.

Quæ The. Themis. autem probat illud e͂t aliter, hoc uidelicet pacto: ꝙ si motus mouetur, tunc in infinitum abibitur, quia semper motu esset motus prior, & sic in infinitum. Hęc Themist. Aristo. igit̃ accepit illud ut per se motum. Themist. uero & Auero. declararunt ijs declarationibus. Thomas autem probauit illud per hoc, quia omne per se subiectum est substantia per se subsiste͂s: constat aũt mutationem ipsam non posse esse substãtiã.

Tex. 12 M Aut quatenus aliquod aliud subiectum ex una mutationis specie in aliam mutatur: ceu homo ex morbo in sanitatem.

Expositio. Hic tangit secundus intellectus, & ait secu͂do modo posse motum intelligi esse motus, quatenus aliquod aliud subiectum ex una mutationis specie in aliam mutatur. Ceu homo ex morbo in sanitatem. Sic igitur secundo modo intelligi potest unius mutationis esse mutationem ut terminum: ita scilicet quod aliquod subiectum moueatur ex una specie mutationis in aliam ceu ex calefactione in frigefactionem aut in conualescentiam, ita ut duæ mutationes intelligantur duo termini unius mutatiõis, ueluti unitas & morbus intelligunt̃ termini unius mutationis sanitas qde͂ terminus ad quem. Morbus e quo. Hic est secundus intellectus dictæ propositionis.

At neq; hoc fieri potest, nisi per accide͂s, hic enim motus ex alia forma in aliam mutatio est, & generatio atq; corruptio simili modo, uerum hę quide͂ in sic opposita fiunt. Motus autem nõ similiter. Simul igitur ex sanitate in morbũ & ex hac ipsa mutatione in aliam mutabitur. At cum ægrotauerit, perspicuum est non ad quamuis fore mutatum. quiescere nanq; potest. N

Expositio. Nunc secundum intellectum refellit, & probat fieri non posse ut unus motus sit terminus ad que͂ alterius motus. Et primo supponit omnem mutationem esse e quodã determinato in quoddam determinatum: licet non eodem modo, nam generatio & corruptio est e priuatione determinata in formam determinatam. Motus autem e forma determinata in formam determinatam: & hoc inquit, at neq; hoc fieri potest, nisi per accidens: potest enim generatio esse terminus alterationis, sed per accidens, quatenus alteratio, est dispositio præuia ad generationem. Præterea potest illuminatio esse terminus motus localis corporis luminosi, sed per accidens, quatenus per motum locale͂ fertur luminosum ad locum, qui illuminatur. Aut forte dicit per accidens ratione subiecti, quatenus uidelicet idem subiectum est utriusq; O Deinde sumit suppositione͂, & inqt: hic enim motus siue sit latio, siue alteratio, siue auctio, & uniuersaliter omnis motus ex quadam alia forma determinata in aliam determinatam mutatio est: & sic de contrario in contrarium determinatum: & generatio atq; corruptio: similiter ex quodam in quoddã est. Addit tamen differentiam, quia hæ duæ uidelicet generatio, & corruptio in sic opposita fiunt uidelicet contradictoriæ, uel priuatiue opposita. Motus autem non similiter, sed ex determinato contrario in determinatum contrarium. Est igitur suppositio ꝙ omnis motus, & omnis mutatio ex quodam determinato in quoddam determinatum fit: licet sit aliqua differentia, quia motus est de determinato contrario in determinatum contrarium. Mutatio uero de opposito determinato priuatiuo uel contradictorio in oppositum determinatum. P Hac suppositione stãte: arguitur: si unus motus est ꝑ se terminus alterius motus, tunc idem mobile simul & semel moueretur formis contrarijs, & mutationibus oppositis. Inquit, simul igitur ex sanitate in morbum, & ex hac ipsa mutatione in aliam mutabitur. Et ita terminis oppositis, & mutationibus oppositis idem mutabitur simul & semel. Destruit consequens, & inquit, at cum aliquid ægrotauerit, perspicuum non ad quamuis fore mutatum, sed ex uno termino in unum terminum, & unica tãtum mutatione, & non quauis duarum indifferenter. Et hoc probat. d. quiescere nãq; potest uidelicet in medio oppositarum mutationum. Inter quaslibet enim duas mutatiões oppositas semper intercidit quies: & ita patet: idem non posse simul & semel oppositis mutatiõibus moueri.

Dubitatio. Sed tunc est dubitatio: quonã modo ualet: si unus motus esset per se terminus alterius motus, tunc idem mobile simul moueretur motibus oppositis.

Solutio. Q Et licet hæc consequentia deducetur ab Aris. in octauo huius, pro modo dico ꝙ ualet suppone͂do idem mobile simul & semel moueri motu, & termino illius motus. Simul enim & semel ide͂ homo mouetur calefactione & caliditate. Ex hoc sequitur dicta consequentia: moueatur homo motu ægrotationis, cum per te ægrotatio in sanationem terminetur, tunc per suppositionem ide͂ homo simul ægrotatione & sanatione mouebitur, quia sanatio ponit̃ terminus ægrotationis.

Considerationes. Quo uero ad uerba græca attinet, debes scire ꝙ nonnulli codices textum habent affirmatiuum hoc pacto: at cum ægrotauerit perspicuum est ad quãuis fore mutatum, & potest stare: nos uero legimus codices quosdam ueteres ubi inuenimus textũ negatiuũ, eo uidelicet modo quo transtulimus, & sic nulla est in lr̃a obscuritas, tu uero ꝯsidera.

Quę Auer. co͂me͂. 1. An motus accipiat e͂t ꝑ motum. Vide Iãd. q. 5. huius. Animaduersione dignũ ꝙ Auer. aliter declarauit illã consequentiã: si unus motus est per se terminus alterius motus, tunc idem mobile moueretur simul motibus oppositis, uoluit enim hanc ualere ꝓ tanto, quia si aliquod mobile transmutatur ad aliquã transmutationem, tale mobile dum transmutatur ad illã transmutationem

A transmutationẽ, erit in illa, & ita simul erit in utrisq; uidelicet in illa qua transmutatur, & in transmutatione, ad quã mutatur. Hæc est deductio Auerrois. Sed occurres, quia lignum potest mutari ad caliditatem, & non esse calidum siue sub calore, uel saltem potest mutari ad calorem summum, & non esse sub summo calore. Quicquid iuniores uelint, dici potest pro modo aliter esse i re successiua, aliter in re permanente. In successiua enim re quicquid habet partem motus, habet motum, & moueri dicitur. In permanente uero non quicquid illius partem habet, illam habere dicetur, nisi habeat illius plus q̃ dimidium. Ex ijs patet solutio, cũ enim omne quod mouetur, partim sit in termino ad quem, partim in termino a quo: sequitur, si aliquod mobile mouetur de una transmutatione in aliam, ipsum habere quicquam illius, quæ est in termino ad quem, & cum sit res successiua, dicitur habere illam, & sic patet deductio Auer. Non autẽ erit ita de re permanente: non enim oportet habere calorem summum, si habet aliquid illius.

Dubõ circa Auer. deductionẽ. Solutio, p Auer.

B

Insuper etiam non in quamuis semper, nam illa ex aliquo in aliquod aliud erit, quare & opposita sanatio erit.

Expositio. Interpretatio Egidii.

Videtur expositoribus hæc quasi secunda ratio, quam rẽ indicat uerbum illud insuper etiam, quod græce est καὶ ἔτι & Egidius differentiam huius rationis ab illa assignat ex hoc, quia in hac redditur causa eius, quod in prima fuit sumptum: suppositum enim erat in illa nullam transmutationẽ fieri in terminum contingentem, hoc est non cõtrarium. Hic causa assignatur ex hoc, quia omnis transmutatio ex aliquo in aliquid erit. Sed hæc expositio friuola est, quia in dicta ratione causa hæc explicata est. In dando enim differẽtiam inter motum & generationem expressit causam hãc. Ideo uidetur mihi Arist. hic non addere rationem aliã. sed addere ad conclusionem, quam in fine adiecit. Dixit enim at cum ægrotauerit, perspicuum est non ad quamuis fore mutatum, quiescere nanq; potest. Huic conclusioni addit repetendo id quod in ratione supposuit, & inquit, & insuper perspicuum supple est nõ in quamuis semper: sup. mutari id quod ægrotat, nam ut dictum est: illa supple ægrotatio ueluti cætere mutationes ex aliquo in aliquod aliud erit: quare & opposita sanatio erit, quæ sanatio opposita erit egrotationi: ecce quomodo nec Auer. nec expositores locum hunc intellexerunt: cum non secundam rationem hic addat Arist. sed quasi ad conclusionem id repetit, quod prædixerat: quo uero ad uerba græca attinet, uerbum illud nam græce est καὶ, quod licet frequenter ueniat in nos pro et, uel pro etiam, aut atq;, & id genus, nõnunq̃ uim habet confirmantis, ut uidetur hoc in loco Aristo. seruasse: quare non iniuria ita transtulimus.

Cõfutatio

Propria expositio.

C

Verum per accidens fieri potest, ueluti si e recordatione in obliuionem quicquam mutetur, quia id cui illud inest, interdum scientiam, interdum in sanitatem mutatur.

Expositio. D

Soluit quasi cauillum, quia uidemus mutari animam e recordatione ipsa in obliuionem, igitur una mutatio potest in aliam terminari. Respondet igitur, & inquit. uerum per accidens fieri potest supple ut idem de una mutetur transmutatione in aliam, ueluti si e recordatione in obliuionem quicquam mutetur: quia id cui illud inest, interdum in sciẽtiam interdum in sanitatem mutatur. Animaduersione dignum q una mutatio potest dupliciter in aliam terminari, interdum per se quatenus una mutatio disponit pro alia, ceu alteratio pro generatione. Et latio pro illuminatione. Interdum per accidẽs ratione subiecti, quatenus idem subiectum potest conuerti in utrunq;: ceu per accidẽs musicum edificat Et hunc modum Aristo. tetigit in litera. cũ enim aliquod subiectum in fine conualescentiæ dealbari inceperit, profecto conualescentia per se in sanitatem per accidens in dealbationem terminabitur, quod quidem ratione subiecti proficiscitur, quod utrisq; subest. Auerroes uero enititur dare causam, quare una trãsmutatio termina-

Quæ auer. cõmẽ. 12.

E ri non potest in transmutationem oppositam, & ait hoc esse, quia inter transmutationes oppositas omnes semper mediat quies. Sed hæc Auerrois causa, ex ijs quæ in octauo aperientur, accurrate disputabitur, nũc autem sit nobis dictum intantum.

Præterea si fue rit mutationis mutatio, atq; generationis generatio, in infinitum abibitur: etiam si posterior erit, prior sit iam necesse est. Veluti si simplex generatio interdum fit, etiam id quod fit, fiebat: quare nondum aliquid erit simp liciter genitum, sed partim fit, partim etiam factum erit iã: quod quidem etiam rursus aliquando fit: quare id quod fit, non erit tunc. Cum autem infinitorum primum nullum sit, non erit primum: quare neque deincepitium: igitur nec moueri nec mutari quicquam potest.

Tex. 13.

F Expositio.

Hic ponitur secunda ratio, in qua sumit duas hypotheticas. Prima est si fuerit mutationis mutatio, atq; generationis, generatio, in infinitum abibitur, quia pari ratione secũda generatio habebit aliam generationem, & sic in infinitum. Secunda est, si posterior generatio est, prior sit iã necesse est: probat hanc per hoc, quia nisi prior sit, nunq̃ id quod generatur, erit perfecte generatũ, quia semper deerit aliquid de requisitis, semper enim deerit generatio generationis, & sic in infinitum: & hoc ait ueluti si simplex generatio interdum fit, etiam id quod fit, fiebat, deerit enim sibi generatio generationis: quare nondum erit aliquid simpliciter genitum, sed partim fit, partim etiam factum erit iam ita ut rusus adhuc fiet, quare id quod fit, non erit tunc, erit enim secundum quid quo ad generationem ipsam, quæ fit uel cuius pars facta est, non erit uero quo ad generationẽ, quæ generationi deest. His suppositis, arguit. d. cum autẽ infinitorum primum nullum sit, non erit primum, siue prima generatio: quare neq; deincepitiũ, quod grece est ἐχόμενον, latine esse consequens, siue se habitum. Quare destruetur generatio & motus, & nihil generabitur, & nihil mouebitur.

G

Auerroes autem fundat rationem Arist. super duas propositiones: quarum prima est: quod res quæ generatur, dum fuerit in ipsa generatione nondum est uerbi causa: homo cum est in generatione, nondum est homo: & hãc esse per se notam fatetur. Secunda propositio est: q cum generatio simplex fuerit, tunc generatur, & cum generatur, tunc est. Ex ijs arguit aut simplex generatio fit, aut non fit, si non fit, habetur propositum, si fit, ut indiuiduum substantiæ fieri solet, tunc ex prima propositione ipsa generatio non erit dum generatur, ceu homo non est homo dum fit, ex secunda uero propositione sequitur generationem esse, quia omne quod generatur, dum generatur est, quare in eodem nunc generatio ipsa erit, & non erit, quod est impossibile. Hæc est deductio Auer. Sed hæc deductio patitur difficultatem, quia eadem ratio fieri potest secundum ueritatẽ peripateticorum, posset enim argui: si aliquid fit, aut dum est, aut dum non est, nondum non est, quia q nihil est, nõ fit: si dum est, igitur idem erit, & non erit: & ita relinquetur cauillus quo Zeno destruebat generationem, ut dicet in sexto huius. Propterea ratio Arist. ut mihi uidetur debet deduci modo quo fecimus. Sed occurres fortasse, quia esse potest posterior generatio, ubi non est prima, quia generatio Socratis præcessit generationem Platonis, & illam Socratis adhuc generatio alia, & sic in infinitum, ubi patet non esse deueniendum ad primam generationem, & tamen dari potest posterior. Solutionẽ huius indicãt Auer. & expositor q hæc ratio non excludit quin mutatio sequi possit mutationem per accidens in infinitum, quod oportet dicere secundum opinionem Aristo. qui posuit motum æternum, qui sit causa infinitarum generationum secundũ successionem, sed intendit ostendere q mutationis nõ sit mutatio per se in infinitum, sic enim postrema dependeret ex infinitis præcedentibus: & ita nunquam finiretur. Ex

H

Põderatio deductionũ.

Dubitatio.

Sol. Auer.

I hac solutione Auer. soluit argumentum quo theologi suæ secte probabat mundum non esse æternum, arguebant. n. homo semper generatur ab homine: igitur si homo primus non sit, posterior homo non erit. Respondetur ꝙ nō oportet esse primum hominem, quia ad generationem secundi non est necessaria generatio præcedentis nisi per accidēs: per se uero necessaria sunt sol & intellectus mouens, et hęc sunt, & fuerunt ab æterno: hæc Auer. In quibus patet ordinem accidentalē differre ab ordine essentiali: nam in ordine essentiali ad generationem ultimi sunt necessaria omnia præcedentia. At in ordine accidentali ad generationē ultimi non sunt necessaria præcedentia. Sed res hæc altius pertractabitur in libro huius octauo. Animaduersione dignum rem permanentem quo ad suum fieri differre a re successiua: nam res successiua simul est & non est cum suo fieri res uero permanens, nō sil' est & non est cum suo fieri: potest enim esse albedo sine suo albefieri. Ex ijs sequitur & bene, ut recte iuniores sentiunt, si generatio p se fieret, infinitas esse simul generationes, nam si a. generatio fit, per se: tunc fieri ipsius a. simul cum ipso a. erit. Propterea quia in re successiua ipsum fieri est cum re, quæ fit, & pari ratione de fieri ipsius fieri, & sic in infinitum, quare infinita fieri simul erunt, secus autem in re permanente, nam illa esse potest sine suo fieri: & sic tollitur omnis cauillus contra Aristote.

Argumētū theologorum. Solo Auer.

Res permanēs & successiua differunt.

K

Tex 14. Præterea eiusdem est contrarius motus, & quies etiam, & generatio atq; corruptio. Quare id quod fit, tunc corrumpitur. cum ipsum quod fit, fit.

Expositio. Tertio arguit Arist. & sumit motui esse duplex contrariū uidelicet motum ipsum, & quietem, uerbi causa, ascensui contraria est descensio, & quies in centro, ueluti & generatio & corruptio sunt contrariæ. Ex hoc supposito infert quare id quod fit dum fit, tunc corrumpitur, cum ipsum quod fit, fit, & ita idem simul corrumperetur, & generaretur insimul.

L Neq; enim statim fit id quod fit, neq; posterius, esse enim oportet id quod corrumpitur.

Expositio. Ambiges fortasse unde sequitur dicta ratio. uidelicet, si motus terminaretur ad motum, & generatio ad generationem, igitur idem simul fit, & corrumpiẽ. Silr unde ualet si motui ē cōtrarius motus & qes, & generatio & corruptio sunt opposite. igitur idem simul fit, & corrumpitur: hęc enī res est non parua: occasione autem huius iuniores de mente Auer. uolunt Arist. probasse de subiecto motus, & non de termino motus: uolunt enim Arist. nunc probasse motū non esse subiectum motus. Vnde Auerr. fundat rationē in tribus propositionibus. Prima est ꝙ res mota in rebus, quæ mouentur motibus oppositis, est eadem, uerbi causa, id quod in loco mouetur, idem est cum eo quod quiescit, et similiter id quod generatur idem est cum eo quod corrūpitur: est igitur prima propositio idem esse subiectum contrariorum. Secunda est ꝙ omne generabile est corruptibile, ut inductione patet, & in lib. cœli declarabitur. Tertia est: quod id quod corrumpitur, non corrumpitur dum generatur, neq; quod mouetur quiescit dum mouetur. Ex ijs deducitur. Si motus est subiectum motus: & generatio subiecta generationi. tunc motus reciperet motum, & generatio generationem. Et ultra: igitur motus recipiet quietem, & generatio corruptionem: tenet enim ratio per primam propositionem dicentem subiectum esse unum et idē oppositorum: & ita si motus est subiectum motus, erit & subiectum quietis, & si generatio est subiectum generationis erit & corruptionis. consequens est contra tertiam ꝑpositionem. Dictum enim est nihil quiescere dum mouet̃, nec corrumpi aliquid dum generatur. Speciatim etiam ex secunda propositione deduci potest generationem corrūpi, nam ab aduersario conceditur generationem generari esseq; subiectum generationis: igitur oportet concedere ipsam esse corruptibile per secundam propositionem, quare aliquando generatio corrumpetur: & ita cōtra tertiam

Quę Auer. cōmē. 19.

M An motus sit cōtrari' motu & quies qeri Vide Alb. de saxo q. 7. & 8. huius; & iād. q. 11. huius.

propositionem, hæc ex Auerroe, & acute quidem. Sed hæc deductio deficit: primo quia Aristo. proposuit probare de termino, probauit enim motum non esse subiectum motus, & cœpit probare motum non esse terminum motus: & ita non est rationi consentaneum, ut nūc saltet atq; cōfundat ordinem. Secundo hæc deductio nō facit ad uerba. Essent enim in textu multa uerba supflua & multa māca. Propterea expositores autumant Aristo prosequi quod cœperat uidelicet probare, ꝙ motus non sit terminus motus, et iuxta hanc intentionem deducitur ratio, si motus est terminus motus & generatio terminus generationis, aut dū præcedens motus est, uel postq̃ est, uel anteq̃ est, uerbi causa: si descensus terminatur ad ascensum, aut dum descensus est, uel postq̃ est, uel anteq̃ est, non antequam est, nec postq̃ est: quia omne quod generatur esse oportet aliquo modo, & omne quod corrumpitur etiam: & hoc ait. neq; enim statim fit id quod fit. i. antequam fit, neq; posterius esse enim oportet id quod corrumpitur, & etiam esse oportet id quod generatur, & etiam esse oportet id quod mouetur: restat igitur tertium ut tunc motus sit terminus motus, quando præcedens motus est, & hoc pro impossibili omittit. Simul enim esse non pōt uia & terminus uiæ. fluxio & terminus fluxionis, & hoc modo uidet deductio Arist. optima. Sed occurres, quia dictum est superius, qd' generatur non est, & quod mouetur est. Dici potest superius esse locutum de subiecto, dixit enim subiectum generationis non esse actu sed bene subiectum motus. At hic loquitur de termino, oē enim terminans oportet esse. Amplius occurres, quia non uidetur impossibile in successiuis idem generari & corrumpi. Motus enim dum est generatur, & dum est corrumpitur. Dici potest non esse impossibile idem generari & corrumpi diuersimode exponendo ipsum generari & corrumpi: ut sorticolę de ipso incipit, & desinit sentiunt. Motus enim generatur quia nunc est, & antea non erat, & corrumpitur quia nunc est. & postea non erit. Arist. uero deducit idem simul generari & corrūpi eodem modo exponendo, ut patet consideranti.

N Cōfutatio

Propria expō.

O

Dubitatio. Solutio

Secūda du.

Solutio.

P

Præterea materiam subesse oportet tam ei quod generatur, quam ei quod mutatur, quæ nam igitur erit. Ergo quemadmodum alterabile est, aut corpus aut anima, ita generabile aut est motus, aut generatio.

Tex 15

Quarto arguit, omnis terminus generatiōis habet subiectum, & materiam, ut enim dicitur septimo metaphy. nō sphæra, non æs generatur, sed ænea sphæra: & ita terminus generationis debet habere materiam, sed generatio, & motus non habet materiam: igitur non generatur ut terminus: de ratione sumit maiorem, & inquit præterea materiam subesse oportet tam ei quod generatur, q̃ ei quod mutatur, hæc est maior: deinde ponit minorem sub quæstione & interrogationis nota. d. quæ nam igitur erit materia motus, uel generationis? quasi dicat nulla, & quasi idē magis explanans addit: ergo quemadmodum alterabile est aut corpus aut anima, corpus quidē quo ad corporeas alterationes: anima uero quo ad animales, ita generabile, supple ut terminus erit aut motus, aut gñatio. Et animaduerte ꝙ comparatio est ad genus & non ad speciem, quasi dicat, ergo ut alterabile subiectiue est uel corpus uel anima, sic generabile terminatiue est aut motus aut generatio & hoc apud eos qui uolunt motuum esse terminum motus, & generationem finem generationis, aut forte magis ad mentem Auer. intellige sic, quę nam igitur erit? quasi dicat: nulla: & hoc probat. d. ergo ut in alteratione alterabile & materia alteratiōis est aut corpus aut anima, ita ubi motus per se ut terminus generaretur, materia generationis esset aut motus, aut generatio, uel pars intrinseca motui uel generationi, quod tanquam impossibile omittit.

An rōnes ad ꝓbādū ꝙ gñatiōis nō sit gñatio ualeāt. Vide Egi. tex. 15. h'.

Q

Auer. autem addit tria utilia ad uerba: & ad rem. Primū est. Aristo. per alterationem hic intellexisse generationem substantialem, & nō mutationem in qualitate, quia aliter

Quæ auer. cōmē. 15.

generatio

A generatio non erit in substantia. Secundum est eadem impossibilia sequi ad dicentes motum esse subiectum motus, & motum esse terminum motus. ad dicentes enim. Motũ esse terminũ motus sequitur motũ moueri, ueluti ad dicentes motũ esse subiectum motus, ut enim in transmutatione de albedine in nigredinem sequitur nigredinẽ mutari saltẽ ut terminus: sic si motus esset terminus motus: siue genus motus. motus mouebitur ut terminus motus, quod Auer. tanquam impossibile omittit, & sic sequitur motum moueri saltem terminatiue; dato ꝙ non moueatur subiectiue. Et propterea Auer. ait subiectum motus posse sumi nonnunquã pro subiecto inherentiæ quomodo cera est subiectum figure. nonnunquã pro genere in quo est motus: siue pro termino ad quem motus. uerbi causa. qualitas in alteratione est subiectum siue terminus siue genus alterationis: quantitas auctionis, ubi aũt lationis, & ita uult Auer. Arist. probasse
Dubitatio B motum non esse terminũ motus, & hoc pro tanto quia nõ habet materiam. Sed occurres, quia motus habet materiã & generatio similiter. in omni enim motu oportet subesse
Solutio. materiam. Et sic minor Aristo. est falsa. Dici põt motũ & generationẽ bene habere materiam in qua: non autem ex qua. oportet aũt omne quod fit terminatiue habere materiã ex qua & esse compositum: dicebatur enim. 7. metaph. nec æs: nec spheram generari, sed æneam spheram, & hoc adiecit Arist. cum inquit. ergo queadmodũ alterabile est corpus aut anima: hoc est ut in alteratione oportet terminum alterationis habere materiam quæ est corpus, uel materiã quę est anima. sic generabile si motus & generatio per se generaretur: erit aut motus ipse, aut generatio, uel pars motus
Dubitatio iuniorum uel generationis, & sic patet uis ratiõis. Occurrunt iuniores. si terminus motus dici possit moueri, quæ res nulli dubia est: apud peripateticos enim ubiquam animal generari, & æneam spheram fieri legimus: sic in cęteris motibus terminum motus moueri: nemo debet ambigere, & breuibus ꝗ iuniores dicunt non sunt contra mentem peripateticorũ.
C concedi enim põt aliquid quod non est moueri modo terminatiue moueatur. refert enim aliquid generari subiectiue & terminatiue, quod enim subiectiue generatur, generari non põt: nisi sit, & dum est. Quod uero generatur terminatiue: generari põt, quando non est, qua ratione fit ut formæ sint mobiles quidem ut termini. immobiles uero ut subiectũ. Esset tamen dubitatione dignum an forma: an compositum sit terminus generationis, quæ questio: cum sit metaphysica, & alibi decisa: transeat.

Tex. 16. **Præterea ẽt aliquid erit: ad quod mouet̃. motum enim huius esse oportet aliquid ex hoc in hoc. qđ quidem & neq motus est: neq generatio.**

Expositio. Quinto arguit. omnis motus est ad terminum permanentem qui demonstrari põt duobus nunc. Sed nec motus nec generatio est permanens nec in duobus nunc demonstrabile. igitur ad motũ uel generationem non est motus. de rõ
D ne tangit maiorem dicens: præterea ẽt aliquid erit: supple permanens ad quod mouetur uel ad quod motus terminatur: hoc explanat. d. motũ enim huius esse oportet aliquid ex hoc in hoc ut in terminũ, qui quidẽ terminus & neq motus est, neq gñatio, & sic habet̃ rõ. Vbi animaduerte Arist. supposuisse oẽm motũ esse in terminũ permanentẽ; uerũ quia
Que auer. comẽ. 16. eget declaratione: contentus fuit famositate. Auer. uero aliquantulo extra textũ euagans: probauit maiorẽ. Primo ꝗa si terminus motus esset successiuus: tunc successiuũ esset in actu: deducitur q̃m omnis motus & omnino gñatio terminat̃ ad ens in actu, ut per definitionẽ gñonis patet. est enim gñatio exitus de potentia in actũ, & ita si successiuum siue motus: siue gñatio sit terminus motus uel gñonis: semper esset in actu. Secundo terminus motus uel gñonis est completus. At successiuũ non est cõpletũ, semper. n. habet actũ potentiæ admixtũ. Ex ijs patet illa maior ꝙ omnis generatio & omnis motus est ad rem permanentem atq stantẽ. hæc ex Auer. uerũ attende ꝙ ob malas quas habuit Auer. translationes: male uerbis Arist. rẽ hanc applicauit. Sed mõ quo nos accommodauimus: res hæc utilis est ualde. E

Præterea ẽt quonam pacto erit: non enim doctrinę generatio erit doctrina. quare nec generationis erit generatio: nec quędam cuiusdam.

Patet error iuniorum, qui asserunt Arist. hac in parte probare maiorẽ per exemplum. hac enim in re uisus est Auer. cespitare. Melius igit̃ uidet̃ Arist. 6. arguere ad idem sic, ut generatio non est doctrinæ, sed scientiæ: sic generatio non est generationis, sed rei genitæ, & ita ad generationem nõ est generatio. inquit. preterea ẽt quonam pacto erit: supple generatio generationis: non enim erit doctrinæ generatio doctrina, sed scientia, quare nec generationis erit generatio nec quædam generatio cuiusdã generationis. hęc Arist. Expositio.

Præterea si tres sunt motus species: oportebit esse & quandã naturam subiectã, & ea in quæ motus ẽ quare lationem alterari aut ferri necesse est. Tex 17.

Septimo arguit. si motus est terminus uel subiectum motus, tunc oporteret lationẽ uel alterari, uel ferri, quod est omnino dissonum. deducit supponendo in omni motu & omnibus tribus motus speciebus esse necessariam materiam subiectã, & terminum motus, ad quẽ motus est, & tunc arguitur. si motus est terminus, uel subiectũ motus, tunc uel eiusdẽ speciei, uel alterius. si eiusdẽ: tunc latio ferretur. si uero alterius, tũc latio alterarẽ, & sic patet impossibile: quod uero ad uerba græca attinet, uerbum illud quare græce est οἷον, quod licet latine idem sit quod ueluti, uel ut: tamen hic (ut mihi uidetur) uim illatiuã habet. tu uero qui græce sapis animaduerte. Vlterius uerbum illud naturam subiectã: gręce est ὑποκειμένην φύσιν. Et Auerro. per hoc exponit genus in quo est motus: siue terminum motus & errauit. nam Aris. explicauit subiectum & terminum. subiectũ quidem per hoc quod dixit subiectam naturam. terminum uero per id quod dixit, & in quæ mouetur, & sic patet Auerroem errasse, quod fortasse euenit ob malas quas habebat translationes. Nec bene dixit quo ad textus intentionem. ipse enim uoluit Aristo. dare impossibile eius consequentis, quod antea intulit, & sic hic nõ unam rationem facit, sed dictam cõpleri uoluit, & est error. uerba enim Aristo. nouam rationem hic addere aperte ostendunt, ut qui græce sapiunt: possunt diiudicare. Expositi F Error Aũ. primus G 2. error.

Omnino aũt cũ omne quod mouet̃: trifariã moueat̃, aut per accidens, aut per partẽ aliquã, aut per se, per accidens profecto dũtaxat mutatio ipsa mutari poterit, ut si is qui sanat̃: currit, uel discit. Verũ eam quæ est per accidens: iam dudum repulimus.

Demum quonam pacto concedi possit motum moueri, nunc exponit, & uult mutationem per accidens mutari, & moueri per accidens motum. uerbi causa. si currenti accidit sanescere. Dici põt profecto cursum illum quodam modo factum incolumen. non ꝙ cursui ut dicit Themi. restituta sit salus, sed ꝙ is cui accidit cursus conualuerit curredo. uerum quia ea quæ sunt per accidens, sunt ab arte prætereunda: ideo ait eam mutationem quæ per accidens est: iam dudum esse repulsam: atq emissam. Mutatio igitur nec per se nec per partem mutari põt, sed solum per accidens, quatenus accidit subiecto quod mouetur uno motu: moueri alio motu. Sed dices Arist. probauit mutationẽ mutari nõ posse per se: cur non probauit illam mutari non posse per partem? Respondet Auerro. hoc esse recte prætermissum quia quicquid mouetur per partem: põt moueri per se, quia potest diuidi, & effici totum, & sic omisit, quia ratio illius cadit cum ratione dicta de moueri per se. hæc ex Auerroe. Sed hæc Auerrois determinatio habet obiectionem. animal enim sentit per animam: tanquam per partem, quæ nunquam potest separari: ita ut per se sentiat. Propterea tutius dici posset motum moueri non posse per partem, quia non habet partes: nisi successionis. dimensiuas uero nõ nisi Expositio. H Dubitatio. Sol. Auer. cõmẽ. 17. Obo cõtra Auerroem. ppria solo

I per accidens, qua ratione posset concedi motum per partē per accidens moueri, ut ea pars motus quæ in brachio est dicat̄ effici incolumis, qa brachiū efficit̄ icolumē. Hęc mihi uidentur. Dubitant iuniores propter quid Aris. non ꝑbauit ad quando: habitū, & situm non esse motum. Rn̄det ad quando non esse motū, quia ad tp̄s non est motus: est enim tp̄s aut motus, aut ipsius motus affectio, uel consequens, ad habitum uero uel sitū non est motus, quia sunt relationes.

Dubitatio iuniorum.

Sed obijciunt nonnulli. Primo, quia multa consequuntur motum, ad quæ tñ est per se motus, ut calor, & frigus, & id genus, & sic ratio de qñ nulla est. Secūdo habitus, & situs sunt prædicamenta per se: igitur non sunt relationes. Propter hæc aliā afferunt cām. uolunt. n. ad hæc non esse per se motum, quia aduenire alicui possunt sine mutatione facta in eo. qua rōne hæc præterijt Aristo. quia ratio qua de relatione utebatur ad hæc sufficit. Et licet hæc secunda rō bona sit. Prima est Auer. in. 6. huius: cō. 85. contra Auicenā, qui uoluit in sitū posse esse motū contra quē obiecit Auer. in situm non esse motū, quia situs est ad aliquid, quod & alibi pluries in hoc lib. sumpsit. nec ualet dicere: Auerroē uoluisse sitū esse respectū non intrinsecus aduenientē, sed extrinsecus, quia à pari nec in ubi esset motus: est. n. ubi respectus extrinsecus adueniens. Propterea defendi pōt. Ad primā dicerē aliter esse de consequente per se, & de consequēte per accidens, uolunt. n. oēs si ad subiectum non sit motus per se: nec ad per se consequens illius esse motum ꝑ se. est. n. per se consequens alicuius rei: propria passio illius. mō de intentiōe Auer. 3. cœli: cō. 67. subiectū & passio sunt eiusdem ordinis. Ad propositū calor & frigus non sunt affectiones propriæ motus. Ad secundū concedo habitum, & sitū esse per se in prædicamento relationis. non. n. dubitauit Auer. hoc concedere: nec est inconueniens genus generalissimū aliquorū esse speciem alterius. dr̄. n. generalissimum: cui nullū superuenit genus suę coordinationis. hoc. n. est expressa ubiq; mens peripateticorum. Sed tunc est qō utrum motus incipiat esse per motū, & uidet̄ q̄ sic: nā motus aliquis incipit apud Aristo. & omnes, uel igitur per creationem, quod non puto esse peripateticū, aut per generationē siue motum, & habetur intentum. Oppositū sentire uidetur Aristo. hic, & omnes expositores. Ioannes ait motum incipere per motū: intelligi posse bifariam, aut ꝑ motum, qui est in eodē subiecto, aut qui est in alio subiecto. uult igitur omnem motū nouum incipere per motū: nō qui dē eiusdē subiecti, sed alterius ut cœli, & sic credit euitare creationē, & concordat uerba Aristo. hincinde. Sed hæc solutio friuola est: nos. n. quærimus utrum motus quo Socrates mouetur nūc de nouo per motū præcedentē in Socrate cœperit esse, uel non. nā si non: tunc creatur in socrate, qa nunc incipit, & non per motū uel generationē: igitur ꝑ creationem, & si sic: igitur motus ante motum erit in infinitū, ꝑterea q̄ aliquid incipiat præcedente motu in alio subiecto: non tollitur quin incipiat per creationē. pōt enim anima incipere præcedente motu cœli, & tñ anima creatur. Propterea dicendum secundum sententiā Auicēne, qui ēt peripatetice persæpe dubitationes dissoluere enititur. ait. n. in omnibus ijs quæ sunt talia denominatiue: deueniēdum est ad aliquid tale per essentiā, ut si corpus est album denominatiue. albedo est alba per essentiā, & si omne ens infernū est tale denominatiue: deus est ens per essentiā. Vt dicit̄. 2. meta. tunc ad rem dico cōpositum incipere per motum: denominatiue: igitur motus incipit seipso per essentiā, & ita non creatur: nihil. n. creatur, quod seipso per essentiā incipit: nec est impossibile aliquid seipso per essentiā incipere, quod tñ habet cām efficientē, ut albedo est alba seipsa per essentiā, & dependet ab elementis: sic igitur corpus denominatiue incipit moueri per motum, & per consequēs motus seipso per essentiā incipit, qui tamen non creatur, quia supponit subiectum ē quo extrahitur seipso per essentiam, & ab alio effectiue. Hæc de quæstione.

Obiones

Scda soło.

Defensio primę solutionis.

K

Quæstio

L

Pō Ioan. gādauensis

Cōfutatio

ꝓpria solō

M

Tex. 18.

Cum aūt nec in substantia: nec in relatione: nec in actione: atq; passione sit motus: restat motū duntaxat esse in qualitate quantitate: atq; ubi. quippe cū in unoquoq; horum contrarietas est. N

Nunc declarat q̄ solum in qualitate, & quantitate, & ubi sit motus, & potest iuxta mores sorticolarum sic deduci. In qualitate, & quantitate, & ubi est motus, probatur in litera per hoc, quia in unoquoq; horum est contrarietas, & in nullis: non qualitate & quantitate, & ubi est motus, ut fuit longo sermone deductū: iure sequitur solum in qualitate, quātitate, & ubi esse motū: prætermisit aūt habitum, situm, & quando, & cætera id genus. propter rationē tactam in proximo textu. Auer. aūt ait causam uniuersalem: quare in his tribus prædicamentis duntaxat motus sit: esse propterea, quia in his tantum est contrarietas, ubi enim contrarietas esse possit in alijs prædicamentis: proculdubio in illis esse posset motus. Hæc ex Auerro.

Expositio. An in qualitate q̄titate & ubi sit contrarietas. Vide Egi. hic. Et an motus sit his tribus gn̄ibus. Vide sād. q. 13 huius Quæ auer. cōm. 18.

Is igitur motus qui quidem in qualitate est: alteratio sit. Hoc enim cōmune nomen positum est.

Videtur nunc Aristo. agere de his tribus motibus quo ad nomina siue nomenclaturas, & inquit. is igitur motus, qui quidem in qualitate est alteratio sit, quæ græce dicitur ἀλλοίωσις, & quia nominum nulla est rō: nisi institutio uoluntaria. Propterea ait. hoc enim cōmune nomen positum est, & nulla ꝓprietate naturali allusum ut Plato posuit in Cratillo: nisi uoluntaria institutione adinuentum. Vnde ueluti quod qualitate differt alterum esse dicitur ab institutione: sic motus in qualitate alteratio dicenda erit ab institutione & uoluit hoc nomen esse commune, quia alterationis duæ sunt species uidelicet intensio & remissio, quæ ambæ communi uerbo alterationis dicuntur. Hæc de nomenclatura alterationum.

Expositio O

Dico aūt qualitatē nō eā, quę in substantia est. Est n. & dr̄ia ipsa qualitas, sed eā, quæ est patibilis, qua quidem aliquid pati dicit̄, aut impatibile esse.

P Expositio.

Multiplex quale dicitur, quod græce est ποιὸν ut. 5. metap. dicit̄, & pro dr̄ia substantiali, quæ prædicatur in quali: & pro habitu uel dispositione, quæ sunt primæ spēi qualitatis & pro naturali potentia, uel impotentia, & pro ea affectione, qua aliquid patibile uel impatibile dicit̄, & pro figura. Nunc exponit pœnes quā harū debet & attendit̄ alteratio, inquit. dico aūt qualitatē: non eā, quæ in substantia est. est enim dr̄ia ipsa qualitas saltē ꝑm modum, quatenus prædicatur in quali. sed eā, quæ est patibilis, qua quidē aliqd pati aut impatibile dr̄, & sic uoluit alterationē esse solū in qualitatibus tertiæ speciei ut. 7. huius dicetur. Auerroes aūt per quale pœnes quod aliquid pati & impatibile dicit̄, intelligit quale secundæ, & tertiæ speciei. nā per hoc quod dixit pati: uoluit esse intelligendum patibilem qualitatem tertiæ speciei, & impotentiā naturalem, quę dicitur debilitas, qua aliquid facile patitur. Et per hoc quod dixit aut impatibile esse, uoluit esse audiendum potentiā naturalem: siue robur, rōne cuius aliquid non est facile patibile. Et quia hæc expositio est contra intensionē Arist. 7. huius, quasi corrigens se Auerroes: adiecit Arist. fuisse locutū de alteratione large ꝑ omni mutatione in quali: ueluti posuit ēt qñq; generationē inter motus: nam loquendo de alteratione stricte atq; per se: alteratio non est nisi in quali tertiæ speciei, quod recipit magis & minus: modo de qualitate quæ est in anima uel animato ut habitus uel dispositio: non est ita: nec de qualitate in quantitate ut est figura quartæ speciei. Magis aūt intellexit potentiam & impotentiā, q̄ cætera quia sunt eiusmodi qualitates (ut dicit) propinquæ qualitatibus passiuis.

Q

Sed hæc Auerrois expositio non est necessaria. Primo qa Aristo. ubiq; per patibiles aut impatibiles qualitates: intelligit affectiones tertiæ speciei, ut primo de generatione patet. Secundo quia potentia naturalis uel impotentia nō est propinquior patibili affectioni quàm sit dispositio, quę est qualitas primæ speciei: est enim dispositio affectio corporis, ut omnes sentiunt, qua ratione patet hanc expositionē non esse necessariam. Propterea per qualitates patibiles, uel impatibiles affectiones intelligit duntaxat tertiæ spēi.

Cōfutatio expōnis.

Qui

A Qui uero est in quantitate:communi quidem nomine uacat:per partes uero utrasq; altera auctio,& altera imminutio nuncupatur. nam qua ad perfectam acceditur magnitudinē: auctio. ea uero qua ex hac receditur:imminutio appellatur.

Expositio. Nunc de nomenclatura eius motus, qui ad quantitatem est,loquitur,& inquit.Qui uero est in quantitate;communi quidem nomine uacat,quia genus commune ad omnes motus tales nomen non habet, per partes uero utrasq; & secundum speciem:altera auctio,& altera imminutio nuncupatur.nam qua ad perfectam acceditur magnitudinem auctio dicitur.ea uero qua ex hac receditur.imminutio appellatur,& sic secundum speciem nomen habet. Et sic secus de alteratione est.secus autem de auctione: de alteratione quidem nomen habemus commune omnibus speciebus secundum genus, & tamen proprium alicui speciei non habemus.de auctione uero econtra specierum nomina habemus: generis autem non. Sed cur ita sit. laborant Egidius,& nōnulli iuniorum, & reddunt causas quatuor. Prima est quia contrarietas in prædicamento qualitatis sumitur pœnes materiam: in quantitate uero pœnes motū, sed cum una & eadem sit materia numero sub utroq; termino contrarietatis:non aūt idem motus ad utrūq; contrarietatis terminum:hac ratione omnibus motibus prædicamenti qualitatis competit unum nomen.non aūt omnibus motibus prædicamenti quantitatis. Secūda causa est quia nulla forma prædicamenti qualitatis denominat seipsam: non enim dicitur albedo albatur,sed forma prædicamenti quantitatis bene denominat se,quia dr̄ magnitudo augeť, qua rōne ob denominationem formæ species auctionis habent nomen.genus non,quod sumitur à subiecto. Tertia cā est quia alteratio est principaliter ob materiam. auctio aūt & imminutio ,ppter formam,& quia formæ sunt plures.Propterea species habent nomina. genus uero non:at quia materia est una cōis. Propterea alteratio generis nomen habuit.Quarta cā est,quia omnia contraria & media prædicamenti qualitatis sunt sub eodem genere,ut albedo & nigredo,& fuscedo & uiredo sub colore:non aūt omnia contraria & media prædicamenti q̄titatis. Hæc isti. Sed mihi uana hæc uidentur. Primo quia per hæc eniuntur dare cām eius,quod fuit absq; cā. nomina enim posita sunt ad placitum,ut Aristo.contra Platonem dixit in lib. de interpretatione.Secundo.quia nulla harum rōnum cogit:nec persuadet.Prima quidē non, quia siue contrarietas prædicamenti qualitatis sumatur pœnes materiam: siue quouis modo:ex hoc non sequitur debere esse unū nomen cōmune:nec sequitur debere esse plura nomina specierum, quia contrarietas prædicamenti quātitatis sumitur pœnes motum,ut intelligenti patet.Secūda ēt friuola est, quia siue forma prædicamenti qualitatis denominet se:siue non: non uideo unde debeat habere ob hoc rōnem communem,siue nomen cōmune.Tertia ratio. non differt à prima: ideo ut prima non ualet:nec ipsa ualet. Quarta multo puerilis est, quia siue contraria prædicamenti habeant cōe genus siue non:non debemus concludere genus hr̄e nomen species, non,uel species hr̄e,& genus non hr̄e,unde patet hæc dicta esse & uana,& non necessaria. Videť igiť mihi alterationē habuisse nomen secundum genus,& auctionē non habuisse secundum genus,sed secundū speciem:non alia rōne,sed ab impositura græca,quæ uenit in latinum eodē modo.caremus enim nominibus multorum ueluti græci, & multorum nomina habemus,quorū græci carent,& econtra græci habēt:nos caremus. Quod nulla alia rōne euenit:nisi ob imposituram.ideo non expedit laborare de ratione nominum:cum sit loquendum ut plures.

(Margin notes: An produ... forme ... Vide ... q. 2. — B — C — Cōfutatio — D — Propria expositio.)

At is motus,qui in loco est,& communi, & proprio nomine caret.nūcupetur autem communi nomine latio.ea enim duntaxat proprie ferri dicūtur: quæ cum locum mutant:sistere seipsa nō possunt, & quæ loco seipsa non mouerint.

E Expositio. Et de nomine motus localis inquit.at is motus, qui in loco est,& cōi,& proprio nomine caret.nuncupetur tn̄(ut inquit)cōi nomine latio,& dixit nuncupetur cōi nomine latio,quia ea duntaxat proprie ferri dicuntur, quæ cū locum mutant:sistere seipsa non possunt:nec in potestate eorū est se sustinere,& quæ loco seipsa non mouerint,ut inanimata.Propterea quod græce est phora latine melius est delatio,quia ,pprie inanimata deferri uidenť, qm̄ in potestate eorum non est se sustinere.igitur hoc cōe nomen quod græce est phora,improprie accōmodatū est generi motuum localiū.laborauit expositor Thomas assignare cām differentiæ taliū nominum,& labiť in errorem dictum.non.n. assignari pōt cā eius quod est uoluntariū. Quo uero ad uerba græca attinet, quæ φέρεσθαι hoc est deferri dicanť proprie apud græcos:laborat exponere Auerro.& ait uno modo ea duntaxat deferri esse dicenda,quæ uiolenter mouentur, & quæ simplici motu feruntur ut elementa. secundo exponit ea esse dicenda deferri,quæ uiolenter tm̄ mouetur,quia elementa aliquo mō mouent se.tertio ait illa deferri, quę mouenť,& non sunt animata,quia corpora simplicia non mouent se in loco:nisi per accidens.Hæc Auerroes. Sed male barbarus græcā interpretabiť grāmaticā.Aristote.enim illa deferri ait quæ cū moueneť,in posse eorum non est se sistere:siue hæc sunt uiolenter mota:siue elementa:siue quæuis alia.Sed quonam modo elementa mouent se per accidens:in octauo huius disputabitur.

(Margin notes: Quæ auer. cōmē.18. — F)

Tex.19. Ea aūt mutatio quę in eadem forma per magis & minus est:alteratio est.Ea nanq; qua e contrario in contrarium pergiť,aut simpliciter aut quadam ex parte motus est, in minus.n.accedens in contrariū mutari diceť.In magis uero:ut ex contrario in ipsum.Differt.n.nihil an aliqua ex parte: an simpliciter aliqd muteť.mō aliqua ex pte contraria ipsa cōstituanť.qppe cū esse magis & minus tale: eo fit,qa plus aut minus cōtrarii inest,aut nō iest. qbus igiť patet ipsius motus tres has eē dūtaxat mutationes.

G

Expositio. Themistius paraphriçat locum hunc: innuendo Aristo. uelle refellere tacitam quæstionē de alteratione. nam cū ex albo albius quicq; fit,aut ecōtra:difficile est pspicere quonam pacto motus illi inter contraria uersentur.Hęc est dubitatio apud Themistium.Soluit Arist. q̄ esse ex contrario in contrarium motū intelligi pōt dupliciter,aut simpliciter aut secundum quid.Modo ait motum qui è minus albo in magis album procedit:esse econtrario in contrarium: non quidem simpliciter,sed secūdum quid: quatenus in minus albo,& uľr in omni medio est admixtio contrarij. inquit. ea aūt mutatio quæ in eadem forma per magis & minus est,alteratio est.ea nanq; qua econtrario in contrarium pergitur,aut simpliciter,aut aliqua ex parte econtrario in contrarium motus est.Et hoc declarat dicens.in minus.n.accidens in contrarium mutari dicetur, ueluti quod in minus album accedit in nigrū accedere dr̄. in magis uero mutari dicetur ut ex contrario in ipsum contrariū. Quo uero ad uerba attinet:dices cur quod accedit in minus:mutari diciť in contrarium,quod accedit in magis:diciť mutari ex contrario,& non absolute,sed tanq̄ ex contrario. Esse potest (ut mihi uidetur)quia ire in minus generali cursu est ire ad imperfectum extremū,& sic omnino est ire ad contrariū, quia ire ad imperfectum,est quodammodo corrumpi. ire uero ad magis:non est ire ad corruptionem, sed ad perfectionem,& ita est ire non ad contrarium, sed ire ex contrario siue imperfectione,& non quidem ex contrario absolute,quia perfectum non uidetur cōtrarium imperfecto, sed potius econtra imperfectum est contrarium uel quasi contrarium ipsi perfecto.deinde reddit causam eius quod dixerat,& inquit.differt enim nihil an aliqua ex parte ex contrario in contrariū:an simpliciter aliquid muteť supple q̄ ad rōnē motus.mō aliqua ex pte contraria ipsa cōstituanť, hoc.n.sufficit ad rōnē mot⁹.cuius rōnē assignat.d.qppe cū

(Margin notes: H — Dubitatio literalis — Solutio)

I esse magis & minus tale: eo fit, quia plus aut minus: cōtrarīj inest, aut non inest: demū epilogat, & quod dicit patet.

Quæ auer. cōmē. 19.

Colligit autem Auer. ex litera contrarium esse aut simpliciter, aut quodammodo: siue secundum quid. Extremum contrariatur extremo simpliciter, medium uero extremo secundum quid. Modo ad rem uult in omni motu debere eē mutationem de contrario in contrarium, sed hoc esse aut simpliciter, aut secundum quid. hoc enim ait sufficere ad rōnem motus, ut ēt Aristo. in textu submeminit. secūdo colligit ꝙ

K cum transmutatio fuerit de magis in minus: dicetur trāsmutari ad contrarium, qm̄ non fit minus: nisi ex mixtione contrarīj. uerbi causa. id quod est magis albū: quod transmutatē ad minus albū: dicitur transmutari ad aliquod nigrū: & cū econuerso: dicitē transmutari ad aliquod album. Ex quibus Auer. dictis colligunt iuniores duo. Primum est ꝙ in medio sunt actu extrema: licet non sub esse distincto & perfecto, sed subesse confuso & imperfecto, quod ēt Themistius sentire uidetur. Secundum est intensionem & remissionem formæ attendi pœnes participationem contrarīj, secundū magis & minus. Et primum quidem horum disputabitē postea. De secundo solet obījci multifariā, sed præcipue duabus rationibus. primo quia lumen dicitur magis & minus tale quod quidem non habet contrarium. Similiter bonum dicitur magis & minus tale, & non per admixtionem mali. Secundo quia ubi caliditas summa esset infinita: calidum ut sex esset calidius calido ut quatuor, & non per accessum ad summam, quia ambæ per infinitum distarent, & de facto deus est infinite bonus, & constat aliquem effectū esse alio meliorem, & non per accessum ad summum. omnes

Pœnes qd formę intē sio attēdit.

L enim effectus recedunt à deo per infinitum gradum bonitatis. multæ aliæ captiunculæ à calculatoribus fiunt, quas nō in præsenti disputo. Horum igitur gratia calculatores nōnulli dixerunt intensionem uel remissionem formæ attendi pœnes maiorem, uel minorem recessum à non gradu.

Positio nō nullorū calculatorum Propria pō pro nunc

Sed quicquid sit de ueritate ipsa. Dico primo ex uerbis Auer. non colligi intensionem formæ attendendā esse pœnes admixtionem contrarīj, uel non attendendam. Auer. n. ait non posse dici aliquod magis, uel minus album: nisi ex admixtione contrarīj. ubi patet ipsum loqui de his formis, quæ contrarium habent, ut recte Alber. exponit. Sic enim Themistius sentit. loquitur enim Auer. solum de formis in q̄bus est motus, & ita solum in formis habentibus contrarium, & per hoc tollitur prima captiuncula de lumine, & bono. secundo patet ipsum non dixisse formam dici magis & minus ob admixtionē contrarīj, sed ait non fieri aliquid minus, nisi ex mistione contrarīj, & hoc est uerum, quia in formis habentibus contrariū non pōt fieri forma intēsior, uel remissior nisi sit admixtio contrarīj: siue cā intensionis sit accessus ad summum, siue recessus à non gradu. Colligitur enim solum admixtionem contrarīj esse cām sine qua non intensionis, uel remissionis formæ contrarium habentis. Dico secundo ꝙ dato cām intensionis uel remissionis esse mixtionem contrarīj in formis habentibus contrariū, secundum argumentū non ualet. pōt enim dici ꝙ summū considerari pōt ea parte qua summum, & sic nec habet rōnem finiti nec infiniti: pōt enim stare cū utraq; rōne, & hoc

An in q̄ddi tatē formæ accidentalis sit dare Vide can. q. 3. hui' & ibi multa

M mō accessus uel recessus ab ipso est cā mensuræ rerū eiusdem perfectionis. alio modo pōt considerari ea parte, qua infinitum, & sic non est mensura alicuius rei. Ad ꝓpositū igiē ubi caliditas esset infinita: adhuc pōt calidū ut sex dici calidius calido ut quatuor: non quidem appropinquatione ad calidissimum quatenus infinitum, sed quatenus summū & eodem modo ad illud quod dicebatur de bonitate eorū, uerum res hæc alias fortasse diligentius disputabitur. nunc uero sit dicta intantum.

Tex. 20. **Immobile uero est, & quod nullo modo moueri pōt, ut sonus inuisilis est, & quod multo in tempore uix mouetur, uel sero incipit moueri, quod quidem difficile mobile appellatur, & id quod quāuis aptum sit moueri atq; moueri possit: non tm̄ quoties pōt, & ea rōne qua pōt atq; quo pōt: mouetur,** N **quod quidem dūtaxat: immobilium quiescere dico. est enim motui quies ipsa contraria, quare priuatio erit profecto susceptiui.**

Hactenus de motu, & mobili. nūc de immobilitate & immobili, quiete & quiescibili uult loqui. attinet. n. contrariorū consideratio ad unā partē, ueluti Aris. fecit in lib. de anima cū dixit de sono & absono, & uisili & inuisili, & cæteris id genus, & uult immobile trifariam dici. Primo modo id dr̄ immobile, quod nullo modo moueri pōt, & hoc auer sante, & repugnante natura, ut sonus inuisilis est, quia sui natura ineptus & inhabilis sit ut uideri possit. Secundo mō dr̄ immobile quod impulsum multo tēpore, uix cōmouetur: hoc est quod difficile mouetē, ueluti Xenocrates incommobilis dicebatur, quia sero irascebatur. Tertio modo id solet immobile nuncupari, quod q̄uis suapte natura aptū sit moueri, non tamen quoties pōt mouetur, aut ea ratione qua pōt, mouetur, aut eo loco quo pōt. Et per hoc explanat quid sit quies, quidue quiescibile, & inquit. quod quidē dūtaxat immobiliū dictorum quiescere dico, & cām affert. d. est. n. motui quies ipsa contraria, & per consequens eo in subiecto ī quo motus est fieri aptus, & quies erit fieri apta, sunt. n. ipsa contraria apta fieri circa idē subiectū, & maxime de contrarīs priuatiuis loquendo, cuiusmodi sunt motus & quies, & ꝓpea concludit, quare priuatio erit profecto susceptiui. contrariū. n. & priuatio non est nisi in susceptiuo sui oppositi, & ita. i. quiescibile quod est mobile. Hæc Aristo. Quo uero ad uerba attinet. Alexāder ut refert Auer. facit uim in his uerbis. ait enim aliud eē tarde siue grauiter mobile & aliud difficile mobile. Nam id tarde mouetē quod inæquali tēpore pertransit minus uel in maiori æquale. id difficile, quod tarde incipit, sed nos Alexandrum non uidimus, qui sic diceret: forte differentia hæc magis attinet ad grammaticos. Sed dubitatur, quia Aristo. definit quiescēs per id quod non mouetur in loco in quo aptum est moueri. Igitur definit solū quietem uiolentā, quod enim quiescit eo in loco: ē quo est aptū moueri, uiolenter quiescere dr̄, ueluti: lapis filo suspensus, uī uiolenter quiescere, quia eo in loco, & ab illo loco est cadere aptus. Rn̄det Auer. primo concedendo hic quietē uiolentā tm̄ definiri, & Aristo. contentum esse definitione huius quietis, quatenus hæc est alīs notior: atq; manifestior. Secundo. Rn̄det ꝙ definitio hæc ēt cōpetit omnibus quietibus, ut naturali uiolentæ, & animali, & hoc pro tanto, quia ubicunq; mobile est ad illum locū moueri pōt. uerbi cā. si lapis suspensus sit in. a. pūcto: ad illum locū moueri pōt. saltem uiolēter, & si terra aliqua sit in centro, ad illum locū moueri pōt: si esset extra illū, & sic uidetur definitio cōis oībus quietibus. Sed animaduerte ꝙ hæc dubitatio non est necessaria. ait enim Arist. quod quidem immobilium solum quiescere pōt, ubi patet nullā fecisse mentionem de loco. Solum enim uoluit id propriæ posse quiescere, quod quidem naturaliter moueri pōt, & ita dubitatio Auerrois est superflua.

Expositio.

O An qes sit in termino ad quē sit pfectio motus. Vide lādu. q. 11. huius

Dubitatio Auer.

P Prima sol. Scda solo.

Quæ secūdū ueritatē

Q Tex. 21.

Quid igitur est motus, & quid quies: atq; quot mutationes: quotue motus ex iis q̄ diximus: patet.

Expositio. Prima q̄ō an quātitati sit aliqd cōtrarium.

Epilogat, & quæ dicit patent. Sed circa hæc quærunt primo. utrum in quantitate sit contrarietas. Mouetur aūt quæstio hæc pro tanto, quia Aristo. uoluit ad tria prædicamēta tm̄ esse motū, quia in his dūtaxat inueniē contrarietas. dixit. n. restat motū dūtaxat esse in qualitate quantitate: atq; ubi. quippe cum in unoquoq; horum contrarietas est. hæc Aristo. in prædicamentis uero pluribus rōnibus probat q̄titati nihil esse contrariū. Propter hæc emergit q̄ō non parua. uī. n. primo quātitati nihil esse contrarium. primo quia aut inter quantitates eiusdem speciei, aut alterius speciei. non inter quantitates alterius speciei, quia q̄titates differētes spē pn̄t esse in eodē subiecto simul. Nec inter quātitates eiusdē speciei, quia contraria sunt q̄ sub eodē gn̄e maxime distant:

A distant: atq; specie differunt ut. 10. metaphysi. traditur. secundo contraria sunt quæ circa idē subiectum mutuo se expellunt: atq; corrumpunt ut traditur primo de generatiōe. Sed q̄titas non est de principijs actiuis: nec est apta expelli à materia. est enim coæterna materiæ. tertio si quantitates essent contrariæ, susciperent magis & minus. nam magis & minus proueniunt ex permixtione contrarij. quarto inter quantitates non est maxima distantia, quia nec datur maximū: nec minimum. igitur nec contrarietas. Pro parte opposita sunt & argumenta. primo: argui solet, quia ad quātitatem est propriæ motus. igitur proprie contrarietas. secūdo. aliqua quantitas magis distat ab alia, aliqua minus. igiť aliqua maxime distat ab illa, sed contrarietas est maxima distantia. igitur in quantitate est contrarietas. In ista quæstione difficillima: Egidius hēt duos dicendi modos. unius est ꝙ considerando quantitatē absolute & secundum se, sic non est illi contrarietas, ut primæ rōnes cogunt. considerādo uero quantitatē ut subest formæ naturali, ut sic ei est aliquid contrariū. Hanc ēt opinionē exponit Ioannes gandauensis, & tandem tenet ipsam. Sed hic modus uidetur impossibilis, quia motus est ad rē alicuius generis non ad ens

Prima pō. Egidii & Ioannis Iandu q. 6. huius.

Cōfutatio

B per accidens, ut Aristo. 3. physicorū inquit: tot sunt motus species, quot entis, & addit Auer. acquisiti per motū. Sed quantitas subesse naturali non est species generis, sed ens per accidens: quatenus unum alteri accidit. igitur ad quantitatem ut sic non est motus. Cauillant cucullati dicentes ꝙ si per quantitatem subesse naturali intelligatur unū cōpositum ex his, ut sic est ens per accidens. Si uero intelligať quantitas sub hoc modo quod est esse naturale: ita ut esse naturale sit modus essendi quantitatis, ut sic est ens per se. modus enim essendi rei non est pars rei, & hoc pacto esse pōt motus ad quantitatem. Hęc illi. sed hæc cauillatio friuola est. primo, quia tunc ad quantitatē non esset absolute motus, sed quatenus intelligeretur sub modo essendi tali, quod Aristo. non dixit. secundo tunc ad substantiam saltē elementariā esse motus. nā forma elementaria ut coniuncta qualitatibus naturalibus successiue acquiritur, & successiue deperditur, & habet contrariū. igitur non magis ad quantitatē rōne illius essendi modi esset motus, q̄ ad formas elementorū rōne sui essendi modi. tertio ille modus rōne cu-

Scoto sceti in prædicamentis.

Cōfutatio cauilli.

An in quātitate quali tate & ubi sit contrarietas. Vide gradeum Escu. lect. 4. huius.

C ius quantitati est aliquid contrariū: est substantia: uel accidens. non substantia, ut patet. si accidens: cū non quantitas igitur qualitas, & sic ad q̄titatē esset per se motus rōne qualitatis, & accepi hic substantiā & accidens sisissime ut sese extendunt ad res quæ sunt per se substantia, & q̄ reductiue, quia idē est. Secundus modus Egidij est ad rē esse cōtrarietatē, quatenus ad illā uel inter spēs illius saluari pōt maxima distantia, & quia maxima distantia in q̄titatibus esse non pōt secundū essentiā: nec ƀm esse, ut probat: concludit reperiri maximā distantiā quo ad motū, quia secundū motū talia successiue acquirunť. augmentabile. n. non acquirit totā suā q̄titatem simul, sed per partē post partē. itaq; cum ibi sit motus & successio: pōt. n. huius motus esse maior & minor: in talibus pōt accipi distantia parua, & magna, & maxima, qua rōne attendi pōt q̄dā contrarietas per cōparationē ad motū. Sed hæc positio non est sana. primo quia

Positio. 2. Egidii

Cōfutatio

D talis distantia reperiri pōt in formis substantialibus elemētorū. reperitur. n. in illis successio non mō dimensiua, sed gradualis apud Auer. qui tenet elementarias formas intendi atq; remitti. secundo quia auctio ipsa saltem unius minimi subitaria est, ut determinat Auer. 8. huius: cō. 23. de mēte. n. Auerrois successio nec tollit: nec dat motū: sicut subitariū nec tollit nec dat, ut in. 8. & .6. huius disputabiť. 3. uř hæc solutio quasi petere principiū: intendit. n. assignare causam, quare q̄titati est contrarietas, & ait hoc esse pro tanto, quatenus in illa est successio & motus. constat aūt Arif. assignasse ad q̄titatē esse motū, quia in illa est contrarietas. Ecce q̄uo circulus, & petitio principij. Propter hæc tenendū est modū hunc non esse Auerroicū. Pro solutione igiť animaduertendū est, & supponendū q̄titatē saltē terminatam esse terminū auctionis, & imminutionis. Hoc aūt assero ꝓ

ꝓpria solo

E tanto, quia quantitas terminata est noua & pōt de nouo fieri, & per generationē totalē formæ substantialis, & ꝓ aggenerationē: siue partialē gńonē, qualis fit in auctione, ut diximus in lib. de generatione. dupliciter. n. pōt quantitas terminata fieri per accidens ut consequens generationē totalē alicuius formæ, quatenus agens dans formam materię, dat omnia accidentia consequentia formam, & ut terminus auctionis, quæ est aggeneratio partialis, ut in lib. de gńone dicitur: nec nūc uolo disputare de termino dimensionis terminatæ: an substantia sit, an accidens, spectat enim hoc ad librū de substantia orbis, sed illud uolo esse supponendum tm̄: ita terminum se hr̄e ad dimensionē, ueluti gradus sese habet ad qualitatē. nā ut esse intēsum, uel remissum est modus intrinsecus qualitati, quē græci idiotropiam dicunt, sic terminatū & interminatū est modus intrinsecus dimensioni, & pœnes hunc attenditur auctio, uel imminutio, ueluti pœnes intensum & remissum alteratio. Tunc dico primo ꝙ duæ conditiones sunt de rōne motus. prima ut sit mutatio de positiuo in positiuū. defectu cuius nec ad substantiā est motus: nec ad cætera prædicamenta ultra illa tria, quæ

F dixit Aristo. nam in ijs mutatio esse nōn pōt, nisi quatenus est de positiuo in priuatiuū, aut econtra, ut nunc suppono. secunda est ut talis mutatio sit entis in actu principaliter, defectu cuius mutatio qua acquirunť formæ substantiales elementorū: non est motus, quia licet sit de positiuo in positiuum, tm̄ est in subiecto ente in potentia. Ex ħis soluiť q̄ō, & dr̄ quantitati esse contrarium non quidē propriæ, quia illud solū qualitati cōpetit, sed contrarietatem, quæ sufficit ad motum, quæ est distantia maxima inter terminos positiuos, qui mutuo recipi possunt circa idē ens actu. hæc autē non est proprie, quia tales termini non sunt actiui & passiui, sed bene sufficientes ad rōnē motus. Sunt. n. incōpossibiles, positiui, & apti sibi succedere circa idē subiectum ens actu. Sic igiť contrarietas hæc sufficit ad rōnē motus. Illa uero oppositio quæ est in cæteris prædicamentis: non sufficit, aut quia est in subiecto ente in potentia, ut in substātia, aut quia non inter terminos positiuos, ut in cæteris prædicamentis. ꝑ hæc tolliť contradictio in dictis Arist. in prædicamentis. n. negat q̄titati esse aliquid contrariū, quia loquitur de contrarietate ꝓprie: hic asserit, quia loquiť de contra-

G rietate q̄ sufficit ad rōnē motus, quæ licet non sit propria, sufficit tm̄ ad rōnē motus. Ad rōnes uero pro prima parte ad primā patet solō: dr̄. n. talē contrarietatē esse inter q̄titates eiusdē spēi dimensionis interminatæ: non aūt eiusdē spēi dimensionis terminatæ. Ad scđm patet solō per hęc q̄ pauloante diximus. Ad tertiū ēt patet solō, quia nō sunt cōtrariæ qualitatiue, sed contrarietate q̄ sufficit ad motum. Et ꝑpea non oportet esse ƀm magis & minus. Ad quartū patet solō: licet. n. in q̄titatibus non deť maximū nec minimū, ut interminatæ sunt, ut terminatæ tm̄ dať maximū & minimū, ut dr̄ in. 2. de anima. Ad rōnes pro parte opposita dr̄ ꝙ oēs concludunt q̄titati esse aliquā contrarietatē quę mutui sufficit, & non aliter. Hæc de q̄ōne pro modo: nā si aliter occurret: aliter dicā. Secundo q̄runt utrū in loco sit contrarietas, & uř ꝙ sic, quia sursum & deorsum sunt loca quæ sunt maxime contraria: atq; maxime distātia. Herminius ait sursum & deorsum non esse loca, sed quandā quodam

2. q. de loci contrarietate.

Pō Hermi nii.

H mō positionē loci. est. n. res sursum, & deorsum: non est aūt idē esse aliquid loci, quod locū. loci. n. est positio in loco. locus uero ipse positio non est. hæc Herminius in prædicamentis, per quæ intendit euitare contrarietatem locorum. Sed in maiorē foueam trudiť: nam expresse Aristo. remouit à situ siue positione motū & contrarietatē, quare sursum & deorsum non sunt contraria quo ad positionem. Ioannes uero gandauensis fugit ad uirtutes conseruatiuas, & ait inter loca esse contrarietatē, quatenus sunt uirtutes conseruatiuæ mobilium. Sed hæc positio friuola est, quia tunc contrarietas locorum esset propter qualitates, & non per se, & sic motus esset ad locum ꝑpter qualitatē, & non rōne loci ipsius. Dicas igiť locorū siue ipsorū ubi esse contrarietatē: nō q̄dē ƀm oēs cōditiōes, sed q̄ sufficit ad motū, quatenus

Cōfutatio Iād. i. q. 4. huius & .6. huius.

Positio Ioannis

Cōfutatio

Propria positio.

I inter terminos est maxima distantia, & quatenus termini sunt positiui: possibiles quoq; fieri in eodem subiecto ente in actu: naturaliter uel uiolẽter. est. n. graue q̃dã, aut leue possibile subesse ipsi ubi sursum, & ipsi ubi deorsum: saltẽ uiolenter, uel naturaliter, successiue, & non subito. Et sic patet ad q̃onem. Sed non est sub silentio prætereunda cõtradictio inter Auerroem. 1. cœli, &. 8. physicorum. nã in. 8. huius asserit contrarietatem primo & per se inueniri in his quæ opponuntur in loco. In primo uero de cœlo asserit cõtrarietatem in motu ipso locali esse occultam, & patere per contrarietatem in alteratione. Propterea dici põt in huius octauo esse locutum de contrarietate, quo ad rationem generis, quæ est distantia: nam distantia proprie dicitur de locis, & transumptiue de cęteris formis repugnãtibus. In lib. uero de cœlo esse locutũ quo ad rõnem speciei, & differentiã cõpletiuã, quæ est mutuo se expellere circa idem subiectũ. hæc. n. dr̃ia cum difficultate intelligit̃ de motu locali, & cũ facilitate de motu alterationis. Hæc de contradictione.

Pulchra dubitatio

K Tertio quærunt utrũ magis & minus uarient spẽm, & ur̃ q̃ sic. substantia. n. est magis ens ipso accidente, & differt genere ab accidente. Secũdo sicut plus & minus in q̃titate: ita magis & minus in qualitate, sed plus & minus in numeris uariant spẽm. binarius. n. differt spẽ à trinario, q differt ab illo per minus. Solet cõiter dici ut Ioannes asserit, q̃ magis & minus possunt sumi in forma absolute, aut in forma ad quam est motus. Si sumatur in forma absolute: sic facit dr̃iam specificã, quia omnis dr̃ia in forma est specifica. Si aũt in forma ad quã est motus: sic non uariant spẽm, ut per multas rõnes persuadet Ioannes. hæc solutio est utilis, & peripatetica: tñ ex uerbis Aristo. nec hæc colligit̃: nec contraria, ut Ioannes putat. ait. n. Arist. ea aũt mutatio quæ in eadem forma per magis & minus est, alteratio est. Ecce quomodo ex ĩs uerbis nihil de quæstione habetur. tamen solutio uera est, & per ipsam patet ad rationes.

3. q. utrum magis & minus uariãt spẽm.

Positio

Post hæc dicamus quid simul atque seorsum esse sit, & quid tangere, & quid inter, & quid deinceps, & quid attiguum, & quid continuum & quibus unumquodq; horum sit aptum inesse.

L Hactenus de diuisione motus in spẽs. Nũc de unitate motus uult tractare, & primo sumit q̃dã ut definitiones: deinde de re prosequit̃. præmittit aũt primo intentionẽ, & inq̃t. post hæc dicamus quid simul atque seorsum esse sit. hoc est primũ. Et quid tangere, & quid inter. hoc est secundum. Et quid deinceps, & quid attiguũ. hoc est tertiũ, & quid continuũ & discontinuũ. hoc est quartũ. addit, & dicamus q̃ sunt illæ res: quibus unũquodq; horũ sit aptũ inesse. nã ad pfectã definitionẽ explicandã non solum est necessaria forma, sed materia. res. n. illæ quibus hæc insunt, ut materia se habet. Propterea adiecit, & quibus unũquodq; horũ sit aptũ inesse. Animaduersione dignũ contrariorũ unã esse doctrinã, & quia simul & seorsum opponunt̃. Amplius tangere, & inter opponunt̃. deinceps & attiguũ similiter opponuntur. continuũ quoq; & discontinuũ ẽt, iure hæc omnia ad

M quatuor intentiones reducunt̃, quas quidẽ Arist. præmittit ut definitiones cões omnibus demonstrationibus per totũ lib. ueluti Euclides in principio definitiones sumpsit, quæ sunt omnium sequentium demonstrationũ principia: imitatus ubiq; geometras, ut dicit Philoponus.

Tex. 22. Loco igitur simul ea dicuntur esse, q̃ uno in loco sunt primo. seorsum aũt ea, quę in diuersis sunt.

Expositio. Duo sunt quæ inuicẽ opponunt̃: continuũ uidelicet, & discontinuũ. Sub discontinuo aũt plura continent̃, ut ea quæ simul sunt, ea quæ seorsum, ea q̃ se tangit, ea q̃ inter sunt, ea q̃ deinceps, & q̃ attigua sunt. omnia hæc ut uides sunt discontinua. Aris. igit̃ primo definit quæ dicunt̃ loco simul esse, & quæ seorsum, & inquit. loco igit̃ simul ea dicuntur esse, quæ uno in loco sunt primo. seorsum aũt ea, quæ in diuersis sunt locis. Quo uero ad uerba attinet: simul qd' græce est ἅμα multifariã dr̃ ut dictum est in prædicamentis ut de his quæ sunt simul tpe, de his quę sunt simul loco, & de alĩs id genus, quia aũt uult loqui de his quæ loco sunt sil', adiecit, loco igit̃ simul ea dicunt̃ esse, quæ uno in loco sunt primo: hoc est proprio, quia si essent simul in loco cõi: omnia essent simul. nã omnia sunt in cœlo. definit ea quæ sunt seorsum. i. d. seorsum aũt ea, quæ in diuersis sunt locis. diuersis locis dico proprĩs. Sed occurres primo quia non uidẽtur aliqua posse esse simul hoc modo, q̃ sint in eodẽ loco proprio, quia tunc esset penetratio corporum. præterea mouens & motũ Arist. uocat simul esse, ubi patet hæc non esse simul nisi pro tanto, quia habẽt ultima simul, & nõ q̃a sunt in uno loco proprio. Iuniores credunt Arist. uelle hic loq̃ de simul: simultate immediationis, & non simultate æquationis. Et delirant: nã quę sunt simul simultate immediationis nõ sunt in eodẽ loco proprio ut aer & ignis sunt simul simultate immediationis, quæ non sunt simul in eodẽ loco proprio. quare hæc Arist. descriptio nulla esset. Propterea ur̃ mihi Aristo. esse locutum de his quæ sunt simul primo hoc est æquate. Hoc enim sonat uerbũ illud πρώτῳ, quod latine est primo. Ad rõnes uero dico q̃ secundũ ueritatẽ nulla sunt in eodẽ loco primo nisi quædã per accidens, uelut albedo & dulcedo in lacte: anima & corpus in loco, & id genus. attñ Aristo. dedit hanc definitionem, quia ueteres crediderunt aliqua esse simul hoc modo. tenent enim corporũ penetrationẽ, & ideo ad intellectũ positionis illorum & ad ueritatẽ accepit quid sit simul esse. Ad secundum dico Aristo. accepisse aliter simul in. 7. & aliter hic. tñ simul hic sumptũ subseruit ad simul ibi sumptũ, ut dicemus. Secundo occurres quia intellectus separat̃ à corpore. Et tñ intellectus non est in loco. antecedens patet. dr̃ enim secũdo de anima separatur hoc ab hoc ut ppetuũ à caduco. Amplius accidentia cõia à subiecto separantur, quæ non sunt in loco. rursus uniuersalia à singularibus, & multa id genus, q̃ non sunt in loco. Laborant iuniores quidam in interpretãdo hanc separationẽ, & quid Arist. per separationẽ uelit, & labor est frustra: nã uerbũ græcum χωρίς, latine sonat seorsum. modo multũ refert esse seorsum, & esse separata. Intellectus enim & corpus separata sunt: non aũt seorsum. q̃ si in lib. de anima dicat intellectũ χωρίζεσθαι, non utitur uerbis presse, sed communiter. Similiter si dicitur uniuersalia uel accidentia separari eodẽ modo loquitur cõmuniter atq; fuse. non presse atq; proprie. Ea igitur sunt seorsum, quæ in diuersis sunt locis, ut hic loquit̃. Et sic tollunt̃ obiectiones.

N An ... Dubitatio

Põ iunior

O

Sol'o iuniorum. Cõfutatio & propria solutio.

P

Ea aũt tangere dicuntur, quorum extrema sunt simul. Inter id est ad quod prius accedere aptũ est id quod mutatur, quã ad ultimum ad quod mutatur: si continue secundum naturam mutetur. inter autem est in minimis tribus, quippe cum ultimũ mutationis contrarium sit.

Describit quæ se tangunt, & quid inter esse dicatur, & inquit. ea aũt tangere dicunt̃ quorum extrema sunt simul, & ut dicit Auer. dixit quorum extrema sunt simul, & nõ quorum extrema sunt unum: ad differentiam eorum quæ simul esse dicuntur secundum consideratione mathematicã. nã secundum consideratione mathematicam ea quæ sunt simul: habent extrema unũ, quia siue sint corpora, siue superficies: siue lineæ, semper extrema sunt unum. nam si corpora sunt, extrema sunt superficies, quæ sunt una. Si superficies: extrema sunt lineæ, quæ sunt una, & si lineæ, extrema sunt puncta, quæ sunt unum. causa aũt est quia secundum considerationem mathematicam duo ultima reuertuntur in unum. at in natura duo ultima nõ possunt reuerti in unũ.

Expositio.

Q

Sed dices. in mathematicis non est corruptio. igitur fieri non potest ut duo uertantur in unum. dici potest nunquã duo posse uerti in unum nisi per corruptionem amborum & generationem tertĩ. Quomodo ex corruptione aquæ & aeris fieri põt ignis, sed in mathematicis duo uerti pñt in unũ, quãtũ ad usum rõnis. punctus. n. superpositus puncto subit rõnem unius, quia non facit distare. Nam indiuisibile additum

Replica

A le additum indiuisibili non facit maius, quare duo uertũtur in unum quantum ad usum mensuræ quantitatis continuæ, & non discretę. Sed occurres adhuc: ultima corporum sunt corpora, duo corpora non possunt esse simul, quia tunc essent in uno eodemq; loco simul. igitur definitio nulla. Dici potest ultima corporum esse superficies, modo non est impossibile duas superficies esse simul in eodem loco primo, quia ut dixit Auer. in mathematicis duo uertunt in unum. Et si dicas, superficies non sunt in loco, igitur non possunt esse simul. Respondet Auer. ꝙ Arist. uult superficies esse simul saltem per accidens, quoniam ultima nõ sunt in loco per se. Sed adhuc replicant, quia corpora quorum superficies sunt ultima non possunt esse in uno eodemq; loco primo: igitur nec superficies, nam superficies sunt in loco ratione corporum. Propter hanc replicam quidam aiũt Arist. alr accepisse simul, quãdo definit simul, & aliter hic, quando definit tangere. Nam simul in primo textu accipitur pro simul ęquationis, simul hic accipitur pro simul immediationis. Sed hæc responsio est friuola, nam apud omnes græcos Aristo. prædefiniuit simul, quia est genus ad tangere, & sic non aliter hic & ibi sumpsit simul, præterea non est consonum rationi, ut in tam paucis uerbis Arist. æquiuocasset. Dici igitur potest ultima corporum, quæ sunt superficies esse simul æquate: & tamen corpora non sunt simul æquate: & quando dicitur: superficies sunt in loco ratione corporum, concedo, sed non oportet illas esse omnino in loco ut illa corpora, nam a corporibus habent ꝙ sint in loco. a suis uero naturis habent, ꝙ sint taliter in loco: ideo propterea corpora sunt in loco, non tamẽ taliter propter corpora, quia a corporibus habent, ꝙ sint in loco. a suis uero rationibus habent ꝙ sint taliter in loco, hoc est æquate. Simili ratione dici potest de lineis, & de punctis, quatenus lineæ sunt extrema corporum, & puncta sunt extrema linearum. Hæc de his quæ sunt simul, de eo quod est inter, sic ait: inter autem idest, ad quod id quod mutatur prius est aptum accedere quàm ad ultimum ad quod

C finaliter mutatur: ueluti si. m. mutaretur ab. a. in. c. per. b.

Marginalia: Dubitatio. — Solutio — Replica prima. — Solutio. — Replica secunda. — Solutio iuniorum. — B Cõfutatio — Propria solutio. Vide etiã Egi. hic, & Gradeum Ecul lect. 5. huius.

A B C



medium, prius perueniet in. b. quàm in c. addit tamen si continue secundum naturam mutetur, quia ut dicit Auer. si non fuerit s̃m cursum naturalem, fieri potest ut quiescat interim, & tunc inter ipsum erit id quod dicitur ad quod & extremum. Id enim sese habet ut extremum: in quo mobile quiescit. Sed dices. inter quot aliquid dici potest inter. Respondet Philosophus inter autem est in minimis tribus: cuius causam assignat, quia extremum est contrariũ supple medio & extremo: igitur idem non potest esse duo extrema, & medium: restat igitur ut extrema sint duo quia contraria, & medium sit ad minus tertium, quia utrisque aliquo modo contrarium: igitur medium ad minus erit in tribus.

Dubitatio

D Sed dices: utrum id quod est inter sit aliquo modo de natura extremorum. Respondet Auer. ꝙ sic, quia si id quod est inter sumatur in motu locali, id quod est inter, erit primus locus, qui nõ differt specie ab extremis: & si sumatur in alteratione, id quod est inter erit prima qualitas, quę nõ differt specie ab extremis. Quod autem detur primus locus & prima qualitas, patet per hoc quia motus nõ habet motum. Sed est uenire ad primum in motu. Sic igitur patet id quod est inter esse aliquo modo eiusdem speciei cum extremis. Sunt qui dicunt dabilem esse primum locum secundum speciem, non autem secundum numerum, in quem transmutabile primo transmutatur. Similiter dabilem esse primam qualitatem secundum speciem, non autem secundum numerum, in quam alterabile primo alteratur: & hoc modo asserunt Auer. intelligere. Quod si dicas, igitur oporteret transire per omnia media specie. Respondent ꝙ non oportet transire per omnia media specie, sed sufficit ut per unum transeat: bene tamen transit per omnia media numero: quæ licet sint potestate infinita, sunt actu finita. Ve-

Positio iuniorum.

rum hæc positio disputabitur in sexto, nunc uero nec approbo, nec improbo: transeat saltem pro quæsito. Hæc de eo quod est inter. E

Continue autem id mouetur, quod nihil aut parum rei non temporis intermittit: prohibet enim nihil aliquid rei intermitti. Nam fieri põt ut post summam chordarum ima continuo sonet: uerum hęc est rei in qua mouetur intercapedo. Est autem hoc perspicuum & in his mutationibus, quæ sunt secundum locum: & in ceteris id genus. Tex. 23

Definiendo ipsum inter, adiecit in illius definitione continuum secundum motum: ideo nunc quid sit cõtinuo moueri definit. ubi debes scire duo requiri ad motum ipsum, uidelicet tempus quo mensuratur. & magnitudinem sup quam fit motus: uult motum esse continuum, tum cum nõ interrupto tempore fit, potest enim fieri in interrrupta magnitudine. Inquit continuæ autem id mouetur, quod nihil aut parum rei non temporis intermittit, quod exponit dicens, prohibet enim nihil intermitti supple aliquid rei: hoc enim uerbum aliquid rei supplendum est græcis uerbis: nam fieri potest, ut post summam chordarum ima continuo sonet: uerũ hæc supple intercapedo est rei in qua mouetur, & non temporis: uerbum illud nam græce est καὶ quod sonat, & in latinũ, sed non esset sensus clarus: addit hoc patere nõ modo in motu locali, sed in cęteris motibus id genus: in omnibus enim requiritur continuitas temporis non rei: quid igitur sit cõtinuo moueri patet. Animaduersione dignum circa exemplum chordarum, nam expositores latini uolunt per illud Arist. indicasse posse esse motum continuum, re ipsa qua fit motus existente discõtinua quia sufficit cõtinuitas temporis. Auerroes uero & Themistius uolunt illud exemplum esse positum ad declarandum quonam modo tempus potest esse cõtinuum: motu non existente continuo: ait enim Auerroes plura mota nõ deficere secundum tempus, quorum motus non est continuus, ueluti qui post summam chordarum imam pulsauerit. Hic enim motus est discontinuus, cuius tempus est continuum. Quo uero ad uerba attinet: Aristo. dixit: continue autem id mouetur, quod nihil aut parum rei intermittit. Modo dixit nihil aut parũ, quia animalia gressilia possunt continuo motu inambulare, & spatium esse paululum intercisum, ut patet in transitu uiarum super lapides adinuicem distantes ut de ujs patauinis. Dixit igitur parum ob animalia gressilia. Dixit nihil propter natatilia & uolatilia: quæ requirunt spatium continuum. Sed occures: nam sexto huius Arist. tactus est continuitatem motus a continuitate spatij. Hic uero ait ad continuitatem motus non esse necessarium ipsum spatium esse continuum. Amplius hic nihil meminit mobilis: modo mobile requiritur ad motum, ueluti subiectum ad accidẽs. Sunt qui dicunt ad motus continuitatem requiri spatij continuitatem totalem nõ partialem. Nam in transitu uiarum, licet pars spatij utpote lapides sint discontinui, tamen aggregatum ex lapidibus, & aere replente interualla lapidum totum est continuum, & sic quando Aristo. & Auer. uolunt posse esse motũ continuum re existente discontinua, intelligunt quantum ad aliquam illius partem, non autem quantum ad totum aggregatum. Sed cauillant quidam, quia si gleba terræ e cœlo descendat: motus erit illius continuus, & tamen aggregatum ex elementis medijs non potest esse continuum: nã aer, & ignis, & aqua non possunt esse inuicem continua. Potest dici ꝙ sunt continua secũdum rationem mathematicam, quatenus ultima sunt simul: modo ultima sunt superficies, quæ superpositæ sunt una, ut dicetur postea. Iuniores uera aiunt aliqua esse continua dupliciter continuitate copulationis, & continuitate diuisionis. In sexto igitur uoluit motum esse continuum ratione spatij quo ad diuisionẽ infinitam. hic loquitur de cõtinuitate copulationis ad unũ terminum communem, sed res hæc in sexto omittatur. Ad secundum dicetur postea ubi disputabitur, an ad con-

Marginalia: Expositio. — F — G — Quę Auer. cõ. 27 & Themi. — Dubitatio. — Prima sol. H — Solutio. — Quõ cõtinuũ diuiditur. Vide Sco. 2. meta q. 6.

I tinuitatem motus requiratur unitas mobilis, nunc uero sit dictum in tantum.

Tex. 24 Contrarium autem id est in loco, quod plurimū recta linea distat: minima enim finita est, atq; finita mensura.

Expositio. An contrarietas sit in quātitate. Vide Gaīdeū Escul. lect. 4. huius & 1ā. q. 6. Quia definiendo motum, meminit ipsius contrarij, ideo obiter, quonam pacto in loco sit sumenda contrarietas, exponit, & uult ea loca esse contraria, quæ recta linea plurimum distant, & q penes rectam lineam sumi debeat, eo testatur, quia linea recta est finita, & minima quæ sunt cōditiones mensuræ: dicitur enim linea recta minima, quia inter duo puncta nulla potest trahi ita breuis ut recta. Cęteræ enim aliæ ut curuæ possunt trahi minores, & maiores in infinitum dicitur uero finita, quia una numero: nō enim inter duo puncta trahi potest nisi una linea recta. Si igitur mensura debet esse finita, & minima: ut dicitur. 10. meta. si uolumus mensurare distantiam inter aliqua loca: debemus illam distantiam mensurare sm̄ lineam rectam, & K & non secundum curuam. igitur contrarietas locorum penes lineam rectam attendi debet, & sic patet ratio contrarietatis in loco.

Tex. 25. Deinceps uero et id ad quod est deinceps ea dūtaxat sunt: inter quæ post principium, aut positione, aut natura, aut aliquo alio modo sic definitum, nihil eorum cadit, quæ in eodem genere sunt. Dico autem, ut linea ad lineam, uel lineæ, aut unitas ad unitatem, uel unitates, aut domus ad domum, prohibet autem nihil inter ipsa aliud quiddam esse.

Expositio. Quę uero sint deincepitia, nunc commentatur, & uult deincepitia siue consequentia etiam inter quæ nihil eiusdem generis habetur intersitum, nam si alterius generis aliquid intercadat, nihil officitur, ædes meæ deincipes sunt & consequentes tuis, si nullæ sint ædes inter meas: & tuas: Itēq; lineæ deincipes sunt, inter quas nullæ habentur: & dein- L ceps homines, inter quos nemo sit medius. Sed cauillabis quia posset aliquod deinceps fieri primum, & primū deinceps. Respondet Aristo. in omni ordine oportere esse aliqđ primum, hoc autem est uel positione ut in domibus: quarum una est prior altera solum positione, & non natura, uel natura ut in numeris, ubi unitas est natura prior duitate, & duitas trinitate: uel alio modo, puta dignitare, uel origine ut pater filio, & hoc ait, deinceps uero, & id ad qđ est deinceps. ea duntaxat sunt, inter quæ post principium uoco principium aut positione, aut natura, aut aliquo alio modo sic definitum. uidelicet origine uel dignitate, nihil eorum cadit, quæ in eodem genere sunt, ut exemplo ostēdit, & sic patet ipsum deinceps non posse fieri primum nisi in ordinatis secundum positionem, non autem in ordinatis alio modo, ut natura, uel dignitate, uel origine. Dico autē inter quæ nihil cadit eorum, quę sunt in eodem genere, qa prohibet nihil aliud quiddam alterius generis esse, ut si inter ædes meas & tuas caderet equus adhuc deinceps eēnt

M nā equus est alterius gn̄is. Sed dices: sint duo eq in cohor- Dubitatio te deincipes, inter quos cadat famulus, utrū sint deincipes: uidetur enim q non, quia famulus cadit inter illos, qui est eiusdem generis. Omnes enim animalia sunt. Posset dici Solutio illos esse deincipes in ratione speciei, quia nullus inter illos mediat equus, non autem in ratione generis, de qbus nūc Arist. loquitur: erunt igitur equi deincipes, nō autem duo animalia deincepitia. Propterea solet dici ea esse deincepitia, inter quæ nihil cadit eorum quæ sunt eiusdem denominationis cum extremis, qua ratiōe in cohorte equus meus primus, & ęquus tuus secundus deincipes ęqui erunt, licet mediet famulus, quia nullus cadit ęquus. non autem deincepitia animalia, cadit enim famulus, qui est etiā animal.

Cōtra sorticolas. Ex ijs apparet sorticolas non recte definijsse consequens dum dicunt, q est illud quod sequitur ad antecedēs, uel ad notam rationis: nam apud peripateticos consequēs est qđ sequitur ad aliud, quādo nihil eorum cadit, quę sunt eiusdē N generis cum extremis, uel eiusdem denominationis. Propterea motus ille, siue propositio illa, quam sorticolæ consequentiam dicunt, rectius apud peripateticos enthymema dicerem. Hæc autem omittantur sorticolis.

Ipsum enim deinceps ad aliquid est deinceps, & illo quid posterius, nō enim ipsum unum ad duo, aut prima mensis dies ad secundam, deinceps est, sed hæc ad illa.

Reddit causam eius quod dixerat, dixit enim, nihil eē deinceps ante quod non fuerit aliquod primum aut natura, aut positione, aut alio quouis modo, nunc assignat causam .d. ipsum enim deinceps ad aliquid est deinceps, & illo qđ posterius: non enim ipsum unum ad duo, aut prima mēsis dies ad secundam deinceps est, sed hæc ad illa: recte igitur dictum est non esse aliquid deinceps, cum non fuerit aliquid primum. Hinc non imperite expositores sentiūt dū dicunt non esse deincepitia, nisi sint ordinaria, uel positione, uel natura, uel alio quouis modo. Amplius & nisi nihil eorum cadat, quæ sunt eiusdē denominationis cum extremis. Quo uero ad uerba attinet uerbum illud prima mensis dies ad secundam, gręce est ουδὲ νουμηνία, τῇ δευτέρᾳ, & nō nulli interpretantur prima dies lunæ ad secundas, nonnulli Kalendæ ad nonas sed siue sic, siue sic, neomeniam latini dicunt omnia hæc. Quæ quidem sint deincepitia, ex ijs perspicuum est. Expositio. Laus expositorum O

Attiguum autem est, quod cum deinceps sit: ipsum tamen tangens est. Tex. 26.

Attiguum quod græce est ἐχόμενον, latine tum proximum tum habitum, & apud Auerroē sese dicitur, nunc quid sit: definit: uidetur autem species ipsius deincipis, nam attiguū omne est deinceps, & non conuertitur: præteritum enim, & præsens, & futurum deincepitia sunt, nō tamen attigua quia attiguum est deinceps quod tangit, modo tactus non est nisi corporum, & sic quid sit attiguū patet. Hæc de diffinitionibus satis dicta sunt. Expositio. P

Cum autem omnis mutatio est in oppositis, opposita autem sunt & contraria, & contradictoria, atq; contradictionis nullum est medium, patet in contrarijs esse id quod est inter.

Hactenus de diffinitionibus, nunc de horum materijs, in quibus fiunt, explicat, propo suit enim duo dicere. uidelicet quid unumquodq; horum sit, & ea in quibus hæc insunt, perfecit primum, nunc accedit ad secūdum: & ait primo ipsum inter etiam in contrarijs, & non cōtradictorijs: & arguit sic, & in quibus non est medium, in illis non est ipsum inter: in contradictorijs non est medium, sed in contrarijs: igit in contradictorijs nō est ipsum inter, sed in cōtrarijs: sumit igitur duo in antecedente: & infert propositū di. cum autem omnis mutatio est in oppositis, opposita autem sunt, & contraria, & contradictoria, hoc est primum. atq; contradictionis nullum est medium, hoc est secundū dat propositum. d. patet in contrarijs esse id quod est inter. in quibus igitur sit ipsum inter patet. Auer. autem uult ipsum inter non in omnibus contrarijs esse, sed solum in cōtrarijs mediatis: nam inter sanum & ęgrum apud philosophos non est medium & in multis id genus: igitur solum debet intelligi de mediatis. Expositio. An omnis motus sit de contrario in contrarium. Vide Alb. de saxo. q. 3. huius. Q Quę Auer. comē. 16.

Continuum autem est attiguum aliquod, dico aūt tum continuum esse, cum utriusq; fines, qbus se tangunt, unum & idem emergunt: ueluti etiam nomen continuentur significat, quod quidem esse non potest, cum duo sint extrema.

Quibus insit ipsum inter, hactenus explicauit, nunc qbus inest ipsum continuum explicat, & primo repetit definitionem eius uniuersaliori modo, & inquit: continuum autem est attiguum aliquid, quasi uidelicet illius species, & hoc explicat. d. dico autem tum continuum esse, cum utriusq; fines, quibus se tangunt, unum & idem emergunt: ueluti Expositio.

etiam

A etiam nomen συνέχηται, latine continuentur, indicat qđ quidem esse non potest, cum duo sint extrema. Auer. uero commento. 26. uelle uidetur esse trifariam continuationem uidelicet naturalem, artificialem, & mathematicam, naturalis quidem est, qua aliqua per medium naturale cõtinuãtur, ceu membra animalium, per uillos, & id genus, & plantarum partes per uirgulas: artificialis uero quę medio artificiali emergit. ut claue, & id genus, ea uero qua aliqua continuantur per medium indiuiduum ut per pũctũ ipsum, mathematica est, medium enim mathematicum est indiuisibile, quia media naturalia & artificialia sunt corpora. propterea pũcto lineæ, linea superficies, superficie corpora continuantur, & hanc mathematicam continuationem uult non esse naturalem, quia abstrahit a materia sensili. Sed occurres si continuum est species attigui, tunc qcquid est de ratione attigui, erit de ratione continui. at de ratione attigui est habere ultima simul, & non unum, igitur de ratione continui. Dici potest ꝙ de ratione speciali attigui est habere ultima simul, & non unum, sed de ratione generali est habere ultima simul: modo aliqua possunt esse simul, & habere ultima unum: ut dicemus in sexto, de ipso uero continuo dicemus in sexto altius, nunc autem sit dictum intantum.

Quę Auer. cõ. 27.

Dubitatio B

Solutio

Text. 17. Hoc autem definito, perspicuum est in iis esse cõtinuum, e quibus aptum est unũ quid fieri tactu: atq; ita ipsum totum esse unum: perinde atq; continuum ipsum fit unum, nam aut clauo, aut glutino, aut tactu, aut insitione, unum emergit.

Expositio. Resumpta definitione ipsius cõtinui, nunc in quibus inest continuum ipsum, explicat, & inquit, hoc autem definito, siue resumpto, perspicuum est in his etiam continuum, e quibus aptum est unum quid fieri tactu, & nõ solum hoc C patet, sed etiam ita ipsum totum esse unum, perinde atque ipsum continuum fit unum, & ita totum & continuũ multifariam fit unum, quia aut clauo, aut glutino, quod græce est colla, aut tactu, aut insitione, ut arbores. Et quia attiguum, & deinceps sunt in plus ꝙ̃ cõtinuum, & in quibus species est: in illis genera sunt, patet hæc omnia fieri in ijsmet, in quibus continuum ipsum fit, & propterea non expressit de alijs ea in quibus essent, sed solum de his in quibus inter, & in quibus continuum fit, explicauit, innuens idem in alijs.

Solutio tacui dubii.

Text. 28. Perspicuum autem est & ipsum deinceps esse primum: nã qđ tangit esse deinceps necesse est: id uero quod est deinceps, nõ omne tangit, nã & in prioribus ratione ipsum deinceps est ueluti in numeris, in quibus quidem non est tactus.

Expositio. D Nunc comparat hæc inter se, & uult primum horum secũdum naturam esse ipsum deinceps, nam quod tangit necesse est esse deinceps: id uero quod est deinceps, non omne tangit, nam ipsum deinceps est in his, quæ sunt ratione priora, & separata a materia saltem ratione, ueluti in numeris, in quibus est ordo & deincepitientia, non autem tactus, qui non est nisi corporum. Et hoc ait Auer. 12. metaphy. commento. 44. ubi in substantijs separatis ait esse ordinem & consecutionem, non autem causam & causatum, ut dixit Auicen. Dubitant hic quid prius sit, continuum an numerus. Egidius tenet ꝙ numerus, hoc uidelicet argumento, quia unitas est prior puncto, quia sese pũctus habet per additionem ad unitatem. Superaddit enim positionem aut situm ꝙ si dicatur numerum causari ex diuisione continui, ait hoc esse per accidens non per se, quia per se numerus est multitudo ex unitatibus aggregata, ꝗ ꝑ accidens põt proficisci ex diuisione. Sed huic obijciunt Blatterones, primo quia si numerus esset prior continuo staret esse uel intelligi sine continuo, & hoc nõ uidetur cui possit inesse, cum sit accidens absolutum. Secundo uidetur ꝙ numerus non sit collectio unitatum: nam collectio est accidens respectiuum, at numerus est accidens absolutũ.

Dubitatio. Põ Egid.

Obiectio. nes Blattetonum.

E Tertio non uidetur uerum ex coniunctione numerorum fieri posse continuum, nam non fit continuum nisi ex illis, quæ possunt se tangere, at in numeris non est tactus: ut dicitur in litera, propter hæc tenent numerum esse posteriorem continuo, quia per se causatur ex diuisione continui, & non per accidens. Ad rationem uero dicunt punctum posse aliquid connotare, quod non connotat unitas, non tamen se habet per additionem, quia non est inferior unitate, nec est inconueniens aliquod prius connotare aliqd quod non connotat posterius: ut accidens connotat subiectum, & non color, & numerus connotat animæ actum, & non binarius, & in cæteris id genus. Sed neutra positio est completa, nam nec compositio est prior diuisione, nec diuisio absolute prior compositione, nam alia atq; alia ratione compositio est prior, & diuisio prior. In processu enĩ compositiuo diuisio est prior compositione, non enim est compositio nisi supposita diuisione. In processu uero resolutiuo compositio est prior diuisione, quia non est resolutio, nisi præsupposita cõpositione, & sic numerus est prior continuo in processu cõpositorio: contra autem continuũ prius est numero in processu resolutorio, & sic neutra positio est perfecta, rationes uero nullæ sunt: prima quidem non, quia numerus non est absolute prior: propterea non potest esse sine suo posteriori: illa enim regula habet locũ in priori, quando est absolute prius alio. Ad secundũ dici potest, ꝙ collectio ponitur loco generis, nõ ꝙ sit genus. et propterea potest esse quid respectiuum. Ad tertium dici potest ex coniunctione numerorum posse fieri continuũ quia ex diuisione continui efficitur: & conceditur unitates esse tactiles: si quidem unitates sunt partes continui, quod uero dicitur in textu numerum esse ratione priorem: intellige non respectu continui, sed respectu continui concreti ad materiam sensilem, & sic de dubitatione patet quid peripatetice sit sentiendum. F

Põ Blattetonum.

Põ ꝑpria.

Insuper etiam si continuum est, tãgat necesse est. Si uero tangit, nondum continuum est: non enim si simul sint extrema ipsorum unum ipsa esse necesse est. Sed si sint unum, & simul esse necesse est. Quare copulatio generatione ultima est, nam si extrema copulentur, sese tangant necesse est: at si sese tangant, non omnia copulantur, itaq; perspicuum est in quibus tactus non est, in his nec copulationem esse. G

Expositio. Comparat nunc tactum ad continuum: & inquit, insup etiam si cõtinuum est, tangat quicquam aliud necesse est. Si uero tangit, nondum continuum est: hoc probat. d non enim si simul sint extrema ipsorum, unum ipsa esse necesse est. Sed bene si sint unum & simul esse necesse est, & sic patet ordo inter tactum & continuum: per hoc idem declarat ordinem inter tactum & copulationem, quæ græce est συμφυσις, latine copulatio siue insitio, & inquit quare copulatio generatione ultima est, nam si extrema copulentur, sese tangant necesse est: at si sese tangant, non omnia copulantur: itaq;, ut inquit, perspicuum est in quibus tactus nõ est, in his nec copulationem esse, hæc de ordine. Ex his patet ut Auer. infert: hæc quatuor ꝑ ordinem sese habere uidelicet deinceps tangens: continuum, & symphysicum, siue adunatum, siue insitum, siue copulatum: nam in plus est deinceps ꝙ̃ tangens, & in plus tangens ꝙ̃ continuum, ut ostensum est, & in plus continuum quàm symphysicum, quia continuum abstrahit a materia sensili, at symphysicũ concernit materiam sensilem, nihil enim est symphysicũ, quin sit in materia sensili. Hæc ex Auer. & optime, quæ ẽt poeta Epeus sentit, ut Themistius auctor est. H

Text. 29. Quare si punctum & unitas separatæ sint, ut quidam sentiunt, unitatem ac punctum idem esse impossibile est. Nam punctis tactus, unitatibus uero deincepitientia competit. Insuper etiam inter illa aliquid esse potest. Omnis enim linea est inter pũ

I ctea. Inter unitates uero nihil eẽ necesse ẽ. Nihil est

Text. 30. enim inter dualitatem & unitatem. Quid igitur est simul esse, & quid seorsum, & quid tangere, & quid inter, & quid deinceps, & quid attiguum, & quid continuum, & quibus unumquodq; horum inest, dictum est.

Expositio. Demum ex ijs infert, ꝙ data positione Pythagoreorum & Platonicorum de mathematicis & ideis ꝙ sint secundum esse separata, adhuc punctus, & unitas differunt dupliciter. Primo quia punctis tactus competit, quatenus ad ditam positionem in continuo, unitatibus uero non tactus sed deincepitientia. Secundo inter puncta potest aliquid esse inter: omnis enim linea est inter puncta: inter unitates uero nihil esse necesse est. nihil enim est inter dualitatem et unitates, sed bene ad unitatem sequitur dualitas, quare da

K ta positione de mathematicis & ideis: omnino oportet dare differentiam inter punctum & unitatem, demum epilogat, & patet. Circa primam differentiam, debes scire, ut ex Auer. colligitur, ꝙ cum Arist. ait: punctis tactum competere, per tactum posse intelligere uno modo iuxta positionem antiquorum, qui corpora componebãt ex pũctis, iuxta enim hos oportet concedere punctis inesse tactum, nisi enim puncta sese tangant. non potest corpus ex ijs fieri, uel componi: & tunc per tactum uere tactum intelligere oportet. Secundo potest per tactum intelligi linearum in puncto: tangunt enim se duæ medietates lineæ in puncto medio, & hoc modo exponit Themistius. Tertio per tactum intelligi potest superpositio ut exponit Alexã. possunt enim duo puncta superponi inuicem quatenus unus punctus potest esse in corpore locante, & alius in corpore locato, qua ratione erunt puncta illa superposita. Hæc de prima differentia. Quo uero ad uerba secundæ differentiæ attinet: dicit Auer. ꝙ Arist. uoluit probare illam, inter

An duo pũcta possint eẽ simul & dfiam iter unitatẽ, & pũctũ. Vid Egi. hic.

L puncta est aliquid: dixit enim inter unitates nihil esse medium, inter puncta uero esse aliquid. & probauit hoc per illud, uidelicet quia omnis linea est inter duo puncta, & per hoc ut Auer. ait uoluit habere cõuersionem uidelicet inter puncta est aliquid, causa autem est, quia illa uniuersalis uidelicet omnis linea est inter duo puncta, conuertitur in pte uidelicet inter quædam puncta est linea, & ut dicit, hoc intelligendum est de linea finita. Sed Auerro. peccauit in logica: hæc enim propositio: omnis linea est inter puncta, resoluitur in illam: omnis linea est ens inter puncta: dictũ enim est in prioribus subiectum & prædicatum debere esse in recto, modo hæc, omnis linea est ens inter puncta cõuertitur in hanc, quoddam ens inter puncta est linea. & non in illam, inter quædam puncta est linea, & propterea Auerroes errauit in logica. Tu uero intellige textum: ut iacet, erat enim secunda differentia ꝙ inter puncta est aliqd quæ saltem est uera indefinite per hoc, quia omnis linea ẽ ens inter pũcta: uniuersaliter uero probabitur in sexto, ubi probabitur continuum nõ componi ex punctis, inter uni

Error Aũ. in logica.

M tates uero nihil est, & sic non oportet recurrere in logicã, & ita totus sensus patet. Hæc Aris. de diffinitionibus terminorum. Sed quærit Auerro. quia esse simul & tangere, & seseum, siue attiguum uidentur idem, quia in ijs q̃ sunt in loco uidentur conuerti. Respondet Auer. ꝙ esse simul & tangere differunt ratione, licet quandoq; sint idem subiecto. Primo quia esse simul opponitur ad esse solum siue esse seorsum: tangere uero ad esse separatum. Secundo ad esse simul apparet locus in definitione eius: non autem ad tangere. Amplius seseum differt a tangere: quia seseum superaddit ordinem, & consequentiam. Amplius seseum dicitur de corpore, & incorporeo, at tactus non est nisi corporum, uel magnitudinum Hæc Auer.

Dubitatio Auer. c. 30

Solutio

Tex. 31 Vnus autem motus plurifariam dicitur, quia ipsum unũ plurifariam dicitur, genere quidem est unus pro prædicamenti figuris: nam delatio omni delationi una est genere: at alteratio a delatione genere est diuersa.

His expeditis, nunc uult tractare de unitate motus, cuius N causam assignat Auer. quia hoc est utile ad perscrutandum Expositio. an motus sit æternus, uel ne, proponit tamen motum plurifariam dici unum, quatenus et hoc nomen unum plurifariã dicitur, nam unum dicitur uno modo genere, alio mõ specie, alio modo numero. Sic igitur motus dicitur unus genere pro prædicamentis figuris, ut delatiões, quæ omnes sunt eiusdem generis, quia in genere, quod uocatur ubi constituuntur omnes, ut Auer. & Themi. dicunt: at alteratio a delatione gñe est diuersa, quatenus alteratio est in prædicamento qualitatis: igitur omnes illi motus gñe sunt ijdem, qui figura prædicamẽti conueniunt: differunt uero gñe, qui figura prædicamenti differunt. Addit autem nouus expositor motum sortiri unitatem generis a termino ad quẽ cũ uidelicet qui per ipsum per se primo acquiritur nam per lationem acquiritur ubi locus & situs, sed per se primo non nisi ubi, & ꝓpterea unus est motus genere, quia terminus O ad quem per se primus est unus genere.

Quæ noui expositor. Egi hic. An aliquis motus sit unus. Vid Alb d' fax. q 5. huius.

Specie uero unus est, cum genere atq; indiuidua specie fuerit unus, ceu coloris differentiæ sunt, alia nanq; specie denigratio est, & albatio, quippe cum omnis albatio omni dealbationi spẽ eadem est: atq; omnis denigratio denigrationi, albedinis autem nequaquam sunt. quapropter dealbatio una specie est dealbationi omni.

Nunc quis unus specie sit, adijcit, & inquit, specie uero Expositio. unus est, cum genere atq; indiuidua specie fuerit unus, ceu coloris differentiæ sunt, alia nãq; specie denigratio est, & albatio, quippe cum omnis albatio omni dealbationi specie eadem est, atq; omnis denigratio eadem specie est omni denigrationi, albedinis autem nequaquam sunt. Sic igitur omnes illi motus specie idem sunt, qui sunt ad unum P terminum specie indiuidua, ceu omnes dealbationes uel denigrationes, quæ omnes sunt ad unam specie albedinẽ, uel nigredinem. Vnde Auerro. inquit causam, quare motus differunt specie, esse differentiam terminorũ ad quos, & causam conuenientiæ esse conuenientiam terminorum ad quos.

Quæ auer. cõmẽ. 31.

At si sunt aliqua quę genera & species simul sunt patet profecto unum quidem in illis specie motũ esse, non absolute tamen specie unum, qualis est disciplina. Si scientia species est extimationis: scientiarum uero genus.

Cauillabis, si reperitur aliquod quod simul est genus, & Expositio. species utpote species subalterna: motus ne ad illã ẽ unus specie, uel unus genere? Respondet, at si sunt aliqua quę sunt simul genera & species, patet motum in illis esse specie unum: non tamen absolute specie unum: qualis motus est disciplina. quæ disciplina est motus ad scientiam, dico disciplinam esse motum unum specie non simpliciter, si scientia species est extimationis, & genus diuersarum sciẽ Q tiarum: nam si sic est, disciplina erit motus unus spẽ, non simpliciter, sed subalterna, & sic patet sol. ad cauillum.

Dubitauerit aũt aliquis, si unus est specie motus Tex 32 cum ex eodem in idem aliquid mutetur, ceu punctum ex hoc loco in hunc locum iterũ iterũue, at si sit hoc, erit circulatio circulationi aliter directiõi eadem, & uolutatio ambulationi.

Sed circa dicta quærit an motus sortiatur unitatem ẽ ter Expositio. mino ad quem, & uidetur ꝙ non, quia si ab unitate termini ad quem motus ipsi speciem sortiantur, tunc motus in chorda & arcu essent eiusdem speciei, & sic motus circularis & rectus essent eiusdem speciei. Iter uolutatio siue reuolutio ambulationi eadem specie erit, & sequitur consequentia, quia omnes isti possunt esse ad eundem terminũ spẽ. Quo uero ad uerba græca attinet animaduerte Aris imaginatum esse punctum moueri more mathematico, & hoc utitur pro exemplo, non pro ueritate.

An definit u ni

A Text.33. **An definitum est diuersum esse motum, si id in quo est motus, specie sit diuersum: orbiculare autẽ a recto specie differt genere igitur & specie motus hoc pacto est unus.**

Expositio. Respondet Aristote. motus sortiri unitatem a termino ad quem capiendo terminum ad quem: pro ultimo & medio siue uia per quam fit, & sic licet orbiculare & rectum quo ad terminos ad quos nõ specie differunt, quo tamen ad media per quę fiunt, differunt, & sic motus ipsi specie differũt. Hæc Arist. Quæstio de unitate specifica motus. Quærunt penes quid attenditur unitas specifica motus. Albertilla ait specificam motus unitatem attẽdi penes tria uidelicet penes unitatem specificam terminorum e quibus, & penes unitatem specificam medij, atq; penes unitatem specificam terminorum ad quos, primũ persuadet: propterea quia aliter dealbatio & denigratio essent eiusdem speciei, nam dato ꝙ a. sit nigrum, & b. album, & quod. a. debeat albefieri transeundo per fuscum, insuper & b. debeat nigrefieri transeundo, per fuscum: tunc cum peruenitur ad fuscum, terminus ad quem utrorumq; est idem specie, licet termini e quo differunt specie: igitur si non requireretur unitas specifica terminorum e quibus, tunc ambo hi motus essent eiusdem speciei. Secũdo: quia aliter auctio & imminutio essent eiusdem speciei, patet hoc sit tripedũ per diminutionem fiat pedale, & semipedum per auctionẽ fiat pedale. Sic igitur necessaria est unitas specifica terminorum e quibus. Secundum persuadet etiam quia aliter motus rectus & motus circularis non differret specie, quia possunt esse ab eodem termino è quo & ad eundem terminum ad quem, uerbi causa, ubi unus per arcũ, & alter per chordam ageretur. Tertium Aristo. probauit per hoc, quia motus specificam sortitur nomenclaturam a termino ad quem, dixit autem hæc tria sufficere, quia nec requiritur unitas mobilis, nec unitas motoris, nec unitas resistentiarum, nec unitas proportionum mouentium, nec demum unitas medij materialis: dicunt nec unitatem medij materialem requiri, nam descensus per aerem et per aquam est unus specie, requiritur tamen unitas specifica, & formalis medij, ut dixerunt propter motũ in chorda & in arcu. Quibus Albertilla concedit tria. Primum motum naturalem, & uiolentum posse esse eiusdem speciei. Secundum uiolẽtum & naturale esse differentias accidentarias motus. Tertium non omnem motum sursum esse eiusdem speciei cũ motu sursum, ut de motu aeris & ignis. Hæc Albertilla, & plura alia. Sed hæc positio non est peripatetica: nullus enim peripateticus unq̃ somniauit ad unitatem specificam motus esse necessariã unitatẽ specificã terminoꝝ è quibus, & hoc rationabiliter, primo ꝙ cessat, aucto motu, non est de essentia uel ratiõe motus, sed terminus è quo continuo cessat, sicut motus continuo intenditur igitur non est de ratione motus. Secundo idem motus esse non potest in diuersis speciebus, sed terminus è quo, & terminus ad quem plerunq; differunt specie: igitur terminus a quo non attinet ad rationem motus. Tertio: ratio quam significat nomẽ est definitio, sed motus non definitur per terminum è quo, ut dixit Arist. igitur terminus è quo non est de ratiõe motus.

Margin: Quare semper motus in albedine, nem eãdẽ spẽ motus, ēn in idem ubi non est semp idem. spẽ. Vide Egi. hic. — B — Quæ sufficiunt. — C — Excepta. — Cõfutatio positionis. — Cõis põ. — D

Propterea communiter tenetur fere ab omnibus motum speciem sortiri è termino ad quem & a medio: prætermittitur autem terminus è quo propter rationes assignatas, & ita uolunt ad hoc ut aliqui motus sint eiusdem speciei specialissimæ duo requiri, & ꝙ sint ad terminos ad quos eiusdem speciei specialissimæ, & quod media per se ordinata in illos terminos sint etiam eiusdem specie specialissimę.

Margin: An linea recta et linea circularis sint eiusdẽ spei. Vide Bur. hic. — Obiectiones. — Defensio

Sed solet obijci primo, quia saltem in artificiarijs motũ speciẽ nancisci a termino è quo, & ab agente est famosum ut dicit Auer. secundo huius, commen. 14. ueluti is motus, qui est ad sanitatem curatio solet appellari. Secundo quia tunc duæ albefactiones possunt esse alterius speciei: si altera per rubrum, altera per fuscum procedat in terminum ad quem. Solet defendi hæc positio, dicendo ad primũ uno modo dicta hæc habere locum in motibus naturalibus, non artificiarijs, uel dici potest tam in naturalibus, q̃ artificiarijs motum esse de specie termini ad quem, licet nomen accidentarium quandoq; sit a causis accidentarijs, ut curatio quæ reuera est sanatio & motus naturalis, speciem habens a sanitate, nomẽ tñ habet a curatore, quia curator est causa sine qua non. Ad secundum: Albertilla concedit albationem per rubrum specie differre ab ablatione per fuscum, quia uult ad unitatem specificam requiri ambo. Ad differentiam uero sufficere alterum tantum. Iuniores ex uerbis Auer. partim commen. 22. huius quinti. partim cõmen. 22. decimi metaphy. colligunt medium esse duplex per se, & per accidens: modo mediũ per se est forma diminuta: medium per accidens est ut rubrum, croceum, & id genus: ad rem dicunt motus differre specie quotiens p media per se procedunt differentia specie, non autem quotiẽs procedunt per media per accidens, aut forte dici posset rubrum fuscum, & id genus non esse media motus atq; transitus, sed media speciei & essentiæ, & sic penes hæc non attenditur differentia motuum. Hæc pro defensione illorũ. E

F Propria põ. Ego uero tutius puto esse dicendum aliter esse in motu locali, & aliter in alteratione, siue alijs id genus motibus. In alteratione enim motus differunt specie propter differentiam terminorum ad quos tantum: nã motus non est aliud q̃ terminus ad quem remissus. In locali autem motu requiritur unitas medij & unitas termini ad quem: causa est, quia in motu locali quodlibet punctum potest esse terminus ad quem completus. at in alteratiõe terminus completus non est, nisi qualitas sub esse intenso, & perfecto. Amplius non est de ratione motus localis terminus ad quem, nam potest esse motus localis sine termino ad quem, ut motus cœli: non autem potest esse motus localis, sine uia atq; medio. Qua ratione fit ut motus locales differant tam penes media q̃ penes terminos ad quos: & principalius penes media, quia medium est essentialius motui, q̃ sit terminus ad quem. Huius autem signum est, quia Arist. in dubitatione & in solutione dubitationis omnia dicta sua dirigit ad motum localem: dum dicit medium esse de ratione motus: hæc uero ignorarunt iuniores. De forma uero utrum maneat eadem numero è principio motus usq; ad finẽ, est quæstio calculatoria, quæ cum non sit intentata a peripateticis, sitq; pro omni parte probabilis prætermittatur. G

Simpliciter autem is motus unus est, qui substantia atq; numero unus est. Sed quisnam sit talis, patebit diuisione facta: tria enim numero sunt circa quæ motum unum esse dicimus, quod, & in quo & quando, dico autem quod, quia necesse est aliquid esse, quod mouetur, ceu hominem aut aurum, atque in quo illud mouetur, ut in loco, aut affectione, & quando: nam in tempore unumquodq; mouetur. Text. 34.

Expositio. Exposuit quisnã motus sit unus genere, quisue unus specie nunc quisnam sit unus numero, siue quisnam sit unus simpliciter & proprie, quod idem est: declarat autem hoc ex ijs, circa quæ est motus, ea enim circa quæ est motus, sunt numero tria uidelicet subiectum quod mouetur. genus in quo est motus, quod est duplex locus & affectio, ut dicit The. & tertium est tempus quando mouetur, & hæc tria exponit dicens: dico autem quod quia necesse est aliquid esse, quod mouetur, utpote hominẽ, aut aurum, atque in quo illud mouetur, dico ut in loco, aut affectione, & quã do dico, nam in tempore unumquodq; mouetur: quo uero ad uerba attinet Arist. dixit substantia atq; numero, nam motus qui substantia est unus esse potest, genere specie, et numero quibus ut Auer. sentit motus essentialiter diuidit nam unum & essentia & quidditas in rebus idem est. Sed hoc Auerro. additum non uidetur metaphysicum, nam licet unum non sit accidens essentiæ, ut putauit Auicen. unitas tamen rei non est essentia rei: immo equinitas est tantum ipsa, nec una, nec plures. Sed res hæc metaphysicis omittatur: quo uero greca uerba attinet, uerbum illud unũ H

Margin: Quę cõtra Auer.

I in quibusdam græcis codicibus non legimus, sed hoc modo uidelicet tria enim numero sunt, circa quæ motum esse dicimus. Quæ possunt stare, & recte.

Tex. 35. Horum autem id quidem quod est genere, aut specie esse unum, est in re ad quam motus ipse fit: id uero quod est esse attiguum, in tempore erat, at esse unum simpliciter, in cunctis his consistit, & enim id ad quod est motus, unum esse oportet, atque indiuiduum, ueluti formam. Insuper etiam ipsum quando ut tempus etiam unum esse oportet, & non intercisum. Amplius id quod mouetur etiam unum.

Expositio. Erat ipsius motus triplex unitas, ut generis uel speciei cõtinuitatis uel contiguitatis, & unitas simpliciter siue numeralis: declarat modo quid sufficit ad unamquanque harum. & inquit, horum autem trium unorum: id quidem quod ẽ aut genere aut specie esse unum est in re ad quam motus
K ipse fit, hoc est ad unitatem genericam aut specificam motus sufficit unitas generica, aut specifica termini ad quem. id uero quod est esse attiguum siue unum contiguum, in tẽpore erat hoc est sufficit ut tempus non sit intercisum, & forte per attiguum continuum intelligit, sed non refert, sic igitur ad unitatem contiguitatis motus sufficit unitas temporis, at esse unum simpliciter specie, & numero motum, requirit ut quodlibet horum sit unum numero simpliciter. propterea dicit in cunctis his consistit, & hoc declarat. d. & enim id ad quod est motus esse unum oportet, nisi enim terminus ad quem sit unus, non potest motus esse unus, & non modo unus esse debet terminus ad quem, sed indiuiduus, ueluti formam oportet esse unam indiuiduam. Insuper etiam ipsum quando cuiusmodi est tempus esse unũ oportet, & non intercisum. Tertio etiam id quod mouetur oportet esse unum. igitur ad unitatẽ simpliciter motus necessaria est unitas simpliciter uniuscuiusque horum.

L Modo nec per accidens sit unum, ut album nigrescere et coriscum ambulare: quippe cum unum sit coriscus & album, sed per accidens, nec commune, nam esse potest ut duo homines, simul eadem conualescant sanatiõe, utpote ophthalmia, uerum nõ unus hic motus est, sed specie unus.

Expositio. Quia duo requiruntur ex parte mobilis ad unitatem simpliciter motus: primo ꝙ ipsum mobile sit unum per se: secundo ꝙ sit unum indiuiduum. ideo ait: modo nec per accidens sit unum ipsum subiectum quod mouetur, ceu albũ & coriscus: hæc enim cum sint unum per accidens conceditur idem nigrescere, & ambulare, ut ratione albi nigrescere, ratiõe autem corisci ambulare: igitur requiritur ut ipsum quod mouetur, sit unum per se. Secundo requiritur, ꝙ sit indiuiduum, & hoc ait, nec commune esse debet id quod mouetur, nam esse potest ut duo homines numero, q
M sunt unus specie, simul eadem conualescant sanatione, ut pote pergẽtes ab eo morbo oculorum, quẽ græci ophthalmiam dicunt: uerum non unus hic motus est, quamuis ipsum quod mouetur sit unum specie, sed specie unus, igitur requiritur ut ipsum quod mouetur, sit unum per se, & indiuiduum, nec curauit explicare ꝙ tempus sit unum numero quia non potest esse nisi unum numero omnium tempus, nec ꝙ terminus ad quem sit unus numero, quia si est unus specie, & tempus unum numero, mobile quoque unum numero, erit motus unus numero: duæ enim albationes eiusdem mobilis numero esse non possunt, nisi sint ambæ una numero aut forte non explicauit nisi de mobile ipso, quia dedit intelligere in alijs: debet enim esse unum tempus numero & per se, unus terminus ad quẽ numero & per se, & unũ mobile numero, & per se. Sic igitur requiritur ad unitatem numeralem motus, unitas termini ad quem, unitas temporis, & unitas mobilis. Hæc Aristo.

Tex. 36. Atqui si Socrates eadem alteratione specie alio atque alio tempore alteretur, si corruptum quidem iterum idem numero fieri potest, erit & hæc alteratio una, si autem non potest, erit eadem specie, sed non numero una. N

Expositio. Vt diximus dubitari posset, utrum ueluti requiritur unitas numeralis mobilis, requiritur unitas numeralis termini motus ad quem. Respondet sub conditione iuxta duas positiones, & inquit: atqui si Socrates eadem alteratione specie alio atque alio tempore alteretur, si corruptum quidem iterum idem numero fieri potest iuxta unam positionem, erit & hæc alteratio una. si autem non põt iuxta aliam positionem, erit eadem spẽ, sed non numero, & hæc est ueritas, & ita oportet ut sit idem terminus ad quem numero, & non specie, ut diximus. Auer. uero textum hunc non de unitate termini ad quem exponit, sed dupliciter de unitate temporis: & de continuitate motus. est enim primus sensus: utrum requiratur idẽ tempus numero ad unitatem numeralem motus: quia uidemus Socratẽ nunc una nunc eadem specie sanitate conualescere. Secundus sensus est: cum motus sit successorius: & cõtinuo partes fluãt: utrũ sit idem motus numero & cõtinuus a principio ad finem. Et addit ꝙ si sensus quæstionis sit secundo modo: tunc hec est differentia inter partes motus cõtinui: & motus q post corruptionem redeunt. nam in reditu motus post motum interuenit tẽpus & quies. in partibus uero motus continui non interuenit quies aliqua: nec demõstratur aliquid stare. Hæc Auerroes. Sed reuera hæ expõnes non conueniunt græcis uerbis. Arist. eni nõ quærit nisi de unitate numerali termini ad quem. signum autem est quia de illo exemplificat. ut pote de sanitate ipsa. Quę Auer. comẽ. 36. O Cõfutatio

Tex. 37. Habet autem dubitationem huic similem. Si eadem sit sanitas atque omnino habitus & affectiones substantiæ in corporibus nec ne.

Expositio. Mouet obiter dubitationem utrum forma accidentalis, q est in subiecto continuo tendente ad corruptionem, continuo sit alia atque alia: uerbi causa, utrum sanitas quæ est in animali, quod continuo tendit ad corruptionẽ sit alia mane & alia uesperis, an semper eadem, & ut dico de ipsa sanitate, ita de omnibus alijs habitibus & affectionibus corporum est quærendum, inquit, habet autem dubitationẽ huic similem, si eadem sit sanitas atque idem omnino habitus, & eædem substantiæ affectiones permanẽtes semper in corporibus nec ne? Mouetur autem hæc dubitatio obiter, & non per se, quoniam est similis dictæ quæstioni, quantum ad hoc, quia quærit de corrupto utrum idem numero redire possit. Amplius mouetur, quia ex solutione huius quæstionis, patebit id quod sub cõditione dictum est in solutione dictæ quæstionis ut Auer. indicat. P Causæ q̃ónis.

Nam ea quę mouẽtur, labi atque defluere uidentur. Insuper etiam si eadem atque una sit mane & nunc sanitas, cur & cum rursus aliquis ammissam recuperauerit, & hæc & illa una numero non erit: eadem enim ratio est.

Expositio. Arguit ad dubitationem, primo quia ut Heraclitus est auctor subiecta accidentium quæ mouentur & sunt corpora mobilia, succedere atque defluere uidentur. Sunt enim in cõtinuo fluxu, ueluti fluuius, ut dictum est i metaphysica: arguitur igitur, subiecta continuo fluunt, & continuo labi uidentur. igitur accidentia continuo fluunt, & ita non est eadem numero sanitas. Secundo arguit aut sanitas est alia atque alia, aut eadem, si alia atque alia, habetur propositum. Si eadem atque una mane & uesperis, cur & cum rursus aliqs amissam recuperauerit, & hæc recuperata, & illa perdita una numero non erit: eadem enim ratio, quasi dicat, ut subiectum in recuperatione sese habet ita in fluxu continuo. igitur aut nunquam ea eadem numero sanitas recuperabitur, aut oportet dicere, ꝙ ueluti alia atque alia recuperatur, ita alia atque alia continuo est. Hæc est dubitatio, & dubitationis causa. Aut forte magis, ad uerba uidetur Arist. mouere duas quæstiones, quarum prima erat: utrum sanitas, & uniuersaliter Prima expositio. An sanitas corrupta redeat eadem numero & an toto tempore quo durat sanitas sit eadem numero. Vide Egi. hic. Secũda expositio.

A & uniuersaliter habitus sit idem numero semper in subiecto transmutabili, ad quam quæstionem arguebat quod non: nam ea quæ mouentur ut subiecta omnium accidentium labi atque defluere uidentur continuo. igitur & habitus existens in tali subiecto. Secunda quæstio est, si eadem sit sanitas atque habitus idem, qui manet in continuo fluxu, quare sanitas recuperata non est eadem numero cum amissa. nam si sanitas existens in continuo fluxu atque continua transmutatione: potest eadem numero esse, etiam per transmutationem recuperata potest esse eadem. hoc inquit. sin autem eadem atque una sit mane & nunc uesperis sanitas: cum hæc sit in continuo fluxu atque transmutatione: cur & cum rursus aliquis ammissam recuperauerit: hæc supple recuperata, & illa amissa una numero non erit. Eadem enim ratio est, quia illa quæ est in fluxu uidetur esse alia atque alia: similiter & hæc amissa alia & alia uidetur à recuperata: quare uidetur hoc non irrationabiliter. 2. loco quærendum, & sic patent duæ quæstiones.

B Tex. 36. Verum intantum interest, quod si duo: propter hoc ipsum, ut numero unus est, & habitus necesse est. unus enim numero actus unius numero est. sin autem habitus est unus: fortasse non alicui adhuc & actus unus esse uidebitur. cum. n. aliquis ambulare cessauerit: non est amplius ipsa ambulatio. at si iterum ambulauerit: erit profecto illa. Si igitur una & eadem est: unumquodque & idem corrumpi persæpe & esse poterit. uerum dubitationes hæ extra præsentem considerationem existunt.

Expositio. Quicquid expositores & græci, & latini laborauerint: ea quæ hic Aristo. asserit: non faciunt aliquo pacto ad solutionem alicuius dictarum quæstionum. comparat enim habitum & actum ad unitatem & pluralitatem, quod minime quæstionibus conuenit. ait enim quòd si actus aliqui sint

C unus actus: habitum quoque unum esse necesse est: non autem econtra, quia stat habitum unum esse, & actus plures. at si habitus plures fuerint: actus quoque plures erunt: non autem econtra, quia stat esse plures actus, qui sunt unus habitus. hæc Aristo. multum, ut mihi uidetur, ab re ipsa, inquit. uerum intantum interest, quòd si duo supple actus ut numero unus est: hoc est si actus est unus numero, & supple unum numero habitum necesse est esse. igitur si unus actus est, habitus quoque unus erit. at contra non ualet, & hoc inquit. sin autem habitus est unus, fortasse non alicui adhuc & unus esse uidebitur, quia unius habitus possunt esse duo actus.

Deceptio uerborum. Sed quid Aristo. per habitum, qui græce ἕξις est, & quid per actum, qui græce est ἐνέργεια intelligat: non est eodem modo intellectum apud omnes. Auerro. & expositores latini

Prima expõ Auer. & latinorum. per actum motum, & per habitum formam, siue terminum motus intelligunt. & tunc exponunt quòd si actus est unus, etiam habitus est unus, quia si motus est unus: non esse potest quin terminus etiam sit unus: at fieri potest, ut terminus sit unus, & motus non sit unus, ut in lationibus ipsis patet, ubi uidetur manifeste unus terminus ad quem esse duorum motuum localium, & hæc expositio uerbis conuenit

D Expositio Alexãdri. satis. Alexan. uero, quem nos uidimus, ut mihi uidetur: melius hunc locum intelligit. uelle enim uidetur Aristo. per habitum, quem græco uerbo hexim appellat intelligere subiectum, quod formam & accidens habet. per energiam uero, siue actum accidentarias formas. erit igitur sensus, quod si accidens sit unum numero subiectum oportet esse unum numero: non enim accidens unum numero esse potest in diuersis subiectis numero. at subiectum esse potest unum numero diuersorum accidentium numero. & ad hunc sensum uadit exemplum quod subscribit. d. cum enim aliquis ambulare cessauerit: non est amplius ipsa ambulatio. at si iterum ambulauerit: erit profecto ambulatio illa: non dico eadem numero, sed eadem specie: in quo casu habitus, id est subiectum erit ambarum ambulationum idem numero. & ambulatio una numero non potest esse diuersorum numero subiectorum, & hoc subdit. si igitur una & eadem est supple ambulatio quæ corrupta est, & quæ recuperata est, unumquodque & idem corrumpi persæpe, & esse potest, quod est impossibile. igitur sunt duæ, & tamen subiectum est unum. igitur subiectum stat esse unum, & accidentia esse plura. uerum quia quæstiones hæ transcendunt considerationem, transmittit illas ad metaphysicos. Videtur autem mihi magis ad rem expositio attributa Alexandro, quia per illam saltem tollitur prima quæstio quæ erat, utrum in subiecto labente fluxibilique continuo possit unum accidens numero continuo permanere. iam patet solutio, quod non, quia bene ad mutationem subiecti sequitur mutatio accidentis, & non econtra. ideo non potest esse eadem numero sanitas è principio uitæ ad finem usque, quia subiectum fluere & labi uidetur continuo: atque aliud esse atque aliud semper. differt enim Socrates senex à seipso puero, ut dixit Porphyrius. Amplius hæc expositio conuenit exemplo de ambulatione, quod in textu exposuit: nec tamen uerbis discouenit: nam Aristo. sæpe per echon: hoc est habens, subiectum accidentis intelligit. igitur non est remotum: si hexis uenit ab illo, ut intelligat subiectum, & quod per energiam siue actum intelligat accidens saltem commune: est bene rationabile, quia actus est qui transit, ueluti accidens commune, ut sciunt metaphysici: demum per hanc expositionem etiam secunda quæstio tollitur. erat enim secunda quæstio, si sanitas est eadem, quare sanitas corrupta non potest eadem numero recuperari. patet solutio. non enim sanitas est eadem numero mane & uesperis, sed continuo alia, ut subiectum est, aliud atque aliud. quare hæc expositio Alexã. est tenenda ad mentem Aristo. Quærunt an idem numero corruptum possit redire, quæ quæstio non debuisset hic moueri, sed in libro de generatione. sed quia illic omisimus: uolumus nunc aliqua breuibus transigere, quæ philosophis & theologis erunt utilia satis. Et primo arguitur quòd non, quia ut dicitur. 6. ethi. authoritate Agathonis, hoc uno solo priuatur deus facta infecta facere. Secundo arguitur in contrarium, quia causæ sunt æquipotentes post generationem alicuius: sicut ante. sed ante poterant generare illud. igitur post corruptionem illius, poterunt idem generare. De quæstione, Platoni solet attribui idem numero corruptum posse redire: immo uniuersaliter omnia quæ non sunt: postquam erunt corrupta. rursus eadem numero regenerabuntur: non modo quo ad formam & materiam atque accidentia corporea, sed quo ad accidentia animæ, & formalia. ita quod tu qui nunc es discipulus meus, & lectionem à me audis: aliquando in futurum postquam fueris corruptus audies eandem lectionem à me, & eodem in loco. hæc autem eadem redire censent in anni magni reuolutione, qui singulis. 36. milibus annorum redibit, quo uidelicet tempore cœlum stellatum complet circuitum suum. Mouetur enim orbis stellatus singulis centenis annis parte una: at cum ipse in. 366. partes diuidatur, sequitur, quòd si illæ per centum multiplicentur, complebitur reuolutio ad annos. 36. mill. quæ supputatio traditur libro de proprietatibus elementorum, & à Ptholemæo in libro magnæ compositionis pro hac positione hoc pacto arguitur. redeuntibus eisdem causis omnibus remotis & proximis per se & necessariis, redibunt effectus iidem numero. Sed in reuolutione magni orbis omnes causæ per se proximæ & remotæ redeunt eædem numero. igitur effectus minor patet. nam redeunt eadem corpora cœlestia: constitutio eadem etiam omnium stellarum & inter se, & ad locum generationis. & non tantum causæ remotæ, sed proximæ. cum enim ipsæ causæ remotæ redibunt: eadem uidelicet corpora cœlestia, & eorum constitutio: causæ etiam proximæ reuertentur eædem, quia remotior mouet sibi propinquam, & illa aliam usque ad proximam, ut primo metheororum dicitur, & in. 2. cœli. Sed aduersus hanc positionem multæ fiunt rationes fortissimæ. Prima quia in fine magni anni & si stellæ fixæ redeunt ad eundem motum, quia ad primum punctum arietis immobilis, è quo omnis motus superiorum incipit secundum Ptholemeum: non tamen cæteræ stellæ in tali tempore ueniet præcise ad eundem situm in quo cum stellis fixis steterunt, ut per supputationes perspicuum est. igitur in fine talis anni nõ erunt corpora superiora omnia in tali constitutione atque dispositione: in

Margin notes (right column): E — Approbatio expõnis Alexã. — F — Q. õ de resurrectiõe. Vide Scotum d. 43. quarti q. 3. & sequentes & alios theolo. — G — Põ platõis — Rõ põnis. — H — Obiones Scoti 43. dis. quarti q. 3 & pauli Veneti I 2. de generatione

qua fuerunt in principio eiusdem anni. secundo hoc funda mentum Ptholemæi confutatur à Thebitio posteriori, qui obseruauit motum trepidationis. ponit enim motum octaui cœli describi in quibusdam paruis circulis descriptis super principium arietis & libræ noni cœli, & ꝙ ille est quidam motus accessus & recessus: quatenus principium arietis mobilis in suo circulo ascendit, & per oppositum caput libræ mobilis in suo circulo descendit, & alias econuerso capite arietis descendente caput libræ ascendit, & ita stellæ illæ octaui orbis mouentur simul secundum longitudinem & latitudinem. Modo considerando omnes motus insimul: patebit in illo anno magnæ reuolutionis omnes orbes inferiores non posse redire ad eundem situm, quem habuerunt in principio illius motus. Tertio aliq motus cœli sunt inuicem incommensurabiles uidelicet epiciclorum & deferentium. igitur mobilia incipientia moueri ab aliquo pun-
K cto: nunquam simul redibunt ad eundem punctum. patet consequentia, quia motus cœli est uniformis: antecedens uero patet: etiam quia cum motus costæ & diametri sunt inuicem incommensurabiles, mobilia incipientia moueri ab eodem puncto, nunquam redirent simul ad eundem punctum: ēt si continuo atq; perpetuo uniformiter mouerent. igitur eodem modo in cœlestibus motibus. Quarto Ptholemæus in proœmio apothelesmatum ait constellationem per omnia similem alicui constellationi quæ præfuit nunꝗ̄ redire, & hoc esse causam: quare nō potest esse de rebus iudicium p omnia fīrē. Quinto petunt utrū in secūdo magno anno redibit idem motus numero cœli, qui in primo fuit: an alius numero. Si idem motus præcise: igitur erit tunc primus annus: tenet consequentia, quia tempus aut est motus cœli, aut consequitur per se illum. Si uero alius est cœli motus: igitur in secundo anno non erunt omnia quæ erant in primo eadem numero, sed solum consimilia: nam stellæ agunt motibus & luminibus, & ita cum tunc non erūt mo
L tus & lumina eadem, nec effectus idem numero. Sexto: petunt utrum pater Platonis necessario generabit Platonem, & Plato necessario docebit discipulos in academia uel cōtingenter. non est dicendum ꝙ necessario, quia tunc omnia necessario euenirent, & ita tolleretur libertas arbitrij, & omne consilium, & alia multa absurda sequentur. Si cōtingenter: igitur per liberum arbitrium potest pater Platonis Platonem non agere: poterit etiam corpora impedire, ne sint in illo situ ubi prius erant, ut quę sunt in climate quinto, traducere ad clima tertium: & sic poterunt non eadem præcise numero redire. Septimo actus liberi arbitrij non subsunt necessario causalitati cœli, & per consequens illi non necessario redibunt idem, & ita nec necessario actus dependentes ab illis. Nono, quia tunc discere esset quoddā reminisci, quod destruitur primo poste. ab Aristo. & in fine secundi. Decimo Plato in thimæo tradit animum post decem milia annorum instaurato alarum remigio eodem, unde uenerit redire: præter eius animum, qui digne philosophatus sit: nam hæc ad contubernium atq; stellam compa
M rem redibit tribus milibus annorum, & ibi beatificabitur. sic igitur anima Platonis hæc quę digne philosophata est, & in contubernio stellaq; compari beetur: igitur hæc anima aut sponte, aut inuite ad corpus descendet. non sponte, quia nihil suam beatitudinem sponte dimittet & ad miseriam sponte nihil accedet. Modo si anima descendet sponte: ipsa sponte beatitudinem omittet, & corpus ad miseriā accedet: nec inuite, quia tunc inuite corpus reget, & uiolenter cum suo corpore maneret: hoc est contra sensum, quia uidemus animam naturaliter corpus regere: diligere & mouere, aut sub alijs uerbis eadem ratio est, quia secundū hūc circulum nulla esset uera beatitudo, quia anima dum beata esset, aut crederet se nūꝗ̄ esse redituram, & sic falsa opinione bearetur, aut credit se redituram fore, & tunc timeret, et ita nō esset beata. Vndecimo aut anima separata scit se fuisse in corpore, aut non. si non: igitur non scit oē scibile, & oē uerum, ut Plato ait. si scit: igitur cum descendit, deberet reminisci. modo uidemus ꝙ nullus homo reminiscit se fuisse.

Alij uero peripatetici ad mentē Arist. asserunt nullum corruptum idē numero redire: immo esse impossibile omni ex parte ut idem numero corruptum redeat. Rem hanc dicunt patere & ex libro de generatione. 2. ubi dicitur, quorū substantia perijt: non reuertitur eadem numero. Et hic ēt pro impossibili idē numero redire. in pr̨dicamentis ēt ait à priuatione ad habitum esse impossibilem regressum, ut. 8. metaphy. de uino & aceto dicit. Pro hac positione arguitur. Primo: illa non sunt unū numero simpliciter, quorum esse non est indiuisum. Sed esse eius quod aliqn̄ fuit & postea est corruptum, & esse eius qđ est regeneratū post corruptionē: non est indiuisum: immo est diuisum per non esse intermediū. igitur non est idem numero. Secundo tunc nihil posset incipere si oē quod corrumpitur: idē numero redit. nihil quoq; desinet, quia nihil nunc est, quod antea non fuit: nihil ēt numerus non est, qđ antea non erat. nam idem numero infinities fuit, & infinities erit, si mundus est æternus. Tertio tunc unius rei primo pn̄t esse plures gn̄ones: nam à primo nunc gn̄atur & post corruptionē ēt primo per gn̄ationē redibit. igit̄ unius rei poterunt esse plures generationes. Alij arguunt ēt quarto sic. agens naturale siue cœleste: siue elementariū non agit nisi per motū, & cœlum per motum & lumen. mō nullus motus pōt redire idē numero maxime de motu cœli, & lumine cœli, unde nec influentia eadē numero redire pōt. igitur nullus effectus redibit idem numero. Quinto gn̄atio non est nisi præcedat alteratio: alteratio uero non est, nisi præcedat motus cœli, & lumen & influentia cœli. sed nullū horū redire pōt idem numero. igitur nulla gn̄atio redire pōt eadē numero. igitur nec generatum. Sexto non pōt redire idē: nisi ad ipsum sit eadē potētia, sed non pōt esse eadē potentia. igit̄ nec redire idem. minor declarat̄, quia aut eadē potentia semper manet, aut de nouo redit. non semper manet, quia potentia corrumpitur in aduentu formæ. igit̄ non manet eadem: nec de nouo redit, quia sicut formæ succedit alia priuatio q̄: quę precessit. eam ita forma resoluit in aliā potentiam, q̄: quæ præcessit Confirmant, quia quare statim non redit: si eadem potentia manet, uel eadē redire pōt. Septimo ad præteritū non est potentia: oē corruptū est præteritum. igitur ad corruptū nō est potentia, & ita non pōt redire. Arguunt ēt alij, & octauo æque difficile est fieri aliquid. ut. à ipso. à existente, & ipso. à corrupto, sed per nullā potentiam ipsum. à fieri pōt si idē à numero sit. igitur per nullā potentiam pōt fieri. à si ipsum. à est corruptum. maior patet, quia non maior potentia est ad. à ipsum: si ipsum. à esset: q̄ si ipsum. à esset corruptū: nec ex parte agentis est maior potentia ad. à si ipsum esset ꝗ̄ si esset corruptū. Nono aut tota potentia quæ fuit ad formam est reducta ad actum in gn̄one formæ, aut non. si primū. igitur non pōt amplius materia per suam potētiā recipere eandem formā. Si uero non tota: non uidetur consonum, quæ potentia esset reducta, & quæ non: ēt tunc materia appeteret formam, ēt si forma existeret in materia, q^a materia respectu alicuius suæ potentiæ non esset actuata illa forma, & sic ratione illius appeteret illā. Decimo maior est interruptio in esse, q̄: in magnitudine, sed interruptio in magnitudine impedit idētitatem numeralē. igitur interruptio in esse à fortiori impediet: & sic esse socratis regenerata & esse ipsius ante corruptionem non potest esse idē, quia est interruptum per non esse. Vndecimo si redit idē numero annus in reuolutione illa. igitur totum mundi tempus non est nisi unus annus magnus. 36. mil. annorum solarium, & ita non æternus mundus. Ex ijs concludunt non modo nihil corruptorum redire: immo eē impossibile simpliciter aliquod corruptum idem numero redire. Alij ēt ad mentem Aristo. asserunt nullum corruptum corruptione completa aliquando redire idem numero, sed bene idē specie, & hoc pro tanto, quia nunquam motus idem numero redire potest: nunꝗ̄ lumen cœli, quia continuo fluit: nunꝗ̄ ēt influentia, quæ uel est motus & lumen, uel adducit̄ p motū & lumē, quare nec agēs idem numero præcise redire pōt, & ita nec effectus ullus. ea uī quę corrūpunt̄ cor ruptione

N Pō Ioā. & Marsilii & Henric.

Rōnes Ioannis

O Rōnes Erices

P

Q

Opio scot in 23. dist. quæst. q. 3

A ruptionem incompleta ut elementa in mixto, aut cõtinuũ per diuisionem ut aqua per motum localem, aut per intensionem uel remissionem ut sanitas, quæ excessu caloris redditur ęgritudo: reductione illius redditur sanitas habenti, bene hæc possunt eadem numero redire, quia horũ formæ non resoluuntur simpliciter in materiã: at æquus & mulus & id genus, quæ corruptionẽ completa corrumpunt: nullatenus eadem numero redire possunt, sed solum secundum speciem: pro hac positione sunt rationes reductæ ad duas. prima est de igne in uno urinali conuerso in aerem, & deinde in eodem reuerso ad ignem. constat enim ignem unum numero esse, qui redit cum eo qui præfuit. Secundo agens potest conseruare eundem numero effectum in duobus momentis, ut in. à &. b momento. igitur illum effectum regenerare si in tempore medio fuerit corruptus: tenet consequentia, quia non maior potentia est ad conseruandum &
B ad generandum, & uidetur hæc conseqnentia Aristo. in litera, qui dixit si sanitas erit eadem numero mane & uesperis: tunc corruptum idem numero redire põt, quæ tenet ꝑ tanto, quia non maior est potentia generationis ꝙ conseruationis. Põt argui tertio de aqua quæ diuisione corrumpitur, & reunione eadem numero redit, & de sanitate simpliciter, ut arguit Monachus, põt enim sanũ simpliciter ęgrotare, & eandem numero sanitatem recuperare, quia nõ corrumpebatur corruptione completa, sed per excessum, aut defectum qualitatum. Ex ijs sequitur ꝙ aliquæ eadem numero saltem redire possunt. Alij uero dicũt ea redire posse eadem numero, quæ non desinunt per corruptionẽ formæ, sed per separationem formæ à materia. Cætera aũt per corruptionem formæ desinunt: hæc redire non posse asserunt de intentione Aristo. Cum enim Arist. posuerit animam rationalem immortalẽ, & formam substantialem hominum, quæ aliqñ erit ab homine separata loco & subiecto: cogitur concedere illam iterum fore reuniendam, qa
C aliter illa perpetuo esset separata, & ita uiolentum perpetuum. Hæc sunt quæ dicuntur de quæstione. Circa quę primo uidendum est de positione Platonis & de illius defensione. Secundo de opinione Aristo. Tertio uidebimus ueritatẽ. De positione Platonis dicimus primo ꝙ animæ sunt factæ ante corpora quodam certo & definito numero, ꝙ post corpora remanent. Secũdo dicimus ꝙ homo est anima formaliter, sed animal humanum est corpus & anima. Homo enim est anima formaliter, & corpus participatiue. animal aũt humanum est anima & corpus per se. Tertio. dico ꝙ idem numero est qñ principale & formale est idẽ numero: non qñ secundariũ & accessorium, quia sicut pœnes accessorium non attenditur esse: ita nec unitas essendi.

Quarto. dicimus ꝙ siue mundus cœpit: siue non: mũdus apud Platonem à parte post est perpetuus, quia nullus artifex & sapiens destruit opus, quod fecit. Hæc quatuor conceduntur ad mentem Platonis, & Plotinus qui fuit magnus Platonicus hæc aperte in lib. suo concedit. Gregorius etiã Nicenus, qui licet sit theologus: est nõ minus philosophus. Ex ijs patet ad mentem Platonis ꝙ idem numero homines, qui cœperunt in genitura mundi incipientibus cœlis
D mouere & agere ad hæc inferiora: redibunt, quia cum mũdus sit perpetuus à parte post, & animæ sint quodam definito numero constitutæ. oportet concedere easdẽ animas ad corpora redire finito numero descensuum, & cum anima sit formaliter homo & secundarie corpus: animal uero humanum sit anima & corpus: homo idem numero redibit, & idem animal humanum, quia idem homo formaliter ratione cuius dicitur animal. Sed qm̃ non redit anima ad corpus: nisi eædem in corpore redibũt dispositiones, uel simillimæ. redeunt aũt eędem dispositiones, uel simillimę: cum cœli & stellarum omnium constitutio redibit eadẽ. Hæc aũt redit eo anno quo stellæ fixæ & planetæ eundem situm acquirent & inter se, & ad signa quem in genitura tenuerũt. Iure hoc anno hæc omnia refici Platonici autumãt, qui annus secundum supputationem ueterem erit post. 36. millia annorum solarium. Quòd aũt hic reditus sit possibilis patet, quia luna põt redire omnĩ mense ad eandem cum sole configurationem, & cũ cæteris planetis. põt concursus trium idem redire & in eodem signo & in eadem signi parte, & sic à pari omnes respectus stellarum & inter se & ad fixas in longissimo tẽpore redire poterunt: siue tẽpus illud sit. 36. mil. annorum: siue maius siue minus. Is enim annus quo stellæ ita sese habebunt, ut erant in mundi genitura: erit ille, quo animalia humana redibunt eadem numero, & homines idem. Sat enim philosopho supponere hunc annum fore aliquando rediturum. Eo insuper anno redibunt cætera animalia, & stirpes, & elementa & id genus adeo simillima, ut quasi eadem numero reputentur: non tamen eadem, quia illorum formæ desierunt, sed bene simillima. nã tunc eadem aut simillima causa redit. huius signum est de herbis, quæ singulis annis simillimæ redeunt propter reditum solis parum similem, quanto magis quando omnia ex parte cœli redeunt aut eadem, aut ex toto simillima. hęc Platonici dicerent: si uelint consequenter ad dicta asserere. E F

De positione uero Arist. nescimus quid certi dicere. oportet enim dicere hac in re consequenter ad opinionem, quã habuit de anima rationali. modo quid ipse senrit de rationali anima, non est certum: cuius signum est differentia expositorum, qui tamen oẽs credunt dicere ad mẽtẽ eius. Alex. enim Aphrodisius, & Auer. posuerũt rationalem animam partim æternam & partim corruptibilẽ, quia ipsam confici asserunt ex intellectu, qui est unus numero omnium, & dianoea, quæ ex semine traducitur, hanc. n. sic confectã ex his dicere coguntur esse generabilẽ & corruptibilẽ secundum dianoeam: perpetuam uero secundum intellectum, & tunc iuxta hęc oportet concedere, nulla redire posse eadem numero omnino, maxime dę his, quæ completa generatione generant & completa corruptione corrumpũtur. simillima tñ posse redire: non erit iuxta hos concedere extraneũ utpote in anni magni reditu. redibunt. n. tunc motus: lumẽ: & influentia, quibus cœli agunt & materiam parant: non idem, sed simillimi: quare effectus non idẽ, sed simillimi ẽt redibunt. Si uero dicatur ad mentẽ Arist. ꝙ animæ rationales omni ex parte cũ corporibus incipiunt, & cum illis desinunt, ut multi Aristo. opinatũ esse asserũt: proculdubio facilius coguntur ij concedere nihil idẽ numero redire penitus, sed solũ simillimum, ut dixerunt Alexã. & Auer. Si uero de mente Arist. teneatur animas rationales per creationem incipere in corporibus, & nõ ante, & eas post mortem remanere, ut Thomas ad mentem Aristo. ubiꝗ enitit sustinere: nec tunc oportet concedere hominum reditum. Vt dixerunt Blatterones, quia dato ꝙ animæ remaneãt: nõ est absurdum concedere ẽt aliquod uiolentum perpetuum secundum numerum: modo non deficiat secundum speciẽ: nam licet sit aliqua anima uiolenter perpetuo separata: aliquæ eiusdem speciei semper est corpori alicui unita, quia apud Aristo. mundus est perpetuus: in quo semper homines sunt per unionem animæ ad corpus, & semper aliqui generantur, & semper corrũpuntur per separationem animæ à corpore, & sic sunt semper separatæ, & semper aliquæ unitæ, & sic non est absurdum. Sed dices. saltẽ nulla post mortem erit perfecte beata, quia quælibet erit cum aliqua uiolentia, & cum desiderio reuniendi. Modo beatitudo est finis omnium desideriorum. Amplius tunc Aristo. cogitur negare quod concessit, aut concedere quod negauit, uidelicet infinitum in actu, ut numerum animarum infinitum, quia mundus est perpetuus. Dici potest quòd anima boni erit beata, modo appetitus rationalis & intellectiuus sit completus: non autem appetitus naturalis. anima autem appetit corpus appetitu naturali, & sic non est impossibile ipsam esse beatam complete iuxta desiderium rationale: cuius finis quæritur in beatitudine. Beatitudo enim est finis non cuiusꝗ appetitus, sed tantum rationalis. anima enim boni bęata est fine desiderij rationalis. Id enim quod sibi deficit de appetitu naturali, facit eam minus beatam intelligentia: non tamen tollit beatitudinem essentialem. Ad secundum dicerem Aristote. negasse numerum infinitum G H

Marginal notes: Põ Pauli Veneti. — De põne Platonis. Suppõnes platonicę. Prima. An forma ęgñet uel cõpositum. Vide Sco. 7. me. tã. q. 9. & 10. & Cae. 3i. huius. An hõ dicat aliã entitatem ab aia & corpore simul sumptis Vide Sco. 2. d. tertii. q. 2. — De põne Aristo. — Põ Alex. & Auer. — Põ Scoti & Cysberi — Positio Themę — Cõtra Paulũ Venetũ. — Replice — Rñ. ad replicas

I actu, qui sequitur ex diuisione continui: nunquam tamē negauit numerum infinitum, qui non à diuisione continui ꝓficiscitur, sed à perfectione rerũ. Sic igiť nec iuxta hanc positionem Aristo. cogitur concedere reditum eiusdem rei. Si autem de anima ita senserit Aristote. ut Plato: ueluti multi putant: dicentes Aristote à Platone in nullis dissentire: ea quæ Plato concedit de reditu. Aristo. concedat necesse est. Quo fit ut nihil certi habeamus in opinione Aristo. hæc de positionibus philosophorũ, sat dictum sit, & de ueritate rei agamus.

Pō Ioānis grāmatici. De ueritate rei. Q̃ꝫ redit' nō ipossi'. Prima rō

Et primo dicimus ꝙ reditus unionis animæ rōnalis ad materiam, uel cuiusuis formæ ad materiam nō est impossibilis. hoc persuadeť quia quotiens est effectus aliqs impossibilis: hoc euenit aut ex parte agentis, aut ex pte materiæ, aut dispōnum, quibus ille effectus est in materia: nō quidem ex parte agentis: nā agens ulr̃ continens perfectiones omniũ agentiũ pōt agere quicquid egerunt agentia pticularia, & ultra. igitur cũ deus sit agens uniuersalissimũ, &

K continens perfectiones omniũ particulariũ agentium quãtum est ex parte sui pōt agere omne illud, quod egerunt pticularia agentia, & sic ex parte agentis non est impossibilitas reditus: nec ex parte materiæ, quia materia est ęque potens ante rei gñonem: sicut post rei corruptionē. est. n. potentia eius infinita ante & post in recipiendo: nec ex parte dispōnum, quia dispositiones sunt effectus particulariũ agētium, sed agens uniuersalissimũ est continens uirtutē omniũ particularium. igitur si illas poterunt particularia: poterit ulr̃ sine particulari. quare reditũ illum oportet esse possibilem. Secundo si iste reditus est impossibilis: est ex parte motus cœli atq; luminis, quæ non pñt redire eadē numero. Sed deus pōt supplere uicem cuiuscunq; causæ: cuiuscunq; instrumenti, & cuiusuis dispōnis. igitur nec hac rōne est impossibile.

Secũda rō

Secundo dicimus ꝙ iste reditus aliqñ erit in quo redibimus nos perpetui: nullis egentes, sed perfecti: impassibiles, & qui bene uixerimus beati. Q̃ꝫ quidē perpetui: declarať, quia nos naturali desiderio & per se desideramus perpetuitatē non modo in specie, sed in proprio indiuiduo. Dico per se, quia solus homo immortalitatē ex-

L pectans, ut dicit Plato. ad religionē, pietatem, uigilias, atq; labores se exponit, quod natura frustra & deus nulli dare debet. at animalia non per se mortē aufugiunt, ut immortalitatē expectent, sed ut uitæ quã hñt, aduersam atq; contrariam, quod est quasi per accidens perpetuitatē desiderare: quare nullũ animaliũ perpetuitatē in proprio indiuiduo desiderat per se: nisi solus homo, quod esset absurdũ nisi aliqñ perpetuitatē in proprio potireť indiuiduo. Q̃ꝫ tunc perfectiores redeamus: simili coniectura persuademus, quia omnium hominũ appetitus est semp ad melius. igitur nisi aliqñ ueniet status ita melior, ut nullus sit expectabilior: humanus appetitus iret ad immēsum. oportet igitur aliqñ uenire talē statum, in quo homines nihilũ aut par egebũt, quē tantopere expectant, & pro quo oēs homines semper laborant. talis est status resurrectiōis. erit enim ille quo ad omnia melior, ut per omnia licet discurrere. Q̃ꝫ tunc impassibiles. testis est cura hominũ naturalis pro impassibilitate reperienda, & naturalis enixus ad illã acquirendã. Epi-

M curei. n. pro impassibilitate uendicãda: potestates: diuitias: honores: status: atq; robur constituerunt. Pro hac stoici uirtutes & achademici pro hac legũlatores religiones & cultus deorũ: atq; uigilias. oēs. n. impassibilitatē nancisci suis uijs crediderunt. Epicurei quidē uoluptate, achademici uirtutibus, legũlatores dogmatibus & religione. nemo uero eniti debet ad impossibile. igiť aliqñ erimus impassibiles.

Q̃ꝫ qbene uixerit bti redibunt

Q̃ꝫ qui bene uixerint: beati redibunt: declarať. nã beatitudo quæ est hominis finis per Arist. & oēs philosophos: aliqñ homini debet dari: alioquin finis ille frustra esset, quod non concedunt philosophi, & non animę tm̃ tribui debet, sed corpori, quia non mō anima bonũ agit, sed corpus: cuius ꝓpriũ est participatione animæ uiuere, & bene uiuere. igiť beatitudo erit finis coniuncti, & non pro hac uidelicet. uita passibili. tum quia beatitudo est uita sempiterna, ut declarať. 12. meta. & alibi, & oēs philosophi probant. igitur nisi impassibiles redeamus, impassibili uita frui non poterimus, tum pp multas, quibus uexamur: miserias, utpote ꝓpter uarietatē fortunæ: corporis langores: egentiam bonorũ, & alia id genus. quare hæc beatitudo aut nunq; erit, qđ est contra decretum philosophorum, & conatũ naturæ, aut si erit, tunc erit cũ impassibiles redibimus. Quòd quidē fatuus ille Auer. uidere non potuit: licet somniauerit. Cōcludamus igitur talē beatum reditum aliqñ fore. N

Authores Empedo. Plato Hermen Poetæ

Et hunc celeberrimi authores balbutiendo indicarunt. Empedocles quidē canens mundi circulũ per concordiã & discordiam. Plato aũt reuolutionē magni orbis coniectans: hanc uitam uoluit significare. Hermen forsitan in pimandro per eius insomniũ eandem uitã recte descripsit. Poetæ hanc allegoricant per nectar & ambrosiam. hanc demum boni fideles expectantes religiosis armis propugnarunt.

Fideles. Solo rōnũ.

Quòd uero rōnes philosophorum nihil concludant: immo nec simpliciter: nec contra Platonē: nec contra ueritatē: explicemus. O

Ad primũ contra Platonē: dico ꝙ licet non redeat eadem omnium stellarũ constitutio, quæ præfuit in mundi genitura: præcise ad. 36. mil'. annorũ: sufficit Platoni ꝙ aliqñ illa sit reditura. Plato aũt reuolutionē ad tot annos posuit, quia suis tēporibus non erat in stellis nec erraticis: nec fixis tanta motuum differentia adinuenta, & ita licet ipse reuolutionē ad præcisa tēpora non assignauerit: non ꝓpterea errat, quia reuolutio illa erit omnino, & per idē illa Thebitij obseruatio propositum nō tollit, quia si uera sit, reuolutio Platonis est concedenda: saltē ad alia tēpora, quæ ipse posuerit. secundum enim oēs astronomos nō est aliqua cœli & stellarũ constitutio quæ aliqñ per longinqua tēporum interualla non sit tandem reditura. Ad tertiũ dico ꝙ illi motus cœli, qui incōmensurabiles sunt: nunq; erunt cōmensurabiles: omnes tamen sunt configurabiles, situ ad signa, & aspectu inter se, & hoc modo cœli & motuum status, qui fuit tpe quo mundus generabať, rediturus est: licet motus semper sint incōmensurabiles. Ad quartũ Ptholemęus loquitur de uita unius hominis: ait enim nullã constellationē esse uenturã præcise similē quo ad omnia in uita unius hominis: immo nec multorũ: propterea uult apothelesmati- P

cã doctrinam esse difficillimã, quia nec obseruatiōe unius: nec multorũ perfici pōt. Ad quintũ dico ꝙ in secundo anno magno non redibit idē numero motus: nec idē numero lumen: nec idē numero influxus. Sed omnino propter omnia similia redibunt, & concedo ꝙ in secũdo anno nō erũt omnia eadē, quia non eadem inanimata, sed simillima, ut diximus de herbis: nec eadē animalia, quorum formæ periere, sed bene homines idē: pp reunionem eiusdē animæ ad corpus. nã licet corpus quo ad dispositiones qualitatiuas, & quantitatiuas non sit idē: est tñ idem quo ad principaliorē partem uidelicet animam, per quã redit idem animal humanũ, ut dicebatur. Accedit ad hoc ꝙ principiũ indiuiduationis est forma apud Platonicos, & multos peripateticos. Ad sextum dici pōt nihil fore simpliciter necessarium, sed bene ex suppositione: unde simpliciter nec necessario Plato redibit: nec necessario reget achademiã, sed dato ꝙ omnia sint reditura, & ꝙ mundus est rediturus ad eundem uel simillimũ statum: ex suppositione hac: illa erunt necessa- Q

rio: nec hoc est negare philosophiã: nec theologiam. Ad septimum actus hominis sunt duplices procedentes ex intellectu & procedētes ex uoluntate post intellectum: scire. n. est reminisci apud Platonem, & ideo ex suppositione necessaria erit reminiscētia, absolute uero nec actus intellectus: nec uoluntatis est necessarius. Ad octauum concederet Plato totum, quod forte non esset contra Aristo. ut in libro de intellectu disputauimus. Ad nonum: dico quòd anima & est intellectus & est natura, quatenus intellectus: nec inuite: nec sponte descendit, quia ut intellectus, semper molem corporis transcendit. unde & Thomas recte sentit: cũ ait rationalem animam secundum gradum intellectiuum non esse formam aut actum alicuius corporis: igitur ut sic nec spōte: nec inuite ad corpus descēdit. Sed nec ut nã: quia spōte uel inuite agere aut pati non est naturę actus. descēdit

igitur

A igit̃ nãli ordine ad corpus.nã,gdẽ inuite,uel spõte aliquo pacto,sed dices.saltem omittet beatitudinem: qua in contubernio potita erat.negatur, quia semper intellectus est mihi felix:non aũt semper est mihi felicitas.item ẽt semper intellectus est mihi habitualiter felix:non aũt actu: quare nihil omittit rei:quã habebat:licet actuali careat beatitudine.

Sed dices.saltẽ uiolenter hac anima carebit actuali beatitudine:non est impossibile dico:modo sit aliqua semp beata.semper.n.est aliqua in contubernio,quę nondum descẽdit,& aliqua in corpore,quæ descendit.ex ordine.n.naturali non est impossibilis uiolentia in indiuiduo:modo in specie nulla sit uiolentia.erit igitur aliqua semper beata:aliqua semper ad corpus existens: nulla tñ una numero est semp beata:quia eius natura est sic & hac conditione constituta,ut sit ad tps beata, & ad tps conuersa & sine beatitudine. B Ad.10.dico q̃ anima separata scit se fuisse in corpore.ipsa tñ dum est in corpore non põt scire uel reminisci q̃ fuit in corpore,quia reminisci fit per excitationem alicuius similis ut dicit Plato:at nullum est hic simile:quo reminisci poterimus illius,sed bene est cõiectura, quã nos habemus rõnibus & syl̃lis.licet Pythagoras fatebať reminisci q̃ aliqñ anima fuerat alias in corpore, sed hoc sufficit. Ad rõnes,p̃positione Aristo.dico.ad primam dico q̃ esse & esse non est interruptum per mediã corruptionẽ.nihil.n. interrumpit aliquid, quod non est de illius rõne. modo corruptio uel tps medium non est de rõne essendi, & ideo nõ potest esse & esse interrũpere. Ad secundum dico q̃ aliquid incipit non simpliciter,sed pro tunc, & sic hoc modo incipit,quod nunc est,& immediate antea non erat,& ita dicať de desinit. Ad tertium dico non esse impossibile unius & eiusdem rei esse plures generationes successiue,sed illas eẽ simul:est impossibile. Ad quartum aliorum dico q̃ sufficit ut sit simillimus motus,simillima influentia, qñ eadem numero forma remanet ut dictũ est, qñ aũt nõ remanet nõ eadẽ redibunt, sed simillima. Ad quintum patet solo per idẽ. Ad sextum dico q̃ siue redeat eadẽ potentia numero: siue sit eadẽ potentia specie:in reditu illorũ:quorum formę manent semp:propositũ non tollit,quia sufficit eadẽ potentia spẽ:cũ idẽtitate numerali formæ,& p idẽ patet, q̃ nõ redeunt statim,quia non statim annus magnus redit. C Ad septimũ dico q̃ potentia non est ad præteritũ:ea rõne qua p̃teritũ.põt tñ potentia esse ad pręteritũ:hoc est ad illud qđ ẽ præteritũ,quatenus ipsum põt esse futurũ. Ad octauũ dico q̃ non mõ difficilius est idẽ fieri ipso facto, & actu existente,sed impoľe:sicut impoľe est unum esse duo,& p̃pea nulli potentiæ subest.at aliquod corruptũ,quod prius fuit. redire est possibile,& non repugnans:p̃pea alicui potẽtiæ subest. Ad nonũ.dico q̃ non tota potentia specifica est reducta ad actũ,& concedo q̃ materia p specificã potentiam est in potentia ad formã,q̃ꝫ habet,sed non pro tunc,qñ habet,sed simpliciter,& hoc sufficit. Ad decimũ dico q̃ nulla esse põt interruptio in esse,quia tps & omnia illa sunt extrinseca,& ita qñ aliquid redit idẽ numero: non interrumpiť in esse,sed idẽ esse numero bis est,& p̃pea illud de magnitudine non est ad propositũ. D Ad undecimum patet,q̃ redit annus:non tñ idẽ,sed omnino similis,& hic sufficit p reditu hominũ omnino eorundẽ, & reditu rerũ omnino similiũ. Sed utrũ apud Arist.ea quæ corruptione incõpleta corrũpunť:possint redire eadẽ numero:bona esset qõ:tamẽ rõnes pro parte affirmatiua nullæ sunt. Ad primã de igne in urinali dico:q̃ licet remanet eadẽ materia: non remanet idẽ motus cœli:nec idẽ lumen:nec eadẽ influentia,& p̃pea ignis regeneratus non est idem numero,quia dispositiones sunt aliæ atq̃ aliæ. Ad fm friuolũ est,quia minora requirũtur pro conseruatione,q̃ꝫ pro gñone. põt.n. forma ignis in materia conseruari p tres gradus caloris, quæ non potuit per tot induci.nec illud de sanitate est ad p̃positũ,ut patuit exponendo textũ. Ad tertiũ de aqua; dico q̃ aqua nõ fuit corrupta:p̃pterea nec regenerata,sed unio fuit corrupta, q̃ eadẽ numero non redit,sed simillima. Per idẽ ad illud de sanitate. Hæc igitur sunt,quæ de reditu mihi uidentur. tu uero si aliqua inueneris ultra hæc: bonum erit addere. redeamus igitur ad textum. B

An aĩa separata possit recordari p̃teritorũ q̃ ipsa nouit coniuncta. Vide Sco. d.45. q̃rti q.3.

Tex.10. Cum omnis aũt motus continuus sit, qui simpliciter unus est,ẽt continuus sit:necesse est. Si q̃dem omnis diuisibilis est.

Expositio. An motus finitus possit redire idẽnumero Vide grã. deũ escu. lec.6.hui⁹.

Tractaturus Arist.q̃ tria requirunť ad unitatem numeralem motus uidelicet,unitas mobilis,unitas termini ad quẽ, & unitas tpis:primo sumit q̃ omnis motus unus est continuus,& econtra:omnis motus continuus est unus.secundo infert propositũ ex hac declaratione. sumit itaq; primo q̃ omnis motus unus est continuus, quod quidẽ probat p hoc,quia est diuisibilis.unde ait. cũ aũt omnis motus continuus sit,qui simpliciter unus est:ẽt cõtinuus sit necesse est, cuius rõnẽ affert.d.si quidẽ omnis diuisibilis est. Quod uero ad uerba attinet.debes scire q̃ hæc sola est textus cõclusio:omnis motus simpliciter unus est continuus. F p̃pterea uerba illa,cũ aũt omnis motus continuus sit,addita sunt:nõ necessario,sed ad habẽdũ sensum:rõ uero conclusionis est quia omnis unus est diuisibilis,& ita iuxta hoc syl̃s erit:oẽ diuisibile est continuum.omnis unus motus est diuisibilis. igiť omnis unus motus est continuus. Obones. Sed obijcies, quia natura specifica est diuisibilis,& tñ non est continua. Amplius numerus est diuisibilis,quia est diuisus, & tñ non est continuus. Solutio Dici põt q̃ Aristo.intelligit de diuisibilitate q̃titatiue,& potentiali non actuali:non διαιρετή hoc est diuisibilis dicit potentiã & non actum,est igiť syl̃s.Omne diuisibile quantitatiue. & potentialiter est continuum. omnis unus motus est diuisibilis quantitatiue & potentialiter.igitur est continuus,& hoc pacto formando syl̃m tolluntur obiectiones,quia natura specifica non est quantitatiue diuisibilis,sed per drĩas numerales:numerus ẽt est actu diuisus, & nõ potestate diuisibilis.patet igiť prima pars suppõnis.

Et si continuus est,unus est.nõ.n.oĩs oĩ cõtinuus fieri põt. Veluti nec quoduis aliud cuiuis alii, sed quorũ ultima unũ fieri pñt.at ultima ipsa aliquorũ quidẽ non sunt. G Aliquorũ uero sunt, sed specie diuersa:atq̃ æquiuoca. nam quo modo tanget; uel unum fiet ultimum lineæ:atq̃ ambulationis,

Secunda pars suppositionis est q̃ omnis motus cõtinuus est unus,& licet multa uerba dicat:syl̃s literæ est.omne illud cuius ultima partium sunt unũ:ipsum est unũ. omnis motus continuus est:cuius ultima partiũ sunt unum.igitur omnis motus continuus est unus.de syl̃o tangit conclusionẽ.d.& si continuus est,unus est. deinde tangit uim maioris & minoris simul.d.non enim omnis omni cõtinuus fieri põt,ueluti nec quoduis aliud:cuius alij continuũ fieri põt sed ea continua fieri pñt:quorum ultima unũ fieri pñt,&q̃ non omnia fieri pñt continua:declarat,quia aliqua fieri nõ possunt continua per carentiam ultimorũ,ut substantiæ separatæ & puncta. aliqua uero non possunt fieri continua, H quia licet eorum sint ultima:illa tñ differunt specie & æquiuoca sunt, q̃ minime continuari pñt,&hoc inquit.at ultima ipsa aliquorũ quidẽ non sunt, & ita hæc continuari nõ possunt,per carentiam ultimorum. aliquorum uero sunt, sed specie diuersa atq; æquiuoca, & hæc minime continuari possunt:propter æquiuocationem ultimorum & specificam differentiam illorum,quod declarat.d. nam quomodo tanget uel unum fiet ultimum lineæ atq; ambulationis? quasi dicat.impossibile est,& hoc pro tanto, quia ultima illorum æquiuoce dicuntur atq; specie differunt.Ex quibus uult habere ea esse unum:quorum ultima sunt unum, & hæc fuit maior. Amplius potest colligi ultima partium motus esse unum,quia non differunt specie, & ita totus colligiť syl̃s.

Tex.40. Attigui igiť erunt,& hi qui non idẽ specie,& hi q̃ non idẽ gñe sunt.põt.n.quispiam intercurrendum continuo febrẽ incidere. Veluti ẽt flamma traditione est attigua latio:non tamen continua:quippe cũ ea posita sunt continua:quorum ultimum est unũ.

I Dixerat eos non posse esse continuos, qui ultima quidem habent, sed æquiuoca. declarat nunc quales sunt obiter, & quasi extra propositum, & inquit. attigui igitur erunt, & hi qui non idem specie, & hi qui non idem genere sunt. Motus igitur quorum ultima specie uel genere differunt: attigui, & deinceps esse possunt. declarat hoc per exempla. d. potest enim quispiam intercurrendum continuo febrem incidere, ubi motus siue cursus erit attiguus febris incursioni & non continuus. dat secundum exemplum de flamma, qua est accensio siue motus accensiuus, quando de lycinio in lycinium traditur, aut quando de parte in partem procedit ueluti fit in accensione cometæ, aut stellæ cadentis. hoc enim accensio sic tradita de lycinio in lycinium est latio quidem attigua: non tamen continua, & hoc inquit. ueluti etiã

K flamma siue accensio traditione supple de lycinio in lycinium uel de parte in partem: attigua latio est: non tamẽ cõtinua: cuius causam reddit. d. quippe cum ea posita sint cõtinua: quorum ultimum est unum, & ita hæc successiua per traditionem inflammatio uidetur latio attigua, quia ultima partium non fiunt unum propter differentiam lyciniorum

Declaratio uerborum. & partium quæ inflammatur, & nõ continua. Quod uero ad uerba græca attinet: lampas græce latine est fax: hæc tamen pro accensione accipitur, quæ licet non sit latio proprie, uidetur latio: siue gerere similitudinem lationis, quod sufficit pro exemplo. in quo non uerum, sed uerisimile quęritur, & manifestum. Verbum autem traditione græce est, ἐκδιαδοχῆς, quod nonnulli faciunt duas dictiones uidelicet ab ἐκ: & διαδοχῆς, & tunc est sensus ex successione. διαδοχὴ

L enim græce latine est successio, & si sic intelligitur, sensus textus erit ueluti et accensio flammæ ex successione supple, de lycinio in lycinium translata uel de parte in partem: latio quidem attigua est, non tamen continua, & hoc pacto

Quæ auer. comẽ. 40. in idem uenit. Auer. uero per illud uerbum Iampas: intelligit candelam, & tunc exponit exemplum dupliciter, & de motibus eiusdem speciei diuersorum mouentium, & diuersorum mobilium, & decipitur, quia Aristote. in litera dicit sic, ueluti et lampas ex successione est latio attigua: non ta-

Cõfutatio expõnis Auer. men continua. modo si per lampas candelam uult intelligere: candela non est latio, sed id quod delabitur: ideo Auer. locum non percepit: propterea per lampas inflammationẽ quæ successionem de lycinio in lycinium aut de parte in partem proficiscitur: intelligit, & hoc modo nulla est in textu obscuritas.

Quare attigui & deinceps sunt: quatenus tẽpus continuum est, continui autem quatenus motus ipsi. hoc aũt fit: cũ utrorũq; extremum unum est.

Concludit ex dictis differentiam inter motus attiguos siue deinceps, & continuos, & hoc pœnes rõnes, quibus nomina sortiti sunt, & inquit. quare attigui & deinceps sunt motus, quatenus tpus est continuum duntaxat. cum enim

M duorum motuũ genere uel specie differentium tps continuum est: hi motus attigui uel deinceps sunt, ut dictum est de cursu & febris incursione, quoties cursus non desinit, & febris incipit eodem continuoq; tempore: atq; uno momẽto, continui aũt motus sunt: quatenus motus ipsi sunt continui, & non ob solã temporis continuitatem. exponit autẽ quid est quo motus continui sint: dicens. hoc aũt fit: cũ utrorũq; extremum unum est. igitur motus attigui sunt sola tẽporis continuitate. motus uero continui, quia utrorumq; extremum unum est, & licet hæc extra propositum sint inducta. uoluit tñ habere oẽm unum motum esse continuũ, qđ à principio supposuit, ut p hoc pcedat ppositũ colligendũ.

Tex. 41. Quapropter motus qui continuus ac unus est: is idem specie unus: atq; unius, & uno in tẽpore sit: necesse est.

Expositio. Constituta suppositione. syllogiçat propositũ hoc modo. omnis continuus est ad unũ terminũ: unus mobilis, & uno in tpe omnis motus unus est continuus p suppositionẽ. igit omnis motus unus est ad unum terminum: unius mobilis, & uno in tpe. & sic habet hæc tria esse requisita ad unitatẽ motus. dicit quapropter motus qui continuus est ac unus: is idẽ specie unus: quo uidelicet ad terminũ ad quem: atq; unius: quo ad mobile, & uno in tempore sit: necesse est. N

Vno quidem in tẽpore, ut immobilitas inter partes non sit. intercapedine enim mobile quiescere necesse est. quippe cum multi & non unus. ii motus sint: inter quos quies cadit. Quare si aliquis motus statu intercipitur is neq; unus: neq; cõtinuus erit. Intercipitur autem: si intercadit tempus.

Declarat quod dixerat, & primo φ debeat esse uno in tpe & inquit uno quidem in tpe: hoc uidelicet pacto, & immobilitas inter partes non sit, quia intercapedine immobilitatis: mobile quiescere necesse est. quippe cum multi & non unus motus sint: ij inter quos quies cadit, ut toties dictum est. propterea concludit quare si aliquis motus statu intercipit: is neq; unus: neq; continuus erit, & exponit quid sit intercipi dicens. intercipiẽ aũt si intercadit tps: supple tale in quo quies est, & non motus. sic igitur recte dictũ est ad unitatem motus requiri unitatẽ tpis, quod est primum. Expositio. O

Vna uero in specie: aliter enim non unus erit, & si non intercadat tempus. potest enim tempus unum esse, & motus ipse specie diuersus. nã motus unus, & specie unus sit: necesse est. Huuc autem non necesse est simpliciter unum esse. quis igitur motus sit simpliciter unus dictum est.

Quod uero requiratur unitas termini ad quẽ. Arist. nunc declarat, & inquit. una uero in specie supple motũ unũ esse oportet, quia aliter non erit unus simpliciter: et dato φ tps nullũ intercadat, quia põt tps unũ esse, & motus ipse specie diuersus, & φ possit esse tps unum, & motus non unus simpliciter: probat per hoc, quia motus simpliciter unus: est unus specie, & non ecõntra: omnis motus specie unus est unus simpliciter. Modo motus unus specie põt esse in tpe uno ut dictum est. syllogięetur igitur. motus specie unus eẽ põt tpe uno. motus diuersus esse põt uel est specie unus. igitur motus diuersus esse põt tempore unus, & sic habetur φ ultra unitatem mobilis requiritur unitas speciei: siue termini ad quẽ. pretermisit uero probare φ requiritur unitas mobilis, quia satis ex dictis patet. addit epilogum, & sermo perspicuus est. Auer. aũt uelle uideẽ φ Arist. probet tria requiri ad continuitatem motus: quẽadmodum tria requirũtur ad unitatem, & ita uult φ per hoc φ tria requirũtur ad unitatem motus: ita tria esse requisita ad continuitatẽ: erit igiẽ syll's apud Auer. conuersus ad numerum hoc pacto. omnis motus unus est subiecto: specie & tpe uno. omnis motus continuus est unus. igiẽ omnis motus continuus est subiecto: specie, & uno tpe. Themistius uero uelle uẽ φ Arist. concludat tria esse requisita ad motũ qui est unus & continuus, & sic oẽs expositiones uidenẽ conuenire textui. Sed hæc quærunt. primo utrũ ad unitatẽ numeralẽ motus requiraẽ unitas numeralis mobilis per se, & arguunt φ non ponendo φ à mobile descendat, & φ continuo ut descendit: ita ex una parte diminuaẽ: ex alia aũt augeaẽ, ut põt fieri de gutta aquæ: tunc patet motũ esse unũ & continuum, & tñ mobile non est unũ, sed continuo aliud atq; aliud. Secũdo solet argui de cause cadẽte de aliqua turri, qui in medio casus moriatur. Tertio solet argui de uirga cuius una medietas sit arida: altera uero uiridis. Quarto argui solet de naui plena diuersis specie mobilibus, quæ mouetur uno motu numero, & tamen mobilia non sunt unum numero, & multi alij casus fieri solent, qui hincinde legi possunt. De quæstione tenent quidam φ ad unitatem motus simpliciter requiratur unitas mobilis simpliciter, & propriissime dicta, & hæc à principio motus usq; in terminum motus. Sed positio stare non põt, quia tunc solus motus cœli erit unus simpliciter, quoniam omne mobile quod sub sole est continuo est aliud atq; aliud, quia continuo tendit ad corruptionem uel generationem, aut alterationem. secundo tunc motus nauis plene diuersis mercibus non esset unus, quia ipsa nauis

Expositio. Quõ motui differẽtiæ specie termini sint differentes specie. Vide Sco. q 13. quõ. VIII. ad argumentum prin. P Quæ Aũ. comẽ. 41. Quæ The. Prima quõ de unitate mobilis Q Prima põ. Cõfutatio.

A Propriapō nauis non est una simpliciter. Melius igitur dico ad unitatem motus simpliciter esse necessariam unitatem mobilis, aut simpliciter, aut per hoc ꝙ manet una pars a principio ad finem, aut per æquiualentiam, aut per aggregationem continuam, uel dummodo maneat eandem numero quantitas & continua, & sub eodem termino numero dimensionũ: tunc ad primam dico ꝙ motus ipsius, a. est continuus, quia in a. manet pars aliqua eadem, uel a. est continuo idem per æquiualentiam. Replica Contra replicant: simus in medio instanti temporis mensurantis descẽsum ipsius a. & arguitur ibi est aliquis motus totalis, qui non est alicuius alterius mobilis. igitur aut est in ipso toto a. qd̃ nũc est. aut in illius parte ut in subiecto adæquato: non in parte: quia non erit in alijs, quod est falsum, quia quauis data, etiam alia mouetur: nec in toto a. ꝙ nunc est, quia tũc talis motus qui sit. b. uel post hoc erit, uel non. si dicitur ꝙ nõ, tunc illius motus daretur ultimum. si uero dicitur ꝙ sic: & B non in toto. a. quod nunc est, quia illud postea non erit. igitur in alio, & ita idem motus numero migrabit de subiecto in subiectum, & ita non requiritur unitas mobilis.

Solutio. Dici potest ꝙ. b. motus est in. a. mobili primo quod nũc est, & idem motus erit etiam in alio mobili, quod succedit & ita migrat non totaliter, sed secundum quid, quia mobile sequens non est omnino aliud a primo, sed illi æquiualens, & in parte quæ remansit idem: migrare enim de subiecto in subiectum totaliter diuersum est impossibile, sed non quando est in parte diuersum. Ad secundum dicendum quod motus canis illius est unus & continuus, quia canis mortuus, licet differt a cane uiuo: non tamen est totaliter diuersus, quia manet eadem dimensio numero: manet etiam idem elementum prædominans: & fortasse eadem forma mixtionis, dicebatur autem ad unitatem motus simpliciter sufficere unitate mobilis simpliciter, ut est in motu cœli, aut secundum partem, aut secundum æquiualentiam, aut secundum aggregationem, aut secundum dimen- C Replic. Solutio. siones. Et si replicatur, ꝙ tunc motus migraret de subiecto in subiectum, dicatur ut supra, ꝙ illa migratio nõ est de subiecto totaliter diuerso in subiectum totaliter diuersum: similiter ad tertiũ, uirga enim illa est una unitate dimensionum, unitate partis eius uidelicet quæ uiridis est, atqꝫ unitate elementi prædominantis: & ita de migratione dicatur eodem modo. Ad rationem de naui patet solutio: est enim motus unus illius, quia ea unitas aggregationis quæ fuit in principio, illa uel æquiualẽs erit in fine. Hęc de unitate mobilis. Quæri qō de unitate tẽporis. Secũdo quæri solet an requiratur unitas temporis simpliciter, & uidetur ꝙ non: quia ponatur Socratem moueri in prima parte alicuius horę, & secundam quiescere: & in tertia rursus moueri: tunc hoc casũ cõcesso, hora est una, mobile est unum, & terminus ad quem sit unus, & tamen motus nõ est unus, sed plures motus, & plures quietes, igitur unitas temporis cum alijs nõ sufficit.

Solꝰ ꝓpria. Dici potest horam & tempus differre, quia hora, dicit mẽ D An motus regularis sit magis unus ꝙ̃ irregularis. Vide Grā deli 6. cal. lec. 7. huiꝰ suram adæquatam. Tẽpus uero licet sit mensura, nõ quatenus tempus dicit mensuram ad formam concedo illam esse horam unam, non tamen unum tempus. Modo uoluit Aristo. esse requisitam unitatem temporis, non autem unitatem talis temporis includentis respectum determinatũ.

Tertio solet quæri de unitate termini ad quem: uidetur enim ꝙ non requiritur. nam graue descendens unico motu numero mouetur ad mundi medium, & tamen termini ad quos fuerunt plures, ut ultimum ignis, ultimum acris, ultimum aquæ, & mundi medium: & hoc si descendat ab Solutio ipso lunæ concauo. Solet dici, & bene per terminum ad quem esse intelligendum terminum ad quem ultimum fi- Exceptum naliter intentum, & hoc pacto unus numero est illius descensus, utpote medium mũdi. Ex ijs patet ꝙ tria simul requiruntur ad unitatem & continuationem motus simpliciter, ut unitas mobilis, unitas temporis, & unitas termini ad quem: nulla tamen seorsum sufficit: unitas mobilis quidem non, quia idem numero Socrates in una hora potest currere & quiescere, & iterum currere, ubi idem est mobile: motus autem non idem. unitas uero temporis minime, E quia tunc alteratio, & latio essent unus motus simpliciter, nec sufficiunt unitas mobilis & temporis. nam motus contigui, & deinceps essent unus motus simpliciter: igitur requiruntur hæc tria simul unitas mobilis, temporis, & termini ad quem. Dubitatio bona. Sed utrum hæc tria sufficiant solum. respondent nonnulli ut Albertilla ꝙ non, quia requiritur unitas termini a quo, quia idem mobile moueri nõ potest ad unũ terminum ad quem, nisi ab uno termino è quo. secũdo requiri unitatem dispositionis secundũ quam est motus, ueluti in alteratione requiritur unitas qualitatis, in auctione unitas quantitatis, in latione unitas ubi fluẽtis: ait tamẽ Albertilla hoc sufficere, quia non requiritur unitas motoris, nec unitas resistentiæ, nec alia id genus. Cõfutatio Sed uidetur habere positio dubia, quia si id omne requiritur ad aliquid, sine quo illud esse non potest, tunc ad unitatem simpliciter motus, & si non requiratur unitas motoris, requiritur mo- F tor, & si non unitas resistentiæ, requiritur resistentia. & si non unitas spatij, requiritur spatium: igitur plura ꝙ̃ quinqꝫ requiruntur ad unitatem motus simpliciter. Propriapō Ideo dicere, multa requiri ad motum, quæ non requiruntur ad unitatẽ motus ad motum enim requiruntur mobile, tempus, terminus ad quem, motor, spatium, terminus è quo, & alia id genus: ad unitatem uero requiruntur solum tria, ut unitas mobilis, unitas temporis, & unitas termini ad quem: nã ea requiruntur ad unitatem motus, quæ sunt de definitione per se & primo unitatis motus, hæc autem sunt tria duntaxat ut dictum est, cætera requiruntur non quatenus sunt de definitione unitatis motus, sed de definitione motus: & propterea non primo requirũtur, & hoc Albertilla & alij iuniores ignorarunt. Dubitatio Vlterius quæres quare ad unitatem simpliciter accidentis sufficit unitas numeralis subiecti, non autem ad unitatem numeralem motus, cum tamẽ Solutio G motus sit accidens. Dici potest ꝙ motus subit rationem trium accidentium uidelicet accidentis, uiæ, & successiõis. ea ratione qua accidens: requirit subiectum unum: ea uero ratione qua uia, requirit terminum unum: ea demũ ratione qua successio requirit tempus unum: igitur motus unus ea ratione qua motus unus, hęc tria reqrit: accñs uero ea ratione qua accidens, non dicit nisi habitudinem ad subiectum: propterea eius unitas è subiecto colligitur. Hæc de requisitis ad unitatem motus.

Præterea unus motus is dicitur, qui & perfectus est: siue genere, siue specie, siue numero unus sit. ueluti & in cęteris ipsum perfectum ac totũ unius est: interdum tamen & si imperfectus sit, unus dicitur, modo continuus sit. Tex. 42.

Expositio. prima cõparatio. Quot requirantur ad unitatem absolutam motus, dictũ est: nunc ponit alios modos secundarios, qui (ut expositor ait) magis pertinet ad quandam formam unitatis, ꝙ̃ ad ipsam unitatem: dicit itaqꝫ ꝙ siue motus unus dicatur gene- H re, siue specie, siue numero, unus motus is dicit, quatenus est perfectus per quandam excellentiam, ueluti in alijs rebus totum & perfectum unius sunt, siue ad unitatis rationem pertinent: non enim Romani exercitum unum dicebant: nisi qui sex legionibus constaret, quia sic totus erat, & perfectus: igitur secundo modo motus est unus, modo sit perfectus, siue sit unus genere, siue unus spẽ, siue unus numero, & ut Auer. inquit trifariam motus perfectus est, Quæ auer. comẽ. 42. genere quidem ut localis: in genere enim motuum localis est perfectior: specie uero ut inter locales, is motus qui circularis est: numero autem, ut inter circulares, motus primi mobilis, sed quouis modo unus motus dicatur, pfectus motus unus dicitur per excellentiam, addit, interdum tamen, & si aliquis motus imperfectus sit, unus dicitur, modo continuus sit huius causam assignat expositor & recte, quia unum potest attendi aut secundum quantitatem, & ita sola continuitas sufficit ad unitatem rei: aut secundum formam substantialem, quæ est perfectio totius: & hoc pacto ipsum perfectum & totum unum dicitur. Sic igit unũ

I quouis modo sumptum primo de perfecto dicitur: secundo de imperfecto, dummodo sit continuus, ut Themistius sentit. Quęres fortasse propter quid perfectum attinet ad unitatem: imperfectum uero ad multitudinem, aut minus ad unitatem. Respondet Egid. hoc esse pro tanto, quia ab omni imperfecto intelligitur aliqua perfectio esse diuisa, & separata. & sic imperfectum subesse uidet rationē multitudinis & diuisionis: perfectum uero magis attinet ad indiuisionem, quia non intelligitur esse aliquid diuisum ab eo.

Dubitatio. Solutio Egidii.

Cōfutatio Sed hæc assignatio friuola est: primo quia petit, debet em̄ reddere causam quare ad imperfectum magis attinet ratio diuisionis ab alio q̄ ad perfectum, immo uidetur ꝙ ratio perfecti consistat magis in diuisione ab alio. secundo quia ut imperfectum differt a perfecto, sic perfectum ab imperfecto: igitur utrunq; in suo genere claudit rationem diuisionis. Melius igitur cum textu est dicendum, ꝙ perfectum ideo magnis attinet ad rationem unius, quia magis attinet ad rationem totius, cuius ratio consistit in unione partiū. imperfectum uero magis attinet ad rationem partis cuius ratio est in multitudine constituta. Themist. autem ait ꝑfectum attinere magis ad rationem unius, quia perfectus est qui ad finem peruenit, modo a fine est unitatis ratio: imperfectus uero qui ad finem nō peruenit, ideo minus unus unus est. Sed quouis modo dicatur, patet prima comparatio quòd comparando motum perfectum, & imperfectum ad unum, motus perfectus magis est unus q̄ imperfectus, ut dictum est.

Propria solutio. K

Quę The.

Tex. 43. Insuper etiam alio modo præter dictos unus is dicitur motus, qui sit æquabilis: inæquabilis enim aliqua ex parte non unus esse uidetur. Sed is potius, qui æquabilis est, ceu recta linea: nam quæ inæquabilis est, diuisibilis est: præterea differentiam ipse uidetur subire, perinde atque magis minusue differunt.

L

Expositio. Scda cōparatio. Secunda comparatio est comparādo motum regularem siue uniformem, & irregularem siue difformem ad unū. nam motus regularis siue uniformis, & ęqualis attinet magis ad rationē unius q̄ motus irregularis difformis & inæqualis. primo quia motus æquabilis assimilatur lineæ rectæ, quæ sua uniformitate accedit ad rationem unius. Motus uero inæqualis assimilatur lineæ tortuosæ, quę sua difformitate attinet ad rationem multitudinis. Secundo, quia motus ipse æquabilis non uidetur differre in partibus aliquo modo secundum magis & minus: at motus inæquabilis differre uidetur suis in partibus per magis & minus, igitur æquabilis motus attinet magis ad rationē unius, & sic patet secunda comparatio. Quod uero ad uerba gręca attinet, debes scire ꝙ Auer. totū hunc textum legit de motu, & non de linea hoc pacto, insuper etiam alio modo pręter dictos unus is dicitur motus qui sit æquabilis: inæquabilis enim aliqua ex parte non unus etiam uidetur: sed is potius qui æquabilis est uidetur esse unus, ceu rectus motus, nam qui inæquabilis est, diuisibilis est: ecce quomodo Auer. omnia uerba legit de motu, & non de linea, & reddit causam Auerr. huius, quia motus rectus fit super lineā rectā, modo linea recta una & simplex est: motus uero inæqualis fit super linea tortuosa: tortuosa uero linea componitur ex recta & circulari: igitur uidetur subire rationē multitudinis. Secunda causa est apud Auer. quia motus inæqualis diuiditur per uelocitatem & tarditatem, & ita subit rationem multitudinis: & ita de mente Auer. duæ rationes colligūtur, quibus motus regularis attinet magis ad rationem unius, q̄ irregularis: prima ratio est, quia motus æqualis assimilatur motui recto, & inæqualis tortuoso. secūda ratio est, qa est diuisibilis per uelox & tardum. Secūdo debes scire de mente Auer. ꝙ uelocitas & tarditas non sunt auctio, & diminutio, quia uelocitas & tarditas sunt penes qualitates, auctio & diminutio penes quantitatem. Sed bene sunt similes, quia uelocitas assimilatur cremēto, & tarditas assimilatur diminutioni. Tertio debes scire, ꝙ uerba ultima textus sic legit Auer. uidentur autem differre ut magis & minus: & tunc per hoc Arist. uidetur respondere tacite quæstioni: dixit enim, ꝙ motus regularis & irregularis differunt penes rationem unius, quatenus ipse regularis attinet magis ad rationem unius, posset quis dicere utrum propter hoc differunt speciē. Respondet ꝙ licet differunt quo ad rationem unius, non tamen differunt specie, sed uidentur potius differre secundum magis & minus. Hæc Auerro. & profecto omnia stare possunt. Ego uero legi aliter, quod si tibi placuerit, audias sin uero non placet: hæc Auer. expositio sufficit.

Quid facit regularitas ad unitatē motus Vide Egi. hic. Quę Auer. comē. 43.

M

N

Inuenies autem in quolibet motu æquitatem & inæquitatem: & enim alterari aliquid æquabiliter potest, & super æquabilia ferri: ueluti super circulum, aut rectam lineam: simili modo etiā circa auctionem & imminutionem.

Expositio. O Quia regularitas & irregularitas cum difficultate cognoscitur in alteratione & auctione. Nunc exponit utrum omni generi motus competat regularitas & irregularitas, & respondet ꝙ sic, qu a potest aliquid æquabiliter & inæq̄biliter alterari, potest etiam aliquid ferri super æquabilia, ut uel super circulum, uel super rectam lineam. simili etiā modo potest circa auctionem: & imminutionem attendi æquitas & inæquitas, quatenus potest aliquid augeri uel minui æquabiliter, uel inæquabiliter.

Text. 44. Inæquabilitatis uero differentia nascitur, interdum quidem ratione eius super quod constituitur motus: nam impossibile est æquabilé esse motum, si non super æquabili magnitudine fiat, qualis motus est super flexam, aut obtortam, aut aliā magnitudinem talem, cuius quælibet pars cuilibet parti non coequata est.

Expositio. P Obiter de causis æquabilitatis & inæquabilitatis motus interponit Aristo. demum redit ad propositum, & inquit, inæquabilitatis uero differentia nascitur, interdum quidē ratione spatij super quod cōstituitur motus, cuius causam assignat, quia impossibile est æquabilem esse motum si nō super æquabili fiat magnitudine, qualis motus est super flexam, aut obtortam, aut aliam magnitudinem talem, cuius quælibet pars cuilibet parti non coæquata est, igitur prima differentia exoritur ex parte spatij, super quod agitur motus, quando enim spatium est, aut flexum, aut obtortum, aut tale ut nulla pars sit alteri conformis motus factus in illo erit irregularis, siue inæquabilis, siue difformis.

Quot magnitudines. Debes scire ꝙ duæ sunt magnitudines simplices & æq̄biles, utpote recta, & circularis: causa autem est, quia ut Them. dixit quælibet pars conuenit cum qualibet parte: est enim quælibet pars recti, recta, & quælibet pars circularis est circularis: cæteræ uero magitudines sunt cōpositę & irregulares ueluti flexa, & obtorta, & id genus.

Q Interdum uero non ratione spatii, non temporis, non eius speciei ad quam est, sed ratione modi: uelocitate enim & tarditate interdum motus ipse distinguitur: nam cuius eadem est uelocitas, is æquabilis est, cuius uero non eadem est, is inæquabilis est.

Expositio. Addit secundam causam, & inquit, interdum uero ęquabilitas & inæquabilitas nascitur non ratione spatij, siue loci per quem fit motu, quod græce est πο͂υ latine ubi, non ratio temporis, quod græce est ποτε, latine quando: non eius speciei, siue generis ad quod est motus utpote qualitatis, uel quantitatis, uel loci. Sed ratione modi, quod græce est αλλεν πωως: latine sed in eo ꝙ sic: & ad idem uenit.

Expositio Thomæ. Animaduerte ꝙ in ueteribus translatiōibus Thomę scribitur neq; in quo, sed in eo ꝙ sic, & Thomas hoc ait, posse referri ad subiectum ut sit sensus apud ipsum secūdam causam æquabilitatis & inæquabilitatis nasci non ratione spatij, non temporis, non eius in quo, idest nō subiecti.

Cōfutatio. Sed cum reuerentia non recte exponitur, semper enim Aristo.

A Aristo. per uerbum illud εισ ὅ. terminum ad quem intelligit. Amplius in grecis codicibus legimus sic ωτειν τωσ ειδος ισ ὅ. & uerbum uerbo reddendo sensus est, neq; in speciē eius in quam. ecce quomodo de termino loquitur ad quē, & non de subiecto. Amplius hæc differentia habet aliquam causam, & apud Themist. Auerroem, & alios colligitur penes motum, quatenus motus est: nihil autem sumitur a motu quatenus est motus, quin sumatur a subiecto, & mobili ipso, utpote quando suapte natura sit aptum uelocitari in aliquibus partibus, & in aliquibus tardari, ut dicit Auer. de eo quod mouetur motu naturali, quod in fine uelocitat, propter quod apud Auerro. quatuor possunt esse causæ uelocitatis & tarditatis in motu. Prima est diuersitas spatij, ut quando medium non est uniformiter resistēs. Secunda est differentia ex parte motoris utpote qn̄ motor in eodem medio non uniformiter mouetur. Tertia ex parte termini ad quem: ut motus alterationis ad qualitates primæ speciei celerior est eo qui est ad qualitates tertiæ speciei. Quarta causa est sumpta a motu quatenus motus, & quia motus quatenus motus est alicuius mobilis, ideo sumitur ab ipso mobili atq; dispositiōe ipsius: nam uelocius terra simplex moueretur in uacuo q̄ lapis, quia lapis includit resistentiam intrinsecam, sic igitur patet non bene per ipsum in quo, esse expositum subiectum, ut Thomas exponit: patet secundam causam sumi ex parte dispositionis mobilis.

Que auer. comē. 44.

B

Quapropter uelocitas, & tarditas non sunt species, nec differentiæ motus, quia motus omnes specie diuersos comitantur.

Expositio.

Ex ijs infert primo q; uelocitas & tarditas nec sunt species motus, nec differentię essentiales motus: & hoc ꝓpterea, quia comitantur omnes motus specie differentes. Vt enim Auerro. inquit, hæc est conditio siue dispositio accidentium separabilium, q; inueniantur in qualibet specie quandoq;, & quandoq; remoueantur ab aliquibus speciebus: sic igitur esse non possunt differentiæ, nec species, sed conditiones accidentariæ motibus.

Que Auer. cō. 44.

C

Quare neque grauitas leuitasue, quæ est respectu eiusdem, utpote terræ ad seipsam, aut ignis respectu sui.

Expositio Auer. comment. 44.

Auerroes exponit q; Arist. eius quod dixerat, assignat signum, quod signum apud ipsum hoc modo componitur, quorum principia non differunt specie, illa non differunt specie. Sed maior grauitas, & minor grauitas sunt principia uelocitatis & tarditatis, & non differunt specie: igitur nec uelocitas & tarditas differunt specie. Sed hæc expositio non conuenit uerbis: nam illud uerbum quare, quod græce est ωστε non est redditiuum causæ, sed magis uim habet illatiuam. Thomas uero ait Arist. hic inferre secundo q; uelocitas & tarditas non sunt leuitas & grauitas. Et hoc uidetur posse stare cum uerbis textus, sed non est ad ꝓpositum, quoniam in illo nemo dubitauit. Melius igitur cum Themistio dicerem Aristote. secundo inferre q; nec grauitas nec leuitas uariata respectu eiusdem hoc est secundum magis & minus differentiam facit specificam: ut maius pondus non differt specie a minori, et maior leuitas non differt specie a minori.

Expositio, eius cōfutatio. Expositio Thomæ.

D Expositio Themistii, & propria

Tex. 45.

Inæquabilis igitur motus unus est, quatenus cōtinuus est, sed minus quod quidem flexę lationi accidit: id uero quod est minus, mixtione etiam cōtrarii semper est tale.

Expositio.

His præmissis de causis uelocitatis & tarditatis: nunc infert qualiter unus sit motus difformis, siue inæquabilis, & inquit, inæquabilis igitur motus unus est, non simpliciter atq; omni ex parte, sed quatenus continuus: & propterea subdit: sed minus, quia solum quatenus continuus, & non simpliciter, quod quidem (ut ait) flexæ lationi accidit: hęc enim de unitatis ratione nihil aliud habet pręter cōtinuitatem. Et si illud uerbum uero, quod grece est δὲ, uim habet reddendi causam ut plerunq; dixit Arist. uidetur hic reddere causam, quare irregularis motus est minus unus: & ait hoc esse propterea quia id quod est minus, mixtione etiam contrarij semper est tale. Syllogiçatur igitur hoc modo. omne minus tale, est tale admixtione contrarij. Motus irregularis est talis admixtione contrarij: igitur est minus talis. hic syllogismus est in secunda figura ex maiore conuertibili: & propterea ualet: minor autem fuit declarata superius. Animaduersione dignum ut Auer. ait diminutum in omni genere esse tale admixtione contrarij, & ideo motus irregularis est diminute unus, quia sibi aliquid contrarij est admixtum ut de multitudine: motus enim inæquabilis esse potest, aut quia componitur ex accessu, & recessu, ut est motus reflexus: aut quia cōponitur ex habitu & priuatione, ut motus diminutus. Sed dubitatur contra dictū Aristo. & Auer. quia non uidetur uerum omne diminutū esse tale admixtione contrarij, quia ut calculatores sentiūt magis & minus attendūtur per recessum a nō gradu. Amplius lumen dicitur magis, & minus, & non per admixtionem contrarij: nihil enim lumini contrariatur. Tertio contrarium non potest stare cum suo contrario: igitur nihil ad mixtione contrarij dicitur magis & minus. Quarto Auer. in lib. de beatitudine animæ locat rerum latitudinem per accessum ad summum, & non per admixtionem contrarij.

E

Quę Auer. comē. 45.

Dubitatio de causis diminutiōis, & penes qd forma dr̄ magis, & minus.

F

Debes scire q; penes quid attendatur intensio uel remissio formæ apud peripateticos, non est certum. hanc enim rem peripatetici non insomniarunt, sed est quæstio noua, quæ inuenta est ab hominibus ociosis, cupientibus uideri, & non esse, quicquid enim dicatur in solutione quæstiōis, parum a rei ueritate minuit: de ueritatis enim huius quæstionis inuentione nulli profecto gratias agerem, quia animus bene affectus a natura illam non nimis exoptat. Ideo non conterendo tp̄s, ad rationes, debes scire q; admixtio contrarij potest esse priuatiua, qualiter in lumine remisso est admixtio contrarij priuatiui, quia est ibi carentia maioris luminis cum aptitudine ad illam, & positiua, siue uirtualis, siue actualis ut in tepido uel rubro. Secundo debes scire q; differt ratio siue causa rei, & conditio sine qua non. ratio enim hominis est animal rationale, conditio uero hominis est risibilitas sine qua esse non potest. Potest igitur teneri, q; ratio qua forma uel quæuis res dicatur magis uel minus est recessus a contrario, conditio uero est admixtio contrarij priuatiua uel positiua, uirtualis uel actualis, similiter etiam accessus ad summum esse potest conditio sine qua non, maxime ubi datur summum. Aut teneri potest rationem quare forma dicitur magis uel minus esse admixtionem contrarij priuatiuam uel positiuam, & recessum a non gradu uel accessum ad summum esse conditiones, sine quibus non: in re enim hac (ut mihi uidetur) nulla est necessitas ut nec rationes calculatorum indicant. Ad primū patet calculatores non differre ab his quæ hic dicuntur: ipsi enim uolunt recessum a non gradu esse rationem quare res intensa uel remissa dicatur: at Arist. & Auer. dicunt admixtionem contrarij esse conditionem sine qua non. Ad secundum patet solutio, in lumine enim est admixtio saltē contrarij priuatiui. Ad tertium patet solutio, licet nō stet unum contrarium cum altero in actu, stat cum illo in uirtute, uel stare potest cum illo in esse remisso. Ad quartū etiam solutio patet: uoluit enim Auerroes res constitui in latitudine penes accessum ad summum, quo ad conditionem sine qua non. Hæc pauca de quæstione.

Solutio q̄ōnis.

Qualis hęc q̄ō.

An substātia hēat in suienitate gradus secūdū quos ipsa suscipiat magis & minus. Vide cañ. q. 2. huius. Et de formis a cc̄ntalibus & gradib' earum. Vide ipsum. q. 3

G

Vid; et sco. di. 17. 1. q. 3. 4. Vide et Grego. de Arimio dis. 17. 1. q. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

H

Quod si omnis motus unus, & ęquabilis, & non æquabilis esse potest, hi qui specie differunt, atque attigui sunt, non unus erunt atq; continuus motus. nam quonam modo is motus, qui ex alteratione lationeue constat, æquabilis erit, coęquentur enim oportet.

Ex ijs infert nullum motum esse continuum, qui ex motibus specie diuersis constat. et syllogiçat sic, omnis motus cōtinuus ut unus est æquabilis, quia omnis motus unus & continuus est æquabilis, & inæquabilis. Motus qui ex

I diuersis specie motibus constat, non est æquabilis. igitur non unus, nec continuus: de ratione primo sumit uim maioris. d. q si omnis motus unus & æquabilis, & nõ æquabilis esse potest, infert conclusionem. d. hi qui specie differunt, atq attigui sunt, non unus erunt atq continuus motus. Deinde subdit probationem. d. nam quonam modo is motus, qui ex alteratione latione ue constat, æquabilis erit? quasi dicat: fieri non potest, quia partes coæquabiles oportet coæquentur, & ut quælibet cuilibet sit coaptata: ut dictum est, hoc autem fieri non potest in his que specie differunt, & ita patet deductio Aristo. de re hac. Mouet autem Auer. hic quæstionem, quia non uidetur uniuersalis illa propositio: omnis motus potest esse æquabilis, & inæquabilis, quia in libro cœli probatum est motum cœli non posse esse nisi æquabilem, & uniformem. Respondet Auer. & bene Aristo. esse locutum de motu quatenus motus, & de mobili quatenus mobile, modo ut dicetur. 6. huius, commen. 15. & septimo huius commẽ. secundo, aliqua propositio est uera in genere & reduplicatiue, quæ est falsa in specie, & absolute, ut hæc propositio est uera in genere & reduplicatiue. talpa potest uidere quatenus animal, quæ est falsa sic absolute: talpa potest uidere. In proposito hæc propositio est uera: cœlum potest moueri inæquabiliter quatenus mobile, quod non quatenus cœlum moueri potest inæquabiliter. Et licet contra Arist. & Auer. soleãt fieri multæ rationes, duæ sunt in quibus est aliqua difficultas. Tenent enim Arist. & Auer. motus differentes specie non posse cõtinuari. Contra est prima ratio. simus in fine calefactionis, & applicetur infrigidans illi finaliter calefacto aut in ultimo momento quo desinit calefactio, incipit infrigidatio, aut in alio atq alio. Si eodem momento, tunc erit motus unus & continuus. Si alio atq alio, igitur in tẽpore medio nec erit calefactio, nec infrigidatio, quod est contra casum. Secundo argui solet de terra columnari, quæ descendat donec centrum eius fiat centrum mundi, tunc patet motum ascensus esse continuum motui descensus.

An solus mot⁹ localis possit eẽ cõtinu⁹ & ppetuus scdm Aris. Vide Sco. 12 q. quoli. arti. 3.

Quæ auer. cõmẽ. 45.

Solutio.

K

Dubĩones iuniorum.

L Ad primum tenent iuniores dari primum mutatum esse in motu, & tunc imaginantur dari primum mutatum esse frigefactionis, quod est primum non esse calefactionis, aut ultimum per exclusionem præcedentis motus, quia eo momento quo incipit infrigidatio, potest desinere calefactio: quæ desitio erit per primum non esse, & non per ultimum esse calefactionis. Animaduerte tamen, q potest desinere calefactio, & nõ caliditas, quia cum intensa caliditate stat motus frigefactionis. Sed replicant aliqui. quia sit a. instans in quo desinit moueri motu præcedenti, & incipit moueri motu sequenti, & in tali instanti incipiat moueri ab agente per remotionem, & arguunt: hoc mobile habet in a. instanti aliquod mutatum esse, quod nunquam prius habuit, & non ab agente præcedente, quia illud solũ causauit mutata esse motus pcedentis, nec ab agente nunc approximato, quia tale nunc non agit, sed immediate post hoc aget. quare nullum mutatum esse nunc est, ut arguãt breuiter sic: si in a. instanti est aliquod mutatum esse, uel ab agente nunc primo approximato, uel præcedenti: non ab agente præcedenti, quia illud agebat primi motus mutata, nec ab agente nunc primo approximato, quia tale nõ agit nunc primo, sed immediate post hoc, per casum, igitur nullo modo. Defendi potest, quia est solutio Auer. sexto huius, & propterea qui dicunt dari primum in motu: dicunt dari primam agentis applicationem per positionẽ, & non solum per remotionem, & tunc dicerent iuniores illud mutatum esse, quod est principium intrinsecum motus sequentis, & extrinsecum præcedentis ab agente nunc primo approximato, quia tale agens secundum iuniores debet approximari nunc primo per positionem, & non p remotionem, nec propter hoc tales motus erunt continui, quia primum sequentis non est ultimum præcedentis, eo modo quo est primum sequentis. est enim ultimum præcedentis extrinsecum. sequentis uero primum intrinsecum, & per consequens non est copulatio ad unum commune

Solutio iuniorum. Vide etiã Burl.

Obiectio.

M

Defensio

N terminum eodem modo. Ad secundam rationem principalem dicere tale mobile moueri per se unico motu utpote descensus, per accidens uero motu ascensus. modo non est impossibile contrarios motus continuari, quando mobile per se uno motu mouetur, & per accidens alio illi contrario. Hæc de ijs rationibus.

Præterea etiam statuendum est qualis nam motus quali motui contrarius est, & de quiete simili modo. Sed primum diuidendum est, utrum contrarius motus sit is, qui est ex eodem ei, qui est ad idem: ceu is qui e sanitate est, ei qui ad sanitatem est, quales & generatio & corruptio esse uidentur: an ii qui e contrariis sunt, ueluti is qui e sanitate, ei qui e morbo est, an ii qui ad contraria sunt. quemadmodum is qui ad sanitatem ei qui ad morbum: an is qui e contrario, ei qui ad contrarium, uelut is qui e sanitate ei qui ad morbum: an is qui e contrario in contrarium est ei, qui e contrario in contrarium, ut is qui e sanitate in morbũ ei qui e morbo in sanitatem, necesse est enim unũ quendam horum esse, aut plures, non enim potest alio modo motus motui contra disponi. Tex. 46 O

Hactenus de uuitate motus, deq diuersitate, & de cõtrarietate nunc agit. Tunc quia de motu est quæsitum per se, tunc quia contrarietas est species diuersitatis ut metaphysicæ. 10. dicitur. simul modo de contrarietate quietis aget, & ad quietẽ, & ad motum: & hoc proponit generatim dicens. Præterea etiam statuendum est qualis nã motus quali motui contrarius est. hoc est primum: & de quiete simili mõ statuendũ est qualis quies quali qeti uel motui contraria sit: hoc est secundum. diuidit uero primo quinq modos quibus intelligi potest motum motui esse cõtrarium. quorum primus sumitur ratione unius termini, utpote si ex eodem sit & in idem, & hoc ait. Sed primum diuidẽdum est, utrum contrarius motus sit is, qui ex eodem est, ei qui ad idem: quales & generatio & corruptio esse uidentur. nã generatio est ad esse, corruptio autem ab esse. Secundus modus sumitur ex parte duorum terminorum, sed signanter ex parte terminorum e quo: & hoc ait, an hi qui e contrarijs sunt, ueluti is qui e sanitate, ei qui e morbo est, hi enim motus intelligi possunt esse cõtrarij, quatenus ambo e contrarijs terminis procedunt. Tertius modus ẽ quo intelligerenẽ cõtrarij esse penes duos termios, sed ad quos & hoc ait: ait ij qui ad contraria sunt, quemadmodum is q ad sanitatem ei qui ad morbum. Quartus modus est penes duos, sed unus illorum accipitur ut terminus e quo, alter ut terminus ad quem: & hoc ait: an is qui e contrario ei qui ad contrarium. uelut is qui e sanitate ei qui ad morbum. Quintus modus intelligitur esse in pluribus terminis q̃ duobus, utpote si essent e contrarijs in contraria: & hoc ait: an is qui e contrario in contrariũ est ei qui e cõtrario in cõtrarium, ut is qui e sanitate in morbũ ei qui e morbo in sanitatem reddit causam diuisiõis. d. necesse est enim unum quendam horum esse, aut plures quibus motus contrarij intelliguntur, nõ enim potest alio modo motus motui cõtradisponi, et sic recte, et sufficiẽter diuisum ẽ. Exposit. P Q

Is itaq qui e contrario est, non est ei contrarius quo pergitur in contrarium. ut is qui e sanitate ei qui in morbũ, est enim unus idemq: esse tamẽ ipsorum non idem: quemadmodum non idem est e sanitate mutari atq ad morbum. Text. 47.

Declarat nunc qui horũ utiles sint ad contrarietatẽ, & qui inutiles: & de illis qnq duos probat esse inutiles. Primus qdem inutilis est, quo intelligũtur motus contrarij per hoc q unus est e contrario termino e quo: alius uero in contrarium terminum ad quem. hũc enim modum inutilem esse ait, quatenus motus qui sic intelliguntur, subiecto unus sunt: ratione uero differunt: at contrarij motus debent subiecto & Expositio

A biecto & ratione discrepare, igitur in secunda figura tales motus, qui sic intelligerentur, non sunt contrarij: hoc inqt, is itaq; qui e contrario est termino e quo, non est ei cõtrarius, quo pergitur in cõtrarium terminum ad quem, & dat exemplum.d.ut is qui e sanitate ei qui in morbum, & causam affert.d.est enim unus idemq; quo ad subiectum: esse tamen atq; ratio illorum non est idem. quemadmodũ nõ est idem esse e sanitate mutari, atq; ad morbum, & ita nõ subiecto, sed ratione duntaxat differunt. & per consequẽs contrarij esse non possunt: contrarij enim motus sunt, qui & ratione, & subiecto differunt. Est igitur syllogismus. contrarij motus sunt qui subiecto & ratione differũt. motus quorum unus est e termino e quo contrario, & alter ad terminum ad quem contrarium, non subiecto, & ratione differunt, igitur non sunt contrarij. Auerr. uero ultra textũ probat idem per impossibile hoc pacto uidelicet si motus ex uno contrario esset contrarius motui qui est in alterum contrarium, eadem res esset contraria sibijpsi: deducitur,

Syllo textus.

Quæ Auerr. com.47.

B quia idem est numero motus quo ab uno receditur contrario, & acceditur ad alterum, ut quo e centro receditur, & ad concauum acceditur. Secundo declarat Auer. quonam modo tales motus ratione differunt, & subiecto idẽ sunt, differunt quidem ratione, quia siquis motum definiet qui e sanitate est, ea ratiõe qua e sanitate est, aliter definiet, q̃ qui definiet motum ad sanitatem quatenus ad sanitatem; subiecto uero idem sunt, quoniam de eadem re numero uerificantur: unus enim numero motus est, qui est e sanitate, & qui est in morbum. igitur ratione differunt, non autẽ subiecto. Hæc Auer. Quærunt hic utrũ acquisitio unius contrarij sit deperditio alterius, uel an sint duo motus diuersi & uidetur q; sint unus numero motus per Arist. qui asserit uiam ab uno contrario esse unam, & eandem cum uia ad alterum contrarium, solumq; ratione differre. In cõtrarium est, quia habitus est quid diuersum a priuatione;

Quæstio de motu acquisitiuo et deperditiuo.

C igitur motus priuatorius siue deperditorius alius est a motu acquisitorio atq; habituario. Blacterones dixerunt unũ etiam motum omnino, qui est deperditiuus, & acquisitiuus: itemq; unam numero esse mutationem deperditoriã, & acquisitoriam, ut una numero est calefactio, quæ est acquisitio caliditatis & deperditio frigiditatis: persuadent positionem multipliciter. primo deperditio nõ terminatur, nisi ad illud ipsum contrarium, ad quod terminatur acquisitio: igitur unus motus: probatur assumptum, nam deperditio frigiditatis terminatur ad caliditatem: non enim terminatur ad frigiditatem remissam, quia quãuis remissa data. licet ulterius remitti, nec ad non gradum frigiditatis, qa tunc deperditio non esset motus, quia eius terminus ad quem est priuatio, & non habitus. Secundo hoc concesso, tunc uni motui essent duo motus contrarij contra Aristo. 10. metaphy. & primo cœli. deducitur illarum, quia acquisitioni caliditatis esset contraria deperditio eiusdem, & ac-

Prima põ & est.p. Veneti.

D quisitio frigiditatis. Tertio tunc idẽ simul moueretur motibus contrarijs: ut a mobile moueretur de perditione frigiditatis & acquisitione caliditatis, qui sunt motus contrarij, quatenus acquisitio caliditatis est caliditas, & deperditio frigiditatis est frigiditas, quæ sunt contrariæ. Quarto tunc acquisitio caliditatis ut octo & dẽpditio frigiditatis ad gradus duos erunt motus contrarij, quia sunt ad terminos cõtrarios: at consequens est falsum, cum illi stent simul. Sed hæc positio primo aspectu uidetur impossibilis. primo qa acquisitio non est deperditio. igitur acquisitio unius cõtrarij non est deperditio alterius: & ita erunt motus diuersi: tenet consequentia a superiori ad inferius, negatiue. Secundo tunc generatio esset corruptio, quia non potest esse generatio unius, quin sit alterius corruptio. Tertio priuatio non est habitus: igitur deperditio non est acquisitio nec respectu eiusdem, nec diuersorum, nunq̃ enim priuatio est habitus. Potest igitur teneri probabiliter q; licet acquisitio & deperditio sint in eodem subiecto, tamen differunt specie ut albedo & dulcedo in lacte: et (ut loquar uerbis iuniorum) teneri potest tales motus differre realiter, & non

Cõfutatio

Propria põ pro nunc.

modo ratione. Ad argumenta. ad primum dico, q; terminus per se primo deperditionis est priuatio alterius contrarij, & quando infertur: igitur non est motus: negatur consequentia, quia motus esse potest ad priuationem per se, modo illa priuatio non sit simpliciter, sed secundum quid, qualis est illa accidentis habentis contrarium. Ad secũdum negatur consequentia, quia acquisitio caliditatis & deperditio frigiditatis non sunt motus contrarij: sed bene diuersi, nec est uerum apud me (quicquid alij uelint) deperditionem frigidi esse frigiditatem, immo dico illam esse priuationem frigiditatis, quæ non est contraria, sed priuatiue opposita mutuo coordinata. per idem ad tertium, licet enim idem moueatur acquisitione & deperditione, hæ nõ sunt mutationes contrariæ, sed diuersæ, quatenus una est ad habitum, altera ad priuationem non sunt incõpossibiles, quia priuatio & habitus. non sunt incompossibiles, nisi quatenus sunt eiusdem. Ad quartum dico q; motus non dicuntur contrarij, nisi penes terminos primos, modo frigiditas, ut duo non est ultimus terminus atq; primus deperditiõis: sed priuatio frigiditatis, quæ est compossibilis cum habitu caliditatis: & conceditur posse esse motum ad priuationẽ, quando illa non est priuatio simpliciter, sed secundum qd eius accidentis, quod contrarium habet, ut dictum est: teneri igitur potest acquisitionẽ unius contrarij differre specie a deperditione alterius, & eiusmodi motus non esse cõtrarios, quia habitus & priuatio non sunt contrarij, nisi qñ sunt eiusdem. Et per hæc ad uerba Arist. quando ait tales esse unum motum subiecto: sunt enim unus motus, quia competunt uni subiecto, non quia unus sit alter, sed quia ambo insunt uni, & ita uelle uidetur illos esse unum extrinsece, duos uero intrinsece, & hoc solent dicere calculati, quod sunt unum in realitate subiectiua, & plures in realitate obiectiua. hic enim modus loquendi non differt in re ab eo quod nos diximus. Sed quia neutra pars quæstionis est necessaria, ad rationes oppositas respondetur:

E Solutio rationum.

F

Defensio alteri' partis.

Ad primam negatur illa, acquisitio non est deperditio; quia acquisitio aliqua est, deperditio aliqua. Ad secundum concedo generationem esse corruptionem: non tamẽ omnem generationem esse corruptionem. Ad tertium cõcederem priuationem esse habitum, & econtra respectu diuersorum, non autem respectu eiusdem: & sic neutra pars est necessaria.

G

Neq; is qui est ex contrario ei contrarius est, qui ex contrario est. fieri enim potest ut simul ex contrario & in contrarium aut in medium pergatur. uerum de re hac posterius dicemus.

Text.48.

Secundus modus inutilis est, quo intelligebatur motus esse contrarios ratione terminorum e quibus: & sic secundo ostendit, q; motuum contrarietas non est attendenda penes contrarietatem terminorum, e quibus, & syllogiçat hoc pacto, nulla contraria possunt esse simul: motus q sunt e contrarijs terminis e quibus possunt esse simul: simul.n. potest alterabile accedendo ad mediũ: recedere ab utroq; extremo. Sed quia non est apertum quonam modo idem possit ab utroq; extremo recedere, ideo subdit, uerum de re hac posterius dicemus.

H

Sed in contrarium mutari causa potius contrarietatis esse uidebitur, q̃ e contrario mutari. Nam hoc abiecto cõtrarietatis est: illud uero assumptio.

Sed contra hoc quod dixerat, potest quis cauillare: dictũ est enim idem alterabile posse simul alterari e termini cõtrarijs e quibus: hoc uidetur falsum: quia nihil simul potest mutari in terminos contrarios: & per cõsequens nihil potest e terminis contrarijs e quibus mutari, quia non potest mutari e terminis contrarijs e quibus, nisi mutetur in terminos contrarios ad quos: at nihil potest simul mutari in terminos ad quos contrarios: igitur nihil simul potest mutari e terminis e quibus contrarijs. Respondet q; dato q; nihil simul possit mutari e terminis contrarijs e quibus, adhuc contrarietas attenditur penes contrarietatem termi-

I norum ad quos, magis q terminorũ e quibus: & hoc ait, sed in contrarium mutari causa potius contrarietatis esse uidebitur, q e contrario mutari: & ita siue simul aliquid e contrarijs terminis e quibus possit mutari, siue non, causa cõtrarietatis motuum potius penes terminos ad quos erit attendenda, q terminorum e quibus: & hoc probat duabus rationibus, & prima sic componitur penes id quod abijcitur non est sumenda motuum contrarietas, sed penes id quod assumitur, quia non ens non uidetur causa entis, sed in mutationibus siue motibus terminus e quo est abiectio contrarietatis: terminus ad quem est assumptio. igitur non penes terminum e quo, sed penes terminum ad quem erit attẽdenda motuum contrarietas. Quod uero ad uerba græca attinet, uerbum illud abiectio, græce est ἀπαλλαγη, quod latine est tũ liberatio, tum solutio. sed hic proprie est abiectio, & non mutatio, ut ueteres translationes habent. Et Auer. declarat duo. primum est quonam modo terminus à quo in motu corrumpitur, & terminus ad quem assumitur, & ait hoc esse pro tanto, quia motus nihil aliud est q acquirere partem post aliam, ex illo termino, ex quo res mota mouetur, donec acquirat illud ad qđ mouetur perfecte, & tunc cessat. igitur in motu terminus e quo abijcitur: terminus autem ad quem assumitur. Secundo declarat Auer. q contrarietas motuum est attendenda potius penes terminos ad quos, q penes terminos e qbus: primo quia contrarietas potius attendenda est penes illud quo perficitur contrarietas, q penes illud quo perficit cõtrarietas, q penes illud quo cessat cõtrarietas. sed in termino ad quem perficitur contrarietas: in termino uero e quo cessat. igitur potius penes terminos ad quos erit attendenda. Secundo penes illud attẽdenda est cõtrarietas motuũ, quod est pars substantiæ motus, & non accidens motus. at terminus ad quem est pars substantiæ motus: terminus autem e quo est accidens motus. igitur penes terminos ad quos erit attendenda contrarietas. Hæc Auer. ultra textũ.

An ad perfectã cõtrarietatẽ motuũ sufficiat dare q sit ad terminos contrarios. Vide Gradeum escu. lect. 8. q. 1. huius.

Quæ auer. cõmẽ. 48. K

Dubitões cõtra auer. L

Sed hæc quæ Auerr. ait quæstione non carent, quia dum dicit terminum ad quem esse partem substantiæ motus, aut per substãtiam intelligit proprie id quod est per se, & hoc pacto nihil est de substantia motus: aut intelligit per substantiam definitionem, & hoc minime. primo quia in hoc quinto docuit definire motum per terminum e quo, & terminum ad quem. ait enim motum esse mutationem de subiecto in subiectum. Secundo uidetur terminus e quo non accidens motui, quia tunc aliquis motus esse potest sine termino e quo, quod nullus concederet. Tertio Auer. superius commen. 47. dixit q motus e sanitate differt definitione a motu ad ægritudinem. igitur terminus e quo est de substantia motus. Respondent nonnulli, q aliquid est de ratione motus in generali, quod non est de ratione motus in speciali, ut terminus e quo est de rõne motus i generali, & non de rõne motus in speciali. & ita uolunt Auer. p substantiam intellexisse definitionem, & ulterius q terminus e quo & terminus ad quem sint de ratione motus in generali, qui non sunt de ratione motus in speciali. solus enim terminus ad quem est de ratione motus in specie.

Solutio iuniorum.

M

Cõfutatio

Sed hæc solutio uidetur friuola, quia quæcunq prædicãtur per se de genere, etiam & de speciebus necesse est prædicari & quicquid est de ratione prædicati est de ratione subiecti, ut dicitur in anteprædicamentis. igitur non potest terminus e quo esse de ratione generis, & nõ de ratione speciei. Potest igitur dici in definitione alicuius rei interdum poni aliquid ut pars: interdum aliquid per accñs ut apparẽs pars, & additum. in definitione enim substantiæ forma ponitur ut pars. materia autem ut additum atq apparens pars. similiter in definitione transmutationis naturalis ponuntur forma, & materia, & priuatio: sed priuatio ponitur ut additum, & accidens necessario. Ad formã quæstionis dico partem definitionis motus esse per se terminũ ad quem, & subiectum. terminus uero à quo est accidens necessario, uel pars apparens propter ratiões tactas. & sic tolluntur omnes obiectiones. Ad primam dico, q in hoc quinto docuit definire per terminum e quo, non quidem tanquam per partem per se, sed tanq per accidens necessario. Ad secundum dico, q est accidens necessario, ueluti priuatio est accidẽs necessario in transmutatione naturali, ut dictum est primo huius commento. 66. & alibi. Ad tertium dico q Auer. locutus est de motu non absolute, sed quatenus est ab ipsa sanitate, modo aliqd est de ratione alicuius reduplicatiue tenti, quod non est de ratione illius absolute, ut aliquid est de ratione hominis inquantũ est albus, quod non est de ratione hominis. sic aliquid est de ratione motus quatenus est à sanitate, quod non est de ratione illius motus absolute: & ita de ratione motus à sanitate, quatenus et a sanitate est sanitas, nõ de ratione motus illius absolute, quare nihil contra nos.

Solutio ppria.

An soli termini ad quẽ dñtes specie sufficiũt ad motus dñtes

N *spẽ. Vide Sco. ad 13. pri. ad argumentum principale.*

Præterea denominatur unusquisq motus potius ex eo ad quod, quam ex eo ex quo, ueluti sanatio, quia in sanitatem ægrotatio, quia in ægritudinem mutatio est.

O *Expositio.*

Secundo idem probat sic ab eo sumenda est contrarietas e quo motus ipsi denominantur, sed motus denominantur e terminis ad quos: sanatio enim dicitur, quia est uia in sanitatem, ægrotatio autem quia est uia in ægritudinem. igitur contrarietas est sumenda potius penes terminos ad qs. Auerroes autem reddit causam quare motus denominatẽ termino ad quẽ, & ait hoc esse, quia substãtia motus est đ nã eius ad qđ est, & non eius ex quo, ut fuit bñ expositũ.

Que Auer. cõmẽ. 48.

Restat itaq is quo in contraria itur, atq is quo in contraria ex quo contrariis pergitur.

Expositio.

Reiectis modis inutilibus ad contrarietatem motuũ, concludit modos utiles, & uult duos esse utiles, uidelicet tertiũ et quintum, quia utilis est ad contrarietatem is modus quo in contraria itur: quia sumitur motuum cõtrarietas penes terminos ad quos: & utilis ẽt est is motus quo ex cõtrarijs in contraria pergitur: nam potest sumi contrarietas motuũ ex eo, quia sunt ex contrarijs in contraria.

Forsitan igitur fieri potest ut ii quibus ad contraria acceditur, & ex contrariis, subiecto idem sint: sed esse fortasse non est idem, dico autem in sanitatem ex morbo, & ex sanitate in morbum. P

Expositio.

Docet nunc reducere hos duos in unum, quia hi duo modi forte sunt subiecto idem, quatenus illi motus, qui sunt in contraria etiam ex contrarijs sunt. sed forte secundum rationem non sunt idem propter diuersas motus habitudines ad terminos, ut supra dictum est: utpote motus, qui in sanitatem idẽ est ei qui est ex morbo, similiter motus qui in morbum est idem est ei qui ex sanitate est. igit ambo hi modi reducuntur in unum, saltem secundum subiectum. Auer. autem ait hoc esse dictum ad tollendum dubium quod accidebat primo membro. ut enititur exponere pluribus uerbis, quæ expositio non cõuenit aliquo modo uerbis Arist. ut intelligenti facile patet. Animaduerte ut expositores notant, q Arist. illorum quinq modorum duos declarauit esse inutiles ad contrarietatem, uidelicet secundum & quartum, duos autem utiles uidelicet tertiũ, & quintum: primi uero nihil meminit, quia licet ille fortasse sit utilis ad contrarietatem, penes illum non sumitur ipsa contrarietas: & hoc quia ille modus deseruit generationi & corruptioni, & cõtrarietati illarum. modo licet in substantia sit aliquis modus oppositionis, non tamen proprie ibi contrarietas, sic igitur prætermisit illum, uel quia reducitur ad hos duos, uel quia docuit illum esse utilem contrarietati repertę in generatione, & corruptione, in quibus non est proprie contrarietas.

Expositio Auer.

Quę expositores.

Q

Cum autem mutatio differat a motu (nã ea mutatio motus est, qua e subiecto in subiectum acceditur:) is motus quo e contrario in cõtrariũ itur, contrarius est ei, quo e cõtrario in contrarium pgitur: ueluti is quo e sanitate itur in morbum ei, quo e morbo in sanitatem acceditur. Tex 49.

Determinata

A Determinata ueritate quæstionis: in parte hac uult proba re illam, & hoc syllogismo, & inductione, & syllogismus sic componitur contrarietas motuum sumi debet penes essentialia motuum. Sed terminus è quo, & terminus ad quē sunt essentiales motibus. igitur penes ambos hos debet sumi. Minor probatur, quia ea sunt motibus essentialia, quibus motus differunt à mutatione. sed motus differt à mutatione per hoc, quia motus est de subiecto in subiectū: hoc est de termino è quo contraria in terminum ad quem contrarium. igitur terminus è quo & terminus ad quem sunt essentiales motui. igitur perfecta contrarietas sumi debet penes contrarietatem amborum. Sed (ut addit Auer.) potius penes terminos ad quos: tanto quidem magis quanto terminus ad quem est de substantia motus. terminus è quo est accidēs necessarium & essentiale motus, ut dictum est.

Quæ noui expositor. Egi. hic

Laborauit nouus expositor assignare causam, quare ad significandam contrarietatem motuum oportet explicare tam terminum è quo, quàm terminum ad quē, & tota eius B deductio est, quia rerum contrarietas sumi debet penes id quod sunt ipsę res: at motus est tam ratione termini è quo, quàm ratione termini ad quem. ratione quidem termini ad quem, quia ab illo motus speciem habet: ratione uerò termini è quo, quia ab illo quantitatem habet. nisi enim in termino è quo esset contrarietas, motus omnis subitarius esset. Sed hæc deductio non uidetur peripatetica, quia peripatetici concedunt aliquam esse alterationem subitariam, ubi non negassent cōtrarietatem, ut dicetur in sexto huius. concedunt etiam uniuersaliter omnem auctionē esse subitariam, quia uolunt auctionem nihil aliud esse quàm aggenerationem. ut in libro de generatione disputauimus. Præterea Auerro. commento proximo dixit: terminum è quo esse accidens ad transmutationem, & Aristo. in litera dixit illum esse potius abiectionem. quare non uidetur ab illo motus habere quicquam, sed tantum (ut dixit Aristo.) uidetur esse accidens necessarium motui. Aristo. igitur uult habere contrarietatem motuum attendendam esse penes terminos ad quos: quatenus motus omne esse ab illis habet per se, & principale. à terminis è quibus uerò habet aliquo modo rationem concomitatiuam contrarietatis: quatenus est accidens necessario motui: per quod differt aliqua ex parte à mutatione ipsa. Hæc sunt q̄ peripatetici dicerent.

Cōfutatio

C

Propria expositio.

Tex. 50.

Præterea etiam perspicuum est ex inductione qui contrarii esse uidentur. nam ægrotare ipsi sanari, & discere ipsi decipi: non per seipsum contraria uidentur. Ex contrariis enim in contraria fiunt. Vt enim scientiam habere potest quispiam & per seipsum & per alium: sic & deceptionem. Insuper etiam latio, quæ est sursum ei lationi quę est deorsum. Hęc. n. in longitudine cōtraria sunt, & illa quæ in dextrū ei quæ in sinistrum. hæc enim in latitudine contra D ria sunt, & ea quę ante ei quę retro. Etenim hæc in profunditate contraria sunt.

Expositio.

Probauit hactenus conclusionem syllogismo: nunc illam probat inductione, & hoc proponit. d. præterea ēt perspicuum est etiam ex inductione, qui motus contrarii esse uidentur. Et exponit inductionem primo in alteratione corporis & spiritali. d. nam ægrotare ipsi sanari, & discere ipsi decipi (dico ipsi decipi: non quod est per seipsum) contraria esse uidentur ex con trarijs enim in contraria fiunt. ægrotare enim est ex sanitate in ęgritudinem. sanari uiceuersa ex ægritudine in sanitatem. Discere ex ignorantia in scientiā: decipi ex scientia præposita in deceptore in ignorantiam acquisitam in decepto. Et quia dixit: discere contrariari deceptioni, quando deceptio nō est per seipsum: exponit hoc dicit. Vt enim scientiam habere potest quispiam & per seipsum, & per alium. per seipsum quidem scientia inuentio dicitur: (per aliū uero disciplina) sic & deceptionem habere potest per seipsum, & dicitur error: & per alium, & dicitur seductio. Sunt igitur contraria disciplina & seductio, qa E disciplina est motus animæ discipuli de ignorantia in scientiam à præceptore illatus, & ita termini sunt contrarij, quatenus terminus è quo est ignorantia: terminus uerò ad quē est scientia: seductio uero est à scientia in ignorantiam. quando enim aliquis scit ueritatem, & per authoritatem alicuius magni uiri transit in deceptionem: mouetur de scientia in ignorantiam. igitur disciplina & seductio contraria sunt. Vtrum uerò error & scientia sint contraria: ad propositum non spectat, quia de exemplo non est nimis curandum. sat sit pro exemplo disciplinam & seductionem esse alterationes spiritales contrarias. hæc de alteratione. Deinde inducit in motu locali, & inquit: insuper etiam latio quæ est sursum, quæ dicitur ascēsus ei lationi quę est deorsum, quæ dicitur descensus, contraria est: quatenus uidelicet, sursum & deorsum in longitudine contraria sunt. Et illa latio quæ est in dextrum ei quæ est in sinistrum similiter cō F traria est, quatenus in latitudine contraria sunt dextrum & sinistrum: & ea latio quæ est ante, quæq; dicitur progressio ei quæ retro, quæq; regressio dicitur contraria est: quatenus ante & retro contraria sunt in altitudine siue profunditate. in quibus omnibus patet id quod dictum est: uidelicet, quòd motus contrarij sunt qui de contrarijs sunt terminis in contrarios terminos. prætermisit autem motum auctionis, quia reducitur ad lationem ipsam, & est etiam in illa manifestum. Quod uero ad exemplum de deceptione attinet: Alexander Aphrodisius ut refert Auerroes, uoluit disciplinam tantum seductioni esse contrariam. non autē inuentionem errori, assignans hanc causam, quia homo raro errat à seipso, plerunq; autem per alium decipitur. Auerro. uero uoluit disciplinam seductioni, & inuentionem errori contrariam esse, quia & ab alio & à seipso potest esse deceptio frequenter. Sed quid horum uerum sit, quidq; magis ad Aristotelis aures, omitto: cum circa exempla quæ gratia discendi ponuntur, non sit multum insistendum. G

Quæ Alexander & Auerro. cōmē. 50.

Tex. 51.

Is uero qui solum ad contrarium est: nō motus, sed mutatio est, uelut album fieri nō ex aliquo est.

Expositio. Diuersæ expōnes

Videtur Aristo. uelle soluere dubitationes, quæ circa dicta de contrarietate motuum occurrere possent, sed melius uidetur nunc declarare contrarietatem in mutationibus. nam cum motus differat à mutatione: si declarauit contrarietatem motuum: erat consentaneum ut declararet cōtrarietatem in mutationibus. Et primo declarat contrarietatē in mutationibus habentibus contrarium: quales sunt accidentariæ mutationes, & inquit: mutationes esse contrarias, quando sunt in terminis contrarijs. uerbi causa. ut album fieri: hoc est generatio albi, & nigri generatio contrariæ sunt, quia illa ad album: hæc ad nigrum est, quæ contraria sunt, & hoc ait: is uero motus qui solum ad contrarium est, & non ex contrario: non motus sed mutatio est proprie, & ita in mutationibus habentibus contrarium contrarietas esse debet penes terminos ad quos tātum. uelut album fieri non ex aliquo est, & est contrarium ad nigrum fieri: non quia sint ex contrarijs, sed ad contraria tantum. Sed circa H dictum Aristote. occurres. ait enim: is uero qui solum ad contrarium est: non motus, sed mutatio est, uelut album fieri non ex aliquo est. Contra, quia album fieri est temporaria mutatio: igitur est motus. & ita non est uerum, ut qui motus solum est ad contrarium: is mutatio non motus sit. Amplius non minus ire in album est temporarium considerato nigro à quo fit, uel considerato non albo, quia nigrum & non albū idē est. igitur utroq; modo est motus & non mutatio. Auerroes dicit quædam è quibus iuniores colligunt solutionem. Dicit enim primo q̄ album fieri ex non albo esse pōt dupliciter, aut ex non albo quatenus non album, & sic non motus sed mutatio est, aut ex non albo quatenus est nigrum, & sic est motus. Dicit secundo, quòd cum dicitur album fieri ex non albo, esse generationem siue

An ante oē mutari sit mutatum eē: & an oē mutatū eē sit mutari. Vide mag. q. 3. 6. h.

Dubitatio

Auer. c. 51 Quid sit, p ptie mutatio. Vide Sco. d. 5. q. 7. ad q̄o nem

An motus qui sunt ex contrariis terminis sint contrarii. Vide q. 10. Iād.

I mutationem: non est audiendum ꝙ album fiat non à nigro, quia si fit ex non albo: fit ex nigro aut simpliciter, aut secundum quid, quod est medium inter album & nigrum. Sed debet intelligi album fieri ex nigro cui accidit non album. Tertio ait: tam motum quàm mutationem esse à non esse ad esse, sed differenter, quia motus est per accidens de non esse ad esse, & per se de esse in esse: mutatio est per se de non esse in esse, & per accidens de esse in esse.

Motus & mutatio idem. Ex his sequitur quòd unamet transmutatio est motus & generatio, ut fieri album: nam si consideretur fieri album ut terminus è quo est esse, uidelicet nigrum: illa transmutatio est motus. si ut terminus è quo est priuatio: sic est generatio, & idem de corruptione deduci potest. Per hæc

K ad rationes: concedo ad primam album fieri esse temporarium: non per se quatenus terminus è quo est non esse siue non album, quia è non albo in album fieri posset subitaria mutatio, sed per accidens: quatenus ipsum non album comitatur nigrum, quod non põt deperdi subito. Ad secundum patet per idem, quia considerato nigro: consideratr cõtrarium cui est resistentia competens. considerato non albo consideratur contrarium: è quo in suum contradictorium põt esse subitarius transitus. Et tum animaduerte Auerroẽ esse locutum de albo ut terminat motum per se, & non ut terminat motum per accidẽs: uidelicet, quatenus fieret immediate ex elementis. Vt enim album generatur ex elemẽtis: terminat motũ per accidẽs. aut forte hoc fuit dictum loco exempli, quia album nunquam fieri põt: nisi immediate ex elementis. Amplius id quod Auerroes dixit, ꝙ nigro accidit non album ipsum: recte dixit, quia ipsum non album priuatio est, & nulli per se inest: licet possit esse quid cõmunius ipso nigro.

Replica Sed dices adhuc, propter quid quãdo terminus è quo est contrarius termino ad quem: est transitus temporarius & motus, & quando est contradictorius non

Solutio est motus: nec temporarius. Assignari possunt duæ rationes.

L Prima ex uerbis Auer. quia quãdo terminus è quo est contrarius termino ad quem, inter ipsum & terminum ad quem inuenitur medium. at inter contradictoria nõ est medium. Secunda est, quia contrarium agit & reagit in suum contrarium, non aũt contradictorium. Et propterea inter contraria per se non põt esse nisi transitus temporarius per se: per accidens uero subitarius. inter contradictoria uero transitus non est nisi subitarius per se. per accidens uero tẽporarius. Hæc de dubitationibus.

Et quibus non est contrarium aliquod. Mutatio contraria est ea quę est ex ipso: ei quę est ad ipsum. Quocirca generatio corruptioni contraria est, & amissio acquisitioni. Hę autem mutationes quidẽ sunt: non autem motus.

Expositio. Ostendit nunc ꝙ in quibus non est contrarietas ut in substantijs & id genus: attenditur oppositio mutationũ penes accessum & recessum ab eodem termino, & inquit. Et quibus non est contrarium aliquod. Mutatio contraria est ea quæ est ex ipso ei quæ est ad ipsum: hoc est per accessum & recessum ab eodem. quocirca generatio corruptioni contraria est, & hoc quo ad substantias, & amissio acquisitioni, & hoc quo ad cætera prædicamenta: in quibus non est

M contrarietas. propterea addit: hæ aũt mutationes sunt: non

Expositio iuniorum autem motus. Q̃ si uelis exponere Aristotelẽ hac in parte soluisse dubitationes, ut iuniores uidentur exponere: patet solutio duarum dubitationum. Prima est contra id qđ dictum est: uidelicet, ꝙ motus contrarii sunt qui ex contrariis sunt in contraria. Contradici potest, quia sunt quidam motus qui non sunt de contrario in contrarium, sed solum in contrarium: igitur falsum est quod dictum est. soluebatur, tales motus qui sunt in contrarium tãtum: non esse motus sed mutationes, uelut album fieri. Secunda dubitatio est, quia sunt quædam mutationes quæ nec sunt ex cõtrario: nec in contrarium. propterea quæritur quonam modo in his attenditur contrarietas. Respondet: contrarietatem mutationum talium esse attendendam penes accessum & recessum ab eodem in idem. Et sic patet solutio duarum dubitationum. N

Tex. 52. Hi uero motus quibus ad id medium pergitur, quod est inter contraria: ponendi sunt aliqua ex parte ut in contraria, nam motus quo in medium acceditur: medio ipso ut contrario utitur. Velut e fusco quidem in album pergitur tanquam è nigro. atq; ab albo in fuscum tanquam in nigrum. Itemq; ex nigro in fuscum: ac si fuscum album sit. Mediũ enĩ rõne habita ad extrema: aliqua ex pte utriusq; extremi rationem subit. Motus igitur hoc pacto motui contrarius est is: quo è contrario in contrarium itur: ei quo econtrario in contrariũ pergitur. O

Expositio. Iuniores exponunt Aristotelem nunc uelle soluere aliud dubium, quod est secundum apud eos, & apud ordinem nostrum est tertium. Dubium uero est tale, quia dictum est motus esse contrarios, quotiens è contrariis in contraria sunt. Sed hoc non uidetur uerum, quia motus ab extremo in medium, & ab eodem medio in extremum contrarii sunt. ubi patet eos non esse de contrariis in contraria, sed de contrariis in media, uel econtra. Et hæc est Auerrois expositio in hoc commen. 52. Expositores uero uolunt Aristo. nunc determinare de contrarietate motuum ex parte medii, & profecto in idem incidunt. Ex uerbis enim Aristotelis colligitur, & declaratur quonam modo motus qui est ab extremo in medium: contrarius est ei motui qui est è medio in extremum, & sic in idem semper coincidunt. Vult igitur motum ab extremo in medium esse contrarium motui qui est à medio in extremum: quatenus ipsum medium subit rationem utriusq; extremi ad alterum atq; alterum comparatum. Velut motus qui est è fusco in album, utitur ipso fusco medio pro nigro, & qui est è nigro in fuscum, utitur fusco pro albo. medium enim ratione habita ad extrema: aliqua ex parte utriusq; extremi rationẽ subit. postea epilogat, ut patet in textu. Sic igitur patet quonam modo motus qui est ab extremo in medium contrarius sit ei motui qui est econtra à medio in extremum. Quo uero ad uerba græca attinet, uerba illa: Motus quo in medium acceditur. in græco sunt. motus quo ad utraq; mutatur: sed quia sumpsit uerbum, utraq;: pro medio: eo quia medium est utraq; extrema aliquo modo, & mutari est accedere, ut clariora essent: nos transtulimus illo modo. nam idem est. Amplius dixit. ad id medium quod est inter extrema, ad denotandum medium formæ, quod est inter extrema non medium subiecti, quod neutro extremorum participat. Hęc de contrarietate motuum & mutationum ab Aristotele habemus. Auer. uero quo ad uerba ipsa animaduertit duo. quorum primum est: cur dixit. in contrariis habentibus inter: in translationibus enim barbaris, quas ipse commentatus est sic habetur. motus uero ad illud quod est inter cõtraria, & in contrariis habentibus inter: sunt ponendi tanquam illi qui sunt ad contrarium quodammodo. Secundo animaduertit cur dixit. tanquam illi qui sunt ad contrarium quodammodo? Primum ait esse dictum pro tanto, quia nulla sunt contraria ad quæ possit motus esse, quin inter illa non medium sit: immo inter omnia talia medium est saltem diminutionis. Et hoc quod dicit: licet sit uerum in codicibus græcis non est ita, ut per nostras patet translationes. Secundum uero recte animaduertit, & recte exponit. ait enim id esse dictum pro tanto, quia medium & si sit utrunq; extremum: non tamen est utrunq; ultima perfectione, sed quasi potestate, & sic ire ad medium non est ire ad extremum simpliciter, sed est aliqua ex parte ire ad extremum, quatenus medium est ambo extrema subesse refracto. Vbi clare habet ut iuniores colligunt de intentiõe eius esse contraria manere in medio actualiter & realiter, quod magis patet in exẽplo qđ ipse exponit de ipso fusco siue

Pria expõ iuniorũ & Auer. — Scda expõ expositorũ — P — Expositio uerborum — Quæ auer. cõmẽ. 52. — Q — Põ Auer. compõne medii ex extremis

A fiue uiridi. Velut enim quando aliquid mouetur ab albo in uiride: id moueri in nigrum quod est in uiride, sed cum per motum terminus actualiter acquiratur. igitur in ipso uiridi erit actu nigrum, quod per ipsum acquiritur motum. simili modo argui potest de albo: nam cum fit motus de nigro in uiride: sequitur in uiride esse album, quod per motum acquiritur, & sic ex his quæ hic dixit Auerroes clare constat extrema esse in mediis actualiter sub gradibus remissis: ex quibus ipsa media componuntur, ut quod fuscum componitur ex albo & nigro sub tanta proportione. Rubrum uero ex eisdem sub alia atque alia proportione se habentibus, & ita in cæteris id genus. Sed iuniores contra hanc positionem accerrimis obiiciunt argumentis. Verum quia alii iuniores perite ad rones illorum satisfaciunt: omittamus rones illas & solutiones, & nouas moueamus contra Auerroem quæstiones. Prima. ex duabus formis non fit unum per se. igitur medium non est aliquod per se unum. Secundo. omnis forma est simplicis essentiæ, ut Gilbertus auctor sex principiorum scribit, sed medium est forma. igitur non componitur ex extremis. Tertio. in omni compositione alterum se habet ut materia, alterum ut forma. 8. meta. sed duo contrariorum neutrum pōt esse alterius forma uel materia. igitur ex illis nulla pōt proficisci compositio. Quarto. nihil est quod possit concludere talem compositionem. igitur non est tenendum à philosopho naturali, qui nihil asserit nisi à memoriis uel sensibus, uel experientiis. Quinto. omnis forma nata est constituere suppositum: accidentale quidem, si sit accidentalis. substantiale uero, si substantialis. igitur si sint plures formæ accidentales in medio: quælibet illarum constituet suppositum. & sic in omni medio essent plura supposita, quia ibi erit suppositum albi, & suppositum nigri, & per consequens idem erit album & nigrum, quod est impossibile. Sexto medium generatur ex extremis, & corrumpitur in illa. igitur talis erit inter extrema & medium incompossibilitas. qualis est inter terminum è quo, & terminum ad quem in generatione, sed terminus è quo & terminus ad quem non sunt compossibiles in eodem. igitur nec medium & extrema. Propter hæc argumenta Ioannes superius tenet de intentione Auerrois: medium ipsum non componi essentialiter ab extremis nec remissis, nec fractis. immo esse formam ita simplicem, ueluti quælibet forma extrema est. Habere tamen ait uirtutem utriusque extremi. Et hac ratione ait Auerroes extrema esse in medio actu: non sumendo actum pro forma, sed pro uirtute actiua, qua ipsum medium actu pōt agere actionem similem actioni utriusque extremi. Tepidum. n. aliqua ex parte frigidum calefacit, & aliqua ex parte calidum frigefacit, & sic non differt ab extremis solum secundum magis & minus, quæ sunt accidentariæ perfectiones, sed differt ab eis per se & per suam essentiam. quam positionem Ioannes ait esse aliorum, sed illi non obiecit. Sed hæc positio siue sit Ioannis: siue cuiusuis, non est Auerroica. Auer. enim. 10. metaphy. comē. 23. ita loquitur de compositione medii ab extremis, quo modo de compositione complexionis à simplicibus, ut patet per ea quæ scribit contra Galenum ibi. modo constat apud ipsum complexionem componi à simplicibus actu actualitate formæ, & non tantum actualitate uirtutis. igitur hæc solutio non est Auerroica. Secundo Auerroes ubique. maxime. 3. cœli com 67. eodem modo loquitur de compositione medii ab extremis, & mixti ab elementis, sed constat apud ipsum mixtum esse ab elementis actu formæ. igitur medium ab extremis est actu formæ. Similia potes quærere passim per alia multa loca. Alii uero cōiter ad mentem Auerrois tenent medium nihil aliud esse, nisi extrema remissa sub certa proportione constituta. sed quia proportiones sunt quodammodo infinitæ: inde emergunt formæ mediæ infinitæ. Rubrum igitur est album & nigrum sub. à proportione reducta. fuscum uero album & nigrum sub. b proportione, & in cæteris id genus. Nec hæc positio est Auerroica, quia Auerroes ubique medium comparat mixto, & ubique de medio loquitur ut de mixto, sed mixtum non est formæ elementariæ tantum sub certa proportione, sed ultra addit formam mixtionis, igitur nec medium erit extrema tantum sub certa proportione, & ita oportet aliud quid addere. Tenerem igitur quod uelut materia formæ mixti habet formas elementarias, ut dispositiones præuias in esse remisso. ultra illas habet formam ultimam per quam mixtum reponitur in specie: sic subiectum formæ mediæ habet in se formas extremas actu: non in suis ultimis perfectionibus, sed remissas, tanquam dispositiones subiecti ad formam mediam, quæ tamen forma media essentialiter differt ab extremis, ut illa mixti ab elementis. Et quia illæ dispositiones possunt multipliciter uariari: ideo formæ mediæ possunt esse multæ. Hæc enim positio tollit omnes rones de leui, & est consona dictis Auerrois de mixtura, & de complexione. Ad rationes igitur. Ad primam patet solutio, quia medium non est extrema remissa, sed est forma simplex præsupponens extrema remissa ut dispositiones.

Rōnes fūt Burleique: relatu illa Gaetano. Rōes nouę Prima Secunda

B

Tertia

Quarta

C

Pō Ioannis

Cōfutatio

D

Pō cōis Gaetani & cæterorum

Cōfutatio

Ad secundum patet solutio etiā. medium enim est forma simplex ueluti quodlibet extremum: licet supponat extrema ut dispositiones. Per idem ad tertium. non enim medium resultat per compositionem, sed per inductionem. Ad quartum dico quod est aliquid quo illud concluditur. uidemus enim medium uicem subire utriusque extremi, quod esse non posset: nisi ipsum esset extrema uirtute, & illa supponeret saltem ut dispositiones. Ad quintum dico, quod omnis forma nata est constituere suppositum, quā inest per se, & non ut dispositio alterius: modo extrema insunt subiecto, cui inest forma media: non quidem per se, sed ut dispositiones ad formam mediam. propterea suppositum non constituunt: nec accidentale: nec substantiale. Media uero forma, quia inest subiecto principaliter propter se: hac rone constituit suppositum accidentale, & subiectum denominat. Ad sextum: dici pōt medium generari ex extremis non compositiue, sed dispositiue: propterea extrema remissa non se habent ut terminus è quo, uel terminus ad quem, sed extrema intensa: & hoc pacto medium & extrema sunt incompossibilia. Per hanc et uiam facile soluerentur rationes iuniorum, quas omisimus, ut uolenti soluere patet. Hæc de compositione medii ab extremis de mente Auerrois. Solet quæri ulterius penes quid attenditur motuum mutationumue contrarietas, & uidetur quod non penes contrarietatem terminorum è quibus, quia ab eodem tepido pōt quippiam alterari modo ad calidum: modo ad frigidum: ubi motus sunt contrarii, & non penes terminos è quibus contrarios. Dicebamus olim contrarietatem motuum non esse penes contrarietatem terminorum è quibus tantum. nam si. à moueretur ad contrarium aeris ex concauo lunæ, &. b moueretur ad idem concauum aeris ex centro: motus essent è terminis contrariis quidem: non tamen contrarii, quia sunt ad eundem terminum ad quem contrarium. igitur non penes terminos è quibus tantum. Secundo dico: nec penes contrarietatem terminorum ad quos tantum. probatur, quia tunc ut dicebatur in textu, non motus essent, sed mutationes. Tertio dico: nec penes contrarietatem terminorum è quibus, & terminorum ad quos tantum, quia motus factus ab. à in. b per chordam non est contrarius motui facto ab ipso. b in. à per arcum, & tamen sunt de contrariis terminis, & in contrarios terminos. oportet igitur addere ut sint de terminis contrariis ad terminos contrarios, & eodem modo, ut si unus per arcum: alius etiam per arcum, & si alius per chordam, etiam alius sit per chordam. Quarto: dico nec hæc tria sufficere. nā motus cœli ab ortu in occasum per culmen nō est contrarius motui cœli ab occasu in ortum per idem culmen, quia motui cœli nihil est contrarium, ut dicitur in primo cœli, & dicitur in sexto huius. Propterea complete dici potest motus esse contrarios quotiens à terminis contrariis in terminos contrarios, & per eundem modum: atque eandem breuissimam lineam fiunt. Modo motus ab ortu per culmen: licet sit per eandem uiam, per quā est ab occasu in ortum per idem culmen: non tamen est per lineam breuissimā, quia linea circularis non est breuissima. Animaduerte tamen nō referre esse terminos contrarios, uel rationes terminorum contrarias. nam si. à ignis moueretur è regione aeris ad cōca

E Propria pō

Solō rōnū

F

G

Secūda. q. de motuū cōtrarietate. Vide & Sco. dicti 3. ad argumenta principalia Solō q̄ōis.

H

Solō dubitationis

I uum & b.terra.ab eadē regione ad centrum; motus essent contrarii:non tamen de contrariis terminis,sed de rationibus contrariis terminorum.Est enim motus ipsius.à ignis è regione aeris, ut illa subit rationem loci deorsum.est aūt motus ipsius.b ab eadem regione ut subit rationē loci sursum. Et propterea colligitur ratio in oppositum . tepidum enim subit nunc calidi,nunc frigidi rationem. De contrarietate mutationum quid sit dicendum patuit in textu.Multa etiam alia possent addi,quæ ad textus expositionem putamus esse frustra.

Tex.53. Cum autem motui non solum motus contrarius esse uideatur,sed etiam quies:hoc definiendū erit. Nam absolute quidē motus motui contrarius est. K (opponitur autem & quies:priuatio enim est)quodammodo uero priuatio contraria dicitur.

Expositio. Quæ quies opponitur motui. Vide eg.hic. Et de contrarietate quietum nunc aggreditur, & primo proponit intentionem.d.cum autem motui non solum motus contrarius esse uideatur, sed etiam quies.propterea ꝓponit hoc fore definiendum.Et quia supposuit motum opponi ad motum & ad quietem:declarat quomodo non eodem pacto,sed motui absolute contrarius est,quieti autem quodammodo:sicut priuatio ipsa dicitur non absolute contrarium,sed quodammodo, & hoc ait.nam absolute quidē motus motui contrarius est,quia motus subire potest rationem absolutam contrarij. Opponitur autem & quies,quia est priuatio, quæ semper suo habitui opponitur. Sed quia priuatio quodammodo contraria dicitur,& quodammodo rationem subijt contrarij:ideo subaudi tu quies opponitur motui quodammodo.sic igit̄ motus motui simpliciter opponitur,quies uero quodammodo.fuit autem hic textus aliquantulum obscurus:propterea ad uerbum transtuli.tu uero intellige ut diximus.

Quæ autem cui nam contraria est, ueluti an ei motui qui est in loco:ea quies quæ est in loco con- L traria est, uerum res hæc nunc simpliciter asserat̄. Vtrum enim is motus qui est ex hoc ei quieti quę est hic opponatur ? an ei quæ est illic quo itur ?

In prosequendo mouet quæstionem:cuius solutionē supponit.deinde mouet aliam specialiorem,& inquit. quæ autem cui'nam contraria est,ueluti an ei motui qui est in loco:contraria est ea quies quæ est in loco, & uolens solutionem ad partem affirmatiuam ꝙ sic.ait uerum.res hæc nūc simpliciter asseratur,ꝙ uidelicet semper motui quies contrariatur sui generis , & hanc solutionem supponens : petit speciatim.cum motui semper sit quies opposita.dico illam quæ est sui generis. Vtrum motui opponatur quies quę est in termino è quo:an quies quæ est in termino ad quem, & hoc inquit. Vtrum enim is motus qui est ex hoc ei quieti q̄ est hic:puta in termino è quo opponatur:an ei quę illic quo itur.i in termino ad quem. Tu uero animaduerte quia uerba fuerunt obscura.

Tex.54. Perspicuum itaq; est cum motus ipse in duobus sit subiectis : ei quidem motui qui ex hoc in contrarium est:eam quietem esse oppositam , quæ in M hoc est . Ei uero qui ex contrario est ad hoc : eam quæ in contrario est.

Expositio Respondet Aristo.nunc ad quæstionem, & uult quietem quæ est in termino à quo contrariari motui: non quietem quę est in termino ad quem.nam siue terminus è quo sit cōtrarium:siue sit non contrarium: semper quies in illo motui contrariatur. Debes scire quòd motus semper est inter duos terminos affirmatiuos,qui subiecta dicūtur,quia possunt esse ea de quibus affirmatur aliquid,ut dictū fuit.Hæc autem duo affirmatiua subiecta possunt esse uel ambo contraria,uel alterum tantum contrarium,&hoc uel terminus è quo,uel terminus ad quem. Aristot. igitur ait quietem in termino à quo opponi motui,siue terminus è quo subeat rationem contrarij,& terminus ad quē rationem subiecti nō contrarij.siue econtra.terminus è quo sit hoc.i.non contrarium,& terminus ad quem sit quid contrarium,& hoc ait. N Perspicuum itaq; est cum motus ipse in duobus sit:subiectis uidelicet terminis affirmatiuis : ei motui qui ex hoc.i.è termino è quo non contrario in terminum ad quem contrarium est:eam quietem esse oppositam quæ est in hoc.i. in termino è quo non contrario. Ei uero ut motui qui ex cōtrario uidelicet termino è quo est ad hoc.i. terminū ad quē non contrarium ; eam quæ in contrario est.i. in termino è quo contrario.igitur siue terminus è quo subeat rationem contrarij,siue non:semper quies in illo opponitur motui ab illo. Sed quid q̄ñ ambo sunt contrarij.Amplius uidet̄ omnis motus esse inter contraria. Dici pōt Aristotelē supposuisse oēm motum esse inter contraria,sed ut uteretur uerbo amplo ad motum &ad mutationē,hoc pacto uoluit loqui. Insuper ēt q̄ñ ambo termini sunt contrarij eodē mō est dicendū.Est.n.illud magis,& ꝓpterea Arist.omisit,q̄a de similibus idē est sermo.Hæc de contrarietate q̄etis ad motū. O

Dubōnes Solutio.

Simul autem hę & inter se contrariæ sunt . Etenī absurdum est quietes oppositas non esse: si motus quidem contrarii sunt.

Expositio. An nullo motu existe possit et quies ppriè accepta, Vide Sco. q.ii. quoli.

Et de contrarietate quietum inter se nunc agit:addens in parte contrarietatē quietis ad motū.Et primo hoc proponit quasi ex dictis,& inquit.Simul aūt supple cū motuū contrarietate patet,ꝙ hæ motuū quietes & inter se sunt cōtrariæ.cuius cām breuē addit.d. absurdum.n. est quietes oppositas non esse:si motus quidē contrarij sunt.quasi syllogiçet hypothetice hoc pacto.si motus sunt contrarij:quietes sunt contrariæ.sed motus sunt contrarii, ut pauloante determinatū est:igit̄ & quietes.maiorē non probauit,sed sumpsit tanꝗ per se notā.Nemo.n.dubitare debet quietes opponi:si motus illarū contrariantur. Et quia hæc propositio erat famosa,usus est uerbo absurdū,quod græce est ἄτοπον. dicens.absurdum enim est quietes oppositas nō esse: si motus quidem contrarij sunt.Et sic patet ratio.

Hę aūt sunt quę in contrariis sunt,ueluti ea quies P quę est in sanitate:ei quieti cōtraria est,q̄ est in morbo,atq; ei motui quo è sanitate in morbum pergit̄. Nam ut ei motui sit contraria quo è morbo itur in sanitatem:procul à ratiōe est. Potius enim eius motus perfectio est,qui in eo sistit:ad quod est, quàm ꝙ accidat simul cum motu fieri.

Expositio.

Explicat id quod dixerat,& inquit.quietes autem oppositæ hæ sunt,quæ in contrariis sunt terminis , ut per exemplum exponit.d. ueluti ea quies quæ est in sanitate ei quieti contraria est,quæ est in morbo, & sic patet quæ quietes sunt contrarię.Exponit etiam de quiete & motu dicens,& quasi dicat.non tantum quies in uno termino contrariatur quieti in contrario termino, sed etiam motui : ei dico quo è sanitate in morbum pergitur , & sic quies in sanitate contrariatur quieti quæ est in morbo . & motui qui è sanitate est in morbum.Nam ut quies supple in sanitate ei motui sit contraria quo è morbo itur in sanitatem : procul à ratione Q est,quia quies in termino ad quem non est contraria motui in eūdem terminum,& huius rationem assignat dicēs. potius enim eius motus perfectio est,qui in eo sistit:ad q̄d est,quàm ꝙ accidat simul cum motu fieri . Quod uero ad uerba attinet:sermo in græco est comparatiuus.quia uerbū illud quàm:scribitur ἤ,& tunc erit sensus, ꝙ quies in termino ad quem utpote in sanitate, & est perfectio motus , qui sistit in sanitatem,& simul cum illo fit.magis tamen est ꝑfectio illius,quàm cum illo fiat. Ex eo quia illa quiete habita cessat motus.uerbum uero perfectio græce est. ἠρέμησις.quod licet latine sit quietatio:hic perfectionem(ut transtulimus)sonat.Sic igitur quies in termino è quo contraria est quieti in termino ad quē,contraria & motui ēt in illū.nō aūt q̄es in termino ad quē:est contraria motui in termino ad quē. Tum quia simul fit cum motu:tum uel magis q̄a est illius ꝑfectio. Animaduerte ꝙ q̄es in termio è q̄: utpote

A utpote in sanitate contraria est quieti in termino ad quem, utpote in morbo: quatenus illa in sanitate esse potest, unde incipit ægrotatio. Illa uero in morbo esse pōt, unde incepit sanatio, qui motus sunt contrarij. quare & quietes illorum motuum contrariæ erunt. Auer. uero multis rationibus ꝑsuadet idem, ut ex uerbis eius balbis colligi pōt. Prima. diminuta perfectio & completa perfectio non sunt contrariæ, sed motus est diminuta perfectio. quies in termino ad quem est completa perfectio. igitur non sunt contrariæ. Secunda. faciens & factum non sunt contraria, sed motus facit quietem in termino ad quem. igitur non est illi contrarius. Tertia. illud in quo inuenitur aliquid per partē post partem: non ur̄ illi contrarium, sed in motu inuenitur qes in termino ad quē per partē post partē. igitur motus & qes in termino ad quē non sunt contrarij. Quarta. ea quæ sunt eiusdē speciei: non sunt contraria, sed motus & quies in termino ad quē sunt eiusdem speciei. igitur non contraria. Minor patet, quia suba motus est de genere quietis ad quam

B peruenit. Quinta. quæ differunt per magis & minus non sunt contraria, sed motus & quies in termino ad quē differunt secundum magis & minus. igitur non contraria. Sexto. finis rei non est contrarius rei, sed ipsa quies in termino ad quē: est finis motus. igitur non est illi cōtraria. Septimo arguit, ꝙ quies in termino ē quo est contraria motui, quia ea quorum unum corrumpitur & aliud generatur: illa sunt contraria, sed quies in termino ē quo corrumpitur motu generato. igitur sunt contraria. Ex his concludit quietem in termino ē quo cōtrariam esse quieti in termino ad quē. nam cū motus sit contrarius quieti quæ est in termino ē q̄ & quies in termino ad quē, uel est motus, uel cū ipso motu genita. igitur quies in termino ē quo, & quies in termino ad quē sunt contrariæ. Hæc ex Auerroe. Sed quæres, quia ipsa quies in termino ad quem, est priuatio fluxus, sed motus est fluxus. igitur quies in termino ad quē, est priuatio motus, & per consequens illi opponitur, saltem ut priuatio habitui. Pro intellectu dubitationis debes scire ꝙ motus

C pōt sumi pro forma ipsa diminuta: quatenus fluit, & ꝓ fluxu formæ. Similiter & quies sumi pōt pro carentia fluxus, & pro forma perfecta: quæ pro certo tempore sub tali perfectione consistit. Tunc dico ꝙ si sumatur quies pro carentia fluxus: sic nec est ꝑfectio motus ꝓ fluxu sumpti, nec motus pro forma fluente accepti, quia priuatio nullius habitus esse pōt finis uel perfectio. Secūdo dico, ꝙ hoc pacto sumendo quietem: priuatiuæ opponitur tam motui pro fluxu sumpto, q̄ȝ pro forma fluente. Declaratur, quia unū expellit alterum: suntq; apta fieri circa idē subiectū mutuo, & hoc non negasset Aristo. ut patet intelligenti. Tertio dico, ꝙ sumendo quietem pro forma perfecta, sub qua mobile certo permanet tempore: nec fluxui, nec formæ fluenti opponit̄. Formæ quidē fluenti non, quia differt ab illa secūdum magis & magis. Fluxui uero minime, quia uia & finis uiæ non opponunt̄. Quarto dico, ꝙ sumendo quietē in termino ē quo, siue pro carentia, siue pro forma contraria, motui facto ab illo termino: opponit̄ motui tam ꝓ fluxu q̄ pro forma fluente sumpto. probat̄, quia si sumat̄ pro

D priuatione, opponit̄ priuatiuæ: si pro contrario opponitur contrariæ. Ad rationem patet solutio per ea q̄ dicta sunt.

Que auer. cōmē. 54.

Q̄ō de cōtrarietate quietis ad motum.

In super etiam necesse est aut hanc aut illam esse. non enim ea quies quæ in albedine est, cōtraria est ei quieti quę in sanitate est.

Expositio. Secundo de quietibus id quod dixerat nunc ēt probat. dictum est. n. quietē in termino ē quo contrariam esse quieti in termino ad quē, ueluti quietē in morbo ei quæ est in sanitate. nunc idē probat, quia ei quieti quæ est in sanitate, uel contraria est quies in morbo, uel in alia re alterius generis, utpote quæ est in albedine uel dulcedine: non ea quies q̄ est in alia re, puta albedine uel dulcedine. igitur illa quę est in morbo, & sic quies in termino ē quo contraria est quieti in termino ad quem, quod est propositum. hoc ait, insup ēt necesse est quieti in sanitate esse contrariam, aut hanc uidelicet, quæ est in morbo; aut illam quæ est in re alterius generis, uidelicet in albedine. Sumit ꝙ non illa quæ est in re alterius generis. d. non enim ea quies quæ est in albedine contraria est ei quieti quæ est in sanitate. igitur supple ea quæ est in morbo, & sic habet̄ ꝓpositū. Animaduerte ꝙ nec Auer. nec expositores hunc locum bene legunt. E

Quibus uero contraria non insunt: eorum mutatio quidem opposita est: ea uidelicet, quę est ex ipso: ei quę est ad ipsum. Motus uero non est: ueluti ea quę est ex ente: ei quę est ad ens. Tex. 55.

Expositio. Hactenus de oppositione quietum in motibus: nunc & de oppositione quietum in mutationibus (ut Auer. recte & expositores exponunt) prosequitur. Repetit tn̄ primo quæ dicta sunt de contrarietate mutationū. d. quibus uero contraria non insunt ueluti in substantijs: eorum mutatio quidem opposita est: ea uidelicet, quæ ex ipso: ei quæ est ad ipsum. Motus uero non est, ueluti ea quæ est ex ente: ei quæ est ad ens. Hæc sunt quæ repetit. Addit Auerro. ea quæ à principio huius quinti dicta sunt uidelicet, ꝙ motus differt à mutatione. nā subiectum motus est semper econtrario in contrariū. Subiectū uero mutationis est uel ex esse in non esse, ut corruptio, aut ex non esse in esse, ut gn̄atio, quæ non contrariæ, sed priuatiue opponunt̄. Hæc sunt satis explicata in principio huius libri: nunc supponantur. F

Quæ auer. cōmē. 55.

Harum igit̄ quies quidē non est, sed immutatio.

Expositio. Secundo hoc resumpto ait: mutationi non esse contrariā quietē, sed eam græci ametablesiam dicunt: latine immutationem, uel mutationis uacuitatem. Quies igit̄ in termino ē quo motui ab illo opponit̄, & ametablesia ēt in termino ē quo mutationi ab illo opponit̄. Amplius ametablesia in termino ē quo opponit̄ ametablesię in termino ad quē, ueluti diximus in quietibus: Inquit. harum igitur mutationum contraria est non quies, quæ propriæ motui opponit̄, sed ametablesia. i. immutatio: siue uacantia. G

Atq; si subiectū quidem, quod est non ens: aliqd est: ea immutatio quę est in ente: ei imutationi q̄ ē in nō ente: cōtraria est. Si uero id quod nō est ens: non est aliquid: dubitauerit qspiā sane cuinā sit cōtraria ea immutatio q̄ est in ente: & sit ne quies?

Expositio. Antequam probet quod dixerat: interponit duas quęstiones. quarum primam omittit insolutam, & secundam soluēdo id quod dixerat probat, utens & breuitate & artificio. Et inquit. atq; si subiectum quidem quod est non ens in fine corruptionis: est aliquid, utpote in actu in corruptione accidentium, uel potentia in corruptione substantiæ: ea immutatio quæ est in ente: hoc est in termino ē quo corruptionis, ei immutationi quæ est in non ente contraria est, quia ambæ habent rationem entis aliquo modo, & quo ad hoc non est dubium. Et propterea mouet dubium. Dato ꝙ terminus corruptionis nihil penitus sit, utrum ea immutatio quæ est in ente opponatur ei immutationi quæ est in nihilo. Et hoc est quod dicit. sin uero subiectum quod est nō ens in fine corruptionis: non est aliquid, sed penitus nihil. Dubitauerit quispiam sane cuinam sit contraria ea immutatio quæ est in ente. Vtrum supple tu, ei immutationi quæ est in ipso nihilo. Hæc enim est dubitatio non parua, & licet solutio hic non ponatur: tamen ex primo & quinto huius patet. Dictum est enim omni motui & omni mutationi semper subesse subiectum aliquid, & sic casus est impossibilis. Mouet secundam quæstionem, utrum immutatio, quæ est in ente dici possit quies, & eadem quæstio fieri potest de immutatione, quæ est in non ente. Inquit. & sit ne quies talis supple immutatio quæ est in ente, uel in non ente, & est quærere quare ametablesia siue immutatio in termino ē quo mutationum non potest quies dici? Ex cuius solutione patebit ueritas eius quod supposuit uidelicet, ꝙ mutationi non quies: sed ametablesia, siue immutatio opponitur. H

An qes sit contraria motui. Vid̄ tād̄ q. ii. h[us] & Alb. de saxo. q. 8. huius.

I Quod si est, aut non omnis quies motui contraria est, aut generatio & corruptio motus sunt. patet igitur illam non esse quietem appellandam: nisi & hæ motus fuerint.

Expositio. Soluit quæstionem secundam, & ostendit quod supposuerat. d. ꝙ si est supple ametablesia quies: alterum duorum sequitur, aut ut non omnis quies motui contraria sit, utpote quies q̃ est ametablesia, aut ut generatio & corruptio motus sint, & propterea concludit. patet igitur illam non esse quietem appellandam: nisi & hæ uidelicet generatio & corruptio motus fuerint. Et sic patet solutio quæstionis, & probatio eius quod dixerat.

Est tamé ipsa immutatio simile quid quieti: atq; contraria aut nulli prorsus, aut ei quæ est in non ente, aut corruptioni. Hæc enim est ex ipsa. generatio uero in ipsam.

K Expositio. Probauit ametablesiam non esse quietem per solutionẽ secundæ quæstionis. nunc ait illam esse quieti similẽ, esseq; contrariam ipsi ametablesiæ, quæ est in termino opposito, unde inquit. Est tamen ipsa immutatio siue ametablesia, quæ est in ente simile quid quieti. atq; etiam contraria aut nulli prorsus, aut ei quæ est in non ente, aut corruptioni. Dixit, aut nulli prorsus: si subiectum corruptionis nihil omnino sit. Dixit, aut ei quæ est in non ente. si subiectũ sit ens aliquo modo. Dixit, aut corruptioni, quia ametablesia quæ est in ente, cõtraria est corruptioni, ueluti quies motui. nõ autem est contraria generationi. quod probat. d. hęc enim uidelicet corruptio est ex ipsa. i. ametablesia quæ est in ente generatio uero in ipsam: hoc est ad ametablesiam quæ est in ente. modo nec mutatio nec motus contrariatur termino ad quem, & ita generatio non ametablesiæ entis, sed ametablesiæ non entis opponitur. Occurres primo, in quo differt ametablesia ab ipsa quiete. Respondẽt iuniores ꝙ differunt penes tempus. nam quies est mora temporaria, ametablesia siue immutatio est mora momentaria. Ratio est ut dicunt, quia quies est priuatio motus successiui. immutatio siue ametablesia est priuatio mutatiõis subitariæ. Hęc iuniores. Sed istud stare non potest: nec quo ad differentiam in se: nec quo ad causam differentiæ. non quo ad differentiam, quia ut ipsi respondent ad rationem de faba obuiante molari. faba illa quiescit: eo q̃a inter quoslibet duos motus contrarios mediat quies: & tamen non in tempore, sed in momento quiescit. igitur non est de ratione quietis esse temporarium. Amplius ametablesia rei genitæ non est subitaria, quia postquam res generatur: non subito corrumpitur: immo minimum tẽporis suæ durationis est dies naturalis, quo tempore uiuit diariũ illud animal, quod græci ephemerum uocant, quod nascitur apud Hypanim fluuium, ut Aristo. auctor est in libro de hystoria animalium. Elementa quoq; non subito corrumpuntur: postquam fuerint genita, quia nõ statim potest sibi applicari corrumpẽs. quare potest esse ametablesia temporaria: nec ualet quo ad causam, quia ametablesia quæ opponitur generationi uel corruptioni elementorum: temporariæ mutationi opponitur. Apud enim Auerroem generatio & corruptio elementorum temporaria est. Amplius potest & motus esse subitarius ut motus auctionis, & ita quies esse potest non respectu motus temporarij, & propterea tales differentiæ sunt accidentariæ: non autem per se. Melius igitur cum Arist. dicerem hæc non differre nisi per sua opposita atq; habitus. Priuationes enim differunt per differentias habituum. Differt igitur quies ab ipsa ametablesia solum per hoc, quia quies est priuatio motus, ametablesia uero est priuatio mutationis: siue hæc sit temporaria: siue illa momentaria. non igitur penes tp̃s, sed penes rationem quã habent ad habitus, quorum sunt priuationes. Hæc de differentia istarum. Secundo occurres, utrum inter ametablesiam existentem in ente, & ametablesiam existentem in non ente: sit opposi tio contraria uel contradictoria, uel priuatoria. Dici põt, ꝙ si ametablesia quæ est in non ente: sit in non ente simpliciter, utpote in ipso nihilo: sic ametablesia entis, & ametablesia non entis opponuntur contradictoriæ. si uero sit in non ente secũdum quid: sic opponunẽ priuatiuæ, q̃si dicãtur oppositæ contrariæ: non ꝓprie sed improprie dicunẽ. N

An mutationes seu imutat ões substantiales opponant̃ adinuicẽ. Vide Egi. hic

Prima du. Solutio. Burlei.

L Cõfutatio

M

ꝓpria põ.

Secũda du.

Solutio

Tex. 56. Dubitauerit aũt quispiam sane, cur in mutatione quidem quę est in loco: tam quietes quàm motus sunt & secundum naturam, & præternaturam? In cæteris uero minime, ut alteratio alia sit secundum naturam: alia pręter naturã. Non enim sanatio magis quã ægrotatio secundũ naturã est, aut dealbatio quã denigratio. Similiter & in auctione atq; im minutione: neq;. n. hę inter se contrarię sunt, ut altera sit secundũ naturã: altera pręter naturã: neq; auctio auctioni. Eadem quoq; rõ est in genere: corruptioneue. neq; enim generatio quidem secundum naturam est, corruptio aũt pręter naturam. Senescere. n. secundũ naturã est: neq; generationẽ aliã secũdum naturam: aliam præter naturã esse cernimus. O

Expositio His de contrarietate motuum & quietum dubitatis. Addubitat primo cur in mutatione locali est contrarietas penes naturale & præternaturale, q̃a & motus & quietes sunt & naturales & præternaturales. in cæteris uero mutationibus minime. Quippe cũ non sit alteratio aliqua naturalis: aliqua præternaturalis: nec auctio aliqua naturalis: aliqua præternaturalis: nec immutatio aliqua naturalis: aliqua innaturalis. simili pacto de g̃none & corruptione. Nõ enim g̃natio est naturalis, & corruptio præternaturalis, quia senescere, quæ est quædã corruptio, uel uia saltẽ in corruptionem, semper est secundum naturam. insuper ẽt nec generatio aliqua est naturalis: aliqua præternaturalis. Igitur oppositio penes naturalẽ & præternaturale solum in mutatione locali spectatur: non aũt in cæteris, & hoc est quod merito quispiã addubitauerit. Animaduersione dignũ, ut ex commento colligiẽ Auer. ꝙ in motu locali reperitur naturale, & præternaturale: tam ex parte motus q̃ quietis. Ex parte motus quidẽ, quia ignis sursum natura ferẽ. deorsum uero ui & præternaturã. ex parte quietis uero, quia ignis natura sursum quiescit: deorsum aũt ui. Secundo debes scire senectutẽ esse uiam in mutationẽ. iuuentutem uero in generationem & uitam saltem perfectam, quæ uirilitas est. Et ita cũ nec senectus nec iuuentus diuidatur per naturale & uiolentũ: nec quoq; mors: nec uita siue g̃natio diuideẽ. Hęc Auer. Quæ auer. comẽ. 56. P

Tex. 57. Sed si id quod est ui: pręter naturam est, & corruptio sane corruptioni contraria erit: ea q̃ est ui, quia pręternaturã est: ei quę est secundũ naturã. Nonne igiẽ generationes nonnullæ uiolentę pręterq; fatũ habenẽ: quibus hę quę sunt secundum naturã contrarię sunt. nonne & auctiones uiolentę imminutiones q; sunt. ueluti auctiones eorum, qui ob delitias cito pubescunt. Et frumenta quę cito adolescunt: propterea quia non coagulantur.

Expositio Soluit dictam dubitationẽ, & primo concludit contrarietatẽ in corruptionibus. d. sed si id quod est ui: præter naturã est, & supple. præternaturale, & naturale opponuntur, & corruptio sane corruptioni contraria erit: ea uidelicet, quæ est ui atq; præternaturalis: ei quæ est secundum naturam. igitur in corruptionibus inuenitur contrarietas penes naturale & uiolentum, & hoc per syll̃m hypotheticum à positione antecedentis ad positionem consequentis, ut Auer. dicit. Debes scire ut colligitur in libro de morte & uita, iuuentute & senectute, ꝙ mors duplex est, naturalis quidem quæ post senectutem & decrepitatem euenit. quali morte mori solent corpora simpliciter: sana, ut medici dicũt. Hæc enim naturalis est, quia per debita media uenit ad debitũ finem. Violenta uero quæ præuenit media, ut mors iuuenum ante senium, aut ferro, aut dolore, aut morbo. Quæ etiam ratione habita ad naturam particularem inferamq; præternaturalis dicitur. ratione uero habita ad causam uniuersalem, Q

A uersalem, cœlestemque constitutionem, quam in natali habuit, naturalis esse potest, saltem naturalitate communi. patet igitur quonam moodo sit & naturalis & præternaturalis corruptio: & quomodo sunt contrariæ inter se. Ex hac declaratione idem concludit in generationibus, & inquit: nonne igitur generationes nonnullæ uiolentæ præterq; fatum habentur, quibus hæ quæ sunt secundum naturam contrariæ sunt? quasi dicat, ꝙ sic: debes scire generationes nonnullas sequi debita anni tempora, ut quando suo tempore rosæ ingenerantur, & id genus: & hæ himarmenæ a grecis dicuntur: hoc est ordine fatali atq; cœlesti procedentes. himarmen enim græce, latine fatum, ut dicit Cicero. atq; fato euenire dicitur: ut ait Themist. ꝙ natura lege est, & naturæ institutionem atq; ordinem sequitur. Rosarum igitur generatio, quotiens uere est, & nō hyeme, naturalis dicitur: & hoc pacto accessus hominum ad honores B magistratusq; cum fiunt ordine naturali per debita media, naturales dicuntur. Aliquæ uero sunt generationes inordinatæ, quæ non procedunt debitis temporibus, nec ordine debito, ueluti esset generatio rosæ in hieme, quãdo arte & uillica industria eueniret. Agricolæ enim non modo stirpes docent facere īdebitis tēporibus, ut rosas in hyeme, cucurbitas, & id genus, sed animalia ut scorpios ex basilicone, uespas e carne equina, & id genus. Horum enim generatio præternaturalis est, quatenus nec per debita tempora, nec ex consuetis causis fieri uidentur. Accessus quoq; hominum ad magna, cum nō per debita media procedūt generationes innaturales dicuntur, atq; cito resolubiles.

An corruptiōe. sint qd innaturale. Vide Egi. 7.

Quod uero ad uerba attinet debes scire, ꝙ ego transtuli textum interrogatiue dicendo. nonne igitur generationes, quia uerbum græcum ἆρ' οὐκ id sonare uidetur. Idem tertio declarat in auctionibus, & inquit: nonne & auctiones uiolentæ imminutionesq; sunt? ueluti auctiones eorū animalium, siue hominum, qui ob delitias cito pubescunt, cuiusmodi sunt omnes primates. isti enim quia uiuunt in delitijs copijsq; rerum atq; abundanti uictu, cito pubescunt, C eo quia magna humoris copia in his abūdat, quo facile humor naturalis increscit, & citius ꝙ̄ debuerit. Idem ostendit in stirpibus. d. & frumenta quæ cito adolescunt atque augentur: propterea quia non coagulantur, ut quando fuerint proiecta mox pluuiæ succedunt, tunc enim nimio humore superfuso non permittuntur densari, sed cito pullulant, & tale crementum uillici tanquam præternaturale uituperant. Hæc apud Columellã & Palladium omittãtur: nobis uero satis sit colligere frumenta nonnunquam præternaturaliter crescere, quotiens citius ꝙ̄ deberent crescerent, ut uel humoris copia, aut quauis alia causa. nonnunꝙ̄ uero naturaliter, quotiens debito (ut solent) tempore increscunt, uel humoris, uel caloris temperie. Sic igitur patet auctiones esse naturales, & præternaturales: patet igitur ad formam dubitationis. supponebatur enim falsum: & ita D negandum est assumptum. Debes scire ꝙ in textu Auerr. innuitur talis consequentia, generatio uiolenta fit multipliciter, igitur & naturalis generatio multipliciter fit: quæ uidetur sequi per illud primi topicorum, quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicitur & alterum. Et sup hoc textu mouet quæstionem Auer. quia ægritudinis species sunt multæ, & tamen una, & non multæ sunt sanitates. Respondet Auer. d. ꝙ forte una sanitas continet multas particulares sanitates oppositas illis multis ægritudinibus. sed quia non habent nomina imposita, latent: & ita uelle uidetur ꝙ sunt tot species sanitatis, quot morbi. sed quia speciebus sanitatis non sunt nomina imposita, ueluti speciebus morbi, ideo una uidetur esse sanitatis species quæ reuera multimoda est pro ratione morborum. Hæc Auerroes. Sed iuniores refellunt solutionem hãc. Primo quia sanitas consistit in indiuisibili, quia in humorū æquatione, quæ indiuidua est: igitur sanitas uno modo est, ægritudo non. Secundo, sanitas est bonum animalis, sed bene se habere est uno modo. igitur nō plures sanitatis species. Tertio, sanitas est in medio humorum, sed accedere ad medium est uno modo, recedere multis modis. igitur una sanitas. Propterea tenent sanitatem esse speciem specialissimam & indiuiduam, morbum genus subalternum, & diuiduum. Id uero quod primo topi. dicitur de significatu, & non de suppositis glosari solet. Ad Auerroem uero dicunt illum esse locutum dubitatiue, & nō assertiue. Sed hæc positio potest intelligi uno modo, ꝙ unius animalis numero una tantum sit numero & indiuidua sanitas, aut unius mēbri sit una numero sanitas & indiuidua, aut unius mēbri secundum unam rationem eandemq; sanitas sumpta est una numero & indiuidua. Primo modo non est uera positio, quia si Socrates simul oculo & corde laboraret, & sanaretur oculo & non corde, patet sanitatem oculi non esse illam cordis, quia potest oculo sanari, & cordis morbo languere. Nec secundo modo est uera, quia potest oculus Socratis in complexione infirmari, & in compositione bene ualere: similiter etiam & infirmari simul compositione, & complexione. Potestq; sanari complexione, ubi nō erit sanus compositione: igitur sanitas complexionis non est sanitas compositionis. Ac tertio mō bene dicunt: si. n. oculus consideretur quatenus unum membrum, & quo ad unam particulam eius, & quo ad complexionem unã speciẽ: dico ꝙ uno modo sanus est, & multipliciter in complexione potest relinqui, quia quo ad gradum unum, quo ad gradus duo, & sic de alijs: una tamen erit sanitas in complexione, quia temperies huic oculo sana: & ad hoc faciunt rationes iuniorum: sic enim sanitas est indiuidua, ut prima ratio dicit, non autem in suo ambitu considerata. & licet sit bonū animalis, non unico modo, & propterea bene se habere nō erit uno modo in ꝓposito, & hoc pacto sanitas erit in medio humorum, quia graduum hic proportionatio Et sic patet positio: aliter enim illi non assentior.

Dubitatio Quæ auer. cōmē. 57.

Rōnes Burlei.

E Solutio Burle i.

Examinatio opionis

F

In alteratione uero quomodo res se habet? an eodem modo: quippe cum nonnullæ uiolentæ sint. nonnullæ naturales, qui nanq; non in decretoriis diebus sanatur. hi præter naturam alterari uidentur, qui uero in decretoriis, hi secundum naturam alterantur. Text. 58. G

Soluit dubitationem per interemptionem assumpti, & declarauit in corruptionibus, generationibus, atq; auctionibus minutionibusue posse sumi contrarietatem penes naturale, & præternaturale. Dubitat nunc an idem possit esse in alterationibus: et inquit. In alteratione uero quomodo res sese habet. supple dubium est. Respondet etiam in alteratiōibus idem posse uerificari, qui e morbo in diebus creticis liberantur, hi naturaliter ad sanitatem alterantur, qui uero in diebus uacuis siue non creticis, hi præternaturaliter ad sanitatem alterantur. Inquit, an eodē modo, supple in alterationibus est, & reddit causam. d. quippe cum nonnullæ uiolentæ sint, nonnullæ naturales alterationes. qui nanq; non in crisimis hoc est decretorijs diebus sanantur, hi præter naturam alterari ad sanitatem uidentur, qui uero in crisimis hoc est decretorijs indicibusq;, hi secūdum naturam alterantur. Quod uero ad uerba attinet, Arist. (ut Auer. animaduertit) locutus est per propositiones particulares: dicendo aliquas alterationes esse uiolentas, aliquas naturales, & non dixit omnes esse naturales. i. in qualibet specie esse potest naturalis & uiolenta, quia hoc indiget inductione in omnibus. & quia inducere in omnibus est difficile, ideo loquitur per propositiones particulares. Expositio. H

Quod etiam ad græca uerba attinet, debes scire ꝙ morborum dies, alij sunt cretici hoc est indices, siue decretorij, ueluti in morbis acutis omnes septēnarij: ut septimus. 14. & 21. & alij indiciarij, ut omnes quaterni, ueluti quartus indiciarius est septimi, & undecimus decimiquarti: atque decimusseptimus uigesimiprimi. alij uero sunt præliambulatorij, siue intercidentes: ut omnes terni. Alij & uacui, in quibus nec prælium, nec indicatio prælij, nec præliambulum uidetur, ut sextus, octauus, & id genus. De his in nostro codicillo de creticis abunde diximus. Egroti igitur g

Diuisio plerū apud medicos.

I morbo liberantur diebus uacuis, præternaturaliter alterãtur à morbo ad sanitatem. nam tales dies non præliatorij erant sed induciarij, in quibus induciæ fieri solent inter humorem pugnacem, & uirtutem regitiuam infirmi, qui uero in diebus decretorijs naturaliter ad sanitatem alterantur, quia hi dies naturaliter præliatorij erant, in quibus uictoria expectatur, aut humoris, aut uirtutis. Hæc pro uerbis græcis.

Sed erunt ne corruptiones ipsæ inter se contrariæ, non generationi? & quid prohibet. aliqua enim ex parte sunt contrarię. Et enim si hæc fuerit uoluptifica, illa subtristis, ut sic corruptio corruptioni contraria erit, non simpliciter, sed quatenus ipsarum altera talis est, altera talis.

Expositio. Remouet contra determinata cauillum siue dubitationẽ quandam, quia corruptio naturalis cõtraria est corruptio- K ni præternaturali, & corruptio naturalis contraria est generationi. igitur uni erunt duo contraria. Eodem modo potest addubitari de generatione: erit enim generatio naturalis contraria generationi uiolentæ, & erit contraria corruptioni. igitur uni duo contraria. Inquit, sed erunt ne corruptiones ipsæ inter se contrariæ, non generationi? quasi dicat quòd non. igitur corruptio contrariabitur corruptioni & generationi, & ita uni duo erunt contraria. Respondet hoc non esse impossibile, quia non eodem respectu corruptio contrariatur corruptioni, quo contrariatur generationi, nam generationi quidem contrariatur in eo ꝙ corruptio. In eo uero ꝙ talis uidelicet prӕter naturam & subtristis: contrariatur corruptioni uidelicet uoluptificæ, & naturali: & sic non est impossibile uni duo aduersari ratione diuersa: non unica ratione. Quod uero ad uerba attinet, Quæ Aũ. cõmẽ. 58. Auer. per uoluptificam corruptionem naturalem uult esse intelligendam, per subtristem uero uiolentam, aut per subtristem, omnino odiosam, per uoluptificam uero minus odiosam. Mors enim iuuenilis omnino odiosa est morien- L ti: senilis uero etsi odiosa seni, minus tamen odiosa, ꝑpter senium, qđ est semimors, quo senex semper laborat. Du- Dubitatio Egidii. bitat expositor nouus, utrum eodem modo uiolentum, & naturale reperiãtur in motibus localibus, & in cæteris motibus. Respõdet nouus expositor ꝙ non, quia in motibus localibus reperitur uiolẽtum & naturale simpliciter, in generatione uerò & alijs reperitur eiusmodi secũdum quid. dicitur quidem motus naturalis secundum locum, quando tam secundum remotam ꝙ̃ secundum proximam dispositionẽ est talis, ueluti motus lapidis deorsum, hic enim motus quo ad proximam dispositionem, quæ est grauitas, naturalis est, quo etiam ad remotam quæ est materia, etiam naturalis est. In generatione uero & alteratione, nõ M potest reperiri naturale, nisi quo ad materiam. Potest tamen motus esse naturalis quo ad conditiones extrinsecas, ut si non fuerit ultra consuetum celerior, si in debitis tẽporibus, si a proprijs & consuetis causis. Hæc ex nouo expositore colligi possunt. Sed uidetur hæc solutio ambigua: primo, quia nullus motus localis esset simpliciter uiolẽtus, quia saltem secũdum dispositionem remotam quilibet est naturalis, ut dicit Auer. octauo huius commen. 4. Secũdo, frigefactio ignis uidetur simpliciter uiolenta, & calefactio aquæ simpliciter ut omnes dicunt, & tamen quo ad dispositionem remotam quælibet harum est naturalis. Videtur itaq; mihi uiolentum & naturale generatum omnibus immutationibus attendendum esse penes dispositiones ꝓximas, ut dicatur ea corruptio uiolenta, quæ est contra dispositionem proximam subiecti, ea uero naturalis, quæ est secundum dispositionẽ proximam. Et hoc pacto facile est reperire uiolentum & naturale in omnibus. In motu locali quidem, quia lapis sursum fertur uiolenter, quia contra grauitatem est talis motus. Deorsum uero simpliciter naturaliter, quia secundum grauitatem: in alteratione uero, quia præter naturalr atq; uiolẽter aqua calefit: naturaliter uero frigefit, præter naturaliter etiam rarefit: naturaliter cõ

Solutio. An mutationes uel immutatiões substantiales opponanť adinuicem, & an inter talia referetur opinio puræ contradictoria Vide Egi. tex. 55. h°

densatur, frigefactio enim est secundum dispositionem ꝓximam, calefactio uero contra dispositionem proximam: condensatio etiam est secundum proximam dispositionẽ, rarefactio contra dispositionem proximam. In auctione uero idem facile reperiri potest: quia crementum hominis uel tritici celerius solito est uiolentum, quia contra dispositiones proximas tritici quibus forma tritici conseruatur in materia, uel contra dispositiones hominis, crementum aũt secundum consuetum tempus, naturale est, quia conuenit dispositiõibus hominis, uel tritici Corruptio insuper in decrepitate naturalis est, quia conuenit dispositionibus quibus forma, tunc conseruatur ea in ætate: in iuuentute, uiolenta est, quia contra dispositiones generatio etiam animalis uel plantæ pro conditione temporum disponentiũ materiam, & ex causis consuetis naturalis est, quia conuenit dispositionibus proximis, quæ debitis temporibus inducunť, ac debitis è causis. Generatio uero animalis uel plantæ nec secundum conditionem temporis, nec causaꝝ uiolenta est, quia contra dispositiones proximas. Præterea, Generatio cadaueris ex corpore iuuenili præter naturalis est, qa contra dispositiões proximas iuuentutis: sed ex corpore decrepito, naturalis est, quia secundum dispositiones proximas. sic igitur patet in omnibus motibus uiolentum & naturale sumi similiter, etiam & in omnibus mutationibus, licet de generatione & corruptione deq; auctione sit aliquantulum latens.

Omnino igitur motus quietesq; dicto modo cõtrarii sunt. Veluti is motus qui sursum est ei qui deorsum. Loci enim hæ sunt cõtrarietates. harum autem lationum, ea quidem quæ est sursum, ignis natura fertur: ea uero quæ est deorsum, terra fertur, atq; lationes ipsorum contrarię sunt: nam ignis quidem sursum natura fertur, deorsum uero præter naturam: & motus ipsius ſm naturam contrarius est motui eiusdem præter naturam. Text. 59.

Epilogat quęcunq; dicta sunt de motuum & quietũ contrarietate. Et primo sumit motui posse esse cõtrarium motum dupliciter, aut simpliciter, hoc est contrarietate differentiæ locorum, & corporum quæ mouentur: & hoc pacto motus quo ignis sursum petit, cõtrarius est motui quo terra petit deorsum. Sunt enim sursum et deorsum loci cõtrariæ differentiæ, & ignis & terra corpora admodum cõtraria, aut secundum quid, hoc est penes locorum contrarietatem, non corporum, quatenus eidem corpori contrarij motus competunt, licet non eodem modo, sed alter natura: alter præter naturam. Inquit. Omnino igitur motus: quietesq; dicto modo quo iam diximus contrarij sunt. Et primo exponit quonammodo simpliciter contrarij sunt. & inquit. Veluti is motus qui sursum est, ei qui deorsum cõtrarius est simpliciter. Primo ratione contrarietatis locoꝝ: ideo dicit. loci enim hæ sunt contrarietates, hoc est differẽtiæ uidelicet sursum & deorsum. Secundo adest corporum contrarietas, & ideo ait. Harum autem lationum, ea quidem, quæ est sursum ignis natura fertur. ea uero quæ est deorsum, fertur terra: & sic adest etiam corporum contrarietas, & ita motus erunt simpliciter contrarij. Secundo, exponit quo modo motus sunt contrarij secundum quid, & inquit, atque lationes ipsorum, supple tantum contrariæ sunt: quod est dicere secundum quid, & non simpliciter, quotiens fuerint eiusdem corporis. Nam ignis quidem sursum natura fertur: deorsum uero præter naturam. Et motus ipsius secundum naturam, contrarius est motui eiusdem præter naturam, non quidem contrarię. ac corporum, sed locorum tantum: igitur contrarij sunt secũdum quid. Motus igitur sursum potest accipi in eo, quod motus sursum, & sic sibi contrarius, est motus deorsum: aut in eo quod naturalis uel uiolentus: & sic contrarius est sibi motus uiolentus uel naturalis, nec inconuenit uni duo esse contraria sub diuersa ratione. Hæc de motuum, contrarietate. Circa quę Auer. dicit tria, quorũ primum est, ꝙ in

Expositio. P N O Q Quæ auer. cõmẽ. 59.

A ꝙ in motibus esse potest contrarietas secundum speciem, & secundum modum in eadem specie: contrarij motus specie sunt, qui sunt de contrarijs in contraria & corpoꝝ contrariorum, qui motus contrarij simpliciter dicuntur, ut motus quo ignis sursum, & motus quo terra deorsum fertur. Contrarij uero secundum modum in eadem spẽ sunt, ut uiolentus & naturalis, qui igni competere possunt. Potest enim ignis sursum quidem naturaliter, deorsum uero uiolenter ferri: & hos contrarios esse diximus secundum quid. Secundum est, ꝙ uiolentum & naturale quandoque sunt in eadem specie, ut motus quo ignis sursum fertur, est eiusdem speciei cum motu quo terra sursum etiam fertur. Differt tamen modo, quia ille naturalis est, hic uiolentus, quandoq; in diuersis speciebus, ut motus quo ignis sursum fertur, & motus quo ignis fertur deorsum, sunt eñ hi motus specie diuersi: & alter naturalis, alter uiolentus. Et hoc uoluit dicere Auer. exponendo translationes suas cum dixit: & intendit per modos motuum, duos modos
B motuum contrariorum, utpote contrariorum specie differentium, & eiusdem speciei. Quod dictum uerum est, licet ad textum græcum inutile penitus. Tertium est, ꝙ definitio contrarietatis, quæ est ꝙ sit maxima distantia, primo & principaliter reperitur in loco, quia proprie loca distant maxime, & per quandam metaphoram reperitur in alijs contrarijs. Animaduerte tamen, ꝙ contraria requirunt duo. Primum ꝙ maxime distent in eodem genere. Secundum ꝙ mutuo sese expellant circa idem subiectum. Quo quidem ad primam conditionem ratio contrarietatis primo competit contrarijs in loco. Quo uero ad secundam primo competit contrarijs in qualitate, sed de his supra satis diximus: nunc autẽ dictum sit intantum. Quæ uero Auer. ait de translationibus, nõ sunt audienda: laborat enim in uanum, nam textus in græcis codicibus patet.

Tex. 60. Quietes etiam similiter: quies enim sursum motui contraria est, qui est deorsum. atque terræ fit
C quies, quidem illa præter naturam, hic autem motus secundum naturam. Quare motui quies contraria est ea, quæ est præter naturam ei qui est secundum naturam eiusdem, etenim motus eiusdẽ hoc modo contrarius est: nam alter ipsorũ erit secundum naturam, aut is qui sursum est, aut is qui deorsum, alter præter naturam.

Expositio. Nunc de contrarietate quietum & inter se, & ad motus: ubi debes scire ꝙ quies contrariatur motui, & quieti, ut dictum fuit. Si igitur contrariatur motui, potest illi contrariari simpliciter, aut secundum quid: simpliciter quidem, si fuerint ambo diuersorum corporum, & contrariorum locorum, ut quies ignis sursum, et motus terræ deorsum. Hęc enim uidentur contraria simpliciter, quia tam penes terminos, ꝗ penes corpora opponuntur. secundum quid uero si penes uiolentum & naturale tãtum opponantur, ut quies
D terræ sursum, & motus terræ deorsum. Hæc enim solũ penes terminos, non penes corpora opponuntur. At si quies comparetur quieti, rursus dupliciter potest illi contrariari, aut simpliciter, aut secundum quid, quies ignis sursum, & quies terræ deorsum simpliciter opponuntur, quies uero terræ sursum & quies terræ deorsum tantum secundũ qd opponuntur. Inqt Arist. quietes etiam siľr opponuntur, ut dictum est de motibus, hoc est tam simpliciter ꝗ secundũ quid. Et declarat hoc, & inquit. Quies enim sursum contraria est motui qui est deorsum, hoc est simpliciter & secũdum quid. Et exponit quomodo secundum quid. d. atque terræ fit quies quidem illa præter naturam: hic autem motus secundum naturam, quare motui quies contraria est ea quæ est præter natram: ei qui est secundum naturam eiusdem, & ita secundum quid, quia solum quo ad terminorum oppositionem, & non corporum. reddit causam huius, & inquit, etenim motus eiusdem, supple motui eiusdẽ hoc modo, secundum quid contrarius est, quatenus alter ipsorum est secundum naturam, siue sit is qui sursum, siue is qui deorsum: alter uero præter naturã. Vt igitur motus E quando ambo sunt eiusdem corporis solum penes uiolentum & naturale differentes, contrarij sunt secũdum quid: ita quies & motus, quando ambo sint eiusdem corporis secundum quid contrarij erunt, & sic patet ratio. Prætermisit uero quomodo quies contrariatur motui simpliciter, qa per regulam de motibus facile habetur regula de motu & quiete. Itemq; præterijt declarare contrarietatem quietũ inter se, quia per regulas de motibus habetur idem in qetibus. Hæc de oppositione quietum. Notat Auer. in calce commenti, ꝙ uni motui numero accidit contrarietas penes naues naturale & uiolẽtum: similiter & uni motui specie. uerbi causa. ascensui. a. ignis contrarius est descensus eiusdem. a. penes naturale & uiolentum, quatenus ascẽsus ille est naturalis: descensus uero uiolentus, & ita uni numero ascensui alter contrarius est penes uiolentum & naturale, & similiter exemplum est de motu specie. Ascensui eñ a. ignis secundum speciem contrarius est secundum uiolẽtiam descẽsus eiusdem ignis uel alterius, & similiter est de contrarietate quietis ad motum: potest enim quies motui opponi penes naturale & uiolentum, & ita secundum qd. F

Quę Auer. comẽ. 60.

Sed dices. utrum motus & quies quæ opponuntur secundum quid, possunt esse ambo naturales. Innuit Auer. solutionem, ꝙ hæc contrarietas penes uiolentum & naturale non potest intelligi nisi de eadem re: & propterea oppositio secundum quid quæ est penes naturale & uiolentum nõ potest esse, si sint ambo naturales: ac in motibus secũdum speciem contrarijs secus est, quia bene possunt esse ambo naturales, uel ambo uiolenti, ut motus ignis sursum & motus terræ deorsum: sunt enim contrarii & ambo naturales. Ex his igitur uult, ꝙ contrarietas secundum quid, quæ est penes naturale & uiolentum, non potest sumi nisi in eadem re: & propterea nec respectu eiusdem possunt esse uel ambo naturales uel ambo uiolenti, & ita contrarietas secundum quid non potest esse inter motus ambos naturales, aut ambos uiolentos. contrarietas simpliciter esse põt in motibus ambobus naturalibus, uel ambobus uiolentis, quia nõ est eiusdem rei sed diuersarum. Summa igitur solutionis est, ꝙ oppositio secundum quid non potest esse nec in motibus nec quietibus ambobus naturalibus, bene oppositio simpliciter, quia illa est eiusdem rei. Hæc diuersarum rerum existit. G

Dubitatio Auer. Sol. Auer.

Tex. 61. Quæstio secunda. Habet autem dubitationem, nunquid cuiuslibet quietis, quæ non semper est, sit generatio? quæq; sit ipsum stare. Eius igitur quod præter naturam quiescit, utpote terræ sursum erit generatio: igitur quãdo sursum ui ferebatur, stabat. At id quod stat, semper uelocius ferri uidetur. Id aũt quod ui, contra tardius fertur. Ipsum igitur quiescens non factum erit quiescens.

Expositio Solutio. Mouet nunc secundam dubitationem, uidelicet utrũ cuiuslibet nouæ quietis sit generatio? quæ quidem generatio græce dicatur ισταοθ, latine statio, uel sistentia. Hęc est quæstio. Inquit. Habet autem dubitationem nunquid cuiuslibet quietis, quæ non semper est, sed noua sit: sit generatio, quæq; generatio sit ipsum stare, siue ipsum sistere. H

Quid sistere uel staꝛ An aliquid siľ moueaꝛ naturaliter & qescat. Vide Egi. hic.

Animaduerte, quod quies est priuatio motus penitus, statio uel sistere est ire ad priuationem motus, ut dicetur in sexto huius, & propterea sistere uidetur quædam generatio quietis. Ad partem negatiuam arguit primo, quia si cuiuslibet quietis nouæ sit generatio, tunc quies terræ sursum fuisset genita: destruit consequens, quia omnis generatio quanto est propior fini, tanto uelocior est. Id autem ꝙ ui fertur, quanto est fini propinquius, tanto tardius fertur, igitur uiolenta quies nõ generatur, & ita non quęlibet qes noua generatur. Inquit. Eius igitur quod præter naturam quiescit, utpote terræ sursum erit generatio, & sic uiolentæ quietis, qua terra sursum quiesceret, esset generatio. Contra obijcit destruendo consequens, quia tunc quando sursum ui ferebatur, stabat: hoc est impossibile: & syllogizat

I hoc esse impossibile sic: id quod stat uelocius ferri uidetur & hoc pro tanto, quia est prope finem. Omne autem quod est prope finem accelerat: sic igitur omne quod stat uelocius ferri uidetur, id autem quod ui mouetur cõtra se habet ꝙ tardius fertur. Syllogiçetur igitur hoc pacto oē, quod stat, uelocius fertur quod ui mouetur, non uelocius fertur: igitur quod ui mouetur non stat: & ita ipsum quiescens nõ erit generatum quiescens ita ut quies eius sit genita. Animaduerte ut recte nouus expositor notat ꝙ non est dubiũ si graue sursum fertur, anteꝗ̃ deorsum redeat, quiescat, quia ut dicetur in octauo semper inter duos motus contrarios mediat quies. Sed Arist. quærit si illa quies sit genita, generatione uidelicet quæ est ipsum stare uel sistere, & ꝓbat Arist. ꝙ illa quies non potest generari generatione q̃ est ipsum sistere. & syllogiçat sic: omne quod generatur ꝑ ipsum sistere, uelocius fertur, ꝗ̃ ferebatur. Quod generatur in quiete uiolenta, non uelocius fertur ꝗ̃ ferebatur: igitur non generatur per ipsum sistere. maior patet ex definitiõe ipsius sistere, sistere enim quod græci ιστασθε dicunt, nihil aliud est ꝗ̃ ferri uelocius ꝗ̃ ferebatur: & hoc ratiõabiliter, quia sistere est accedere ad finem: unumquodꝗ; aũt agens quanto fini est propinquius, tanto magis accelerat. Minor uero patet ad sensum, quia semper motus uiolentus est tardior in fine. Ex hoc apparet ꝙ Aristo. per hunc syllogismũ non cõclusit absolute quietem uiolentam esse ingenitam, sed ꝙ non generatur per generationem: quæ est ipsum stare uel sistere. Vtrum uero possit alio modo generari Aris. non tangit. Forte enim uerum est quietem uiolentam generari non posse per generationem quę est ipsum stare uel sistere: hoc enim pacto generatur quies naturalis, ut diceẽ in sexto huius. Potest tamen generari defectu impetus impellentis: uel alio modo, ut dicetur in octauo & post in hoc libro. Et in hoc apparet error iuniorum dicentium Aristo. mouisse quæstionem, non autem soluisse: immo mouit & soluit. Quæsiuit enim utrum cuiuslibet quietis noue sit generatio. Et respondit ꝙ non, & hoc capiendo generationẽ pro ipso stare, quia quietis uiolentæ non est generatio hoc pacto. Ecce ꝙ mouit q. & soluit illam.

Interpretatio Arist.

K

Excerptũ.

Error Bar.

L

Præterea ipsum stare aut de motu qui est ẽm naturam in ipsum locum esse omnino uel proprie dici uidetur, aut simul accidere.

Expositio. Secundo idem probat ab interprætatione nominis: nam græci ipsum ιστασθε siue stare id proprie appellanṫ, quod est prope finem motus localis naturalis, aut finis illius: igitur nec uiolentæ quieti, nec motui uiolento competere potest. Inquit. Præterea ipsum stare aut de motu qui est secũdum naturam in ipsum locum esse omnino uidetur, aut ꝓprie dici, aut saltem simul accidere cum fine illius motus: igitur quies uiolenta, generatione quæ est ipsum stare, generari non potest, cum illi nominis interpræetatio non cõpetat. Et sic patet solutio ad qõnem scdam, cum quærebaẽ si uiolenta quies generatur. Solutio enim est ꝙ non generatur generatione quæ est ipsum stare. Sed utrum alio modo hoc prætermittit usꝗ; in octauum. Ibi enim dicetur ꝙ improprie generatur per defectum impellentis.

M

Text. 62. Quæstio tertia.

Habet autem dubitationem si quies quæ hic est, ei motui qui hinc est contraria sit? cum enim aliquid ex hoc mouetur, uel etiam ab eo abest adhuc id è quo abest, habere uidetur. Quare si hęc quies contraria sit ei motui, qui est ad contrarium, contraria simul erunt.

Expositio. Mouet tertiam dubitationem de eo quod dixit in oppositione quietis & motus: uoluit enim ꝙ quies in aliquo termino contraria sit motui ab illo termino. Obiicit itaꝗ; nũc contra, quia hoc dato, tunc contraria essent in eodem: deducitur, quia omne quod mouetur partim est in termino è quo, partim in termino ad quem. igitur haberet contraria saltem secundum partem. Inquit. Habet autem dubitationem si quies quæ hic est, ei motui qui hinc est, contraria sit? Et arguit ꝙ nõ, & inquit. Cum enim aliquis ex hoc mouetur, uel etiam, ab eo abest per alterationem uel aliũ motum, adhuc id è quo abest habere uidetur, quia omne quod mouetur partim est in termino è quo, partim in termino ad quem, quare si hæc quies contraria est ei motui qui est ad contrarium, contraria simul erunt saltem secundum partem. Quod uero ad uerba græca attinet, uerbũ illud abest, græce est αποβαλλει, qđ licet latine sonet, abiicit, melius sonat hic ut transtuli. Hæc est dubitatio. N

An aliqua ex parte quiescit, si adhuc manet. omnino, si quidem eius quod mouetur pars est illic: pars in eo in quod mouetur, quocirca & motus magis contrarius est motui, quàm quieti. De motu igitur quieteue, & quonam modo uterque unum est, & quæ atque qui quibus aduersentur: dictum est. Text. 63.

Soluit concedendo consequens, non enim est impossibile contraria esse simul secundum quid, non autem simpliciter. Inquit. An aliqua ex parte quiescit, & habet quicquã de termino è quo, si adhuc manet ille terminus, & non subito abiiciatur, ut fit in subitaria mutatione, cuius causam repetit. d. Omnino siquidem eius quod mouetur, pars est illic è quo mouetur, pars in eo in quod mouetur. Sic igiẽ non est impossibile contraria esse simul in eodem secundũ partẽ. Et quia motus contrarij, nec secundum totum, nec secundum partem esse possunt simul in eodem: propterea infert motum magis motui esse contrarium ꝗ̃ quieti, nam motus potest saltem secundum partem stare cum qete sibi contraria, cum motu uero contrario, nec secundum partem, nec simpliciter. Tunc epilogat. d. de motu igitur quieteue, & quonam modo uterꝗ; unum est, quia saltem secundum partem, ut nunc dictum est. & quæ quietes, que motus, quibus quietibus & motibus aduersentur: dictum est. Quæret primo quispiam quomodo possunt duo contraria esse in eodẽ. uidelicet quies in termino è quo, & motus, qui ad contrarium. Indicat Auer. solutionem dicens, & cum omne motum est diuisibile, ut post declarabitur, tunc motum non est quiescens in eo ex quo mouetur, nisi secundum partem, non secundum totum, atꝗ; simpliciter, quoniam dum mouetur, quædam pars eius est in eo ex quo mouetur, & quædam pars in eo ad quod mouetur: et sic non sequitur ut duo contraria sint in eodem subiecto. Hæc Auer. Et sic solutio est, ꝙ duo contraria sunt in eodẽ subiecto secundum diuersas partes. Et hoc est pro tanto, quia id quod mouetur est diuisibile, cuius una pars est in termino e quo: ratione cuius habet quietem in termino à quo. altera pars est in termino ad quem: ratione cuius habet aliquid de termino ad quem. & sic habet contraria secundum quid & secundum diuersas mobilis partes. Secũdo queres quomodo quies & motus contrarij esse possunt in eodem subiecto secundum diuersas partes, & non duo motus contrarij. Indicat etiam Auer. solutionem dicens, & ideo possibile est ut quies & motus inueniantur in duabus partibus moti, non autem est possibile, ut duo motus contrarij inueniantur in duabus partibus eius, sed necessario impediunt seinuicem, propterea subdit, motum & qetem congregari posse in eodem subiecto saltem secũdum diuersas partes, non autem motus contrarios. Est igitur solutio ꝙ duo motus contrarij sese impediunt circa idẽ, quia omne quod mouetur, mouetur secundum se & quodlibet sui. motus uero & quies non se impediũt, quia aliquid potest moueri secundum se & quodlibet sui, & quiescere secundũ se & quodlibet sui, saltem diuersis respectibus. Et hoc est uerum uniuersaliter in motu purè locali, nõ autem in motu alterationis, uel est uerum saltem de numero motus, ut recte iuniores sentiũt. Sed adhuc occurres quomodo idem potest moueri secundum se & quodlibet sui, & quiescere secundum se quodlibet sui. Respondet Auerr. ibidem dicens, & sciendum est ꝙ quies cõiuncta cum motu non est distincta a motu. i. in parte distincta, quia tunc aliquid moueretur in una parte, & in alia quiesceret: & sic mobile

Expositio O

P Quę Aver. com. 61.

Sc da dub.

Solutio Auer. cõmẽ. 61.

Q

Vide etiã ibi.

Tertia du.

Solutio auer. ibidẽ.

A mobile quod mouetur secundum se & quodlibet sui mouetur, & secundum se & quodlibet sui quiescit, non tamen eodem modo. Mouetur enim actu, quiescit uero in potentia: & per hęc patet duos motus non posse inesse actu eidē, quia non insunt nisi actu. quies uero & motus possunt inesse, quia inesse possunt hoc modo, ut quies insit potentia, motus autem actu. Et Auer. per quietem in potentia intelligit permanentiam sub termino ė quo, ut in motu locali, uel gradu termini ė quo in alteratione, uel auctiōe, aut sub dispōne termini ė quo, ut in generatione, sub qua mobile ipsum actu nō quiescit: igitur per quietē potētia, uult aliqd termini ė quo, sub quo mobile actu non quiescit, sed potest quiescere: sed res hæc est obscura non parum. Verum ne cōfundam materias librorum, ut multi stolidi faciunt, omitto hæc diligentius declaranda in .6. huius. com. 32.

Tex 54. Dubitatio tertia.

Dubitauerit autem fortasse quispiam & de ipso
B stare. Si & quies aliqua contraria his motibus, q præter naturam sunt, fit? Si igitur non fit, absurdum erit, quiescit enim quippiam: sed ui. Quare
Solutio. aliquod quiescens non sempiternum sine generatione erit. Sed patet id forte. Nam quemadmodum aliquid præter naturam mouetur, ita etiam
Expositio. præter naturam aliquid quiescit.

Hos textus non in quibusdam græcis codicibus reperimus, in quibusdam alijs asseritur non fuisse repertos, ut Auer. etiam testatur de arabicis translationibus, & Thomas bonus expositor meminit. Propterea Ioannes Argiropolus hos nō transtulit, sed siue sint Eudemi siue Theophrasti, siue cuiusuis alterius nos exponimus. Videtur igitur repetere quæstionem tactam, utrum uidelicet quies quæ motibus uiolentis contraria est, generetur ea generatione, quæ est ipsum stare, uel ne. Et hoc ait. dubitauerit au-
C tem fortasse quispiam & de ipso stare. & exponit dubitationem quam intelligit de ipso stare dicens. Dico, supple esse dubium de ipso stare, si & quies aliqua contraria his motibus, qui præter naturam sunt, fit supple generatione quæ est ipsum stare, uel ne: hæc est dubitatio: & arguit ad partem affirmatiuam hoc pacto. Quod erit, erit quies aliqua noua sine generatione, quia cum non fit per ipsum stare, nec alio modo: igitur sine generatione. Inquit. Si igitur non fit, supple generatione quæ est ipsum stare, absurdum erit: & ꝙ fit absurdum, probat per hoc, quia quiescit quippiam ut sensu patet, sed ui, & in hoc nemo dubitat. Et propterea infert: quare aliquod quiescens non sempiternum, sed nouum erit, & sine generatione. Sic igitur oportet concedere ꝙ ipsa quies uiolenta generetur generatione, quæ est ipsum stare. Propterea respondet concedendo quietem fieri, sed non per modum naturalem, sed præter naturalē, ideo ait, sed patet id fore: hoc est, patet quietem fieri de nouo, sed (ut dixi) non per modum naturalem, sed præter na-
D turalem. nam quemadmodum aliquid præter naturā mouetur: ita aliquid prēter naturam quiescit: igitur fit per modum præter naturalem, & ita fit non per generationē positiuam, quæ est ipsum stare, sed per generationem defectiuam, quæ est defectus impellentis. Solutio igitur Aristo. est quietem uiolentam esse quid factum, non per affectum & impulsionem, sed per defectum, & sic tollitur dubitatio. Et per hæc patet completa solutio dictæ dubitationis. Ex prima enim solutione habitum fuit, quietem uiolentam nō fieri generatione, quæ est ipsum stare & non plus: hic uero habetur, ꝙ fit non per affectum siue impulsionem, sed defectum uirtutis mouentis. & sic habet tota solutio. Auer. uero errauit primo, quia dicit Aristo. in præcedenti solutione uoluisse, ꝙ quies præter naturalis nullo modo habet generationem. Secundo, quia dicit ꝙ hic uult eam habere generationem, saltem a causa extrinseca facientem motum uiolentum. Ecce quomodo errat. nam Aristoteles in prima solutione dixit quietē non habere generationem, quæ est ipsum stare: hic ait illam habere generationem per modum præternaturalem. & sic imperite loquitur. Transla-

Qualis sit qes uiolenta & quo fit a ggenerata. Vide Egi. hic.

Error Aū. cōmē. 64.

tiones uero alias quas habebat Thomas nos nō legimus; propterea hæc sufficiunt. E

Text. 65. Scda dub. de motuū cōtrarietate.

Cum autem aliquibus motus secundum naturam præter naturamue insit: ueluti igni is motus, qui est sursum secundum naturam inest: is autem qui deorsum præter naturam, nunquid hic sit illi contrarius, aut ille qui est terræ? Hæc enim secūdum naturam deorsum fertur. An ambos illi cōtrarios esse patet: non tamen simili modo. Nam hic contrarius est illi, ut secūdum naturam: ille uero, ut secundum naturā existens ei qui præter naturam existit: & in quietibus similiter.

Expositio. Hæc est secunda dubitatio circa motuum quietumue oppositionem. & inquit. Cum autem aliquibus motus secundum naturam præter naturamue insit: ueluti igni is motus qui est sursum secundum naturam inest, is autem qui deorsum præter naturam inest. Quæritur nunquid hic sit illi contrarius, aut ille qui est terræ: hæc enim secundum naturam deorsum fertur. F Est igitur dubitatio utrum motui naturali ignis sursum sit contrarius motus eiusdem uiolētus deorsum, uel motus naturalis terrę deorsum? Respondet an ambos esse cōtrarios patet. Sed quia posses dicere uni unum tantum est contrarium: respondet non tamen simili modo: nam hic motus terræ naturalis deorsum contrarius est illi, ut secundum naturam, hoc est, eo modo quo naturale contrariatur naturali. Ille uero ut secūdum naturam existens, utpote motus ignis contrariatur illi qui est deorsum eiusdem, ut præter naturam existenti: uel sic. nam hic. i. motus ignis naturalis contrarius est illi terræ naturali, ut secundum naturam, hoc est contrarietate reperta inter naturale & naturale. Ille uero puta motus naturalis ignis etiam ei contrarius est qui est eiusdem uiolentus tanꝗ naturale præter naturali: non igitur est impossibile uni contrariari duo diuersis modis. Dicebatur enim supra motui naturali ignis esse contrarium motum uiolentum eiusdem contrarietate secundum quid: motum uero terræ contrarietate simpliciter. & sic non eodem modo. G Addit similiter esse de quietibus, quia quieti ignis sursum contraria est qes terræ deorsum simpliciter, & quies ignis deorsum secundum quid. Hæc omnia fuerunt dicta & bene examinata superius

An quies ī utroq; termino opponat. motui. Vide Gradecum escul lect. 9 huius.

Tertia du.

Forsitan uero quieti motus aliqua ex parte opponitur. Cum enim quippiam hinc mouetur atq; abest, adhuc id ė quo abest habere uidetur. Quare si ipsa quies cōtraria est ei motui qui hinc est in contrarium: si simul contraria erunt, si aliqua ex parte quippiam adhuc quiescit, manetue. Quippe cum eius, quod omnino mouetur pars est illic, pars est in eo ad quod mutatur: quocirca & motus magis cōtrarius motui est ꝗ quies. Quis igitur motus sit simpliciter unus: dictum est. Et de motu, atque quiete quonam modo unum sint ambo, & qui quæue quibus contrarii sint etiam dictum est.

H Expositio.

Tertia dubitatio erat utrum motui sit quies eius opposita contraria, & eodem modo quo motus motui cōtrarius est. huius solutionem nunc repetit: & inquit. Forsitan uero quieti motus aliqua ex parte opponitur. Et sic solutio est, ꝙ motui motus contrarius est simpliciter: quies uero aliqua ex parte & secundum quid. Et hoc exponit. d. cum enim quippiam hinc mouetur, atq; abest, adhuc id ė quo abest atq; mouetur, habere uidet: quia omne quod mouetur partim est in termino ė quo, partim in termino ad quē. Propterea infert quare si ipsa quies contraria est ei motui qui hinc est in contrarium, ita ut sit illi simpliciter contraria, simul contraria erunt in eodem: hoc enim sequitur. si aliqua ex parte quippiam adhuc quiescit in termino ė quo manetue in illo: quippe cum eius quod omnino mouetur

I pars est illic, unde mouetur, pars est in eo ad quod mutat. Demum infert id quod iam intulit. Et inquit, quocirca & motui magis contrarius est motus, ꝙ quies. nã motus motui simpliciter contrarius est: quies uero secundum quid, ut superius fuit expositum. Demum epilogat, & quod dicit patuit supra. Ex his, ut recte expositor noster animaduertit: patet hæc uerba non fuisse Aristo. quia eadem repetuntur ad unguem: fortasse enim fuerunt alicuius expositoris. Exponere tamen uolui illa, ob consuetudinem legentium. Sed circa calcem huius quinti quærũt multa dubia recẽtiores, quæ licet non sint peripatetica, nec temporibus Arist. uel bonorum peripateticorum excitata: tamen oportet illa diligenter pertractare, quia nostris temporibus sunt nimis famosa, ita ut qui illa ignorauerit, uideatur omnino cætera ignorare. Debes scire me ad quæstiones has quæ mouebuutur, non fore dicturum, quæ Aristo. & (margin: Quæstiões)

K alij peripatetici dixissent, sed quę sequuntur ex dictis eorũ. cum enim hæc dubia non erant temporibus illorum, nec solutiones dubiorum possunt reperiri ad uerbum in dictis illorum. Dicemus igitur ea quæ uel sequuntur ex dictis illorum, uel ad quæ minora repugnant. Est igitur prima q̃stio, utrum contraria secundum quid possint esse in eodẽ subiecto: ueluti caliditas & frigiditas. Et arguitur ꝙ non, quia loca contraria non possunt esse in eodem, igitur nec contraria alia id genus: antecedens nemo dubitat: igitur nec consequens. est enim idem iudicium. Ad oppositum est, quia mixtum est ex elementis contrarijs: & complexio ex qualitatibus contrarijs, unio apud Auer. ubiq;. Circa qõnem primo uenabimur positionem peripateticorum. Secundo, difficultates cõtingentes omnes remouebimus nam recitare quid ille tenet, quidue iste, ad ueritatis inquisitionem non facit. Solutio peripateticorum ad quæstionem est, ꝙ cõtraria possunt esse in eodem subiecto: non quidem simpliciter, sed secundum quid: uerum esse secundũ quid, põt esse uel secundum partes, & hoc pacto calidum et frigidum esse possunt in eodem, uel dispositiones partium. (margin: Prima qõ.; Põ ꝑipa.)

L & sic idem potest esse secundum quid in diuersis locis, qa secundum dispositiones diuersas, quæ sunt remotio & appropinquatio ad loca diuersa. Quo quidem ad secũdum nõ est dubium apud peripateticos: nemo enim dubitat mobile ipsum in loco, quia diuisibile est, esse propinquum termino è quo secundum unam sui partem, & propinquum termino ad quem secundum alteram: igitur loca contraria sunt in eodem secundũ quid, hoc est secundum dispositiones diuersas: non autem simpliciter. Hæc est aperte sententia Themistij in hoc q̃nto, in fine suæ paraphrasis, quã etiam sententiam Auer. accepit in commen. 62. huius q̃nti. Quare quo ad hanc partem clara est opinio peripateticorum, quam etiam Thomas bonus expositor, & Egidius bonus etiam peripateticus clarissimis uerbis in suis commẽtationibus acceperunt. Restat igitur uidere de primo utrum contraria esse possunt in eodem subiecto secundum quid, hoc est secuudum partes, non secundum tota. Thomas & Egidius & multi peripatetici tenentes mediam for (margin: Põ Thomę & Egi.)

M mam non componi ex extremis, nec actu, nec dipositiue, sed esse æque simplicem: sicut est quęlibet forma extrema, coguntur dicere contraria non posse esse in eodem subiecto, nec secundum partes, nec secundum tota: secundum partes quidem non, quia tunc media forma esset ex extremis actu, uel dispositiue, secundum tota uero minime, qa tunc contraria quatenus contraria essent in eodem, ut calidum ut octo, & frigidum ut octo, quod nemo dixit. Quo etiam fit ut apud istos quilibet gradus frigiditatis sit contrarius cuilibet gradui caliditatis, quia nullus gradus frigiditatis stare potest cum aliquo gradu caliditatis in forma media. Amplius coguntur concedere intensionem remissionemue formæ non fieri per admixtionem alicuius formæ contrariæ: sed penes recessum a non gradu fieri intensionem, remissionem uero penes recessum à summo. Huius exemplum est de motu in loco, nam quemadmodum illud quod est in loco medio inter sursum & deorsum, nõ (margin: Vide etiã Sco. 4. meta. q 4. &. 5. Vide & Albertũ de saxo. q. 9. huius. Primum excerptũ. Secũdum.; Exemplũ.)

N oportet esse in locis contrarijs, ita nec tepidum quod est medium calidi & frigidi, oportet habere aliquos gradus frigiditatis & aliquos caliditatis. Præterea. Vt id qđ mouetur sursum continuo altius fit per recessum è medio mundi, & accessum ad orbem lunarem: ita tepidum dum magis calefit, per recessum à non gradu calidi, & accessum ad summè calidum, continuo intenditur. Quod autem aliquid fieri possit continuo intensius, & non per admixtionem contrarij: patet primo de lumine, quod fit intensius ac intensius, & non per admixtionem. Secundo patet de curuo: potest enim aliquid effici magis uel minus curuum & non per admixtionem contrarij. Tertio etiam idem patet de uero: potest enim aliquid effici uerum & uerius ut secundo metaph. dicitur, & non per admixtionem falsi. Hæc igitur est positio expositorum, quam multi peripatetici iuniores, & etiam plurimi calculatores defendunt. Et pro hac positione enituntur arguere primo supponendo cõtrarietatem formarum attendi per se penes ratiões specificas. Est enim regula peripatetica, quicquid per se competit alicui indiuiduo alicuius speciei, per se competit cuilibet illius, ut secundo cœli Auer. plane ex uerbis Arist. colligit, commen. 49. & alibi. Igitur per contrarium qcq̃d per se contrariatur alicui indiuiduo alicuius speciei, contrariatur omnibus indiuiduis eiusdẽ. Ex hoc arguit: caliditas ut octo & caliditas ut duo sunt eiusdem speciei. igitur quicquid cõtrariatur caliditati ut octo, cõtrariabitur caliditati ut duo: igitur ut nihil frigidi stare potest cum calido ut duo. Secũdo, si cum qualibet qualitate remissa, staret opposita remissa, tunc nullum elementum medium esset simplex: deducitur consequentia quia nullũ elẽtũ mediũ sibi limitat ambas qualitates in summo, sed alteram tñ, aer enim remissam caliditatem, & aqua remissam humiditatem. sed cum illa non sit remissa, nisi propter admixtionem contrarij: igitur quodlibet illorum esset mixtum ex pluribus duabus q̃litatibus. Tertio, si contraria essent in eodem secundum (margin: Rõnes p põne pria O Prima rõ.; Scd'a rõ.; Tertia rõ.)

P partes, tunc nulla forma media esset per se una: ut nec tepiditas, nec rubedo, nec aliqua alia id genus: consequens est falsum, quia quælibet forma specifica est per se una. Et deducitur consequentia, quia causa quare ex aliquibus fit unum est, quia hoc actus, illud potentia est, ut dicitur octauo metaphy. sed nullum contrarium est actus alterius cõtrarij uel potentia illius: igitur ex contrarijs non potest fieri aliquid per se unum, igitur non possunt contraria esse in media forma. Hæc sunt argumenta peripatetica. Pro istis etiam calculatores arguunt. Primo, quia si caliditas successiue gradualiter acquiritur, sicut frigiditas successiue gradualiter deperditur, tunc æque ueLociter acquiritur caliditas sicut deperditur frigiditas, sed frigiditas quæ remittitur a gradu summo ad non gradum, remittitur ad subduplũ, & ad subquadruplum, & ad suboctuplum: & sic in infinitum. Igitur caliditas intenditur ad duplum, & ad quadruplum, & ad octuplum, & sic in infinitum: & per consequẽs nunquam remittetur tota frigiditas alicuius quin inducat infinita latitudo caliditatis. Secundo, si aliquis gradus frigiditatis cum aliquibus gradibus caliditatis simul starent in eodem subiecto, tunc idem simul esset calidum, & frigidum, hoc est impossibile. Et deducitur cõsequentia ꝑ hoc, quia quodlibet subiectum potest denominari a forma, q̃ est in ipso: quare si in eodem subiecto esset caliditas: & frigiditas, illud esset simul calidum & frigidum. Tertio applicetur infrigidans alicui calido, ut octo in hoc instanti quod est præsens, & quæro uel in hoc instanti quod est præsens, introduxit in illo aliquam frigiditatem, uel in instanti immediato illi, uel mediato: non in instãti quod est præsens, quia non potest esse motus in instanti: nec in instanti immediato, quia non est instas immediatum instanti. igitur induxit illam in instanti mediato. sed inter quælibet duo instantia mediat tempus: igitur tempore medio non induxit illam frigiditatem in illo calido ut octo, & continuo in illo tempore medio illud infrigidãs remisit. igitur cum aliqua qualitate remissa non stat aliquid sui contrarij, & ita positio (margin: Rõnes calculato. Prima rõ.; Q Scd'a rõ.; Tertia rõ.)

A positio falsa, quæ ait: cum uno contrario remisso semper stare alterum remissum. Multæ aliæ rationes fieri possunt pro hac positione, sed hæ sunt potiores & magis peripateticæ. Et si uis plures perquire calculatores & Albertillam, qui innumeras & inutiles edunt. Auerro. uero motum alterationis ubiq; mixtioni comparat, & propterea tenet, quod quemadmodum in mixto sunt elementa actu non complete: sic in forma media sunt extremæ formæ remissæ, quibus agitur dicere contraria posse esse in eodem subiecto secundum partes, non secundum totum: ex quibus partibus saltem dispositiue resultat forma media. tenet hoc Auerro. de complexione secundo de generatione. commen. 47. ubi concedit in complexione esse extrema, sed non æqualia ad pondus, ut Gal. dixit, sed semper altero prædominante. idem etiam decimo metaphysi. commen. 23. Idē & in tertio cœli. commen. 67. & quarto meteororum. cōmen. 10. ubiq; enim Auerro. defendit contraria posse esse actu in subiecto eodem: non quidem secundum tota, sed secundum partes: quæ partes sunt forma ipsa media, uel disponunt ad formam mediam. Et tunc iuxta hanc positionem calculatores & iuniores peripatetici multa concedunt. Primo enim concedunt, quòd tandiu partes contrariorum possunt esse simul: quandiu congregatum ex illis non excedit latitudinem alterius. nam non penes rationes formarum attenditur contrarietas, sed penes quantitatem graduum. Et propterea gradus caliditatis quinque & gradus frigiditatis quatuor non sunt simul, quia aggregatum est ut nono modo latitudo est ut octo alterius. Possunt igitur stare quatuor & quatuor: quinq; & tria, & uniuersaliter tot & tot: quot non excedunt latitudinem alterius extremi. Et ad hunc sensum Aristote. definit contrarietatem decimo metaphysicę. ait enim contraria sunt quæ sub eodem genere maxime distant. Nam calidum ut duo & frigidum ut duo specie differunt sub eodem genere: non tamen sunt contraria, quia non maxime distant, quia non quo ad totas latitudines. bene autem calidum ut octo, & frigidum ut octo. nam specie, & maxime distant. Secundo concedunt intensionem & remissionem formę fieri per admixtionem contrarij, & non penes recessum à non gradu, uel accessum ad summum. Pro hac positione iuniores multipliciter arguunt. Primo si in tepido non esset aliqua frigiditas cum aliqua caliditate permixta: tunc in illo non esset aliqua resistentia ad calefaciendum uel frigefaciendum. quod est contra sensum. Et deducitur consequentia, quia si in tepido est sola caliditas remissa sine frigiditatis permixtione: tūc cum minor caliditas non resistat maiori: cum stet cum illa, uelut nec econtra maior minori: tunc si aliquod calidius illi approximaretur subito ipsum assimilaret. Eodem modo argui potest: si dicitur in tepido non esse nisi frigidum remissum. Secundo: nisi esset uera positio, tunc minus calidum non remitteret magis calidum: immò magis intenderet: ueluti nec minus lumen remittit maius. tenet consequentia, quia remissio fit à contrario. Tertio: agat à. calidum in b, frigidum: ipsum remittendo, & quæro cum ipsum b. est aliquantulum remissum: utpote ad gradum unū: uel remanet aliquid prioris frigiditatis, uel nihil. si nihil: igitur æque cito corrumpetur maxima & minima frigiditas. tenet consequentia, quia ita & æque cito frigiditas ipsius b, fuisset corrupta, si esset maxima: ueluti si esset minima. Si uero aliquid remanet prioris, & à. agens aliquid egit. igitur duo contraria esse possunt in eodem saltem secundum partes. Et quòd huic positioni magis assentiatur Aristoteles: facile ex dictis suis colligi potest. Ipse enim in hoc quinto dixit: id uero quod est minus, admixtione etiam contrarij semper est tale: ubi Auerroes pro sua opinione animaduertens in commento illius partis. 45. ait. quòd diminutum in omni genere est diminutum per mixtionem contrarij. Themistius etiam uir summus in paraphrase illius partis ita dicit, porro quod minus est, quodq; de partibus est: cōstituitur & temperatur permixtione contrarij. Hæc Themistius. Præterea tertio topicorum, capite nono ita dicit, & quæ in contrarijs: magis talia sunt in permixtione contrarij: ut albius nigro impermixtius. Ecce quomodo pro regula ponit intensionem uel remissionem fieri mixtione contrarij. Præterea. In isto quinto soluens dubitationem tertiam ita dicit: an aliqua ex parte quiescit: si adhuc manet. omnino si quidem eius quod mouetur pars est illic: pars in eo in quod mouetur. ubi aperte uult mobile dum mouetur habere aliquid de quiete quę est in termino è quo. & aliquid de quiete in termino ad quem, & ita contraria esse possunt saltem secundum partes simul: ut Auerroes animaduertit, commento. 62. Idem Aristote. & Auerroes clarius in sexto huius. commento. 32. Præterea. Et in hoc quinto ait. Est enim quodammodo medium ipsa ultima: unde & hoc ad illa: & illa ad hoc quodam modo contraria dicuntur. & sic in medio sunt extrema saltem secundum partes. ubi Auerroes commento sexto inquit: & causa in hoc est, quoniam in medio sunt duo extrema in media dispositione. Themistius etiā ibi ait. inter media participatione & confusione utriusque contrarij coalita temperataque uideri. Ex his uidetur positio Auerrois magis peripatetica, quàm illa expositorum.

Pō Auer. Vide Sco. uliter. d 15. secundi.

B *Quę calculatores.*

C *Prima rō.*

Secūda rō.

D *Tertia rō.*

Pro pōne Auer. assentit Aristo.

E

Ad rationes igitur quæ pro expositoribus erant, & contra Auerroem facile solui potest. Ad primam dici potest, quòd nulli formæ competit contrarium per se, sed ratione quantitatis graduum. tunc concedo quòd quicquid per se contrariatur caliditati ut octo: contrariatur cuilibet indiuiduo caliditatis eiusdem speciei per se. & nego quòd caliditati ut octo contrariatur frigiditas ut octo per se, sed solum ratione quantitatis graduum, iuxta positionem Auerrois, & istorum iuniorum. Nam contrariæ formæ dicuntur, non pro rationibus formarum: sed pro quantitate graduum formarum. Sunt enim contraria quæcunq; sub eodem genere maximè distant. Ad secundam dici potest uno modo: quodlibet elementum requirere ambas qualitates in summo. ut Auerroes uelle uidetur tertio cœli. commento. 67. ubi asserit elementa suis in formis remitti pro ratione remissionis suarum qualitatum. Et si inueniretur dicere quòd elemētum requirit alteram tantum in summo: forte intelligit illud secundum opinionem Auicen. & forte intelligit quòd alteram requirit in summo: hoc est per se primo. Alii concedunt ipsum aerem esse minus calidum quàm humidum, & concedunt in illo esse quid frigidi: non propter hoc est mixtus, quia mixtio est formarum substantialium: non qualitatum. Sed hæc solutio non est Auerroica: ut patet tertio cœli. Ad tertiam respondet Auerrois, quòd secus est in fieri: secus in facto. in fieri enim esse potest forma media per aggregationem, quæ est una: non quia altera pars sit actus, altera potentia: sed quia ambæ sunt actus subiecti. in facto uero ut dicit Auerrois. decimo metaphysicę. commento. 23. & secundo de generatione. comment. 47. media forma est una: ut complexio, quia semper alterum contrariorum prædominatur, quia non dicitur æquale ad pondus in facto. Modo illud prædominans se habet ut forma: alterum uero cui prædominatur, se habet ut materia. Ad rationes calculatorum, Ad primam dico, quòd æque uelociter acquiritur caliditas, sicut deperditur frigiditas: quia tantam latitudinem acquirit caliditas quantam deperdet frigiditas, & in tempore æquali. Et negatur quòd caliditas intendatur in infinitum, ut frigiditas remittitur in infinitum. nam licet æque uelociter caliditas intendatur, ut frigiditas remittitur: non tamen æque proportionaliter. Et sic non est impossibile in infinitum aliquam caliditatem acquiri, ut ipsum infinitum syncategorematice tenetur: sicut etiam in infinitum remittitur frigiditas syncategorematice. Ad secundam dico, quòd denominatione comparatiua medium dicitur album, &

Solō rōnū cōtra auer.

F

G *De remissione & itēsione formarum. Vide Sco. d 17. i. q. 3. & 4. Et Grego. arimi. eadē di. ptotum*

H

I nigrum, quia album ad nigrum, & nigrum ad album, ut
dixit Aristotel. denominatione uero absoluta nec album
dicitur nec nigrum: licet sint in ipso, & albi, & nigri
partes, & ideo denominabitur à forma media ex illis
composita ut rubrum uel fuscum, & id genus. similiter &
de tepido, & alijs medijs id genus. Ad tertiam iuxta men-
tem Auerro. oportet concedere dari primũ in motu quod
est minimum, & tunc datur prima applicatio: per quam a-
gens naturale introducit minimum caloris, & remittit mi-
nimam frigiditatem, ut uidebitur in sexto huius. Iuxta uero
calculatores nec datur primum nec ultimum, & propterea
non datur primum applicatum esse, sed bene per negatio-
nem de præsenti. nunc agit, & immediate post hoc aget: &
hoc pacto concedo in infinitum immediate post hoc age-
re, ubi concedendum erit in infinitum paruam frigiditatem
esse introducẽdam in calido corrũpendo. sed de hoc alias.

K Et sic rationes contra Auerroem nullæ sunt. Rationes ẽt
contra expositores minime ualent. Ad primam dico, ꝙ
tepidum differt specie à calido & frigido: est tamen uirtute
ambo, & propterea quia uirtute continet frigidum; resistit
calido, & quia uirtute continet calidum resistit frigido.

Defensio positionis expositorũ

Ad rationem dico, quòd tepidum nec est calidum remis-
se, nec frigidum remisse: sed ambo uirtute, & propterea re-
sistit. unde caliditas minor quæ est pars maioris non resi-
stit maiori: sed caliditas minor comparatiue, nullius est ps,
sed specie diuersa ab extremis bene resistit inductiõi utri-
usque extremi. Sed replicabis. nam magis & minus non
uariant speciem, sed tepidum dicitur minus calidum: igitur
est eiusdem speciei cum calido. Dici potest negando mi-
norem. tepidum enim nec calidum dicitur nec frigidum;
nisi comparatione, ut rubrum dicitur album & nigrũ. Vbi
tamen magis & minus essent in eadem forma: sic non ua
riant speciem, ut calidum ut octo, quod continet calidum
ut quatuor, & ut sex; semper est unum in specie, & ambo
illa sunt eiusdem speciei. Ad secundam dici potest, quòd

Replica

Solutio

L minus calidum quod est pars maioris calidi, nunquam re-
mittit illud: sed minus calidum quod differt specie ab illo:
bene remittit, ueluti tepidum. Hæc solutio est tenendo me
dium illud differre specie ab extremis: Sed si teneamus ꝙ
non differt specie: adhuc facile respondetur ad has duas ra-
tiones primas. Ad primam dico, quòd tepidum est cali-
dum ad frigidum, & frigidum ad calidum, & propterea re
sistit utrique. Et quando dicitur caliditas minor, quando est
pars maioris non resistit illi: dico quòd nulla qualitas ha
bet partes, & quòd tepidum nullius qualitatis est pars: sed
differt à quolibet extremo numero. Per idem ad secundũ
dico, quòd tepidum est minus calidũ, sed nullius est pars,
quia caliditas est forma simplex, & propterea resistit utri-
que extremo. Ad tertiam dico & concedo casum; etiam
concedo quòd nihil prioris remanet, quia per actionem a-
gentis. à in. b tota forma prior corrumpitur, & noua me-
dia generatur, ut dicetur in quæstione sequenti. Et concedi
tur quòd æque cito corrumpetur maxima & minima, sed
non per generationem nouæ formæ æque distantis à non

M gradu. Si enim. à agit in calidum ut octo, quàm cito remit-
tit illud, tam cito generatur noua forma media: & si egisset
in calidum ut quatuor etiam æque cito corrupisset illud. ue
rum id quod generatur ex corruptione unius non est ęqua
le ei quod generatur ex corruptione alterius. nam id quod
generatur ex corruptione calidi ut octo est tepidum plus
distans à non gradu caloris quàm illud quod generatur ex
corruptione calidi ut quatuor. Ad authoritates Aristotelis
dicemus, quòd causa intensionis & remissionis est per se
recessus à non gradu, & accessus ad summum. Causa sine
qua non est admixtio contrarij uirtualiter contenti in for-
ma media: non actualiter ut uoluit Auerroes. Et sic tollun-
tur omnes authoritates, ut patet consideranti. Ad rationes
pro & contra factæ in principio quæstionis ex dictis patet

Secunda q. solutio. Secundo quærunt, utrum in intensione qualitatis

qualitas acquiratur tota simul, uel per partem post partẽ, N
utraque remanente. Et licet hæc quæstio sit apud calculato- Vide & Albe. de sax. q. ic. huius.
res ualde celebrata: decreui dicere quædam & peripateti-
ce. Et primo dicemus quid sentiant expositores; deinde
quid Auerroes. Dicamus primo quòd expositores cogun Positio Thomæ & Egidii.
tur dicere quamlibet qualitatem per alterationem acquisi
bilem non esse compositam ex parte & parte, quæ sint res
diuersæ, quia uel illę partes numero differunt aut specie.
non possunt specie differre, quia tunc haberem quòd quæ
libet qualitas indiuidua est simplex: nec numero, quia non
possunt plura accidentia numero differẽtia secundum eos
esse in eodem subiecto numero. Quare quælibet qualitas
per alterationem acquisibilis est simplex: non composita
ex parte & parte: nec gradu & gradu, quę sunt res diuersę.


Secundo coguntur dicere aliquam qualitatem esse altera O
intensiorem uel remissiorem: non quidem per additionem
partis ad partem, uel gradus ad gradum: cũ omnis sit sim-
plex & impars; sed per maiorem accessum uel recessum à
summo & à non gradu. Sed dices expositores uolunt for Replic.
mam esse intensiorem per maiorem radicationem in subie
cto: igitur non per maiorem recessum uel accessum ad non
gradum. Dici potest quòd aliud est esse intensum uel re- Solutio.
missum penes aliquid ut penes causam effectricem, & a-
liud ut penes regulam uel formam. Causa intensionis for-
mæ effectiua est maior radicatio: sed causa formalis, uel re
gula est recessus à non gradu, uel accessus ad summum, uel
clarius penes quid attenditur intensio esse potest: penes ali-
quid tanquam penes causam, & penes aliquid tanquam
penes mensuram. Intensio est penes maiorem uel mino-
rem eradicationem in subiecto tanquam penes causam: at
tenditur autem penes recessum à non gradu uel accessum
ad summum tanquam penes mensuram: & sic tollitur con P
tradictio in dictis expositoris. Iuxta hanc positionem iu- Quę iuniores peripatetici.
niores peripatetici concedunt per alterationem omnem
formam præexistentem totaliter corrumpi, & aliam de no
uo totaliter generari, ueluti in motu locali est continuo a-
liud atque aliud ubi. Secundo concedunt nullam formam in
tendi uel remitti, quia nulla eadem numero forma manet
è principio ad finem: sed bene subiectum per formam fit
intensius uel remissius tale. Tertio concedunt, quòd licet Quales fiunt illi gradus & an forma intensa & remissa sint eadem numero. Vide can. q. 3. hui & ibi multa.
quælibet qualitas per alterationem acquisibilis sit gradua
liter indiuisibilis: tamen quælibet est diuisibilis secundum
partes subiecti quantitatiuas. Sed replicabis quia exposi
tores uolunt fluere formam eandem è principio alteratio-
nis usque ad finem secundum essentiam: non autem secun-
dum esse. igitur non est continuo alia atque alia in motu alte
rationis. Dici potest quòd continuo est alia atque alia nu-
mero, & hoc est dicere secundum esse: eadem tamen secun
dum essentiam: hoc est rationem specificam. Nam quàm
cito acquiritur aliqua caliditas: tam cito acquiritur tota es-
sentia specifica caliditatis, & illa nunquam deperditur se- Q
cundum rationem: licet sit alia atque alia numero. Sed iu- Dubitatio Solutio Vide Ioã. ca. q. 3. h9.
xta hanc positionem dubitaueris forsitan quid sit non gra
dus: quidue gradus. Dici potest non gradum esse priua-
tionem qualitatis: quæ priuatio est terminus, unde qualitas
incipit: gradus uero est qualitas ipsa, quæ aliquantulum
distat à non gradu. propter quod omnis qualitas quæ non
est non gradus; est gradus. Pro hac positione uidetur Quæ propõne Thomæ & Egidii.
authoritas Aristotelis in isto quinto, qui ait qualitatem esse
diuisibilem solum per accidens: at ubi haberet partem &
partem, quæ in motu ambæ remanerent: esset diuisibilis p
se. Amplius Auerroes primo huius. commento. 15. ait. om-
nem multitudinem esse aut rerum quæ differunt quãtitate,
aut quæ differũt forma: igitur si qualitas præcedẽs & quali-
tas sequens essent distinctæ in eodem subiecto, atque in ea-
dem subiecti parte: tunc uel essent distinctæ quantitate, &
hoc non, quia sunt in eadem subiecti parte uel specie, &
hoc minime, quia in intentione semper caliditas sequens
est eiusdem speciei cum præcedente, aut si est alterius spe-
ciei.

A: ciei.hoc uolo, ꝙ nõ maneat eadem numero, sed sit alia atq; alia numero & specie. Pro hac positione solẽt fieri plures
Prima rõ. rõnes fortissimę. Prima rõ est ꝙ nisi hoc esset tunc luminosum finitum posset producere lumen infinitum, probatur.



B

Et si unum corpus luminosum ut.à quod sit ut octo illuminans, & illuminet.b lumine ut quatuor, quod.b distet ab eo per bipedalem distantiam, & moueatur. à luminosum uersus.b punctum per medietatem illius distantiæ adęquatę in hora, quo dato: tunc in fine horæ erit in ipso. b lumen infinitum, quia quolibet instanti horæ futuræ. à producet aliquem gradum luminis in.b per quem gradum ipsum.b erit magis ac magis illuminatum: sed infinita erunt instantia: igitur infinita erunt lumina in ipso.b producta: quorũ quodlibet erit intensius gradu ut quatuor. igitur in fine horæ erit infinitæ illuminatum.
C
Secũda rõ Secũdo solet argui. si aliqua forma sit gradualiter diuisibilis: sit illa albedo, & arguo sic. à albedo est perfectior in duplo sua medietate, quia per se habet partem & partem, quæ medietas est perfectior.b nigredine. sequitur. à albedinem esse perfectiorem, ut duplũ ad.b nigredinem, & cum. à albedo est perfectior ut quadruplum ad suam quartam, quæ quidem quarta est perfectior nigredine: igitur est perfectior in quadruplo. b nigredine, & sic in infinitum secundũ partes proportionales albedinis.à igitur.à albedo est infinitæ perfectionis, quia infinitæ perfectior.b nigredine. igitur nõ habet partes.
Tertia rõ Tertio solet argui, quòd si qualitas præcedens maneret cum sequenti: tunc aliquod finitè calidum infinitum calorem posset producere, quod est contra omnes peripateticos, & consequentia deducitur, quia sit.à aliquod finitè calidum, quod in prima medietate horæ corrumpat medietatem.b frigiditatis summæ: inducendo medietatem caliditatis summæ. Cum igitur in secunda parte proportionali horæ resistentia ipsius.b sit in duplo minor: tunc.à in duplo uelocius aget. & ita si secunda pars proportionalis horæ perdurarent quantum prima. à calidum duplam deberet inducere
D
caliditatem ad illam quam induxit in prima horæ medietate. igitur cum durat in duplo minus. à agens in secunda medietate proportionali horæ, debet inducere per se tantã quantam induxit in prima, & cum in tertia parte proportionali eiusdem horæ resistentia sit in duplo, & in quadruplo minor, quàm prius erat: tunc in tertia parte etiam tantum debet inducere. Quare cum tales partes proportionales sint infinitæ, in quarum qualibet induxit tantum, quantum in alia, & cum præcedens maneat cum sequenti: igit. à agens in fine temporis introduxit caliditatem infinitam, quod erat propositum.
Quarta rõ Quarto solet argui sic. si qualitas habet partes quæ in motu omnes remanent: tunc in infinitum remissa caliditas staret simul in eadem parte subiecti cum caliditate summa, quod uidetur impossibile, & deducitur consequentia: dato quòd aliquid incipiat calefieri à non gradu ad gradum summum inclusiue. nam tunc antequam illud habeat gradum summum habet gradum in duplo remissiorem, & in quadruplo remissiorem, & sic in infinitum: postquam incepit calefieri à non gradu. Quare si pcedens manet cum sequente: infinitum remissius manebit cum summo, quia in duplo remissius summo manet cum summo, & in quadruplo remissius: & sic in infinitũ. E
Quinta rõ Quinto solet argui ponendo ꝙ. à sit aliquod calidum ut octo debes sibi assimilare.b frigidum ut quatuor. Et quæro utrum ipsum.à subito corrumpet illos quatuor gradus frigiditatis ipsius.b aut successiue. si subito: igitur continuo est alia atq; alia qualitas quæ per motum acquiritur: sine parte & simplex. Non successiue, quia tunc aliquod agens applicatum alicui passo non ageret in ipsum remoto omni impedimento. nam. à agens æque applicatum est omnibus gradibus ipsius b. & tamen non agit in omnes gradus ipsius b, sed potius in unum quàm in alium.
Sexta rõ Sexto solet argui, qđ dato opposito positionis: tunc cum caliditate summa staret aliqua frigiditas. Deducitur cum caliditate remissa, utpote cum caliditate ut quatuor stat aliqua frigiditas, sed caliditas ut quatuor stat cum summa caliditate. calidũ enim F ut octo habet etiam calidum: ut quatuor: igitur cum calido ut octo stabit aliqua frigiditas, & sic caliditas non habet partes. Hæc est prima positio, & sunt hæ rationes huius positionis, & licet possint adhuc aliæ plures induci: hæ sunt (ut mihi uidetur) potiores.
Obones. Rationes Iacobi Forliuię. Contra tamen hanc positionẽ solent fieri rationes non paruæ à calculatoribus. Forliuias enim ille arguit primo quòd hac positione data: tunc aliqua latitudo qualitatis difformis esset indiuisibilis intensiue, quod ipse reputat falsum. Primo quia tunc illa esset subito acquisibilis uel deperdibilis. Secundo quia tunc aliquod magis & minus tale esset ex partibus indiuisibilibus compositum, ut. à latitudo ex.b & c quarum qualibet esset indiuisibilis. consequentiam uero deducit, sed satis confuse. Potest tamen breuiter deduci, quia latitudo. à non plures partes habet in parte.b quàm in parte.c uel.d. igitur est indiuisibilis. antecedens est positionis. quare & consequẽs. G
Secũda rõ Secundo arguit, quia data positione ex ea sequitur omnẽ



alterationis motum esse infinitæ uelocitatis, quod est contra philosophos, & deducitur consequentia, quia quælibet H qualitas, quæ inducetur est infinitæ modicæ resistentiæ, & alterans omne est alicuius certæ uirtutis actiuæ, sed cuiuslibet uirtutis actiuæ ad infinitam modicam resistentiam est proportio infinita: igitur quodlibet alterans alterabit ab infinita proportione, & ita infinite uelociter. Quòd autem quælibet qualitas sit infinite modicæ resistentiæ: ex eo patet, quia si aliqua qualitas sufficeret per certum aliquod tẽpus alicui agenti resistere: esset alicuius resistentiæ, & si per tempus præcise in duplo minus: esset in duplo minoris resistentiæ. igitur si per nullum tempus posset resistere uel per infinite modicum: nullius aut infinite modicæ resistentiæ esset, sed quælibet talis qualitas non sufficit resistere, quia quælibet subito deperditur uel saltem est apta deperdi. igitur totus motus erit infinite uelox.
Tertia rõ. q.10. & 11. Tertio arguit Albertilla si in intensione & remissione esset continuo alia & alia qualitas: tunc summa caliditas subito corrũperet, quod uĩ absurdum. esset. n. tunc caliditas summa nõ maioris resistẽtiæ ꝙ remissa. consequentia patet, quia cũ. à frigidũ incipit

I in.b calidum summe: subito ipsam corrumpit, & aliã generat, quia per positionem continuo est alia atq; alia. *Quarta rõ* Quarto: tunc frigidissimum posset generare omnem caliditatem citra summã: quod uĩ absurdum, & deducit, qa frigidum põt remittere caliditatem summã, sed illa remissa est total'r alia, & non generata nisi à frigidissimo remittẽte. quare ut supra. *Quinta rõ* Quinto: tunc caliditas remissa posset agere in duplo intensiorem caliditatem ipsa, ut si caliditas sicut duo remitteret caliditatem sicut quinq;, quæ remissa efficeretur sicut quatuor totaliter alia à præcedente secundum opinionem. Contra etiam hanc partem facit obseruatio de lumine lumini superaddito: ubi patet illa esse duo, quia duas efficere possent umbras baculo uel alio opaco quouis superposito. K Et etiam authoritas Aristotelis in libro de generatione, ubi dicit manere qualitatem communem in generato & corrupto, & patet illam esse intensiorem in generato quã corrupto quandoq;, & quandoq; econtra. Multæ rationes fiunt hincinde, sed quia disputantur pro utraq; parte, & sunt qui illas bene soluerunt, has uolui sufficere. Esset enim finis huius quinti multo maior toto quinto. *Vide etiã lãd q 9. hᵒ An forma secũdũ quã est motus sit una numero a pñcipio motᵒ usq; in finẽ* Secunda positio est cæterorum peripateticorum, qui tenent qualitatem per alterationem acquisibilem esse & intensiue & extensiue diuisibilem: sed de modo quo augetur uel remittitur, non eodem modo dicunt. Auerroes enim & Themistius defendere uidentur qualitatem intendi uel remitti per maiorem uel minorem admixtionem cum suo contrario, & ita quælibet ita successiue acquiritur ut illi contraria successiue deperditur. Calculatores uero defendunt qualitatem intendi uel remitti per additionem partis gradualis ad partem gradualem in eodem primo subiecto: utraq; remanente: & sic potius per accumulationem qualitas intenditur, quã per recessum à non gradu, uel per admixtionem cum contrario paruam. *Dubitatio bona* Sed tunc iuxta has positiões nõ parua est quæstio: quid sint isti gradus an partes essentiæ caliditatis, uel partes esse illius. *Soło pria* Quidam, gradus formæ uoluerũt esse indiuisibilia formæ, ueluti puncta lineę: & ita quemadmodum nec tempus ex momentis, nec linea ex punctis componitur: sic nec qualitas ex gradibus, sed ueluti momenta terminant & copulant partes temporis, & puncta partes lineæ: sic gradus copulant & terminant partes qualitatum, & propterea nullus gradus est altero intensior uel remissior, sed solum ratione latitudinis quã terminat. L dicitur enim gradus ut octo intẽsior gradu ut quatuor non quia plures partes intensiuas habet, est enim simpliciter indiuisibilis, sed quia intensiorem latitudinem terminat. *Cõfutatio* Sed hæc solutio non est ad propositum, quia licet bene de gradibus loquatur, quid sint, & quid non sint: non tamen respondet an partes formæ sint partes essentiæ formæ, uel partes ipsius esse formæ. *Soło scďa* Alij dixerunt partes graduales non esse partes essentiæ, quia tunc essent partes essentiales uariantes speciem. Octauo enim metaphysicæ dicitur formas esse sicut numeros, & propterea dicunt tales partes attinere ad esse formæ. Est enim essentia cuiuslibet formæ, ut Boetius dicit in indiuisibili consistens. *Soło auer.* Auerroes uero uidetur uelle partes tales non modo esse partes attinentes ad esse, sed ad essentiam, ut tertio cœli. commen. M 67. dicitur. per has enim non modo intenditur esse formę, sed essentia. *Sol. ppria* Et dici potest partes essentiales interdum sumi pro partibus diuersarum rationum, ueluti sunt genus & differentiã respectu definitionis, & materia & forma respectu compositi naturalis: interdum pro partibus essentiam constituentibus. Et hoc pacto dici possunt partes essentiales: non primo modo. *Secũda du.* Secundo iuxta hæc quæres unde constitutum ex his partibus est unum. *Solutio.* Dici potest illud eẽ unum unitate rationis, quæ saluatur in omnibus partibus.

Secundo: omnes efficiuntur unum numero, quando motus terminatur, quia una pars est prædominans, & altera cui prædominata secus est in fieri. *Tertia du.* Tertio dubitant propter quid in quibusdam contrarijs dantur media diuersarum rationum, ut inter album & nigrum: nõ autem in omnibus, ut inter calidum & frigidum. *Prima soło* Respondent quidam tepidum esse alterius speciei ab utroq; extremo, quia uirtute continet extrema. N *Scďa soło* Alij dicunt tepidum esse calidum remisse ad frigidum, & frigidum remisse ad calidum. Et tũc dicunt ad rationem aliter esse in apparitiõe, aliter in esse: obiectum enim tactus consistit in esse, & propterea oẽ quod tangitur est calidum uel frigidum, uel remisse alterum horum. In apparitione uero quædam esse possunt, quæ non sunt in re, ut patet de quarto colore yridis tertio meteo. & propterea in esse omnis color est albus uel niger: in apparitione uero potest esse rubeus, & id genus. *Defensio scďæ põnis & sol'o rõnum ppria positione* His habitis ad rationes contra hanc positionem solui potest facile. Ad primum enim dici potest argumentum ualere si. à produceret infinita lumina non communicantia, quorum quodlibet sit intensius lumine ipsius b, ut quatuor. tunc enim produceret lumen infinitum, & propterea dicitur ꝙ. à in nullo instanti producet lumen aliquantulum ad lumen. b sed tantum gradum luminis. O In tota tamen hora producet totum lumen à gradu ut quatuor usque ad gradum ut octo, quod quidem nõn erit intensius quàm lumen à non gradu ad gradum ut quatuor, sed præcise æque intensum. Producet igitur. à infinita lumina in hora sequente, sed nullũ erit ita intensum sicut lumen ut quatuor, & licet lumen ut octo sit duplum ad lumen ut quatuor: non tamen totum illud producitur ab. à in hora, sed dimidium illius. Ad secũdam dici potest negando consequentiam. nam cum dicitur. à albedo est in duplo perfectior sua medietate, & in quadruplo sua quarta: continuo fit mentio de perfectione graduali sub eadem specie contenta, sed cum dicitur: quælibet albedo ut medietas & quarta, & sic de alijs, est perfectior nigredine. comparatur albedo nigredini in perfectione essentiali & specifica, & ita negatur ꝙ. à albedo sit infinitæ perfectionis. *Replica* Et si dicitur. à albedo est dupla ad suam medietatem, & quadrupla ad suam quartam, & infinitæ culpa ad suam infinitam partem modicam: igitur infinita. *Solutio* Negatᷓ consequentia, quia est dupla per partes communicantes, & quadrupla similiter, & propterea non ualet. Aliter ad primam respondẽt nonnulli, ꝙ non dantur instantię in tempore, & intellige saltem in actu, & sic non dantur partes luminis productę nisi in potentia, & sic lumen est infinitum in potentia per diuisionem in infinitum. P Ad secundam ẽt aliter respondet negando consequẽtiam, & cum probatur, quia albedo est plus quã in duplo perfectior nigredine, & plus ꝙ̃ in triplo & sic in infinitum, & cum hoc nigredo est alicuius perfectionis certe: igitur albedo est perfectionis infinite. Negatur consequentia, sed si deberet ualere, deberet addi ꝙ albedo & nigredo sint inter se cõparabiles, & eiusdem speciei. Sed quia sunt diuersarum specierum; ideo albedo est infinitus perfectior nigredine, sed semper per eandem numero essentialem perfectionem & finitam. Ad tertiam dici potest negando, ꝙ si duplo minor resistentia sit in secunda parte proportionali horæ, ꝙ propterea in duplo uelocius agat, quia agens non modo ratione minoris resistentiæ agit uelocius, sed contrarietatis. modo quia in illa secunda parte horæ est minor contrarietas; ideo actio non est in duplo uelocior. Q Ad quartam dici potest concedendo totum: in summe enim calido est remisse calidum, & si dicitur: igitur summæ calidum est remisse calidum. negatur, quia denominatio fit à prædominante. In bipedali enim est infinita parua magnitudo: tamen totum denotatur bipedale à maxima quantitate. Ad quintam dico, ꝙ. à successiue remittit frigiditatem ipsius. b & potest concedi. à agens applicatum passo non agere in ipsum remoto impedimento, quia solet distingui de passo: aliud enim est passum subiectiuum, ut subiectum in quod agens agit, & aliud terminatum ut forma ipsa gradus habens: licet igitur agẽs applicatum passo subiectiuo, necessario agat in illud: non tamen applicatum passo terminatiuo. Vel dici potest. à agere in quemlibet gradum frigiditatis ipsius. b sicut ipsum agit per quemlibet gradum suæ caliditatis: sed non agit corrumpendo quemlibet illorum, sed in quemlibet imprimendo aliquem gradum caliditatis. nam omnes illi

A sunt coextensi, & propterea non additur uni illorum, quin addatur omnibus: & dicitur quòd ille gradus primo corrumpitur, qui ultimo generatur, quia minus est in subiecto fundatus. Ad sextam dici potest: non cum quali bet caliditate remissa stare frigiditatem, sed solum cum ea, quæ non est pars alicuius summæ. Hæc dici possunt pro defensione secundæ positionis. Restat modo uidere de defensione primæ, & propterea ad rationes respondet per ordinem. Ad primam: dicta positio concederet latitudinē uniformiter difformē esse indiuisibilem intensiue, & negat ꝙ subito deperderetur uel acquireretur, quia licet sit indiuisibilis gradualiter: non tamen tota comparatur ad non gradum eodem modo. Conceditur etiam ipsam subito deperdi, & tamen ad illam potest esse motus: non quidem præcedens, sed sequens. Veluti de ipso ubi dicitur, quod quidē subito deperditur, & tamen ad ipsum est motus: non quidē B præcedens, sed sequens. Similiter non est impossibile aliquod magis & minus tale esse ex partibus indiuisibilibus gradualiter, quæ tamen non æqualiter distant à nō gradu.

Sed dices in quo differt mutatū eē a motu si motus est subitus cō similiter

Ad secundam primo reducitur, quia eo dato motus localis esset subito, quia quodlibet ubi subito acquiritur & subito deperditur, & omne ubi est nullius resistentię, & motor alicuius actiuitatis. Et breuiter quicquid dicetur de qualitate dicam de ubi, & ita arguens cogitur soluere meum: sicut ego cogor soluere suum. Et propterea pro me & pro eo concederem ꝙ qualitas subito acquiritur & subito deperditur, ut de ubi dicitur. Et cum dicitur ad qualitatē esse motum: dico ꝙ sic est intelligendū ꝙ in motu qui est ad qualitatem: cōtinuo quod acquiritur est qualitas: licet alia atque alia à pręcedente, ueluti de motu locali respectu ipsius ubi dicendum est. Sed hic posset replicari & subreplicari, quod omitto diligentioribus. Ad primum argumentum cōtra primam positionem licet sit bene responsum: tamen clarius dici potest latitudinem formam ēt diuisibilem posse intelligi dupliciter. Aut quia ipsa in se circūscripto subiecto habeat partes graduales, & sic non est per se diuisibilis, C aut quia aliquid efficitur per ipsam gradualiter diuisibile, & sic concedo illam esse diuisibilem uidelicet in prædicatione causali, & sic ratio nulla. concludit enim nullam formam esse per se formaliter diuisibilem: cum quo tamē stat esse diuisibilem causaliter, & esse latitudinem uniformem, uel difformē causaliter, & habere partes causaliter. & sic nihil contra positionem. Ad secundum ēt clarius dici potest ꝙ ad qualitatem esse alterationem intelligi potest dupliciter. Vno modo ꝙ qualitas post omnem motum intelligatē acquisita, & ꝙ per motum continuo sit eadem: in fine uero sit acquisita: & hoc pacto nec alteratio est ad qualitatē: nec latio ad ubi. Alio modo: intelligi pōt ad qualitatem esse motum quatenus quod in alteratione acquiritur, est qualitas: & sic conceditur: nam ut in quolibet instanti alterationis est alia & alia qualitas: sic in quolibet instanti alius atque alius motus, & sicut in fine horæ infinitæ fuerunt qualitates: sic infiniti motus, quorum quilibet fuit subitus. dicunt D autem unus motus numero per æquiualentiā propter unū subiectum numero, & unum tempus, & unum terminum ultimum numero: quo habito cessat omnis motus. Sed dices: tunc omnes essent subito. probatur, qa primus est subito & secundus: & sic de omnibus. concedo omnes eē subitos sed non simul: sicut quodlibet momentum est subito: non tamen omnia simul, sed inter quæcunque duo data mediat motus, & sic quælibet illorum est subito: omnes tamē sunt in toto tempore. Sed dices: tunc idē simul esset, & non esset, quia si à. caliditas non durat nisi per instans: tunc in eodem instanti generaretur, & corrumperetur, & ita simul esset & non esset. negatur consequentia: bene tamen concedo in eodem instanti corrumpi & generari diuersimode exponendo ipsum incipit, & non eodem modo. Incipit enim esse per positionem & negationem de præterito: desinit etiam per positionem de præsenti & remotionem de futuro, & sic est possibile. Ad tertium concederet opinio. non enim uidetur impossibile aliquod subito desinere esse albissimum: licet non desinat subito esse album: ad hunc tamen intellectum desinit aliquid esse albissimum, quia nūc est albissimum, & immediate post hoc non est albissimū. E

Ad quartum concederet opinio, ꝙ frigidissimum potest generare caliditatem per corruptionem caliditatis intensioris: non autem per corruptionem caliditatis remissioris, & propterea non sequitur, ꝙ si generet caliditatem calefaciat, quia non generat illam per corruptionem caliditatis remissioris, uel corruptionem frigiditatis. Per idem ad quintū. caliditas remissa nanque generat caliditatem intensiorem, sed non per corruptionem remissioris caliditatis, uel ex termino è quo frigido, hoc enim esset impossibile, sed ꝙ generat illam per corruptionem intensioris caliditatis: est necessarium. Per hæc ad illud de luminibus. dico enim ꝙ ex illis duobus luminibus fit unum lumen intensius, & ꝙ duæ umbræ fierent non propter distinctionem luminū sed corporum lucidorum. Ad authoritatem Aristo. ipsi concederent non manere eandem, sed simillimam. hoc enim sonat uerbum græcum. Hæc pro defensiōe positionis: circa quæ multa occurrerent, quæ calculatores hincinde mouent. Sed cum ista sint prolixe disputata apud illos, omitto: uerum si deus uitam conducet. aliquando aggrediemur illa, & peripateticæ. Hæc de quinto dicta sufficiant. F

Finis quinti libri.

ARISTOTELIS PHYSICÆ AUSCULTATIONIS Liber Sextus, qui est de motibus eodem Augustino Nipho interprete, & expositore.

G Dilucida. tex. cō. 1.



I uero continua & attigua & deincepitia sunt: quemadmodum prius definitum est, continua quidem quorū extrema sunt unū: attigua uero quorum extrema sunt simul: deincepitia inter quę nihil eiusdem generis cadit: impossibile est ex indiuiduis constare continuum, ut ex punctis lineam: si quidem linea continuum: punctum autem indiuiduū sint. Extrema nanque punctorum nequaquam unū sunt. Non enim rei indiuiduę est hoc quidem extremū. Illud uero alia pars quædam: neque etiam eiusmodi extrema erunt simul: quando eius quod partibus caret, nullum prorsus sit extremum. Extremum.n. & id cuius extremum est, diuersa sunt.

ANTI. H



I autem est continuū, & quod tangitur, & consequenter, sicut definitum est prius, (continua quidem quorum ultima sunt unum, quæ uero tanguntur, quorum simul, consequēter autem, quorum nihil est medium proximi generis:) Impossibile est ex indiuisibus esse aliquod continuum, ut lineam ex punctis: si linea quidem continuum est, punctum autem indiuisibile. neque enim unum sunt ultima pūctorū, non enim est hoc quidem ultimum: illud autem alia quædam pars rei indiuisibilis: neque simul sunt ultima. non enim est ultimum nihil incommensurati. Alterum enim est ultimum, & cuius est ultimum.

ἀμερῶς eius, quod ptib⁹ caret

I

Continuatio libri & intentio Pō The.



ADRASTVS (authore Themistio in procemio) quinq; uolumina priora de principiis inscripsit: reliqua tria de motu. Alii, ut Themistius ipse ibidem, & Alexāder quatuor ultimos esse de motu contendunt, quod ego assero propter librorum græcas inscriptiones. Sed in quinto lib. motum qui proprius esset ab aliis mutationibus separauit: iam quæ oppositiones & pugnantiæ. Tum motus ad motum. Tum quietis ad quietem, quæ motus item uicissim quietisq; habentur: postremo quis esset motus unus; hæc in quinto acta sunt authore Themistio in procemio libri physicorum: at nunc intentat de continuitate partitione, & finitate motus agere. Et primo probat hanc conclusionem. nullū continuum componitur ex punctis, siue ex indiuiduis qui busuis: sed de forma syllogismi non parua est dubitatio.

Prima conclusio.

Primo enim aspectu uidetur, ꝙ probet illam conclusionē hypothetice. Sed mihi uidetur (quicquid uelit Auer.) quod Aristo. primo proponat conclusionem sub forma hypothetica: licet debeat legi cathegoricæ. deinde illam syllogiçet. Inquit. si uero continua & attigua & deincepitia sunt: quē admodū definitum est: hac forma uidelicet, cōtinua sunt, quorum extrema sunt unum: attigua, quorum extrema sunt simul: deincepitia, inter quæ nihil eiusdem generis cadit: impossibile est ex indiuiduis & pūctis constare continuū, ut ex punctis lineam: si quidem linea continuum. punctū indiuiduum sint. Hæc uidetur hypothetica, sed re uera sensus est cathegoricus: hoc modo. nullum continuum componitur ex punctis uel indiuiduis, uerum in eiusmodi modo loquendi duas sibi constituit petitiones. Prima est definitio nominum, ut quid continua, quid attigua, quidue deincepitia. Secunda est ꝙ linea sit continuum: puncta indiuidua, quam nulla ratione exponit, sed ex geometricis accepit. Hæc conclusio à Themistio sic probatur. puncta non possunt se contangere: igitur nec continuari aut coalescere. Nam continuatio supponit contactionem. Antecedens sic declara: quæ se contingunt habent extrema, sed indiuidua & puncta non habent extrema: igitur non possunt se contingere, & ita nec continuari aut coalescere. Hæc expositio & si plurimum efficax sit, literæ nostræ non competit.

Expositio cōclusiōis. K

Petitiōes.

L Probatio Themi. Quō indiuisibilia carēt ulti mis. Vide Egi. hic

Qualis ꝓbatio The. Probatio propria

Videtur mihi magis literæ consonum sic syllogiçare. si cōtinuum ex punctis componi posset, aut esset contactione, aut continuatione. Continuatione quidem non, quando quæ continua sunt: extrema unum habent: punctorum extrema nulla sunt: nec contactione: simili ratione, ut dicet, quæ uero Aristo. ait, ex his patent.

Cō. primū Auer.

Iste tractatus. Q; si iste liber ad quintum succedat cum Alexandro hac ratione Auer. probat, ꝙ Aristo. in præsenti libro utitur descriptionibus illorum trium, quas in quinto exposuit: tāquam principiis, igitur quintus liber est doctrina prior, & hic succedens.

Et dicit si illa. Conclusio quam ex litera Auer. format est nullum continuum componitur ex punctis, indiuiduisq; rebus: probat hypothetice sic, si cōtinua sunt quorum ultima sunt unum: contigua quorum ultima sunt simul: consequētia inter quæ nihil mediat eiusdem generis: impossibile est aliquod continuum componi ex indiuisibilibus. Huius ponitur antecedens ex declaratis in libro. sed consequentia est dubia: propterea syllogiçat illam duabus rōnibus.

M

Et iste sermo. Consequentia illa sic in secunda figura syllogiçatur: omnia ex quibus continuum componitur: diuidūtur in ultimum & habens ultimum. Nam ultimum est extremum alicuius rei habentis ultimum. Indiuidua ut puncta non diuiduntur in ultimum & habens ultimum: igitur non sunt ea ex quibus ipsum componitur continuum. De syllogismo Aristo. non tetigit nisi minorem, ut in litera cōstat. Sed dubitabis contra maiorem Auer. nam ex partibus componitur continuum, quæ non diuiduntur in ultimum & habens ultimum, quia sic componerentur ex ultimo. Dici potest, ꝙ diuidi in aliqua potest intelligi, uno modo ut partes quantitatiuas: qua uidelicet ratiōe animal diuiditur in caput, brachium, & id genus. Alio modo ut in partes definitiuas, qua ratione linea etiam diuiditur in puncta, ut in partes definitiuas, & hac ratione Auer. uult maiorem. Alii non ignari intelligunt maiorem sic. omnia ē quibus continuum componitur diuiduntur: hoc est habent ultimum, & aliquid habens ultimum, & sic per diuidere intelligunt habere, quæ responsio satisfacit.

Dubitatio

Solutio

N

Et etiam antequam. Secundo probat idem ratione Themistii sic, si continuum componitur ex punctis: oportet pūcta contiguari, sed puncta non possunt contiguari, per illāmet rationem, quia non diuiduntur in ultimum, & habens ultimum. igitur nec continuari. Dicit ꝙ de secūdo syllogismo solam maiorem expressit, ut patet in litera, & ita patet ex punctis non componi lineam: neq; ex lineis superficiē: neq; ex superficiebus corpus. nam punctum est lineæ indiuisio: linea superficiei: superficies corporis. Sed ambigūt. nam Auer. sumit, omnē continuum prius contiguari, quod falsum uidetur: nam potest esse continuum aliquod per naturam, quod nunquam contiguatum est. Recentiores uolunt uerbum Auer. esse audiendum secundum prædicationem, & non secundum esse: quasi uelit continuum omnē esse contiguum: non econtra. Sed hoc stare non potest: nā illa tria continuum contiguum, & consequens sunt specie diuersa: igitur unum non est altero prius secundum prædicationem. Solitus igitur eram dicere ꝙ Auerro. uult continuum in fieri non componi ex punctis, quia quando continuum fit ex punctis: illa prius ueniunt ad contiguationem, ut in libro de generatione diximus. Dici potest & nunc ēt ꝙ Auer. loquitur de continuo secundum rationem naturalem: modo tale est mixtum, uel elementum, & utrunq; quādo fieret ex punctis: prius illa uenirent ad contactionem.

An oē cōtinuū cōponaī ex sp diuisibilibus & diuidaī in sp diuisibilia. Vide can. q 1. hu'i Et Io. d magi. q. 1. huius

Respōsio recentiorū. Impugnatio.

O

Rūs. ꝓpria.

Animaduerte tamen ꝙ hæc expositio Auer. etsi sit bona translationibus barbaris: græcis tamen uerbis minime cōsonat: propterea teneas nostras commentationes.

Qualis expositio Auer.

RECO. 1. notabile.

{ Pro recognitione eorum, quæ diximus in commētariis, primo animaduerte nos dixisse quatuor ultimos libros eē de motu, quatuor primos esse de principiis motus. nec obstat his, quæ diximus in meteorologicis, ubi diximus, de mente Alexan. primos duos esse de primis causis, sex uero ultimos esse de omni motu. nam primi duo sunt de primis causis simpliciter scilicet rerum naturalium, ut de prima materia, & pria forma. sed quatuor primi sunt de principiis motus, quia tertius est de definitione motus, & de infinito. quartus de loco, uacuo, & tempore, quæ sunt principia motus: licet non sint prima rerum naturalium principia. ergo quatuor primi sunt de principiis motus, licet primi duo sint de principiis rerum absolute. Secūdo animaduerte. Conclusionem textus esse hanc, nullum continuum componitur ex indiuisibilibus ad ipsum pertinētibus. est autem continuum aut extensione, ut permanens, ueluti corpus, aut successione, ut motus, & tempus. indiuisibilia uero, quæ ad continuum permanens pertinere, sunt quæcunq; extensione indiuisibilia sunt, ut linea respectu superficiei: superficies respectu corporis, pūctus respectu lineę, quæ uero successione indiuisibilia sunt, ad continuum successiuum pertinent: ut mutatum esse in motu, & instans in tempore. Est ergo sensus nullum continuum componitur ex indiuisibilibus ad ipsum pertinentibus, quia nec tempus ex instantibus: nec corpus ex superficiebus, nec ex lineis, nec ex punctis. Pro probatione uero conclusionis debes scire, continuum posse componi ex suis indiuisibilibus, trifariam posse intelligi, aut secundum continuationem, aut contiguationem, aut consecutionem. In præsenti ergo textu Aristoteles probat nullum cōtinuum ex suis indiuisibilibus componi continuatione, aut contiguatione, quia postea probabit ipsum non componi consecutione ex illis. Quod quidem non componatur continuatione, patet, qa tunc cōponentiū ultima erunt unū. Quod uero nec contiguatione, ēt ꝓbat, qa eorū ultima erūt sīl: at cōstat indiuisibiliū nullū esse ultimum: sic patet breuibus textus. Quo uero ad uerba attinet, uerbum incommensurati græce est ἀμέτρους, & in nostris translationibus eius

P

2. notabile

Q

3. notabile

uerbi censideratio

Quod

A { quod partibus caret transtulimus: nec ab ratione, quia so { lum partibus carens est incommensuratum: omne enim { commensurabile habet partes. Sed contra hanc exposi { tionem est dubitatio, quia non uidetur intelligibile conti { nuum componi posse ex suis indiuisibilibus, nisi compo { sitione continuitatis. ubi enim aut contiguitate, aut conse { cutione componeretur, dubio procul, nõ esset contiguũ: { propterea uidetur mihi nunc Arist. non intelligere hanc { conclusionem, ut uerba sonant, sed secundum sensum ue { rum: intendit enim indiuisibilia non posse esse in ipso cõ { tinuo, nec secundum continuitatem, nec secundum con { tiguitatem, nec secundum consecutionem. Quod non sint { in ipso secundum continuitatem, nec secundum contigui { tatem, probat in hoc textu. quod uero, nec secundum cõ { tiguitatem, probabit postea. hoc pacto exponendo tol { luntur omnes quæstiones.

Pulchra dubitatio.

Solutio

Dilucidat. tex.cõ. 2

B Amplius puncta è quibus continuum cõstat, aut continua sint, aut se attingant, necesse est; atque eadẽ est de cunctis indiuiduis ratio; continua sane nequiunt esse propter rationem iam dictam; & cum omne quod tangit, aut totum tangit totum, aut pars partem, aut totum pars. Sed cum indiuiduũ partibus careat: totum ipsum attingat totum necesse est: at ex his quæ hac ratione se tangunt: nullum continuum unquam proficiscitur. Continuũ enim habet aliam atque aliam partem: & diuiditur in ea ita altera: quod loco separantur.

ANTI.

{ Amplius necesse est, aut cõtinua esse puncta, aut { tangentia se ad inuicem, ex quibus est cõtinuum. { (eadem autem ratio est, & in omnibus indiuisibi { libus,) continua quidem non erunt propter præ { dictam rationem: tangit autem omne, aut totum { totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniã
C { autem impartibile est indiuisibile, necesse est totũ { tangere totum: totum autem totum tangens, non { est continuum: continuum enim habet hanc qui { dem aliam, illam uero aliam partem, & diuiditur { in sic diuisibilia, & loco discreta.

Expositio.

Secunda ratio ad idem sic formatur: si continuum componitur ex indiuiduis: oportet, quod uel illa continua sint, uel se tangant, quod non continua, ratio modo facta probauit, quod non se tangant, probatur modo, quia uel se tangunt quod totum tangat totum, uel quod pars partem, uel quod totum partẽ, non possunt se tangere quod pars tangat partem, aut totum partem, quãdo indiuiduum prorsus parte omni careat: igitur, si quis est contactionis modus, erit quod totum tangit totum: sed ex hoc arguitur oppositum. nam ex ijs, quæ hac ratione se tangunt nullum proficiscitur continuum. Continuum enim habet aliam atque aliam partem, & diuiditur in partes loco separatas. Erit igitur syllogismus hypotheticus diuisiuus a destructione partium supra intentum. Quantum uero ad uerba attinet indiuiduũ quod græce est adiæreton, est multiplex, punctum respectu lineæ: nam punctũ est priuatio longitudinis: linea respectu superficiei, quia licet ipsa linea longitudine diuidatur, latitudine caret: superficies respectu corporis, quoniam & si superficies diuidatur in longum & latum, profundo caret. Amplius ipsum si
D ue nunc, siue instans respectu temporis, cum sit priuatio successionis, & momentum respectu motus, & quia Arist. accepit conclusionem generatim, adiecit eadem est de cunctis indiuiduis ratio.

An continuũ compo natur ex indiuisibilibus. Vide Iad. q. 1 h i. Et Gaetet q. 1. h & alib. q. 1 hic. & Curt. pati. in dubiis hic.

RECO.

{ Fortasse hæc est secunda ratio ad probãdum puncta nõ { posse se tangere in ipso continuo. nam licet uideatur repe { tere uniuersam rationem: non tamen insistit nisi in secun { do membro, propterea uidetur eum secunda ratione pro { bare in continuo non posse indiuisibilia esse composita cõ { tractione: & eius Probatio patet. repetitio uero totius ra { tionis facta est, ut intelligatur se uelle insistere in secũdo { membro per secundam rationem. Sed occurres, quod Ari { sto. supponit indiuisibile posse esse totum. Fortasse hoc { non supponit tanquam uerum, sed ut datum ab aduersario, { siue sit uerũ, siue falsum. Aut dici potest indiuisibile pos { se esse, & intelligi totum definitiue, aut, ut alijs placet, to { tum potestatiuum, aut totum graduale, & ita uidetur sup { ponere intelligibile.

E Solutio. Dubitatio

Dilucidat. tex. cõmẽ. eiusdem.

At uero neque punctum ad punctum, neque nunc ipsum ad nunc ipsum deinceps erit; ut ex illis longitudo his tempus constet. Nam ea quidem deincepitia sunt, inter quæ non est eiusdem generis quicquam. Sed inter puncta semper est linea, & inter ipsa nunc tempus.

{ At uero neque consequenter erit punctus pũcto, { aut ipsum nunc ipsi nunc, ut ex his sit longitudo; { aut tempus. Consequenter quidẽ enim sunt, quo { rum nullum est medium proximum: puncto { rum autem semper est medium linea, & ipsorum { nunc tempus.

ANTI.

F

Expositio.

Secunda conclusio apud omnes ferè est, puncta & nunc ipsa non sunt deincepitia, siue cõsequentia, & syllogismus est. deincepitia sunt inter quę non est eiusdem generis quicquam. Sed inter puncta semper est linea, & inter ipsa nũc tempus: igitur in secunda figura puncta & nunc ipsa non sunt: deincepitia alij uolunt eiusmodi esse membrum proximæ rationis, de quo statim dicemus in commento.

An hæc rõ ualeat. Vide Egi hic, Cõmen. 24

Iste est secundus. Auer. in commentatione huius loci penitus sectatur Themistium, & uult hanc esse rationem secundã in forma syll'i hypothetici diuisiui trimẽbris destructiue hac uidelicet ratione: si cõtinuum componitur ex indiuiduis, indiuidua è quibus componitur, aut erunt continua, aut attigua, aut deicepitia, destruit membra omnia, & infert oppositum antecedentis: primum membrum tollitur per rationem tactam, uidelicet quia carent extremis: secundum uero & per rationem hãc, & per nouam rationẽ.

An inter quodlibet duo puncta sit media linea. Vide Gradeum Escul. q 1. hic.

Sed contiguatio rei secundum totum. Hæc est ratio noua ad secundum membrum, si puncta & uniuersaliter indiuidua sunt contigua erunt: aut quia pars tangit partem: aut quia totum tangit totum: aut quia pars tangit totum. nõ potest dici quod pars partem: aut pars totum tangat: quia indiuiduum est, quod penitus respectu illius cuius est parte caret, at quod non possit esse ex se totis contangentibus, arguit. continuum fit ex partibus locum occupantibus, indiuidua non occupant locũ secundum se tota tacta: igitur ex indiuiduis non fit continuum.

G

Quare se tangẽtib' situs secundum totũ cõperit idẽ situs. Vide Egid. hic.

Et cum destruxit continuum. Animaduerte quod illa litera neque punctum ad pũctum, tribus modis potest introduci. Vno modo ut destruat tertium membrum syllogismi hypothetici, quomodo Auer. in primis uidetur introducere. Alio modo ut sit secunda libri conclusio quõ Grossa testa, & Proculus exposuerunt. Tertio ut Arist. refellat obiectionem proterui, nam cum Aristo. probauit nullum continuum componi ex indiuiduis, nec uidelicet continuatione nec contactione, & aliquis dicere posset componi ex illis secundum consequentiam, refellit nunc hunc cauillũ, quo etiam modo Themistius sentit, è quo Auerro. accepit. sed utcunque sit: hæc est conclusio, indiuidua non sunt deincepitia in continuo.

H

Et iste sermo. Syllogismus est adhoc consequentia sunt, inter quæ nihil est eiusdem generis, indiuidua semper est aliquid generis: igitur indiuidua nequaquam sunt conse quẽtia.

Et declarabitur, quod inter. Minor declaratur, quia inter quælibet duo puncta semper est linea, cum non puncta se tangant, ut diximus. Secũdo non possunt puncta è linea aut linea è punctis absolui, ut constat. Recte igitur dictũ est inter indiuidua semper esse medium generis, quia semper mediat linea, in qua puncta sunt.

Et destruxit illum modũ. Sed dices puncta & indiuidua nõ esse consequentia est motum per se: igitur non indiget

I medio, & sic Arist. syllogismus superfluus est. Respondet Auer. ꝙ duplex est notum per se, unum naturæ & nobis, & tale nihil indiget, aliud naturæ, sed nō omnibus nobis, & tale indiget syllogismo ad confirmandum, ut secundo huius, commento tertio.

Et inter illa. Secundo ultra rationem Arist. ꝙ indiuidua ut puncta non sint deincepitia: probat sic. Semper inter pūcta mediat aliquid: igitur aut illud est eiusdē generis, aut alterius. si eiusdem, non erunt deincepitia: si alterius, uel plenum, aut uacuum, non plenum, cum continuum quatenus cōtinuum ex diuersis genere nō emergat, neqꝫ uacuū. primo, quia uacuum nihil est: secūdo quia tale uacuum, aut erit diuiduum, aut indiuiduum. si diuiduum: tunc ille partes, siue illa puncta non erunt partes, sed ultima, & termini illius continui: & sic continuum erit ex uacuis. ꝙ si indiuiduum, tunc ex eis non proficisceretur diuiduum. Et hāc ꝓbationem fere ad uerbum è Themistio ipse accepit. Sed circa dicta Arist. & The. ac Auerr. exurgunt dubitatiões.

K Dubões

Prima du. Prima: an indiuiduum additum indiuiduo efficiat maius? Et uidetur ꝙ sic: nam ex indiuiduis fit aliquod totum, ut ex intellectu & intelligibili. 3. de anima commento. 5. Sed omne totum est maius sua parte. Secundo ex pluribus unitatibus fit numerus maior & minor, quæ tamen sunt indiuiduę. Respondent recentiores ex indiuiduis fieri maius entitatiue, & interdum secūdum numerum quomodo Aristo. concederet. Sed hæc stare non possunt. Primo, qa maius & minus sunt quanta, sed ens inquantum est ens, nō est quantum, immo abstrahit à quanto & non quanto: igitur ens enti additū maius non facit: nec unitas unitati. Secundo, quicquid negatur à superiori, negatur ab inferiori: sed quantum est superius ad maius & minus: igitur si hæc non sunt quanta, nec erunt maius nec minus. Melius igit̄ ad primum concedo pro nunc ex intellectu & intelligibili effici totum, non tamen omne totum est maius sua parte, nisi sit totum quantitatiuum. Ad secundum concedo ex unitatibus effici numerum, & unitates esse partes numeri: non tamen oportet esse totum maius unitate, licet in plus.

(Scd'a rō. Responsio recētiorū. Bur. hic. Cōfutatio. Propria responsio.)

L Scd'a dub. Secundo ambigunt, an ex rebus differētibus genere possit esse aliquod totum: uidetur ꝙ sic de uirga, cuius una ps sicca est altera uiridis. Responsio Dici potest ꝙ uirga potest considerari, ut mixtum naturale: aut sub ratione qua quantum. Si sub ratione qua quantum, sic omnes partes sunt eiusdem rationis in ratione quanti: sed si sub ratione entis naturalis, sic potest componi ex partibus diuersarum rationum. Hæc ex commen. Animaduersione tamen dignum, ꝙ ex uerbis Aris. possunt colligi tres concl'ones. Prima, puncta non sunt continua: syllogizat̄: continua sunt quoꝝ ultima sunt unum, pūcta nō sunt quoꝝ ultima sunt unū: igitur nō sunt continua. Scd'a conclusio: puncta nō sunt attigua, syllogizatur: attigua sunt: quoꝝ ultima sunt simul: sed puncta non sunt, quorum ultima sunt simul: igitur non sunt attigua. Tertia: puncta non sunt deincepitia: syllogizatur: deincepitia sunt inter quæ nihil mediat generis. inter puncta semper mediat aliquid generis: igitur non sunt deincepitia. Ex ħs potest conclusio principalis sic syllogizari: si cōtinuum esset ex punctis compositum, aut esset compositū continuatione, aut contactione, aut consecutione. Destruātur hæc tria per illos tres syllogismos, & habetur propositum. Et hæc expositio est satis conueniens textui Aristote. & græcis uerbis.

M

Dilucida ō tex. cō. 3. Præterea in indiuisibilia diuiderentur, siquidē in ea diuidatur unumquodqꝫ ex quibus constat. At nullum continuum in ea est diuisibile, quæ impartibilia sunt.

ANTI. Amplius utiqꝫ diuiderētur indiuisibilia: siquidem ex quibus est utrunqꝫ in ipsa diuiditur. Sed nullum est continuoꝝ in impartibilia diuisibile.

Expositio. Hæc est aut secunda aut tertia ratio iuxta aliam atqꝫ aliā expositionem datam superius: & fundatur in secunda definitione continui tradita tertio huius uidelicet continuum est diuisibile in infinitum. Tunc ex hac syllogizatur hypothetice à destructione consequentis, ad destructionem antecedentis sic. Si continuum constet ex indiuisibilibus: diuideretur in indiuisibilia, quod patet, quia in ea unumquodqꝫ diuiditur, ex quibus constat: at nullum continuum in ea est diuisibile, quę impartibilia sunt, qa tunc non esset diuisibile in infinitum contra definitionem secundam: tūc sequitur oppositum antecedentis, ꝙ uidelicet non componatur ex indiuiduis. N

Dilucidat. tex. cōmē. eiusdem Pria suppō. Nullum autem genus inter puncta & ipsa nunc esse potest. Nam si fuerit manifestum ꝙ aut diuisibile, aut indiuisibile sit, & si diuisibile, aut in indiuisibilia diuisibile erit, aut in semper diuisibilia, modo eiusmodi continuum est.

ANTI. Aliud autem genus non potest esse medium pūctorum, & ipsorum nunc, ullum. si nanqꝫ est, manifestum ꝙ aut etiam diuisibile, aut indiuisibile erit. et si diuisibile, aut in indiuisibilia, aut in semper diuisibilia, hoc autem continuum est. O

Expositio. Quicquid senserint Auer & Themist. cū expositore sentio, ꝙ Arist. duas suppositiones quibus usus est in rationibus modo factis, nunc probet. Probauit enim puncta, & uniuersaliter indiuisibilia non esse incepitia, & utebat̄ hac suppositione: inter duo puncta semper linea cadit, & inter duo nunc tempus. Itemq́; in hac ratione tertia utitur secunda continui definitione uidelicet ꝙ continuum sit diuisibile in infinitum, ideo has duas suppositiones nunc exponit: & primo ꝙ inter duo puncta linea, & inter duo nunc tempus cadant. Et hoc proponit: nullum autem genus inter puncta & ipsa nunc esse potest: subaudi q̄; linea, aut tempus. hoc declarat hypothetice diuisiue, & inquit. Nā si fuerit subaudi aliud medium q̄; linea, aut tempus manifestū, ꝙ aut diuisibile, aut indiuisibile sit, ꝙ quidem non sit indiuisibile nulla alia ratione probat, sed relinquit tanq̄; manifestum, at si diuisibile esse detur, aut in indiuisibilia diuisibile erit, aut in semper diuisibilia: relinquit tāq̄; manifestum tale medium nō esse diuisibile in res indiuisibiles, & uult habere ꝙ sit diuisibile in semper diuisibilia, mō sumit intētum ꝙ tale continuū sit, & non aliud q̄; linea inter pūcta, & tp̄s inter nunc. Et hoc erat intentū. Sed dices ꝑ quid medium indiuisibilium non potest esse indiuisibile. Scd'o dato ꝙ sit diuisibile cur non potest esse diuisibile in indiuisibilia? Respondent expositores & bene. Ad primum ꝙ ubi inter duo indiuisibilia caderet medium indiuisibile, ut inter puncta punctum, illa non distarent abinuicē: immo cum totum tāgeret totum, omnia illa essent eodem in situ, qua ratione fit ꝙ si distare debent extrema, ut inter illa cadat diuisibile aliquod: & sic patet primum. Ad secundum uero respondent: ꝙ tale medium debet esse diuisibile in semper diuisibilia, quia ubi diuideretur ad indiuisibilia, tunc esset idem quod prius: uidelicet, ꝙ cum se tangerent secundum totum, non situ distarent, sed omnia essent in eodē situ & simul. quæ ratio docet inter quæcunqꝫ duo indiuisibilia semper cadere diuisibile: ut inter puncta, semper lineam, & inter lineas semper superficiem, & inter superficies semper corpus. Itemq́; inter quęcunqꝫ duo nunc semper tempus, & inter duo momenta semper motum. Quod fuit prima suppositio.

P (Prima du. Secunda.) Q

Dilucidat. tex cōmē. eiusdem. Secunda. Manifestum etiam & ꝙ omne continuum in semper diuisibilia sit diuisibile. Si enim in indiuisibilia diuiditur, erit indiuisibile tangens indiuisibile. Vnum enim extremum cōtinuorum, est quęqꝫ se tangunt.

ANTI. Manifestum autem etiam et quod omne continuū diuisibile est in semper diuisibilia. Si enim in indiuisibilia, erit indiuisibile indiuisibili contactum: unum enim ultimum, & quæ tanguntur continuorum est.

Accepit

A Expositio. Accepit secundo in tertia ratione ꝙ continuum sit diuisibile in infinitum in semper diuisibilia, modo hanc declarat suppositionem, quasi exemplariter, cum in tertio libro sit demonstratiue declarata, & in libro de generatione ēt deducetur, & hoc proponit.d. manifestum etiam, & quod omne continuū in semper diuisibilia sit diuisibile & in infinitum, ut fuit acceptum in tertia ratione. Et hoc probat ex nunc dictis: & inquit. Si enim in indiuisibilia diuidatᷓ, erit indiuisibile tangens indiuisibile, nam continuorꝫ est unū extremum, quæ etiam continua se tangunt: & ita ubi diuiditur continuum ad indiuisibilia, illa præfuerunt continua & se tangentia, quod est destructum nunc in declaratione proximæ suppositionis: & ita patet continuum esse diuisibile in semper diuisibilia.

Vide cañ. q.1.h⁹ Et mag.q.1. Commē. 3

Hæc est quasi. Auerro. aliter literam totam exponit, uult enim ꝙ Aristo. arguat per tertiam rationem in forma hypothetica ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis: & tunc apud eum Aristo. tria facit, quia primo componit syllogismum. Secundo ibi. (Nullum autem genus.) Probat minorem, hoc est oppositum consequentis. Tertio ibi. (Manifestum etiam.) Infert corollarium. hæc expositio ad uerbum est Themistij, quanquam ipse totam literam faciat corollariam. Auerro. itaq; primo excusat Aristo. nam quis dicere posset, ꝙ rationes tactæ satis sunt, & ita hæc superfluit: propterea quasi respondet ꝙ hæc tertia est inducta ad abundantem doctrinam, maioremq́; cōfirmationem, non autem propter necessitatem.

B

Et ipse procedit ex hoc. Secundo Auer. uult Aristot. post hanc tertiam rationem procedere ex ijs corellariæ ad declarandum continuum componi ex semper diuisibilibus. ibi { Manifestum etiam. } Et sic hæc propositio non est suppositio accepta ex tertio physicorum: sed conclusio, ut etiā Themistius autumat.

C Et cum ēt manifestum. Ratio textus apud Auer. sic cōponitur: si continuum componeretur ex indiuisibilibus, diuideretur in indiuisibilia. Sed continuum non diuiditur in indiuisibilia: igitur non componitur ex indiuisibilibus. Maiorem hoc est illam hypotheticam probat per hoc, ꝗa res semper diuiditur in ea ex quibus constat. Minorem uero, hoc est oppositum consequentis probat syllogismo categorico: propterea ait: & cum induxit syllogismum hypotheticum induxit categoricum ad probandum consecutionem: hoc est ad concludendum oppositum antecedentis.

Et cum dixit ꝙ continuum. Syllogismus potest componi categorice sic, licet ipse non faciat. omne compositum ex partibus inter quas semper est mediū res diuisibilis est, compositum ex semper diuisibilibus, sed continuum componitur ex eiusmodi: igitur ex semper diuisibilibus, minor declaratur in litera & commento, quoniam semper inter puncta mediat diuisibile ut linea, quia non potest esse medium indiuisibile, nec inane, ut dixit Themist.

D Vide & Alber. q̄ sax. q.2. huius. Accepta e Themistii.

Et manifestum est. Tunc ex his procedit ad concludendum corollarie ꝙ continuum sit diuisibile in semper diuisibilia, & hac forma commentandi exponit Themist. uerꝫ (ut mihi uidetur) hæc expositio uerbis græcis non consonat, sed melius ut expositores dicunt, Arist. duas suppositiones, quibus usus erat, declarat. Animaduertendum, ꝙ Themist. in paraphrase huius loci duo declarat, quæ pertinent ad textum, & ultra textum. Primum ꝙ continua magnitudo semper diuiditur in magnitudines alias ulterius sectiles atq; diuisiles, & hoc sic: omnis magnitudo continua aut sectilis est, aut insectilis, non insectilis, quia continua esse non posset, sectilis igiᷓ: omne porro sectile, aut in partes obiter sectiles, & diuiduas secari potest: aut in insectiles, non in insectiles, quia tunc illud quod secatur, ex indiuiduis insecabilibusq; constaret: quod nos modo impossibile probauimus. In partes igitur sectiles. hoc est primū.

Primum.

Secūdum. Secundum est ꝙ nulla magnitudo constat ex indiuiduis, & hoc iterum sic: si ex indiuiduis aliqua magnitudo existeret, linea lineam puncto posset excedere, quoniam omne totum potest excedere aliud totum in aliqua sui parte. Amplius punctū tunc dimidiari posset, quando linea maior lineam minorem in puncto uinceret, posse uincere in dimidio puncti. Tertio tunc tolletur ratio dimidiādi dimetiendiq; circuli, nam potest circulus reperiri cōstans ex numero impari. Quarto: diameter tolletur ut deducit. Alia quæ dicit patent. E

Eadem autem ratione & magnitudo, & tempus, & motus ex indiuiduis constant, & ad indiuidua resoluuntur, aut nihil. Dilucida. tex.c.4.

{ Eadem autem ratione est, & magnitudinem, & tempus, & motum ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nihil. ANTI.

Probauit hactenus continuum non posse ex indiuiduis componi duabus rationibus acceptis ab utrisq; ipsius cōtinui definitionibus ostendit. Et nunc hæc tria eodem modo se habere, uidelicet magnitudinem, motum & tempus quantum ad componi ex indiuiduis uel non componi. Differt uero ratio hæc à primis. Illæ enim fuerunt uniuersales: nam continuum genus est horum trium. Hæc particularis de ijs omnibus. Prima fuit categorica & absoluta ꝙ continuum non componatur ex indiuiduis. Hæc est hypothetica apud Auer. in commento. Declarat enim ꝙ si magnitudo componitur ex indiuiduis, motus & tempus componuntur: modo motus & tempus non componūtur, igitur nec magnitudo. & hoc Auerr. inquit, incepit declarare hoc esse impossibile in motu ad declarandum hoc esse impossibile in magnitudine. Quantum uero ad uerba græca attinet uerbum illud. (Aut nihil.) Potest intelligi ꝙ eadem ratio est magnitudinem motum & tempus constare ex indiuiduis uel resolui ad indiuidua, aut constare ex nihil, uel resolui in nihil: aut melius ꝙ eadem ratione magnitudo motus tempus constant ex indiuiduis & diuidūtur in indiuidua, aut nihil. i. aut nullum horum componitur, uel diuiditur in indiuidua quasi. d. si unum componitur, uel diuiditur, & omnia, & si unum non componitur, nullum cōponitur. Nouus expositor huius rationem addit: hæc sunt eiusdem rationis, quatenus diuisio unius dependet ē diuisione alterius: ut diuisio temporis ē diuisione motus, & diuisio motus ē diuisione magnitudinis, siue spatij: sed utrū hæc eiusdem sint rationis, posterius dicemus fortasse. Cōmentum Auer. patet.

Expositio. Ordo,


F Differētia demōstrationum.

Expositio uerborum græcorum.

G Verbū expositoris noui.

Quod sane ex his modo patebit: nam si magnitudo ex indiuiduis constat, motus quoq; qui supra ea est, ex æqualibus motibus indiuiduis constabit: ut si. a.b.g. magnitudo ex indiuiduis cōstet. a.b.g. motus quoq;. d.e.z. quo mobile. o. super. a.b.g. magnitudine est motum: unamquanq; sui partem indiuiduam habebit. Dilucida. tex.cō. 5.

{ Manifestum autem ex his: si enim magnitudo ex indiuisibilibus componitur, & motus qui est huius ex æqualibus erit motibus īdiuisibilibus. ANTI. H



I ut si ipsa a. b. c. ex a. b. c. indiuisibilibus est, motus, in quo d. e. z. secundum quem mouetur ipsum o. in spatio, quod a. b. c. unamquanque partē habet indiuisibilia.

Nunc conclusionem præpositam probat: repetit tamen illam, & constituit terminos, & inqt. Quod sane ex his modo patebit: nam si magnitudo ex indiuiduis constat, motus quoque qui supra ea est, ex æqualibus motibus indiuiduis constabit. hæc est conclusio resumpta. Sed cum magnitudo ipsa quæ græce est megethos potest intelligi, & pro magnitudine mobilis, & pro dimensione spatij, sumit terminos, ut declaret ꝙ ipse intelligit dimensionem spatij, supra quo fit motus, & inquit: ut si. a. b. g. magnitudo ex indiuiduis cōstet, quę sunt a. b. g. motus quoque qui est. d. e. z. quo mobile. o. supra. a. b. g. magnitudine est motum unamquanque sui partem indiuiduam habebit. Hæc est resumpta conclusio & hi termini, quibus constat ipsum intelligere dimensionem spatij, & non magnitudinem mobilis.

K

Cōmē. 5. Vult declarare Auerro. primo intentionem partis resumit, ꝙ uidelicet Aristo. hac utatur hypothetica: si magnitudo constat ex semper diuiduis, motus quoque: & si magnitudo ex indiuiduis, similiter & motus. sed motus non pōt componi ex indiuiduis, igitur nec magnitudo.

Et manifestum. Digreditur Auer. ostendens ꝙ si magnitudo ex indiuiduis est, quòd & motus etiam. Primo magnitudo est causa continuationis motus: igitur compositio in utrisque eadem, & ita si magnitudo ex indiuiduis sit, & motus etiam.

Et ꝙ motus. Secundo motus æquatur spatio: nam nec excedit ipsum: nec exceditur: igiť ut totus toti æquatur, & partes partibus æquabuntur. quare si magnitudo è tribus cōstabit indiuiduis, motus etiam.

Et quia hoc. Excusat Aristotelem: nam ipse conclusionē non aliter probat ꝙ exemplo: ait enim, id factum esse quoniam per se patet.

L Et posuit. Repetit secundam rōnem petens sibi unum ꝙ sit aliquod spatium è tribus indiuiduis, aliquis quoque motus ex tot constans æqualis, ita ut nec sit supra maiorem, nec supra minorem spatij dimensionem. Tunc arguit, ut totus motus toti spatio æquatur, ita partes partibus. Sed partes spatij sunt indiuiduæ: igitur & partes motus. quare si partes spatij sunt indiuiduæ, & motus partes etiā, uerba & residuum commenti patent.

Prima du. Ambiges fortasse contra primam rationem: accepit enim ꝙ continuatio magnitudinis sit causa cōtinuationis motus. Contra: nam supra magnitudine continua effici potest motus discōtinuus. igitur continuatio magnitudinis non est causa continuationis motus.

Scḋa dub. Secundo: dato ꝙ magnitudo sit causa motus, nō sequitur ut ambo sint continui: nā sol est cā caloris, qui nō est calidus. Dici potest ad primum quicquid uelint recentiores, ꝙ Auerro. per continuationem non intelligit continuam successionem, sed diuisionem incessabilem in infinitum: quomodo ratio nulla. Ad secundū dicitur, ꝙ Auer. arguit à causa ad effectum uniuocum, ut quoniam cōtinuatio magnitudinis causa est continuationis motus, sequitur

M quòd sicut magnitudo est diuisibilis incessanter, quòd & motus etiam.

Dilucida. tex. cō. 6. Quod si præsente motu necesse est aliquid moueri, & si aliquid mouetur, necesse est motum præsentem esse, moueri etiam ipsum ex indiuiduis cōstabit: igitur. o. quidem motum est per. a. motu. d. per b. uero. motu. e. atque per. g. similiter motu. z.

ANTI. Si igitur præsente motu, necesse est moueri aliquid, & si mouetur aliquid, necesse est præsentē esse motum, & ipsum moueri erit ex indiuisibilibus. Secundum a. igitur mouetur: ipsum. o. mobile d. motu, secundum uero b. motu e. & secundum c. similiter z.

Expositio. Locus iste apud expositores non leuis habetur: Latini. n. Arist. probare dictam conclusionem autumant. Themis. paraphrįcat Aris. destruere consequens, ut quoniam dixit: si magnitudo ex indiuiduis constat: & motus etiam: nunc ꝙ motus non constet, demonstrat: quæ expositiones (pace eorū dixerim) literæ nullatenus congruunt. Animaduersione dignum igitur Arist. uelle differentiam inter motum ipsum, & moueri, siue motiōem ipsam: quod esse minime potest aliter, nisi ꝙ per moueri ipsum passionē reqꝫ intelligit in capitulo passionis, per motum uero rem in capitulo q̄titatis. petit itaque motum & moueri ipsum cōuerti inseparabiliaqꝫ esse, & inquit. Quod si præsente motu, necesse est aliquid moueri, et si aliquid mouetur, necesse est motum præsentem esse: hæc est petitio, ex qua infert moueri etiam ipsum ex indiuiduis constabit. Tunc addit conclusionem de ipso moueri, ut de motu dixit, & inquit: igiť o. quidem motum est per. a. partem indiuiduam spatij motu. d. parte indiuidua motus, per. b. uero, motu. e. atque per g. similiter motum, & ita quemadmodum motus ex indiuiduis est: ita quoque moueri, ipsum, & sic litera Arist. perspicua est. Animaduertendum totam Arist. rationem fundari supra hoc ꝙ quæcunque simul sunt, & non sunt, quantum ad diuisionem, & compositionem similia sunt. Sed contra dubitabis: nam rationalis anima, & corpus apud nonnullos simul sunt, & non sunt, quæ tam correspondenter diuisibiles non sunt. Respondetur: ut Themistius innuit, Aristo. intelligere quotiens illa simul sunt & nō sunt partiliter, ita ut totum correspondet toti, sic partes partibus: sic hæc correspondent sibi quantum ad diuisionem, & compositionem.

N Introductiões aliorum. Cōfutatio Expositio propria.

O

Dubitatio

Responsio

Cōmen. 6. Cum posuit. Auer. uero textum hunc exponit, ꝙ Aristo. probet: ꝙ si motus ex indiuiduis sit, mobile ipsum etiam ex indiuiduis & indiuisile sit: sic è primo ad ultimum, si motus est, mobile quod illo motu mouetur est: contra etiā igitur si motus est indiuisibilis, & mobile etiam. nam nec motus maior est mobili, nec econtra: huius totius exempla ponit, & commentum patet. Sed hæc expositio (uerbo sit uenia) nulla est, cum litera græca de moueri ipso & motu comparationem faciat. Sed circa nonnulla dicta Auerr. dubitant, quia uolunt recentiorum multi posse mobile esse indiuisibile, motum uero diuisibilem secundum successionem, & mouentur primo, quia indiuisibile est finitum & limitatum: igitur in potentia ad ubi, & ita mobile. Secundo extensio in motu est per accidens, successio per se, quod autem inest per se alicui, remanere potest ablato omni eo quod est per accidens: igitur potest motus esse extensione indiuiduus, successione diuiduus. Tertio sphera mouetur in plano: & tangit illud in puncto: igitur indiuisibile mouetur. De his latius postmodum. Ad præsentem tamen doctrinam de mente Auer. accipimus hæc esse correspondentia mobile motum, atque spatium quo ad diuisionem compositionemqꝫ. Tunc ad primum diceret indiuisibile ipsum quicquid sit, eē finitum quantum ad uirtutē, quo uero ad dimensionem minime. Congruūt enim finitū & infinitum quanto tantum, at cum mobile sit quantum necesse est, rationabiliter indiuisibile moueri non poterit. Ad secundum diceret ꝙ utraque diuisibilitas est per se in motu, sed ordine quodam, successio quidem per se primo: extensio per se secundo. Ad tertium apud Auer. nec sphæricum, nec planum perfectè est naturale.

P Cōfutatio Auer.

Dubitatio

Prima ra.

Secunda.

Tertia.

Rāṫiones

Q

Dilucida. tex. c. 7. Si igitur necesse est ut id quod ad locum ex loco mouetur, non simul moueatur atque sit motum ad eum locum ad quem mouebatur cum mouebatur, ut si Thebas petierit quispiā, impossibile est Thebas eum petere simul & petiisse, & per. a. partē indiuisibilem: cui. d. motus aderat. o. ipsum mouebatur, fiet utique diuisibile. si quidem posterius trāsierit quam transibat. Nā cum transibat, neque quiescebat, neque transierat: sed in medio erat. Quod si simul transit atque transiuit, id quod proficiscitur, cū

proficiscitur:

A proficiſcitur: eo profectum eſt ac motum, quo mouetur, atq; proficiſcitur.

ANTI. Si igitur neceſſe eſt, quod mouetur unde, & quo non ſimul moueri, & motum eſſe, quo mouit, qñ mouit. Vt ſi Thebas aliquis it, ĩpoſſibile eſt ſimul ireT hebas, & itum eſſe Thebas, & ſecúdum a. impartibilem motum eſt ipſum. o. ſecundum quòd ipſum o. motus aderat: quare ſiquidem poſterius deuenerit quàm uenit, diuiſibile utiq; erit. Cum enim uenerit, neq; quieſcebat, neq; tranſierat: ſed medium erat. Si autem ſimul uenerit, & uenit, ueniens, cum uenit, uentum ibi erit, & motum eſſe ubi mouetur.

Expoſitio. Quid expoſitor. S.Tho. Propria ex pō. Expoſitor Ariſt. ſecundam ſibi petere ſuppoſitionem exponit, quod mihi non ſatiſfacit, neq; græcis uerbis conuenit: Cum Themiſtio igitur uidetur eſſe dicendum, ꝙ cum demonſtratum ſit, ſi magnitudo ex indiuiduis cōſtet, ipm B quoq; motum ex indiuiduis impartilibusq́; motulis conſtare, nunc hoc ꝙ̄ ſit impoſſibile oſtendit, & primo petit ſibi unam ſuppoſitionem, ꝙ impoſſibile eſt id quod ad locum ex loco mouetur, ſimul moueatur atq; ſit motum ad eum locum ad quem mouebatur cũ mouebatur: ut ſi Thebas petat quiſpiam, impoſſibile eſt Thebas eum petere ſimul atq; petijſſe. Verum hanc petitionem non ſic Ariſt. ponit, ſed illi æquiualentem. nam neceſſe eſt non eſſe, æquiualet ad impoſſibile eſt eſſe. Si enim neceſſe eſt motũ non ſimul eſſe motum & moueri: impoſſibile erit moueri ſimul & eſſe motum. Petit ſecundo .o. mobile moueri per a. partem: cui correſpondet d. pars motus, & hoc inquit. per a. partem indiuiduã, cui. d. motus aderat o. ipſum mouebatur. Tunc ex ijs affert concluſionem non propriam, licet principalem. d. fiet utiq; diuiſibile, ſubaudi motus ipſe d. ſi quidem poſterius trãſierit, quàm tranſibat. Poteſt C igitur ſyllogiſmus omnis ſic componi: omne quod mouetur de loco ad locum impoſſibile eſt ſimul eſſe motum in locum, & moueri. Sed quod mouetur in a. per partem motus. d. mouetur de loco in locum, igitur impoſſibile eſt mobile ſimul eſſe motum in a. per ipſum. d. partem motus & moueri: igitur ipſum. d. diuiſibile erit, ac etiam ipſum a. & ſic patet conſequentis impoſſibilitas, idem ſub alia forma probat. d. nam cum. o. mobile tranſibat in a. per. d. partem motus, neq; quieſcebat, neq; tranſierat: ſed in medio erat. Quod ſi ſimul trãſit, atq; tranſiuit, id quod proficiſcitur cũ proficiſcitur eo profectum eſt ac motum, quo mouẽ atq; proficiſcitur ſubaudi, nam hoc in græco defecit: hæc igitur ratio cum difficilis ſit, pluribus modis formatur ab Ariſt. ut illa ipſa habeatur forma, quæ facilior ſit: Sic conſueuit Ariſt. facere in rebus difficilibus, & ſic Them. exponit.

An ſola ꝙ illas ſpatij ſuff. ciat ad ſignatum motu, Vi de ergo hic ſecunda, petitio.

Syllo.

Commẽ. 7 Cum declarauit. Præponit partis intentionẽ, & uult Ariſto. conſequentis illati impoſſibilitatem declarare, & uerba D eius patent, ex expoſitione noſtra.

Si igitur neceſſe eſt. Nunc exequitur, & primo petit ſuppoſitionem ꝙ non poteſt aliquod mobile ſimul moueri & motum eſſe, nam omne motum eſſe præcedit moueri, & hãc per exemplum declarat, & applicat ſententiam uerbis Ariſtotelis, & totum patet.

Et cum poſuit hanc propoſitionem. Ex hac ſuppoſitione ſyllogiçat ſic. ſi. K. uel. o. mobile mouetur ſuper partem. a. ſpatij: cum ſuper. a. non ſimul moueatur, & ſic motum: igitur in alio inſtãti mouetur, & erit motum in. a. igitur tam. a. pars ſpatij ꝙ̄. d. pars motus erunt diuiſibiles, quod eſt contra poſitum.

Et cum poſuit in hoc. Dubitaret fortaſſe quiſpiam per rationem Epicuri, ut Themiſtius narrat ꝙ. o. uel. K. mobile mouetur ſupra tota magnitudine, non autem ſupra qualibet parte: modo ſupra tota magnitudine non ſimul eſt motum & motum eſſe.

Incepit declarare. Contra arguunt Themiſtius & Auer. ex uerbis Ariſto. ſi mobile mouetur ſupra tota magnitudine, uel quieſcit ſupra qualibet parte, aut mouetur: nō quieſcit, quia non poteſt mobile aliquod moueri ſupra aliquo toto, & quieſcere ſupra qualibet parte eius: ſi uero mouẽ, habeo intentum: ꝙ uidelicet moueatur ſupra qualibet parte, & ſuper a. & ita ſimul mouetur & motum erit. Aiaduerte ꝙ de parte poteſt ratio ſic componi: omnis pars, ꝙ non ſimul pertranſitur, & pertranſita eſt: eſt diuidua. a. pars ſupra qua mouetur. K. mobile uel. o. non ſimul pertranſiẽ & pertranſita eſt: igitur eſt diuidua. Sed ambiges forte contra rationem Ariſt. ſic: ꝙ mobile non mouetur ſup omnem ſpatij partem, quia cum partes ſint infinitæ, igitur infinitum pertranſiretur, quod eſſet ſophiſma Zenonis. E Dubitatio Reſponſio

Dici poteſt ꝙ mobile mouetur ſuper omnem ſpatij partem in potentia, & ſuper infinitas in potentia: non autẽ ſuper infinitas actu. Sed dices. a. pari dicerem mobile moueri ſuper oẽs partes indiuiduas in potentia, & non actu. Replic.

Dici poteſt, ꝙ tenentes continuum componi ex indiuiduis, coguntur concedere ipſum componi actu ex illis, ut poſtea diſputabitur. Solutio.

F Dilucida. tex. cō. 8. Sed ſi per totam quidem magnitudinem. a. b. g. mouetur aliquod, motusq́; quo per illam mouetur eſt. d. e. z. per partem autem a. indiuiduam nō mouetur: ſed motum eſt motus ſane non ex motibus, ſed ex momentis conſtabit, & motum quoddam erit, quod non mouebatur. a. namq; partem non tranſeundo tranſiuit. Quare erit aliquid profectum nunquam antea proficiſcens. nam per hanc profectum erit non antea proficiſcens.

ANTI. Si uero ſecundum totam a. b. c. mouetur aliqd: & motus, quo mouetur, ſunt d. e. z. ſecundum autem impartibilem a. nihil mouetur: ſed motũ eſt, erit utiq; motus non ex motibus: ſed ex momentis & moueri aliquid non motum: ſecundum enim a tranſiuit non tranſiens: quare erit aliquod tranſitum eſſe non aliquando tranſiens. Hanc enim trã ſiuit non tranſiens hanc.

G Expoſitio. Pō Epicu. Duo dixit Epicurus: primum, aliquod mobile poſſe moueri ſupra aliqua tota magnitudine, & non moueri ſupra qualibet parte eius. Secundo. ꝙ ſi aliquod mobile mouẽ ſupra aliqua magnitudine, eſt motum ſupra qualibet parte, ut ſi mouetur ſupra magnitudine. a. b. g. erit motum ſupra. a. & ſupra. b. & ſupra. g. non autem mouebitur ſupra aliqua illarum partium: contra primum in textu proximo inſtetit ut patet. Sed contra ſecundum nunc obijcit & petit tria in antecedente. Primum ꝙ ſi aliquod mouetur per totam. a. b. g. magnitudinem. Secundo ꝙ motus per illam ſit. d. e. f. Tertio, per ipſos ꝙ per partem. a. indiuiduam motum ſit, non ꝙ moueatur, tunc ex tribus his infert motus ſane non ex motibus, ſed ex momentis conſtabit. Secundo infert ꝙ aliquod erit motum, quod non mouebaẽ: declarat conſequentiam, quia. a. trãſeundo non tranſiuit, & tunc infert iterũ, quod nunc dixit, ꝙ ſcilicet erit aliquod ꝓfectum nunquam antea proficiſcens, nam per hanc. a. partem profectum erit, non antea proficiſcens. Commentum octauum patet. Cōfutatio Pria ſuppō Sylls. Secunda. Tertia.

H Dilucida. tex. cō. 9. Si igitur omne quoduis aut quieſcere, aut moueri neceſſe eſt, in unaquaq; autem magnitudinis á. b. g. parte quieſcit: fiet ut aliquid ſit quod continuo quieſcit, ſimul atque mouetur. per totam enim. a. b. g. magnitudinem mouebatur, & in unaquaq; parte quieſcebat eiuſdẽ, quare & in tota ẽt.

ANTI. Si igitur nec eſt eſſe, aut quieſcere, aut moueri omne, quieſcit autem per unumquodq; eorum: quę ſunt a. b. c. quare eſt aliquid cōtinuo quieſcẽs ſimul, & quod mouetur: per totam enim a. b. c. mouebatur: & quieſcebat ſecundum quamlibet partem, quare & per omnem.

I Et si textus iste pluribus modis introduci possit, uidetur tamen mihi Arist. contra Epicurum instare per easdem rationes sub alia forma. Et arguit syllogismo disiūctiuo à destructione unius partis supra alteram sic: omne quod uis, aut quiescere aut moueri necesse est, destruit secundā partem: sed in unaquaq; magnitudinis. a. b. g. parte quiescit, & non mouetur, dat impossibile. d. fiet ut aliquod sit quod continuo quiescit simul atq; mouetur, consequentiam deducit. d. per totam enim. a. b. g. magnitudinem mouebatur & in unaquaq; parte quiescebat eius per Epicurum, quare per totam, quia si in omni parte: igitur in tota. & ita in tota mouebatur, & quiescebat, & hoc est impossibile. contra Epicurum propositum.

Et si hæc ratio plures habeat partes, uidetur potissimum fundari in hac consequentia o. mobile quiescit supra quālibet partem magnitudinis: ergo supra omnem, id est supra totam. Modo hæc consequentia non uidetur ualere, procedit enim ab unaquaq; parte magnitudinis ad totā ipsam magnitudinem. Dicendum consequentiam esse sic intelligendam, quiescit supra qualibet copulatiue, quia supra a. & supra b. & supra c. ergo supra totam: tenet enī consequentia, quia tota magnitudo a. b. c. non est aliud, q̄ a. & b. & c. copulatiue. & sic rō Arist. pulchra est. K

Et si quidem indiuiduæ motus partes quæ sunt d. e. z. sint motus, fit ut præsente motu mobile nō moueatur, sed quiescat. sin uero non sint motus, motus non ex motibus constabit.

Et si quidem indiuisibilia: quę sunt d. e. z. motus sunt: motu præsente contingit utiq; non moueri, sed quiescere. Si autem non sunt motus, motum non ex motibus esse.

Secundo contra Epicurum arguit alio modo sic uel. d. e. z. partes indiuiduæ motus uel non sunt motus: si sunt motus, cum sint indiuiduæ, & per indiuiduum nihil moueat, ut supposuit, fit ut præsente motu mobile non moueatur, sed quiescat. at si non sunt motus, motus tunc non ex motibus constabit. quod ut falsum omittit.

L

Cōmē. 9. Hic congregat. Auer. exponit aliter textus hosce, quomodo græcis uerbis minime consonat; sed utcunq; sit, primo

Intentio. sumit partis intentionem q̄ Arist. uidelicet congreget totam syllogismi uim, addens impossibilia, quæ sequuntur ad conclusionem ultimo inductam. cui expositioni Themistius consentire uidetur.

Vis sylli. Et abbreuiatio. Nunc prosequitur & resumit totam syllogismi uim hoc modo: si omnis res necesse est, aut ut quiescat, aut ut sit mota. K. uel. o. mobile est res: igitur in spatio a. b. g. aut motum, aut quiescens. deinde destruit membra: & inquit: & si K. uel o. est res iam mota, tunc impossibile est ut moueatur. cum enim aliquod est indiuisibile, dicetur iam esse motum. & ita sequitur uel q̄ simul mouetur, & iā motum est, aut q̄ motum est & prius non mouebatur, igit̄ non potest poni q̄ K. uel. o. sit motum. Quod si dicatur q̄ in aliqua hora nō sit motum per quamlibet partem a. b. c. igitur in qualibet illarum erit quiescens. Nam si innatum

M est moueri & nō mouetur, igitur quiescit, quare motus factus supra magnitudine a. b. c. est compositus ex quietibus etiam mouebitur continue & quiescet, quæ sunt impoßia.

Destructio scdi mēbri. Et cum declarauit. Erant duo membra: primum q̄. o. in omnibus illis quiesceret: secundum q̄ motum esset in qualibet illarum. Contra primum dat duo inconueniētia. Primum q̄ motus ex quietibus componerentur. Secūdum q̄ quiesceret per totam magnitudinem, per quam positum erat moueri. Nunc dat impossibilia ad membrum. d. q̄ moueretur: nā sequitur q̄ esset motus absq; moto, eo quia esset motus in parte indiuidua, & per rem motam indiuiduam modo hoc est inconueniens: nam mobile indiuiduum non potest moueri supra æquali sibi, immo uniuersaliter nullum mobile mouetur super æquale sibi: igitur non dat̄ mobile, & erit motus absq; mobili. Supponit igitur Auer-

Suppō. Auer. roes q̄ mobile non potest moueri supra æquali sibi, & sic non potest moueri supra parte indiuidua, & ita erit motus absq; mobili. N

Tot. sylli. Et iste sermo. Resumit totam uim syllogisticam arguens a primo ad ultimum sic: si magnitudo indiuidua erit, motus indiuiduus: si motus indiuiduus, mobile est indiuiduū: si mobile indiuiduum, tunc motum esset & moueretur, aut motus esset ex quietibus. Dubitabis primo, quia nō omnis res mouetur uel quiescit, ut intelligentia. Secundo infert. o. uel. K. non mouetur, igitur quiescit, modo hoc non ualet, nam ex negatiua nō sequitur affirmatiua in libro perihermenias. Tertio ait: syllogismum Arist. esse ex syllogismis hypotheticis cum sit unus hypotheticus à primo ad ultimum. Quarto supponit nullum mobile moueri supra æquale sibi: hoc est falsum, quia omne mobile mouet̄ supra æquale sibi, ut in fine huius dicetur. Ad primam, ut sumitur ex uerbis Themi. illa propositio est uera de eo q̄ potest naturaliter moueri, & non impediatur. Ad secundum: ex negatiua sequitur affirmatiua cū constantia subiecti, & sic arguit Auer. addit enim si innatum est moueri, hæc namq; est subiecti constantia. Ad tertium dicēdum unum esse actu syllogismum, plures tamen & tot quot enthimemata. Ad quartum dicerem uerbum Auer. esse intelligendum tāquam ad quod: nihil enim mouetur in spatio sibi æquali tanquam ad quod, sed bene tanquam per quod, & sic non contradicunt.

Prima du. Secunda. Tertia. Quarta. Solutio ad primum. Ad scdm. O Ad tertiā.

RECO. Hæc ratio habet duas partes, quarum prima est si d. e. z. indiuisibilia motus sunt motus, motu præsente contingit aliquid non moueri: deducitur, nam si in. o. mobili esset p̄sens. d. motus cum per d. motum. o. non moueatur supra parte a. quia secūdum Epicurum in. a. nihil mouetur, nec in. b. nec in. c. sed solum supra totam: ergo fit ut d. motus sit præsens ipsi o. & tamen non uidebitur o. eodem modo argui potest de e. & de z. quare motu præsente aliq̄d non mouebitur: secunda pars est, si autē indiuisibilia motus non sunt motus, continget motū esse non ex motibus modo hoc concederet Epicurus. ex punctis enim est magnitudo, quorum nullum est magnitudo, & dicendum Aristo. supponere pro absurdo motum ex non motibus, esse, quia sensu patet motum non resolui in non motus, ergo si non resoluitur in non motus absurdum erit dicere ipsum componi ex non motibus: supponens ergo illud tanq̄ absurdum contra sensum non processit ultra. P

Diluida. tex. cō. 10. Similiter autem & tempus, ut longitudo ac motus: indiuisibile esse necesse est, atq; ex ipsis nunc, quæ indiuidua sunt, constare. Nam si omnis diuidua est: atq; in minori tempore, quod æque uelox est, minorem pertransit magnitudinem, diuiduū erit & tempus. Quod si tempus, quo aliquid per a. fertur: diuiduum erit. a. etiam pars per quam id fertur: diuidua erit.

ANTI. Similiter autem necesse est longitudini & motui indiuisibile esse tempus, & componi ex ipsis nunc entibus indiuisibilibus. Si enim omnis diuisibilis est: in minori autem æqualiter uelox transibit minorem, diuisibile erit & tempus. Si autē tempus diuisibile est, in quo fertur aliquid per ipsum. a. & quæ est ipsum a. erit diuisibile. Q

Hactenus q̄ magnitudo hoc est spatium & motus cōuertantur quantum ad diuisionem & compositionem ex diuiduis & indiuiduis, declarauit. Nunc uero q̄ magnitudo & tempus simili conuertendi ratione conuertantur, declarat: & hoc proponit dicens. Similiter autem & tempus ut longitudo ac motus indiuisibile esse necesse est, atq; ex ipsis nunc quæ indiuidua sunt, constare: & ecōtra. si tempus ex indiuisibilibus, aut diuiduis constat, magnitudo etiam constabit ex eisdem. Et primo declarat primum; q̄ si magnitudo est diuidua: igitur & tempus, & inquit. Nam si omnis diuidua est, & in minori tempore quod æque uelox est, minorem pertranseat magnitudinem, diuiduum erit & tempus. Nam

A pus. Nam in toto tempore totam, & in parte partem id qđ æque uelox est, pertransibit. Declarat conuersum à parte temporis, & inquit. Quòd si tempus quo aliquid per .a. fertur: diuiduum erit .a. etiam pars per quam id fertur: diuidua erit. nam ut totum toti: ita pars parti. Conuertuntur igitur tempus & magnitudo quantū ad diuisionē & indiuisionē.

Cōmē. 10. Introductiō

Cum declarauit. Expositio Auer. in præsenti commen. 10. non potest consonare græcis Aristotelis uerbis, ut patet consideranti. Verum ipse proponit intentum partis. Secunda ibi { Et cū narrauit. } prosequit. prima pars patet de se.

Suppositio

Et cum narrauit. Nunc prosequitur, & declarat quomodo ualet hæc: siue hypothetica: siue consequentia. magnitudo componitur ex indiuisibilibus: igitur & tempus. Ad hoc declarandum, declarat quòd si alterum est diuisibile: etiam alterum erit diuisibile: petit igitur primo quòd si magnitudo est diuidua: tempus sit diuiduum. Hāc probat sic. B si magnitudo est diuidua: potest tota pertransiri in toto tēpore, & medietas magnitudinis in medietate temporis, ultra totum tempus est quo pertrāsitur tota magnitudo: pars temporis per quā pertransitur pars: igitur ad diuisionem magnitudinis est diuisio temporis correspondens.

Applicat uerbis sententiam

Et cum dixit. Applicat nunc suppositionem uerbis. animaduerte tamen ꝙ uerba barbaræ translationis hęc sunt. si igitur hoc fuerit diuisibile & illud quod est æqualis uelocitatis pertransit in minori tempore minus & reliqua. hæc tripliciter exponit. Vnō modo ꝙ Aristo. duo uelit & quòd æque uelox pertranseat æquale, & quòd econtra minus uelox pertranseat minorem magnitudinem. Secūdo exponit ꝙ litera est corrigēda: ut in libro Alexandri accipitur, uidelicet, ꝙ si aliquod uelox pertransit aliquod spatium in certo dato tempore: idem æque uelox pertransit minus in minori tempore. Tertio. exponit econuersō, hoc est si tempus est diuisibile: igitur quælibet pars magnitudinis est diuidua: C cum diuisio magnitudinis correspondeat diuisioni temporis. Quicquid sit in his tribus expositionibus, intellige tu ꝙ æque uelox quotiens pertransit aliquod totum spatium: idē petransibit partem spatij in parte temporis.

Syllo.

Et cum declarauit. His sic stantibus arguit hypotheticē sic. si tempus est diuiduum magnitudo est diuidua: igitur ab opposito consequentis. si magnitudo est indiuidua, & tēpus erat indiuiduum. & hæc fuit textus intentio. hæc expositio (ut dixi) nullatenus textui conuenit, nec uerbis gręcis, ut patet intelligenti. Multæ quæstiones hinc quæri solent à recentioribus: ego tamen nonnullas & breuibus recolligam. Et primo. an continuum ex indiuiduis partibus cōponatur: est enim continuum non una ratione: sed in tempore, & in motu & in magnitudine tam spatij quàm mobilis, & quæstio est communis omnibus. Ioannes in libro physico. 6. quæstione prima, uelle uidetur quòd compositione quantitatiua nullum continuum ex indiuiduis componitur. at compositione essentiali est distinguendum, q̃a aut continuum consideratur secundum essentiam, aut secū dum esse terminatum. si secundum essentiam: sic nullum continuum ex indiuiduis componitur, nec essentiali, nec D quantitatiua compositione. si secundum esse terminatum: tunc componitur ex indiuiduis compositione essentiali, ut linea ex punctis: quando duobus terminetur punctis. Hęc positio (pace aliorum dixerim) licet quo ad primum sit tenenda, quo ad alia falsa uidetur, & maxime quo ad illud quod ait. continuum secundum essentiam non componi ex indiuisibilibus. Nam continuum est in specie completum etiam secundum essentiam acceptum, & quod est completum in specie est definibile, & omne definibile est resolubile ac diuisibile in partes simplices, ut septimo metaphysi. colligitur. Secundo. aut essentia continui est simpliciter simplex, aut composita: non simpliciter simplex, quia tunc nihil prius haberet: igitur composita, & non ex diuiduis. igitur ex indiuisibilibus. Quantum uero ad id quod ait. continuum terminatum componi compositione non essentiali, sed simili essentiali: etiam falsum ait. immo compositione uerē essentiali quomodo species componitur ex gene-

Q̃lōnes

Prima. Iād. q. 1. hu. & Alb. de sa. 20. q. 1. h. & Gaet. q. i. huius. & Burl. hic.

Cōfutatio secundi.

Cōfutatio tertij.

re & differentia: nam continuum est genus finiti & infiniti: igitur continuum finitum est species. Sed omnis species, E & omne quod est in specie componitur uera compositione essentiali ex genere & differentia. Tenendum igitur est quòd continuum potest capi secundum esse, & secundum essentiam: tunc siue sic, siue sic, compositione quantitatiua nullum eorum componitur, sed compositione essentiali quomodolibet sumptum bene componitur ex indiuiduis: non quidem ex indiuiduis quanti, sed ex indiuiduis essentia. quod si sic intelligit Ioannes, bene ait. Multa alia dici possunt, quæ (cum recentiores copiosius scribant) rectē omittimus. Secundo quærit Ioan. utrum duo tota uel duo corpora possunt se tangere se secundum totum: & arguit quòd sic, ut elementa immixto, quæ sunt quatuor corpora.

Secūda. q. Iād. q. 4. h. Pō Ioan.

Ioannes absq; diuisione simpliciter respondet, quòd duo corpora non possunt se tangere secundum totum. Tum q̃a essent simul in eodem loco. Tum secūdo quia oportet esse duo per duas superficies. Et quia tunc non facerent maius. F

Cōfutatio

Mihi uidetur quòd hæc solutio sit uera, sed non est logica. Nam simpliciter loquendo duo corpora possunt se tangere secundum totum, quoniam possunt se tangere secundum se, & quodlibet illorum est totum: igitur secundum se tota. Secundo. non alio se tangunt tota, quàm secundum partes possunt se tangere secundum partes: igitur secundum tota: dicerem igitur quòd duo corpora possunt se tangere secundum tota categoricē: non tamen syncategoricē; G hoc est secundum tota integra: non tamen secundum se & quodlibet sui. Ad rationem uero ipse male respondet. Dicas igitur quòd elementa sunt in mixto secundum formas, non secundum dimensiones formarum: nam una est dimensio elementorum, & mixti: de hoc in libello de mixtione, & in libro de generatione perquire. Tertio quęrunt utrum moueri & motum esse sint simul, & uidetur ꝙ sic. illuminatum esse & illuminari sunt simul. Amplius augeri & auctum esse. adhuc alterari & alteratum esse. Secundo. motum esse est momentum, sed motus & momentum sunt simul: quia de motu nihil habetur, nisi motum esse.

Tertia qō. Iādu. q. 6. huius. Vide etiā Egi. t. 7. huius.

Sc̄o Ioan.

Ioannes simpliciter respondet quòd moueri & motum esse non possunt esse simul. Tum quia tunc aliquid simul moueretur, & non moueretur. Tum quia quod mouetur non habet illud ad quod mouetur. Tum quia moueri in tempore est: at motum esse in instāti: modo instans & tempus non sunt simul. Sed hæc solutio (pace sua) sic simpliciter falsa est. Nam in his quæ subito fiunt simul est fieri, & factum esse: igitur in his quæ subito mouentur: simul est moueri & motum esse, sed alteratio auctio & generatio subito fiunt, ut nunc suppono: igitur simul est alterari & alteratū esse, augeri & auctum esse: generari & genitum esse. Ideo animaduertendum primo quòd de motibus solus ipse localis est continuus & successiuus octauo huius. commen. 23. at cæteri & si sint successiui: non tamen continui, ut dicemus. Secundo animaduerte, quòd Arist. per mutatum esse, siue motum esse, potest duo intelligere: aut finem motus in actu, ad quem ipsum mobile desinit moueri, & quiescit in fine motus: aut finem motus in potentia: non ad quē cum peruenit quiescit, sed ad quem cum peruenit potest quiescere. primo modo unum est mutatū seu motum esse. secundo modo infinita: prout in infinitis partibus potest quiescere mobile. Tunc dico primo ꝙ solum in motu locali propositio Aristo. est uera, & de illa argumenta Ioannis procedunt: non autem in alijs. Dico secundō ꝙ Arist. intelligit de mutatum esse in actu non potestate: quia moueri & mutatum esse potestate possunt esse simul: quando in mutatum esse potestate: mobile non quiescit actu, sed ulterius mouetur. Et hæc est expositio Aristo.

Cōfutatio

Sol. ppria.

H

RECO.

{ Textus potest resolui in duas consequentias, prima tempus est indiuisibile ergo & magnitudo: probatur ex opposito consequentis. nā si magnitudo est diuisibilis, & ęque uelox transibit in minori tempore minorē: diuisibile erit & tempus. Secunda si magnitudo est indiuisibilis: ergo & tempus, in quo fertur aliquid per ipsum à indiuisibile

I erit. probat etiã ex opposito, quia si tempus est diuisibile: ergo & à supra quo ferebatur, & sic Themistius intellexit. Quærunt utrum ex indiuisibilibus sui generis componatur cõtinuum. Plato autumat corpora fieri ex superficiebus: superficies ex lineis: lineas ex punctis. Præterea Epicurus huic adhærens addit uniuersaliter omne continuum fieri ex indiuisibilibus ut tẽpus ex ipsis nunc, & motũ ex momentis. Aristoteles aũt negat omnia hæc, & in hoc loco, & .3. de cœlo. Asserit enim nullum continuum fieri ex indiuisibilibus proprijs. Sed pro intellectu horum debes scire indiuisibile esse duplex, scilicet indiuisibile essentia, quod alij conceptum simplicem appellant, & de hoc non loquuntur, & indiuisibile quantitatis, ut punctum respectu lineæ, & linea respectu superficiei, & superficies respectu corporum. Amplius & nunc respectu temporis, & momentum respectu motus. Amplius in ꝓposito duplex

K est compositio, altera definitiua, quo modo species componitur ex differentia, & genere. Altera integratiua, qua quantum ex partibus suis quantis integratur. Tunc cõcordarem hos, cum enim Aristoteles asserit nullũ continuũ componi ex indiuisibilibus, loquitur de indiuisibilibus quantitatis, & de compositione integratiua. cum Plato & Epicurus asserunt continuum cõponi ex indiuisibilibus, loquuntur de indiuisibilibus quantitatis, sed de compositione definitiua. cum. n. nos ignoremus rerum differẽtias, quodlibet continuum describit̃ per propria indiuisibilia, ut corpus per superficies, & superficies per lineas, & linea per puncta. Præterea tempore per ipsa nunc, & motus ꝑ

Cõmẽ.16. momenta. hoc pacto non negaret Aristoteles hæc: ut intelligenti patet. in tertio uero de cœlo aliter Platonis opinionem nos interpretabamur, nunc uero de ea hactenus. Quærebatur secundo in commentarijs utrum moueri & motum esse sint simul: ubi diximus quędam non inutilia: nunc uero intelligas motum esse & moueri non esse simul respectu eiusdem: respectu uero diuersorum esse possunt


L simul. Moueri enim ad. a. & esse motum ad. a. simul esse non possunt. At motum esse ad. a. & moueri in. b. simul ẽe possunt. potest. n. aliquis esse motus Suessam, & cõtinuo moueri post hoc Neapolim: hæc satis.

Dilucida. tex. cõ.116 Quoniam autem magnitudo omnis in magnitudines sectilis est. Demonstratum est. n. continuum ex indiuiduis constare nõ posse, & magnitudo omnis continuum est, necesse est ut id quod uelocius mouetur: maiorem in æquali: æqualemq; in minori at maiorem in minori magnitudinem transeat: quemadmodum definiunt nonnulli ipsum quod uelocius mouetur. Sit. n. in quo est. a. ipsum mobile: uelocius eo in quo est. b. ipsum: cum igitur id sit uelocius quod prius mutatur. In quo tẽpore mutatum est. a. ipsum ab ipso. c. in. d. ut in. r. i. in eo mobile. b. nondum accedet in. d. sed citra erit: quare id quod uelocius mouet̃. plus magnitudinis in ęquali tempore transit.

M

ANTI. Quoniam autem omnis magnitudo in magnitudines est diuisibilis: (ostensum est. n. quoniam impossibile est ex indiuisibilibus continuum esse aliquid: magnitudo autem omnis, continua:) necesse est uelocius in æquali tempore maiorem, & in minore ęqualem, & in minore minorem pertransire: sicut definiunt quidam ipsum uelocius. sit. n. ipsum in quo. a. eo in quo est. b. uelocius, quoniam igitur uelocius est, quod prius mutatur: in quo tẽpore ipsum. a. mutatum est ab ipso. c. in ipsum. d. uidelicet in. 3. i. in hoc ipsum. b. erit iuxta ipsum. d. sed deficiet. quare in æquali tempore plus abibit uelocius.

Exemplum demonstrationis.



N

O

Expõ cõis Omnes ferè latini conueniunt Aristo. nunc noua demonstratione: uidelicet accepta à definitionibus uelocioris & tardioris probare magnitudinem: nullumq; continuum ex indiuisibilibus componi. Sed hoc stare non potest, quia tunc in textu esset circulus: nam ipse ex diuisione magnitudinis concludit tres uelocioris definitiones: igitur non est consentaneum ut contra è uelocitate & tarditate probet magnitudinem esse diuisibilem. Melius igitur mihi uidet̃ cum Themistio ꝙ Arist. arguat hypotheticè à constructione consequentis ad constructionem antecedentis sic. si magnitudo est diuidua: aliquod potest moueri uelocius & tardius. Sed aliquod mouetur uelocius & tardius: igitur magnitudo diuisibilis erit. Sed statim ambiges, quia tũc Aristo. ratio peccaret in logica. non. n. ualet enthymema à positione consequentis. Dici potest ualere in cõuertibilibus: ut in proposito: nam ualet utroq; modo. Magnitudo est diuisibilis: igitur aliquid uelocius & aliquid tardius mouet̃, & econtra aliquid uelocius, & aliquid tardius fertur: igit̃ magnitudo diuisibilis. Inquit. quoniam autẽ magnitudo omnis in magnitudines sectilis est: hanc probat per rationem tactam: quã nunc repetit dicens: demonstratum est enim continuum ex indiuiduis constare non posse, & magnitudo omnis continuum est: igitur demonstratum est magnitudinem constare ex diuisibilibus. Tunc accipiatur quòd magnitudo constet ex diuisibilibus pro antecedente: dat cõsequens, & inquit. necesse est ut id quod uelocius mouetur: maiorem inæquali: æqualemq; in minori: atq; maiorem in minori magnitudinem transeat: hoc est consequens. Ecce quomodo per modum consequentis infert tres uelocioris definitiones. prima est. uelocius est quod in ęquali tempore pertransit maius. secunda. quòd in minori æquale. tertia quòd in minori maius. Deinde incipit ponere consequens, & declarat per ordinem tres definitiones ipsius uelocioris, ut ipsis positis habeat positionem antecedentis. sit enim inquit. in quo est ipsum. a. mobile uelocius eo in quo est. b. ipsum: hoc est sit. a. mobile quod uelocius mouetur, &. b. quod tardius, ut in exemplo patuit. Cum igitur id sit uelocius quod prius mutatur: ut ex ipso quid nominis patet. in quo tempore mutatum est. a. ipsum ab ipso. c. in. d. ut in. r. i. tempore: in eo mobile. b. nondum accedet in. d. sed deficiet siue citra erit: ex hoc exemplo infert primam uelocioris definitionem, & inquit. quare id quod uelocius mouetur: plus magnitudinis inæquali tempore transit. Et hæc est positio consequentis pro prima illius parte.

Cõfutatio

ꝓpa expõ.

Dubitatio

Solutio

P

Q

Cum declarauit. Præponit partis intentionem & quatuor tangit. primo quòd magnitudo & tempus quo ad diuisionem & compositionem se consequuntur. secundo ꝙ uelocius & tardius possunt in infinitum crescere. tertio ꝙ quia uelocius & tardius possunt in infinitum crescere: ideo tempus & magnitudo sunt diuisibilia. quarto ꝙ ablata à tempore diuisibilitate & à magnitudine: tunc ponentur uelocissimum quo nihil uelocius, & tardissimum quo nihil tardius, quia sequitur motus in non tempore, & cum motus

Cõmẽ.n. Quæ Au. An cis motus possit esse uelocier & tardier. Vide Gradeum esu lec. 3. huius.

A motus sit in instanti:omnis erit uelocissimus, quia nullus illo dato uelocior:omnis tardissimus, quia nullus illo dato tardior:cum omnis motus sit in non tempore:siue in instanti:in quo nihil est magis aut minus.

Et dixit & cũ. Prosequitur & primo probat:repetens rõnem q omnis magnitudo diuidit in partes cõtinuas: per hoc quia diuidit in semper diuisibiles. secunda ibi { Et cũ posuit } facit enthymema cuius antecedens est. omnis magnitudo diuiditur in continuum. igitur uelocius est, quod in æquali tempore pertransit maius, & in minori æquale, & in minori maius. Ecce quõ de textu ipse facit duo: antecedens, & consequens, & quantum ad hoc bene exponit.

Si igitur magnitudo. Deducit consequẽtiam sic. si magnitudo non esset diuidua: sed composita ex indiuiduis: tũc cũ

B aliquid moueretur supra aliqua parte illius indiuidua: in ea dẽ nihil posset tardius moueri, quia supra indiuisibili omnia æqualiter mouentur, & sic destruetur ipsum tardius, & per consequens ipsum uelocius: nam tardius & uelocius di cuntur relatiue.

Et tacuit. Excusat Arist. cur uidelicet tardioris definitionem præterijt. ait enim esse ex definitione uelocioris deprehensum. Animaduerte q Aristo. & Auer. & Themi. uelocius & tardius in comparatiuo definiunt, quia in positiuo non datur uelox: quin tale sit in comparatiuo: ut patet cõsideranti. reliquum commenti patet. Expositio hæc quantum ad primam partem conuenit textui: sed est diminuta. oportet enim addere, q Arist. ponat consequẽs, ut habeat positionem antecedentis, ut adiecimus in lræ expositione.

Dilucida. tex. cõ. 12.

At uero plus etiam magnitudinis in minori tempore transit. nam in quo ipsum a. mobile ad ipsum peruenit. d. mobile. b. quod est tardius: erit prope. e. igitur cum ipsum. a. toto tempore. 3. i. ad suum puenit. d. erit in minori tempore quã sit illud: pro- C pe. t. utpote. 3. K. at magnitudo quidem. c. t. quã per transiuit ipsum. a. mobile: maior est magnitudine. c. e. tempus autem. 3. K. minus est tempore toto. 3. i. quare id quod uelocius est: maiorem magnitudinem minori in tempore transit.

ANTI. { At uero & in minori plus ipsius: in quo enim ipsum à factum est iusta ipsum. d. ipsum. 3. erit iusta e. quod tardius est. ergo quoniam ipsum. a. ad ipsum. d. factum est in omni, in quo est. 3. i. tempore: ad ipsum. t. erit in minori hoc: & sit in quo. 3. K. ipsum quidem igitur. c. t. quod transibit ipsum. a. maius est ipso. c. e. Tempus autem quod est. 3. K. minus est omni. 3. i. quare in minori abibit maius.

Exemplum.

Z	K	I

D

A

C E T D

B

Expositio. nductio literæ.

Erat tertia ipsius uelocioris mobilis definitio uelocius mobile est quod in minore tempore pertransit maius spatium. Declarata itaq; prima definitione. Nunc declarat tertiam & proponit eam, & inquit. at uero quod uelocius mouetur plus etiam magnitudinis in minori tempore transit. Hæc fuit tertia definitio. Hanc solo exemplo declarat, & potest absq; exemplo deduci sic. potest esse aliquod mobile uelocius quod pertranseat aliquod spatium duplum ad spatium pertrãsitum ab alio tardiori in hora. igitur minus quàm in hora potest pertransire spatium minus quàm duplum, licet maius. igitur in minori tempore pertrãsibit maius. Inquit. nam in quo ipsum. a. ad ipsum peruenit. d. mobile. b. quod tardius est: erit prope. e. ut nunc per casum sumatur. igitur cum ipsum. a. mobile ad suum peruenit. d. erit in minori tempore quàm sit illud prope. t. utpote in. 3. K. at magnitudo quidem. c. t. quã pertransit ipsum. a. mobile, maior est magnitudine. c. e. Tempus autem. 3. K. minus est tempore toto. 3. i. tunc infert definitionem, & inquit. quare id quod uelocius est, maiorem magnitudinem minori in tempore transit. & hæc erat tertia uelocioris definitio.

Decl̃o fine terminis.

E

Decl̃o per terminos.

Decl̃o sine terminis e Themi.

Animaduertendum sine literis rationem ex Themistio, sic trahi. Sint duo mobilia æquus & scorpius ambo in hora moti: cum scorpius sit tardior equo: equus in hora transibit leucam: scorpius in hora tertium leucæ & cum equus in hora leucam peragrauerit: in horæ dimidio dimidium leucæ peragrabit. igitur equus in dimidio horæ peragrabit plus quã scorpius, qui in hora tertium leucę peragrauit. sed dimidium horæ est minus hora: igitur uelocius in minori, utpote equus in horæ dimidio peragrat plus quam scorpius in hora. & sic in minori tempore pertransit maius, quod erat intentum.

F

Exemplum.

Hora

A Scorpius

C E T D

B Equus

Cõm. 12.

Diuisio cõmenti.

Vult declarare. Auerro. primo disponit terminos. secundo ibi { & hoc intendebat: applicat sententiam uerbis. } tertio ibi { & ex hoc manifestum est: } remouet dubiũ. Primæ duæ partes patent: uerum ipse mutat terminos: propterea exemplum suum est.

Z	Tempus	L	H

G

A

C K T D

H

B

Expositio. Dubitatio cõmenti.

Et ex hoc. Dubium est tale: nam Aristote. primo probauit per definitionem uelocioris & tardioris continuum componi ex semper diuisibilibus: nunc contra per hoc quòd continuum diuiditur in semper diuisibilia; probat definitionẽ uelocioris & tardioris: igitur circulus in demonstratione. l.

Solutio.

Sed prima. Soluit, & uult q syllogismus procedens à magnitudine tali ad uelocius & tardius talia: est propter quid: hoc est à priori ad posterius: causa enim uelocitatis & tarditatis est diuisio magnitudinis. Secunda uero probatio à definitione uelocis & tardi ad diuisionem procedens magnitudinis: est ab effectu posteriori ad prius, & sic diuersis generibus causarum non inconuenit circulus. Verum si exponitur litera ut nos diximus: hæc dubitatio non est necessaria, ut intelligenti patet. In omnibus his rationibus ut uisum est Aristo. supponit supra indiuisibile nihil posse moueri: quo argumento intulit. a. ipsum esse diuiduum. pro-

Introductio qõnis

Q. 5 Ioan.

pter hæc quærit Ioan. utrum supra indiuisibile possit aliqd moueri. tenet ipse q p se nihil supra indiuiduũ põt moueri quia ut dicit Arist. tunc idẽ esset moueri & motũ esse. tñ p accidens põt supra indiuisibile aliquid moueri: põt. n. indi-

I uisibili successiue aliquid applicari, ut patet de sphærico: cui continue applicetur planum usq; ad finem. constat planum moueri supra punctum applicationis, sed hoc est per accidens: quatenus punctus ille est aliquid corporis sphærici. Sed hoc stare non põt, quia Aristo. probat supra à. nõ posse fieri motum, quia tunc à. oportet esse diuiduũ. modo patet ipsum à. esse indiuisibile coniunctum diuisibili, & sic glossa contra textum. Secundo, si supra punctum sphæræ; in quo fit applicatio per accidens fieri potest motus. igitur supra sphæricum per se. omne enim per accidens reducit̃ ad per se. modo supra sphæra cuius est punctus nihil põt p se moueri. igitur nec per accidens supra punctum. Ideo animaduertendum puncta, & eiusmodi indiuisibilia non esse in rerum natura, sed solum ad imaginationem geometræ. omne enim quod est in natura est diuisibile. primo de anima. cõmen. 13. & primo cœli. cõmen. 32. modo cũ mathematici imaginari possint fluxum fieri supra punctum, & ipsum fluxum facere motum, concedent ad imaginationẽ hæc talia. at physici cum rerum naturas cõsiderent: nihilq;

K sit in natura indiuiduum, nisi apud intellectum: eiusmodi propositiones penitus negabũt. Et sic patet solutio ad argumentum Ioan. & aliorum.

(Margin: Cõfutatio. Prima rõ. — Secunda. — Sol. ppria.)

RECO. Quærimus in cõmentarijs, utrum supra punctum possit aliquid moueri, & uidet̃ ꝙ sic, si sphæricum ponatur sub plano, & planum tangat sphæricum in puncto. his enim stantibus, planum põt successiue applicari illi puncto: ergo supra illo moueri. in cõmentarijs diximus bene, sed facilius dicerem planum non posse moueri supra punctum sphærici: nisi quatenus intelligitur punctum illud quasi in medio cuiusdam spatij imaginarij: quasi copulans partes illius spatii: supra quo spatio planum per se intelligit̃ moueri, & sic tale per accidens reducitur ad spatium supra quo est motus per se, & non ad sphæram.

(Margin: Dilucida. tex. cõ. 13.)

Manifestum autem ex his est, & ꝙ id quod uelocius est: in minore tẽpore peragrat æquale. Nã cũ ipsum maiorem in minori transeat, quàm peragrauerit id quod est tardius. ipsum uero per se sumptum maiori in tempore maiorem transeat, quàm

L in minori. utpote. l. m. quæ maior est. l. x. maius utique erit tempus. p. r. in quo peragrauerit. l. m. quá sit tempus. p. s. in quo pertransiuit. l. x.

P S H R

A

L X M

B

Quare si ipsum. p. r. tẽpus maius est eo quod est p. h. quo uidelicet. ipsum quod tardius est: pertransit. l. x. & ipsum. p. s. tp̃s minus est ipso. p. r. tpe nam

M minore minus cũ sit, & ipsum maiore minus erit: fiet ut in minori tempore transeat æquale.

ANTI. Manifestum autem ex his est, & ꝙ uelocius in minori tempore abibit æquale, quoniam. n. utiq; maiorem in minori transit tardiori. Ipsum autem secundum seipsum acceptum in maiori tpe maiorẽ minori ut. l. m. in ea, quæ est. l. x. plus utiq; erit tp̃s, quod est. p. r. in quo ipsum. a. transit. l. m. quá quod est. p. s. in quo pertransit. l. x. quare siquidem est. p. r. maius eo, quod est. p. h. in quo quod tardius est, pertransit. l. x. & quod est. p. s. minus est in quo est p. h. ipso. n. p. r. minus est: minori aũt minus, & ipm minus est: quare in minori abibit æquale.

Nunc ex tertia data definitione: concludit secundã uidelicet, ꝙ uelocius sit qd' in minori tpe dato pertranseat æquale.

(Margin: Conclusio)

N Inquit. manifestũ aũt ex his est, & ꝙ ipsum uelocius in minori tpe peragret æquale ei qd' tardius transit in maiori. Ad hanc conclõnẽ declarandã, petit sibi duo concedẽda. primũ uelocius in minori tpe ptransit maius, ꝙ̃ sit spatiũ peragratũ à tardiori in longiori tpe, ut proximo textu expositũ est. Inquit, nã cũ ipsum uelocius maiorẽ magnitudinẽ in minori tpe transeat, ꝙ̃ peragrauerit id quod est tardius in longiori tpe. Hæc est prima petitio, & legat̃ suspensiue. Secunda uero petitio est ꝙ unũmet mobile p se maiori in tpe maius transit, & in minori minus, ut si equus in hora peragret leucã: in minori ꝙ̃ sit hora, minus peragrabit. inquit. ipsum uero per se sumptũ maiori in tpe maiorẽ trãseat ꝙ̃ in minori transierit: declarat̃ per exẽplũ, ut si spatiũ transit. l. m. quod est maius spatio. l. x. ẽt erit maius tp̃s. p. r. in quo peragrat. l. m. ꝙ̃ sit tp̃s. p. s. in quo pertrãsiuit. l. x. hoc est maius est tp̃s quo equus peragrat leucã, ꝙ̃ leucę partẽ, ut si leucã in hora peragrat: partem per minus ꝙ̃ sit hora idem equus peragrabit. Hæc est secunda petitio. Ex ijs arguit. b. mobile quod positũ est tardius moueri: spatiũ peragrat. l. x. in tpe. p. h. Sed. a. mobile uelocius idẽ peragrat in

O tpe. p. s. Tẽpus aũt. p. s. minus est tpe. p. h. Igitur uelocius pertransit æquale in minori. sine terminis uero arguas sic. Scorpius leucæ dimidiũ peragrat in horæ medio, equus in horæ tertio peragrat idẽ leucæ dimidiũ. igit̃ uelocius in minori peragrat æquale. inquit. quare si ipsum. p. r. tp̃s maius est eo quod est. p. h. quo uidelicet. ipsum quod tardius est utpote. b. pertransit. l. x. & ipsum. p. s. tp̃s minus est ipso. p. r. tpe. nã minore minus cũ sit, & ipsum maiore minus erit: uult hr̃e ꝙ. p. s. sit minus utroq; toto. p. r. & ipso. p. h. cõcludit conclusionẽ: inquit. fiat ut in minore transeat ęquale. est igit̃ uis. a. mobile peragrat. l. x. in tpe. p. s. b. mobile æquale illi in tpe. p. h. est aũt. p. s. tp̃s minus tẽpore. p. h. igit̃ uelocius in minori peragrat æquale, quæ est tertia descriptio uelocioris. Animaduerte ꝙ græcus textus non est corruptus: nam ipse ultra. p. r. imaginatur excrescere tempus usq; ad h. quo in modo sermo ẽt patet. ego tamen transtuli sic, ut facilius intelligeretur.

(Margin: Prima petitio. — Secunda. — An indiuisibile possit moueri. Vide Isd. q. 5. huius. & Alb. de saxo. q. 3. huius. — Argumẽtũ. — Sine literis ratio.)

P Vult etiam. Commentum istud perspicuum est: nisi qd' terminos mutat hoc modo.

(Margin: Cõmẽ. 13.)

Z Q B Q

A

L N M

B

Tunc tota uis suæ rationis stat in hoc. uelocius pertransit maius in maiori, & maius ẽt in minori. igitur æquale in minori. primæ duæ partes constant. igitur & tertia. Sed circa hæc dubitatur primo utrum eiusmodi tres uelocioris descriptiones sint bonæ, & uidet̃ ꝙ non. nã luna mouetur uelocius cæteris stellis, & tamen nec in æquali maius: nec in minori maius: nec in minori æquale peragrat respectu cæterarum stellarum. Secundo pono per casum ꝙ spatium peragratũ à ueloclori continuo condenset̃. patet tũc. a. esse uelocius, & non pertransire maius. Tertio pono ꝙ spatium peragratum à tardiori continuo rarefiat. patet tunc tardius moueri. b. & maius peragrare. Quarto pono per casum ꝙ ipsum uelocius continuo remittatur: ipsum tardius continuo uigoret̃: tunc in fine ipsum uelocius minus peragrabit. Et licet de his multa dicemus quãdo quæremus penes quid describat̃ uelocitas: nunc uero ad omnia hæc sufficiat hæc responsio, ꝙ descriptiones sunt ueræ cæteris paribus ex parte mobilis: spatii: & medii: & in motu recto: tunc ad primã patet non esse ad propositũ, quia ille motus ẽ circularis, uel dicas ꝙ luna licet uelocius circuat, tardius tamen mouetur cęteris. Ad secundum patet, quia ex parte spatij non sunt cætera paria. Et per idem ad tertium. Ad quartum patet etiam solutio. non enim ex parte mobilis sunt cætera paria.

(Margin: Expositio. Rõ Auer. — Dubitatio. — Q)

Adhuc

A. Dilucida. tex.cō.14.

Adhuc autem siquidem omne quod mouetur, aut in equali, aut in minori, aut in maiori moueri tempore necesse est. & quod quidem in maiori, id tardius est: quod uero in equali, æque uelox. sed ipsum uelocius cū non sit æque uelox, neq; tardius: neq; etiam ipsum uelocius in æquali aut maiori mouebitur tempore. relinquitur igitur in minori: quare & necesse est, ut ipsum uelocius minori in tempore æqualem magnitudinem peragret.

ANTI.

Amplius autem si omne necesse est aut in æquali, aut in minori aut in maiori moueri, & quod quidem in maiori. Tardius est, quod autem in equali, æque uelox, uelocius autem non est æque uelox: neq; tardius: neq; utiq; in maiori, aut æquali mouetur ipsum uelocius. relinquitur igitur in minori. quare necesse est & æqualem magnitudinem in minori tempore pertransire uelocius.

B Expositio. Syllis.

Secundo idem arguit hypothetice diuisiue à destructione partium supra alteram partem hoc modo. omne quod mouetur, aut in æquali, aut in minori, aut in maiori moueri tēpore necesse est, & quod quidem in maiori mouetur tēpore. i. tardius, quod uero mouetur in æquali. i. eque uelox. At ipsum uelocius nec est eque uelox nec tardius. igitur neq; in æquali, neq; in maiori mouebitur. His destructis infert alteram partem, & inquit. relinquitur igitur in minori. tūc definitionem concludit, & inquit. quare & necesse est, ut ipsum uelocius minori in tempore æqualem magnitudinem peragret. Sed dices, ex negatiua non sequitur affirmatiua: igitur non ualet. ipsum uelocius non mouetur in maiori, nec in æquali: ergo in minori. Respondeo q Arist. diuisionem præposuit ut omne motum moueatur in æquali, aut in minori, aut maiori, & supponit per hoc ipsum uelox peragrare aliquod æquale peragrato à tardo: tunc cum non peragret illud in maiori tempore, nec in æquali. igitur in minori, & ita supposuit constantiam subiecti: qua rōne ex negatiua bene sequitur affirmatiua, ut diximus etiam.

Ad qd de uelocitate & tardo io quis plus Vide Egi. hic

Dubitatio

Responsio

C

Cōm. 14.

Hæc est alia. Auerroes paucis mutatis idem arguit. quælibet duo mota quæ pertranseunt idem spatium: quorum alterum altero uelocius est: necesse est ut uelocius pertrāseat spatium: illud, aut æquali tempore tempori pertransitionis tardioris, aut minori, aut maiori: sed īpossibile est ut uelocius idipsum peragret in maiori, esset enim tardius: nec in æquali. esset enim æque uelox. igitur in minori. Et hæc est descriptio secunda.

Dilucida. tex. cō. 15.

Quoniam aūt omnis quidem motus in tpe est, & in omni tempore motus fieri potest. omne autem quod mouetur: contingit & uelocius & tardius moueri: in omni tempore continget ueloriorem & tardiorem motus esse.

ANTI.

D

Quoniam autem omnis motus in tempore est, & in omni tempore possibile est moueri: omne autē quod mouetur, contingit & uelocius moueri, & tardius: in oī tpe erit uelocius & tardius moueri.

Expositio. Introductō

Hactenus perfecta est ratio hypothetica à positione consequentis ad positionem antecedentis, ut expositū est. Hac in parte ex uelocitate & tarditate alio modo ratiocinatur diuisionem magnitudinis, temporis & motus. Et petit q omne quod mouetur: contingit uelocius & tardius moueri in tempore. Syllogiçat hanc in tertia figura sic. omne quod mouetur contingit moueri in tempore. omne quod mouetur: cōtingit uelocius & tardius moueri. igitur omne quod uelocius & tardius mouetur: contingit moueri in tempore. Aut sic & melius. omne quod mouetur: contingit uelocius & tardius moueri. omne quod mouetur: continget moueri in tempore. igitur in tempore contingit uelocius & tardius moueri. minorem probat per cōuersionem ad qualitatem hoc modo. omne quod mouetur mouetur in tempore, ut 4. physi. patet. igitur omne quod mouetur: contingit moueri in tempore. Declaratum est enim contingens esse: sequi ad inesse, & necessario: inesse, ut in secūdo periher. dictum est. nam bene ualet. sol oritur. igitur contingit oriri. inquit. quoniam aūt omnis quidem motus in tempore est: hoc est omne quod mouetur: in tempore mouetur, ut quarto huius dictum est, & pro igitur in omni tempore motus fieri potest. i. igitur omne quod mouetur contingit moueri in tempore: syllogismus est per conuersionem in qualitate. hæc est minor: addit & maiorem, & inquit. omne aūt quod mouetur: contingit uelocius & tardius moueri. Hæc est maior. Dat conclusionem. igitur in omni tempore contingit uelocius & tardius moueri, quæ erat petitio nostra.

Petitio. Syllis.

Melior forma.

E

Cōm. 15.

Cum prius Auer. primo soluit primum dubium: nam arguit circulariter sic. continuum est diuisibile in infinitum. igitur uelocius & tardius possunt crescere in infinitū, & econtra uelocius & tardius possunt crescere in infinitum. igitur continuū pōt diuidi in infinitum. igitur cōmittit circulū. Respondet q eiusmodi demonstrationes differunt specie: nā prima fuit propter quid à priori, & per causam. Secūda est signi & à posteriori. nā magnitudinis diuisio est causa uelocitatis & tarditatis. uelocitas uero & tarditas sunt signa hoc est effectus: igitur prima demonstratio est per cām. Secūda est per effectū. modo non est inconueniens circulo demonstrari in diuersis speciebus. immo ut recte ait Themi. 1. poste. forte syllis ab effectu est sylls tantum à. causa uero est demonstratio, & sic differunt specie & genere.

F Prima Aū. dubitatio.

Et signa demonstratiua. Dubitat forte quis contra solonem hanc, qm signa ē quibus ad causas syllogiçari pōt, & econtra: sunt quæ cū causis conuertunt. modo uelox & tardū in infinitum cū magnitudine siue spatio non conuertuntur: cū nec magnitudo de ueloci & tardo prædicet, nec cōtra. Respondet & uult, ut ait Philoponus tres esse conuersiones in terminis: qualis est in relatiuis, ut in prædicamentis dictum est. in propositionibus ut in. 1. priorū, & in syllogismis: siue consequentijs, & hæc est in his. Signa enim conuertibilia cū causis sunt: quibus positis, sequitur cā, & econtra, & hoc fecit. 1. declarauit consecutionē signi ex cā. Secundo contra consequentiā causæ ex signo. Sed cōtra hanc solutionē dubitaret fortasse iunior: quia non uidet q diuisibilitas magnitudinis in infinitū sit causa uelocitatis in infinitum aut tarditatis. nā idipsum cā uidet esse ipsius uelocitatis uel tarditatis: penes quod ipsa attenditur uelocitas aut tarditas: sed uelocitas attenditur penes proportionē aut excessum potentiæ motiuæ ad suam resistentiam. igitur non per diuisionē magnitudinis. Dici potest q causa prima principalis & præcipua est motiua potentia in motore. diuisio aūt magnitudinis est causa dispositiua, aut causa sine qua non, & hoc satis sit pro mente Auerrois.

Dubō contra solō.

Responsio.

G

Dubitatio.

Solutio

Et dixit & quia Nunc Auerro. probat intentum, & sumit quatuor propositiones loco antecedētia. Prima. omnis motus est in tempore. Secunda. in omni tempore pōt esse motus. Tertia. omni motu dato pōt dari uelocior, & tardior. Quarta. uelocius & tardius cadunt in aliqua parte tēporis. Tunc ijs quatuor stantibus: præcipue tamen his duobus uidelicet, q in omni tempore pōt esse motus uelocior, & q sit in aliqua illius parte: sequit. igitur tempus est cōtinuū. primam probauit Aristo. quarto huius. nam in omni motu est prius & posterius, quæ sunt temporis. differentiæ cæteræ per se patent. Potest autem syllogismus Auerro. sic cōponi. omne illud in quo toto aliquid potest uelocius & tardius, & cuius parte potest uelocius & uelocius aut tardius & tardius in infinitum moueri est diuisibile in infinitum & continuum. Sed tempus est tale, ut diximus per propositiones proximo sumptas. igitur diuisibile in infinitum & continuum.

Rō literæ.

H Suppōnes.

Sylls Aū. An oē qd mouet contingat uelocius ut tardius moueri. Vide l. q. 8. huius.

Et induxit. Secundo principaliter Auer. circa textū remouet aliud dubium. nam posset quis dicere. ad quid ponitur prima ppositio: uidelicet omnis motus est in tpe. ut. n. q ex illis duabus, aut illis tribus satis habet ppositum, ut in

I syllogismo nunc patet. igitur superfluit ad syllogismum.

Solutio. Respondet ꝙ licet illa propositio superfluat ad syllm: nõ tamen superfluit ad terminos. posset.n. quis dicere nõ omnem motum esse in tempore, sed aliquem esse in non tempore, aut in instanti, ut motus uelocissimus ad hanc tacitam responsionem refellendam: addit. omnem motũ quẽuis eẽ in tpe. non igitur superfluit ad terminos atq; obiectionẽ.

Tertia du. Et quæritur. Tertio dubitat Auer. contra maiorem syllogismi Aristotelis, quæ erat. põt omne quod mouetur moueri uelocius aut tardius ꝙ̃ moueatur. Contra obiicit & accipio hanc maiorem de possibili, ut in textu inuenitur: põt omne quod mouetur moueri uelocius aut tardius, & addo duas has de inesse. omne corpus naturale mouetur: igit̃ põt omne corpus naturale tardius moueri ꝙ̃ moueatur. Addo aliam. cœlum mouetur: igitur põt cœlum uelocius & tardius moueri, ꝙ̃ moueatur. Sill's est ex maiori de possibili & minori de inesse: è quibus fit syllogistica coniugatio. cõclusio est falsa: nã corpora naturalia sunt determinata ad maximum & ad minimum. cœlum ẽt, ut demonstratum est secundo cœli, non põt uelocius moueri ꝙ̃ mouetur. igitur aliqua propositionum. non minor ut patet. igitur maior. quare illa propositio est falsa.

K

Rñ. ad maiorem. Ad hoc autem. Nunc respõdet, & primo declarat quomodo maior Aristotelis est intelligenda: & uult ꝙ intelligatur reduplicatiue hoc modo uidelicet. omne motum põt moueri uelocius aut tardius ꝙ̃ mouetur inquantum motum.

Prob6.1. Et causa. Hanc expositionem probat primo sic. continuũ procedit in infinitum. motus & uelocitas sunt continua: igitur procedunt in infinitum.

Secunda. Quoniam si. Secundo arguit per impossibile: nam si uelocitas finiretur in motu, quatenus motus est: tunc posset fieri motum in instanti: consequentia patet. aliter non esset finita ipsa uelocitas.

Tertia. Et forte. Confirmat hoc à signo: nam Aristoteles apposuit omnem motum esse in tempore, quod fecisset nisi ad denotandum motũ quãtũcunq; uelocem esse in tempore.

Ad summã. Et sic. Nunc ex hoc respondet ad formam, & uult ꝙ illa propositio de contingenti sit possibilis per se: hoc est sub reduplicationis forma. nam sic est uera ꝙ possibile est omne

L motum moueri uelocius ꝙ̃ mouetur inquantum motum, sed est impossibilis per accidẽs: hoc est quatenus absolute accipitur in rebus naturalibus nulla facta reduplicatione, ut patuit per præcedentes obiectiones. Quòd si absolute accipiatur hoc modo potest omne quod mouetur uelocius moueri ꝙ̃ mouetur nulla facta reduplicatione, & addanẽ illæ duæ minores: quas adiecimus uidelicet. corpus naturale omne mouetur, & cœlum mouetur: tunc sequitur impossibile, ꝙ uidelicet cœlum absolute possit moueri uelocius, ꝙ̃ moueatur: quod quidem impossile non sequitur ex possibili quatenus possibile, sed quatenus impossibile. nam sequitur ad illam absolute tentã, quæ ut sic est impossibilis, sed non ad illam reduplicatiue tentam, quæ ut sic est possibilis: ideo debet argui sic. potest omne quod mouetur uelocius moueri inquantum mouetur. cœlum mouetur: igitur

M potest cœlum uelocius moueri, inquantum mouetur. accipiendo igitur maiorẽ absolute, conclusio erit absoluta: quarõne & conclusio & maior sunt impossibiles. sed accipiendo utrãq; reduplicatiue utraq; est possibilis. hæc ad formã.

Rñ. Alexã. Et Alexander. Ponit nunc responsionem Alexandri, qui concessit maiorem & conclusionem absolute. potest enim motus cœlestis esse absolute uelocior: quatenus uoluntarius est. nam cœlestia corpora mouentur ab intellectu & uoluntate. 12. meta. nec sequitur ꝙ aliquando moueantur uelocius: nam quemadmodũ boni & studiosi uiri possunt moueri ad malum, ut ad uoluptatem: nunquam tamen mouentur. sic cœli possunt moueri uelocius: nunquam tamen mouentur.

Secundã. Secunda responsio. Secunda responsio uult ꝙ motus cœli potest absolute considerari: non ut in cœlo est, & sic põt uelocior esse ꝙ̃ sit, quia licet nõ in cœlo in aliis mobilibus, at ex parte cœli nullo modo potest uelocior esse. unde ut: aliqua propositio est necessaria ex parte subiecti, quæ est N contingens ex parte prædicati, ut hæc est necessaria ex parte subiecti, cignus est albus: cõtingens autem ex parte p̃dicati. Sic hæc est necessaria ex parte subiecti: cœlum mouetur hac data uelocitate, quæ non est necessaria ex parte p̃dicati. nam ut album potest esse non in cigno: sic motus cũ hac uelocitate potest esse non in cœlo. & sic potest intelligi uelocior ex parte motus.

Quid Ab. Nos autem. Circa eiusmodi responsiones unum asserit ꝙ Alexandri responsio est Eudemij Aristotelis discipuli, sed est digna consideratione: nam hęc est quęstio difficilis, quo modo cum uoluntate agendi stet necessitas actionis. Est.n. O dubium utrum motus cœli possit esse uelocior ꝙ̃ sit, & uoluntarius: de qua diximus multa in libro destructio destructionum. Secunda ẽt responsio est difficilis quomodo põt idem motus numero esse in uno subiecto determinatæ uelox, & in alio uelocior aut tardior hoc enim ualde difficile est. Circa hæc Auer. dicta sunt non paruæ dubitationes.

Prima. Prima utrum res naturales sint determinatæ ad maximũ & minimum motuum. uidetur ꝙ non. nam quarto huius. cõmen. 71. motus grauium crescit in infinitum per rarefactionem medij. Secundo arguit Ioan. contra principale,

Secũda du. Iãd q 8. Prima rõ. Secunda. Tertia. Quarta. quia non uidetur ꝙ mobile sit uelocitabile in infinitum ut mobile, quia omne possibile quandoq; erit. Secundo. hoc nunquam fuit: nunquam erit: nec est. igitur impossibile. Tertio. hoc nulli inest: igitur impossibile. Quarto. Arist. probat de inesse tempus esse continuum. igitur propositiões debent esse de inesse.

Quinta. Quinto. potest omne quod mouetur moueri uelocius quàm moueatur inquantum motũ. igitur potest omne quod mouetur uelocius moueri quàm moueatur: ab exposita ad exponentem.

Tertia du. Tertio principaliter dubitatur, quia illa consequentia uidetur ambigua: si uelocitas finitur in motu: tunc motus esset in instanti: nam ubi uelocitas ipsa in motu finiretur: adhuc motus esset motus, sed omnis motus est in tempore. igitur siue sic: siue sic. semper est in tempore.

P An implicet cõtradictiõ nẽ motum fieri in instãti Vide Io de magã q. 2. huius. Secundo. implicat contradictionẽ motum esse in instanti: & non implicat contradictionem esse motum uelocissimum, ut motus cœli. igitur quantumcunq; uelocitas finiretur in motu: non propter hoc erit in instanti. Quarto dubitant, quia non uidetur ꝙ una propositio possit eẽ per se possibilis, & impossibilis per accidẽs, quia tunc una met esset possibilis & impossibilis.

Quinta. Prima rõ. Quinto dubitant sorticolæ, quia uidetur ꝙ de facto sit infinita aliqua tarditas. Nam de facto aliquæ partes mouentur aliquantulum tardæ, & aliquæ prope polum tardius, & iterum aliquæ propius tardius. igitur in infinitum tardius aliquæ, ut in infinitum polo propinquiores.

Secunda. Secundo. omne quod mouetur & aliquando incepit moueri: infinita tarditate mouebatur. nam cum incipit mouere mouẽs aliquam rem: incipit potentia actiua excedere resistentiam. igitur infinita tarditate mouebitur, quia excessus quo mouet incipit à non gradu.

Tertia. Tertio. omne quod mouetur & desinit moueri: infinita tarditate desinit moueri, quia excessus uenit ad non gradum.

Sol. ad primum. Ad primum dubium dici potest, quod de inesse, & de possibili absoluto. omne quod mouetur, certa data uelocitate mouetur: & concedo ꝙ potest graue infi Q nita uelocitate moueri quatenus medium potest in infinitũ rarefieri: nunquam tamen de inesse erit ita: quicquid sit de possibili reduplicatiuo.

Rñ Ioã ad secundum. Ad secundum respondent Ioã. & alij socij eius ꝙ mobili ut mobile est: non repugnat motus uelocitari in infinitum, & hoc secundum imaginationem: non secundum rem: & multa alia fabulatur.

Cõfutatio. Sed hæc stare non possunt: primo quia mobili etiam existenti in materia naturali non repugnat motus quantumcũq; uelox, q̃a intellectus nihil ponit in re repugnans. Secundo: si uerbũ Auer. esset uerum solum ad imaginationem, tunc non concluderet magnitudinem esse continuam, nisi ad imagina-

Rñ. ppria. tionem. Ideo animaduertendum ꝙ hęc propositio de possibili, potest omne quod mouetur uelocius moueri ꝙ̃ moueatur: dupliciter intelligitur, aut de possibili absoluto, cui aliquando correspondet una de inesse fore uera & hac ratione

A. tione non est uera, immo impossibilis propter rationes tactas. Alio modo potest intelligi de possibili reduplicatiue, & hoc non una ratione eit, quia cum omnis reduplicatio cadat a parte prædicati, potest esse uel subiecti: & sic est uera, quia potest omne quod mouetur uelocius moueri, quatenus moueatur quatenus mouetur: & sic uera est, ut patet: aut reduplicatio est a parte prædicati eiusdemmet prædicati, & tunc etiam est uera: nam potest omne quod mouetur ueloci ori motu moueri inquantum motus est, modo siue sic siue sic, ex maiori reduplicatiua, & minori absoluta cõclusio debet esse reduplicatiua, qua ratione fit ut syllogismus sit: potest omne quod mouetur uelocius moueri quàm mouetur, aut uelociori motu moueri quàm mouetur, quatenus mouetur aut quatenus motu, cœlum & omne ens naturale mouet: igitur possunt moueri uelocius quàm mouentur, quatenus mouentur, aut motu quatenus motus. Pro responsione tamẽ ad argumenta animaduerte quod possibile quandoque accipitur pro eo cui correspondebit aliqua propositio de inesse in futurum fore uera, & hoc dicitur possibile naturale: ut possibile est Dionẽ nauigare: aliquando pro eo cui correspõdet una de futuro, uel nõ repugnat corrũdere, uel nõ repugnat intelligi correspondere una de inesse in futurũ. & hæc dicitur possibilis reduplicatiua ut in proposito: potest omne mobile uelocius moueri quàm moueatur in eo quod mobile: hoc enim falsa est de possibili naturali: sed quatenus huic correspondet una de inesse in futurum uel non repugnat correspondere: uel intelligi correspondere, uera est. & sic patet intellectus propositionis. Per hoc ad rationes ad primam dico: omne possibile quandoque fore, loquẽdo de possibili absoluto: non autem de possibili rationis, & reduplicato. Ad secundum concedo illud non esse possibile absolutum, sed bene possibile rõnis & reduplicatum. Ad tertium dicendum, quod nulli inest, nulli inerit, nulli infuit: ideo non est possibile secundum rem & absolute, sed bene possibile secundum rationem & reduplicatiuum. Ad quartum dico, quod ex illa propositione potest fieri syllogismus categoricus sic: omnis mensura in qua non repugnat mobile moueri quanta cũque uelocitate est continuum. tempus est mẽsura eiusmodi: igitur continuum. Ex reduplicatiua enim nũquam sequitur absoluta, sed bene ex absoluta cuius una pars est reduplicatiua ut in proposito. Ad quintam quicquid dicant sorticolæ apud Aristote. specificatiua siue reduplicatiua non sic exponitur: nisi in illis de inesse, hæc enim est uera reduplicatiue apud Alexandru, m Philoponum & Auer. primo priorum. Socra. necessario mouetur quatenus currit, & non ualet: igitur Socra. necessario mouetur, nam modales probantur officiabiliter: an sit sic dicendum in illis de inesse alibi dictum est. Ad tertium dubium dicendum, quod Auerro. intelligit quod si motus finitur in uelocitate: quatenus motus: tunc motus erit in instanti: nam ubi finitur quatenus motus: est finitus secũdum esse & rationem: & hoc est impossibile, ideo ex hoc sequitur impossibile: erit enim in tempore, quia motus in instanti, quia nec secundum rem, nec secundum rationem potest uelocior esse: ubi enim posset esse in tempore, potest intelligi uelocior. Ad secundũ dicendum quod esse motum uelocissimum secundum rem & rationem quatenus motus, implicat contradictionem. Ad quartum dubium dici potest, quod una propositio secundum terminos potest pro diuersis sensibus esse uera, & falsa: ut hæc propositio talpa potest uidere est falsa absolute de possibili, cui inesse correspondet: tamen est uera de possibili secundum rationem hoc est quatenus animal. Ad quintam diceret Arist. quod sicut partes sunt propriores polis secundum potentiam, & non actu: sic concederet Arist. infinitam tarditatem in potentia non actu. Ad secundum, & tertium dicas, quod datur minimus excessus qui sufficit apud Auer. ideo omnis motus est certa tarditate tardus, sed de hoc in libro cœli. Hæc satis. Sed dices quid Auer. intelligit per motum inquãtum motum: aut rem naturalem: aut aliud, non aliud: quia tunc non esset de consideratione naturalis, si rem naturalem uel accidens secundum naturã:

B

Ad rõnes

Ad secũdam

Ad tertiã

C

Ad quartã

Ad quintã

D

Ad quartu dubiũ.

Ad quintã

Dubitatio cõtradicta

tunc est determinatus ad maximum ut dictum est: & sic idem est motus, & motus ut motus. Dico quod motus et motus ut motus idem sunt realiter, sed differunt ratione, quia motus ut motus addit rationem continui: motus uero addit rationem mobilis naturalem. Sed dices: continuũ spectat ad mathematicum, igitur motus ut motus non spectabit ad naturalem. Dico quod continuum ut abstrahit à materia & forma non consideratur a naturali. ut abstrahit à forma solum cõsideratur à naturali. & hoc modo includit materiam, cuius ratione potest diuidi in infinitum. Hęc solutio est Auerrois tertio huius. E

Solutio

Replic.

Solutio.

Hæc autem cum sint, tempus etiam continuum esse necesse est. Dico autem continuum id quod in semper diuisibilia, diuisibile ẽ. Supposito. n. hoc continuo: tempus cõtinuum esse necesse est.

Dilucidat. tex. cõmẽ. eiusdem.

ANTI.

{ Hæc autem cum sint, necesse est & tempus continuum esse: dico autem continuum diuisibile in semper diuisibilia. hoc enim supposito continuo, necesse est continuum esse tempus.

F

Hactenus probauit in omni tempore posse aliquid moueri uelocius atque tardius, huic propositioni addit: nũc maiorem omnis magnitudo in qua aliquid potest moueri uelocius & tardius, est continuum. Tempus est magnitudo in qua aliquid potest uelocius & tardius moueri. igitur tẽpus est continuum inquit: hoc autem cum sint, hoc est hac minori concessa & declarata, tempus etiam continuum esse necesse est. hęc est conclusio, cui maior illa est addenda. & quoniam continuum non una ratione dicitur, declarat generatim quid per ipsum continuum intelligit, & inqt. Dico autem continuum id quod in semper diuisibilia diuisibile est. supposito enim hoc continuo, hoc est concesso magnitudinem esse continuam, tempus continuum esse necesse: sic igitur ex diuisione spatij diuisio proficiscitur tẽporis. Et per hanc rationem. animaduerte quòd textus iste debet legi in textu proximo, & Auerro. exponit ipsum in commento. 15. ut patuit.

Expositio.

Syllo.

Quid per continuũ.

G

Nam cum demonstratum est id quod uelocius mouetur, minori in tempore peragrare æquale. Sit uelocius quidem. a. tardius uero. b. atque b. ipsum tardius magnitudinem peragret. c. d. in. z. i. tẽpore: manifestum itaque uelocius in minori quàm sit illud: peragrare eandẽ magnitudinem, atque moueri in tempore. z. t. Rursus quoniam ipsum uelocius totam. c. d. magnitudinem peragrauit in. z. t. tempore: ipsum tardius minorem eodem in tempore peragrabit: sit itaque illa. c. K. at quoniam. b. quod est tardius. in. z. t. magnitudinem peragrat. c. K. ipsum uelocius in minori eadem peragrabit. Quare rursus. z. t. tẽpus diuidetur: quo uero diuiso, adhuc magnitudo. c. K. eadem ratione diuidetur: quod si magnitudo diuidetur, tempus etiam itidem diuidetur: & hoc semp erit si post uelocius, tardius, & post hoc uelocius sumamus, atque demonstratis utamur: diuidet enim ipsum uelocius tempus: ipsum uero tardius magnitudinem. Quod si igitur semper uerum sit conuerti, cum sit uero conuersio: sit diuisio semper, patet omne tempus continuum esse: patet etiam simul & magnitudinem omnem continuam esse: eisdem enim ęqualibusque diuisionibus tam tempus quàm magnitudo diuiditur.

Dilucida. tex. cõ. 16.

H


ANTI.

{ Quoniam enim ostensum est quod uelocius in minori tempore pertransibit æquale, sit quidem in quo est à uelocius, quod autem est, in quo est. b. tardius: & sit motum tardius super ea, quę est c. d. magnitudine quo est z. i. tempore. Manifestum est igitur quod uelocius in minori quàm hoc moue-

I bitur per eandem magnitudinem: & sit motum in quo est z.t. Iterum autem quoniam uelocius in z.t. transiuit totam magnitudinem: quæ est.c.d. ipsum tardius in eodem tempore minorem trāsibit: sit igitur in quo est.c.K. quoniam autem tardius, quod est ipsum b.in.z.t. tempore ipsam quę est.c.K. transiuit: uelocius in minori transit: quare iterum diuiditur quod est.z.t. tempus: hoc autem diuiso: & c.K. magnitudo diuidetur secundū eādem rationem. Si uero magnitudo: & tempus: et hoc semper erit accipientibus a ueloci ori tardius, & a tardiori uelocius: & eo quod demōstratum est utētibus. diuidet.n. quod est uelocius: tēpus. Tardius autem longitudinem. Si igitur semper quidem uerum est conuerti: conuerso autē

K semper fit diuisio: Manifestum est, quoniam omne tempus continuum est. Simul autem manifestum & ꝙ magnitudo omnis continua est. per easdem.n. & æquales diuisiones, & tempus, & magnitudo diuiditur.

Exemplum.



L

Expositio Sylls. Ex his modo deducit propositum, & syllogiçare uidetur sic. omne illud cuius qualibet parte data potest dari minor est continuum & diuisile ad infinitum: magnitudo & tempus sunt, quorum qualibet parte data potest dari minor. Igitur continua & diuisibilia in infinitum. Minor declara-

Pro sylls tur in litera sic: quæcunq; conuersim dicuntur secundum maius & minus sunt quorū qualibet parte data potest dari minor. Tempus & magnitudo conuersim dicuntur secū dum maius, & minus: igitur sunt quorum qualibet parte data potest dari minor: huius minoris per exemplū declarationem exponit: & sine terminis patet sic: scorpius pertransit leucam in hora, equus ipse cum sit uelocior, pertrāsibit eandem in medio horæ: igitur equus diuidit horam ad minus ꝙ̄ erat. & sic in duo dimidia. Scorpius ex quo ē tardior in dimidio horæ leucæ medium peragrabit: igitur leuca ē in duo dimidia sectilis. & ita ad minus ꝙ̄ erat. Rursus equus ex quo est uelox in dimidio dimidij horę pertrāsibit dimidium leucæ: igitur adhuc illud horæ dimidiū erit sectile in duo: scorpius ex quo est tardius peragrabit in illo dimidio dimidij horæ dimidium dimidij leucæ. Et hæc conuersio potest fieri in infinitum: igitur tempus a ueloci & magnitudo ab ipso tardo diuisibilia sunt in infinitum.

M

Rō sine terminis.

An continuū sit diuisibile in se ꝑ diuisibilia. Vide Burl. t. 10 huius. Et Alb. de saxo. q. 2 huius.

Declaratio in terminis

Hanc rationem in terminis declarat, & inquit: nam cum demonstratum est id quod uelocius mouetur, minori in tempore peragrare æquale ei quod peragratum est a tardiori, ut patet per ultimam definitionem uelocioris, sit uelocius quidem a. utpote equis. Tardius uero. b. utpote scorpius: hęc est prima pars. atq; b. ipsum ut scorpius quod est tardius magnitudinem peragret c.d. utpote leucam. in z.t. tempore, utpote hora: hoc est secunda pars casus. ex his infert tertiam casus partem, & inquit: manifestum itaq; uelocius in minori ꝙ̄ sit illud hoc est ꝙ̄ sit hora peragrare eandem magnitudinem atq; moueri in tempore. z.t. utpote in horę dimidio, & per hoc uult habere tempus totum esse sectile in duo. Quod uero sit magnitudo sectilis etiā in duo, declarat, & inquit: rursus quoniam ipsum uelocius utpote a. equus totam c.d. utpote leucam peragrauit in tempore z.t. hoc est in medio horæ, ipsum tardius ut scorpius in eodem tempore utpote horæ medio minorem peragrabit utpote dimidium magnitudinis, sit itaq; illa dimidiata magnitudo c.K. igitur magnitudo sectilis erit in duo. Quod uero dimidium horę adhuc sit dimidiabile declarat, & inquit: at quoniam b. scorpius quod est tardius in. z.t. tempore, hoc est in horę medio magnitudinem peragrat c K. hoc est leucæ dimidium, ipsum uelocius ut equus in minori eandem peragrabit. quare rursus z.t. tempus, hoc est dimidium horæ diuidetur in alia duo dimidia: & ita tempus erit secundo diuisibile. Quo uero diuiso, adhuc magnitudo c.K. hoc est illud leucæ dimidium eadem ratiōe in duo alia diuidetur. Quod si magnitudo diuidetur, tempus rursus tertia diuisione diuidetur, & hoc semper erit, si post uelocius, utpote equum tardius ut scorpium: & post hoc uelocius sumamus: atq; demonstratis hoc est definitione uelocioris utamur: diuidet eni ipsum uelocius utpote equus tempus semper: ipsum uero tardius utpote scorpius diuidet magnitudinem. Tunc resumit uim probationis minoris, & inquit: ꝙ si igitur semper uerum sit conuerti de minori in tempore ad minus in magnitudine: & cum sit conuersio, sit diuisio semper. dat conclusionem: & inquit, patet omne tempus, & omnem magnitudinem esse continua & diuisibilia i semper diuisibilia. Animaduerte ꝙ hęc deductio penitus fundatur in duobus suppositis iam. quorum primum est ꝙ uelocius est quod in minori ęquale: tardius uero in æquali minus. Secundum uero ꝙ omni tempore potest esse motus uelocior, atq; tardior.

N

O

P *Rationis suppōnes.*

Cōment. Cum posuit. Auer. rationem textus facit sine terminis, ꝙ̄ Arist. ait fecisse in terminis more geometræ: ut sit manifestior. Exponit autem ipse quid Aristo. intelligat per reflexionem, & uult ꝙ si uelocius diuidit tempus, tardius magnitudinem: & si tardius adhuc magnitudinem: uelocius adhuc tps diuidat: ita ut inquit The. ut sexqui tpis sexqmagnitudinis obeatur, & sexquitertio illius sexquitertiū modo respondeat: demum quantum cuiq; libuerit temporis concedere, tantundem æquabiliter concedet & spatij. reliquum commenti patet.

Quid p reflexionem. *Quid the.*

Dilucid. tex. cō. 17 Amplius autem & ex rationibus quæ fieri solēt, patet, si tempus sit cōtinuum, magnitudinem etiā esse continuam: si quidem in dimidio temporis dimidium peragretur, atq; simpliciter in minori minus: erunt enim temporis & magnitudinis diuisiones eędem.

Q

ANTI. Amplius autem ex consuetis rationibus dici manifestum est ꝙ si tempus continuum est, quoniā & magnitudo, siquidem in media tempore medium transit, & simpliciter in minori minus. eædem enim diuisiones tpis & magnitudinis sunt.

Expositio Consueta ratio est: ꝙ si unum & idem mobile regulariter motum in toto tempore peragrat spatium totum, & in medio medium: & uniuersaliter in minori semper minus. tempus & spatium correspondenter in infinitum diuidentur. Hæc est ratio iam facta.

Idest & demonstratio. Auer. primo declarat quõ eadem demonstratione sciatur conuersa conclusio, quæ res & ab Auer. & à Themistio manifesta est. Secundo quasi epilogãdo quot uijs Aristot. demonstrauit nullũ continuũ cõponi ex indiuisibilibus: colligit, & uult illas consistere in tribus generibus. Primũ quidẽ genus fuit per definitiones continui: contigui, & deincepitiorũ. Secundũ per naturã motus & rei motæ. Tertium ex natura uelocioris & tardioris, & hoc dupliciter. Vno modo per definitiones horũ. Alio modo per impossibile, ut infert nunc, ꝙ tunc indiuiduũ diuideret, quod facile ex dictis deduci potest. Solent quærere recentiores: an spatium finitũ possit pertransiri tẽpore infinito, & econtra: an spatiũ infinitũ tpe finito. Sorticolæ cõcedunt finitũ spatiũ infinito tpe posse pertransiri, & econtra: infinitũ spatiũ tpe finito. Primũ patet. imaginãdo aliquod mobile irregulare semper ad duplũ tardius, & spatium diuidi in partes proportionales minoribus terminatis uersus terminũ ad quẽ. Secundum patet. ẽt per casum contrarium G imaginando mobile semper uelocitari ad duplum. & diuidendo tp̃us in partes ꝓportionales. Sed hæ sunt gerulæ atq; aniles fabulæ, aut pueriles nugæ, quas confutare non curo. quolibet enim ꝓferente contrariũ: stultum est sollicitum esse. Propterea fieri põt diuisio Aristo. ꝙ infinitũ põt accipi secundũ diuisionẽ & secundum extrema. Tunc dicerent peripatetici aliquod mobile posse tardari in infinitum secundũ diuisionẽ, qm̃ non ita tardũ quin tardius, & sic in infinitum, non aũt secundũ extrema, quia nihil in actu infinite tarde mouet̃ in actu. Similiter & de ueloci dicendum est. Sed dices. nihil infinitẽ tardẽ mouet̃, aut infinite celeriter: neq; secundum diuisionem: neq; secundum extrema. igit̃ responsio nulla. Dicendum de inesse nullum tale esse: nullum fore de possibili physicẽ, sed de possibili imaginabili, quod ampliat ad id quod est uel põt esse: uel intelligi H esse, aut intelligi non repugnare esse. imaginabile est aliqđ tale. & hoc satis est, uerum de hoc perquire commẽto. 15. ubi longius diximus.

Cõmẽ. 22 *Quæstio Vide burl. hic. Vide ẽt Alb. de sa. 20. q. 9 h'.* *Qualis põ soricolarũ Solutio Aristo.* *Replica*

Auerroes in commento probat hanc conclusionem, magnitudo extremis infinita tempore finito extremis transiri non potest. Est autem sua deductio hæc: sit à magnitudo infinita, quæ pertranseatur tempore. c. d finito: si possibile est. magnitudinis à infinitæ summo partem. a. b. finitam, quæ minore tempore transeatur quàm sit. c. d. ut. c. e. quia igitur. c. e. pars est finita temporis. c. d. finiti, toties potest sumi, ut totum tempus. c. d. mensuret, ut exempli gratia si. c. e. sit decima pars: ipsa decies sumpta mensurat totum tempus. c. d. pars enim suum totum mensurat: cũ aliquotiẽs sumpta suũ totũ aut ęquat, aut superat. & in parte. c. e. trãsitur pars magnitudinis. a. uidelicet. a. b. ergo in qualibet cæterarũ tp̃is ptiũ absoluit̃ p̃s magnitudinis


RECO.

DE C
A
B

I { æqua parti.a.b.quare in toto tempore.c.d.ex decem partibus cōtinuo absoluitur magnitudo finita ex.x.partibus æqs ipsi.a.b.composita, & in eodem tpe absoluitur à spatium:totum igitur ipsum est finitum,quod est contra hypothesim. Aut si ipsum est infinitum:non totum absoluit tempore.c.d,quod iterū est contra hypothesim.hęc Auer.

Dilucida. tex.c.23. Nam cum omni in tēpore ipsum uelocius & tardius sint, sitq; uelocius quod æquali in tempore peragrat maius, contingit & duplam & sexquialteram transire magnitudinem. Sit enim hæc ipsius uelocis ratio uidelicet, quod uelocius ipsum sexquialteram magnitudinem transeat,& diuidantur magnitudines, quæ quidem sunt ipsius uelo-K cioris in tria indiuidua,quæ sunt.a.b,b.c,c.d. quæ uero sunt ipsius tardioris in duo:ut.e.3.3.i.igit & tempus diuidetur in tria indiuidua: quando ęquali in tempore æqualem peragret magnitudinem.diuidatur itaq; in.K.l.l,m.m.n.rursus cū tardius moueatur per.e.3.3.i.non igitur & tēpus diuidetur in duo. Supple si tardius moueretur supra dimidiū suæ magnitudinis. igitur diuidetur indiuiduū & impartibile:cum non in indiuiduo transeat, sed in maiori.patet igit nullū continuū esse impartibile.

ANTI. { Quoniam.n.in omni tēpore uelocius & tardius est:uelocius autem plus transit in ęquali tempore: contingit & duplicem & hemioliam pertransire lōgitudinem.sit.n.hæc ratio uelocis: adducatur igit uelocius secundum hemiolium in eodem tempore,& diuidantur magnitudines, quę quidem uelo-L cioris sunt.a.b.b.c.c.d. in tres atomos, quæ uero sunt tardioris, in duos:in quibus sunt.e.3. &.3.i. itaq; & tempus diuidetur in tria atoma. æqualem.n.in æquali tempore transibit.diuidatur igitur tēpus in ea,quæ sunt.K.l.l.m.m.n.iterum autē quoniam tardius deductum est per.e.3.i.3.i.i. & tēpus separabit. in gémina, diuidetur ergo atomus, & impartibile. non.n. in atomo transit, sed in pluri: manifestum ergo est quòd nihil continuorum est impartibile.



Expositio. Cauillus Zenonis,ut inquit Themistius fecit nodis gredi

à proposito redit igitur ad rem Aristo. & probat nullū penitus continuum esse indiuiduū aut ex indiuiduis cōsecū. fecit aūt Aristo.ad hoc enthymema tale.si magnitudo componitur ex indiuiduis:tunc indiuiduū diuideret.hanc nunc deducit consequentiam.si magnitudo pōt componi ex indiuiduis:sint illa pro nunc tria: qua rōne tēpus quo equus peragrat illa:cum illis correspondeat:è tribus componet, sed omne quod mouet in aliquo tēpore supra aliquā magnitudinem:contingit in medietate temporis peragrare dimidium illius.igit equus in medio temporis, aut scorpius tardior diuidet tps & magnitudinem in indiuiduo,& sic indiuiduum diuidetur.uerbi causa.sit equus sexquialtera pportione uelocior scorpio,& equus peragret leucam tripartiā: in tripartio tēpore:tunc scorpius in sexquialtera proportione tardior transibit sub sexquialterū illius in ęquali tēpore: igitur dimidium sui sexquialteri in dimidio temporis,&sic diuidet indiuiduum tēporis. Vt uero ratio hæc intelligatur fingamus duas suppositiones,& unum casum. Prima suppositio.in omni tēpore aliquid pōt uelocius & tardius moueri. Inquit.nā cum omni in tpe ipsum uelocius & tardius sint. Secunda suppositio.uelocius est quod in æquali ptrāsit maius:patet hæc ex definitione eius. Ex his inferatur tertia.igitur contingit & duplā & sexquialteram transire magnitudinē:immo triplā & quadruplam & id genus. Ex his ponit casum,& inquit.sit enim hæc ipsius uelocis ratio uidelicet,q uelocius sexquialterā maiorem magnitudinē transeat q ipsum tardius ut equus. hæc est prima pars casus. Et diuidantur magnitudines,quæ quidem sunt ipsius uelocioris in tria indiuidua quæ sunt.a.b.b.c.c.d. Hæc est secūda casus pars, quæ uero sunt ipsius tardioris diuidatur in duo.ut in.e.3.&.3.i. Ex ijs sequitur quarta pars casus & inquit. igitur & tempus diuidetur in tria indiuidua:cuius rationem subscribit, & inquit. quando æquali in tempore æqualem peragret magnitudinē. hæc res iam patuit. nam tempus & magnitudo sibiinuicem correspondent secundum diuisionē & finitatem. quasi complens quartam casus partē inquit.diuidatur itaq; in K.l.l.m.m.n. Ex ijs quasi repetens unam casus partē ratiocinatur, & inquit. rursus cū tardius moueatur per.e.3.3.i.ut supposuimus. non igit tēpus ipsum totum diuidetur in duo:sed in unum cum dimidio alterius.tria enim diuidi nō possunt in duo, sed in unū cum dimidio. Sequitur aūt hoc si tardius moueatur super medietatem magnitudinis suę. Ex ijs dat propositum & inquit.igitur diuidetur indiuiduum temporis & impartibile magnitudinis.nam ex quo equus est sexquialterus ad scorpium;etiam ipse equus in tribus indiuiduis moueatur supra totum.igitur scorpius in medietate trium mouebitur in medietate bipartiæ magnitudinis, sed medietas trium est unum cum dimidio.igitur medium indiuiduum erit dimidiatum temporis:cum scorpius ipse non in solo temporis uno indiuiduo transeat medietatem suæ magnitudinis, sed in maiori,ut in uno indiuiduo cum dimidio.patet igitur nullum continuum esse impartibile. aliter sequitur indiuiduū diuidi, ut dictum est. Sed ambiges forsitan ad quid illæ tres petitiones ponuntur,cum satis sit una:dici potest quòd suppositio est una tantum uidelicet.contingit uelocius esse in omni proportione in ipso tempore quàm tardius,& eam syllogiçauit sic in tertia figura. uelocius contingit in omni proportione esse in tempore quàm tardius, uelocius plus transit in æquali tempore. igitur plus transiens in æquali contingit esse in omni proportione in tempore quàm tardius.& hæc est suppositio,& sic illæ duæ sunt ut pręmissæ: & non ut suppositiones ad principale.& hoc non intellexerunt expositores nostri.

N

O

An ualeat consequentia hæc si magnitudo cōponit ex tribus indiuisibilibus igit & ips. in quo fit ille motus cōponitur ex tribus indiuisibilibus. Vide Burl.hic.

P

Q

Cōmē.23 Ista declaratio Auer.duo facit.primo ponit rationem. secundo ibi.Et hoc intendebat. applicat sententiam uerbis. secunda pars patet.in prima ponit multas suppositiones. prima.uelocius in æquali tempore pertransit maius quàm in eodem pertranseat tardius.hæc suppositio patet ex definitione ipsius uelocioris superius data & disputata.

Et cum ita sit. Ex hac dat secundam, q possunt reperiri duo

A duo mobilia, quorum unum sit in sexquialtera proportione altero uelocius. hoc est ut equus in æquali tempore pcurrat spatium tantum & dimidium plus q̃ ipse scorpius. sic enim uocatur proportio sexquialtera græce hemiolia: qualis uidelicet, est trium pedum ad duo. continent enim duo cum altera medietate: qua ratione fiet ut equus in tripartio tempore transeat sexquialterum plus q̃ scorpius, & scorpius in medio tẽpore dimidiũ transeat suæ magnitudinis.

Et cum declarauit. tertia suppositio est ut sit tardius aliqd' ut scorpius, q̃ transeat dimidium, aut compositum ex duabus partibus in aliquo tempore quouis: quo fit ut spatium uelocioris sit ex tribus: cum sit sexquialterum ad illud.

An magnitudo & ipsũ cõcomitẽ, ut secũdũ finitum & infinitum. Vide lãd. q. 9. huius.

Et quia temporibus. Quarta tempus & magnitudo sunt æquales, ut quia magnitudo uelocioris est tripartia: ita & illud tempus tripartium.

Et quia tardius. Ex his arguit per casum ipsum tardius peragrat subsexquialterum spatium in ęquali tempore. igit medium spatium in medio temporis, sed dimidium trium

B est unum & dimidium. igitur scorpius in uno indiuiduo cũ altero dimidiato peragrabit medietatem suæ magnitudinis. Tota uirtus igitur est. scorpius est transiens dimidium in dimidio tempore. igitur tempus tripartium diuidetur in duo, & sic medium indiuiduum diuidetur. deinde applicat sententiam uerbis, & totum patet.

Dilucida. tex. c. 24.

Necesse autem & ipsum nunc, quod non p aliud, sed per se & primo dicitur indiuiduum esse. atq; in omni tempore tale inesse. est enim extremum quoddam transacti temporis: citra quod nihil futuri temporis est, & insuper consequentis: ultra qđ nihil transacti temporis est, quod quidẽ utrorũq; temporum finem diximus esse.

ANTI.

{ Necesse autem est & ipsum nunc secundum alterum, sed per se & primum dictum est, indiuisibile esse, & in omni tempore huiusmodi esse. est enim aliquid ultimum eius, quod est factum, cuius sup hoc nihil futuri est. & iterum futuri est, cuius sup hoc nihil est illius, quod factum est, quod utiq; diximus utrisq; esse terminum.

Expositio.

C Debes scire q̃ ipsum nunc, quod græce est nyn: põt accipi per accidens: qua ratione dies est nũc, quia præsens est: cuius nunc ipsum tantum habemus, per se uero per quod dam, quod est præteriti finis & principium futuri. dicitur autem hoc per se, quia sui natura est tale. dies uero propter hoc dicitur nunc esse. ideo per accidens. Ratiocinatur aũt sic. finis præteriti & futuri Initium est indiuiduum. ipsum nunc est finis præteriti & principium futuri. igit indiuiduũ de rõne tangit minorẽ & cõclõnẽ in textu. & uerba patet.

Syllo.

Com. 24. Nota dcm Auer.

Vult declarare. Quæ ait Auer. patent. unũ tñ attentione dignũ ipsum nunc esse apud mentẽ duo quatenus hẽt rõnẽ principij & finis. in re unũ, qa extra animã nec sibi cõpetit ratio principij nec ratio finis. & reliqua quæ ait, patent.

Dilucida. tex. c. 25.

Hoc autem si demonstratur tale esse per se & quatenus ipsum: simul patebit ẽt ipm indiuiduũ esse.

ANTI.

D { Hoc autem si demonstretur, quoniam huiusmodi est per se, & secundum ipsum: simul manifestum erit, & q̃ indiuisibile est.

Expositio.

Quia accepit minorem uidelicet, q̃ nunc sit futuri initiũ & præteriti finis, quæ est dubia: quasi illam resumens, inquit. Hoc aũt. i. hæc minor si demonstret quæ dicebat tale esse per se, & quatenus ipsum, & simul patebit ipsum indiuiduum ec. sic igit quasi hypothetice. sic iterũ format rõnẽ: si nunc est principiũ futuri & finis præteriti: est indiuiduũ. Deinde in textu proximo ponet antecedens ut habeat positionem ipsius consequentis.

Comment. 25

Dixit. Animaduerte q̃ Auer. facit uim in uerbis. uult enim q̃ differat dicere ipsum nunc esse unum, & ipsum nũc esse indiuisibile. & hoc propter translationes eius, quæ utplurimum sunt corruptæ.

Et non intendit. Dices contra Auer. postq̃ esse ipsum nũc unum differt ab ipso esse indiuisibile. utrum probet ipsum nunc esse unũ per hoc quod est indiuisibile: an unamet rõne probet utrunq; simul? Respondet q̃ unamet rõne probat utrunq; simul, & non primo probat ipsum esse unum: postea per hoc q̃ est unum, probat ipsum esse indiuisibile. Signum autem quia utitur non simultatis: cum dicat, apparebit cum hoc. igitur unamet ratione probat utrunq;. E

Nam aliquis. Dices nonne suffecisset dicere & probare ipsum nunc esse indiuisibile: cur subiecit etiam ipsum debere esse unum? Respondet, quia stat aliqua esse indiuisibilia, & non unum, ut fortasse intellectus agẽs & intellectus potestatis sunt indiuisibiles: non tamen unum: uel saltẽ intellectus & res intellecta sunt indiuisibiles: non tamen sunt una res. Sic posset dici ipsum nunc esse indiuisibile: non tamen unum, quia aliud fortasse dicetur esse ipsum nunc, qđ est finis, & aliud id quod est principium. ad tollendum igit hanc obiectionem subiecit utrunq;.

Hoc igitur. Adhuc dubitabis ex quo indiuisibile põt accipi pro minimo tempore & pro indiuiduo tempore, quod nunc dicitur. probat ne illud idem de ipso nunc & de ipso minimo tempore? Respondet q̃ hic probat de ipso nunc: quatenus est aliud à minimo tempore. F

Et fundatur. Q̃ ipsum nunc sit indiuiduũ duabus rõnibus: siue fundamentis, probat. Primo. quia non est pars tẽporis. Secundo, quia ipsum nunc non est continuum ipsi nunc. Ex primo syllogiζo sic. Omne diuisibile est pars alicuius totius: sed ipsum nunc non est pars tẽporis. igit non est diuisibile. Ex secundo arguo. Omne diuisibile potest alteri diuisibili continuari: ipsum nunc non põt alteri indiuisibili continuari. igitur non est pars. Deinde ait has rationes uelle Aristo. declarare in sequentibus, & uerba patent. Animaduerte q̃ hæc expositio: licet sit utilis, nihil tamen illius Aristo. submeminit.

Necesse est itaq; ipsum nunc esse idem quod utrorumq; temporum sit extremum. Nam si aliud: deincepitium quidem alteri alterum non erit. propterea quòd continuum ex impartibus nõ constat. Si uero sit seorsum: inter utrunq; tempus medium erit. Omne enim continuum tale est ut inter fines aliquid sit uniuocum. Sed si medium illud sit tempus: diuisibile erit. Omne enim tempus demonstratum est diuisibile esse. Quare nunc ipsum diuisibile erit. Quòd si ipsum nunc diuisibile sit: in ipso futuro erit præteriti quicquam: atq; in præterito ipso futuri quoq; quicquam. Illud enim in quo diuidetur: pręteritum tempus atq; futurũ terminabit. Dilucida. tex. c. 26. G

{ Necesse est autem idem esse ipsum nunc quod ultimum utrisq; temporibus est. si. n. alterum est, cõsequenter quidem non erit alterum alteri. propter id quod non est continuum ex impartibilibus. si autem seorsum est utrunq; interest tempus. omne enim continuum huiusmodi est, ut uniuocũ medium terminorum sit. At uero si tempus medium est, diuisibile erit. Omne enim tempus ostẽsum est q̃ diuisibile sit. quare & diuisibile est ipsum nunc. si autem diuisibile est ipsum nunc: esset aliquod, quod factum est, in futuro: & futurum in eo, qđ factum est. secũdum quod. n. diuidetur hoc determinat præteritum & futurum tempus. ANTI. H

Erat hypothetica hæc. si ipsum nunc est principium & finis utrorumq; temporum: ipsum erit simpliciter indiuisibile. Nunc quasi dat positionem antecedentis, ut inferat positionem consequentis, & inquit. Necesse est itaq; ipsum nunc esse idem, quod utrorumq; temporum sit extremũ, ut futuri principium: præteriti finis. Ex hoc patet positio ipsius consequentis. probat autem positionem antecedentis per syllm hypotheticum diuisiuũ destructiue, & põt sic cõponi. si ipsum nũc principiũ & ipm nũc finis sint duo; aut

I erunt immediata aut mediata: nõ immediata, q̃a continuũ nullum fit ex immediatis indiuiduis ut patuit iam. Si uero mediata aliquid mediabit: illud igitur aut erit tempus, aut quid aliud: ut linea uel superficies: nõ potest esse aliud, quoniam inter tempora non nisi tempus mediare debet. cum igitur futurum & præteritum tempora sint: oportet tale inter hæc medium esse etiam tempus. Tunc ultra: tale tẽpus medium aut erit diuisibile aut indiuisibile. non est dicendũ indiuisibile, quia omne tempus est diuisibile, ut deductum est. tale medium est tempus: igitur diuisibile. Vltra tale tempus medium est diuisibile. igitur ipsum nunc diuisile, erit quia ipsum nunc omnes uolunt esse medium duorum temporum. Nyn enim Grece est nunc: siue præsens latine. Vltra tale nunc medium est diuisile. igitur in ipso futuro erit

K præteriti quicquam. In ipso præterito etiam aliquid futuri, quia ex quo habet duas partes, & utraq; sunt medium: illæ ea ratione qua fines sunt præteriti erunt præteritæ: ea ratione qua principium futuri erunt futuræ. hoc autem est impossibile. igitur oportet ipsum nunc esse idem indiuisibiliter principium & finem utriusq; temporis. Hæc est ratio & uerborum expositio: nec alia glossa egent uerba illa Arist.

Cõmẽ. 26 Deductio Auerrois

Et cum hoc sit. Commentum istud per expositionem textus patet: unum tamen attentione dignum est: Auer. probare illam consequentiam. illa duo nunc sunt mediata. igiẽ mediat tempus. Primo ex uerbis textus, quia inter continua non mediat nisi continuum ejusdẽ generis: igitur oportet esse tempus, quod cum præterito & futuro conuenit in genere. Secundo, idem persuadet inductiõe, quia uidemus inter duo puncta lineam mediare inter duas lineas superficies: inter duas superficies corpus.

Dubĩões Prima du.

Sed tam in textu quã in commento accidunt dubitationes. Prima, quia per hãc rationem ipsum nunc non uidetur medium duorum temporum, quia ipsum nunc non est eiusdem generis cum tẽporibus, quia tempora diuidua sunt. at nunc ipsum indiui-

L Secunda.

duum est, quæ esse non uidentur eiusdem generis. Secundo uidetur q̃ consequentia Aristo. & Auer. nulla sit. medium inter illa est tempus: igitur ipsum nunc est diuisibile. hæc enim satis ambigua est.

Tertia.

Tertio dubitatur, quia dato q̃ ipsum nunc sit diuiduum: non uidetur sequi præteritum esse in futuro, & econtra.

Quarta

Quarto dubitatur etiam, quia uidetur Aristo. ostendere esse idem nunc utriusq;, quia est indiuisibile. modo hoc est petitio, quia istud cœpit probare.

Solõ primæ

Ad primam dicerem ipsum nunc esse eiusdem generis cum tempore: ipsum punctum cum linea: ipsam lineam cum superficie: ipsam superficiem cum corpore: nõ formaliter, sed reductiue, ut termini, aut principia illorum. & hoc satis est ad rationem.

Solõ scdæ

Ad secundam dicendum q̃ Aristo. consensum unum supponit aliud infert. sumit enim ipsum esse duorum: præteriti & futuri medium, ut ipsius nomen indicat. dicitur enim nyn græce: latine nunc à præsentialitate temporis. infert uero ipsum esse diuiduum, quoniam ubi tempus ponitur mediare: cum tale medium per communem hominum consensum non sit nisi nũc: iure ipsum

M Solõ tertiæ An nũc sit in tẽpore. Vide Iãd. q ii huius. Et an simꝰ cognoscamus nũc eẽ unũ & esse quid indiuisibile. Vide Egi. hic

nunc erit, ut tempus diuisile. Ad tertium dicendum q̃ Aristo. & Auer. petunt duo. primum q̃ sit terminus ipsorum. secundum q̃ terminus secundum se totum est in terminata re: cuius est. Ex his sequitur intentum ipsum totũ nunc est in præterito: quatenus illius terminus, & cum sit partibile in futurum & præteritum, igitur una pars futuri erit in præterito, quia secundum se totum est in præterito. pari ratione aliquid præteriti erit in futuro. nam secundum omnes partes est in futuro, & eius una pars est præterita. Igitur aliquid præteriti est in futuro, & sic patet ratio.

Solõ q̃rtæ.

Ad quartam dico q̃ ipse probat per impossibile ipsum esse in diuisile per hoc quod non est diuisile, & sic non est petitionis principium. cum enim non sit diuisibile, & est. igiẽ indiuisile, & si indiuisile, igitur unus & idem terminus utriusq; temporis.

Dilucida. tex.c. 27.

Simul autem ipsum nunc. non per se, sed p aliud erit. nam diuisio huius non secundum ipsum est.

ANTI.

{ Simul autem & non per se erit hoc nunc, sed secundum alterum. diuisio enim huius non secundum ipsum erit. N

Expositio.

Secundo arguit Aristo. per impossibile. si ipsum nunc sit diuisibile: tunc non per se, sed per aliud hoc est per partes est terminus temporum. Deducit consequentiam, & inqt. nam diuisio huius: hoc est temporis non secundum ipsum est. ubi enim ipsum nunc sit diuisile: duorum temporum diuisio: non erit per ipsum nunc, sed ꝓpter illius partes: quatenus per illius unam partem erit terminus præteriti, & ꝑ illius alteram erit terminus futuri. igitur ipsum nõ erit quo præteritum est aliud à futuro. & sic non est diuisio siue ratio diuidendi illa per se, sed ratione partium. Hoc est contra definitionem eius, quarto huius.

Dilucida. tex. cõm. eiusdem.

Adhuc autem ipsius nunc aliquid quidem factũ erit: aliquid uero futurum. & ut non semper erit factum aut futurum: neq; nunc idem. multis enim diuisionibus tempus ipsum diuiditur.

O ANTI.

{ Adhuc autem ipsius nunc, hoc quidem factum { erit. Illud autem futurum, & non semper idem fa{ctum est, & futurum: nec ipsum nunc idẽ est. Mul{tipliciter enim diuisibile est tempus.

Expositio.

Tertio arguit. si ipsum nunc est diuisile: tunc non erit totum simul. contra illius definitionem datam. 4. huius. Inqt. adhuc autem subaudi. si ipsum nunc diuisile erit: ipsius nũc aliquid quidem factum erit. aliquid uero futurum. igiẽ non totum simul. Et sequitur ut non semper erit ipsum factum hoc est præteritum, aut futurum: neq; nunc ipsum idẽ semper & totum simul erit. multis enim diuisionibus tempus ipsum diuiditur, quia in præteritum præsens & futurum, & sic etiam ipsum nunc diuidetur. qua ratione fit ut quemadmodum tempus ipsum non est: simul sic neq; ipsum nunc. Cõmẽ. 27.

Cum declarauit. Auerroes de textu facit tres rationes, & hoc propter illius malas translationes: nos uero facimus duas tantum.

Prima Auer. 16.

Prima: ubi instans est diuisile: tunc non erit instans per se, sed erit instans per accidens hoc est minimũ tempus, quod commen. 24. dictum est instans per accidẽs.

P Secunda.

Secunda: tunc instans nihil erit, quia partes suæ non erũt, quando præterita abijt: futura nondum sit. igitur ipsum nihil erit.

Tertia

Tertio: tunc instans non erit idem, quia ubi est diuisile: ipsum erit tempus. ubi erit tempus: ipsum non erit instans. tertio huius, & sic sunt quatuor rationes. tres quidem præsentis textus: alia literæ præcedentis.

Dubitatio

Sed dubitabis forte, quia per idem probarem tempus non diuidi, q̃a tunc tempus ipsum nihil erit propter rationem tactam.

Responsio.

Respõdetur q̃ tempus est propter ipsum nunc. de tempore enim nihil habemus: nisi ipsum nunc. ubi igitur nunc nõ sit neq; tempus erit. at præsupposito ipso nunc: omnino tempus est, & sic non est ratio ad propositum & hoc fortasse uoluit dicere Aristo. cum inquit, Multis enim diuisionibus tempus diuiditur: siue multipliciter diuiditur tempus. hoc est, secatur tempus in plura q̃ ipsum nunc, quoniam tempus põt secari in tria, ut in præteritum: futurum, & præsens: cuius habemus nunc. ubi aũt ipsum nunc diuiditur non põt diuidi nisi in duo tantum: ut põte in præteritum & futurum. Q igitur in nunc ualet. præteritum & futurum non sunt. igiẽ illud nihil est. in ipso aũt tempore non ualet, quia tempus diuiditur in tria, & hoc est quod Aristo. uoluit.

Dilucida. tex.c. 18.

Quare si hæc inesse ipsi nunc impossibile est: ipm nunc, quod in utroq; est: idẽ esse necesse est. Quòd si idem sit: patet etiam ipsum indiuiduum esse. Nã si diuiduum sit: ea nimirum eueniẽt, quæ & prius. Quòd quidem igitur in ipso tempore indiuiduũ quoddam sit, quod ipsum dicimus nũc: ex his quę dicta sunt perspicuum modo est. Tex. 19.

ANTI.

{ Quare si hæc impossibile est inesse ipsi nunc, ne{cesse est idem esse, quod in utroq; est, nunc. at uero { si idem est, manifestum & q̃ est indiuisibile. si. n. di{uisibile est, iterum contingerent eadem quę prius, { Quòd

A Quòd quidem igitur sit aliquid in tempore indiuisibile, quod dicimus esse ipsum nunc: manifestũ est ex his, quæ dicta sunt.

Expositio. Sylls. Fecit syllogismum hypotheticum a positione antecedentis ad positionem consequentis: nũc format illum a destructione consequentis sic. Si nunc non est idẽ utrisq;, ipsum nunc est alterum: destruit consequens. d. quare si hæc inesse ipsi nunc impossibile est, ipsum nunc, qđ est in utroq; idem esse necesse est. deinde conuertit syllogismum ut ostẽdat demonstrationem esse bonam, quia est in terminis cõuertibilibus, & inquit. Quod si idem sit, patet etiam ipsum indiuiduum esse. nam si diuiduum sit in temporibus illis, ea nimirum euenient, quæ prius etiam accidebant, ut dictum fuit. deinde epilogat. & sermo patet.

Cõmẽ. 28 Questionũ an ipsum nunc sit in toto tpe. Põ Ioãnis. Iand. q. ii huius. Cum declarauit. Istud commentum patet per se. Sed q̃runt utrum ipsum nunc sit in tempore. hæc quæstio potest solui secundum tenentes indiuisibilia, aut secundum ueritatem. Quid autem sit de ueritate, nunc dici non potest, nisi prius disputetur quæstio de indiuisibilibus. Ideo de hoc alias, sed cum Ioanne aliquantulum disputare uolo. Ioã-

B nes in præsenti quæstione tenet tria. Primo, ꝙ nũc ipsum non est in toto tempore, ut terminus. Dicit secundo, ꝙ bene est in qualibet parte temporis, ut terminus. Dicit tertio, ipsum nunc esse in toto tempore, ut medium continuationis. Primum probat per hoc, quia extra omne nunc est tẽpus, sicut extra omnem pũctum circuli est circulus: igitur nunc ipsum non est in toto. Secundum uero probat, quia aliquod nunc est extra quod nihil est temporis, ut hoc instans, quod est præsens est extra quod nihil est horę terminatæ ad ipsum, idem est in parte futura: ut principium. igitur in qualibet parte est, ut terminus. Tertium etiam patet

Cõfutatio Prima rõ quia omnium duorum temporum medium est ipsum nũc quod illa continuat. Hæc Ioannes prolixius. Sed hæc stare non possunt. Primo nihil inhæret parti, quod non inhæret toti per regulam secundi topicorum. ualet enim ab inesse parti ad inesse toti: ut albedo inest dentibus ęthiopis: igi-

C tur ethiopi. igitur per secundum eius dictum ipsum nunc inest cuilibet parti, ut terminus. igitur inest toti, ut termi-

Secunda. nus. Secundo cum dicit ipsum nunc non inesse toti tempori, quomodo sumit totum, aut categorice, hoc est: ut est substantiuum, aut syncategorice pro syncategoremate: ꝙ est omn, equodlibet, et id genus. Si primo modo ipsum est falsum, quoniam ipsum nunc est in aliquo tempore: igitur in toto tempore, quia omne tempus est totum. igitur in tẽpore aliquo est, oportet ut sit in toto, capiẽdo totum ut sic. Si intelligit secundo modo, falsum erit secundum dictum.

Tertia. erit enim sensus: ipsum nunc non est in toto tempore, quia in nulla parte, & sic illa contradicent. Tertio. nullũ nunc est in qualibet parte temporis. igitur nunc non est in qualibet parte temporis. tenet consequentia ab uniuersali nega-

Propria positionis. Suppositio Vide Sco. 2. dist. q. 2. tiua ad subalternam. Et sic secundum dictum est falsum, etiam & tertium per idem. Propterea est animaduertendum ꝙ multum refert aliquod inesse alicui, & denominare illud. albedo enim inest ęthiopi, quia inest dẽtibus eius.

D non tamen denominatę thiopem, immo committitur deceptio a secundum quid ad simpliciter, quia non ualet. albedo inest ęthiopi. igitur ęthiops est albus, nisi per accidens

Põ Primũ commune gratia materię. Tunc dico ꝙ theologus habet cum philosopho conuenire, & hẽt ab eo discordare. cõcedent enim ambo ipsum nunc inesse toti tempori ut terminus. patet:


Secũdum quia concedunt ipsum inesse ut terminũ alicui parti illius. igitur, & toti per regulam. Secundo concederent ipsum nunc ut terminus inesse cuilibet parti tpis, & denoĩare q̃-

Tertium libet partem illius ut terminus. nã denoĩare ut terminus nihil aliud est, nisi q̃libet partem tpis esse terminatã ab ipso nunc. Tertio concederent ipsum nunc inesse toti tempori ut medium, atq; illud denominare ut medium: quod nihil aliud est, q̃ totum tempus esse mediatum per aliquod

Differẽtia nunc. In his tribus non differunt propter rationes factas. At differunt in quarto, nam Theologus concedit ipsum nunc inesse toti & denominare totum tempus: quod nihil E aliud est, q̃ dicere totum tempus esse terminatum ad aliquod nunc, ut tunc cum cessabit motus. Theologus enim ponit cœlum factum, & simul cum eo motum: simul cum ipsis etiam tempus, quare & motũ ipsum desinere ad aliquod nunc, ultra quod nihil motus sit concedere debet. at philosophus qui ponit cœlum & motum æternum, cogiť dicere neq; motum neq; tempus ipsum terminari totum ad aliquod nunc: sic ꝙ ultra illud nihil temporis sit. poniť enim ultra omne tempus esse tempus, sicut ultra omnem motum esse motum. igitur theologus concedet totum tempus terminari ad aliquod nunc, ultra quod nihil temporis est. Philosopus uero hoc negabit. Ex diuersis enim principijs conclusiones proficiscuntur differentes. Quod autem conclusio nostra sit uerior, in octauo disputabimus, quando contra Aristote. rationes scribemus. Ioannes autem logice non locutus, nec physicẽ positionem suam bene explicauit.

F Dilucidat. tex. cõmẽ. eiusdem. Quòd uero nihil in ipso nunc moueatur: ex his deinceps patebit. Nam si est, continget aliquid & uelocius & tardius in ipso moueri: si itaq; ipsum nunc in quo est n. atq; in ipso mobile uelocius paręt magnitudinem a.b. igitur mobile tardius minorem in eo magnitudinem peragrabit q̃ sit a.b. sit illa a.g. Quoniam autem mobile tardius in toto nunc magnitudinem a.g. peragrauit. Mobile uelocius in minori quàm sit illud eandem peragrabit. Quare diuidetur ipsum nunc. at erat impossibile: non igitur in ipso nunc erit moueri.

ANTI. Quòd autem nihil in ipso nũc moueatur, ex his manifestum est. Si enim est contingit & uelocius moueri, & tardius. Sit igitur ipsum nunc in quo enim. Moueatur autẽ uelocius in ipso per a.b. ergo tardius in ipso per minorem quàm sit a.b. mouebitur, ut per a.g. Quoniam autem tardius in G toto ipso nunc mouetur per a.g. uelocius in minori quam sit hoc, mouebitur. Quare diuidetur ipsum nunc, sed erat indiuisibile: non ergo est moueri in ipso nunc.



H His expeditis nunc de motu ipso utrum possit esse in tẽpore disputabit, & præponit nullum motum posse esse in ipso nunc, & ratio abbreuiatur apud Themist. sic. si enim res posset in ipso nunc moueri, posset etiam tardius & uelocius moueri. constituamus igitur tardius mobile pedalẽ lineam exegisse in uno nunc, ex his quæ superius demonstrata sunt: oportebit uelocius mobile, non ut tardius, sed breuiore spatio q̃ sit momentum, siue nunc eandem magnitudinem transmisisse: secabitur igitur quod nos esse insectile ostendimus. Hæc est rationis uis. inquit. Quod uero nihil in ipso nunc moueatur ex his quæ deinceps sunt, patebit. Nam si est aliquid moueri in ipso nunc, continget aliquid uelocius & tardius in illo moueri. hæc consequentia patet: quia omnis motus potest esse uelocior & tardior & omne quod mouetur contingit uelocius & tardius moueri. Sit itaq; ipsum nunc in quo est n. atq; in ipso mobile uelocius peragret magnitudinẽ a.b. igitur mobile tardius minorem in eo magnitudinem peragrabit q̃ sit a.b. super-

fluit negatio in græcis uerbis propter ornatum. sit illa minor a.g. scorpius igitur in ipso a.g. peragrat magnitudinē. equus uero. a. b. tunc arguit dicens, quoniam autem mobile tardius in toto nunc magnitudinem a.g. peragrauit, mobile uelocius in minori ꝙ sit illud nunc peragrabit eandē per suppositiones, quare diuidetur ipsum nunc. at erat indiuisibile. non igitur in ipso nunc poterit aliquid moueri. Sed dices. cur non accepit tardius mobile moueri & peragrare a.g. magnitudinem à principio, sed uoluit uenire ad illud per tot media? Respōdetur hoc fecisse ut simul habeatur uelocius & tardius dici ad conuersionem: ita ut dato uelociori sit dare tardius, & dato ipso tardiori sit dare uelocius. ideo ad rem hanc per tot deuenit media.

Cōm. 26 Cum declarauit. Prima commenti pars est syllogistica. procedit enim exponendo syllogismum literæ, & patet.

Et iam. Dicet quis. hæc conclusio est probata supra: igitur non est necessaria. Respondet ꝙ hic est replicata, quia posset dici negando. ꝙ in quacunq; mensura est motus, in ea K potest aliquid uelocius & tardius moueri, quia tardissime motum transit magnitudinem indiuisibilem: uelocissimū uero mouetur in ipso nunc. ut igitur non possunt duo mobilia inæqualiter moueri supra magnitudinem indiuisibilem, sic nec duo mobilia possunt inæqualiter moueri in ipso nunc. Contra arguit Auer. quia tunc motus eiusdem speciei non essent comparabiles in uelocitate & tarditate. nā ut punctus non est comparabilis lineæ, ita nec motus factus supra magnitudinem indiuisibilem, quę est punctus, erit comparabilis motui facto in tēpore: modo tales sunt eiusdem speciei: cum sint ad terminos eiusdem speciei. Sic igitur repetitio hæc non est inutilis.

Dilucida. tex. cō. 30 At uero neq; quiescere. quiescere enim id dicebamus, quod est aptum moueri: non motum cum aptum est, & quo: & quemadmodum. quare cum in ipso nunc nihil sit aptum moueri, patet etiam nihil in eodem esse aptum quiescere. L

ANTI. At uero neq; quiescere. quiescere enim diximus aptum moueri, quod non mouetur: quando aptū est, & quo, & sic. Quare cum in ipso nunc nihil aptum sit moueri: manifestum est, quoniam neq; quiescere.


Expositio. Hactenus de motu, nunc de quiete, & proponit nihil posse quiescere in ipso nunc. & uirtus rationis est ꝙ opposita priuatiue sunt apta fieri circa idem in eodem tempore, & secundum eundem modum. Motus non potest esse in tempore, igitur nec quies. sunt enim priuatiue opposita. uerba textus patebunt per commentum

Cum declarauit. Animaduertendum ex commento isto, & textu quadrupliciter aliquid posse dici priuatum. Vno modo quando non habet, qua ratione lapis uisu priuatus dicitur, quia non habet. Secundo. quando non habet pro certo dato tempore, ut catulus priuatur uisu infra nouem dies. Tertio. quando non habet ea in parte, in qua est natum habere, ut in pede podagram. Quarto. non eodē modo ut si homo non uideat acutè ut aquila. Simpliciter igitur priuatio hæc quatuor requirit. Qua rōne fit ut ipsum quiescens propter hæc quatuor dicatur priuatum motu, ut non moueatur, quando est aptum moueri. per eundem locum quo est aptū moueri, & eodē mō quo est aptum. Ex his colligatur hæc maior. quiescens debet quiescere in eo in quo est aptum moueri. per alteram conditionem: ipsum nunc non est id in quo est aptum moueri, per proximum problema. igitur in sc̄da figura, ut dicit Auer. in ipso nunc nihil quiescit. Et per hæc patent textus & commentum. M

An quiesꝗ esi i termino ad quē sit pfectio motus. Vide land, q. 12. quinti huius.

Dilucida. tex. cō. 31. Adhuc autem si ipsum quidem nunc idem est utrisq; in temporibus, possitq; in altero temporū toto aliquid quidem moueri: in altero uero quiescere, & id quod in toto mouetur tempore, in quolibet illius mouetur, in quo moueri aptum est, & id quod quiescit simili modo quiescit: continget idem simul moueri & quiescere. nam nunc ipsum utrorūq; temporum extremum est. N

ANTI. Amplius si idem nunc in utrisque temporibus est. contingit autem hoc quidem moueri, illud autem quiescere, per totum. Quod autem mouetur in tempore, in quolibet mouebitur illius: in quo est aptum moueri: & quiescens similiter quiescet: Contingit idem simul quiescere, & moueri. idem enim ultimum temporum utrorumque ipsum nunc est.



Secundo arguit Arist. ad idem sic. si quiescere potest aliquod mobile in ipso: nunc: tunc idem posset moueri & qescere in eodem ipso nunc. Probatur sine terminis sic. oē illud quod mouetur in aliquo toto tempore, mouet in quolibet illius, in quo est moueri aptum: sed aliquod mobile mouetur in aliquo tempore toto per casum: igitur mouebitur in quolibet ipsius totius temporis in quo moueri est aptum. Hic primus syllogismus est: huic subaccipio aliā, sed ipsum nunc est aliquid ipsius temporis in quo aptum est moueri per te: igitur mobile illud mouebitur in ipso nunc. Deinde probo per idem ꝙ in illo quiescat. omne quiescēs in aliquo tempore toto, quiescit in quolibet illius in quo quiescere est aptum. Sed mobile signatum quiescit in altero toto tēpore ipsi priori consequente: igitur in quolibet illius in quo quiescere est aptum, qescet. Hic est primus syllogismus: subaccipio sub conclusione. Sed ipsum idem nunc est aliquid in tempore sequentes in quo per te mobile est aptum quiescere. igitur in illo quiescet. sed in eodem mouebatur: igitur idem in eodem nūc mouebitur & quiescet. Vnde potest esse syllogismus expositorius sic: in hoc quiescit & mouetur idem mobile demonstrato ipso nunc, quod est finis præteriti in quo mouebatur, & principium futuri in quo quiescet, istud uero est unum, & idem nunc: igitur in uno & eodem nunc, idem numero mouebitur & quiescet. Et sic potes resoluere propositiones Arist. in quinq; syllogismos, qui sunt duo principales, duo subaccepti potestatiue. unus qui ex omnibus infert intētum, expositorius uidelicet & ita quinq; uerba textus patent. Verum quo ad uerba græca attinet: Secunda suppositio, aut secunda propositio non sic in græcis legitur, sed sic: & contingit hoc quidem moueri: illud uero quiescere per totum. quam cum minime latine sonet, uolui traducere ut dixi, ut clarius loquerer. sensus. n. unus est. reliqua patent.

Expositio. Primus Sylls. Scd's subacceptus. Tem' principalis. Secundus. O P Q

An illud ꝙ fiat moueat Vide Gradeum escul. lect. 10. huius.

Cōm. 31 Ista est alia. Auer. autem uult Arist. sumere tres propositiones loco antecedentis, & intentum loco cōsequentis, & ita est unū enthymema apud Auer. cuius antecedens sunt tres propositiones, consequens uero est nostrum propositum. Prima quidem propositio est, idem nūc est in utroq; tempore quod uocetur c. ut per problema aliud patuit. Secunda. potest aliquod mobile idem numero moueri in toto præterito ut in toto a.c. & in toto futuro quiescere ut in toto. c. b. Tertia. id quod in toto mouetur tempore, in quolibet illius mouetur, in quo moueri aptum est, & id quod quiescit, simili modo quiescit. Hæc est tertia. tunc dat consequens dicens contingit idem simul moueri & quiescere, consequentia

A re.consequentia patet.nam nunc ipsum utrorũq; tempor extremum est, in quo per aduersarium aptum est aliquid moueri & quiescere. Hæc est expositio Auerro. uerum en thymema potes resoluere in illos quinq; syllogismos si pla-
Dubitatio cet. Sed iuniores dubitãt: quia uidetur idem sequi de mo tu.probarem enim in eodem nunc esse simul album, &
Solutio. non album per uim eandem. Hæc dubitatio non est necessaria, quia ut Them. inquit, hæc ratio est ad aduersariũ, qui uoluit motum & quietem esse in quolibet nunc, immo non nisi in ipso nunc. Propterea Aristote. adiecit in quo moueri & quiescere aptum est. modo dicimus alteratione esse in tempore & non in ipso nunc. lege Themistium, qui copiose loquitur.

Dilucida. tex.c.32. Amplius id quidem dicimus quiescere, quod similiter se habet ipsum & partes nunc & prius. Sed in ipso nunc non est prius: quare neq; quiescere. igitur necesse est id quod mouetur & id quod quiescit: in tempore moueri & quiescere. B

ANTI. Amplius autem quiescere quidem dicimus, qđ similiter se habet, & ipsum, & partes nũc, & prius: in ipso autem nunc nõ est prius. quare neq; quiescere: necesse est ergo & moueri quod mouetur, in tempore, & quiescere quiescens.

Expositio. Tertio idem arguit sic: quiescens est quod secundum se & quodlibet sui se habet eodem modo nunc & prius, per secundam definitionem illius. in ipso nunc nihil est prius. igitur in secunda figura nihil in ipso nunc quiescit. Textus
Quæstio an in nunc sit motus. Aris. patet, nec eget glossa. Quærit Ioãnes utrum motus possit esse in ipso nunc, & arguo per rationes sorticolarum q sic. mobile est in ipso nunc: igitur & motus. tenet consequentia, quia accidens & subiectum sunt simul. Secũdo, sorticolæ dicunt sequi aliquid qualecũq; & quantumcũq; fuit. igitur in aliquo instante tale fuit.
Rñ Ioan. Ioannes respondet simpliciter nullum motum esse in nunc motum esse in nũc per rationes Aristo. Hæc responsio pro mente Auer. nõ
Diminutio sufficit, quia auctio ipsa saltem est motus, & est in nunc, C quoniam est aut generatio aut aggeneratio, quęq; omnes sunt in nunc. Propterea pro sorticolis & Auer. est dicen-
Rñ ꝓpria. Primum dum problema Aristo. esse uerum tantum in motu locali, quia sibi competit uelocius & tardius.
Secũdum Secundo, dico ꝓ sorticolis, q aliquod esse in instanti potest intelligi. Vno mõ ut in propria æquataq; mensura, & sic non est motus in instanti. Alio modo ut in mensura inæquata, & quasi per accidens: & hoc fortasse modo contenduntur regulæ
Nota hic. captiunculatorum. Animaduerte tamen q motus diuisionem habet ab ipso mobili, & hoc modo est res permanẽs, & in ipso nunc, ueluti ipsum mobile, cuius est, habet etiam diuisionem a spatio, & sic non simul est: quibus oibus patet solutio ad argumenta. Hæc de mensura motus.

RECO. Debes scire hæc, quæ Aristo. dixit, solum in motu locali habere ueritatem. nam quod mouetur localiter, & quiescit localiter, omne tale mouetur, & quiescit, in tempore. In alijs uero hæc non sunt uera: non enim oportet omne
D quod alteratur, & omne, quod augetur, alterari, & augeri in tempore. nam quod alteratur præcise per unum gradum, & augetur præcise per unum minimum, subito alteratur, & augetur, & non in tempore. Sed contra hęc stãt rationes Aristo. nam omne quod mouetur, in aliquo cõtingit tardius & uelocius moueri in illo. & cum illud, qđ alteratur, uel augetur, moueatur, igitur cõtingit in illo uelocius, & tardius alterari, & moueri. Et dicendum maiorem esse ueram solum in motu locali, in cæteris uero nõ oportet, cum in alijs nõ sit uelox & tardum, nisi ęquiuoce. Præterea adhuc argumentor fortissime, motus & quies sunt eodem modo. sed quies in alterationibus, & auctionibus est in tempore, ergo & motus. & probatur assumptum, quia in quocũq; alterabile uel augmẽtabile est aptũ quiescere, est aptum alterari, uel augeri: & contra. & dicẽdum in alteratione & auctione quietem & motum nõ in eodem esse respectu temporis, sed respectu subiecti: sicut nec generatio, est enim generatio in momento: & quies E à generatione in tempore, sic auctio, qua acquiritur rei auctæ unum minimum, est in momento: & quies ab illius acquisitione est in tempore, & causa est, quia auctio & alteratio sunt generationes secundum quid principaliter, in quibus quies non reperitur nisi æquiuoce. Motus localis est pricipaliter motus, & secũdario generatio eius quod est quantum partibiliter acquisibile. quãtum enim quatenus est terminus motus, est partibiliter acquisibile. ideo quies proprie non est nisi in motu locali. & sic stat quietem in alijs motibus eo modo, quo ibi quies reperiri potest, esse in tempore, & motum in non tempore.

Omne uero quod mutatur diuisibile esse, necesse est. Cum enim è quodam in quoddam omnis sit mutatio, & dum quidem erit in eo ad quod mutatur: non ulterius mutatur. quando uero in eo est: è quo mutatur, neq; ipsum neq; partes mutantur. necesse est igitur ipsius quod mutatur, quid quidem esse in hoc. quid uero esse in illo. quando nec in utrisq;: nec in illorum altero ipsum uniuersum est. Dico autem id in quod mutatur primum in mutatione ipsa, ut ex albo fuscum: non nigrum ipsum. non enim id quod mutatur in utrolibet extremorum esse necesse est. Patet igitur omne qđ mutatur esse diuisibile. Dilucidat. tex. cõm. eiusdem. F

ANTI. Quod mutatur autem omne, diuisibile esse necesse est. Quoniam enim ex quodam in quodam omnis mutatio est, & cum quidem sit in hoc: in quod mutatum est: non amplius mutatur. cum autem est in eo, ex quo mutatum, & ipsum & partes eius non mutantur. quod enim similiter se habet, & ipsum & partes omnes non mutantur: necesse igitur aliquid quidem in hoc esse, aliud uero in altero eius, quod mutatur. neq;.n. in utrisq; neq; in neutro totum possibile est esse. dico autẽ in quod mutatur: primum secundum mutationẽ ut ex albo in fuscum nõ nigrum: non enim necesse est quod mutatur, in quocunq; esse ultimorũ. Manifestum igitur est, q omne quod mutatur, erit diuisibile. G

Expositio. Transit ad aliud problema uidelicet q omne quod mutatur necesse est esse diuisibile: & hoc proponit. d. omne uero quod mutatur diuisibile esse necesse est. hoc est problema. Syllogizat uero ipsum sic. omne partim existens in termino è quo, partim in termino ad quem, est diuisibile. omne quod mutat partim est in termino è quo, partim in termino ad quem: igitur omne quod mutatur est diuisibile. ꝓbat minorem, & accipit duo. primum, omnis mutatio est e quodam in quoddam. secũdum, quod mutatur dum est totaliter in termino ad quem minime. igitur ex his sequitur H minor, uidelicet q omne quod mutatur debeat esse partim in termino à quo & partim in termino ad quẽ. potest igit prosyllogizari sic. omne quod non totaliter est in termino è quo: nec totaliter in termino ad quem, est partim in termino è quo, & partim in termino ad quem. Sed quod mutatur est non totaliter in termino è quo, nec totaliter in termino ad quem. igitur est partim in termino è quo & partim in termino ad quem. de prosyllogismo tangit minorem, & inquit. Cum enim è quodam in quoddã sit omnis mutatio. hæc est prima suppositio, & non ad syllogismũ. & dum quidem erit in eo ad quod mutatur, non ulterius mutatur. quando uero in eo est, e quo mutatur, neq; ipsum neq; partes mutantur. hæc est minoris uis prosyllogismi. infert minorẽ, & inquit. Necesse est igitur ipsius quod mutatur, quid quidem esse in hoc: e quo. quid uero eiusdem esse in illo: quãdo nec in utrisq; nec in illorum altero ipsum uniuersum sit. hæc est minor & illius probatio. Dices. ad

I quid facit prima propositio dici potest, ꝙ facit ad cauillũ, quia quis cauilare potest motum non esse inter duo diuersa: sed supra spatio indiuisibile. ideo adiecit illud ut cauillum hunc refelleret. Sed dices non posse mobile esse partim in termino è quo partim in termino ad quem, quia termini illi distant. Respondet per terminum è quo & terminum ad quem esse intelligendum terminos proximos. Inquit. dico autem id in quod mutatur, hoc est uolo intelligere per terminum ad quem primum in ipsa mutatione: ut ex albo fuscum, non nigrum ipsum. non enim id quod mutatur in utrolibet extremorum esse necesse est, cum ea sint distantia. tunc concludit propositum. d. patet omne quod mutatur esse diuisibile.

Cõm. 32 In hac conclusione. Anteꝗ̃ exponat Auer. textum mouet quæstionem, quid Arist. intelligat per subiectum conclusionis, uidelicet per transmutabile. utrum intelligat transmutabile secundum tria prædicamenta tantum uidelicet

K qualitatem quantitatem & ubi: an etiam intelligat trãsmutabile in omnibus & in substantia: Videtur ꝙ non intelligat transmutabile in substantia, quia tunc minor demonstrationis est falsa. nam transmutabile in substantia nõ partim est in termino è quo & partim in termino ad quem, cũ sit subito. Secundo. quia Aris. excepit trãsmutabile in substantia per id quod dixit. dico autem id in quod mutatur. igitur transmutabile in illa conclusione supponit pro tribus tantum & non pro generabili.

Sed si modo. Ad oppositum arguit, quoniam si excludit generabile ita ut subiectum conclusionis non supponat ꝓ generabili, sed solum pro augmentabili, alterabili atꝗ̃ mobili in locum: tunc demonstratio esset particularis & non uniuersalis, quia prædicatum illius esset in plus. in plus enim esset diuisibile quàm transmutabile. nam generabile esset diuisibile & non transmutabile, ut nunc loquitur. igitur demonstratio non esset ex terminis conuertibilibus, & per consequens esset particularis & non uniuersalis.

L Et si intellexerimus. Redit ad primam quæstionis partẽ. posset enim quis dicere subiectum cõclusionis esse cõe oĩbus transmutabilibus uidelicet tã ad ea quę subito, ꝗ̃ ad ea ꝗ̃ successiue trãsmutantur. Contra arguit ut supra. quia tũc minor esset falsa, quoniam ipsum transmutabile in non tẽpore non habet partem in termino a quo & partem in termino ad quem, cum sit subito. Animaduertendum ꝙ conclusio Arist. est. omne transmutabile est diuisibile: quærit igitur Auer. (ut more sorticolarũ loquar) pro quibus supponit subiectum huius conclusionis, aut pro transmutabili in tempore tantum, aut pro transmutabili & in tempore, & subito. Si pro transmutabili in tempore tantum: tunc prædicatum erit communius subiecto, quoniam omne transmutabile in tempore est diuisibile, & non conuertitur. est enim transmutabile subito diuisibile & non transmutabile in tempore: & ita demonstratio non erit uniuersalis, nec ex terminis conuertibilibus. si pro transmutabili communi ad utrũꝗ̃, tunc minor est falsa: quoniam transmutabile subito non est partim in termino a quo & partim in termino ad quem, cum illa sit subito. Hæc quæstio est subtilissima, ut mihi uidetur.

An supra indiuisibile possit fieri motus. Vide Ian. q. 5. huius

M Et dicunt ꝙ Alexander. Mota quæstione nunc soluit. & primo ponit solutionem Alexandri, qui uoluit nullam esse transmutationem subitariam, nisi secundum sensum. Et sic quæstio nulla est. supponit enim falsum. s. transmutationem esse & subitariam. patet nullam talem esse nisi sensu quæ re uera successiua est. Contra hanc responsionem arguit Them. quia Arist. contra Melissum primo huius textu. cõmen. 23. sumpsit aliquam esse transmutationem momentariam. igitur Alexander Aris. contradicit.

Themistius uero. Nunc respondet secundum Themistiũ qui uoluit duo. uoluit enim ꝙ Arist. unum supponat tanꝗ̃ per se notum: uidelicet ꝙ transmutabile subito est diuisibile. patet enim hoc per definitionem eius. transmutatur enim subito id quod secundum omnes eius partes simul transmutatur. Igitur de eius ratione est habere partes: & per consequens est per se notum. Probat autem de transmutabili in tempore: de quo res non patet. Et sic patet responsio Themist. N

Alexander. Obijcit Alexandro per rationes Them. quia positio Alexandri est contra Aristo. & contra rationem: contra Aristo. quidem primo physicorum. contra Melissum. textu commen. 23. ubi expresse mutationem subitariam ponit. cõtra rationem uero, quia illuminatio & id genus sunt in non tempore.

Dissolutio autem. Contra Themistium arguit. Primo ꝗa uidetur dubium de utroꝗ̃ transmutabili tam subitariè ꝗ̃ temporariè, quoniam ita se habere uidetur transmutabile in non tempore ad transmutationem. sicut transmutabile in tempore ad transmutationem in tempore. igitur uidetur quasi eiusdem ordinis in notitia. igitur ęque ambigua, immo uidetur magis occultum de transmutabili subitario ipsum esse diuisibile, quia primo aspectu apparet subiectũ eius esse indiuisibile, ueluti & ipsa est indiuisibilis. unde potest argui sic. sicut se habet temporaria trãsmutatio ad momentariam, ita transmutabile temporarium ad transmutabile momentarium. igitur ut primum ad tertium, hoc est transmutatio temporaria ad transmutabile temporarium. ita secundum ad quartum, hoc est transmutatio momentaria ad transmutabile momentarium. sed transmutatio temporaria est subiecti diuisibilis: igitur momentaria erit subiecti indiuisibilis. & sic uidetur occultius de transmutatione momentaria, cuius contrarium Themistius ait. dixit enim esse per se notum. O

Et etiam. Secundo arguit, quia si Aristo. uult subiectum conclusionis supponere tantum pro transmutabili temporario: tunc commisisset fallaciam non causæ, ut causa, hoc est assignasset causam conclusionis quæ non est causa. ostẽdit enim temporarium transmutabile esse diuisibile, quia mouetur in tempore. hoc enim uoluit intelligere per partim esse in termino e quo, & partim in termino ad quem. modo in plus esset ipsum esse diuisibile, ꝗ̃ moueri in tempore, quia competit transmutabili subito, cui non competit moueri in tempore, neꝗ̃ partim esse in termino è quo: & partim esse in termino ad quem, ueluti si quis quærit ꝓpter quid homo ambulat, & dicatur quia rationale. multa enim non rationalia ambulant. Et sic nõ causa data est ꝓ causa. similiter propter quid transmutabile est diuisibile. si dicitur, quia in tempore mouetur, data est non causa. multa enim non in tempore mota sunt diuisibilia. & sic Aristo. esset sophisticus. P

An oẽ quod ꝑ se transmutat trãsmutatione tẽpali sit ꝑtim in termino a quo & partim in termino ad quem. Vide Gaeta de thie. q. 2. huius

Auempace: Respondet nunc secundum Auempacem: cuius responsionem multi sectantur latinorum. Vbi animaduertendum est ꝙ ipsius motus duplex potest esse diuisio: altera dimensiua siue extensiua, iuxta quam cõcedimus tantum esse motum ipsum extensione uel dimensione, ꝗ̃tum mobile. Hęc ab Auempace ipso dicta est diuisio scdm ultima. altera uero successiua, penes quã dicimus tm̃ esse motum ipsum, ꝗ̃tum spatium. hanc ipse uocat secundum contraria. uult igitur Auempace Arist. probare nunc motũ ipsum, siue quod mouetur esse diuisibile secundum contraria, non aũt ſm dimensionem. signum autem huius est quia postea probabit mobile nullum posse esse idiuisibile. Qua ratione excluditur à demonstratione transmutabile in non tempore. Illud enim non est diuisibile secundũ contraria. Q

Et certe. Confirmat solutionem hanc. primo quia diuisio secundum contraria, siue successiua est propria motui: non autem diuisio extensiua. hęc enim motui accidit, quoniam competit sibi ratione mobilis. successio autem ratione sua cum sit de eius definitione. Secundo, quia non accidunt sibi ea quæ sunt contra Themistium.

Sed ista. Refellit Auer. positionem hanc, quoniam diuisibilitas secundum contraria per accidens competit ipsi cõtinuo mobili. Sed Arist. loquitur de diuisibili per se: aliter demonstratio esset ex his quæ sunt ꝑ accidens. essentialr continuo ipsi mobili competit diuidi secundum partes quantitatiuas, & non secundum partes contrariorum: igiẽ demonstratio

A demonstratio philosophi concluderet prædicatum per accidens. Hæc contra expositores.

Sol. Auer. Ego autem. Auer. nunc uult propria solutione quæsito satisfacere, & primo proponit se diu positionem Auempacis sustinuisse, quia re uera cæteris est probabilior. nunc uero non asserit illam, quia licet ratio facta aduersus Auēpacem non sit demonstratiua, non tamen consonat literæ Arist. dabitur enim expositio conuenientior. Ad solutionis igitur declarationem sumit duas distinctiones. Prima est ꝙ transmutationum quædam est per se: quædam per accidens. ea quidem per se est, quę est de quiete in quietē, cuiusmodi sunt motus localis augmentatio atq; alteratio. in harum enim singula mobile ipsum prius sub termino è quo quiescebat. Secundo sub motu consistit. Tertio sub termino ad quem quiescit. quæ uero est de motu in quie-
B tem transmutatio est per accidens, ut illuminatio, & dextratio columnę. Illuminatio enim finis est motus candelę. sinistratio uero columnæ est finis motus Socratis, quo columna facta est sibi sinistra postq̃ erat dextra.

Vide etiã Bur. hic. Et manifestum. Circa hanc diuisionem iuniores dupliciter dubitabunt. Primo an harum quælibet sit in tempore. Secundo quare hæc per se, illa per accidens dicta est. Soluit primum & probat has per accidens transmutationes esse momentaneas. primo finis rei est momentaneus. hæ per accidens transmutationes sunt fines transmutationum per se. igitur momentaneæ. præmissas tanquam per se notas sumit.

Et differt. Secundo arguit. quod differt a diuisibili & tēporario est indiuisibile & subitarium. sed hæ differunt a diuisibili & temporario: igitur sunt indiuisibiles & momentaneę. etiam propositiones ut manifestas sumit, de quibus postea dubitabimus.

Et manifestum est. Soluit secundum, & sumit tanquam manifestum eiusmodi transmutationes momentarias esse per accidens. potest autem hoc persuaderi. primo quia hæ sequuntur ad per se motus. igitur sunt per accidens mo-
C tus. secundo quia ipsæ non ex quiete sunt, sed ex motu: igitur per accidens sunt motus, quatenus ipsas concomitatur motus.

Ergo. Secunda siue distinctio, siue subdistinctio est, ꝙ transmutatio per se bifariam dicitur. uno modo cuius finis est eiusdem speciei cum ipa, ut alteratio pura: uelut sunt calefactio, humectatio, & id genus. quædam quæ specie differt à fine illius, ut alteratio generatio mixta generatiōi, cuiusmodi est elementorum generatio, & id genus. Pura enim alteratio ad qualitatem finit. modo terminus est qualitas: & ipsa etiam est qualitas. mixta uero alteratio in substantiam finit. definit enim in generationem quę est suba.

Et utraq;. Hac sub diuisione constituta, conuenientias inter illius membra statuit, & sunt duæ. Prima ꝙ utraq; trāsmutatio est in tempore, quod intelligitur saltem per accidens. nam per se transmutatio est per se in tempore. finis illius: quæ est transmutatio per accidens est in tempore ratione illius & per accidens. Secunda ꝙ utraq; partim est in termino e quo partim in termino ad quem: non tamen
D eodem modo. transmutatio enim per se est per se partim in termino è quo, & partim in termino ad quem. at transmutatio per accñs, per accidēs est partim & partim in illis.

An in nūc tpis possit aliquid moueri. Vide sand. q. 12. huius.

Ergo transmutabilia. Ex his infert unam uniuersalē qua potest haberi solutio ad materiam: uidelicet ꝙ omne trāsmutabile in non tempore, est transmutabile in tempore. nam quod est per se in non tempore, potest esse per accidens in tempore. ut generatio per accidēs est in tempore, quæ tamen est per se in non tempore, cum sit finis.

Ergo quum. His habitis: respondet ad formam, & uult, ꝙ subiectum cōclusionis: uidelicet omne mutabile est diuisibile, supponit (ut logice loquar) distributiue simpliciter pro omnibus mutabilibus, ut pro augmentabili generabili alterabili & mobili. Et cum dicebatur. tunc minor esset falsa, cum non, sit uera de generabili ipso cum generatio non sit partim in termino è quo & partim in termino ad quem. responsio patet. est enim generatio saltem per acci- E
dens partim in hoc & partim in illo. Ideo inquit, ergo cū fuerit declaratum de istis quæ sunt in tempore ꝙ sunt diuisilia, declarabuntur omnia transmutabilia esse diuisilia q̃ꝙ esse transmutabile hoc est finis, quod dicitur transmutatum esse, non sit in tempore. & ita patet demonstrationē esse ex uniuersalibus & per se: nam prędicatum conclusionis conuertitur cum subiecto & medium cum utroq;.

Et etiam. Excusat Arist. tribus modis, cur uidelicet transmutationes momentariæ nihil meminit. Respōdet primo: quia illa est per accidens, & de per accidens non est scientia neq; demonstratio. Secundo, quia etiam potest intelligi in subiecto conclusionis. nam sub mutabili per se, intelligitur mutabile per accidens. Tertio. quia finis transmutationis non est transmutatio, propterea momentaria mutatio æquiuoce dicitur transmutatio. hæc expositio (ut ait) latuit omnes expositores, & recte ait, quia acuta est. Hæc est F
responsio Auer. & bene exposita. Sed contra hanc respō- Rō Auer.
sionem arguetur forte, quia tunc Arist. in demonstratione, non esset usus propositionibus per se, quia minor demonstrationis uidelicet omne quod mutatur partim est in termino ad quem, de momentario mutabili est uera, & non per se & secundum ꝙ ipsum, cuius contrarium tm̄ Auer. exclamat. Occasione fortasse huius argumenti expositores aliter uolunt: dicunt enim minorem illam omne quod mutatur partim esse in termino è quo & partim in termino ad quem: posse intelligi. uel secundum extrema, uel secundum dispositiones coniunctas. & ita omnis transmutatio est diuisibilis aut per se, aut propter adiunctum. Cōtra hanc Ioannes assurgit, quia Aristo. ait mutabile habere partem in termino è quo, partem habere termini ad quē, modo dispositiones nihil sunt ipsius termini ad quem, cū præcedant. Secundo aliquæ sunt momentariæ, quas nihil dispositiue præcessit ut illuminatio sensatio, & id genus: propterea credit cōfutasse eos. Sed certe iniuste se habet ad illos. hæc enim eorū responsio (ut mihi uidetur) est expositio responsionis Auer. nihil enim uoluit Auer. per eius- G
modi esse per accidens tale, nisi propter dispositiones pręcedentes finem ultimum: ideo ad primam miror ipsum. Arist. enim per terminum ad quem: intelligit illud in qđ ipsum mutabile primo mutatur, & non ultimum simpliciter. & sic dispositiones illæ possunt esse terminus ad quē.

Responsio expositoꝶ

Cōfutatio a Ioanne. Prima rō. Secunda.

Defensio

Ad secundum dicerent omnes illas sequi motus. ut dixit Auer. & sic motus habentur loco dispositionum præcedētium. Et licet hæ respōsiones sint bonæ, nihilominus mihi illud dubitationem facit, quia tunc Arist. esset usus propositionibus per accidens. Propterea saluo meliori iudicio & cum protestatione dicendi aliter, si aliter occurret, teneo demonstrationem Arist. esse solum intelligendam in mobili localiter, & sic subiectum conclusionis supponit distributiue accommodate, non simpliciter: uidelicet pro omni mobili in loco. Causa autem est, quia minor non potest sine scrupulo uerificari nisi in motu locali. omne enim mobile localiter, quando mouetur partim est in termino ad quem & partim in termino à quo. In cæteris uerò non nisi H
per accidens. Persuadet me aliud: ꝙ Arist. in motu locali solum præcedentes conclusiones intellexit, & cum more geometrico processit: declarando uidelicet secundum per primum: uidetur mihi ipsum debuisse seruare ordinem, et nō transire de genere in genus. quasi enim processit in post assumendo & non in latus. Tunc ad rationes Auer. dicerē ad primam concedo ꝙ demonstratio est particularis, cum prædicatum sit in plus q̃ subiectum. non enim semp Aristo. facit demonstrationem ex per se primo. Ad secundā q̃ fecit contra Themistium. Respondeo quod licet mediū & quæsitum siue prędicatum non conuertuntur, tamen nō est fallacia, quia satis est medium conuerti cum minori. sic enim sit in demonstratione particulari, satis enim est mediū conuerti cum subiecto conclusionis. esset autem nō causa pro causa, quando nec esset conuertibile cum prædicato, nec cum subiecto: sed esset accidens. modo Arist. hanc de-

Cōtra has quid facit.

Prima rō.

Scḋa rō.

Sol. rōnū. Auer.

I monstrationem non uult esse causæ, sed signi, ut dicemus. Exemplum uero suum non est ad propositum. non enim est simile, quia causa ambulationis est una, utputa habere sensum, sed causæ diuisibilitatis sunt plures, & in mobili localiter hæc est, in alijs alia, de qua alias. Sed emergunt

Prima q. quæstiones. prima quod est medium æquatum cum prædicato conclusionis, qd' etiam omnibus mutabilibus con

Secunda. ueniat? Secūda nec in motu locali nec in alijs est dare primum terminum ad quem ipsum mobile primo transmutetur. in motu locali enim nec est dare primū ubi, nec primum locum. esset enim locus loco immediatus.

Tertia Tertia utrum demonstratio Arist. sit a causa? est enim quæstio dubia pro utraq; sui parte, ut patet. Ad hoc dici potest q divisibilitas secundum partes qtitatiuas de qua Arist. intelligit, est prima passio quanti, siue quantitatis siue continui. ut nūc suppono. Modo prima passio est per se nota de subiecto. dicerē igitur q medium conuertibile cum prædicato est esse quantum siue continuum, & hoc omnibus

K mutabilibus competit. aliter tamen atq; aliter: signum. n. quod competat mobili in loco est, quia est partim in termino è quo, partim in termino ad quē. in alijs sunt alia signa, quæ nunc omitto. Ad secundam dicerem (ut recentiores dicunt) q Aristo. hic per terminum è quo & terminum ad quem, non intelligit duo loca siue duo ubi, sed Aristo. per terminum ad quem uult totam magnitudinem citra eam, è qua incipit moueri, & hanc esse immediatam termino è


Vide etiā Egi. hic. quo, nemo dubitat. Ad tertiam saluo semper meliori iudicio, hæc philosophi demonstratio est signi, & non causę, ut uidetur uelle Auer. causa enim diuisibilitatis prima est esse quantum, & quia ipsum mobile est diuisibile, ideo est partim in termino è quo, & partim in termino ad quem,

Argumētū rōnis. & non econtra. Moueor autem hac ratione, quia esse in loco est signum q res locata sit diuisibilis, at quantitas est cā, & ipsa diuisibilitas proprior causa essendi in loco. Cum igit ipsum partim esse in termino è quo, partim esse in termino ad quem sit ueluti esse in loco, iure signum diuisibilitatis pono & non causam. & hoc (ut mihi uidetur) ignora

L uit Auer. pace sua dixerim. Dices adhuc nihil debet remanere ignotum, modo propter quid alia mutabilia sint diuisibilia est ignotum, & occultius q̄ de moto localiter. Sic. n. arguebat Auer. contra Themistium. igitur debuit hic declarari. Respondeo q debuit declarari in eo loco ubi spectat illius declaratio, modo augmētabile, & gñabile, & alterabile esse diuisibilia declarata sunt partim in quinto partim in libro de generatione, & hoc per definitiones illorum, ut bene dixit Themistius. & sic solutę sunt omnes rationes Auerrois.

Deinde dicit & omnis. Completa prima digressione, incipit exponere textum. Vbi animaduertendum est primo, q illa minor. omne quod mouetur partim est in termino è quo, partim in termino ad quem: est absolute falsa, cum ubiq; Aris. per terminum è quo: intelligat id in quo ipsum mobile quiescit, & per terminum ad quem etiam finē motus: tamen est uera ad sensum quem exponit Arist. utpote intelligendo per terminum ad quem totam magnitudinē, quę est citra aut ultra terminum è quo cepit moueri. ut si

M terminus è quo sit a. b magnitudo, terminus ad quē erit b. c. & nō ipsum c. tantum, & sic uocatur illud in qd' ipsum transmutabile primo mutatur, quo in sensu minor est uera.



Secundo. animaduertendum q Arist. significanter exemplificauit in alteratione, quia in ea media & extrema perspicua sunt: in alijs uero latet. tu uero secundū nostram expositionem dicas Aristo. accepisse exemplum in alteratione, non quòd uelit conclusionem esse ueram in alteratione, cum exempla ponantur gratia doctrinæ. Et per hæc patent omnia quæ dicit in expositione primæ partis literæ.

Et considerandum. Mouet quæstionem circa textus, & facit secundam digressionem, quæstio est quid sit primum in unaquaq; quatuor trāsmutationum. ratio quęstionis est, quia demonstratio supponit in omni transmutatione esse primum. Animaduertēdum quòd hæc quæstio habet lo cum exponendo, ut Auerroes exponit, de omni transmutabili: quia exponendo demonstrationem solum de mobili in loco ut exposuimus, quæstio non debet esse nisi in motu locali. N Nota.

Dicamus. Respondet ad quæstionem, & accipit primo, q tale medium patet in alteratione, quia in coloribus saltem inter extremos colores sunt medij colores specie differentes ab extremis. Dicit secundo q medium est duplex: alterum quod dicitur medium formæ, ut albi & nigri pallidum, aut fuscum, & id genus, quod ideo medium formæ dicitur, quia est differens specie ab extremis. species enim forma est. Alterum dicitur medium secundum magis & minus, quod apud nonnullos medium materiæ, siue quantitatiuum dicitur, cum sit secundum gradus: qui gradus uidentur ueluti quantitates. Primum medium nonnunquā ab Auer. uocatur medium accidentale, quia non oportet ut transiens de extremo ad extremum transeat per omnia illa. Propterea accidentale medium dicitur. Secundum uero uocatur medium per se, quod est forma diminuta: ut caliditas remissa & albedo diminuta, uult igitur Auer. Arist. per medium intellexisse non medium secundum materiā, siue secundum magis & minus: sed medium formæ. Et sic uult ipse in omni genere motus esse dare primum secundū speciem & formam: ut in alteratione primus terminus ad quem aliquid mouetur ab albo est pallidū siue id genus. nam in transmutatione quæ est ab albo secundum magis & minus non est dare primum in quod transmutabile primo transmutetur, cum sit dare partem ante partem, & gradum ante gradum in infinitum. Et sic uult in motu esse primum in specie: non secundum materiam, siue secundū magis & minus. Solutio. O

Et si non. Probat tale medium formæ esse differēs ab extremis, & inquit: & si non esset differens ab extremis, tunc esset eiusdem speciei cum illis: & sic omnia media essent secundum magis & minus. P

In gustabilibus. Secundo idem sumit in gustabilibus. & ait ita dari extrema et media in gustatilibus ut in coloribus uerbi causa. si dulce & amarum sunt extrema, cætera omnia ut insipidum, austerum, & id genus erunt media formæ. Dulcedo remissa, aut amaritudo diminuta sunt media materiæ.

In primis autem. Tertio idem probat in tactilibus, & uult medium formæ esse temperamenta, uel etiam omnes cōplexiones, medium materiæ est calidum remissum, & id genus. Potest idem in cæteris media & extrema reperire: sed hæc satis.

Transmutatum enim in primo. His sic acceptis, uerificat propositionem, & primo in alteratione, & uult q in alteratione mobile partim sit in termino è quo & partim in termino ad quem primo transmutatur, uidelicet in medio formæ. nam dum aliquid transit de calido in frigidum, partim habet calidi, quod erat terminus è quo, partim habet medij uidelicet temperamenti. cum enim recedit ab extremo, mox incipit habere aliquid temperamenti. igitur cum non sit totaliter calidum, cum recesserit ab illo: nec totaliter tēperatum cum nondum factum sit in medio, erit secundum quicquam temperatum quatenus recedit ab extremo, & secundum quicquam calidum è quo cœpit alterari, quatenus recessit aliquantulum ab illo. Q

Et similiter. Idem in coloribus ostendit. quādo enim aliquid de albo mutatur in nigrum, primo deuenit in mediū, ideo partim est in termino è quo partim in termino ad quem primo mutatur.

Licet hoc. Remouet quæstionem. dicet enim quispiam si mobile habet partem termini ad quem, & partem termini è quo, igitur erunt duæ partes. Respondet q erunt duæ An oē qd' mutatur sit diuisibile. Vide Iand. q. 31. huius

& multæ

A & multæ in potentia non in actu. non enim actu habet partes duas distinctas, quia tunc motus destrueretur: quatenus esset potius discontinuus & cessaret. & ita habet illas potentia. quando enim acquirit mobile ipsum unam partem post aliam, non acquirit illas actu completo: sed actu mixto potentiæ.

Primum in translatione. Idem declarat in motu locali. in ipso enim est duplex medium ut formæ & medium materiæ. uerbi causa. terra quæ mouetur de concauo ignis ad centrum, primo se facit ad medium locum uidelicet, illum qui est aeris: deinde ad illum, qui est aquæ. medium materiæ est spatium quantitatiuum.

Et si non. Quæret quis utrum in motu uiolento sit locus medius specie. Respondet & si non fuerit motum naturaliter: non erit illis primum naturaliter, sed uiolenter. ut si graue sursum pellitur: tunc medius locus esset ille aeris.

Sed quia quæret rursus: utrum loca sint immediata? Re-

B spondet quòd quibuscunque locis datis semper mediat locus. Et arguit quibuscunque superficiebus datis, mediat corpus. sed loca sunt superficies. igitur quibuscunque locis datis mediat corpus. sed corpus est potentia locus. igitur quibuscunque locis datis mediat locum saltem in potentia.

Et si locus. Quæret tertio. utrum dato quòd loca sint immediata: propositio Aristote. possit stare uidelicet, quòd mobile sit partim in termino è quo, & partim in termino ad quem.

Respondet quòd concessa locorum immediatione: adhuc propositio philosophi est uera, quia ubi locus esset immediatus loco; quod mouetur: non posset esse totaliter in termino è quo, quia nondum motum esset: nec totaliter in termino ad quem, quia iam quiesceret & esset motum. & si siue loca sint mediata, siue immediata, quod mouetur: oportet semper esse partim in termino è quo, & partim in termino ad quem.

C Et si posuerimus. Quarto quæret. si locus è quo, & locus ad quem sint indiuisibilia, utrum quod mouetur debeat eē indiuisibile? aut diuisibile?

Respondet per idem argumentum quòd erit diuisibile, quia non potest esse totaliter in quo: nec totaliter ad quod. igitur partibile.

Et ideo. Voluit Auempace in demonstratione Aristotel. esse necessarias suppositiones. Prima quòd loca non sint immediata. Secundo quòd sint diuisibilia: infert nunc contra eum, quia siue sic, siue sic: demonstratio Aristo. est efficax. ut per dicta patet.

Primum autem. Vltimo declarat quid sit primum in motu generationis, & uult illud primum esse minimum in generatione. in ipsa enim generatione hæc tria sunt idem, uidelicet, primum: minimum: & medium. reliqua patent. Vult igitur Auerro. quòd illa minor sit uera uniuersaliter. uidelicet, quò d omne quod mutatur, uidelicet, in tempore. est secundum partem quantitatiuam in termino è quo: & secundum partem quantitatiuam in termino ad quem pro-

D ximis, & primis: non ultimis & finalibus.

Dubiones in solutione Auer.

Sed circa nonnulla dubitatur primo: quia si loca essent immediata: non esset pertransitio. igitur mobile non oportet habere partem in uno: & partem in alio in motu.

Secunda. Secundo. si loca sunt indiuisibilia: uidetur quòd mobile erit indiuisibile. igitur non diuisibile.

Tertia. Tertio. cur præterijt auctionem, cum illa sit motus ad quantitatem.

Ad primam & secundam dici potest quòd ex impossibili, sequitur quodlibet: hoc est utrunque contradictoriorum hoc est ipsum antecedens: & suum contradictorium: ut si homo est equus, igitur homo est equus: & homo non est equus, ut patet intelligenti. Dato enim quòd loca sint immediata: sequitur motus & non motus. ideo sequitur diuisibile ex altera parte saltem. Similiter dato quòd loca essent indiuisibilia ipsum quod mouetur esset diuisibile & indiuisibile, ut patet. igitur non oportuit illa supponi ab Aristotel. & hoc satis est Auerroi.

E Ad tertium dico quòd auctio ex una parte est generatio: ex alia conuenit cum alteratione. ideo subticuit eam.

Nota contra Auer. Animaduertendum tamen quòd ut dixi, & quæstio hæc secunda est superflua, & solutio est dubia. Superflua quidem, quoniam Aristote. non loquitur nisi in motu locali. de eo enim per demonstrationē signi uult quòd sit diuisibile, uidelicet per esse partim ī termino è quo: partim ī termio ad quē. & tunc quid per terminū

F ad quem uelit patet: ipse appellat terminum ad quem totū spatium ultra locum in quo mobile quieuit: ut c. d. cum enim. b. ipsum incipit moueri: mox secundum unā sui partem est in. a. c. & secundum aliam in. c. d. igitur partim in termino ad quem.

Cōtra sol. Solutio uero dubia. Primo quia exponendo ut Auerroes ait: Aristote. peteret principium. probat enim id quod mo-

G uetur esse partim in termino è quo, & partim in termino ad quem propter non esse totaliter in termino è quo: nec in termino ad quem. Igitur supponit esse totum, & per consequens ipsum habere partes.

Propria Et sic melius est dicere quòd hæc demonstratio sit signi, & quòd Aristo. det signum diuisibilitatis. propterea: quia mobile ipsum non quiescit simpliciter in quo: nec simpliciter ad quod. igitur est diuisibile.

Tertia. Tertio. data expositione Auerrois, nulla uidetur necessitas intelligendi per terminū primum: medium formæ. satis enim Aristoteli esset supponere per terminum primum omne quod non est id è quo cœpit moueri. Et probatur quòd nulla sit necessitas. nam si album quod incœpit esse nigrum, habet partem medij: quia sua albedo remittitur: habet partem extremi: cum in medio formæ sit extremum ipsum.

Quarta Quarto. apud ipsum octauo huius. commen. 23. & alibi: nullus motus est successiuus, & continuus præter localem. igitur nullus est in tempore, & per consequens solum in motu locali intelligitur. Propter hæc & alia uidetur mihi esse dicendum (ut dixi) quòd demonstratio Aristote. solum in motu locali sit uera. Et sic tolluntur omnes dubitationes.

Dubiones

H Circa finem huius digressionis quærunt primo de quibus partibus intelligit Aristote. cum ait. omne quod mouetur esse partem in termino è quo, & partem in termino ad quem. Secundo. utrum Aristote. uelit concludere ipsum mobile esse diuisibile quantitatiue: an participatiue.

Tertio. utrum indiuisibile possit moueri. Quarto. utrum sit aliqua mutatio momentaria quæ dicitur esse in instāti.

Quot modis aliquid diuisibile. Circa has difficultates primæ duæ, & forte tertia eadem radice resoluuntur. Ideo animaduertendum qui aliquid dici diuisibile potest intelligi dupliciter. Vno modo quantitatiue. qua ratione probauit omne continuum esse diuisibile in semper diuisibilia. Alio modo aliquid dicitur diuisibile participatiue: ut si aliquid participet utriusque contrarij forma, ut tepidum. hoc enim quia aliquid habet calidi & aliquid frigidi participatiue diuisibile esset. ut si punctum per possibile uel impossibile esset tepidum: sine dubio esset dimensiue indiuisibile: participatiue diuisibile.

Vide etiā Egi hic Positio.

I Auempa. Tunc Auempace & multi subtiles theologi uolunt Aristotel. illam minorem esse intelligendam de partibilitate participatiua. hoc igitur modo erit erigenda demonstratio. omne quod partim est in termino è quo partim in termino ad quem est diuisibile participatiue. & sic per esse partim in termino è quo partim in termino ad quem uult ipsum habere aliquid termini è quo: aliquid termini ad quem. Sed omne quod mutatur partim est in termino è quo partim in termino ad quem. hoc est habet aliquid terminorum è quo & ad quem. igitur diuisibile participatiue. minorem probauit, quia quod est & non totaliter in termino è quo: neque totaliter in termino ad quem: partim est in termino è quo, partim in termino ad quem. sed omne quod mutatur est, & non est totaliter in termino è quo: nec totaliter in termino ad quem. igitur partim erit in termino è quo partim in termino ad quem. Declaratur minor per
K impossibile, quia si totaliter est in termino è quo: tunc quiesceret. si totaliter in termino ad quem: tunc motum esset & quiesceret. quare si mutatur: oportet participare utroque termino. Ex hac solutione sequitur solutio secundæ, & tertiæ quæstionis. patet enim Aristotelem non aliud uelle in conclusione, & in præmissis: & cum in præmissis intelligat partim esse & partim esse participatiue. igitur concludit omne mobile esse diuisibile participatiue. Patet quoq; solutio tertiæ. cum enim non repugnet indiuisibile quantitatiue esse diuisibile participatiue: non repugnat huic demonstrationi ipsum indiuisibile moueri siue in loco: siue aliter. Hæc solutio Auempaces, & multorum posteriorum.

(Sol. cæterarum qõnũ.)

Cõfutatio ab Auer. & expositore. Contra hanc positionem Auerro. & expositor assurgunt. Auerro. quidem, quoniam Aristote. loquitur de diuisibili per se: aliter esset ex his quæ sunt per accidens. modo diuisibile participatiue est per accidens conueniens continuo. Expositor uero, quia Aristot. concludens minorem inquit, necesse igitur hoc quidem aliquid in hoc esse. aliud uero in
L altero eius quod mutatur. Ecce quomodo per partem, & partem intelligit partes mobilis. Tertio. Aristotel. concludit omne quod mutatur esse diuisibile modo in toto libro: isto per esse diuisibile intelligit partem & partem mobilis.

Ex his uolunt ambo Aristote. per partim esse in termino è quo, & partim in termino ad quem intelligere ipsum mobile habere partem in termino è quo: partem in termino ad quem. & sic intelligit partes quantitatiuas, & non partes participationis. Et tunc patet solutio ad tres primas quæstiones. patet enim minorem esse intelligendam de partibus quantitatiuis. similiter & conclusio. Patet etiam non posse stare cum hac demonstratione ipsum indiuisibile moueri. Sed contra hanc solutionem restant dubitationes nostræ. Prima, quia tunc Aristote. solum loqueretur in motu locali. nam solum id quod localiter mouetur partem habet in termino è quo, partem in termino ad quem. In alijs autem non oportet, quoniam punctus ipse posset generari quantum est ex natura sua, & sic in alijs id genus.

(Dubõnes contra hãc positionẽ. Prima)

Secunda M Secunda. tunc esset petitio principij, quia supponeret ipsum mobile habere unam partem in termino è quo, aliam in termino ad quem. igitur præsupponeret ipsum habere partem & partem, ut superius argutum est. Tertio. data hac expositione: nulla est necessitas intelligendi per terminum ad quem: illud medium formæ in quod transmutabile primo mutatur. ut Auerro. finxit. Ad primam respondet Ioan. quòd hæc demonstratio habet locum solum in motu locali, & de mobili in loco. nam proprie tale mobile habet partes illiusmodi, & sic negat Auerroem. Expositor uult demonstrationem esse ueram per se de omni mobili omniq; transmutabili. & exponit Auerro. loquitur confuse, & quid uelit satis occultat. Ego igitur uolo quòd directe concludat de mobili in loco, quando habere partem in termino è quo, & partem in termino ad quem illi proprie & per se competat: potestatiue sub accipiendo sub conclusione concludit, aut intelligi potest de alijs. hęc enim est conclusio. igitur omne quod mouetur in loco est diuisibile quantitatiue. sub hac conclusione potest accipi alia minor: sed omne quod generatur: omne quod alteratur: omne quod augetur potest moueri in loco: cum omne tale sit corpus, ut nunc suppono igitur omne tale est diuisibile. nõ igitur hæc sunt diuisibilia ex eo, quia eorum mutationes sunt diuisibiles, & in tempore, ut uelle uidetur Auerro. & expositor: sed quatenus unumquodq; illorum est mobile in loco: cum motus in loco sit primus competens omnibus: quibus alij competunt. & sic quatenus mouentur uel possunt moueri in loco (quia ut sic habent partem in quo, & partem in termino ad quem) sunt diuisibilia quantitatiue. & fortasse sic intelligit Auerrois, & si aliter intelligit: dicat suo modo. Ad secundam dici potest quòd non est petitio principij, quia tandem demonstratio uertitur ad demonstrationem per impossibile. nam tandem accipit si nõ esset partim in termino è quo, & partim in termino ad quẽ ipsum mobile esset totaliter uel præcise in termino è quo, uel in termino ad quem. si in termino è quo: quiesceret. si in termino ad quem esset motum. esset autem petitio quando demonstratio esset ostensiua: tunc enim idem sumeretur in probatione eiusdem: cum idem sit partibile & diuisibile. Ad tertiam in rei ueritate nulla est necessitas. nam cum Aristote. intelligat per terminum ad quem totum spatium ultra locum termini è quo: uidetur nullam esse necessitatem loqui de primo in motu: maxime cum id idem dici posset sine illo. Auerro. tamen suppleuit pro maiori declaratione. Vtrum uero indiuisibile possit moueri, sit nunc tactum breuibus: alias dicemus, diximusq; in parte. Restat uidere. utrum sit aliqua momentaria transmutatio, & consequenter quid sit primum in motu. Quantum ad primum Alexander, & omnes ferè sorticolæ tenent nullam esse transmutationem subitariam: siue momentariam: hoc est in instanti. Persuadent rem hanc nonnulli primo, quia ante omne mutari præcessit mutari. igitur omnis mutatio successiua. Secundo. posse producere aliquem effectum præcise in hora est aliquantæ uirtutis, & in medio horæ in duplo uirtutis. igitur in instanti erit infinitæ uirtutis. Tertio. si aliqua esset subitaria: maxime esset illuminado. Quòd uero non sit, declaratur, quia lumen intenditur per rarefactionem medij: modo rarefactio est continua. igitur illuminatio. Quarto. dum nubes mouentur: successiue illuminantur. similiter candela dum mouetur: successiue illuminat. Sed motus non est in instanti. igitur illuminatio nõ est subitaria. Quinto. omnis uirtus agentis naturalis est finita. igitur omnis agit actione temporaria. Et sic negant uniuersaliter omnem subitariam mutationem.

(N — Sol. secũ. — O — Sol. tertiæ — Quarta. q. an motus sit non tẽpore põ Alexã. Prima 16. — Secunda. — Tertia. P — Quarta — Quinta)

Sed hæc positio stare non potest. Primo quia (ut arguit Themistius) Aristote. contra Mellissum aperte concessit aliquid subito mutari. Secundo (ut arguebat Auerro.) finis motus semper est indiuisibilis: sed aliqua est mutatio, quæ est finis motus, ut generatio, quæ est finis alterationis: illuminatio finis motus localis: quare aliqua est subitaria mutatio. Tertio. Aristote. in libro de sensu ait expresse aliqd subito calefieri. Quarto. uisio & sensatio uidentur fieri in instanti. Propter hæc nonnulli uolunt aliquam transmutationem esse subitariam: siue momentariam: posse intelligi, aut quia ipsa est in instanti: hoc modo circunscripta operatione intellectus nulla est momentaria: siue subitaria, quoniam præter operationem intellectus: nullum est instans, aut indiuisibile. Alio modo potest intelligi quòd sit subitaria: quatenus non sit per partem ante partem, sed tota simul. & hoc modo dicitur subito aliquid fieri, ut illuminatio & generatio, & id genus: quæq; dici possunt esse in instanti, quia intellectus considerans instans potest conferre illam esse in instanti, & sic cõcedunt dari subitarias mutationes: quatenus sunt totæ simul, & aptæ intelligi in instanti. Et si dicitur. hæ non sunt in tempore. igit̃ in instãti. negant consequentiã, sed bene ualet. igit̃ sunt in non tp̃e. sic. n. extra animã dici possunt esse: nec in tp̃e: nec in instanti, sed bene in non tempore: quatenus consideratis: intellectus

(Cõfutatio positionis. Prima 16. Secunda. — Tertia. Quarta Secũda pã. Q — Obiectio. Responsio.)

A ctus conferat eas ad instans. Hæc res exposcit intelligere an instans sit, quæ res cum sit impertinens: iure prætermittatur. Tamen ad rationes respondeo. Ad primam dicendum quòd ante omne mutari præcessit moueri eiusdem: uel alterius speciei, ut dicit Auerro. ante enim generationē præcessit alterari in genere qualitatis. Ad secundum dicēdum, ꝙ posse producere aliquid in certa hora: cum passi resistentia est certę uirtutis. At absq; resistentia ex parte productionis non arguit uirtutem aliquantam. Illa igitur regula intelligitur seruata resistentia. Ad tertiam dixerunt, ꝙ illuminatio merito sui fit subito: ratione uariationis passi potest intendi & remitti in tempore. Similiter ad quartū. Ad quintum patet solutio omnis enim uirtus est finita. igitur passum resistens mouet tempore finito. de non resistenti secus est. Quæramus de secundo uidelicet. quid sit primum in motu. hoc autem intelligi non potest: nisi præintelligamus quomodo motus potest esse in tempore, & quomodo subitarius. De re hac sunt quatuor positiones. Prima est quòd quilibet motus proprie loquēdo de motu est successiuus & continuus, & ita temporarius ut auctio: alteratio: & motus localis, quæ dicitur latio. hæc positio est omnium sorticolarum: atq; captiunculatorum. Persuadent rē hanc, tum ex parte formæ fluentis tum ex parte subiecti recipientis. Ex parte formæ fluentis, quoniam omni in motu forma successiue fluit: ut in motu locali siue latione ipsum fluens facit motum. In alteratione qualitas fluens facit alterationem: in auctione similiter quantitas fluēs facit auctionem. Ex parte uero subiecti, quoniam subiectum est quantum, & impossibile est aliquod quantum accipere aliquod fluens æque cito. Secunda positio & communis tenet ꝙ latio ipsa & alteratio, tam à parte formæ successiue fluentis, quàm subiecti recipientis sunt cōtinui & successiui motus. auctio uero ipsa ex parte formæ est subitaria, & ex parte subiecti, quoniam auctio uel est generatio uel simul cū generatione. sed generatio est subitaria ut diximus. igitur auctio. Tertia positio est amborum expositorum, & Ioannis & ferè omnium, ꝙ motus localis: tam è parte formæ fluentis, quàm ex parte subiecti, uidelicet spatij recipientis est continuus & successiuus. alteratio uero ex parte formę fluentis est motus continuus & successiuus, sed ex parte subiecti alterabilis est totus simul: eo quia contingit aliqd' totum simul. alterari & subito. ut dicit Aristo. in lib. de sensu & sensili. auctio uero ex parte utriusque est subitaria.

Responsio

Secūda. q.

B Primi pō.

Secūda pō

C Tertia pō.

Quarta pō

Quarta positio tenet quòd solus motus localis erit unus continuus & successiuus. Cæteræ ex parte formæ fluentis, & subiecti recipientis sunt subitariæ, & per minima. Sunt autem alteratio & auctio ex parte subiecti subitariæ propter rationem tactam, quia contingit aliquod subiectum subitariæ mutari ab agente. sunt uero ex parte formæ fluētis, quoniam omnis forma absoluta & naturalis fit per minima. qualitas & auctus sunt formæ naturales. igitur factę per minima. latio uero quia non fit nisi ratione spatij, quod primo est quantum, & ratione mobilis quatenus quantū: ideo est successiua & continua. forma quoq; fluens est locus uel ubi, quæ est etiam quātitas. propterea omni ex parte uidetur principaliter in quantitate fundari: ideo est successiuus & continuus. Ex ijs sequitur quòd forma in alteratione, & auctione fiat per minima tam formæ quàm subiecti, quoniam quælibet generatio fit per minima. modo acquisitio harum formarum est generatio formæ absolutæ.

D

Sed contra hanc quartam positionem arguunt multis dubitationibus. Primo. tunc alteratio & auctio essent simpliciter subitariæ. nam quodlibet minimum fiet in instanti, & quælibet illius generatio est alteratio, siue auctio.

Dubōnes contra qrtā Prima

Secunda.

Secundo. una alteratio, siue auctio est altera uelocior. igitur successiua & continua. Tum etiam quòd tunc in eodē nunc essent motus & quies. Tertio. tunc rei permanentis daretur ultimum, quia sicut generatio fit per minima: ita corruptio. Quarto. omne agens naturale citius & uehementius agit in partem propinquam quàm in remotam. igitur actio successiua & continua. Quinto, dato ꝙ primum minimum fieret subito: secundum uel acquiretur subito uel in tempore. si in tempore: pari ratione de primo. si in instanti: cum instans non sit instanti immediatum: tunc in tempore medio staret. hoc est falsum, quia tunc motus esset ex motibus & quietibus. Secundo tunc agens naturale approximatum passo bene affecto non ageret. Multę alię fieri possunt, sed ex solutione harum patet etiam ad illas.

Tertia.

Quarta

Quinta

E

Pro solutione est igitur animaduertendum primo, quòd Auerro. & naturales philosophi gradum formæ uocāt partem formæ actualem, quam agens naturale non impeditum potest momentaria actione producere in passo bene affecto, quæ pars uocatur minima qualitas. qua ratione fit: ut quælibet qualitas sit sectilis per finita minima: licet diuisilis in infinitum in partes potentiales. Minimum uero ex parte subiecti recipientis formam: uocant Auer. & physici totum illud quod idem agens naturale momentaria actione potest qualificare: ut minimum corpus calefactum.

Quid minimū in forā

Minimū in qto subo Illatio,

Ex his patet quòd tam minimum ex parte formæ quàm minimum ex parte subiecti æque cito ab agente forti & debili producuntur: cum utrunq; momentaria actione.

Agens duplex forte debile.

F

Secundo. animaduertendum quòd agens forte & debile non differunt penes effectum primo productum ut sorticolæ credunt. nam ab utroq; primi effectus fiunt subito. Sed penes multitudinem effectuum productorum in æquali tēpore. erit enim agens forte illud quod in æquali tempore producit plura minima formæ & subiecti generandi, quā produceret agens debile. Qua ratione sequitur, ut uelocitas & tarditas uel non dicantur in his motibus: uel æquiuoce cum eis in latione. erit enim uelocius quod in æquali tēpore facit, uel aptū est facere plures effectus in passo ęque disposito. In motu uero locali hęc sunt quatenus ille est cōtinuus & successiuus. in istis uero bene motus est successiuus: non tamen continuus. Et ita solus motus localis est successiuus & continuus. successiuus quidem, quia per partem post partem: continuus uero, quia per partem post partem immediate. Cæteri quatenus fiunt per partem post partem sunt successiui: quatenus uero fiunt mediate, non sunt continui. His habitis probabiliter defendo ultimam positionem. Ad primam concedo totum uidelicet, quòd qlibet motus excepto locali fit subito: licet totus motus usq; ad terminum quietis simpliciter fiat in tempore, ut si à lignum calefiat: quælibet eius pars minima calefit in non tēpore: totum tamen calefit in tempore multis calefactionibus minimis, & sic calefactio minimi fit subito, & inductio gradus fit subito. calefactio uero omnium minimorum, & generatio uniuersa omnium graduum est in tempore.

1. illatio

Secunda.

Ad argumēta sol.

G

Ad secundam patet solutio pro prima parte. alteratio. n. unius minimi ex parte formæ & subiecti non est uelox nec tarda: cum sit tota simul. uniuersa tamen alteratio omnium partium formæ & subiecti potest dici uelox aut tarda ęquiuoce, ut diximus. Ad secundam eiusdem argumenti partem: dico quòd ratio Aristo. est ad hominem, qui tenebat lationem esse subitariam, & continuum componi ex indiuiduis. tunc enim sequitur in quolibet instanti esse motum & quietem. sed tenendo Auerro. dico quòd agens in uno instanti alterat: deinde quiete posita facit secundam alterationem. & sic non sequitur aliquid alterari motibus contrarijs, aut simul moueri & quiescere. Ad tertium dico nō dari ultimum rei permanentis: & cum dicitur contra. sit à frigidum: cuius primum minimum debeat calefieri: tunc applicetur sibi agēs potens ipsum calefacere, & arguo. in hoc instanti quod est præsens illud minimum corrumpendum est, & immediate post hoc non erit. igitur illius hoc fuit ultimum. Dico quòd primum instans applicationis est primum non esse illius, & sic datur primum non esse: & non ultimum esse. Contra instant sorticolæ, quia uel agens corrumpens applicatur enti: uel non enti. si non enti: hæc applicatio nulla est: non enti enim nihil applicatur. si enti. igitur primum instans applicationis non est primum non esse illius. Dici pōt ꝙ applicatur enti in potētia, non enti in actu, & hoc satis. Ad tertiā nego illam maximam: immo apud

H

I Auerroem agens naturale æque cito producit effectum in partem propinquam, ut in remotam infra sphæram suæ actionis. in tota enim sphæra æque bene applicatur proximæ parti, sicut remotæ. Ad quintum dicendum, quòd ex parte subiecti recipientis agens primo producit unum minimum: deinde illud alteratum ab agente applicat se secundo, & secundum tertio, & sic usque in finem. Ex parte uero formæ agens applicatum passo producit primam minimā qualitatem: deinde in alio instanti mediato aliam usque in finem. Et cum dicit. quid resistit sibi in medio tpe? dico quod sibi resistit secundum minimum in uirtute ordinis naturalis. unde producta prima portione: non statim producit secūdam, quia sibi passum resistit in uirtute ordinis naturalis. Sed ambiges fortissime. rarefactio est alteratio. igitur in instanti per regulas datas. sed rarefactio est simul cum motu locali. igitur motus localis in instanti. Dici potest quod rarefactio est successiua & non continua, ut dixi: & non habeo pro inconuenienti motum localem qui concidit cum alteratione esse subitarium. rarefactum enim ut subito rarefit: ita subito occupat maiorem locum, quæ occupatio non est motus localis, sed similis illi. Et ita apud hanc positionem oportet concedere, solū motum localem esse successiuum, & cōtinuū secundum rem & sensum, quia solus ipse est super quantū, & à quanto quatenus quanta. Cæteri & ex parte subiecti, & ex parte formæ sunt successiui, & secundum sensum continui: non autem secundum rem. Hæc probabiliter uolui dixisse, & breuibus. erunt enim principia inuestigandi ueritatem. Nunc de primo in motu pauca agamus. Dico quod de primo possumus loqui dupliciter. in actu, & in potentia. Tunc dico quod in omni motu datur primum in actu: non autem in potentia, excepto motu locali; ubi non datur primū in actu nec in potentia, ut declaratum est.

Dubitatio fortis. Solutio.

K

RECO. Querebamus in commentarijs, si aliqua trāsmutatio esse potest subitaria: aliqui negantes indiuisibilia, dixerunt subitariam mutationem posse bifariam intelligi: aut quia sit in instanti, & sic nulla est subitaria, cum non sit instans, in quo aliqua mutatio esse possit: aut quia est ita ut nulla eius pars sit altera prior, nec altera posterior, sed omnes simul. & hoc pacto dicitur subitaria: sicut per oppositum successiua dicitur, cuius aliqua pars prior, aliqua posterior est. ex quo sequitur hanc consequentiam non ualere: hæc mutatio est subitaria: ergo in instanti. nam cum nullum sit instans indiuisibile, nulla mutatio esse potest in illo. Alij dixerunt esse differentiam inter mutationem esse in instanti, & subitariam. nam mutatio est in instanti, quæ non est in tempore: sed in indiuisibili temporis. mutatio est subitaria quæ est in non tempore, sed non in indiuisibili temporis. Ideo dicunt tres esse mutationes, aliam in tempore, ut quæcunque est successiua: in indiuisibili temporis aliam, quæ est in instanti, ut illuminatio, & generatio formæ. Aliam subitariam, quæ non est in instanti, nec in tempore: sed in non tempore, ut motus in uacuo. Ille enim non est in instanti, quia tunc mobile in eodem instanti esset sursum & deorsum: nec in tēpore, quia tunc ibi esset aliquod resistens. ergo est in non tempore subitaria, quatenus mobile nunc est sursum, & immediate post erit deorsum. quare subitaria mutatio est, quoties mobile nunc non est in termino ad quem: sed immediate post hoc erit in termino ad quem. Alij dixerunt omnem mutationem esse aut in tēpore, aut in non tempore. Quę mutatio sit in tempore, omnibus patet: mutationem uero in non tempore, intelligūt quoties mobile nunc non est in termino ad quem: sed immediate post hoc. & sic uolunt illuminationem, dextrationem columnæ, generationem, & id genus esse subitarias, & in non tempore. cæteros uero motus esse in tempore. & tota causa est, quia idem mobile simul non potest esse sub termino à quo, & sub termino ad quem. & hanc arbitror esse mentem Alexandri. Quid uero uelit Auerro. satis patet in commentarijs. ulterius de motus continuatione. Animaduerte ea, quæ scripsimus in libris metaphysices, nam copiose de re hac disputauimus, uerum pro declaratione aliqua eorum, quæ diximus hic: & eorum, quæ diximus ibi, mouemus dubitationes difficiles. Quarum prima est, quia si alteratio, & auctio fierent per minima in gradu, & in quanto: tunc nulla esset differentia inter agēs fortius, & agens debilius. probatur, quia nullum agens potest agere minus quàm sit minimum, neque maius quā sit minimum: ergo quodlibet erit æquale cuilibet. potentia enim mensuratur per effectum, quem potest. Secunda dubitatio est, quia nullum alterans posset alterare aliquā magnitudinem uniformiter, quia omne agens alteraret primum minimum subiecti per unum gradum formæ. deinde alteraret secundum per unum gradum formæ: & dum alteraret secūdum, prius minimum augeret ad duos gradus. & sic non posset alterare nisi difformiter. Tertia dubitatio est, quia data positione illa rei permanentis detur ultimum. nam accipio unum minimum calidum in gradu, & in subiecto: & applico ipsi corrumpens in hoc instanti, quod est præsens, Tunc patet hoc esse ultimum, nā in instanti applicationis, quod est præsens, est, & immediate post hoc nō erit. ergo istud est ultimum. Quarta est, quia tunc rarefactio non esset motus continuus, nam rarefactio est alteratio, quæ per me non est motus continuus. quod si conceditur, tunc motus localis mixtus rarefactioni non esset continuus. Quinta est, quòd tunc in eodem instanti esset motus, & quies. nam si motus alterationis, quo acquiritur unum minimum, esset in instāti, quies erit in eodem instanti: ut Aristoteles argumentatus est contra Zenonē. Sexta est, quia ea positiōe data: totalis forma, quę est qualitas: subito acquireretur. nam si qua ratione sine resistentia acquiritur primum minimum: eadem ratione, & secundum usque ad finem. & sic tota acquireretur in instāti. ultima est, quia illa positione data, non esset reperibilis aliquis motus localis uniformiter difformis in uelocitate: quod falsum est de motu grauis, quod deorsum fertur, qui est difformiter uelox usque ad finem. & consequentiam probo, quia acquisitio uelocitatis est alteratio. sed per positionem alteratio non est continua: ergo ille motus non potest esse continuo uelocior, & ita nec uniformiter difformis. & licet dubitationes istas alibi disputauimus & pro parte hic: tamen dilucidius & nunc dicamus, quòd differentia agentium habetur ex differentia totalis actionis: non autem ex differentia, qua agunt unum minimum. nā duas quibusuis agentibus, omnia agunt æqualiter unica actione, quia non possunt agere minus minimo, nec maius minimo: nec minori mensura quàm sit instans. ex differentia uero totalium actionum eorum differentia deprehenditur. Agens enim fortius est, quod in minore tempore totalem formam in totali subiecto producit: debilius uero quod in maiori. producit autem fortius agens totalem formam in minori tempore, quia inter actiones breuiores quietes facit. debilius uero agens longiores. Ad secundam dicendum agens omne agere per modum difformem: ut argumentum concludit: uerum per modum agendi difformem aliquando agit latitudinem uniformem. nam potest alterare primum subiecti minimum ad unum qualitatis gradum: postea mediante primo alterabit secundum minimum ad unum etiam qualitatis gradum: & dum, alterat secundum ad unum gradum, intendet primum ad duos gradus: & dum alterabit tertius ad unum gradum alterabit primum ad tres, & secundum ad duos. & sic procedendo alterabit primum ad octo: & iterum augendo alios conseruabit priores sub eadem mensura: & ita alterat per modum difformem, generando demum latitudinem uniformem. Ad tertiam dicendum negando consequentiam, nam primum instans applicationis est primum, non esse præcedentis minimi. & cum quæritur ipsum corrumpens, cui applicatur, aut calido, aut frigido. si calido, ergo in instanti applicationis calidum est, & immediate post hoc non erit, ergo erit ultimum: non potest applicari frigido, quia tunc non est. dico instans applicationis esse instans applicati esse, & ita accipiendo

De momētaria mutatione.

L

M

De cōtinuitate motus

N

O De rarefactione.

P

Q

A { accipiendo applicationem pro applicato esse, corrumpens applicatur frigido, quia applicatum esse est frigidum; & applicatum esse est ad frigidum. accipiendo uero applicationem pro motu appropinquationis, sic applicatur calido: uerum hoc non fit in hoc instanti, quod est præsens: sed in tempore. Ad quartam nego consequentiam. nam rarefactio est acquisitio raritatis, & raritas est qualitas: ergo rarefactio fit per minima, ut et calefactio. & dico rarefactionem non esse motum localem, neque mixtam motui locali. nam occupari maioris loci non est motus localis, sed rarefactio. præterea non haberem pro absurdo motum localem mixtum alterationi fieri per minima. qa hoc nō habet à se ut motus localis, sed ut alteratio. B Ad quintam dicendum sequi consequentiam, quando & motus & quies essent in instanti: ubi. n. quies esset in instāti, uel esset in alio uel in eodem instanti, non in alio, quia uel mediato, uel immediato: non immediato, quia instans non est immediatum instanti, nec in instanti mediato, qa tunc in tempore medio mobile nec moueretur nec quiesceret. quare oportet dicere quietem esse in eodem instanti, & ita sequitur absurdum Aristotelis ponendo motum & quietem esse instentaneas, at ubi motus ponitur in instanti, & quies in tempore, pōt dici & concedi, & non sequitur in eodem instanti esse motum & quietem. nā motus erit in instanti, & quies erit in toto tempore sequenti: & sic non sequitur in eodem instanti esse. Ad sextam dicē dum formam totalem sua natura non esse corruptibilē, nec generabilem, nisi per minima. imaginor. n. formā generari, ueluti forma prior corrumpitur, & quia nec prior, nec secunda potest subito generari, uel corrūpi, ideo acquisito uno minimo, ex natura formæ est, ut non eodem instanti acquiratur aliud. ex quo sequitur, quod si resistentia accipitur pro potentia, quæ continuo est remissibilis, sic nulla est resistentia. si accipitur pro forma corruptibili, quæ sua natura non est apta subito corrumpi, sed per minima, sic datur resistentia. sequitur etiam agens fortius, & debilius differre ex eo, quia alterum ex sua potentia habet, ut inter productionem & productionem interponat minorē uel maiorem quietem: nec alia causa est, nisi ex naturis potentiarum eorum. Adhuc est dubitatio contra dicta: nam aliquis motus esse potest altero continuo uelocior ut motus grauis maioris descendentis motu grauis minoris descendentis, ergo in quolibet instanti uelocitas intenditur: alioquin non continuo esset uelocior. dicendum motum à esse continuo ueliciorem non uelocitate maior, quę acquritur in quolibet instanti: sed uelocitate maiori, quę acqrit pro quolibet instanti, uel acquisita est, & hoc sufficit. C

Vel motus dico occupationem maioris loci non est motū localis, sed gño. nē maioris loci, q̄ fit in instāti, sicut gño calidi tatis, et gño taritatis, occupatio. n. maioris loci nō fit p̄ se, sed cōsecutiue. sicut tenendo relationē, usque ad materiā primā, in instāti gñois ignis ex aq̄ fit maior raritas, & occupatio maioris loci. ex quo seq̄tur occupationē illam nō esse per se terminū alicui' motus, sed consecutiue tm̄.


Elucida. tex c. 33.

Motus autem dupliciter diuisibilis est. uno quidem modo tempore. Altero uero ratiōe partium eius quod mouetur. ueluti si. a. g. totum mouetur &. a. b. &. b. g. mouebuntur. Atque sit partis. a. b. motus. d. e. partis uero. b. g. e. z. uniuersum igitur. d. z. necesse erit totius. a. g. motum. nam illo ipso mouetur: quippe cum utraque pars utroque moueatur motu: & nihil alieno moueatur motu. Quare uniuersus motus uniuersę magnitudinis motus erit.

D ANTI.

{ Motus autem est diuisibilis dupliciter, uno quidem modo tempore, alio uero secundum partium illius, quod mouetur motus. ut si ipsum. a. g. mouetur totum, &. a. b. mouebitur, &. b. g. sit igitur ipsius quidem. a. b. qui est. d. e. ipsius autem. b. g. qui est. e. z. motus partium: necesse igitur totū, in quo est. d. z. ipsius. a. g. esse motum. Mouebitur enim secundum hunc. quoniam enim utraque partium mouebitur secundum utranque, nulla autem mouebit secūdum alterius motum. Quare totus motus totius magnitudinis est motus.

E



F Expositio.

Proponit nunc agere de diuisione motus, & primo proponit illam, & inquit. motus aūt dupliciter diuisibilis est, uno quidem modo tempore: q̄uo dixit ipsum nō posse esse in nunc. Altero uero ratione partium eius quod mouetur, ueluti si. a. g. totum mobile moueatur &. a. b. &. b. g. partes et mouebuntur. tractabit igitur duo. primo motum esse diuisibilem merito partium mobilis secūdo merito tēporis. primum syllogiço sic. omne illud quod est totum in toto & pars in parte diuiditur ad diuisionem sui subiecti. sed motus est totus in toto mobili, & pars in parte: igitur diuidit ad diuisionem mobilis. De syllogismo primo accepit conclusionem per exemplum: deinde probat minorem & inquit. atque sit partis. a. b. ipsius mobilis motus particularis d. e. partis uero. b. g. sit alia pars. e. z. tunc concludit quasi minorem & inquit. uniuersum igit. d. z. necesse erit esse totius. a. g. motum. nam illo ipso mouet. Deinde quasi eandē rationem per uiam enthymematis concludit & inquit. quippe cum utraque pars utroque moueat motu, & neutra moueatur motu alterius. quare uniuersus motus uniuersæ magnitudinis motus erit. & sic uult habere hanc minorem (ut mihi uidet) quod motus sit totus in toto & pars in parte: cui addas maiorem, & conclusio patet. Sed dices. ad quid fuit necessarium addere quod sit pars in parte. nonne satis pōt sic argui. omne quod est totū in toto subiecto: est diuisile per diuisionem subiecti. sed motus est totus in toto subiecto. igit diuisilis per subiectum. ad quid igit adiecit: cū quippe utraque pars utroque moueat motu: neutra mouetur neutrius motu. Dici pōt, quia nonnullæ formæ sunt in totis subiectis, ut anima in toto corpore: non propterea dicit esse diuisilis ad diuisionem corporis. Ad hoc igit, ut ipsa forma diuidat ad diuisionem subiecti requiruntur tria. primo ut tota ipsa sit in toto. secundo ut pars sit in parte. tertio ut illud quod est in una parte non sit in alia parte. Et tunc erit forma diuisibilis secundum subiectum. & sic patet quàm utiliter illud esse additum. G

Cōm. 33. Dubitatio H

Cum declarauit. Istud commentum patet. Sed circa hoc dubitat. utrum motus possit diuidi ad diuisionem mobilis, & uidet quod non, quia illæ partes motus acceptæ penes partes mobilis, uel remanerent à principio usque ad finem: uel essent continuo aliæ atque aliæ. si permanent: igitur motus erit permanens. Illud enim permanet, cuius omnes partes sunt simul: etiam tunc mobile amplius non mouebit, quia iam habet omnes motus partes. Sin uero non permanent: igitur non differunt à partibus temporis. Ad dubium respondet Auerro. d. & intendit per partes moti. partes quæ mouentur de principio spatij usque ad finem similiter. & est intelligendum de partitione motus secundum partitionē partium, quoniam hæc partitio differt à partitione eius secundum partitionem temporis. Sic igitur uidetur uelle quòd partes illæ permanent in tota mutatione. Solutionem hanc apertius declarat Themistius. uult enim quòd motus, & illa circa quæ motus uersatur, uidelicet locus, magnitudo & affectio diuisilia sint: non tamen eodem modo. magnitudo enim, & quantitas suapte diuidun-

Rūsi. Auer.

Declaratio Themistii.

I tur: affectiones & qualitates ex accidenti, quia scilicet accidunt corpori, quod diuiditur. Sic igitur motus quatenus quantitas est, diuisibilis est diuisione partium non permanentium. quatenus uero affectio corporis moti diuiditur ut qualitas ad diuisionem subiecti, & sic partes eius permanent primo uero modo non permanent. Expositor autē supplet utrisq; & bene, quod partes mobilis possunt dupliciter considerari, uno modo inter se. & sic cū neutra sit prior altera: sic neutra mouetur prius altera. Alio modo possunt considerari respectu certi puncti aut signi in magnitudine constituti, & cum respectu illius altera sit altera prior: sic motus erit successiuus. Tunc ad rationes concedo motū esse permanentem quo ad partes mobilis inter se consideratas. quo uero ad partes mobilis consideratas respectu signi: partes illæ sunt successiue. Similiter dico quod licet partes permaneant, adhuc mobile mouetur, quia non mouetur ut acquirat partes motus, sed partes termini ad quem, uel totū ipsum terminum ad quem.

Declatio Tho.

An motus diuidatur secūdū diuisionē tpis. Vide burl. tex. 36.

K

RECO. Facilius textus exponi potest, ut ponatur hæc conclusio, motus est diuisibilis diuisione partium eius, quod mouetur, & hoc inquit, alio uero modo est diuisibilis secundū motus partium eius, quod mouetur, ut si ipsum. a. g. totū mouetur, partes eius mouebuntur. s. & . a. b. pars eius mouebitur, & . b. g. et pars eiusdem mouetur. pro huius rei probatione supponatur hæc definitio, totum mouetur, cum ipsum, & quælibet pars integralis mouetur. ut si gleba terræ deorsum moueatur tota: ipsa, & quælibet eius pars secundum quantitatem sumpta mouebitur. supposita igitur hac definitione, probat istam conclusionem, & inqt. sint igitur motus partium illius totius mobilis signati per. a. g. ipsius quidem. a. b. motus sit, qui est. d. e. ipsius autē. b. g. motus sit, qui est. e. z. casu isto stanti, sequitur totum. d. z. motum esse totius. a. g. motum. consequentia patet: quia totum. a. g. mouebitur secundum hunc, & non secundum alium. quod si totus motus est totius mobilis, statim sequitur ipsum esse diuisibilem diuisione eius, quod mouetur, quia L totum motum esse alicuius totius mobilis, est totum illud mobile moueri illo toto, & partes moueri illius partibus, ut in definitione sumebatur. sed dices totum mobile moueri certo motu, & omnem partem etiam moueri illo, quia altera pars mouetur, motu alterius, & econtra, & totū mouetur motu, quo mouetur quælibet sui pars. & sic nō oportet motum diuidi diuisione eius, quod mouetur, quoniam uno indiuisibili motu mouebitur totum, & quælibet eius pars. cōtra obicit Aristoteles, & inquit. quoniam. n. utraq; partium mobilis mobiliter secundum utranq; motus partem: nulla aūt mouetur secundum alterius motum, quod sumit, & non probat, sed ut per se motum accipit, ideo repetit quod concluserat, scilicet quod totus motus totius magnitudinis sit, quod si totus est totius: eius partes erunt partiū, ut ex præmissa definitione patet: ergo erit mobilis diuisione diuisibilis. hoc pacto exponendo, facile textus patet. in commentarijs textum hunc ad syllm resoluimus.

M Dilucida. tex. c. 34.

Preterea. si motus quidem omnis alicuius est: uniuersus uero. d. z. motus nullius partium est: parte enim utraq; mouetur: neq; alterius cuiusdam. cuius nanq; totius totus est motus: eius etiam partes partium sunt. partes autem. d. z. partiū. a. b. g. sunt, & nō aliorum motus. plurium enim unus motus non erat: uniuersus itaq; motus uniuersæ. a. b. g. magnitudinis erit.

ANTI. Amplius autem si omnis quidem motus alicuius est, totus autem motus qui est, in quo est. d. z. neq; partium est, neq; alterius. parte. n. utraq; mouetur neq; alterius ullius. cuius. n. totus totius, & partes partiū sunt. partes autem ipsius. d. z. sunt ipsarum, quæ sunt. a. b. g. & non aliarum. plurium enim non erat unus motus. totus utique motus est ipsius. a. b. g. magnitudinis.

Mouetur verbū est interpretis.

Secundo arguit. illud quod totum est alicuius totius, diuiditur ad diuisionem illius. Sed totus motus. d. z. est totius mobilis. a. b. g. igitur diuiditur ad diuisionem illius mobilis. Circa istam rationem: non ponit conclusionem, quia illa quæ posita est à principio fuit omnibus rationibus. ponit ipsam minorem & illius probationē: probatio est ista. omnis motus est alicuius mobilis. motus igitur. d. z. est alicuius: uel igitur ipse est partiū, uidelicet huius & illius seorsum, uel alterius cuiusdam ab omnibus partibus, uel totius mobilis. a. b. g. non est alicuius partium, quoniam nulla pars mouetur toto motu totius, sed parte totius motus: nec potest esse cuiusdam alterius, quia tunc erit illius, & partes suę partium illius, quod est impossibile. nam non potest unus motus esse plurium. igitur motus. d. z. erit totius mobilis. a. b. g. & sic patet minor. inquit præterea. si motus quidē omnis alicuius est, uniuersus uero. d. z. motus nullius partium est. nā utraq; pars mouetur parte motus, & non toto: neq; potest esse alterius cuiusdam ut equi: quod declarat. cuius nanq; totius est motus: eius etiam partes partium sunt: ut d. z. sit totius equi: partes huius erunt partium equi. modo partes. d. z. motus competunt partibus. a. b. g. mobilis ut scorpij, & non partibus equi, quia plurium non pōt motus esse unus: tunc dat minorem. uniuersus itaq; motus uniuersæ. a. b. g. magnitudinis erit. Hæc erat minor. N O

Ista est alia. Soluit Auer. pulchram quæstionem. uidetur enim quod hæc non differat a prima. ideo uult quod hæc non sit demonstratio per se: sed quasi præcedentis confirmatio. nam quod prima supponit, hoc probat. Supposuit enim, quod totus motus. d. z. neutrius partis sit primo (quę suppositio fuit accepta ut principium in alia demonstratione) sed sit totius. a. b. g. utitur autem Auerro. syllogismo hypothetico. omnis motus est alicuius moti d. z. motus non est partium, & non est cuiusdā alterius. igitur est totius a b. g. Cōm. 34

Dixit quoniam. Vult hic Auer. probare suppositionem, & hoc dupliciter. Tum primo, quia pars non est æqualis toti. igitur motus totius non competit alicui partium.

Deinde induxit. Tum secundo, quia hæc conuertuntur. totus motus est totius. igitur partium, & ecōtra. partes motus sunt partium. igitur sunt totius. tunc arguo. omnes partes conuertuntur cum toto. igitur quod competit toti: non potest alicui partium competere, sed bene omnibus. Ait autem quod hæc conuersio est dubia. bene enim ualet. motus totus est totius. igitur est partium. Sed contra est dubium. uidetur enim non ualere. motus est partium alicuius. igitur est totius facti ex illis, quia cauillator posset dicere, motū esse partium, & non esse totius, ut rarefactio omnium partium aquæ est motus localis cuiuslibet partis, & non totius ponendo ipsam rarefieri in una medietate, & condensari in alia. Contra arguit. Si motus conueniens toti conuenit partibus, & qui conuenit partibus: non conuenit toti. igitur motus totius est communior & uniuersalior, quàm motus partium. nam competit toti & partibus, sed ille partium competit partibus tantum, & non toti. igitur illæ totius erit uniuersalior. Sic igitur patet dupliciter quod motus est totius, & non alicuius partis adæquare. addit utilitatem demonstrationis, & patet. Hæc expositio non consonat grecis uerbis: licet bene dicat quod non differt multum ab illa. P Q

RECO. Secundo probat idem scilicet totus motus alicuius mobilis, sit illius totius, & ita eius partes erunt illius partiū. & arguit hypothetice, & inquit, amplius autem si omnis quidē motus alicuius subiecti est scilicet totus. hoc enim sumit, & non probat, nam patet, cum enim sit accidens, oportet ut alicuius subiecti sit totum. Tunc hoc sumpto, uel igitur erit utriusq; partis eius, quod mouetur totus, uel alterius tantum, uel cuiusdam diuersi à partibus, & à toto: uel erit eius, quod mouetur, totus destruit tria membra & concludit quartum, & inquit, totus autem motus. s. d. z. neq; partium est, idest utriusq; partis totus: neq; alterius supple tantum, & dat causam, & inquit, nam parte motus d. z. utraq; pars mobilis mouetur, & nō altera tm̄. nō probauit aūt motū illū non esse utriusq; ptis, quia pximo textu patet. dixit

A { dixit enim alteram partem non moueri motu alterius. deficit autem in græco uerbum mouetur more attico, ideo est subaudiendum. Sic igitur d.z. motus esse non potest utriusq; partis, neq; alterius tantum. probat q non possit esse alterius cuiusdam alterius subiecti, utpote formicæ. & inquit, neq; alterius ullius esse potest, & probat, & inquit, cuius enim totius subiecti est totus, partes eiusdem motus sunt partium illius mobilis. Sed partes ipsius d.z. motus sunt ipsarum partium, quæ sunt. a.b.g. mobilis, & nõ aliarum, ergo nec totus potest esse alterius totius mobilis. Sic igitur totus d.z. nec est utriusq; partis, neq; alterius tantum, neq; cuiusdam diuersi. Sed dices eundem motum posse esse duorum subiectorum sibi inuicem cõmunicãtium, ergo potest esse utriusq; partis & potest esse diuersorum subiectorum, modo sibi inuicem communicẽt, obijcit contra hoc Aristote. & inquit, plurium enim subie

B ctorum non erat unus motus, nec communicantium, nec non communicantium. tunc his partibus refutatis, concludit conclusionem, & inquit totus utiq; motus d.z. est totius a.b.g magnitudinis. Animaduerte Aris. accepisse totum motum non posse esse duorum subiectorum nec communicantium, nec non communicantium. quia duo duo mobilia communicari non possunt, nisi se habent, ut totum, & pars. Si ergo totum mouetur eodem motu, quo pars mouetur, & econtra: qua ratione totum communicat cum una parte in motu, eadem ratione debet cum altera communicari. & ita sequitur utrasq; partes moueri eodem motu. & quoniam partes sunt mobilia non communicantia, sequitur duo non communicantia eodẽ motu moueri. quare si duo mobilia communicantia mouẽtur eodem motu. duo non communicantia eodem motu mouebuntur. & sic quod Aristoteles dicit, omnino est bene suppositum.

Dilucida text. cõ. 35

C Insuper autem si quidem uniuersæ magnitudinis motus sit alius: ut t.i. auferentur ab ipso utrarumq; partium motus. qui quidem æquales erũt motibus d.e.e.z. unus enim unius est motus. quare si totus. t.i. motus in motus partium diuidetur, motus. t.i. motui. d.z. erit æqualis. Si uero defecerit quicquam: ut. K.i. hic nullus erit motus. neque enim totius, neq; partiũ: quia motus unius unus est: neq; alterius cuiusdam. nam motus continuus continuorum est. eadem uero ratio erit si excesserint in diuisione. Quare si hoc fieri nequit. atq; ęqualem esse necesse est. hęc quidem igitur diuisio ratione partium eius quod mouetur est, atq; cuiuslibet partibilis ipsam esse necesse est.


ANTI. Amplius autem siquidem est totius alius motus, ut in quo t.i: remouebitur ab eo: qui utrarumq; partium motus est. hi autem æquales erãt

D his, qui sunt d.e. e.z. unius enim unus motus est. quare si totus quidem t.i: diuidetur in partium motus æqualis erit, qui est t.i.e.i. qui est d.z. Si uero deficit aliquid, ut quod est c.i. hic nullius erit, neq; enim totius, neque partium: propterea quia unius unus est. Neq; alterius ullius, continuus enim motus est continuorum quorũdam, similiter autem & si excellat secundum diuisionem. Quare si hoc impossibile est, necesse est eundem motum esse, & æqualem. hæc quidem igitur diuisio secũdum partim motus est, & necesse est: cuiuslibet partibilis esse ipsam.


Expositio. An eadem sit diuisio motus secũdum diuisionẽ mobilis et tẽ-

Tertio arguitur sic, omnis motus cõpositus ex motibus partium diuiditur ad diuisionem totius. Sed motus scorpij est motus qui componitur ex motibus partium scorpij. igitur diuiditur ad diuisionem scorpij. probatur minor. motus qui competit toti scorpio: uel est ille qui aggregatur ex

E



F



motibus partium uel alius. si idem & ille, minor habetur. Si alius, uel æqualis, uel inæqualis. si æqualis igitur idẽ ille, quia duo æqualia & eiusdem speciei in eodem subiecto collocata sunt unum & idem. Si inæqualis, siue maior, siue minor: nullius esset. ubi namq; minor sit, nõ erit totius, neq; partium, cum totum æquetur omnibus partibus. igitur motus totius æquabitur motibus partium, neq; potest esse alterius cuiusdam ut formicæ, quia motus non potest esse in diuersis unus & idem numero. restat ut motus totius, & motus omnium partium sint æquales. igitur unus: & ita motus totius erit compositus ex motibus partium: quæ erat minor. De ratione non probat nisi ipsam minorem. Inquit. aut motus uniuersæ magnitudinis a.g. est ille qui componitur ex motibus partium, aut alius. Animaduerte q hæc ratio supponit ex motibus partium componi unum motum, & petit an motus totius a.g. scorpij sit ille, qui componitur ex motibus ambarum medietatum scorpij aut alius. Si inquit alius ut. t.i. ita ut motus totius scorpij sit. t. i. motus uero omnium sit d.z. auferentur ab ipso motu qui competit toti utrarũq; partium motus, qui quidem æquales erunt motibus d.e. e.z. quasi dicat. motus totius differret a motibus partium. unius enim unus est motus, & sic motus partium & motus totius si erunt alij, etiã mobilia erunt alia, quia non potest unus motus esse duorũ. Quod si alius, uel æqualis uel inæqualis. inquit. quare si totus. t.i. motus, qui totius scorpij est, in motus partium diuidetur, motus. t.i. motui d z. erit æqualis, quia ubi partes partibus æquales sunt: totum toti erit æquale. Dices forte q partes unius non sunt æquales partibus alterius. Cõtra arguit. si uero inquit defecerit quicquam: sit illud K.i. quod deficiat a motu totius scorpij. Tunc hic nullius erit motus, neq; enim totius scorpij, neq; partium, totius quidem non, quia motus unius unus est & illi æqualis, partiũ per idem minime, neq; alterius cuiusdam: nam cõtinuus & unus continuorum est, & non formicæ discontinuæ à scorpio. Eadem ratio erit si excesserint in diuisione illæ partes. Quare si hoc fieri nequit atq; æqualem esse necesse est, & per consequens idem cum motu omnium partiũ. Hæc est expositio.

poris & spatii. Vide Bgi. t. 37. huius.

G

H

Ista est tertia. Commentum per expositionem literæ patet. Sed exoritur difficultas, unde ualeat enthymema istud. motus totius est æqualis motui cõposito ex motibus partium. igitur idem. Hæc enim dubitatio est non parua. Quidam deducunt, quia si essent æquales: alter frustra esset. alij deducunt, ęqualia & in specie eadem in uno numero subiecto: nõ possunt esse nisi idem. Auer. autem deducit ex uno Arist. uerbo: quia non potest idem mobile moueri diuersis motibus eiusdem speciei & æqualibus. Et ita idem totum Cõmẽ. 35

I non potest quantum ad ratione͂ totius moueri motu uno: quatum uero ad motum oium partium moueri motu alio. moueretur enim idem motibus diuersis. Sed dices hoc no͂ uidetur inconueniens. nam possibile est totum sub ratiõe totius quiescere: partes uero secundum rationem partium moueri. ut si aer hic inclusus secundum unam medietatem rarefieret, & secundum aliam condensaretur, moueretur mutando locum, ubi totum non mutaret locum. igitur totum potest uno motu moueri, & partes alio. Dici potest ꝙ siue sit siue non, non potest totum moueri, quin partes moueantur. Item non potest totum moueri uno motu, & partes alio motu, & hoc satis bene: tamen concedo posse omnes partes moueri toto quiescente. sed ꝙ omnes partes moueantur uno motu, & totum moueatur alio illi ęquali, non est possibile. Dico ulterius in motu locali puro non possunt partes moueri toto quiescente nisi motu circulari. Hæc satis.

K RECO. Textus iste obscure legitur. in commentarijs tamen bene: lege ergo uerba sic, amplius aute͂ si quidem est totius mobilis alius motus. s. a motu aggregato ex motibus partium, ita, ut sint duo diuersi: uerbi causa, ut motus totius sit t. i. remouetur. t. i. motus ab eo motu, qui est motus utrarumq; partium, remouebitur dico subiecto, ita ut sit quasi diuersus a motu aggregato ex motibus partiu͂ subiecto. & quasi dicat, licet t. i. remouebitur subiecto a motu aggregato ex motibus partium, tamen hi motus partium ipsius t. i. erant æquales his motibus partium qui sunt d. e. e. z. & subscripsit hoc, ut innueret illa posse esse subiecto diuersa, & æqualia. Quod uero si t. i. motus sit alius à motu aggregato ex motibus partiu͂, debeat esse subiecto ab eodem remotus, probat, & inquit: unius enim unus motus est, & ita si t. i. motus alius est à motu aggregato partium, erit unius alterius mobilis diuersi a partibus simul iunctis, ita ut totum sit unum mobile, & partes sil' iunctæ aliud subiecto ab illo: & sic patet illa consequentia. & ultra quare si pro quia totus t. i. motus diuiditur in motus

L partium. t. i. motus æqualis erit motui d. z. aggregato ex motibus partium. dixit enim hos subiecto esse diuersos, sed æquales. non contentus his, quæ dixit, probat hoc, & inquit: si autem non æqualis fuerit, sed deficit, ita ut in t. i. motu deficiat c. i. hic motus t. i. cui pars illa deficit, nullius erit, quia neq; erit totius mobilis, neq; partium mobilis simul coniunctarum: & assignat causam, & inquit: propterea quia unius unus est. hoc est propterea quia cuiuslibet mobilis unus, idest æqualis est motus, accepit. n. unum pro æquali. Si igitur deficit in t. i. motu. t. i. non potest esse æqualis toti, neq; æqualis partibus simul iu͂ctis, neq; alterius ullius esse potest: cuius causam assignat, & inquit: quia continuus motus est continuorum quorundam. q. d. cum positum sit t. i. motum esse continuum, & æqualem ipsius totius mobilis, hic esse non potest nisi eorum. quæ cum toto mobili sunt continua, & ita esse no͂ potest alterius mobilis a priori discontinui, ut formicæ,

M uel testudinis. simili ratione, ut inquit, si excellat, nullius erit, quia neq; totius, neq; partium, neq; alterius. Tunc dat ultimam consequetiam, & inquit, quare, si hoc impossibile est, ut. s. motus totius sit alius subiecto motu partiu͂ simul iunctarum, necesse est totius & partiu͂ eundem motum esse, & æqualem. & sic motus diuisione mobilis diuiditur. in commentarijs uero hæc co͂sequentia aliter legit. & non ab ratione. uerum hoc modo legendo, patet ratio Arist. argumentatur enim sic. Motus totius non est alius à motu partium simul iunctarum, ergo est totius & partium. & ita diuisibilis diuisione mobilis, ꝙ non sit alius, probatur, quia uel æqualis, uel inæqualis. non inæqualis quia neq; maior, nec minor, ergo ęqualis motui partium. sed non potest esse illa ęqualis, nisi partes ipsius partibus illius respondeant, & ita diuiditur diuisione totius. Tunc epilogat, & inquit, hæc quidem igitur diuisio secundum partiu͂ motus est, & necesse est ipsam esse cuiuslibet mobilis partibilis: nam omnis motus diuisione mobilis diuiditur. hoc pacto uerba legendo, patent, quæ in comme͂tarijs diximus.

N Dilucida. tex. c. 36.

Alia autem temporis ratione. na͂ cum omnis motus in tpe sit: & omne tempus est diuisibile, minor autem motus in minori tempore fiat: omnem motum diuidi ratione temporis necesse est.

ANTI. Alia autem secundum tempus, quoniam enim omnis motus est in tempore: tempus autem omne diuisibile est, in minori aute͂ minor motus est, necesse est omnem motum diuidi sm tempus.

Quod uero motus ratione temporis sectilis sit: probat ꝑ enthymema, cuius antecedens sunt tres propositiones. Prima, omnis motus est in tempore. Secunda, omne tempus est diuisibile. Tertia, motus minor in tempore est minori, in maiori maior, & æqualis in æquali. igitur motus diuiditur ratione temporis.

O Expositio. Co͂m. 36. Cum declarauit. Aris. posuit confuse propositiones Auer. componit syllogismu͂ sic. omne tempus est diuisibile. omnis motus est in tempore. igitur omnis motus est diuisibilis. Sed contra. omne corpus est diuisibile. omnis anima est in corpore. igitur anima est diuisibilis ratione corporis uel sic. omne cœlum est diuisibile. primus motor est in cœlo. igitur est diuisibilis. Respondet Auerro. ꝙ syllogismus ille existimatur bonus, sed ad hoc ut sit secundum ueritate͂ bonus: oportet addere in minori ꝙ sit in tempore æquali: quod Aristo. denotat per uerbum illud, in minori autem minor motus est.

Quoniam si. Probat ꝙ illa particula debet intelligi, na͂ si non intelligeretur, esset possibile motum esse momentaneum, & tempus diuisibile. consequentia tenet, licet ipse non ꝓbet, quia si motus no͂ debet esse ęqualis tempori. igitur tempore posito diuisibili, potest esse motus momentaneus: pro tanto motus ponitur diuisibilis pro quanto ponitur commensurabilis tempori. Syllogismus igitur formetur sic. omne tempus est diuisibile. omnis motus est in tempore sibi æqualis. igitur omnis motus ratione tempo-

P ris est diuisibilis. propterea concludit ꝙ motus tum ratione temporis tum ratione mobilis diuisilis est.

Et quia. Vltra literam nostram habebat Auerro. in litera sua hæc uerba: & necesse est ut sit in omni partibili, cuius causam reddit Auer. quia eius diuisibilitas est diuersa, qa motus est in generibus diuersis: ut motus in locum est in genere loci: motus augmenti in genere q̃ti, & sic de alijs. specificantur enim per terminos ad quos: & sic per partibile intelligit subiectum motus: non ipsum mobile penes ꝙ diuiditur diuisione quantitatiua, & per subiectu͂ motus intelligit, ut dicit illud in quo est, hoc est genus in quod terminatur. uerbi gratia. locum in motu locali: qua͂titatem in auctione: qualitatem in alteratione. quod auctoritate Alexandri confirmat, qui dicebat omnem motum habere motum, idest genus subiectu͂, qui est terminus ad quem. hoc

Dubitatio in translatione nostra, non habetur. Sed dices si motus diuiditur ratione temporis & spatij, & mobilis. igitur qua͂tus triplici q̃titate. nihil enim diuiditur nisi ratione quan-

Q An tps distinguatur realiter a motu. Vide q. 5. q̃ti h'art. 3. Et Ioan. de mag. q. 6. q̃ti hui'. Et Cur parisien. q. 3. q̃ti huius. titatis. Quidam recentiorum fingunt motum habere propriam quantitatem, distinctam realiter à quantitate temporis, quæ est successio quædam: est tamen quantus per accidens ratione subiecti. ratione uero spatij diuisibilis in infinitum. Sed hoc stare non potest: quoniam tempus ipsum etiam est successio quædam. igitur motus & tempus non distinguuntur penes successionem. Solitus sum dicere ꝙ motus est actualis successio: tempus uero est ipsius motus aptitudinalis mensura, quoniam est eius passio, & omnis passio est aptitudo. Tempus uero actu est actualis mensura. igitur motus est diuisilis à mobili quantum ad q̃titatem permanentem, tempore quo ad mensura͂, a spatio quo ad diuisionem. Solitus sum etiam dicere motum a tempore nancisci diuisionem distractam, ab ipso mobili diuisionem permanentem. a spatio diuisionem in infinitum. Hæc de motus diuisione.

A Dilucida. tex.c.37. Cum autem omne quod mouetur, in aliquod moueatur, & tempore aliquo, mobilisq; uniuersi sit motus: necesse est diuisiones esse easdem & temporis, & motus: & ipsius moueri, & eius quod mouetur: & etiam eius in quod motus ipse est. non tamen omnium similiter in quibus est motus: sed quantitatis quidem per se: qualitatis uero per accidens. Accipiatur enim tempus in quo aliquid mouet: & sit a. & motus sit b. Si igitur uniuerso motu in uniuerso tempore illud motum est, in illius dimidio motu minore motum erit. quo etiã rursus diuiso, minori motu erit motum: atq; sic semper. simili etiam modo si motus diuisibilis est, tps etiam diuisibile erit. nam si uniuerso motu toto in tempore motum est: dimidio in dimidio & minore rursus in minore motum erit.

B ANTI. Quoniam autem omne, quod mouetur, in aliquo mouetur, & tempore quodam, & omnis moti est motus: necesse est easdem diuisiones & temporis, esse & motus: & ipsius moueri, & eius, qđ mouetur, & in quo motus est. Sed non omnium similiter est in quibus motus est: sed quanti quidem per se: qualis autem per accidens. Accipiatur enim tempus in quo mouetur, in quo a. & motus in quo b. Si igitur per totum in omni tẽpore est motum, in medio per minorem: & iterum hoc diuiso, per minorem hoc, & semper sic. Similiter autem & si motus diuisibilis est, tempus diuisibile est. si enim per totum in omni, per medium in medio: & iterum per minorem in minori.

Expositio. C Quinq; hęc condiuisibilia. An q̃titas q̃ motus est, ipsius sit formaliter tps. Vide Sco. 5. meta. q. 10. Quinq; sunt, genus ipsum ad quod motus est: ut alteratio ad qualitatem: auctio ad quantitatem: latio ad locũ. est & motus ipse, qui est actio quædã motoris illata ipsi mobili. est tertio ipsum moueri, qđ est passio rei motæ a motore. est tempus ipsum, in quo sunt & motus, & ipsum moueri. est quinto mobile ipsum, quod est subiectum omniũ horum: de his ponit ꝙ omnia condiuiduntur. inquit. cum autem omne quod mouetur, moueatur in aliquod genus, uti in terminũ ad quem: & moueatur tempore aliquo, & mobilis totius sit totum motus, ut dictum est, hoc est antecedens, dat consequens: & inquit. necesse est diuisiones esse easdem & temporis & motus, & ipsius moueri. & etiã eius in quod, ut in terminum motus ipse est. Enthymema potest sic perfici. quæcunq; sunt simul in eodem diuisibili æqualibus diuisionibus diuiduntur: sed hæc sunt simul in subiecto ipso mobili. igitur æqualibus diuisionibus diuiduntur. Respondet dubitationi. quia ait terminos ad quos esse diuisibiles. Dicet quis utrum eodem modo. Respõdet ꝙ non omnium ad quæ motus est, hoc est non omnes termini ad quos sunt simili modo diuiduntur: sed quantitatis quidem per se, ad quã est latio, & qualitatis uero per accidens, ad quam est alteratio. & ita genera in quibus motus ipsi sunt, non simili modo diuisilia sunt. Probat motum & D tempus condiuidi. Exemplo. Et inquit. accipiatur enim tẽpus in quo aliquid mouetur. & sit a. & motus sit b. si igit aliquid motu uniuerso in uniuerso tempore motum est: in illius temporis dimidio minore motu motum erit. quo ẽt tempore diuiso, adhuc minore motu erit motum illud idẽ mobile: atq; sic semper motus diuidetur: ut tempus. econtra etiam e parte motus licet diuidere tempus: & inquit. simili etiam modo si motus diuisibilis est: tempus etiam diuisibile erit. nam si uniuerso motu uniuerso in tempore motum sit aliquid: dimidio motu erit motũ in dimidio tẽpore, & minore rursus motu in minore tempore motum erit. & sic patet exemplo motum & tempus condiuidi.

Et quia. Auerroes uult, ꝙ sit enthymema reducibile ad syllogismum cuius antecedens ponit, & inquit: & qa omne motum mouetur in aliquo, idest aut in ubi: aut in quali: E aut in quanto. & omnis motus est in istis tribus. s. in mota re: in genere ad quod est: & in tempore, subaudi consequens. igitur hæc condiuiduntur.


Et uidetur mihi. Alexãder ut dicit, uoluit, literam esse corruptam. ideo dixit esse sic legendam: omne motũ hoc est Cõmẽ 37 omnis res mota habet motum. & tunc uoluit sequi: igitur illa condiuiduntur. Dicit Auer. ꝙ litera stat melius, ut iacet, q̃ ut corrigit Alexander, cuius causam dat, & inqt. quoniam si posuerimus ꝙ tempus, & res mota, & genus habent motũ: idest si posuerimus ꝙ in istis tribus est motus in tempore, genere, & re mota: tunc sequit ꝙ tempus motio & res mota sint diuisibilia, ueluti ipse motus qui est in illis tribus: unde syllogismũ docet componere sic. omne habens motũ est diuisibile: hoc est, omne illud in quo est motus est diuisibile. hæc tria habent motũ uel in his tribus est motus. igitur hæc tria sunt diuisibilia, & ita uidet uelle Auer. ꝙ Arist. declarat genus, tempus & mobile esse diuisilia, quia in illis est motus alia atq; alia ratione: mo F do contra Alexandrum ait talem conclusionem non posse concludi. si litera dicit. omne motũ habet motũ, solum: enim concluderet de ipso moto: & non de illis tribus. ego non legi Alexandrum in re ista: de eo quid dicam, nescio. scio bene ꝙ litera nostra non tria esse diuisilia: sed quinq; esse condiuisilia probat. & sic nec expositio Auer. consonat. cætera patent.

Et licet in commentarijs bene legatur hic textus: potest tamen legi clarius, ꝙ Arist. primo proponat conclusionem. secundo remoueat dubitationem tacitam ibi: sed non omnium similiter. tertio propositam conclusionem probat, ibi accipiatur enim: conclusionem quidem ponit sub forma hypothetica, sed legatur categorice, est enim sensus, motus condiuiditur tempori, ipsi moueri, & ipsi mobili, & ipsi termino ad quem. Inquit. Quoniam autẽ omne, quod mouetur, in aliquo mouetur, ut in termino ad quem, & in tempore quodam, & omnis moti est motus, ut subiecti: necesse est easdem diuisiones esse, & temporis, & motus, & ipsius moueri, & eius, quod mouetur, G & eius in quo mouetur. ecce quomodo conclusionem posuit sub forma hypothetica: sed est sensus, illa quinq; esse condiuisibilia. posuit autem conclusionem sub forma hypothetica, ut innuat illa quinq; esse conuertibiliter condiuisibilia cætera uero patent.

Eodem autem modo ipsum etiam moueri diuidetur: sit enim ipsum moueri g. in dimidio igitur motu minus erit toto: & rursus in dimidio dimidii, & ita semper. Dilucida. tex c. 38.

ANTI. Eodem autem modo, & ipsum moueri diuidet. sit enim in quo g. ipsum moueri, secundum igitur medium motum minus est toto: & iterum secundum medietatis medium: & si semper, sic.

H



I Expositio. Probat consequenter ipsum moueri diuidi correspondẽter cum ipso motu. inquit. eodem autem modo ipsum etiã moueri diuidetur. sit enim ipsum moueri g. in dimidio igitur motu ipm dimidium moueri erit minus toto moueri: & rursus in dimidio dimidij adhuc erit minus, & ita semper. igitur motus & ipsum moueri condiuiduntur.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Est etiam ponentẽ moueri ipsum, quod est utrorumq; motuum ut ipsorum d.g.& g.e. dicere totum esse secundum totũ. nam si aliud, plura erunt moueri eiusdem motus. quemadmodum & motum in motus partium ostendimus diuisibilẽ esse, accepto enim ipso moueri secundum utrunq; cõtinuum erit uniuersum.

Est autem & ponentem secundum utrũq; motuum ipsum moueri, ut & secundum. d.g.&.g.e. dicere, quòd totum erit secũdum totum. si enim K aliud: plura erunt moueri secũdum eundem motum: sicut determinauimus, & motum diuisibilem in partium motus esse. accepto enim ipso moueri secundum utrũq;, continuum erit totum.

Expositio. Que expositor. Expositor uult q; Arist. probet econtra q; motus diuidat ad diuisionem ipsius moueri: & ad hoc aptat probationẽ, qa si non sibi correspõdent, tunc moueri erit in plus uel in minus, ut iam in alio problemate disputauit. Mouetur enĩ expositor: quia litera eius erat singulariter scripta, uidelicet plus erit moueri eiusdem motus: & recte sic sua expositio conueniret. Sed quoniam litera est pluralis: ideo melius cũ Alia expõ Auer. dico, q; Philosophus uidetur remouere dubium. posset enim quispiam dicere q; partes ipsius moueri respondent partibus motus: non tamẽ totum moueri toti motui: ut fuit cauillatum in alio problemate. Contra obijcit Aristo. quia qui ponit ipsum moueri quantum ad partes correspondere ipsi motui: debet ponere totum toti respondere. nam aliter plura erunt ipsa moueri: unum conueniens toti motui: aliud partium simul acceptarum. & hoc inquit. est autem ponentem. moueri ipsum quod est utrorumq; motuum, ut ipsorum d.g. &.g. e. dicere totum esse secundum totum. hoc est q; ut partes partibus, ita totum toti respondet. quod probat. d. nam si aliud subaudi sit moueri totius motus, & aliud sit moueri omnium partiũ motus simul coniunctarum, plura erunt moueri eiusdem motus, utpote aliud competens toti motui, aliud conueniens aggregato ex partibus motus, ut in ꝓblemate proximo dictum est. accepto enim ipso moueri ſm utrunq; hoc est utrunq; partium motum, continuum hoc est unum erit uniuersum moueri, & partium & totius. Hæc expositio Auer. consonat literæ.

L An incõueniẽs sit dicere motũ diuidi secũdũ diuisionẽ ipsi moueri cũ ipsum moueri sit idẽ q; motus. Vide Egi. t.37. hui'.

Cõmẽ. 38 Quum declarauit. Commentum præsens patet. nam nihil præter literam dicit.

Dilucida. tex. cõ. 39 Similiter autem & longitudo & omnino id omne in quo mutatio ipsa est: diuisibile demonstrabitur, præter quædam quæ per accidens diuisibilia sunt. præterea quia id quod mutatur est diuisibile (uno enim diuiso, omnia diuidẽtur,) similiter & M hæc omnia quo ad infinitationem atq; finitationẽ se habebunt.

ANTI. Similiter autem demonstrabitur, & longitudo diuisibilis: & omnino omne, in quo est mutatio: præter quædam, quæ sunt secundũ accidens. quoniam quod mutatur, est diuisibile: (uno enim diuiso, omnia diuidentur) & in ipso finita, aut infinita esse similiter se habebit de omnibus.

Expositio. Primo declarauit q; motus & tempus sunt cõdiuisibilia. Secundo q; moueri & motus. Nunc tertio ostendit q; spatium etiam est motui condiuisibile, & omnino omne illud prædicamentum in quo est motus, licet nõ eodem modo: quia quædam per se, ut q̃titas quæ est genus augmentationis, & locus, qui est genus lationis. quedam uero per accidens ut qualitas, quæ genus est alterationis. inquit. similiter autem & longitudo, & omnino id omne in quo mutatio ipsa est: diuisibile demonstrabitur. præter quædam, q̃ per accidens diuisibilia sunt: ut qualitates, in quibus sunt alterationes. hæc res potest declarari rationibus quibus ꝓbatum est tempus, motum & ipsum moueri cõdiuidi: sed ut breuitatis amator subticuit. Animaduertendum q; aliter fortasse & non imperite intelligi potest. nam in omni motu est spatium aliquo modo, quia distantia quædam inter terminum è quo: & terminum ad quem. uerum in latione hæc distantia est localis, in auctione dimensionalis, in alteratione gradualis. distantiæ localis & dimensionalis per se diuisibiles sunt. gradualis uero per accidens: qa affectio diuidiẽ propter primam. & sic lege literam similiter autem & longitudo quæ est localis distantia in latione condiuidua est motui, & omne id spatium siue distantia in quo mutatio ipsa est diuisibilis est: in auctione distantia dimensionalis: in alteratione distantia gradualis, & sic non, de terminis ad quos, sed de distantijs Arist. loquitur qcqd uelint Auer. & expositor. præterea quædã addit spatia siue distantias, quæ per accidens, subaudi diuisibilia sunt, ut spatium graduale. Hæc expositio satis consonat literæ (ut mihi uidetur.) Præterea quia uolunt Auer. & expositores, q; Arist. probat id quod dixerat: mihi uidetur q; non probat id quod dixerat: sed affert ad dicta siue corollarium siue consequens, & accipit antecedens ex duobus compositum uidelicet q; uno diuiso illorum quinq; siue sex cætera diuiduntur, & q; id quod mutatur utpote subiectum sit diuisibile: ideo dat consequens q; uno existente finito uel infinito & maxime ipso mobili, omnia sint talia. Inquit. præterea: quia id quod mutatur est diuisibile, hoc est primum. uno enim diuiso illorũ quinq; siue sex, omnia diuidentur, hoc est secundum. dat consequens: & inquit, similiter & & hæc omnia quo ad infinitationem atq; finitationem se habebunt: ueluti quo ad diuisionem. particula illa præterea in græco non est: sed eam subieci, quia sermo græcus uidetur nouam quasi rem aggredi.

N An eadẽ sit diuisio mot' secundũ diuisionẽ mobilis & secundũ diuisionẽ tpis, & spatii. Vide Egi. t.37. Vide etiã Burl t.36 huius.

O

P

RECO. Verba hæc bene leguntur in commentarijs: uerum uerba illa, quoniam quod mutatur & reliquæ, aliter legerẽ. dicerem enim esse probatum primo q; motus, & tempus sint condiuisibilia. Secundo q; moueri & motus etiã. Tertio q; motus, & spatiũ. Quarto q; motus & terminus ad quem: cum hæc esse condiuisibilia probatũ sit, restat probari quintum, uidelicet q; motus & mobile sint condiuisibilia. hoc quinto probato, sequitur hæc eodem mõ esse coinfinita, uel cõfinita. Arist. ergo primo assumit hoc qntum. nam licet non sit probatum, habetur ut probatũ, & inquit, quoniam quod mutatur, est diuisibile, hoc est qntum. quod licet non sit probatum, tamen patet esse ita ex ratione prætacta, quã subscribit, & inquit, uno enĩ diuiso illorũ condiuisibilium, omnia diuidentur, quare mobile cum illis erit condiuisibile: & sic habetur quasi uniuersaliter illa quinq; esse diuisibilia, & condiuisibilia: tunc dat corollarium, & inquit, & in ipso finita, uel infinita esse similiter se habebit de omnibus. ergo quia sunt illa condiuisibilia, sunt etiam coinfinitabilia, uel confinitabilia.

Q

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Sequitur autem maxime omnia diuidi, ĩfinitaq; esse ab eo quod mutatur. mox enim inest ipsi qđ mutatur, infinitas ipsa atq; diuisibilitas: uerum diuisibilitas demonstrata est prius: infinitas uero in subsequentibus innotescet.

ANTI. Sequitur autem maxime diuidi omnia & infinita esse ab ipso mutabili. Mox enim inest mutabili diuisibile, & infinitum esse. ipsum quidem igitur diuisibile esse demonstratum est prius. infinitum autem esse in sequentibus erit manifestum.

Expositio. Accepit Arist. in probatione præmissa, q; uno illorum quinq; siue sex existente diuisibili, uel finito aut infinito,

cætera

A cætera omnia sunt diuisibilia finita uel infinita secundum diuisionem. ostendit & nunc ꝙ non eodem modo. nam ipso mobili existente diuisibili finito uel infinito, cætera sunt talia per locum à causa. & à priori, econtra uerò uno existente tali, ipsum mobile erit tale per locũ ab effectu. Huius ratio est, quia primũ naturaliter in motu est ipsum mobile, & ipsum est statim hoc est sua natura diuisile finitum uel infinitum, & sic ex ipso ad cætera deriuatur diuisibilitas & id genus: inquit. Sequitur autem maxime & per locum à causa atq; à priori omnia diuidi infinitaq; esse diuisione & subdiuisione ab eo quod mutatur. affert causam. & inquit. Mox enim hoc est à se & per naturã suam inest ipsi quod mutatur infinitas ipsa atq; diuisibilitas. cæteris deriuatiue inest propter ipsum mobile. uerum ꝙ mobile sit diuisibile demõstratum est prius per esse partim in termino à quo & partim in termino ad quem. infinitum uerò ꝙ sit diuisione & subdiuisione in subsequentibus de-

B monstrabitur. Auer. uero ponit talem ordinem, ꝙ tẽpus propter mobile sit diuisibile. Motus propter tempus. igitur ab ipso mobili omnis deriuatur diuisio, siue continuitas. Commentum. 39. patet. Sed dubitatur contra dictum Auer. uult enim ꝙ à mobili tempus sumat diuisibilitatem & à tempore motus. hoc stare non potest, quia tempus est passio motus. passio sumit diuisibilitatem à subiecto. Secundo dubitatur. uidetur enim ꝙ magis à spatio sumãt diuisionem temporis & motus, quoniam à mobili sumunt extensionem, à spatio successionem, quæ magis conuenit motui & tempori. Respondetur cum nouo expositore qc quid uelint nonnulli captiunculatores, ꝙ motus sumit diuisibilitatem à mobili, & successionem, tanq̃ à causa effectiua, à tempore uti à formali, cum non numeretur motus nisi propter tempus, & à spatio tanq̃ à materia circa quã.

C Tempus quoq; sumit à motu diuisionem, uti à subiecto. hæc autem non repugnant. & sic tolluntur obiecta. quæ illi non intellexerunt.

Dubitatio

Secunda.


Responsio

Diluciда. tex.c. 40.

Quoniam autem omne quod mutatur, ex quodam in quoddam mutatur: necesse est ipsum mutatum (cum primo mutatum est) esse in eo in quo mutatum est. id enim quod mutatur, exit ab eo ex quo mutatur, aut deficit ab ipso. itaq; aut idẽ est mutari, quod deficere: aut ad ipsum mutari sequitur deficere, & ad ipsum mutatum esse defecisse. habet enim se utrũq; modo simili ad utrũq;.

ANTI. Quoniam autem omne quod mutatur: ex quodam in quoddam mutatur: necesse est, quod mutatur, cum primum mutatum est, esse in quo mutatum est: quod enim mutatur, ex quo mutatur, distat, aut deficit ipsum, & aut idem mutari est, & deficere: aut ad mutari sequitur deficere. nam mutatum esse est defecisse. similiter enim utrumq; se

D habet ad utrunq;.



E Probare proposuit motum ipsum ratiõe mobilis esse in infinitum diuisibilem. anteq̃ hoc probet, petit duo. primũ ꝙ omne quod mutatur, cum mutatum est: est in eo ad qd' mutatum est. secundum ꝙ id in quo primo mutatum est, est indiuisibile, quibus postea deueniet ad propositũ. Primum probat, & facit tale enthymema. omne quod mutatur, mutatur ad quoddam, etiam & a quodam. igitur quod mutatur, cum ipsum mutatum est, necesse est esse in eo ad quod mutatum est. Animaduertendum primo, ꝙ refert mutari & mutatum esse. nam stat aliquod mutari ad aliqd, non tamẽ eẽ mutatum ad illud. ut q̃uis lignum mutetur ad calidum, nõtamen est in calido: Callias mutatur ad urbẽ, non tamen est in urbe. mutari enim potentiam actui conmixtam dicit, mutatum esse actum solum. Secundo aiaduertendum ut Them. ait, & uidetur in commento: ꝙ debet addi primo sicut in græcis uerbis habetur, hoc modo. ꝙ cum aliquod primo mutatum est ad aliquod: tunc est in illo. nam esse potest ut is qui anno superiori fuisset athenas profectus, non tamen esset nunc athenis: sed cum primum applicuit, tunc necessario erat atheni. inquit. Quoniam autem omne quod mutatur, ex quodam in quoddam mutatur. hoc est, quia omne quod mutatur, mutatur ad quoddã: necesse est ipsum mutatum (quum primo mutatum est) eẽ in eo in quo mutatum est. hoc est enthymema. deducit autem ipsum sic mutari est deficere è termino è quo. igit̃ mutatum esse est defecisse à termino è quo tunc compono syllogismum sic. defecisse à termino è quo est mutatum esse in termino ad quem. Sed quod mutatum est, defecit à termino è quo. igitur mutatum est in termino ad quem, & ꝑ consequens est in illo. Vel sic. defecisse è termino è quo, est esse in terminum ad quem. quod mutatum est defecit. igitur quod mutatum est ad aliquid est in illo. Potest aũt minor poni in terminis. sint enim isti quatuor termini mutari, esse, deficere, defecisse: ut igit̃ mutari ad esse: ita deficere ad defecisse. igitur ut mutari ad deficere: ita esse ad defecisse. Sed mutari est deficere è termino è quo. igitur esse in terminum ad quem defecisse. & sic patet minor. inquit. Id enim quod mutatur, exit ab eo, ex quo mutatur, aut deficit ab ipso: & sic mutari est deficere. & quia quis posset cauillare ipsum mutari non esse deficere, cauillum tollẽs addit. itaq; aut idem est mutari: quod deficere, ad ipsum mutari sequitur deficere, & ad ipsum mutatum esse defecisse. habet enim per cõmutatam proportionem utrunq; modo simili ad utrunq;. & sic patet minor.

Expositio

Nota p̃mo

Nota sc̃do

Sensus cõclusionis.

F

Syls.

G

An idẽ sit defecisse ab aliquo termio qđ mutari ab illo. Vide Egi. hic.

Vult hic. Animaduertendum ꝙ Auer. uidetur aliter literam intelligere, uelle enim uidetur ꝙ Arist. probet omne quod mutatur esse mutatum, & esse primo in aliquem terminum ad quem. Hæc est expositio. Secundo uult conclusionem Arist. esse uniuersalem in omnibus quatuor generibus transmutationum.

Cõmẽ 40. Expositio Auer.

Et cum omnis. Probat conclusionem ipse extra textum sic. terminus è quo & terminus ad quem sunt sine medio. Sed transmutari est non esse in termino à quo. igitur est eẽ in termino ad quem. tenet consequẽtia. aliter enim esset inter illos medium.

H

Transmutatum primo. Idem probat ex textu sic. res recedit in instanti à prima quiete hoc est immediate post instans. igitur accedit in instanti, hoc est igitur immediate post hoc accedit ad terminum ad quem. est igitur ratio qđ mutatur imediate post hoc recedit. igitur immediate post hoc accedit ad terminum ad quem. Sed contra expositionem Auer. sunt dubitationes. uidetur enim primo ꝙ conclusio non sit uera, quoniam quod mutatur partim est in termino è quo, & partim in termino ad quem. igitur non primo est in termino ad quem: & ita conclusio falsa est.

Dubitatio prima

Contra suam primam rationem dubitatur, quoniam maior est falsa, quoniam iter terminos mediat spatium. igitur non sunt immediati. Contra secũdam rationem tertio dubitatur, quia non uidetur ꝙ ipsum quod mouetur recedat in instanti à termino à quo, quia tunc motus esset in instanti. recedere enim est moueri. Quarto dubitãt. in quo mu-

Secunda.

Tertia

Quarta.

I Nota primum. tari differt ab ipso deficere. & in quo est idem. Circa hæc animaduertendum ꝙ Auer. per terminum ad quem intelligit omne illud in quo mobile non actu quiescit, sed potētia. est enim duplex terminus ad quem, alter quidē in quo mobile ipsum actu quiescit, & hic dicitur terminus ad quē in actu: alter in quo mobile est aptum quiescere, & hoc dicitur terminus ad quem in potentia. Nota scdo Secundo animaduertendum ꝙ terminus à quo, & terminus ad quem in actu sunt mediati: quia semper mediat spatium. terminus à quo & terminus ad quem in potentia sunt immediati, quoniā terminus ad quem est totum spatium, quod est extra terminum a quo. tale autem est immediatum illi, ut patuit in expositione commenti. 32. Solutio rōnum. Tunc ad rationes, ad primā concedo ꝙ illud quod mutaē, partim est in termino à quo & partim in termino ad quem: & ita non erit in termino ad quem in actu, nec in termino a quo. est tamen in termino ad quem in potentia: & hoc uult Auer. Ad secundum per idē patet solutio, inter terminos in actu mediat spatiū: K sed inter illos in potentia nihil mediat. Ad tertium dico ꝙ per recedere in instanti uult intelligere ꝙ imediate post instans recedit. & sic conceditur ꝙ ꝗcito aliquid mouet: tam cito est motum. & ꝗcito incipit moueri: tam cito est motum. Ad quartum respondet expositor ꝙ deficere, & mutari sunt idem in subiecto: sed ratione differunt. est enī deficere respectu termini ē quo, mutari uerò respectu termini ad quem. Alij dixerunt ꝙ mutari considerari potest ut passio rei motæ, & sic idem est cum deficere: qm̄ passio quatenus magis facta abijcit. Si uero cōsideretur ut actus: sic ad mutari sequitur deficere: quia pro tanto forma à subiecto deficit, pro quanto ab agente mutatur. Hæc omnia bene dicta sunt.

RECO. Ex uerbis Them. & Arist. colligitur esse primo mutatū ad aliquid, & nunc primo esse mutatum ad aliquid, & in L hoc instanti, quod est præsens, esse mutatum ad aliquid, idem esse. quoniam esse mutatum ad aliquid in hoc instāti, quod est præsens, est nunc esse in illo, & immediate ante hoc non fuisse in illo: hoc autem est nūc primo esse mutatum ad illud, ut intelligenti patet, ex quo patet ueritas assumpti. nam si esse primo mutatum ad aliquid est nunc primo esse in illo: sequitur omne quod primo est mutatū ad aliquid, esse in illo.

Diluci da. tex. cō. 41. Cum igitur una mutationum sit ea quæ secundum contradictionem, cum mutatum est aliquid ex non ente in ens: dereliquit non ens. erit igitur in ente, omne enim aut esse, aut non esse, necesse est: patet igitur ipsum mutatum secundum cōtradictionem in eo esse in quod est mutatum. Quòd si in hac: in aliis etiam idem erit. Nam in una simili ratione est & in aliis.

ANTI. Quoniam ergo una mutationum est secundum contradictionem, cum mutatum: est ex non ente M in ens, deficit nō ens. erit igitur in ente: omne enī necesse est aut esse, aut non esse. Manifestum est igitur ꝙ in mutatione secundum contradictionē, quod mutatum est, erit in quo mutatum est. Si autem in hac, & in aliis est. similiter enim in una, & in aliis est.

Expositio. Secundo arguit sic in generatione omne quod mutatum est ad aliquid, est in illo. Sed omnes motus sunt aliquo modo generationes: igitur in omnibus motibus quod mutatum est ad aliquid, est illo. minorem omittit tanꝗ declaratam quinto physicorum. Ibi enim dictū est ꝙ omnis mo- Qiud sit mutatio ꝓprie. Vide Sco. d. 5. 8. q. 2. i solutione. q. tus est generatio secundum quid. & ꝙ trāsmutatio in substātia est simpliciter generatio. Maiorē probat enthymematice, quia generatio est inter contradictoria. igit̄ quod mutatur in generatione ꝗcito mutatum est, tam cito est in illo, quia non datur medium inter esse & non esse. ita potest argui de corruptione. sermo eius manifestus est. translatione.

N Cōm. 41. Vult declarare. Auer. sequitur suam expositionē, & uult ꝙ hæc sit secunda ratio ad probandum, ꝙ omne quod mutatur ꝗcito mutatur: tam primo mutatum est. Expositio autem nostra erat ꝙ Aristote. declarat quòd omne quod mutatum est ad aliquid, est in illo, quicquid sit. nūc sequamur expositionem Auer.

Et quia hoc nomen. Posita intētione partis. hic exponit & probat illam per secundam rationem, quę apud ipsum debet sic formari: ut in transmutatione principali: ita in transmutationibus minus principalibus. Sed in generatione quæ est transmutatio principalis omne quod mutatur, ꝗcito mutatur, est mutatum. igitur in omnibus alijs, ipsa minor declaratur, quia in illa ꝗcito deficit transmutabile: tam cito defecit, cum inter terminos nō sit medium. Sed ambigunt. nam commē. 32. generationem uoluit esse trāsmutationem per accidēs: hic uult illam esse principalem. Dubitatio Soluunt nōnulli recentiores ꝙ generatio & corruptio sunt principales transmutationes quo ad rationem nominis. Solutio prima. Cōfutatio

O Sed hoc stare non potest, quia ratio quam significat nomen est definitio. quarto metaphysice. igitur secundum definitionem erit principalior, & per consequens simpliciter. Melius igitur dicendum ꝙ per transmutationem intelligit generationem: & ita uult ꝙ transmutatio in substantia sit principaliter generatio, transmutatio in accidentibus est secundum quid generatio: ęcontra uero motus dicitur principaliter de trāsmutatiōe in accidentibus, & per accidens de transmutatione in substantia: & sic tollitur contradictio. Propriā solutio.

Et hoc quod declarauit. Remouet Auer. dubitationem, ut qualis est hæc ratio: an demonstratio, an exemplum. Respondet & dicit primo ꝙ hęc declaratio non est exemplaris. causa est, quia exempla sunt notiora eis, quorum causa ponuntur. Dicit secundo ꝙ hæc ratio est ad dirigendum considerationem, & ita est directiua, & per consequens logica. Dicit tertio ꝙ hæc declaratio directiua non est à noto nobis ad ignotum naturaliter & nobis. nam in generatione id quod mutatur ꝗ primo ipsum mutatur, sit mutatum, non est notius ꝗ in alijs motibus, immo in ipsa hoc est latentius. generationem enim esse mutationem latet. Primum. Scdm. Tertiū P Quartum

Dicit quarto ꝙ hęc declaratio directiua est à magis ignoto ad minus notum, quod minus notum licet sit naturaliter ignotius: tamen declaratur per aliquid manifestius. & ita uult ꝙ in generatione ipsum quod mutatur, ꝗ primo mutatur, sit mutatum. est latētius quàm idem in motibus, utrum quia declaratur per quoddam notissimum uidelicet, quia inter contradictoria non datur medium, quod est primum principium: in uirtute illius potest dirigere intellectum nostrum ad alios motus.

Et secundum hunc modum. Sed dices contra. nam hæc ratio non est exemplum, non est inductio, non enthymema, nō est syllogismus. igitur nulla. Respōdet ꝙ est quasi uia mixta ex diuisione, & exemplo, ut fit in regulis definitionum: potest tamen dici syllogismus per locum a simili. talis enim syllogismus partim est exemplaris, partim diuisiuus: ut secundo topicorum declaratur. Q

Quoniam terminus. Affert causam quare hæc declaratio non est demonstratio in qua proceditur à generatione ad alios motus, & dicit primo: quia medium est idem uidelicet quia illud quod transmutatur statim deserit terminū a quo: & ita accedit ad terminum ad quem. Dicit secūdo ꝙ hoc medium apparet magis in generatione: quia patet magis inter terminos non esse medium. & ita quatenus idem est medium ad utrunq: unum non uidetur magis declarare alterum ꝗ econtra. quatenus uero illud medium apparet magis in generatione, assumens quandā cui dentiam uidetur dirigere in alios motus.

Sed primum. Arist. accepit esse simile de generatione & de alijs motibus. uidetur enim ꝙ nulla sit similitudo. Respondet ꝙ est aliqua similitudo. nam ut in generatione qđ mutatur statim est in eo ad quod mutatur: ita in alijs motibus, sed differunt: nam in generatione cum ipsa sit inter An producto formæ subal nam rast genite mensuret. Vide cap. q. 5. huius. contradictoria:

A contradictoria. inter quæ nihil mediat, quod mutatur: statim est in extremum actu ad id quod mutatur. in alijs qđ mutatur statim est in eo ad quod mutatur non actu & ut in extremum, sed ut in medium. & propterea in motibus ut medium se habet in mutatione: ita extremum in generatione. & sicut inter extrema generationis nihil mediat: ita inter extremum è quo, & mediū nihil mediat in motibus. Hæc igitur est similitudo, & hæc dissimilitudo. Sed dubitāt. nam sit. a. in termino à quo, & immediate post hoc corrumpatur per generationem nouę formæ in illius materia, aut igitur in instanti mediato: uel in instanti immediato. nō in instanti immediato, quia non datur: nec mediato, quia tunc in tempore, & ita non subito defecisset. Concedunt sorticolæ immediatè post instans quod est præsens. a. esse corruptum, & esse sub forma noua. In nullo tamen instanti immediate post hoc. propter uariationem suppositionū.

Sed dices post hoc erit sub forma noua, aut igitur post hoc in tempore: uel instanti, & sic uenire uidetur ad idem: soluitur, quia nihil est. Alij uolūt ꝙ post hoc. a. erit sub forma noua in infinito paruo tempore, & ita nec in tempore: nec in instanti. Auerroes autem diceret, ut diximus supra, ꝙ rei permanentis non datur ultimum, & per consequens nō potest signari ultimum. in quo ultimo sit. a. rei tamen permanentis datur primum apud ipsum: propterea bene dať primum in quo. a. est sub noua forma: tale autem primum est primum non esse prioris formæ. itaq; idem est instans, quod est primum non esse ipsius. a. & primum esse: ipsius sub forma noua.


{ Sed quæres quomodo generatio est subitaria: utrum per hoc, quia aliquid nunc nō est, & immediate post hoc erit: an per hoc, quia in eodem instanti aliquid est, & non est. In commentarijs diximus quæ erant tunc dicenda: at nūc dicamus generationem esse momentariam, quia aliquid nunc primo est, & immediate ante hoc non erat. ergo nō dicitur momentaria, quia in eodem instanti res est, & nō est. Sed quia diuersimode exponendo, incipit & desinit, una res in eodem instanti incipit, & altera desinit. Incipit quidem forma, quæ facta est per positionem de præsenti, & remotionem de futuro: & prior forma desinit per negationem de præsenti, & positionem de præterito. ergo tam generatio ꝙ corruptio est momentaria: & ita in generatione omne, quod mutatum est ad aliquid, est in illo: similiter etiam in corruptione.

Adhuc autem sumentibus unamquamq; : idem etiam patebit. si quidem mutatum ipsum aut alicubi aut in eo ex quo mutatum est, aut in aliquo sit, necesse est. Nam cum id ex quo est mutatum: deseruit: atq; ipsum alicubi sit, necesse est: erit aut in hoc aut in alio. Siquidem igitur in alio ut in c: id quod mutatum est in b, rursus ex: c: ipso mutabitur in b, quando ipsi b, continuum non est. Mutatio enim continua est. Quare ipsum mutatum cum mutatū sit: mutabitur in illud, ad quod mutatum est. hoc autem impossibile est: igitur mutatum sit in eo ad quod mutatum est: necesse est.

{ Amplius autem & secundum unam quamq; accipientibus manifestum est. siquidem necesse est, qđ mutatum est, esse alicubi, aut ex quo mutatum est aut in aliquo. Quoniam enim ex quo mutatum ē, deficit: necesse est autē esse alicubi, aut in hoc, aut in alio erit. siquidem igitur in alio ut in ipso c: qđ in ipso b, mutatum est, iterum ex c: mutatur in b. non enim erit habitum ipsi b. Mutatio enim continua est. Quare quod mutatum est. quando mutatum est, mutatur, in quod mutatum est, hoc autē est impossibile. necesse est ergo, quod mutatū est, esse in hoc, ad quod mutatum est.

Margin notes (left): Rōso pria; Cōfutatio B; Secūa soso.; Soso auer.; RECO.; C; Dilucida. tex. c. 42.; D; ANTI.

B



Probauit in generatione atq; corruptione omne qđ mutatum est ad aliquid esse in illo. nunc uero in reliquis mutationibus idem ostendit, & hoc proponit, & inquit. adhuc autem sumentibus unamquāq; mutationem aliam à generatione idem etiam patebit, ꝙ uidelicet omne quod mutatum est ad aliquid sit in eo, ad quod mutatum est. Et arguit per impossibile sic. si quod mutatum est ad aliquid, non sit in illo: tunc aliquod esset mutatum ad aliquod, & mutaretur in illud. quod est impossibile. Deducit enthymema: sit mobile. m. quod sit mutatum in. b. aut igitur est in b. aut in termino è quo mutatum est ut in. a. aut in medio illorum ut in. c. non in. a. quia deseruit ipsum. a. igitur in. b. aut. c. si in. b. habetur intentum. si uero sit in. c. medio: cū. c. ipsum non sit immediatum ipsi. b. per ea quæ dixit. igiť adhuc restat mutari in. b. & erat motū in. b. igitur aliquod mouetur ad aliquid ad quod est motū, quod fuit impossibile.

Hæc ratio tribus modis cauillari pōt, aut dicendo ipsum m. mutatū nullibi esse: aut dicendo esse in. c. medio, qđ est immediatū. b. ipsi: aut dicendo mutationē non esse continuā, sed discretā. Hæc omnia confutans facit syllm per impossibile, & inquit. siquidē mutatū ipsum, utpote. m. aut alicubi, aut in eo ex quo mutatum est, aut in aliquo sit: necesse est: per hoc uoluit esse confutatū cauillū primū. dat impossibile subintelligendū uidelicet, ꝙ aliquod esset mutatū ad aliquod, & mutareť ad illud. inquit. nam cum id ex quo est mutatum deseruit, utpote. a. atq; ipsum alicubi sit: necesse est, ut cōtra cauillatorē sumpsit: erit aut in hoc utpote in. b. termino ad quem, aut in alio utpote in. c. medio. si quidem igitur in alio ut in. c. id quod mutatū est in. b. rursus ex. c. ipso mutabitur in. b. tunc confutans secundū cauillū. inquit. quando ipsi. b. continuū non sit per ea quæ dicta sunt. deinde confutans tertiū adiecit. mutatio. n. continua est, & ita cauilli oēs sunt confutati: tunc dat conclusionem, & inquit quare ipsum mutatū cum mutatū sit: mutabitur ad illud ad quod mutatū est. hoc destruit, & infert oppositū antecedētis. & inquit. hoc aūt impossibile est. igitur mutatū sit in eo ad quod mutatū est: necesse est. Hæc igitur est uis rōnis & expositio. Cōmentum. 42. perspicuum est.

Perspicuum igitur & genitum ipsum esse: cum genitum est, & corruptum non esse: cum corruptum est: uniuersaliter etenim de omni mutatione dictū est, & maxime perspicuum illud est in illa quę secūdum contradictionem est. Quod quidem igitur ipsum mutatum primū in aliquo, sit in illo: pspicuū.

{ Manifestum igitur est, & quod factum est, cum factum est, erit: & quod corruptum est, cum corruptum est, non erit. etenim uniuersaliter dictum est de omni mutatione. & maxime est manifestum in ea, quæ est secundum contradictionem. Quòd quidem igitur quod mutatum est, cum mutatum est primum: in illo est, manifestum est.

Infert duo, alterum de generatione: alterū de corruptiōe. de generatione. inquit. perspicuū igitur & genitum ipsum esse: tum cū genitum est, de corruptione inquit. & corruptū non esse tum cū corruptum est. probat enim per regulā generalem, quæ conuenit omnibus mutationibus: licet euidentius generationi, & epilogat, & textus patet. Cōmentum. 43. ēt perspicuū est. Dubitares primo, quia uideť ꝙ aliquod mutatum sit ad aliquod, & non sit in illo: nam. a. corpus potest esse mutatum ad calidum, & non esse in ca-

Margin notes (right): Expositio.; Syllsl. F; G; Dilucida. tex c. 43.; ANTI. H; Expositio. An gñatio fiat in instāti uel in aliqua mensura indiuisibili. Vide cano. q. 2. quinti h. Prima du. Pria ūi sig.

I lido, sed potius econtra calidum est in ipso. Respondet quidam quòd Aristote. sic intelligit. omne quod mutatum est ad aliquid: suscipit absolutam illius prædicationem, & ita est in illo, ut in prædicato.


Cõfutatio Sed hoc stare non potest: nam uolo q̃. a. sit frigidum & secundum dimidium sit mutatum in calidum: patet tunc. a. esse mutatum in calidum, & non absolute suscipere illius p̃dicationẽ. similiter de uirga, quæ s̃m dimidium arescerct.

Responsio propria Dici potest q̃ esse in multifariam dicitur: in proposito tamen pro esse sub alio ueluti sub forma, uel termino, & hoc modo. a. est sub calido ueluti subiectum sub forma.

Secũda du. Secundo ambigunt, quoniam anno superiori aliquis potest esse profectus in auianum, & tamen nunc non est in auiano. igitur aliquis mutatus est ad aliquod: in quo non est.

Responsio Themistius dedit responsum & Aristo. innuit. d. quod quidem igitur mutatum est primum in aliquo: sit in illo perspicuum. oportet igitur intelligere q̃ omne mutatũ ad aliquod nunc primo: est in illo: modo non nunc primo mutatum est in auianum: sed anno superiori.

K



Expositio Tertia du. Tertio dubitant moueatur siue mutetur. a. mobile ab ipso b. in. f. inter quæ medient. c. d. e. tunc uerum est dicere aliquando. a. erit in. c. & tamen non est mutatum in. c. quia tunc quiesceret in. c. ipso. igitur ab inesse ad mutatum esse non ualet ratio. Secundo: anima primo est in corpore, & tamen non mutata est in corpore.

Solutio Dicere alias solitus sum in plus esse ipsum inesse in aliquo: quàm ipsum mutatum in illud: ideo bene ualet. a. est mutatum in. c. igitur est in. c. sed econtra non ualet. a. est in. c. igitur mutatum est in. c. nã deus est in cœlo, & non est mutatum ad illud. Nec ualet. a. est primo nunc in. c. igitur est mutatum in. c. nam anima nunc primo est in corpore, & tamen non est mutata in corpus.


L Concedo tamen q̃ accipiẽdo esse in. ut dicit esse sub termino ad quem; bene ualet. a. est nunc primo in. c. uti in termino ad quem. igitur nunc primo mutatum est in. c. & cum dicitur: tunc quiesceret: nego consequentiam, quoniã est. a. in. c. uti in termino: non quidem in actu, sed potestate, & sic mutatũ est in. c. ẽt potestate, & non actu. Hęc satis.

Dilucida. tex. c. 44. Illud uero in quo primo: nunc, primum mutatũ est mutatum: indiuiduum sit: necesse est. dico autem primum quod non ex eo est tale, quia aliquid ipsius est primum tale. sit enim diuisibile illud. a. c. & diuidatur in. b. Si quidem igitur in. a. b. aut. b. c. rursus sit mutatum: non utiq; in. a. c. primo mutatum erit. Si uero in utroq; mutatur: (in utroque

Aut. p & M enim aut mutatum esse, aut mutari necesse est:) in toto etiam mutatu r, sed erat mutatum: eadem uero ratio erit, & si in hoc quidem mutatur: in illo uero mutatum sit. erit enim primo aliquid prius. quare non erit diuisibile primum illud in quo aliquid mutatum est.

ANTI. { In quo autem primo nũc primum mutatum est, {quod mutatum est, necesse est atomum esse. dico {autem primum, quod non quia alterum quid ip{sius primum est, tale est. sit enim diuisibile a. c. & di{uidatur secundum b, si quidem igitur in a. b. mu{tatum est, aut iterum in b. c; nõ utiq; in a. c, primo {mutatum erit. Si autem in utroq; mutatur, (neces{se est enim aut mutatũ esse, aut mutari in utroq;.) {utiq; in toto mutatur: sed erat mutatum. Eadem {autem ratio est, & si in hoc quidem mutatur, in {hoc autem mutatum est. erit enim aliquid primo {prius. quare non utiq; erit diuisibile, primum: in {quo mutatum est.

N



O

Expositio. De primo mutato persoluit unum problema, & habuit primam suppositionem: nunc de eodem soluit secundum problema & ponit secundam suppositionem uidelicet. illud in quo primo nunc primum ipsum mutatum est mutatum: indiuiduum sit necesse est. dicitur autem græce atomõ quod latine est tum indiuiduum; tum partibus carens, & id genus, & ita secundum siue problema siue suppositio est de mensura primi mutati. Animaduertendum ut ex Themistio colligi potest quòd primum potest esse ex parte mẽsurę, & ex parte mensurati, quod est ipsum mutatum. Illud dicitur esse primum ex parte mensurę: in quo aliquid est non ratione partis, ueluti si quid mutatum esse dicat̃ in die: quia mutatum est in aliquo illius diei, & ita primum opponitur hic contra secundum partem. ex parte mensurati siue mutati illud dicitur primum mutatum, quod etiam non ratione partis est mutatum: qua ratiõe non dicitur homo primo audire: primo gustare: primo uel olfacere, quoniam ratione sensoriorum hæc recipit, ut dicit Themistius. Aristo. igitur declarat hoc tam ex parte mensuræ, quàm ex parte mutati una declaratione. & inquit. dico autem primum quod non ex eo est tale: quia aliquid ipsius est primum tale.

Quare est dañ ultimũ mutatũ eẽ i motu: ex parte aũt principii non ẽ dare i quo primo aliquid sit mutatũ & an aliquo mõ sit ibi dare primo mutatũ esse. Vide Bgi t. 46. huius

P

Triplex. Animaduersione dignum quòd secundum peripateticos trifariam dicitur aliquid esse tale primum. uno quidẽ: quando in se includit causam præcisam qua est tale: qua ratione ut Themistius dicit triangulum primum habet duos rectos: non autem triangulum æquilaterum: nam triangulum includit per se causam præcisam duorum rectorum; quam non includit æquilaterum, nisi ratione trianguli. similiter homo primo est disciplinæ capax: non quia cuilibet parti hominis disciplinæ capacitas competat, sed uel quia homo præcisam causam illius affectionis includit; animam uidelicet. rationalem. Alio uero quando ipsummet seipso absolute: nec per partes nec per causæ inclusionem est tale. qua ratione unitati primo competit ratio mensuræ: non ratione partium: non ratione causæ inclusæ, sed propter se tantum. Tertio modo ut dictum est quando non ratione partis sine alia, ut cœpit Aristo. hic, quia igitur primum trifariam dicitur: ne sit contentio propter multiplicitatem exposuit quid uelit per primum hic.

Q

Instans p̃ns instans q̃d est præsens. Animaduersione etiam dignum quòd Arist. adiecit nunc, & uult quòd illud in quo nunc primo ipsum primum mutatum est: mutatum est indiuiduum. Nam ut sorticolæ fortasse inquiunt differt dicere instans præsens & instans quod est præsens. Aliquid enim potest fuisse in instanti præsenti ut rosa superiori anno in aliquo instanti præsenti fuit: non tamen potuit fuisse in instanti quod est præsens, quod ab Aristotel. dicitur nunc:

A nunc: dixit nunc igitur: quia aliquid esse non potest in quo primo, mutatum primum est mutatum, & non esse indiuiduū, quia posset non esse nunc, sed anno superiori. omne igit illud in quo per se primo aliquod primū mutatū nunc est mutatum: de necessitate est indiuiduum. Hæc est conclusionis expositio. Probat conclusionem per impossibile sic. illud in quo primum mutatum est mutatum aut est indiuiduum, aut diuiduum. si quidem indiuiduum: habetur propositum. Si uero diuiduum sit. a.c. & in puncto. b. diuidatur: ita ut fiant duæ partes: utpote. a.b, b.c. tunc quæro de ipso mutato primo, aut in utroque est mutatum, aut in utroq; mutatur, aut in altero mutatum est: in altero mutat, si in utroq; mutatum est: tunc nō primo mutatum est in toto, sed ratione partium. cum enim non possint simul esse: B erit prius in una parte q̃ in alia. igitur non in toto primo: si mutatur in utraq;. igitur mutatur in toto: sic enim dicitur aliquid in toto tempore mutari, quia mutatur in qualibet eius parte: hoc est contra positum, quia sumpsimus enim esse motum in toto. a.c. si uero detur esse mutatum in una & in altera mutari: tunc ut prius non primo erit mutatum in toto. pars enim cum sit prior toto: aliquid prius mutabitur in parte temporis. quàm in toto, & ita erit aliquid prius primo, quod est impossibile. oportet dicere igitur id in quo aliquod primo nunc primū est mutatum, esse indiuiduum.

Probatio

Cō. 44.

Cum declarauit. Hoc commentum patet: uerum addens ad rationem Aristo. facit illam quadrimembrem sic. si illud in quo primo aliquid mutatum est, primo nunc sit diuiduū: aut igitur mutatum ipsum in qualibet illius parte mutatum est, aut in qualibet mutatur, aut in una mutatur: in alia mutatum est, aut in utraq; quiescit. si in utraq; mutatum est: tunc non primo mutatum est in toto, quia pars est prior toto. unde quod mutatum est in parte alicuius: prius mutatū est q̃ quod mutatum est in toto. & sic esset aliquod prius primo. si in qualibet mutatur: tunc non primo mutatū est. nihil enim simul mutatum est cum mutatur. Similiter nec C dici potest q in uno mutetur: in alio sit mutatum p er idem: nec q in qualibet quiescat: ait tamen quartum hoc mēbrū esse derelictum, quia est manifestum, quia in principio libri usus est illo. Sed dices quomodo ualet. est mutatum in qualibet parte. igitur non primo in toto, quia pars est prior toto, hoc uidetur falsum, quia primum dicitur quod secundum se & quodlibet sui est tale. igitur si in qualibet parte mutatum est in toto primo mutatum est. secundo pars nō est prior toto, quoniam in eodem instanti est caput & totum. igitur non prius pars erit ipso toto: immo fortasse ecōtra, totum est prius parte. Dici potest q in successiuis semper pars est prior toto, quoniam omne successiuum est per partem post partem. Tunc patet solutio ad primum q licet in utroq; sit tale non primo erit tale, quia prius in parte q̃ in toto, quia successiuum illud est. per idem ad secundū. licet enim pars & totum sint simul tempore in permanentibus: secus esset in successiuis.

Dubitatio

Solutio

D { In commentarijs multa diximus, & quidem bene: at nūc { uidetur mihi, q hæc est secunda suppositio, & q debet sic { intelligi: illud nunc in quo primo primum mutatum est { mutatum, est indiuisibile. hæc. n. suppositio differt ab ipsa { prima, quia illa fuit de omni moto. dictum est. n. omne { quod mutatum ad aliquid, cum est nunc primo mutatum { ad illud, est in illo: hæc uero est de primo mutato. est. n. sensus { illud nunc, in quo primum mutatum est primo mutatum, { est indiuisibile. & per primum mutatum intelligit, ut { in cōmentarijs est expositū, illud. s. quod non per alteram { partē sine altera est mutatū: alij intelligunt per primū mu { tatū, minimū mutatum: sed de hoc postea. dixit aūt in quo { primo primū mutatū est mutatū, quia fieri pōt, ut primū { mutatum sit mutatum in aliquo, non primo. & sic illud { poterit esse diuisibile, ut Themistius exponit.

Patet igitur q & corruptum & generatū in indiuiduo est hoc quidē corrūpi: illud uero generari. { Manifestū igitur quia, & quod corruptum est, & { quod factum est, in atomo hoc quidem corruptū, E { hoc autem factum est.

Ex ijs infert Arist. tam corruptum quàm genitum in indiuiduo corrumpi & generari patet illatio per rationem tactam. per eiusmodi illationem soluit Themistius sophisma: quo Xenocrates in libro de morte probabat nihil emori posse. Arguebat enim, aut moriens moritur cum iam in morte est, aut cum in uita foret. si cum in uita foret: eodem tempore uiuet & mortuus erit. si cum iam erat in morte: morietur igitur, qui iam si mortuus. si neutro tempore. non igitur est mortuus. Respōdet Themistius per dictum Aristo. esse mortuum quando moritur: sicut est genitum quando generatur, quoniam non in tempore moritur quicquā, sed in termino & confinio temporis.

Captiūcula Xenocratis

Ista demonstratio. Primo uerificat Auerroes in quibus demonstratio dicta habet locum, & uult q habeat locum solum in his quæ sunt diuisibilia siue in gradu: siue in quanto: in transmutatione indiuisibili, ut generatio & corruptio F sunt: demonstratio locum non habet, quoniam eiusmodi non ratione mensuræ indiuiduæ sunt, sed ratione formæ in qua generatio terminatur. est enim forma indiuisibilis, & ita apud Auerroem primum mutatum esse in indiuiduo intelligitur ubi est dare primum & ultimum: quale non est in generatione quæ est tota simul. totum fundamentum est quia Aristote. loquitur de primo, & primum dicitur respectu ultimi. igitur in habentibus primum & ultimum: & p consequens in rebus diuisibilibus, & per successionem transmutabilibus.

Com. 45.

Et non intendit. Remouet dubium contra se, quia Arist. ex dictis infert idem in generatione & corruptione. Respondet q hæc illatio non sequitur ex nunc dictis, sed ex dictis iam: ubi sumpsit huiusmodi esse indiuisibiles, quia sunt transmutationum fines, quia finis uult esse indiuisibilis. ideo per transmutationem in textu Aristo. intelligit nō generationem, sed alterationem: cuius finis est generatio. G

Et non est. Posset quis dicere: adhuc generatio est trāsmutatio, quia una transmutatio potest esse alterius finis. igitur est diuidua. Respondet quòd non potest dici quòd sit trāsmutatio diuisibilis sequens transmutationem: nam forma genita non diuiditur secundum magis & minus in substantia, quia homo non dicitur magis uel minus homo: sicut albedo magis uel minus albedo. qua ratione concludit generationem non esse motum, sed finem motus.

Et ideo. Tunc infert sensum literæ cum Aristote. ait. illud in quo primo est transmutatio est indiuiduum, quòd tale indiuiduum intelligit formam, & ita Auerroes intelligit: non de mensura sed de termino, & hæc est quasi secunda expositio. si enim intelligitur de mensura: excluduntur generatio & corruptio. si de termino: tunc includuntur ambę. nam terminus est minima forma substantialis.

Et dixit hoc. Contra secūdam expositionem quis arguet: per rationem primæ expositionis Aristo. loquitur ubi est dare primum. igitur ubi est dare ultimum. igitur in rebus diuisibilibus. Respōdet quòd per primum intelligit principium, quod non dicit habitudinem ad finem, & si utatur H uerbo primum: illud est in lingua eorum. habes igit duas expositiones. potest enim dictum philosophi intelligi: uidelicet, illud in quo aliquid primo mutatum est: est indiuiduum: mensuram, ut exponit Themistius: & terminum, ut exponit secundo Auerroes. de mensura quidem, quia illud instans & non tempus, & tunc oportet excludere generationem & corruptionem, quæ licet sint in instanti: tamen non habent primum: cum non habeant ultimum, de termino uero, quia si est transmutatio in substantia: illa terminatur primo ad formam minimam.

Cōfutatio expōnis Auer.

Sed istæ expositiones uidentur falsæ: prima quidem, quia excludit generationem & corruptionem: quibus competit maxime esse in mensura indiuidua: nec ratio sua ualet, quia in generatione est dare primum finem, & medium, saltem dispositiue, & hoc satis est pro dicto Aristotelis. Secunda uero, quia excludit alterationem, & motum

An successio inueniatur in gñonibus substantiarum Vide can. q. 2. quinti h° artic. 3

I auctionis, & lationem: nam sola forma substantialis est indiuidua aut secundum gradum, ut uolunt quidam, aut secũdum realem separationem partis à parte, ut uolũt alij. Nec ualet dicere, ut rudes aiunt, ꝙ auctio terminetur ad lineam uel superficiem, quæ aliquo modo sunt indiuisibiles: alteratio ad gradum indiuisibilem: latio ad superficiem indiuisibilem, hæc enim sunt deliramenta. auctio enim terminatur ad maiorem quantitatem, quæ extensione est diuidua: alteratio ad qualitatem, quæ gradualiter est diuidua latio ad locum, qui continentia est diuiduus. igitur Auer. excludit omnia alia. propterea pace sua dixerim melius litera legat, ut Themistius, & alij legunt. Si uis respondere pro Auerroe: potest fieri, sed tu considera.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem

Dicitur aũt illud in quo primo aliquid mutatum est bifariam. uno quidem modo illud in quo ipsa K mutatio finita est. tunc enim uerum est dicere illud esse mutatum. Altero uero id in quo primo mutari cœpit.

ANTI. Mutatum scdm finẽ, mutatum secundum principiũ.

{ Dicitur aũt in quo primo est mutatũ, dupliciter. { Aliud quidem, in quo primo perfecta est mutatio. { (tunc. n. uerum est dicere, quoniã est mutatum.) { Aliud uero, in quo primo cœpit mutari.

Expositio.

Supposuit secundo Aristote. omne primum mutatum esse in indiuiduo tẽporis, hoc est in instanti esse. nũc uult secundo quærere an primũ istud mutatum esse detur: sitq; designabile affirmatiue ad digitum. & qm̃ primum mutatum esse bifariam dicitur, & est æquiuocum, prædistinguit illud ut problema confusionem non habeat, & uult primũ mutatum esse. Vno modo sumi pro fine totius mutationis: L in quo uerum est dicere nunc primo. a. mutabile mutatum est complete & perfecte, & ante hoc non erat perfecte mutatum. hoc quoq; à nonnullis dicitur mutatum esse actu: à Themistio uero conuersum esse. A sorticolis primum esse rei genitæ, & primum non esse rei corruptæ. uerbi causa, si à. ignis corrumpatur in b, aquã: mutatum esse ipsius à, est primum esse aquæ, & primum non esse ignis. Altero uero modo primum mutatum id dicitur: in quo primo mutari cœpit, quod affirmatiue sic exponitur à sorticolis à. nũc est mutatum, & immediate ante hoc non fuit mutatum. igitur nunc primo est mutatum primum mutatum hoc modo expositor appellat primam mutationis partem: sorticolę primum instans esse motus. Auerroes appellauit primum mutatum esse in potentia: in quo mutabile non quiescit aut desinit mutari, sed in quo potest quiescere, aut desinere mutari. Hæc est distinctio supponẽda pro decisione ꝓblematis.

RECO. { Hæc distinctio optime in commentarijs patet: potest { tamen aliter exponi, licet in idem uergat, ꝙ duplex est mu{ tatum esse, alterum secundum finem. & hoc est, cum mo{ bile ipsum, completum actum consecutum est. dicitur. n. { aliquid mutatum esse secundum finem ab ipso momento { finiente motum, ut cum alicui aderit nunc totum motum { finiens: ipsum dicitur secundum finem esse mutatum. nam { ei respondet ultimum instans, ut ita loquar, temporis mo- M { tus, ueluti à puncto totam lineam finiente dicitur aliquid { secundum finem terminatum. Alterum dicitur mutatum { esse secũdum principium. & hoc erit, cum mobile aliquid { motus consecutum est, & aliquid restat acquirendum. di{ citur autem tale à momento continuante partes motus, { quod est alterius principium, & alterius finis huic autem { respondet instans continuans partes temporis, ut etiam { motui respondet tempus. ergo mutatum esse duplex est, al{ terum secundum finem, & huic respondet ultimum instãs { temporis, quo motus ipse mensuratur. Alterum secũdum { principium, & huic respondet instans continuans partes { motus. Sed contra, quia datur momentum inicians motũ { respondens primo instanti temporis quo totus motus mẽ{ suratur. ergo diuisio in sufficiens. dicendum Aristotelem { tale momentum, à quo motus incipit, nihil dici mutatum { esse: nam aliquid dicitur mutatum esse, cum aliquid mo- N { tus habet, quo recessit à termino unde motus. Aristoteles { ergo distinxit mutatum esse à momento motum sequẽte.

Dilucida. tex. c. 46.

Id quidẽ igit̃ quod secundũ mutationis finẽ primũ dicimus, & existit & est. Nã ut finiat̃, & ut mutationis finis habeat̃: mutatio ipsa fit: quod iam & ostensum est indiuiduum esse propterea, quia est ultimum.

ANTI. ὄν esse ens

{ Quod secundũ quidẽ igitur finẽ mutationis pri{ mũ dicimus, & existit, & est. contingit. n. perfici mu{ tationem, & est mutationis finis, quod iam & osten{ sum est indiuisibile esse: propterea, quia finis est.

Expositio.

Præmissa distinctione: soluit problema & uult primo ꝙ accipiendo primum mutatum esse pro fine in quo mutabi- O le cessat à mutatiõe, hoc est pro primo esse rei genitę, quod ẽ primũ non esse rei corrumpendæ: tale primum mutatũ est. aliter mutatio non finiretur: nec mutationis finis haberetur. Inquit. Id quidem igitur quod secundum mutationis finem primum dicimus, & existit & est: replicauit & existit & est, ut daret intelligere ꝙ uere est tale primum: subdit rationem. & inquit. nam ut finiatur & ut mutationis finis tandem sit & habeatur: mutatio ipsa fit. quale autem sit hoc primum subscribit quod iam & ostensum est indiuiduum esse: propterea quia est totius mutationis ultimum. Ignari penitus philosophiæ credunt ꝙ tale primum in actu genitæ aquæ sit ultimum in actu ignis corrupti, & ita uolunt ꝙ idem sit primum generandæ rei: & ultimum corruptæ rei. & hoc propter uerbum Aristo. qui ait hoc esse ultimũ.

Expositio falsa.

Cõfutatio

Sed isti delirant. nam si idem erit ultimum rei corrumpẽ- P dæ & primum rei generandæ: tunc in eodem indiuiduo tẽporis: hoc est in instanti duæ formæ contrariæ essent in materia. Sit enim illud quod est ultimum præcedentis à, primum sequentis. tunc in à, ignis erit, quia ultimum illius, & à, aqua erit, quia eius primum. igitur in eodem instanti duæ formæ contrariæ in materia. Ideo per ultimum Arist. intelligit finem: græce enim est peras. Modo primum mutatum esse utpote primum esse aquæ dicitur finis ignis per exclusionem hoc modo, quia in hoc nõ est ignis & in toto tempore immediato continuato ad hoc ignis erat, & sic intelligit Aristoteles.

Quod non detur primũ p. affirmationẽ probat primo ex pte tpis

Id uero quod secũdum principium dicimus: omnino non est. non enim mutationis est principium: neq; id temporis in quo primo aliquid mutatur. sit enim tale primum. a. d. hoc quoq; indiuiduum quidem non erit iam. nam ipsa nunc attigua sint accidit. præterea si in. c. a. tempore omni quiescit (sumatur quidem quiescere) in. a. etiam quiescet: quare si impartibile erit. a. d. simul aliquid quiescit & motum erit. nam in. a. quidem quiescit. in. d. uero mutatum est. Cum autem non sit impartibile: necesse est diuisibile esse. atq; id in cuius quauis parte mutatum esse. Diuiso enim. a. d. si quidẽ in neutra parte mutatum est: neq; in toto erit mutatum. Tex. c. 47 Si uero in utraq; mutatur: in toto quoq; mutat̃. Q Quod si in altera mutatum est: non in toto primo mutatum est. quare in quacunq; mutatum sit: necesse est. perspicuum igitur nõ esse id in quo quippiam primo mutatum est: quippe cum diuisiones sint infinitæ.


ANTI.

{ Quod autem secundum principium est, omnino { non est. non enim est principium mutationis: neq; { in quo primo temporis aliquid mutabitur. Sit enĩ { primum in quo est. a. d. hoc quidem iam & indiui{ sibile non est. accidet enim habita esse ipsa núc. Am{ plius autem si in. c. a. tẽpore omnino aliquid quie{scit

A scit (ponatur enim quiescens) & in.a.quiescit. quare si impartibile est.a.d.simul quiescit & mutatum erit. In.a.quidem enim quiescit, in.d. autem mutatum est. Quoniam autem non est impartibile: necesse est diuisibile esse, & in quolibet huius mutatum esse. diuiso enim ipso.a.d. si quidē in neutro mutatum est: neq; in toto. si autem in utrisq; mutatur, & in omni. si uero in altero mutatum est: nō in toto primo: quare necesse est in quolibet mutatum esse. Manifestum igitur est, quoniam non est, in quo primo mutatum est. infinitę enim diuisiones sunt.

Tex 48.

B



C

Expositio. An si i nūc tpis primo mutatū eē ipsa nūc se hēt conse-quenter. Vide Egi. hic.

Hic textus est una ratio quæ procedit per syllogismū diuisiuum: cui primo ponit conclusionem. & inquit. id uero quod secundum principium dicimus primum affirmatiue. uidelicet, ꝙ nunc sit digito monstratum: illum dico omnino non est. breuibus rationem innuit: non enim mutatiōis est principium, quod quasi exponēs subdit neq; id tpis in quo primo aliquid mutatur hoc est affirmatiue exponendo primum. hæc est breuis ratio, quā deinde deducit longius: ita ut petamus aut tale primum in quo aliquod primo mutatum est, diuisibile aut indiuisibile est. Quod non sit indiuisibile arguo. & primo per casum ꝙ aliquod mutabile cōtinuo ante hoc quiescebat: cum istud sit primum in quo est mutatum esse: uel igitur istudmet est ultimum quieti esse, uel aliud est instans quieti esse, & mutati esse. si aliud: cum per casum continuo ante hoc quieuit. igitur in alio instanti: uel igitur hæc sunt mediata uel immediata. non mediata, quia in tempore medio non quieuit contra casum. si immediata. igiṫ ipsa nunc attigua erunt contra ea quæ dicta sunt. si uero idem est instans quod est ultimum quieti esse: & primum mutati esse: tunc cum istud sit ultimum quieti esse: in hoc erit quiescens: aliter non esset ultimum in quo sic. & istud est primum mutati esse: igitur in hoc est mutatio: aliter non esset primum in quo sic. Quare tale primū in quo aliquid primo mutatum est non esset indiuiduum: neq; pōt eē diuisibile propter rōnē factam in proximo problemate, quā ad uerbum repetit. Animaduersione dignum ꝙ ultimum affirmatiue est illud in quo res est, & immedtate post non erit. negatiue uero in quo non est, & immediate ante erat. Aristote. igitur (ut diximus) probat non dari primum neq; ultimum affirmatiue, & ad hoc uadit ratio sua. nā idē esse instans esse & ultimum negatiue quod uocatur primū non esse: non est impossibile. bene igitur Aristot. sumpsit si idem est primum motus & ultimum quietis: tunc in eodē esset motus & quies. Inquit. sit enim tale primum.a.d. uel tale est indiuiduum uel diuiduum: hoc quoq; indiuiduum quidem non erit iam: quia uel in eodem erit ultimū quietis uel in huic proximo. non in proximo: nam ipsa nunc attigua sint: accidit, ut fuit deductum. ꝙ uero non sit idē primū & ultimum declarat. præterea. si in.c.a. tempore continuato usq; ad hoc primum omni quiescit: (sumatur quidē dico quiescere) si in quā in illo toto quiescit: cum.a. sit ultimū affirmatiue: in.a. et quiescet. quare si impartibile erit.a.d. simul aliquid quiescit & motum erit. nam in.a. quidem quiescit, quia est ultimum quod sic quietis. in.d. uero mutatum est, quia primum quod sic motus. deinde probat ꝙ non sit illud diuisibile, & repetit rōnem proximi problematis, & sermo eius patet. Hæc est huius loci interpretatio.

An instans sit sub. uel accidens. Vide can. q.6. quarti huius arti. 3 & multa ibi.

D

An si esset dare primā mutatū e ssequeretur ꝙ idē moueret & quiesceret. Vide Egi. hic.

B

Cum declarauit. Debes scire ꝙ Auerroes utiṫ hac distinctione. principium siue primum in motu est duplex in potentia. & est primum instans: in quo motus est: non tamen dum completus: sed in finem tendens, quod sorticolæ uocant primum instans esse motus: siue prima pars motus affirmatiue. Aliud est principium motus in actu, & est quando motus factus est in termino ad quem, hoc est in acquisito esse, quod sorticolæ uocant primum in quo desinit, aut primum non esse formæ pręcedentis: quod quia est primū esse formæ sequentis, diciṫ primum actu apud Auerroem. tunc Auerroes supponit ꝙ oē quod est in indiuisibili cessat & in eo simul est factum. tunc arguit. si datur primum trāsmutationis instans: tunc transmutatum est. igitur aut non erit transmutatio: aut erit ex indiuisibilibus. Com. 46.

F

Et expositores. Dubitabant græci, quoniam in problemate proximo Arist. probauit omne primum esse in diuisibili, & per consequens habet ꝙ sit à tertio adiacente ad secundum. nunc uero ait ipsum nihil esse omnino. Respondet Auer. ꝙ Arist. uult non esse principium motus in actu: sed non negat quin sit primum in potentia. hanc quæstionem Alexander nesciens soluere: transmisit eam ad tēpus. Animaduerte tamen ꝙ aliter in principio cōmenti accepit Auer. primum in potentia: aliter in solutione argumenti expositorum. in principio enim accepit per affirmationem: in solutione aūt per negationem. Dici ēt potest ꝙ supra locutus est hypotheticè ꝙ si primum in motu sit: illud est indiuisibile. nunc loquitur categoricè, ꝙ non est primū in motu acceptū in principio, sed bene primum acceptū in fine.

G

Expositores autem. Dubitant secundo argumento Theophrasti: quomodo motus habet finem, & non habet principium. Respondet Auerroes ꝙ sunt decepti. Respōsio hęc non declaratur hic.

Et hoc manifestum est. Declarat nunc quō sunt decepti, & est declaratio Themistij, & uult illos esse deceptos, quia finis est res permanens: propterea in actu & pōt demōstrari, ut per exempla declarat. principium uero motus (cū sit motus & nullum instans permanet, sed raptim transit.) iō non dicitur in actu, sed in potentia.

Et causa. Reddit causam sol. Dictum est ꝙ motus principium demonstrari non pōt, quia illud est motus. motus aūt & tempus non habent situm, hoc est nōn permanēt, qa uero finis est res permanens: ideo demonstrari pōt, qua rōne in actu esse dicitur. Sed dubitabis: nam si principiū motus est in potentia. igiṫ aliquando erit in actu: aliter potentia erit ociosa. Secūdo rei in actu principium debet esse in actu, sed motus est actus quidam mobilis: ut dicitur. 3. huius. Dici pōt ad primum ꝙ illud principium aliqñ erit in actu, ut in fine motus ubi cessat mutabile mutari, & hoc satis est. Ad secundum concedo ꝙ illud principium est, ut esse in actu distinguitur contra nihil: non aūt in actu, ut est esse permanens distinctum contra esse in potentia. reliquū commenti & cōmentum. 47. patent. H

Ratio hæc est breuis, per quā probat non dari primū mutatū est secundū principium per affirmationē, & primo ex parte tēporis, nā si detur primū in motu secūdū principiū, uel est indiuisibile: uel diuisibile. non indiuisibile, quia tūc in illo eodē indiuisibile idem esset quiescens, & mutatum, ut ex commentarijs patet. si naūt sit diuisibile, contra, quia uel in quolibet illius: est mutatum, uel in neutro est mutatum: uel in utrisq; mutatur: uel in altero tantum est mutatum. si in quolibet est mutatum: tunc illud non erit primū

{ in quo primo aliquid est mutatum, quia in parte prius erit mutatū ꝙ in toto. si in utrisq; mutaṫ, & in omni mutatur. & ita illud non est primum, in quo aliquid est mutatum. Si uero in altero mutatum est, & in altero mutatur, nō erit in toto illo aliquid primo mutatum. Ex his concludit, & inquit, manifestum igitur est, quoniam non est dare aliquid temporis, in quo aliquid dicatur primo esse mutatum, quia quouis temporis dato, eius infinitæ diuisiones sunt: & ita non erit mutatum, quin ante illud sit aliud mutatum, & sic in infinitum. Animaduertendum primū mutatum esse aliquid motus, quo aliquid mobile secundum primum dicitur mutatum esse; uolens ergo Aristoteles probare non dari primum mutatum in motu, quo mobile dicatur primo esse mutatum secundum primum; probat non dari aliquid temporis, in quo aliquid dicitur esse primo mutatum secundum principium: natura illud temporis, quod daretur, esset aut indiuisibile, aut diuisibile, & cū neutrum esse possit, non erit dabile. quare ex parte tempo ris patet non dari primum mutatū esse secūdū principiū.

K


Dilucida. tex. c. 48. Secūdo ex parte rei ꝙ mouetur.

Neq; itaq; ipsius mutari aliquid erit primū quod sit mutatum. Sic enim. d. z. primum mutatum eius quod est. d. e. nam omne quod mutatur ostensum est esse diuisibile. Sit uero tempus in quo ipsum. d. z. mutatum est. t. i. si igitur in toto illo ipsum. d. z. est mutatum: in dimidio minus erit mutatum: & prius ipso. d. z. Et isto rursus aliud prius, & illo aliud: atq; sic semper. Quare ipsius mutati non erit aliquod primum quod sit mutatum.

ANTI.


{ Neq; itaq; eius, quod mutatum est, aliquid primum est, quod mutatum est, sit enim. d. z. quod primo mutatum est ipsius. d. e. omne enim diuisibile esse demonstratum est, quod mutatur. Tempus autem in. d. z. mutatum est, sit in quo est. t. i. Si ergo in omni ipsum. d. z. mutatum est, in medio minus mutatum est, & prius ipso. d. z. & iterum hoc aliud, & illo alterum, & sic semper. quare nihil erit primum mutati, quod mutatum est.

L



M

Tempus.



T I

Quòd non sit dare primum in motu ex parte temporis ꝑ hæc quæ dixit modo, patet, nunc quod neque prima pars moti. unde Themistius sic inducit: non solum uero primū temporis assignari atq; afferri non potest: in quo res moueri conuertiq; cœperit: sed neq; ipsius rei quæ mouetur & conuertitur assignari prima pars potest, quæ sit mota primum atq; conuersa. huius ratio est ut breuibus innuit Themistius, quia potest corpus omne ad exemplum temporis diuidi semper. rationem hanc Aristo. in terminis ponit: & primo sumit cōclusionem, & inquit. Neq; itaq; ipsius mutati aliquid erit primum quod sit mutatum. uerbi causa. si lignum est calefaciendum ab igne: non est assignare primā ligni partem alteratam. hanc probat & petit duo. primum quod ipsius ligni quod dicebatur: d. e. prima pars eius alterata sit. d. z. nec potes fugere: & dicere lignum non esse diuisibile, quia demonstratum est ipsum esse diuisibile; ꝑ hoc ꝙ omne mutabile est diuisibile. inquit. sit. d. z. primū mutatum siue prima pars mutata eius ligni: quod est. d. e. nam quod mutatur, ostensum est esse diuisibile. Secunda suppositio est ꝙ tēpus in quo illa pars ligni prima calefacta est: sit. t. i. inquit. sit uero tempus in quo ipsum. d. z. ligni pars mutatum est. t. i. tunc arguo in toto. t. i. tempore pars ligni est calefacta: igitur in dimidio illius, erit dimidiū illius partis calefactum, & sic de aliis. quare non erit primum. Inquit. Si igitur in toto illo tempore. t. i. ipsum. d. z. pars ligni est mutatum: in dimidio minus erit mutatum: & prius ipso. d. z. quoniā in successiuis pars prior est toto, & isto rursus aliud prius, & illo aliud: atq; sic semper. Quare ipsius mutati non erit aliquod primum quod sit mutatum. Sed circa hæc est dubitatio quo ad conclusionem & quo ad rationem nunc tactam. Quo quidem ad conclusionem arguit Theophrastus. motus alicuius est assignare finem. igitur & principium. tenet consequentia: quia hæc mutuo se recipiunt primo cœli. Secundo arguit: quia tunc aliqua res esset clausa & finita, & non nisi altero extremo tantum: ut si ambulationis & nauigationis finis extaret, non extaret principium: item ut si posset reddi quando equus desierit currere: quando calcem attigerit, & non quando cœperit, quando sit missus, quæ sunt præter communem hominum sensum. Respondet Themistius à quo accepit Auerro. ꝙ Aristo. non uult principium omnino non esse motus, sed principium afferri & designari non posse. Contra. arguit ipse, quia ut potest demonstrari finis, quia indiuisibilis est: etiam potest monstrari principium, quia diuisibile: finis q̄dem sua indiuisibilitate: principium sua diuisibilitate. Secundo principium & finis sunt eiusdem rationis. ut enim punctus finis est lineæ: ita punctus principium est eiusdē. Tertio principium motus non est motus. igitur est indiuisibile quoddam: & per consequēs poterit assignari ut finis. Propter hæc Themistius, & optime uult ꝙ principium & finis possunt capi dupliciter, uno modo secūdum eandem rationem ut principium motus pro prima parte motus, siue pro primo motu, & finis pro ultima parte motus, & pro ultimo motu, & hac ratione nec est dare primum motum nec ultimum, quoniam nec temporis, nec magnitudinis, nec moti potest dari prima aut ultima pars: cum sint in infinitum sectilia. Alio modo potest capi principium pro indiuisibili in tempore: è quo motus incipit, non in quo motus incipit: & finis pro indiuisibili ad quod motus desinit: non in quo motus desinit, & hæc dicuntur principium & finis exclusiue, aut ut sorticolæ principium & finis negatiue: qua ratione concedunt ipsi & Themi. dari principium & finem motus: principium quidem ad hunc sensum, ꝙ in hoc instanti quod est præsens non sit motus, sed bene immediate post hoc. finem uero eodem modo sic, ꝙ in hoc nō sit, & immediate ante hoc fuit. igitur est finis per exclusionem: quem sorticolæ appellant primum non esse. Tunc uult ꝙ Aristo. in toto hoc processu loquatur de fine & principio secundum diuersam rationem, quoniam nihil aliud uoluerit quòd non sit dare principium motus hoc est primum motum: bene finem indiuisibilem, qui est finis per exclusionem. de principio autem per exclusionem nō negat: quia licet non dicat in principio: in processu tamen innuit. Hæc de conclusione dicta sunt è Themistio. Sed recentiores dubitant de ratione Aristo. quia supponit unum falsum quòd prius mutetur pars quàm totum: hoc uidetur falsum, quia æque cito mouetur aliqua pars continui & totum: igitur non prius pars quàm totum.

N

O

Dubōnes Prima du. Prima rō

Secūda rō

Expositio Themi.

Replica. i.

Secunda.

P Tertia.

Expō the.

Q

Ad summ

Secūda du. Vide Egi hic.


A Expositio prima S.Tho.hic Cõfutatio Expositor, a quo acceperunt omnes: intelligit partẽ prius mutari quàm totum respectu spatij, non autem respectu ipsius mobilis. Sed hæc responsio sic intellecta uidetur dubia. Si enim pars respectu spatij prius mutari potest quàm totum: tunc pars posset moueri respectu spatij, & totum quiescere respectu spatij, quod nullus potest intelligere. Propter hæc uidetur mihi quod sensus Aris. est uerus: licet propositio ipsa ut termini sic significant, sit falsa. erit igitur sensus quod omne quod mutatur citius & prius mutatur ab agente: aut spatio secundum partem propinquam quàm secũdm partem remotam. & hoc uult dicere citius pars quàm totũ, hoc est prius pars propinqua quàm remotior ab agente uel a puncto spatij: & per hoc Aristo. habet propositum suum. Commentum 48. huic correspondens patet.

Expositio propria.

Dilucida. tex.c. 49 Tertio ex parte termini.

Quod quidem igitur neque mutati, neque ipsius têporis in quo aliquid mutatur, primum sit: ex hisce quæ dicta sunt, constat. Verum ipsum quod B uel mutatur, uel est id quo aliquid mutatur: non eodem modo se habebit. Tria nanque sunt, quæ in mutatione ipsa dicuntur, & id quod mutatur, & id in quo, atque id quo mutatur, ut homo, tempus, & album. Homo quidem igitur & ipsum tempus diuisibiles sunt. Sed de albo est alia ratio, cum sint omnia per accidens diuisibilia: nam id cui qualitas aut album accidit: illud diuisibile est. Quoniã quęcunque per se, & non per accidens diuisibilia dicuntur: his nullum erit primum, quales sunt magnitudines ipse. Sit enim a.b. magnitudo, & moueatur ex b. in c. primum igitur si indiuisibile erit b.c. impartibile impartibili attiguum erit. Si uero C diuisibile, aliquid erit ipso c. prius: in quo d. mutatum est: & illo rursus aliud: & sic semper, quia nunquam diuisio ipsa deficit. simili modo & in quãto ipso se habet mutatio: nam & hæc in continuo est. perspicuum igitur quòd immutationum ea sola, quæ est in qualitate, contingit indiuisibile per se esse.

D



ANTI. Quod quidem igitur neque mutati, quod mutatur, neque temporis, in quo mutatur, primũ fit: manifestum est ex his, quæ prius dicta sunt. Ipsum autem quod mutatur, aut secundum quod mutatur, non etiam similiter se habebit. Tria náque sunt, quæ dicuntur secundum mutationem, & quod mutatur, & in quo, & secundum quod mutatur: ut homo, tempus, & album. homo quidem igitur, & tempus diuisibilia sunt. de albo autem alia ratio est: propter id quod secundum accidens omnia diuisiblia sunt. cui enim accidit album, aut quale: illud diuisibile est. Quoniam quæcunque diuiduntur se B cundum se ipsa diuisibilia, & non secundum accidens: neque in his erit primum, ut in magnitudinibus. sit enim in quo est a.b. magnitudo, & moueatur ex b. in c. primum igitur siquidem indiuisibile est b.c. impartibile impartibili erit coniunctum. si uero diuisibile: erit aliquid in ipso c. prius, in quo mutatum est, & illo iterum aliud. & sic semper, propter id, quod nullo modo deficit diuisio. Quare non est primum, in quo mutatum est, similiter autem & in quantitatis mutatione. etenim hæc in continuo est. Manifestum igitur est, quod in sola mutatione, quæ est secundum qualitatẽ contingit indiuisibile per se esse.

F Expositio. Epilogat circa declarata. & inquit. Quod quidem igitur neque mutati: neque ipsius temporis in quo aliquid mutatur primum sit: ex his quæ dicta sunt constat. Deinde ostendit quod non datur prima pars termini ad quem in ipsa mutatione. uerbi causa: si lignum calefit: nõ datur prima pars caliditatis inducta in prima ligni parte. Ad hoc demonstrandum sumit primo quod omnis terminus ad quem mutationis est diuisibilis, non tamen eadem ratione, quoniã terminus ad quem in alteratione est diuisibilis per accidens, in auctione & latione termini per se sunt diuisibiles. inquit. uerum ipsumquod uel mutatũ hoc est acquiritur per mutationem: uel est id ad quod uel quo aliquid mutatur: non eodem modo se habebit. Sumit secundo quod in mutatione tria sunt uidelicet tempus, subiectum siue mobile, & terminus ad quem prætermittit spatium, quia uel cum termino uel cum mobili ipso intelligitur. inquit. Tria nãque sunt quæ in mutatione ipsa dicuntur, & id quod mutatur, & id in quo, & id quo mutatur. ut homo quod mutatur, tempus in quo mutatur, & album quo mutatur. Sumit tertio quod tẽpus & subiectum sunt per se diuisibilia. album uero per accidens ratione subiecti in quo est. inquit. homo quidem igitur & tempus diuisibiles. sed de albo est alia ratio, cum ipsum album & omnia alia eiusdem generis sint per accidens diuisibilia, quoniam id cui album aut qualitas accidit, est per se diuisibile. His acceptis arguit, in rebus per se diuisibilibus, non est dare primum, in indiuisibilibus per se: diuisibilibus per accidens minime est dare primũ. Sed omnis terminus ad quem est per se uel per accidens propter subiectum diuisibilis. igitur illius nõ erit dare primũ. at quod subiectum sit per se diuisibile proponit. & inquit. quoniam quæcunque per se & non per accidens diuisibilia dicuntur, his nullum erit primum: quales sunt magnitudines ipsæ, & declarat signanter de mobili quod sit id cuius prima pars mota non detur, quia in omnibus per idem declarari potest, & ratio est hæc, si datur prima pars mobilis mutata uerbi causa: prima pars ligni alterata, uel hæc est indiuisibilis, aut diuisibilis. si indiuisibilis, & est pars ligni: igitur lignum erit ex impartibili, & eodem erit de secunda parte, & sic impartibilia erunt attigua. Si uerò dicitur quod hæc H est diuisibilis, sed omne quod mutatur diuisibile prius mutatur secundum partem priorem agenti uel spatio, ut heri dictum est rationabiliter, illa non fuit prima alterati ligni pars, eodem erit de cæteris. Inquit. Sit enim a.b. magnitudo hoc est mobile: & moueatur siue mutetur per partem post partem uel ex b. in c. primum, ita quod prima sui alterati ligni pars sit. b.c. igitur si indiuisibile erit hæc prima alterati ligni pars b.c. impartibile impartibili attiguum erit, quia pari ratione erit de parte immediata, quæ eodem modo indiuisibilis erit. Si uero diuisibilis, cum hoc sit mediabile, aliquid erit ipso c. prius, puta dimidiũ illud quod erit agenti, uel spatio uicinius, in quod prius mutatum est: & illo rursus aliud adhuc prius. & sic semper, quia nunquã diuisio ipsa deficit. sic igitur patet, ipsum mutabile non habere primam partem qua primo mutetur. idem declarat in auctione. & inquit. Similimodo & in quãto ipso se habet mu-

Quomodo quãdo de calo fit frigidũ sunt duæ mutatiões & quatuor termini per se. Vide Sco. 5. meta. q. 7. & in 4. disti. 16. q. 2.

G

I tatio:nam & hæc in continuo est ut alteratio & latio: tunc dat conclusionem, & inquit. Perspicuum igitur ꝙ immutationum ea sola quæ est in qualitate, contingit indiuisibile per se esse terminum ad quem: per accidens uero ratione subiecti diuisibilem, non tantum secundum extensionẽ sed secundum intensionem. Hæc est Arist. ratio, ubi multa sunt dicta superfluè ad syllogismum, sed non ad declarationem terminorum, & propositionum syllogismi.

Cõmẽ.49 Dicit. Duo facit Auer. in commento hoc. primo declarat textum. secundo ibi { Et hoc est ita. } facit digressiunculã utilem. pro intellectu primæ partis debes scire ꝙ Auerro. uult ꝙ Arist. per demonstrationem factam in textu ꝓbet spatium esse diuisibile & non dari primum in illo, quã ex positionem sequitur expositor. Hæc expositio est, qa Arist. inquit. Sit enim a.b. magnitudo & moueatur ex b. in c. primum. & reliqua hæc non uidẽtur posse aptari mobili ipsi, ideo sic exposuerunt. sed hæc est dissona expositio intẽtioni Philosophi, ipse. n. uult probare non dari primũ in alte-K ratione, quia non datur prima pars alterati quantitatiua, idõ non de spatio, sed de mutabili ipso demonstratio intelligẽda est. cum enim habet ꝙ non potest dari prima pars mutati, habet ꝙ nec dari potest prima caliditas siue qualitas, quoniam prima qualitas inducitur in prima parte mutati. & sic est ad propositum Aristote. demonstratio sua. uerba uero eius quomodo intelligantur, in construct one literæ patet.

Et hoc est ita. Hæc digressio tollit magnam contradictionem: nam Aristo. uoluit in primo contra Anaxagoram, & in libro de anima, & alibi de quolibet generato dari primum quod est minimũ, & positiue & affirmatiue, ut minimus calor, & id genus. hic uero absolute probauit non dari primum, nec ex parte temporis, nec mobilis, nec termini. igitur cõtradictio magna. Rñdet ꝙ daẽ cuiuslibet geniti minimum per se: hoc est quatenus genitum corruptum uel actum & naturale. per accidens uero ut in subiecto ꝗ-L to. cuius quanti in eo quod quantum, non est dare primũ. res. n. naturales nõ habent minimũ, nec maximum, & hoc ait Them. unde Auerro. sumit. d. affectiones & qualitates prorsus insectiles atq; indiuiduæ sunt: sed per accidens ex subiectorum diuisione, sectioneq; diuiduntur. Sic igitur secundum Them. & Auer. tollitur contradictio, ꝙ hæc naturalia per se omnia indiuidua sunt, per accidens autem ratione subiecti, diuidua. igitur per se habet primum per accidens ut in subiecto dicuntur non habere primum. Sed

Reprehensio pantomasticorũ. obijciunt Auer. quidam Pantomastici sic. quicquid sequitẽ ad consequens in bona consequentia, sequitur ad antecedens. Sed sequitur. hoc est ens naturale. igitur quantum & ultra. quantum: igitur diuisibile: igitur a primo ad ultimũ. ens naturale est ipsum minimum. igitur diuisibile: licet hęc res spectet ad primum. Dico pro nunc concedendo totũ absolute: sed reduplicatiuẽ nego. bene enim concedo. est

Prima du. ens naturale. igitur quantũ, & diuisibile, nõ tamen quatenus naturale, sed ratione subiecti. Dubitant hic quomodo qualitas suscipit magis & minus. Respondent expositores, ꝙ qualitas potest considerari secundum essentiam, M & secundum esse. si secundum essentiam, ut sic non suscipit magis & minus. nam ut sic abstrahit ab intẽsione & remissione: si secundum esse, sic est diuisibilis. & hoc dupliciter, non per se, sed ratione subiecti in quo est. a subiecto enim quatenus illud quantum est, diuiditur secundum extensionem, quatenus uero subiectum participat ea secundum magis & minus, diuiditur per intẽsum & remissum.

Reprehẽsio Contra hæc obijciunt quidam recentiores, subiectũ non suscipit magis & minus: nec diuiditur secundum intensionem: igitur non est causa quare qualitas intenditur, & remittitur. Secundo si subiectum esset causa, tunc omnis forma esset intensibilis. Tertio albedo etiam separata potest

Prima defensio. esse intensa & remissa. igitur non ratione subiecti. Quidã exponunt opinionem expositorum ꝙ qualitas per suam naturam habet intensionem & remissionem, non tamen illam habere potest absq; subiecto, & sic subiectũ est cã, sine qua non. principalis causa est ipsa qualitas. Sed hęc expositio stare non potest, quia si qualitas per suam naturam haberet intensionem & remissionem, tunc quæro qd intelligis per naturam, aut essentiam, aut esse: non essentiã, quia essentia est prior omnibus prædicatis per se secundo modo. immo quæ competunt rei per essentiam: non sunt nisi uel definitio uel illius partes. intensum autem & remissum non competũt ut definitio, neq; ut partes definitionis: si esse, sed esse accidentis est a subiecto: igitur non potest competere sibi nisi ratione subiecti. cum enim subiectum det qualitatibus esse, oportet etiam ut det esse intẽsum uel remissum. igitur tota causa est subiectum. Dici igitur potest ꝙ subiectum ut subiectum non est causa qualitatis, quare sit magis uel minus: sed causa est subiectum ut participans secundum magis & minus, aut secundum maius & minus. Sed dices. quę est causa, quare subiectum hanc participat secundum magis uel minus, uel secundum maius & minus: illam aliam non, ut lumen non. & calorem sic. dico ꝙ subiectum participat qualitatẽ per maius aut minus, propter defectum agentis, quod non potest agere simul in partem propinquam ꝗ in remotam, ut diximus. Quod uerò subiectum participet ipsam secũdum magis & minus gradualiter, hoc est ratione dispositionis præuiæ contrariæ. ideo lumen subito inducitur secundum gradus.

N Cõfutatio Vide Sco. dist.17 i.q.3.&4 Vide & Grego. de arimi. dist.17. primi p totum. Vide et cano.q.3 quĩti huius diffuse.

Propria defensio.

O

Per hæc patet solutio ad argumenta contra expositores. Ad primum dicitur ꝙ licet subiectum non suscipiat, est participans, & hoc sufficit. Ad secundũ patet solutio. non enim subiectum ut subiectum est causa, sed ut participãs. Ad illud de albedine, dicendum ꝙ albedo non potest esse separata, quin aliquid suppleat uicẽ subiecti, & illud sufficit. Hæc res requireret longiorem sermonem, sed omitto calculatoribus. Quærunt alij utrum in motu detur primum. & licet hæc qõ optime sit soluta à Them. Ioannes in quæstione. 15. uult ꝙ motus acceptus ut fluxus, & passio non habet primum intrinsecum, nec ultimum intrinsecum. pro forma fluente, in ipsa auctione non datur primum, quoniam quantitas est diuisibilis in infinitum. in latione uero minime, quoniam ubi uel locus fluens non habet primum. at in alteratione quo ad gradus non daẽ primum per remissionem, sed bene maximum, ut in magnitudine. hæc ille quo ad primum & finem intrinsecos: concedit tamen dari principium & finem extrinsece. Hæc solutio uidetur insufficiens, quoniam uel intelligit ꝙ nullo modo in motu est dare primum intrinsecum, uel aliquo modo sic, aliquo modo non. Si nullo modo, contradicit Auer. quoniam uult in istis per se dari primum, ratione subiecti uero non dari. Si dicatur ꝙ ipse intelligit dari primum aliquo modo sic, & aliquo modo non. igitur est insufficiens, quia non dedit modum. Dicunt ꝙ in quæstionibus superioribus dixit modum, nam supra uoluit dari primum ꝑ minimo potenti per se existere. hic uero uult non dari primum absolute. Hæc expositio siue defensio non est intelligibilis, quoniam illud primum quod est minimum uel subito fit, uel in tempore. si subito. igitur motus pro fluxu & pro receptione fit subito: declaratur consequentia, quoniã non est fluxus maior forma fluente. ubi enim esset maior: potest esse fluxus sine fluente, quod non esset intelligibile: nec receptio esset maior, quia receptio non est maior re recepta. igitur fluxus & receptio erunt subito. & sic contradicit sibi in ista quæstione. Hæc igitur solutio non est bona, propterea uidetur mihi esse dicendum ꝙ motus potest accipi ut est effectus agentis naturalis in passo naturali, & sic illius datur primum, quod est minimum generatũ in substantia, uel qualitate, uel auctione. Alio modo sumi potest ut motus hoc est ut continetur sub genere continui, & tunc ut dixit Themistius non est dare principium neq; finem intrinsecus: sed bene principium & finem extrinsecus, & hoc modo intelligit Auer. hic. & .8. physicorum. cõmen. 23. & ita soluta fuit quæstio in expositione commenti 32. Hæc pauca satis.

Questio de primo. Põ Ioan. land.q15. huius.

P

Cõfutatio

Defensio

Cõfutatio

Q

Dilucida. tex c.50.

Cum autem omne quod mutatur: in tempore

mutetur

A De ordine mutati ad motu pria suppō.

mutetur. Mutari uero in tempore dicatur, & ut in primo, & ut per aliud, ueluti in anno: mutatur quia in die: id quod mutatur in aliquo tpe primo in quolibet illius mutetur: necesse est.

ANTI. { Quoniam autem omne, quod mutatur, in tempore mutatur, dicitur autem in tempore mutari, & sicut in primo, & sicut secundum alterum, ut in anno, quia in die mutatur: in quo primo tempore mutatur, quod mutatur, in quolibet huius necesse est mutari.

Expositio. His expeditis, ut Auer. inducit. Arist. uult tractare de ordine mutati ad motum: & uult probare q omne quod mouetur prius mouebatur. & primo proponit q omne quod mutatur in aliquo tempore primo, necesse est ut mutetur in qualibet illius parte. Inquit. Cum autem omne quod mutatur, in tempore mutetur, ut patet. Mutari uero in tempore dicatur, & ut in primo, & ut per aliud. ueluti in anno mutatur aliquid, quia mutatur in die: ponit conclusionem. & inquit. id quod mutatur in aliquo tempore primo: in quolibet illius mutetur necesse est: hęc est conclusio. Sed hæc conclusio uidetur contraria illi, quam dixit tex. cōme. 44. Ibi enim uoluit id in quo aliquid primo mutatur, esse indiuiduum. hic sumit omne mutatum in aliquo primo necesse esse mutari in quolibet illius. igitur uult id in quo aliquid primum mutatur esse diuisibile. Dici potest q ibi locutus est de mutato, hic de mutari. uoluit enim ibi q omne id in quo aliquid primo mutatum est, nunc primum sit indiuiduum. At nunc uult quòd omne quod mutatur in aliquo primo, mutetur in qualibet parte illius. & sic tollitur contradictio.

B Dubitatio

Solutio

Dilucida. tex. cōmē. eiusdem.

Manifestum quidem igitur ex definitiōe ipsius. nam primum ita diximus.

ANTI. Probatio suppōnis ē definitione. Expositio.

{ Manifestum quidem igitur ex definitiōe. primū enim sic diximus.

Proposita conclusione probat illam ex definitione primi & inquit: manifestum quidem igitur est hoc nunc propositum ex definitione ipsius primi, nam primum. 5. huius. ita diximus q non per partem sic: & partem non est tale. & ita oportet ut omne quod mutatur, in aliquo toto tempore primo, in qualibet parte mutetur.

C

Cōmē. 56. Vide Iād. q. 23. quti huius. Vid & cano. q. 1 huius. An nūc sit in tpe. Vid Iand. q xi. huius. & Gradeum. escul si in tpe sitdare minimum. lesi 19. qt. ti huius.


Cum declarauit. Commentum patet, uerum Auer. inqt esse manifestum per se q aliquod dicatur transmutari in aliquo toto tempore, quia illud est minimum in quo potest transmutari. Dubitant recentiores: nam tempus est quātum & diuisibile in infinitum. Dici potest q minimū potest capi dupliciter. Vno modo absolute pro eo quo non datur minus, & sic non datur temporis minimū. Alio modo in habitudine ad id quod secum est, quo dicimus palmum panni esse minimum ad hanc togam, quoniam toga potest eē ex illo, & ex nullo minori, neq3 ex maiori aliquo. & isto modo sorticolæ minimum appelant adęquatum. & isto modo datur minimum in tēpore respectu motus. sicut si in hora equus curreret, & non posset nec in minori nec in maiori hora, dicitur minimum tempus cursus, & sic intelligit Auerroes.

D

Dilucida. tex. cō. 51 Secunda probatio ꝑ rōnem.

Patet autem idem etiam ex his. Sit enim tempus x. r. in quo aliquid primo moueatur, quod mouetur. diuidaturq; in c. cum tempus omne diuisibile sit in tempore: igitur x. c. aut mouetur uel non mouetur: & eodem modo rursus in ipso c. r. Si quidem igitur neutra in parte mouetur, in toto utiq3 quiescet. impossibile enim est aliquid moueri in aliquo si nulla in parte eius mouetur. Si uero in altera tantum mouetur, non igitur in. x. r. primo mouetur: nam motus per aliquid illius erit. ergo qualibet in parte ipsius x. r. moueatur necesse est.

E ANTI. { Sed iam & ex his manifestū est. Sit enim in quo primo mouetur, quod mouetur x. r. & diuidatur secundum r. omne enim tempus diuisibile est. in x. r. igitur tempore aut mouetur, aut non mouetur, & itez in r. r. similiter. siquidem igitur in neutro mouetur, quiescit itaq3 in omni: moueri enim in nullo huius, quod mouetur possibile est. Si uero in altero solum mouetur: non utiq3 in primo mouetur, quod est x. r. secundum enim utrunq3 motus est. necesse igitur in quolibet ipsius x. r. motum esse.



F

G Expositio.


Secundo idem probat sic, moueat equus in hora, aut igitur in neutra horæ parte mouetur & hoc non: quia quiesceret in tota hora, aut moueret in altera tantum parte, et tunc non in tota hora: sed in hora quia in parte horę. igitur oportet, si debeat moueri primo & æquatè in hora moueri in qualibet parte horæ, statuit syllogismi terminos, & horam uocat. x. r. & diuidit illam in. c. & sic duæ partes resultabunt. x. c. & x. r. & syllogismus patet. Commentum. 51. patet.

Dilucida. tex. cō. 52. Propositū

Hoc autem demonstrato: perspicuum q omne quod mouetur, prius motum sit: necesse est. nam si in x. r. tempore primo per. K. L. magnitudinem aliquid motum est, id quod æque uelociter mouetur simulq; incœperit per dimidium in dimidio temporis erit motum. Quod si ipsum ęque ueIociter motum in eodem tempore motum est per magnitudinem aliquam: & alterum per eandem motum sit, necesse est: quare si motum est prius id quod mouetur.

H

{ Ostenso autē hoc: manifestum est, q omne quod mouetur: necesse est motum esse prius. si enim in x. r. tempore primo per ipsam K. L. motum est ma-



gnitudinem, imediate, quod æque uelociter mouetur, & simul inceperit, per dimidium erit motum. Si autem æque uelox per aliquam motum est, in eodem tempore necesse est per eandem motum esse magnitudinem. quare erit motum prius quod mouetur.

Expositio. Facta suppositione uidelicet quod omne quod mouetur in aliquo tempore primo moueatur in qualibet parte illius, infert tale consequens, uidelicet igitur nihil mouetur, quin prius motum sit. consequentiam deducit: nam mobile dum mouetur per aliquod spatium totum, potest mobile aliud æque uelox in dimidio temporis esse motum per dimidium spatij: & per consequens si illud æque uelox est motum per dimidium, etiam mobile principale erit motum, & mouetur prius motum est: eodem modo de dimidio dimidij: & ita in infinitum. qua ratione euenit ut omne quod mouetur prius motum sit.

K Cōmē. 52 Et cum. Commentum habet duas partes, in prima exponit literam, & patet. secundo ibi (& causa) mouet quæstionem in textu. Hæc est diuisio commenti.

Et causa in hoc. Mouet Auer. dubium contra Arist. quare ipso in syllogismo cogitur accipere duo mobilia æque uelocia, quorum unum per totam moueatur magnitudinē, alterum per medietatem, cum facilius possit syllogismus habere locum per unum mobile: quoniā omne mobile quod per aliquam magnitudinem mouetur, ante peragret medium illius, quam totum, & ita fieri potest de uno mobili.

Sed ipse Soluit Auer. (ut mihi uidetur.) uult esse coassumptum mobile æque uelox propter duo: tum primo quia manifestius, quoniam in actu (ea enim quæ sunt in actu manifestiora sunt) tū secundo quia cauillator posset dicere. K. l. esse motum per totum, in nulla tamen parte actu. ad cauillum igitur confutandum coassumpsit mobile æque uelox.

L Adhuc fortasse ambiges, quoniam si omne quod mouetur prius motum est ad aliquid, igitur prius fuit in illo per ante dicta problemata: & si prius est in illo. igitur quieuit; & per consequens non amplius mouebitur. Ex Them. solui potest quod Aristo. intendit ante omne moueri præcessisse motum esse in potentia, quoniam sicut ante omne punctū præcessit punctum in potentia, sic ante omne moueri præcessit mutatum esse in potentia. Nunquam tamen est in actu, nisi post quietem, quemadmodum nec punctus nisi post diuisionem.

Dilucida. tex. cō. 53 Amplius autem si in toto x. r. tempore aut uniuersaliter aut in alio quouis tempore. propterea motum esse aliquid dicimus: quia ipsius ultimum nunc accipimus. Hoc enim est quod terminat, atque inter ipsa nunc est tempus: in cæteris etiam simili modo motum esse dicetur. Nam dimidii extremum ipsa diuisio est, quare & in dimidio motum erit, & uniuersaliter in quauis parte. Semper enim per diuisionem continuo temporis ab ipsis nunc teminatum est.

M ANTI. Amplius autem si in omni tempore, quod est x. r. motum esse dicimus, aut omnino, aut in quolibet tempore, in accipiendo ultimum ipsius temporis nunc, hoc enim determinatum est: & mediū ipsorum nunc tempus est: & in aliis dicetur similiter motum esse. Medietatis enim ultimum diuisio est. quare & in medio motum erit, & omnino in qualibet partium: semper enim simul secundum diuisionem tempus est determinatum ab ipsis nunc.

Temporis uerbum est interpretis

Expositio. Secundo arguit Arist. & petit duo. Primo petit. propterea aliquid motum esse in toto tempore, quia in ultimo illius motū est: ut propterea lignum calefactum est in hora: qua in ultimo horæ est uerum dicere esse calefactum. hæc suppositio patet, quia calefactum esse est in indiuiduo temporis, at calefieri est in tempore. igitur motum esse aliquid in hora dicitur, quia in ultimo horæ motū est. Secunda suppositio semper inter duo nunc est tempus. tunc arguo ut tempus ad moueri, ita nunc ipsum ad mutatum esse. est enim nunc ultimum temporis, & mutatum esse ultimū motus, igitur cōmutatim ut tempus ad nunc: moueri ad mutatū esse. Sed ante omne tempus est nūc. igitur ante omne moueri est mutatum esse. & ita nihil mouetur, quin prius motum sit. Arist. tamen non sic arguit, sed sic, sicut de toto motu, ita de parte motus: sed totus motus determinatur ad mutatū esse ut illius finis. igitur medietas motus terminabitur ad mutatum esse medium, & similiter medietas medietatis, & sic in infinitū. quare ante omne moueri est motum esse, quia ante omne moueri est motus pars, & in qualibet parte motus ultimum est mutatū esse: igitur ante omne moueri est mutatum esse. Inquit. Amplius autem si in toto. x. r tempore aut uniuersaliter aut in aliquo quouis tēpore propterea motum esse aliquid dicimus, quia ipsius ultimum nunc accipimus. Hoc enim est quod terminat. hæc est prima suppositio, atque inter ipsa nunc est tempus supple semper hæc est secunda: tunc ex his dat conclusionem, & inquit. In cæteris etiam simili modo motum esse dicetur. & in hoc habes quasi primū modum deducendi rationem. Deinde quasi tangit secundum, & inquit. Nam dimidij extremum ipsa diuisio est, hoc est, nam terminus partis motus est ipsum mutatum esse partis: ut in fine totius est ipsum mutatum esse totius. uocat autē ipsum mutatū diuisionem, quoniam ita motus per ipsum mutatum diuiditur ut tempus per ipsum nunc, & linea per punctum. concludit quare & in dimidio motum erit, et uniuersaliter in quauis parte. Semper enim continue tempus ab ipsis nunc est terminatum, & motus ab ipsis mutatis. potes igitur ex litera utrosque deducendi modos colligere, quod cum non multū differant omittatur hoc modo.

N

O

P Dilucida. tex. cōm. eiusdem. Si quidem igitur omne tempus diuisibile est, & quod est inter ipsa nuuc tempus est: omne quod mutatur infinities mutatum erit.

ANTI. Si igitur omne tempus quidem diuisibile est, & quod inter ipsa nunc est, tempus est: omne quod mutatur, infinities mutatum erit.

Expositio. Ex ijs facit illationem talem, quod omne quod mutatur infinities est mutatum. deducitur, consequentia quot sunt nūc in tempore, tot mutata in motu: infinita sunt nunc in tempore. igitur infinita mutata in motu. & ita omne quod mutatur, infinities est mutatum: inqt. Si quidem igitur omne tempus diuisibile est, & quod est inter ipsa nunc, tempus est. hoc est antecedens, per quod uult habere in tempore esse infinita nunc, tunc dat consequens. & inqt. Omne quod mutatur, infinities mutatum erit: nam totiens est mutatū: quotiens tempus diuisibile est.

Cōmē. 53 Ista declaratio. Auer. primo tangit differentiam inter hāc rationem, & tactam, & uult quod prima procedat per diuisionem spatij, ut uisum fuit. Hæc uero secunda per diuisionem temporis.

Q Sed tacuit. Remouet literalem dubitationem: nam Arist. sumit omne tempus finiri ad ultimum nunc, cur non sumpsit ipsum incipere a nunc primo. Respondet quia hoc patet per se: quoniam manifestum est per se omne tempus finiri inter duo nunc.

Et ideo dixit. Nunc uult formare rationem: & ut mihi uidetur: uis suæ rationis est hæc: ante omne moueri præcessit moueri, in omni moueri est mutatū esse. igitur ante omne moueri præcessit mutatum esse. maior patet, quia ante omne moueri est aliqua illius pars. minor uero patet etiā, ut in omni tempore est nunc, ita in omni moueri est mutatum esse. Hæc sunt quæ ex commento colliguntur. Dubitant primo, utrum omne quod mouetur infinities motū est. Secundo, utrum instans præcedat instans. Tertio, utrum medietas temporis præcedat totū tempus ut medietas horæ præcedat horam. Similiter an secunda medietas horæ

Vide Alb. de saxo. & 8. huius. Dubiones Prima Secunda. Tertia

A

Prima rō. Piæ dubi. Secunda. Tertia. Solutio Quātū ad 2.q Vide it cano q. 6.quarti huius. Sol. prima Ad scdam Cōfutatio

tas horæ sequatur horam. Arguunt contra primam sorticolæ in nulla parte infinities aliquid motum est. igitur nihil infinities motum est. Secūdo. omne quod mouetur finite motū est. igitur non infinities, ab uno disseparato ad reliquum Tertio, aliqd ante motum in aliquanto tempore motum est. igitur infinities motum in infinito tempore motum erit. hoc est falsum. igitur antecedens. Ad hæc dici potest secundum modum loquendi Aristo. ꝙ omne quod mouetur finite est motum, immo non nisi semel, & infinities, finite quidem actu: infinities uero potestate. Sorticolæ aliter dicerent, & in idem incidunt. Ad secundam nōnulli captiunculatores uolunt hanc esse falsam secundum uim sermonis. instans præcedit instans: quoniam præcedere est esse ante principium. Sequi uero est esse post finē. modo instans nec habet principium nec finem: quare nec potest instans præcedere instans, neqꝫ sequi. Sed hæc solo est directe contra Aristo. qui uult ante omne nunc esse nunc: & contra hos nō est aliter instādum. ꝓpea dico ꝙ instans, præcedit instās, & sequitur. Ad argm dico ꝙ sufficit ꝙ si haberet principium præcederet principium: & si haberet finem, esset post finem. Hoc enim satis est ad hoc ut aliquid dicatur aliud aut præcedere, aut sequi. Ad tertiam respōdent sorticolæ ꝙ medietas horæ est ante totam horam. Et secunda medietas post totam horam, declaratur. prima medietas est, & tota hora non est: & non potest esse tota hora, quin sit medietas. igitur medietas est ante totam horam. & tunc iuxta hoc interunt multa, quæ cum sint extra propositum, sunt omittenda. Hæc positio non mihi apparet: nam si totū sumatur categorice, siue sincategorice in omni sensu illa est falsa. prima medietas horæ est ante totam horam. sincategorice quidem, quia tunc esset ante quamlibet partem, & ita ante se. categorice uero, quia tūc est ante totam horam integram, & ita non esset pars totius horæ. Ideo dico ꝙ prima medietas non est ante totam horam. Potest tamen dici ante ad hunc sensum, ꝙ medietas prima ante denominatur horæ medietas, ꝙ̄ hora tota denominatur esse tota. Pars enim prius desinit, ꝙ̄ totum. quo in sensu concederem medietatem horæ esse ante horam totam nō nisi quo ad desitionem, quia prius desīt prima medietas ꝙ̄ totum: & ultima medietas esse post horam, quoniam post denominatur ultima medietas ꝙ̄ tota hora. Hora enim tota tunc primo denominatur, cum illius aliquid est. Vel dici potest post totam horam quo ad inceptionē: quia post incipit ꝙ̄ tota hora incipiat: quo etiam in sensu non ualet. Socrates est in prima horæ medietate, & prima horæ medietas est prior tota hora. igitur Socrates est ante horam totam. Similiter non ualet. Socrates est in ultima parte horæ, sed ultima pars est post totam horam. igitur Socrates est post horam totā. Equiuocatur enim de toto & de esse prius & posterius in præmissis, & in conclusione. Et per idem possunt induci infinitæ captiunculæ, & solui. Hæc sunt peripatetice dicenda.

Sol. ꝓpria

B

Sol. prima ad tertiam

Cōfutatio

Sol. ꝓpria

C

Illationes falsæ.

Dilucida. tex.c.54.

D

Præterea si id quod continue mutatur, & non est corruptum, neqꝫ a mutatione desistit, aut mutari aut esse in quocunqꝫ mutatum: necesse est. In ipso autem nunc nihil mutari est: in quocunque nunc mutatum sit necesse est, quare si nunc ipsa infinita sunt: omne quod mutatur: infinities erit mutatum.

ANTI.

Amplius autem si continue, quod mutatur, & non corrumpitur, neqꝫ pausat à mutatione: aut mutari aut mutatum esse necesse est in quolibet: in ipso autem nunc non est mutari: necesse est mutatum esse secundum unumquodque ipsorum nunc. quare si ipsa infinita nūc sunt: necesse est oē, quod mutatur infinities mutatum esse.

Expositio.

Syllogismus hypotheticus sic est ut è Them. colligi potest, omne quod continuo mutatur in aliquo tēpore à principio usqꝫ ad finē: necesse est aut mutari in quolibet nunc illius totius temporis, aut esse mutatū. Sed in quolibet ipsius nunc mutari est impossibile, cum in ipso nunc non sit motus. igitur in quolibet nunc motum est. Sed in tempore sunt infinita nunc. igitur omne quod mutatur, infinities est mutatum. & sic ante omne moueri præcedit mutatum esse. Adiecit Arist. si id quod continue mutatur, quoniam non de ipso nunc principio aut ipso nunc fine extrinsecis loquitur: sed de ipsis nunc continuantibus motus. Si quid enim mouetur in aliquo tempore adæquate, nō oportet ut moueatur aut motum sit in quolibet nunc illius, quia non in nunc fine, nec in nūc principio extrinsecis a motu. adiecit etiam & non corruptum sit, quia si canis de turri cadat; & in medio casus moriatur, canis motus est, & non prius mouebat, quia non est idem canis numero, reliqua patent.

E

An sit idē nunc reāīr i toto tpis decursu. & an nūc mensuret tempus. & an nunc corrumpat uide Gradeū ēscul' lect.18. qr ti huius.

Hæc est declaratio. Auer. uelle uidetur ꝙ Aristo declaret unam propositionem quam supposuerat uidelicet, ꝙ in quolibet instanti aliquid dicitur mutatum esse; hanc Aristote. sumpsit, & non probauit, & ideo uult quòd declarat hanc primo, secundo ex hac declarata uult ut arguat ad conclusionem propositam, & ita ipse introducit literam. commentum patet.

Cōmē. 54

F

Dilucida. tex.c.55.

At uero non solum id quod mutatur, mutatum sit, necesse est. Sed etiam id quod mutatū est, mutetur prius necesse est. omne namqꝫ quod ex quodam in quoddam est mutatum in tempore est mutatum. Sit enim in ipso nunc ex a. mutatum in b. in eodem igitur nunc in quo est in a. non est mutatum. esset enim & in a. & in b. simul. Ipsum nāqꝫ mutatum cum mutatum est, demonstratum est prius: non esse in illo ipso. Si uero in alio sit mutatum, inter illa tempus est.

ANTI.

G

Non solum autem quod mutatur, necesse est mutatum esse: sed etiam mutatū necesse est prius mutari. omne enim quod ex quodam in quoddam mutatum est, in tempore mutatum est: sit enim in ipso nunc ex a. in b. mutatum ergo in ipso quidem nunc, in quo est in ipso, non mutatum est. simul enim esset in ipso a. & in b. quod enim mutatum est, quando mutatum est, quoniam nō est in hoc: ostensum est prius. si uero in alio, in medio est tempus: non enim coniuncta erant ipsa nunc.

Expositio.

Probat nunc conuersam, uidelicet ꝙ omne quod mutatum est, prius mutatur: & supponit omne quod mutatum est ex quodam in quoddam, in tempore esse mutatū. Probat hanc suppositionem sic. aliquod mutatum in ipso nunc ex a. in b. in eodem. igitur nunc in quo illud est in a. termino è quo: non est mutatum: nec incepit mutari. esset enim in a. & in b. simul: quia cum sit mutatnm in b. erit in b. & per te est in a. igitur simul in utroqꝫ in eodem nunc: iō subdit. ipsum nanqꝫ mutatum cum mutatum sit: demonstratū est prius in problemate dicto non esse in illo ipso termino è quo: sed in termino ad quem, & ita simul in a. & b. Si uero in alio nunc ab illo primo sit mutatum in b. inter illa nunc tempus est, quare mutatum est in tempore. Hæc est suppositio, & eius expositio.

H

Dilucida. tex.c. 56

Cum igitur in tempore sit mutatum quod mutatum est. Tempus autem omne sit diuisibile: in dimidio aliud est mutatum. & rursus in illius dimidio aliud atqꝫ sic sp. quare mutatur sane prius.

ANTI.

Quoniam igitur in tempore mutatum est. tempus autem omne diuisibile est: in medio aliud est mutatum. & iterum in illius medio aliud, & sic semper. quare mutabitur prius.

Auerroes uult hanc esse secundam rationem proximi textus non ad suppositionem, sed ad conclusionem fieri autumat, uidetur uere mihi ꝙ ex suppositione arguat sic. omne

I quod mutatum est in tempore prius mutatur, omne quod mutatum est in tempore mutatum est. igitur omne quod mutatum est in tempore mutatur. minor est suppositio data. maior declaratur, omne quod mutatur in dimidio secũdum dimidium prius mutatur, omne quod mutatũ est in tempore mutatur secundum dimidium in dimidio. igitur omne quod mutatum est prius mutatur. De ratione tangit maiorem syllogismi principalis, & minorem prosyllogismi. ibi { tempus autem omne. } & conclusionẽ ibi { quare prius. } & textus patet. Dubitat expositor contra suppositionem, quia dictum est omne mutatum in indiuiduo temporis esse mutatum. nunc sumit esse mutatum in tempore. Respondet ꝙ accipit mutatum est pro eo quod mutabatur, quasi dicat, omne quod mutatum est, hoc est omne quod mutabatur prius mutabatur. & ut mihi uidetur dici potest logice ꝙ mutatum ampliat ad id quod est uel erat, & hec est intẽtio expositoris quasi dicat omne quod est uel erat mutatum in tempore est uel erat mutatum, quo quidẽ in sensu suppositio philosophi est uera. Dubitat secũdo de generatione, quia nõ omne quod est uel erat genitũ prius generabatur, cum generatio sit subito. quidam uoluit Aristo. uerbum esse particulare in uero motu. Alij uolunt esse uniuersale etiam in generatione, & tunc uolunt ꝙ ante genitum præcedit generatio saltem in alijs, quoniam generatio accipitur pro aggregato ex alteratione & fine illius.

K

Egi. hic. Tertio ambigit nouus expositor fiat ex aere ignis, & accipiatur ultimum instans in quo est aer, & primum in quo est ignis, uel igitur hæc sunt unum, uel aliud atque aliud. si unum, tunc simul esset aer & ignis, quod est absurdum. Si aliud atq; aliud, tunc inter ea erit tempus. igitur in medio tempore materia nec esset sub aere nec sub igne.

Respondet auctoritate Aristo. dubitationem supponere falsum, quoniam rei permanentis non datur ultimum instans in quo sic, sed primum in quo non, quod est primum ignis, & primum non esse aeris, & sic non sunt duo instantia, qua ratione fit ut aer in toto tempore præcedente sit, & in instanti ad quod copulatur illud tempus incipit esse ignis. Contra obijcit & petit ex quarto physi. ꝙ tempus mensuret motum, & instans mobile. cum igitur aer corrumpendus sit quoddã mobile, & non est dare mẽsuratum sine mensura propria, semper erit dare aliquod instans quod sit mensura ipsius aeris. uidetur igitur ꝙ sit dare ultimum instans in quo est aer, sicut primum in quo est ignis. Hæc replica nulla est, bene concedo nunq; esse aerem quin sit aliquod instans mensurans illud, & quotiens est aer, totiens est instans. Ex hoc nõ sequitur. igitur oportet ut detur ultimũ instans, tunc enim oporteret, quando aer desineret ut per affirmationem desineret uidelicet nunc est & imediate post hoc non erit. Sed aer desinit per negationem. nunc non est & immediate ante hoc erat. Et si dicatur, sicut datur primum ignis: ita ultimum aeris, negatur similitudo. imo ubi datur primum per affirmationẽ: non datur ultimum per affirmationem, sed solum per negationem. ut in octauo uidebitur. Dubitabis fortasse quarto cum quadrifariam moueri & mutatum esse possint cõparari uidelicet moueri ante moueri, & mutatũ ante mutatum, moueri ante mutatum, & mutatum ante moueri. cur tantum probat ante omne moueri esse mutatũ, & econtra ante omne mutatum esse moueri, & reliqua duo prætermisit. Dici potest quia ex his sequitur declaratio aliorum duorum. si enim ante mutatum est moueri per primum, & ante moueri est mutatũ per secundũ, sequit̃ ante moueri esse moueri, & ante mutatũ esse mutatũ, ut patet cõsideranti. Quinto dubitant utrũ eadẽ prioritatis spẽ moueri præcedat mutatum, & mutatum moueri. Respondent, ꝙ moueri præcedit mutatum ut uia terminum. Mutatum ut principium medium. Hæc expositio stare potest, ideo nunc omittatur.


L An oẽ qđ mutatur ex quodã in quoddam mutetur in tpe. Vide Egi. hic.

M

RECO. { Mouet expositor dubitationem, quia dictum est mutatũ in indiuisibili esse mutatum: hic uero sumit pro suppositione oẽ mutatum esse in tẽpore mutatum. In cõmentarijs diximus, quę expositor dicit, & illa perpulchre dilucidauimus. At nunc dicerem Aristo. dixisse prius, omne mutatum, quod nunc primo est mutatum, in indiuisibili esse mutatum. At nunc sumit pro suppositione, oẽ mutatum, quod de quodam in quoddam est mutatum, & non nunc primo, esse in tempore mutatum: & sic tollitur contradictio. cum hac enim additione, de quodam in quoddam, omne mutatum in tempore est mutatũ. simpliciter autem non, nisi in indiuisibili est mutatum. } N

Dilucida. tex. c. 57. Adhuc autem id quod dictum est in magnitudine magis manifestum est. propterea ꝙ magnitudo continuum est: in quæ mutatur id quod mutatur. Sit enim ex c. aliquid mutatum in d. si igitur c.d. indiuiduum erit: impartibile impartibili attiguum erit. quod si id impossibile est: medium qđ inter illa est, magnitudo sit: & in infinita diuisibilis: necesse est. Quare prius in illa mutatur. oẽ ergo mutatum prius mutetur, necesse est. O

ANTI. { Amplius autem in magnitudine manifestius est, quod dicitur: propter id quod continua est magnitudo, in qua mutatur, quod mutatur. Sit enim mutatum ex c. in d. siquidem igitur indiuisibile est c.d. impartibile in impartibili erit coniũctum: quoniam autem hoc impossibile est, necesse est magnitudinem esse, quæ est in medio: & in infinita esse diuisibilem. Quare in illa mutatur prius. necesse est ergo omne, quod mutatum est mutari prius. }



P

Expositio. Secundo idem probat ex parte magnitudinis. & primo proponit differentiam rationum. & inquit. Adhuc autem id quod dictum est in tempore: in magnitudine magis manifestum est: & ita hæc secunda ratio est fortior. cuius causam affert, & inquit: ꝓpea ꝙ magnitudo continuũ est, in qua mutat̃, id ꝙ mutat̃. hęc res diligentius in cõmento declarabitur. Deinde petit aliqđ mobile moueri ex c. in d. & ꝙ c.d. sit diuisibile. inquit. sit enim ex c. aliquid mutatũ in d. si igitur c.d. indiuiduum erit, impartibile impartibili attiguum erit. hæc consequentia patet: nam ut motus ex c. in d. pars est alicuius motus, ita c.d. debet esse pars alicuius magnitudinis. & cum ex uno impartibili non possit aliquod totũ constare, iure oportet esse plura & attigua. ꝙ si id impossibile est (ut dicit) medium quod inter illa c.d. est magnitudo sit & in infinita diuisibilis, necesse est. et ita patet suppositio. Tunc syllogismus est. omne quod prius supra medietatẽ mutatum est ꝗ̃ supra totum prius mutatur ꝗ̃ motum sit. sed omne quod mutatũ est supra aliquo diuisibili prius mutatur supra medietatẽ quàm supra totum. igitur prius mutatur quàm mutatum sit. Tunc subaccipio: sed omne quod mutatur: mutatur supra diuisibili ut supponit: quare prius mutatur quàm mutatum sit: uerba patent. Q

Cõmẽ. 57 Cum declarauit. Commentũ patet, sunt tamen duæ digressiunculæ animaduertende. Prima soluit quæstionem literæ occurentem. ibi { Et ista declaratio. } secunda ibi { quoniam si hoc non esset. } addit aliam rationem ultra textum. Dubitatio igitur est hęc, nã Aris. uult hãc secundã

A rationem ex parte magnitudinis esse manifestiorem ea quę fuit ex parte temporis, & dedit talem rationem, quia magnitudo est continuum.

An demonstratio facta de tempore sit quàm manifesta: sicut demonstratio facta de magnitudine. Vide Egidium hic

Contra arguitur, quoniam tempus etiam est cõtinuum, & ita quantum ad rationem continui rationes erunt æquales. Respondet primo secundum propriam responsionem. & inquit. & ista declaratio est manifestior in hoc quòd transmutatio est talis, sed non est ita in tempore. uult dicere quòd hæc ratio est manifestior, quia ratio continui certius patet in spatio quàm in tempore: cum etiam tempus ab Aristotel. ponatur numerus motus & discreta quantitas.

Et Alexander. Responsio secunda est Alexandri, & uult quòd hæc declaratio in motu locali sub ratione continui est manifestior in motibus quantitatis ut in locali, & augmentatione, quàm in motu qualitatis, & ita uult quòd Aristotel. non compararet rationem hanc ad proximam, sed ad conclusionem alterius capituli. & assert uerba Alexandri, q̃ & patent. Ego uero dicerem quòd hęc demonstratio

B ex parte magnitudinis est euidentior, quia sola magnitudo est continuum: nam tempus est continuum ratione spatij, & spatium per se ratione propria.

Quoniam si hoc. Hæc est secunda digressio, ubi addit aliam rationem, & potest hypotheticè componi sic. si ante mutatum esse non inueniretur mutari: tunc finis inueniretur sine medio in finem, consequens impossibile est. igitur antecedens, deducitur autem consequentia: nam mutatum esse cum sit in ultimo est finis. mutari uero est medium in finem: quare si ante mutatum non esset mutari: tunc finis esset absque medio in finem. reliqua commenti patent.

Dilucida. tex.c. 58.

Eadem est enim & in his quæ non continua sunt demonstratio. ut in contrariis atque iis quæ contradictoria sunt. Sumemus enim id tẽpus in quo est mutatum, & eadem rursus dicemus.

ANTI.

{ Eadem enim demonstratio est & in non continuis, ut & in contrariis, & contradictoriis. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum est, & iterum eadem dicemus.

Expositio.

C Ampliat rationem, & quasi se excusat, & inquit. Eadem est enim & in his quæ non continua sunt demonstratio ut in contrarijs, hoc est alteratione de contrario in contrarium: atque ijs quæ contradictoria sunt, hoc est generatione quæ est de non esse ad esse: eadem dico demonstratio ex parte temporis. Sumemus enim id tempus in quo quicquam est mutatum generatione uel alteratione, & erigemus demonstrationem ut in illis, & eadem rursus dicemus. Debes scire quòd quatuor sunt mutationes in qualitate quæ est de contrario in contrarium alteratio. In substantia de contradictorio in contradictorium generatio. & hæ ambæ sunt successiuæ: non tamen continuæ. successiuę quidem, quia in tempore. non continuæ uero, quia per minima, & ideo has uocat non continuas: est & mutatio in quantitate ut auctio uel imminutio, aut in ubi, ut latio,

D & hæ sunt successiuæ & continuæ. successiuę, quia temporariæ: continuæ uero quia in continua magnitudine, & hoc accipiendo auctionem pro rarefactione. non enim nunc de auctione proprie loquitur. In omnibus ijs quatuor, quæ dicta sunt, uera sunt, ut quòd ante mutari sit mutatum esse, & econtra: non tamen ratione eadem. nam in motibus ad quantitatem hæc uera sunt: tum ex parte temporis: tum ex parte magnitudinis. In illis uero non continuis tantum ex parte temporis, ut patet ægritudo similem arguendi formam.

Sed ambiges. uidetur enim in omni mutatione esse spatium & continuum, quoniam in omni mutatione est distantia termini è quo, & ad quem, & talis distantia est spatium siue magnitudo.

Dici potest in omni mutatione esse spatium, uerum uel metaphoricum. In alteratione quidem illa distantia est latitudo: in auctione amplitudo: in latione uero est longitudo. ideo solum in latione est continua uerè. commentum. 58. patet. E

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem.

Quare mutetur ipsum mutatum, & mutatum sit id quod mutatur: itemque mutari ipso esse mutatum sit prius, & mutatum esse ipso mutari: ac nunquam primum sumetur: necesse est. Causa autem huius est impartibile impartibili non esse attiguum. In infinitum enim ipsa proficiscitur diuisio: ut in crescentibus & decrescentibus lineis patet.

ANTI.

{ Quare necesse quod mutatum est, mutari, & mutatur, esse mutatum, & est ipso quidem mutari ipsum mutatum esse prius. ipso uero mutatum esse ipsum mutari, & nullo modo comprehenditur primum. Causa autem huius est, non esse impartibile impartibili coniunctum. In infinitum enim diuisio est: sicut in his, quæ augmentantur, & diminuuntur lineis. F

Expositio.

Quasi epilogando primo quinque declarata epilogat. ut quòd ante mutatum sit mutari. Secundo contra ante mutari sit mutatum. Tertio mutatum sit prius mutatione. Quarto mutatio prior mutato. Quinto in his nihil sit prius. Sed conuersim mutuo se præcedunt. resumit causam generalem, & exemplum, & totum patet.

Dilucida. tex.c. 59.

Perspicuum igitur, & id quod factum est prius fiat necesse est, & id quod fit antea factum etiam sit. modo diuisibilia atque continua fiunt. non tamen semper quod fit factum est, sed interdum aliud ceu illius aliquid, ut in ædibus fundamentũ. Simili ratione & in eo quod corrumpitur & in eo quod corruptum est. G

ANTI.

{ Manifestum est igitur, quoniam & quod factũ est, necesse est fieri prius, & quod fit, factum esse: in his, quæcunque diuisibilia, & continua sunt. non tamen semper quod fit, sed aliud aliquando, ut eorum illius aliquid: ut domus fundamentũ. Similiter autem in eo, quod corrumpitur, & in eo, quod corruptum est.

Expositio.

Quia dixit eandem rationem esse spectandam in generatione & corruptione. Nunc speciatim accommodando generale ad speciem: declarat illa omnia in generatione & corruptione, & uult tam in generatione quàm corruptione mutatum esse ante mutari, & contra mutari ante mutatum uno solo obseruato quòd ea quæ fiunt uel corrumpuntur: sint diuidua & continua. Inquit. perspicuum igitur & id quod factum est: prius fiat: necesse est. Et id quod fit: antea factum etiam sit: modo diuisibilia atque continua sint. Cur uero hanc conditionem subiecerit, in commento dicemus. Sed contra, quoniam domus nunc primò facta est, & tamen domus non prius fiebat, & constat ipsam esse diuiduam & continuam. Respondet non tamen semper quod fit: ipsum factum est, sed interdum aliud: ceu illius aliquid, ut in ædibus fundamentum: in naui uero carina, & id genus. Sic igitur ante omne factum præcedit fieri uel eiusdem, aut illius partis. Idem adiecit & in corruptione. & inquit. Simili ratione dicendum est & in eo quod corrumpitur, & in eo quod corruptum est, ut nos diximus de genito & generari. H

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem.

Statim enim ei quod fit, & ei quod corrumpitur inest infinitudo quædam. cum idipsum continuũ sit, & ita non fit quicquam: nisi id factum sit: neq;

I factum: nisi id idem fiat. Simili ratione & in eo quod corruptum est. Semper enim corruptum esse antecedit corrumpi: atque corrumpi, corruptum esse. Patet igitur quòd id quod factum est prius necesse est fieri: & id quod fit, antea factum esse. Est enim magnitudo omnis: atque temporis omne diuiduum semper: quare in quocunque sit aliquid: non erit in illo, ut in primo.

ANTI. { Mox enim inest ei, quod fit, & ei, quod corrumpitur, infinitum quoddam, & continuum existens aliquid. & non est fieri nisi sit factum aliquid: neque factum esse, nisi fiat aliquid. Similiter autem & in corrumpi, & corruptum esse. semper enim erit ipso quidem corrumpi corruptum esse prius. ipso autem corruptum esse ipsum corrumpi. Manifestum igitur, quoniam & quod factum est fieri prius, & quod fit, factum esse. Omnis enim magnitudo: & omne tempus semper diuisibilia sunt. Quare in quo utique sit aliquid, non utique erit ut primo.

Expositio. Videtur Aristo. nunc eius quod dixerat afferre argumentum. & inquit. statim enim & sine ratione ei quod fit & ei quod corrumpitur inest infinitudo quædam. Sed dices. simili ratione erit de tactione, & illuminatione & id genus.

L insunt enim subiectis: quibus infinitudo quædam inesse uidetur. Ideo melius exponerem sic. statim enim ei quo quicquam fit hoc est ipsi fieri, & ei quo quicquam corrumpitur, hoc est ipsi corruptioni inest infinitudo quædam: cum id ipsum utrunque, hoc est tam fieri quàm corrumpi continuum sit, & per hoc excluduntur obiectiones. ideo subdit, & ita non fit quicquam: nisi id factum sit prius: neque factum est quicquam: nisi antea idem ipsum fiat. Simili ratione & in eo quod corrumpitur, & in eo quod corruptum est. Semper enim corruptum esse antecedit corrumpi: atque corrumpi, corruptum esse. Tunc quasi epilogando concludit. patet igitur quòd id quod factum est: prius necesse est fieri, & id quod fit: antea factum esse. Est enim magnitudo omnis supra qua fit omne quod fit, & ipsius omne in quo fit omne quod fit diuiduum semper: quare in quocunque fit: hoc est siue in tempore: siue in magnitudine: non erit in illo ut in primo. Sed semper est dare partem ante partem & in tempore, & in magnitudine. & ita in nulla mutatione erit assignare primum.

Com. 59. An ant oē mutari sit mutatum eē, & an oē mutatū eē sit mutari. Vide Ioā. magist. q̄ō. 3. huius

Cum declarauit. Commentum præsens diuiditur in continuationem, & executionem. secunda ibi { Et dixit. } In prima parte uult Aristo. in præsenti capitulo tres egisse processus. Primus fuit quo declarauit in per se diuiduis ante omne mutari antecedere mutatum esse, & econtra, & hoc declaratione propria subaudi lationi. Secundus fuit quo declarauit declaratione communi substantiæ, & qualitati idem. Tertius uero quo idem de generatione persuadet speciatim.

M Sed differunt. Dicit secundo in prima commenti parte, quòd licet generatio & alteratio sint in continuis ut latio & auctio: cum omne quod mutatur sit quantum: tamen differunt, quia partes magnitudinis: ex quibus generatum fit: differunt specie. partes uero magnitudinis in motu locali, & auctione sunt eiusdem speciei. Sed contra ambiges, quia tunc membra è quibus conficitur animal differūt specie. igitur forma, & ita in uno composito plures essent formæ. Secundo hoc uidetur falsum in generatione elementi: nam partes ignis omnes sunt eiusdem speciei. Licet hæc dubitatio sit ualde longa. Pro nunc dici potest uno modo ad mentem Auerro. 12. metaphy. commen. 2. in uno composito bene esse plures formas specie partiales, non autem totales. Alio modo dici potest hæc membra differre specie non quidem essentiali, sed accidentali ut complexione: qua ratione Socrates colericus & Plato flegmaticus differunt specie apud medicos.

N Ad secundum dici potest quòd dictum Auerro. est indefinitum siue particulare, & solum in generatione animalis siue rei organicæ. Hæc nunc satis.

Et dixit hoc. Soluit dubitationem literalem. Ait enim Aristote. in rebus diuiduis & continuis fieri esse antea factum. ideo quæret quispiam quare adiecit in rebus indiuiduis & continuis. Respondet hoc esse additum, quia quædam sunt quæ generantur ut intelligere & sentire, quæque non sunt diuisibilia. nam (ut Themistius inquit) attactus dici utique factus potest: non tamen dici potest fieri, quia non sigillatim sensimue: sed concretim cunctim ac momento existit.

Et quia generatio. Dubitabit iunior quia non est uerum omne genitum prius generari primo ex parte rei quæ generatur. nam domus genita dici potest: generari minime. Amplius animal genitum est: nunquam tamen animal generabatur: cum non sit idem subiectum è principio in finē. siquidem generatio est de non esse ad esse.

O Quare etiam. Secundo ex parte motus: nam transmutatio non est eadem à principio in finem: cum sit composita ex generatione quæ est subita formæ prouentio, & alteratione, quæ est dispositio ad prouentum.

Et etiam. Tertio arguit ex parte modi generandi: nam in quibusdam dissimilaribus ut in generatione animalium & stirpium non est idem membrum à principio in finem. igitur nihil nunc primo genitum est, quod prius generabatur.

Et propter hunc. Respondet ex litera quòd debet intelligi. omne quod fit, prius fiebat: uel in se: hoc est secundum idem specie, uel secundum idem genus, uel in aliquo ordinato ad ipsum. qua ratione fit ut non semper generari & genitum esse, sunt eiusdem rationis: sed interdum generis: aliquando eiusdem ordinis.

P Verbi gratia. Responsionem datam ex textu exponit. Vbi animaduertendum est quòd generatio est duplex, similaris, & dissimilaris, generatione quidem similari fiunt elementa, & mixta similaria: ut lapides, metalla, & id genus, quoniam hæc fiunt per partem post partem, & omnes partes sunt eiusdem speciei. generatione dissimilari siue organica generantur animalia, & stirpes. si quidem partes quæ sigillatim fiunt: non sint eiusdem rationis. Generatio uero similaris adhuc bifariam, quia aut simplicium ut elementorum: aut mixtorum ut lapidum & id genus. Tunc uult in generatione similari simplicium non oportet ut generari, & genitum esse sint eiusdem speciei. nam genitum esse est forma & substantia. generari uero est alteratio & dispositio. Sed (ut diximus) sat est ut inuicem subordinentur. in generatione similari mixtorum generari & genitum sunt eiusdem speciei: non numero eadem. Nam generari est partium factio. genitum esse est totius. partes uero & totum sunt eiusdem speciei. in generatione dissimilari ipsum generari & genitum sunt unius generis, & hoc satis. nam partes differunt specie, à toto, non autem genere.

Q Quoniam in motu corruptionis. Disputat nunc an in generatione & corruptione detur primum naturaliter hoc est per se, & respondet quòd non datur primum per se, & arguit sic. in rebus continuis & diuiduis nihil est primum per se. Sed genita & corruptibilia sunt continua, & diuidua. igitur in his nihil est primum per se siue naturaliter.

An ante oē mutari sit mutari eē. Vide etiā Gradeum esc lect. 8. huius.

Et hoc quod dixit. Idem arguit in alteratione: nam qualitas per se ut affectio naturalis indiuidua est, ut uero in quanto per accidens diuiditur, & ita per accidens non habet primum: bene autem per se. Ex his uult nec in generatione: nec alteratione dari primum inquantum quante, sed bene ut tales & ut res naturales.

Sed quæritur. Cōtra uidetur in omni generatione esse primum in dissimilari quidem ut in illa animalium primum est cor. in similari uero primum est minimum.

Nos autem. Respondet & petit duo. Primo quòd nihil fit nisi prædisponetur: ita ut generationem alteratio præcedat. Simili ratione de corruptione. Secundo petit in alteratione

A tione nihil esse primum saltem modo dicto ut in quãto existit. Ex his uult quòd generationem accipiendo pro subito prouentu formæ: sic illius est primum, ut forma minima. Sed pro aggregato, ex alteratione & prouentu: sic illius nihil est primum: cum nec ipsius alterationis. Sed dices Auer. sibi contradicit multis in locis, ut in octauo huius, cõ. 23. & alibi. Dici potest uno modo quòd hic loquitur hypothetice hoc est his sic stantibus: absolute est dicendum ut in octauo. Animaduerte tamẽ primo ꝙ ipse non loquit̃ de augmentatione ꝓprie, sed prout est q̃dã partium extensio, quæ non differt fortasse à motu locali. nam in libro de generatione res hæc melius dicetur. Secundo animaduerte quòd Auerro. uult in generatione esse primum: in auctione etiam, cum omnes fiant per minima. In alteratione uero absolute est etiam primum, quia fit per minima. Sed in B alteratione mixta motui locali: si motus localis prædominatur non est dare primum: quemadmodum nec in motu locali, qui sua natura est ad quantitatem ut quantitas. ubi uero prædominatur alteratio siue generatio ut forte in auctione bene est dare primum, ut diximus pluries. Sic igitur in solo motu locali non est dare primum, quoniam ipse ut sic semper est in quanto, & ad quantum: cæteri uero cum per accidens sint ad quantum & in quanto. per accidens non habẽt primum: licet per se semper proficiscant̃ ꝑ minima.

Et debes scire. Soluit dubium literale: nam dictum est ante motum esse motum per diuisionem in infinitum: dicet quis: an per diuisionem actualem: an potentialem. Respondet ꝙ non per diuisionem actualem, quia non potest continuum diuisum esse in infinitum nisi esset ex indiuiduis, & ita motus esset ex indiuiduis. Hoc itaque faceret ut motus non esset. Et propterea inquit, & si non: tunc nullus motus fieret omnino, quoniam ex indiuiduis constaret.

Bt non est intelligendum. Talem his in uerbis innuit distinctionem, ꝙ duplex est, primum simpliciter, ut id quo nihil absolute est prius, & hoc modo in generatione nihil est primum. Alio modo secundum quid: quomodo carina na- C uis dicitur primum: non simpliciter, sed respectu membrorum officialium, & cor primum partium animalis. & hoc modo dari potest in generatione dissimilari primum ut in naui carina: in animali uero cor. Sic igitur de generationis & corruptionis prima parte Auerro. & Aristo. determina- Quæstio. runt. Quærunt hic. utrum omne quod mouetur prius mouebatur, quod est quærere. utrum detur prima pars motus: qua nunc primo aliquid mouetur, & uidetur ꝙ non. omne Prima rõ quod mouetur prius mouebatur. Primo, quia totum & pars æque cito incipiunt. igitur non prior pars quàm to- Secunda. tum. Secundo aliquod mobile potest moueri præcise in hora nec prius nec posterius. ubi patet talem motum esse Tertia. primum quo in hora mouetur. Tertio. tunc omnis mo- Quarta tus esset perpetuus: cum semper ante motum esset motus.

Quarto, arguunt ponendo aliquod mobile moueri in hora uniformiter in secunda hora difformiter: tunc in nũc me Quinta dio mouetur: non tamen ea uelocitate qua mouebatur: igi D tur aliquod mouetur quod non mouebatur. Quinto. in casu canis, qui moritur in medio casus, ubi dari patet primũ Põ captiũculatorum. esse cadaueris in quo mouetur, & non canis. igitur cadauer, quod non prius mouebatur. In ista quæstione captiũculatores dicunt duo præcipua à parte ante. Primum est Vide etiã Albertũ de saxo. q. 8. huius. quòd quantum ad inceptionem non ante omnem motum est motus, quoniam pars & totum ęque cito incipiunt. quo uero ad desitionem: dicunt. Secundo: ante omnem motũ esse motum, quia semper pars prius desinit quàm totum. A parte post uero dicunt duo alia. primum: post omnem motum est motus quantum ad inceptionem, quoniã post inceptionem cuiuslibet motus incipiet alius motus uel alia motus pars, & ratio est, quia omnis motus est diuisibilis in infinitum. Secundum est quòd quo ad desitionem non post omnem motum erit motus, quoniam non postquam desiit omnis motus erit motus. Hæc sunt quæ dicunt de Sol. ꝓpria quæsito. Et licet sint bene dicta. Videtur mihi esse addendum, ut dixit Auerro. nam de primo possumus loqui dupliciter. simpliciter, & sic in motu non datur primum: nec ultimum, ut recte per hæc quatuor patet. aut possumus loqui E de primo secundum quid, & ita concedi potest primum in motu, & generatione, ut cor est primum respectu partium, quod non est primum absolute: cum sit etiam diuisibile. Similiter prima hora qua Socrates disputat dicitur prima horarum disputationis: non tamen absolute prima disputationis pars. propterea de parte sub ratione generis loquendo non est prima motus pars. sub ratione uerò speciei bene est prima. Tunc ad rationes. ad primam & secundam patet solutio per hæc quæ diximus. Ad tertiam dico quòd incipit uel desinit negatiue per exclusionem. Ad quartam dicunt in instanti medio nõ esse motũ, sed immediate post illud, & sic non erit prima pars simpliciter. Ad quintam dicendum similiter in instanti medio nihil moueri, sed immediate post illud mouebitur cadauer, quod mouebatur. Et si F dices: igitur descensus illius non esset continuus: dico ꝙ nõ est continuus, quoniam mediat quies momentaria ut dicemus in octauo. Hæc de quæstione.

Sed in commento. Animaduerte ꝙ Auerroes negat pri- RECO. mum simpliciter in generatione, & in aliis omnibus motibus etiam similiter negat primum simpliciter. In octauo uero physicorũ totum contrarium asserit, dicit. n. in omnibus esse simpliciter primum, præter quã in motu locali. Com. 23. Respondet ꝙ loquitur de his, ut quanta sunt, in his enim ut quanta non est simpliciter primum, idest uniuersaliter primum. ut talia, benè est primum simpliciter, idest, est dare aliquod ante quod nihil est simpliciter. ergo cum hic negat in his primum simpliciter, sumit simpliciter pro uniuersaliter, hoc est, ut in uniuersali considerantur, cum alibi concedit primum in his simpliciter, accipit simpliciter, pro eo, quod est ita primum, ut nihil sit ante ipsum, & ita in ordine ad partes. æquiuocat itaqꝫ de simpliciter primo quia hic respexit ad considerandi modum. Alibi ad res, q̃ considerantur. secundum enim considerandi modum uni- G uersalem, quo hæc considerantur, non est dare simpliciter primum. secundum uero res, quæ considerantur, est dare aliquid simpliciter primum, utpote ipsum minimum de quolibet generato.

Cum autem omne quod mouetur: in tẽpore mo- Dilucida. tex. c. 60. ueatur: in maioreq; maiorem magnitudinem peragret: infinito in tempore impossibile est aliquid transeat finitam. modo non per ipsam eandem semper: nec per aliquam eius partem, sed per uniuersam uniuerso in tempore moueatur. igitur cum aliquid quidem æque uelociter mouetur: necessario finitam finito in tempore transeat, patet. Sumpta nanqꝫ parte quæ mensurauerit uniuersam: in tot æqualibus temporibus: quot sunt magnitudinis partes: uniuersam peragrabit. Quare cum harum quæqꝫ finitæ sint quantitatis, & omnes tot: tempus sanè finitum erit. Totiens enim erit tantum quan- H tum tempus partis multitudine partium repetitũ.

Quoniam autem omne, quod mouetur, in tem- ANTI. pore mouetur, & in minori per maiorem magnitudinem: in infinito tempore impossibile est moueri per finitam, Si non per eandem semper, & per il- aīr in alio libro. lius aliquid motum, sit: sed in omni per omnem. Quòd quidem igitur si aliquod æque uelociter Mõ non ꝑ eãdẽ semp. neqꝫ ꝑ illi⁹ aliquid sit motum. moueatur: necesse sit per finitam infinito moueri, manifestum est. Accepta enim parte, quæ mensurabit totum: in æqualibus temporibus tot, quot partes sunt: per totam motum est. Quare quoniam hæ finitæ sunt, & quantitate unaquæqꝫ, & tot omnes, & tempus utique erit finitum. totiens enim

I erit tantum, quantum est partis tempus, multiplicatum multitudine partium.

Expositio. Problema nostrum est. utrum spatium finitum sit tempore infinito pertransibile. Respondet Arist. ꝙ spatium finitum non põt infinito peragrari tempore. Supponit aũt duo ex parte rationis, & duo ex parte conclusionis. Primũ est. oẽ qđ mouet̃ in tpe mouet̃. Secũdum. pertransiens aliquod spatium in aliquo tẽpore idẽ mobile in parte illius temporis pertransit partem spatij; ita ut uniuersaliter in minori pertranseat minus. Ex his infert spatium finitum pertransiri nõ posse tempore infinito. Inquit. Cũ autem omne quod mouetur: in tempore moueatur; hoc est primum. In maiore q; maiorem magnitudinem peragret, & in minori minorem: infinito in tẽpore impossibile est aliquid transeat magnitudinem finitam. Addit conditiones ex parte conclusionis, & inquit. modo non per ipsam eandem semper fiat replicatio & conuersio: nec per aliquã eius partem; sed p uniuersam uniuerso in tẽpore moueatur sine conuersione, & circulo, & ita conclusio in motu recto locum habet. Deinde infert rursus conclusionẽ addens secundam conditionẽ ex parte conclusionis, & inquit; igitur cum aliquid quidem æque uelociter mouetur; necessario finitam finito in tempore transeat patet. Adiecit secundam conditionem ut mobile sit regulare, ubi enim esset irregulare: secus esset, ut diximus olim. Deinde ijs stantibus arguit; si mobile mouetur regulariter: accipiatur aliqua pars magnitudinis, uel trãsitur finito uel infinito tempore; non infinito, quia tũc ęquali tempore transiretur sicut totum. Contra secundam suppositionem. igitur finito. accipiatur deinceps tantundem magnitudinis, & etiam per rationem eandem transibitur tempore finito. & accipiatur tertia, & quarta donec magnitudo finiatur. & cum quælibet pars transeatur parte temporis. igitur uniuersa transibitur ex tempore ex omnibus partibus aggregato, sed cum tale aggregatũ sit ex tot partibus temporis; quot sunt partes spatij. finitæ sunt partes spatij. igitur totius temporis. Inquit. sumpta nanq; parte quæ mensurabit uniuersam magnitudinem: cum hæc pertranseatur in parte finita temporis: in tot æqualibus temporibus; quot sunt magnitudinis partes, uniuersam peragrabit. Quare cum harum quæq; finitæ sint quantitate, & omnes tot hoc est & numero: tempus sane finitum erit. Totiens enim erit tantum ipsum totum tempus; quantum est tempus partis multitudine partium repetitum.

K

L

Cõm. 60. Iam declarauit. Mouet dubium Auerroes, quia problema istud est solutum, & pertractatũ. igitur non repetendũ.

Sed illa. Respondet ꝙ propter tria repetitur. primo quia ibi per accidens, ut consequens ad problema de diuisione continui fuit dictum. Hic uero ut quæsitum per se. secundo. quia ibi locutus est confuse nõ addens conditiones ex parte conclusionis uidelicet: in motu regulari, ut addit hic. tertio, quia hic declarabit spatium finitum actu non pertransiri: nisi in tempore finito actu, sed infinitum in actu tempore infinito actu & ita faciet hic differentiam inter finitum & infinitum, quã non fecit illic, & ita non iniuste idem problema repetendum putat Auerroes.

M

An in tpe finito possit ptrãsiri magni udo ifinita. Et in tpe ifinito magnitudo finita. Vide Alb. de sa xo. q. 9. h[9] Vide etiã Iãdu q. 10. huius.

Et dixit quia. Dicet quis: quare supposuit omne quod mouetur: moueri in tempore: cum illud sit notum. Respondet hoc esse suppositum non ad syllogismum, sed ad cauillũ, quia dici posset: esse motum uelocissimum, & in instanti, quia si esset in tempore non esset uelocissimus. Ad hoc tollendum hoc sumpsit.

Et quam induxit. Ex hoc innuit Auer. ꝙ uirtus totius enthymematis est in secũda propositione, & recte dicit, quoniam si in maiori tempore pertransitur maius. igitur in tẽpore infinito pertransibitur infinitum; non igitur fieri potest, ut finitum tempore infinito pertranseatur.

Et addit hanc conditionem. Dices tu. cur Aristot. adiecit nulla facta replicatione uel in toto aut parte. Respondet hoc adiecisse præseruando se à motu cœli, qui est in tempore infinito supra spatio finito. Reliquum commẽti patet.

N. Dilucida. tex cõ. 61. Prima suppositio. Secunda.

Differt autem nihil & si non æque celeriter moueatur. Sit enim. a. b. spatium finitum, quod infinito in tempore peragretur tempus uero infinitum sit. c. d. Si igitur per partem aliam priorem alia motum sit necesse est: patet in priore temporis parte posterioreue per aliam esse motum. Semper enĩ maiore in tempore p aliam motum erit: siue æqua siue non æqua cæleritate mutetur, & siue intendatur motus: siue remittatur: siue in eodẽ persistat.

Accipiatur itaq; pars aliqua ipsius. a. b. spatii, utpote. a. e. quæ uniuersum. a. b. dimetiatur. Hæc igitur in ipsius infiniti temporis parte aliqua peragrata est. quippe cum impossibile sit infinito in tempore peragrari. Vniuersum enim spatium infinito in tempore peragratum est, & rursus si aliã sumpsero tantam: quanta est. a. e, necesse est illa peragretur finito in tempore. Infinito enim in tempore uniuersum peragratur: sicq; usque ad ultimam summam.

O

ANTI.

Sed si iam non sit æque uelociter, differt nihil. sit enim in quo est. a. & b. spatium finitum: per quod motum sit infinito tempore. & tempus infinitum sit, in quo est. c. d: si igitur necesse est per alterum prius altero motum esse. hoc autem manifestum est, quoniam temporis in priori, & posteriori per alterum est motum: semper enim in maiori per alterum motum est, siue æque uelociter: siue non æque uelociter mutetur: siue intendatur motus, siue remittatur: siue maneat nihilominus. accipiatur igitur aliquid ipsius. a. b. spatii: quod sit. a. e. quod mensuret. a. b. hoc itaq; infiniti in quodam factum est tempore, in infinito enim non potest eẽ: omne enim in infinito est, & iterum alterum iam si accipiamus, quantum est. a. e, necesse est finito in tẽpore esse: omne enim in infinito, & sic iam accipiẽs.

P

Expositio.

Demonstrationi tactæ potest esse cauillus quidam. Suppositum enim est in demonstratione partibus spatij respõdere partes temporis: modo diceret cauillator hoc esse uerum in motu regulari. ubi autem motus eẽt irregularis, fieri potest ut uni parti spatij respondeat maior pars temporis (ut maxime si motus procedit remittendo) quàm alteri, & ita suppositio erit falsa. Obijcit huic Aristo. & inquit. differt autem nihil & si non æque celeriter moueatur mobile ipsum, quia siue sic siue aliter nunq̃ fieri põt ut spatium finitum tempore peragretur infinito. Ad huius autem euidentiam supponit quædam, & inquit. Sit enim. a. b. spatiũ finitum, quod infinito in tempore peragretur. Tempus uero infinitum sit. c. d. Hæc est prima suppositio in casu consistens. Secunda suppositio. non æquali tempore præcise potest pars & totum peragrari, & hoc uniuersaliter tam in motu regulari, quã in motu irregulari. Probatur quia semper pars prior spatij peragratur in parte priori temporis, & pars posterior in parte posteriori, & hoc tam in motu regulari quàm irregulari. Qua ratione fit ut non uno eodẽ atq; æquali tempore pars peragretur, & totum: aliter eodem profecto tempore prior pars & posterior peragraretur. Inquit. si igitur per partem aliam priorem alia moueatur necesse est: patet in priore temporis parte posterioreue per aliam esse motum. Semper enim maiore in tempore per aliam hoc est residuam motum erit: siue æqua siue nõ ęqua celeritate mutetur, quod exponit. d. & siue intendat̃ motus, ut fit in motu naturali: siue remittat̃, ut in uiolentis: siue in eodẽ persistat, ut in motu animaliũ. Sic igit̃ patet ptẽ nõ peragrari eo & ęquali tpe: quo totũ spatium ut̃ in oĩ motu. His duobus acceptis: arguit. & inquit. accipiatur itaq; pars aliqua ipsius. a. b. spatij, quæ sit. a. e. quæ uniuersum, a. b. dimetiatur

Q

tiatur

A tiatur. Hoc est sit aliquota ad totum.a.b. utpote aut quarta, aut quinta, ita ut quater sumpta reddat totum.a.b. uel quinquies similiter. Hæc igitur in ipsius infiniti temporis parte aliqua peragrabitur. Quippe cum impossibile sit infinito in tempore peragrari. Vniuersum enim spatium.a.b. infinito in tempore peragratum est. modo per suppositum secundum non potest pars eodem & æquali tempore peragrari: quo totum peragratur. & rursus si aliam sumpsero tantam: quanta est.a.e. pari ratione necesse est illa peragretur finito in tempore. Infinito enim in tempore uniuersum spatium peragratur, & non potest eodem & æquo tempore totum pertransiri & pars, ut sumpsit, sicq; usq; ad ultimam proficiscendo summam. & cum spatium sit quadrisectum, igitur tempus erit quadrisectum. Prima enim pars spatij tēpore finito peragratur, & secunda, & ita de cæteris. igitur

An ipsius magnitudinis prius alterū altero motum sit. Vide Egi. hic, & etiā Burl.

B aggregatum ex omnibus temporibus: quibus omnes peragrantur: erit finitum.

Dilucida. tex. cōmē. eiusdem.

Cum aūt infiniti quidem nulla sit pars quæ metiatur ipsum. fieri enim non potest ut infinitum ex finitis siue æqualibus, siue inæqualibus constet. ꝓpterea ꝙ ea quæ multitudine & magnitudine sunt finita siue sint æqualia siue sint inæqualia modo magnitudine finita sint: mensurari aliquo uno possunt. Spatium autem finitum quantitate partis.a.e. mensuratur. igitur finito in tpe.a.b. peragrabiť.

ANTI.

{ Quoniā infiniti quidem nulla pars est quę mensurat: impossibile.n. est īfinitum esse ex finitis ęqualibus, & inæqualibus, propter id quod mensuranť finita multitudine, & magnitudine à quodā uno, siue æqualia, siue inæqualia sint. finita autem magnitudine nihilominus: spatium autem finitū, tantis, quæ sunt a.e. mensuretur ergo finito in tempore per a.b, mouetur.

Expositio.

Nunc format rōnem in figura sic. nullum tēpus infinitū pōt mensurari sua parte. Tēpus quo peragratur spatiū.a.b. pōt sua parte mensurari. igitur tps illud non est infinitū. Minor probata fuit in proximo textu. inquit. Cum aūt infi-

C niti quidem nulla sit pars quę metiatur ipsum. hæc est maior. Quā probat.d. fieri enim non pōt ut infinitū ex finitis siue æqualibus siue inæqualibus constet. propterea ꝙ ea q̄ magnitudine & multitudine sunt finita siue sint æqualia siue inæqualia: modo magnitudine finita sint: mēsurari aliquo uno possunt, ut dicunt arithmetici in numeris, & geometrici in magnitudine. Hæc ē maior, & illius declaratio. minorem non sumit, sed accipit aliud loco illius: ex quo facile minor habetur, & inquit. Spatium aūt finitum quantitate partis: a.e. mensuratur: per hoc uult habere ꝙ tps quo peragratur spatium.a.b. mēsuratur parte temporis aliqua qua peragrať pars spatij, ut fuit deductū. Infert conclōnē, & inquit. igitur finito in tempore.a.b. peragrabiť spatium.

Dilucida. tex. cōmē. eiusdem.

Similiter aūt & in quiete. Quare fieri non pōt ut aliquid unum & idem generet aut corrūpať semp.

ANTI.

{ Similiter aūt & in quiete: quare neq; fieri neque corruptio poſe est semp aliquid unum, & idem.

D Expositio.

His declaratis addit duo. primum ꝙ simili ratione est de quiete ita ut nec quies finita esse possit tempore infinito. Addit aliud quasi per modum illatiuum, & inquit. Quare fieri non potest ut aliquid unum & idem generetur aut corrumpatur semper. Ad sensum datum uidelicet, ꝙ generatio siue corruptio tempore perduret infinito. hoc pro tanto patet, quia generationem esse finitam patet ex quinto, cum sit transmutatio de quodam in quoddā. Qua ratione euenit ut nec generatio nec corruptio infinito tempore perdurent. Siquidem transmutationes finitæ tempore sint.

Com.61.

Cum declarauit. Licet præsens commentum sit lōgum: maior eius pars ex expositione textus patet. Verum nonnulla annotanda sunt,

E Et non intendit partes rei. Remouet Auerroes hic dubiū: nam Arist. supposuit ipsius mobilis prius moueri eius partē q̄ totum. Et hoc in translatione Arabica: nā in codice græco hoc non est: nec dubitatio facit ad propositum. Accepit igiť partem mobilis prius moueri q̄ totum. Contra. nam æque cito mouetur pars in motu locali sicut ipsum totum. igitur suppositio falsa. Respondet & uult talem distinctionem, ꝙ subiectum motus, quod dicitur mobile. Vno modo sumi solet pro subiecto inherentiæ in quo motus tempore inheret. Alio modo pro subiecto terminatiōis hoc est pro genere ad quod motus est ut in generatione pro substantia: in alteratione pro qualitate: in auctione pro quantitate: in latione pro loco. hæc enim sunt subiecta, hoc est genera ad quę motus ipsi terminanť. Tunc uult Auerro. ꝙ loquendo de subiecto inhęrentiæ illa propositio philosophi prius mouetur pars q̄ totum est uera in generatione & alteratione. In generatione.n. prius moueť, hoc est generať F cor, q̄ totum animal. In alteratione uero prius alterať pedale q̄ totum lignum, quod intelligo quantū ad acquisitionem. Prius enim pars alterabilis acquirit formam qualitatis q̄ totum, quia citius desinit acquirere: q̄ totum. In motu aūt locali æque cito mouetur totum sicut sua pars: maxime si fuerit continuum, ut uidebitur infra cōmento.96. & ita propositio philosophi de motu locali est falsa: nec hoc impedit rationem, quia non sic sumit subiectum Aristo. si uero subiectum sumatur pro genere: erit sensus, prius acquiritur pars generis q̄ totum genus, ut prius acquiritur pars ut quatuor calidi q̄ ut octo, quod est totum calidū. & hoc modo in omni specie motus propositio philosophi habet ueritatem. Et hac rōne ut patet facit ad propositum Aristo.

Et quia illud quod est diuersæ. Colligitur ex hoc cōmento motum esse trifariam inæqualem, aut quia procedit in crescendo: ut motus naturalis: aut deficiendo, ut uiolentus: aut utroq; modo ut animalis motus. G

Et sic syll's componitur. Format rōnem textus ut non fecimus, & uult Aristo. non formasse syll'm: ita ut formandus est, sed bene accepit duas propositiones ut maiorē & aliā loco minoris, ut diximus.

Et ideo potētia. Declarat hic qualis est uirtus syll'i, & uult uirtutem syll'i esse cōmunem ad omnes motus species.

Et in libro Ioannis. Animaduerte ꝙ in translatione barbara quā exponebat Auer. ubi nos habemus. similiter aūt & de quiete: ipse habebat. similiter aūt & de generatione, & hoc modo exponit ipse. nunc corrigit errorem suæ translationis per translationem Ioannis: qui ita habebat ut nos diximus. & uerificat dictum Ioannis.

An q̄es sit perfectior motu. Vide Sco. di 48 quarti.q.2. ad argumēta principalia.

Et dixit Ioannes. Sed contra quia quies est priuatio motus: modo priuatio pōt esse infinito tpe ut priuatio Socratis erit infinito tpe. igiť non est simile de motu & de quiete. ꝓpter hoc Ioannes cogebatur exponere quietem hoc est uiā in quietem: hæc enim uia nō pōt esse in tēpore infinito. Sed hoc est exponendum, ut diximus in textu.

Aut intendit. Facit Auerroes hic enthymema istud. si aliquod genereť generatione infinito tpe mēsurata: idē simul & semel generareť & corrūpereť. quod deduco: nā si gñať aliquid: illud corrūpeť per Arist. primo cœli. aut igitur cor-

H rūpeť perdurante gñone, aut illa non perdurante: si nō perdurante. igitur generatio illius fuit tēpore finito, & ita propositum. Si perdurante generatione. igitur simul & semel idem generaretur & corrumperetur.

Et non intendit. Remouet dubium: nam ut Auer. credit: Aristo. facit has illationes: si aliquod semper transmutatur: tunc idem generaretur & corrumperetur. Secunda est, si transmutatio finita esset tempore infinito: tunc nihil gñaretur: nihil q; corrumperetur. Quæret quispiam. hæc secūda consequentia est addita ad destruendū primam, aut ut secundum impossibile de per se ponens in numero. Rñdet ꝙ non est ad destruendum primā, quia prima est impossibilior & manifestior hac. Sed est inducta ut secundū impossibile, ut quasi Aris. uelit innuere ex illo impossibili seq plura impoſ'ia: tu uero uides: qualr hæc superfluūt in textu pro-

I Dilucida. tex.c. 62. Eadem uero ratio est: fieri etiam non posse ut finito in tempore quicquam aut infinitam magnitudinem transea, tsiue regulariter siue irregulariter moueatur, aut quiete infinita quiescat. Sumpta nanq; aliqua temporis parte, quæ uniuersum ipsum dimetiatur tempus: in ipsa partem aliquam magnitudinis & non uniuersam transibit. Vniuersam enim uniuerso in tempore trāsit. Rursus etiam in ęquali tantundem, atq; in unaquaq; similiter: siue ęquales sint primæ parti: siue inæquales. Refert enim nihil: modo sit quęq; finita. patet enim exhausto tēpore: infinitam magnitudinem exhaustam non fore: si ablatio fiat & magnitudine, & numero finita. Quare non infinitam magnitudinem finito in tempore peragrat, atq; nihil interest altera ex parte: an utraq; infinita sit magnitudo. eadem enim rō erit.

ANTI. K { Eadem autem ratio etiam est, q neq; finito in tempore per infinitum possibile est moueri: neq; quiescere siue regulariter moueatur, siue irregulariter. Accepta enim quadam parte, quæ metietur totum tempus: in hac aliquid tantum transibit magnitudinis, & non totam: in omni enim totam: & iterum in æquali aliā: & in uno quoq; similiter: siue ęqualis, siue inæqualis sit ei: quæ est à principio. Differt autem nihil si solum sit finita aliqua unaquæque. Manifestum enim q diuiso tempore, infinitum nō aufertur, finita diuisione facta & quanto, & eo qđ tot modis. Quare non transiuit finito in tempore infinitum. nihil autem differt magnitudinem in altera, aut in utraque esse infinitam: eadem enim ratio est.

L Expositio. Cōuertit problema & probat q finito tempore spatium infinitum non est peragrabile & hoc proponit. eadem uero ratio est: fieri etiam non posse ut finito in tempore quicquam aut infinitam magnitudinem transeat siue regulariter: siue irregulariter, aut quiete infinita quiescat. hoc est cōuersum problema. Deinde declarat ipsum. & inquit. sumpta nanq; aliqua temporis parte, quæ uniuersum ipsum dimetiatur tempus, ut de quadripartito tempore sumaē una quarta, quæ quater ducta reddat totum: in ipsa uidelicet quarta partem aliquam magnitudinis & non uniuersam transibit ipsum mobile. uniuersam enim magnitudinem in uniuerso tempore transit, & non potest pars æquo tempore transiri ut totum, ut supposuit. rursus etiam in æquali parte ad illam ut in secunda quarta transibit tantundem, atq; in unaquaq; similiter tantundem: dico tantundem siue æquales sint primæ parti: siue inæquales. refert enim nihil: modo sit quæque finita, & ita transibit tantundem ad hunc sensum, q quæq; peragranda semper sit finita. patet enim hoc in casu exhausto tempore per numerationem partium infinitam magnitudinem exhaustam non fore: si ablatio fiat & magnitudine siue quantitate, & numero finita.
M non enim finitum exhaurire atq; consumere potest infinitum. Ex his infert intentum, & inquit. quare non infinitam magnitudinem finito in tempore peragrat. Dices fortasse fieri posse ut ea quæ altera ex parte saltem finita sit peragretur. Hoc refellit dicens. atq; nihil interest altera ex parte an utraq; infinita sit magnitudo. eadem enim ratio erit semper huic accommodabilis. Nam semper quærendum esset an ad consumptionem partium temporis esset cōsumptio partium magnitudinis, uel ne, & ita arguendum ut prius, & ita syllogismus erit. nulla magnitudo infinita mensurari potest à sua parte. spatium eiusmodi potest mensurari à sua parte. igitur non est infinitum. Minor declaratur aut hoc spatium consumitur ad consumptionem partium temporis aut non. Si non. igitur tempus erit exhaustum: magnitudine non exhausta. Si consumitur, sed partes temporis sunt finitæ. igitur mensuratur à sua parte. De ratione solum tetigit probationem minoris. N

Quam declarauit. Commentum patet. uerum in cauda commenti notatur ab Auerroe impossibile esse infinitum corpus moueri. cum nec tempore finito: nec tempore infinito. Sed ambiges fortasse, quia licet corpus infinitum nō possit moueri localiter: posset alterari per condensationem & rarefactionem. igitur posset moueri. Dici potest q quæstio potest formari absolute, uel hypotheticè. Siquidem formetur absolute: erit sensus utrum corpus infinitum posset moueri. Et dico tunc absolute q non, quoniam cum esse non possit: nulla specie motus moueri poterit. Si hypotheticè: erit sensus, utrum posito q corpus infinitum sit: ipsum posset moueri, & tunc dico quòd non posset moueri localiter ut intelligit Auerro. quoniam non est locus extra ipsum ad quod moueretur secundum totum, utrum possit moueri secundum partes in octauo dicetur. Hæc satis. Com. 62.

Dilucida. tex.c. 63. O His demonstratis: patet fieri non posse ut mobile finitum finito in tempore transeat magnitudinem infinitam propter causam eandem. In parte nanq; temporis finitam partem transit, & in unaquaq; simili modo. quo fit ut toto in tempore finitam transeat magnitudinem.

ANTI. { Demonstratis autem his: manifestum est q neq; finitam magnitudinem infinitum contingit transire finito in tempore, propter eandē causam. In parte enim temporis finitum transibit. & unoquoq; similiter, quare in omni finitum.


Expositio. Hactenus compleuit problemata de tempore & spatio quo ad finitatem atq; infinitatem: nullam de mobilis finitate uel infinitate mentionem faciendo. Nunc repetit quasi problemata miscēdo mobilis aut finitatem, aut infinitatē. Et proponit mobile finitum peragrare non posse spatium infinitum tempore finito: quod probat repetendo rationē primi problematis, & sermo patet translatione sola. Quo uero ad græca uerba: megedos græce: licet pluries Aristo. acceperit pro spatio: hic pro mobili sumit, ut etiam alibi fecit. Commentum. 63. patet. P

Dilucida. tex.c. 64. Cum igitur finitum mobile infinitum spatium finito in tempore non peragrauerit: patet neq; infinitum peragrare finitum. Nam si peragrat mobile infinitum magnitudinem finitam: etiam finitum trāseat magnitudinem infinitam necesse ē. nihil enim interest utra sit quæ motum agit. utroq; nanq; modo finitum transibit infinitum. Nam cum. a. magnitudo infinita mouetur: erit aliquid ipsius secundum. b. utpote. c. d. finitum. Et aliud rursus: atque aliud: sicq; semper. Quare euenit ut simul infinitū per finitum sit motum: atq; finitum per infinitum transeat.

ANTI. Q { Quoniam igitur finitum non transibit infinitū finito in tempore manifestum est, q neq; infinitū finitum. si nanq; infinitum finitum: necesse est & finitum infinitum trāsire. nihil enim differt quodlibet esse, quod mouetur: utrobiq; enim finitum pertransibit infinitum. quin enim moueatur infinitum in quo est a: erit aliquid ipsius secundum b: finitum ut c. d: & iterum aliud, & aliud, & semp sic. quare simul accidit infinitum motum esse per finitum, & finitum transire infinitum.

mobile infinitum.
B A
C D

A



Expositio. Conuertit problema & uult probare q mobile infinitũ peragrare non potest spatium finitum illomet tempore finito. & facit enthymema. & inquit. cum igitur finitum mo- B bile infinitum spatium finito in tempore non peragret, patet neq; infinitum uidelicet mobile peragrare spatium finitum illomet tempore finito. istud est enthymema. Videt autem mihi q in deductione enthymematis uelit esse intelligendã hanc suppositionem, uidelicet quòd si aliquod mobile mouetur super spatium aliquod, mobile trãsit spatium per motum è quo in quid proficiscendo. Spatium uero transit rem motam quiescendo, quatenus spatium quiescens tangit omnes partes sibi æquas ipsius rei motæ, per quas res mota applicatur spatio quiescẽti: & ita unũ transit alterum uaria ratione. Tunc inquit. nam si peragrauerit mobile infinitum magnitudinem finitam, etiam contra finitum trãseat magnitudinem infinitam necesse est: quod probat innuendo suppositionem quam explicaui. & inqt. nihil enim interest utra sit quæ motum agit. utroq; nanq; modo finitum transibit infinitum, licet nõ una ratione. res enim mota per motum, res quiescens per cõtactum. Hoc exponit in terminis. & inquit. nam cum a. magnitudo in- C finita mouetur, erit aliquid ipsius, siue pars dicatur, siue qd secundum b. latus utpote c. d. infinitum æquale spatio supposito, quod tangit ab illo in parte temporis. & aliud rursus tantundem in secunda temporis parte tactũ, atq; aliud sicq; sp, donec tpis partes exhaustæ sint: quare euenit ut simul infinitum per finitum sit motũ motionem agendo in eo de quodam in quoddam, atq; finitum per infinium trãseat per contactum ut diximus de spatio.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Neq; enim fieri potest fortasse ut aliter infinitum per finitum sit motum, ita ut finitum transeat infinitum, quàm aut latione peragrando per ipsum, aut metiendo. Quare cum hoc sit impossibile, infinitum finitum non peragrabit.

ANTI. { Neq; enim fortassis possibile est aliter infinitum {moueri per finitum quàm ita ut finitum transeat {infinitum quàm aut latum, aut metiens. Quare D {quoniam hoc impossibile est: non transibit infini- {tum finitum.

Expositio. Obijcit autem quis rationi tunc tactæ negando q si res mobilis infinita moueatur per finitũ spatium, q finita res mobilis siue finita magnitudo transeat infinitum, quoniam spatium quiescens cum non moueatur, non potest transire. Huic igitur cauillo occurrit, & uult q finitum pertransire infinitum bifariam est, aut quia feratur cursu uel motu per ipsum. aut q dimetiatur illud, hoc modo ut aliquotiens sumptum reddat illud ut ter aut quater: & id genus: tunc uult q spatium quiescens non transit infinitum per motum, sed per mensuram, utpote mensurando ipsum. modo utraque pertransitio est impossibis, & ita ratio est efficax. uerba patent translatione ipsa tantum. Commentum. 64. patet.

Dilucidat. tex. c. 65. At uero neq; infinitum finito in tempore infinitum transit. nam si transit infinitum magnitudinẽ infinitam, finitum quoq; eandem peragrabit. Infinito enim inest & finitum. E

ANTI. { At uero neq; infinitum finito in tempore transi- {bit infinitum: si enim infinitum & finitum: inest {enim infinito finitum.

Expositio. Rursus q res mota infinita spatium infinitum tempore finito non transeat, nunc eo probat, q in ipso infinito est aliqua res finita, quæ simul fertur cum ipso, ut caput cum homine. Qua ratione fit. simul cum toto eandem peragret magnitudinem, & ita finitum rem infinitam transibit, qđ est confutatum. Sed dices, tale finitum peragrare per accidens spatium infinitum, quemadmodũ caput spatiũ quod peragrat homo ipse, cuius est pars quod fortasse cauillator concederet. Dici potest q idem sequitur, quia licet illud nõ sit separatum, põt separari, tunc ponatur in esse, & sequet idem. Verba patent translatione sola. (An infinita possunt pertransiri in tpe finito. Vide lã du. qõ 10. huius.)

F

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Præterea & tempore sumpto, eadem demonstratio erit.

ANTI. { Amplius autem, & tempore accepto ea dem est {demonstratio.

Expositio. Potest intelligi q eadem demonstratio erit si sumatur tẽpus infinitum, spatium uero & mobile finita, ut expositor exponit, & recte, aut potest intelligi q sicut conclusio illa ex parte mobilis est confutata, ita potest confutari ex parte temporis, quod ponitur finitum, & ita erit secunda rõ quo modo Auer. exponit, & totum est bonum.

Dilucida. tex. c. 66. Cum itaq; neq; finitum transeat infinitum, neq; infinitum finitum, neq; infinitum infinitum finito in tempore transeat: patet neq; motionem infinitã esse finito in tempore. quid enim interest: motus an magnitudo sit infinitum. nam si utrumuis fuerit infinitum, & alterum infinitum esse necesse est. Omnis enim latio in loco est.

ANTI. { Quoniam autem neq; finitum infinitum transit, {neque infinitum finitum: neq; infinitum finito in {tempore mouetur: manifestum erit, q neq; mo- G {tus est infinitus finito in tempore. quid enim dif- {fert motum, aut magnitudinem infinitum facere. {necesse enim siquidem infinitum alterum, & alte- {rum esse. omnis enim loci mutatio est in loco.

Expositio. Nunc q motus infinitus non sit tempore finito, declarat. & arguit sic, aut hoc erit per spatium, aut per rem motã. Si per spatium: tunc aliquod mouebitur per spatium infinitũ tempore finito. Si per rem motam, tunc aliquod infinitum mouebitur tempore finito aut per magnitudinem finitam, aut infinitam, sed hæc destructa sunt. quare motus infinitus esse non potest tẽpore finito. Vtilitas huius partis est, ut ait Auer. quia est ut suppositio siue fundamentũ demonstrationis quam Aris. faciet in septimo huius. Verba patẽt translatione ipsa.

Cõmẽ 66. Cum declarauit. Prima pars cõmenti quæ est expositoria patet partim per se, partim ex dictis in tex.

H Et ista consecutio. Nunc quasi digrediendo ponit conuersionem quam facit Aris. in litera non habere locum, nisi in motu locali, in ipso enim motu locali uidelicet motus est infinitus. igitur spatium aut mobile. Contra etiam spatiũ aut mobile est infinitum. igitur motus.

Vtrum autem. Mouet dubitationem utrum ualeat. augmẽtum est infinitum. igitur auctum ipsum. alteratio est infinita. igitur alteratum. Hæc dubitatio.

Cõsiderandum. Soluit q in omnibus est uerum, sed euidentius illud spectatur in latione. Propterea Aris. subiecit in textu, omnis enim latio est in loco: ad denotandum conuersionem illam esse intelligendam in latione tantum, & nõ in alijs. Animaduertendum tamen, q in alteratione id quod est loco spatij est latitudo. In auctione uero amplitudo. Tunc ualet. alteratio est infinita. igitur alterabile, uel latitudo est infinita. Auctio est infinita, igitur auctum uel

I amplitudo, uerum in latione id manifestius habetur.

Et in ultimo. Secundo ambiges, quoniam motus cœli est infinitus, & tamen est spatium & mobile finitum. Respõdet ꝙ Arist. loquitur in motu recto, quia in fine huius declarabit solum motum circularem esse infinitum. Dubitant captiunculatores, quia uidetur ꝙ mobile finitum possit transire spatium infinitum in hora: nam in prima parte proportionali horæ potest ptransire pedale: & in secunda parte proportionali aliud pedale, & sic in infinitum. igitur tempore finito pertransibitur spatium infinitum. Contra etiam argui potest ex parte temporis infiniti ponendo spatium finitum, ut patet. Respondent sorticolæ casum esse impossibilem, quia licet in prima parte proportionali horę pedale transeatur, et in secunda parte secũdum pedale, & sic in infinitũ, cum hæc omnia non stent simul, negant consequentiam. Sed uidetur hęc responsio ambigua, qa tunc destrueretur omnis inductio, cum in nulla inductione enumerentur omnia singularia. Propter quod dici potest ad hoc ut satisfecit Aris. ad cauillum Zenonis, ut cum dicit. diuidatur hora in partes proportiones, aut intelligis in actu, aut in potentia. si in actu: casus est impossibilis. si in potentia, tunc ex potentia non debet inferri actus, ideo ratio nulla. sed de hoc satis superius diximus. Dubitant consequẽter probando contra Aris. infinitum motum posse esse tempore finito. Et ponatur ꝙ summe calidum in hora præcise assimilet sibi summe frigidum: tunc patet illum motum calefactionis esse infinitum, quoniam infinitæ uelocitatis: nam cum uelocitas crescat per crementum proportionis agentis ad passum, & in infinitum augebitur proportio agentis supra passum, quoniam in infinitum diminuet resistentia passi per partem post partem usq; ad nõ gradum stante potentia agentis ut supponitur: sequitur ꝙ in infinitum uelocitabitur motus: quare motus ille erit infinitæ uelox: seu infinitæ intensus, & ita infinite factus, & tamen tẽ
L pore finito. Ad hoc respondent recentiores concedendo uelocitatem motus illius fore infinitam, non autem motũ illum. Imaginantur enim uelocitatem esse motus affectionem siue proprium accidens. Modo siue propria passio sit idem realiter cum suo subiecto, siue distincta ratiõe & re: nunc ab infinitate passionis sequitur infinitas subiecti. Verbi causa. latitudo proportionum uno in quanto esse potest infinita, & superficies semper erit finita. Potest enim una superficies esse dupla ad suam medietatem, & quadrupla ad medietatem medietatis, quę ipsius est una quarta, & sic infinitum. ubi patet ipsam non esse infinitam, licet latitudo proportionum sit infinita. immo potest passio alicuius subiecti intendi & remitti, subiecto non intẽso nec remisso, ut qualitates primæ elementorum, secundum tenentes formas elementorum non suscipere magis & minus. Quo concesso dico ꝙ uelocitas in motu potest crescere & decrescere in infinitum, & nunq; motus erit nisi finitus, & in
M tempore finito. Sed huic obijciunt quidam sicut se habet extensio ad quantitatem, ita intensio ad motum siue uelocitas. Sed extensio infinita arguit quantitatem infinitã. igitur uelocitas siue intensio infinita motus arguit motum infinitum. Pro solutione ad hoc debes scire ꝙ motus dicitur finitus aut infinitus dupliciter secundum Aris. & Auer. una ratione ab ipso mobili, e quo capit extensionem, & quantitatem permanentem. Alio modo a spatio quæ dicitur longitudo in motu locali, latitudo in alteratione, extensio siue amplitudo in motu auctionis. Et hic dicitur successio in motu. Ex hoc sequitur quod sicut ignis secundum esse suum non est intensibile aut remissibile secundum uiam communem: ita motus ea ratione qua motus aut à spatio aut a mobili non dicitur intensibilis neq; remissibilis, sed finitus aut infinitus: longus aut breuis, & id genus. & ut ignis dicitur calidior uel minus calidus propter auctionẽ uel imminutionem caliditatis, ita motus dicitur uelocior aut tardior propter crementum aut decrementum uelocitatis, quæ est sibi passio, ut caliditas igni. Sequitur secundo non ualere. motus est infinite uelox. igitur infinitus. ut non ualet. ignis est infinitæ calidus. igitur infinitus. Sequi- N
tur tertio non ita se habere extensionem ad q̃titatem, & uelocitatem ad motum, quoniam extensio est affectio q̃titatis, quæ est uariabilis per extensionem. at uelocitas licet sit affectio motus: motus tamen non propter uelocitatem est uariabilis: sed propter finitatem uel infinitatem. Ex his patet solutio. Similitudo enim non est ad propositum. Bene enim concederem motum illum fore infinitæ uelocem, non autem infinitum. Aris. enim uult motum infinitũ esse non posse tempore finito, quia aut ratiõe mobilis aut spatij, & ita oportet tempus esse infinito quocũq; cõcesso. Non autem haberet pro impossibili motum infinitæ uelocem esse in tempore finito, qui esset finitus motus ratione spatij aut mobilis, ut est in proposito. Quibus patet quam inepte Suiseth calculator ponat latitudinem motus esse infinitam. Non enim motui ut motus competit latitudo: sed successio aut extensio. Rectius dixisset uelocitatem motus esse infinitam, quo non sequitur motum esse infinitũ. Hanc solutionem nõnulli recentiores balbutire cęperunt, sed ne- O
scientes fundamenta Aris. nisi quasi per insomnia, tandem ad res calculatoris se traduxerunt.

In commentarijs quæsitum est an infinitus motus esse possit tempore finito: et arguitur ꝙ sic. supponamus enim aliquod calidum applicari frigido, & ipsum in fine horæ corrumpat per remissionem ad non gradum, & sumus in primo instanti non esse calefactionis, & argumentor in hoc instanti, quod est præsens, non est calefactio, & immediate ante hoc fuit calefactio. ergo imediate ante hoc fuit remissa in infinitum frigiditas, & per consequens in infinitum resistentia remissa, ergo infinitum uelox fuit calefactio: augetur enim calefactio per diminutionem resistentiæ. quare cum immediate ante hoc fuit in infinitum remissa resistentia: erit in infinitum auctus motus. & sic sequitur infinitum motum esse in tempore finito. in commentarijs diximus ea, quæ diximus supponendo motum oẽm esse successiuum & continuũ, & intensionẽ & remissionẽ esse continuas. At in octauo libro metaphys. diximus oppositum. diximus enim solum motum localem esse continuum: cæteros uero successiuos, & non continuos. diximus etiam intensionem & remissionẽ fieri successiue, & non continue. substinendo igitur hæc, dico ꝙ totalis calefactio est unus totalis motus compositus ex pluribus particularibus calefactionibus: nã tot sunt calefactiones, quod sunt minima secundum gradum. Quare dico in totali calefactione dabilem esse primam partialẽ calefactionem, qua primum minimum acquiritur, & ultimam, qua acquiritur ultimum per quod dicitur tota caliditas, ut octo, & tunc ad argumentũ dico ꝙ supponit falsum. supponit. n. dari primũ instans nõ esse calefactionis qđ falsum est: nã si daretur primũ non esse, imediate ante illud fuisset calefactio, & sic calefactio esset motus continuus contra opinionem. non ergo datur primum non esse calefactionis, datur ergo ultimum esse calefactionis, quia datur ultima calefactio, qua acquiritur ultimum minimum: quia uerum est dicere nunc esse calefactionem, & immediate post hoc non erit. datur etiam prima calefactio, quia nunc est calefactio: & immediate ante hoc nõ erat. Sed contra quia his concessis, daretur ultimum esse frigiditatis, deduco, qa sumus in hoc instanti, in quo calidum applicatur frigido existenti sub minimo frigiditatis ultimo corrumpendo. & argumentor nunc est frigiditas, & immediate post hoc non erit, ergo frigiditatis daretur ultimum. præterea tunc motus daretur primum & ultimum per affirmationem, quod Aris. negauit. Potest dici ꝙ in illo instanti applicationis est primum non esse frigitatis, quoniam prima calidi applicatio ad minimum frigidum, est non esse frigidi. contra, accipio minimum frigidum in gradu, & uolo ꝙ immediate post hoc applicetur sibi calidum potens ipsum corrumpere, & sequitur istud esse ultimum esse frigiditatis. nam nunc est frigiditatis, & immediate post hoc non erit, quia immediate post hoc erit

Marginal notes: Dubitatio. — Responsio prima. Vide Alb. de saxo q. 9. huius. — Replic. K — Responsio propria. — 2da dub. — Prima sol. — Obiectio. — RECO. P — De primo & ultimo in alteratione. — Q

A erit illi applicatum agens ipsum corrumpens. Respondeo negando casum. non enim potest calidum applicari illi minimo immediate post, hoc quia applicaretur imediate post hoc, in tempore, uel immediate post hoc, in instanti: non in tẽpore, quia tunc calefactio esset motus continuus contra opinionem, non in instanti, quia instans non est immediatum instanti. ergo bene potest illi applicari post hoc in instanti: sed mediato, quod instans applicationis erit primum non esse frigiditatis. Ad secundum patuit solu. in alteratione enim & generatione, & auctione aliter est ꝙ in motu locali. in motu enim locali loquitur Arist. & non in alijs. Ex his apparet dari ultimum & primum in calefactione, & uniuersaliter in omni alteratione: non datur tamen ultimum esse caliditatis uel frigiditatis. præterea patet dari ultimum & primum minimũ, quia istud

B est minimum, & nullum aliud ulterius. & tamen non datur ultima caliditas uel frigiditas, siue ultimum esse illarũ. differunt enim non parum minima frigiditas siue caliditas, & ultimum uel primum esse frigiditatis. in minimis enim datur & primum & ultimum in ordine generationis, uel corruptionis, non tamen datur ultimum esse caliditatis uel frigiditatis.

Dilucida. tex.c.67. Cum autem id omne moueatur aut quiescat, qđ aptum est moueri quando, & ubi, & quemadmodum aptum est, ipsum quod sistitur cum sistitur, moueri necesse est. si enim non mouetur, quiescit. at ad quietem proficisci non potest id qđ quiescit.

ANTI. Quoniam autem omne, aut mouetur, aut quiescit, quod aptum est, quando aptum est, & quo, & sic, necesse est quod sistit, cum sistit, moueri. si.n. non mouetur: quiescit, sed non contingit quiescere, quod ad quietem accedit.

Expositio. Hactenus de motu. nunc de statu siue sistentia proponit dicere. & talem de sistentia conclusionem designat. omne

C quod sistit, cum sistit, mouetur, & syllogizat sic. oẽ aptum moueri aut quiescit aut mouetur. Sed quod sistit dum sistit est aptum moueri. igitur aut mouetur aut quiescit. Mouetur aut quiescit, sed non quiescit. igitur mouetur. Quod uero ad uerba attinet, istamenon græce latine est tum stans, tum id quod sistit. Modo ut Themistius notat multum refert dicere rem sistere, & rem consistere. nam consistere est à motu cessare. Sistere uero est ad cessatiõem tendere, propter quod sistere dicunt tranquillari siue in quietem tendere at consistere est quiescere. patet igitur recte esse dictum sistere esse moueri.

Cõmẽ.67 An differat stare a moueri & uñ potuit oriri hoc nomẽ ut materialr dicerent idẽ mot⁹ & statꝰ. Vide Egi hic. Cum declarauit. Commentum istud patet, uerum ex ipso colligitur aliquod non moueri, aut quia non aptum moueri ut punctus, aut quia non supra hoc uel illo ut corpus supra puncto, aut quia modo diuerso, quo dicimus mobile in potentia non moueri modo quo mouet̃ mobile in actu, uel mõ diuerso, quia nõ ita apte: quomodo dicimus testudinem non moueri sicut leporem. uult Aris. omne aptum moueri cum omnibus his conditionibus aut moueri, aut quiescere. at cum id quod sistit sit aptum moueri cum om-

D nibus ijs conditionibus aut mouebitur aut quiescet, & ita arguatur ut prius. Reliquum commenti patet.

RECO. Debes scire reperiri hæc, sistere, stare, quiescere, quiescere est finis motus, & est tam animatorum, ꝙ inanimatoꝶ, stare uero est super pedes firmiter permanere, & est proprium animatorum, & potissimum eorum, quæ pedes habent. Vnde stare potest esse finis motus, sistere autem est ire ad quietem. cum enim aliquid mouetur, & iam est prope finem motus, hoc dicitur sistere. & quoniam sistere supponit id, quod mouetur, prius uelocius fuisse motũ id uidetur ipsum sistere non competere, nisi his, quæ uiolenter mouentur, aut his, quæ motu animali mouentur. non enim graue cum prope finem motus est, dicitur proprie sistere, cum non tardius moueatur, ꝙ prius mouebatur. fuso tamen uerbo sistere cõpetit omnibus motibus, cum sint prope finem. Quod uero ad uerba attinet, uer- E bum quod ad quietem accedit græce est, ἠρεμοῦν, & latine est quod quiescit. sed quoniam illud uerbum apud græcos est quasi æquiuocum etiam ad id, quod ad quietẽ accedit, ideo antiqua translatio est obscura. & propterea clarius lege, quod ad quietem accedit.

Dilucida. tex.c.68. Quo demonstrato patet necesse esse, & in tempore sistere. omne nãq; quod mouetur in tẽpore mouetur. id autem quod sistit: moueri ostensum est. quare necesse est in tempore sistere.

ANTI. Hoc autem demonstrato: manifestum est quod & in tempore necesse est sistere. quod enim mouetur: in tempore mouetur: quod sistit ostensum est, quod moueatur. quare necesse est in tempore sistere.

Expositio. Probauit hactenus ꝙ omne quod sistit mouet̃, ex hoc facit enthymema. omne quod sistit mouetur. igitur omne qđ sistit in tempore ipsum sistitur. Deducit consequentiã. omne quod mouetur in tempore mouetur. Omne quod sistit F mouetur: igitur omne quod sistit in tempore sistit.

Dilucida. tex c.69. Præterea uelocius & tardius in tempore esse dicimus. Sistere uero est & uelocius & tardius.

ANTI. Amplius autem si uelocius & tardius in tempore dicimus. Sistere autem uelocius & tardius est.

Expositio. Secundo idem enthymema deducit sic. quod uelocius & tardius mouetur in tempore est. Sed quod sistit, uelocius aut tardius mouetur. igitur subaudi conclusionem, sistit id quod sistit, in tempore.

Dilucida. tex.c.70. At uero in quo tempore primo id quod sistit, sistit: in quolibet illius sistat necesse est. Diuiso nanq; tempore: si neutra in parte sistit, neq; in toto sistet. quo fit ut non sistat ipsum quod sistit. Sin in altera: non in toto sistet primo. In hoc enim per aliud sistit. Vt de eo quod mouetur, prius G diximus.

ANTI. In quo autem tempore primo quod sistit, sistit: in quolibet huius necesse est sistere. diuiso enim tempore, siquidem in neutra partium sistit, neq; in toto. quare non utiq; sistit, quod sistit. si uero in altero, non in toto primo sistitum est, secũdum enim utrunq; in hoc sistit, sicut dictum, & in eo, quod mouetur, prius.

Expositio. Vult disputare de ijs, quæ de motu disputauit uidelicet utrum detur prima pars ipsius sistere. Ad hoc autẽ declarandum præponit expositionem nominum uidelicet quid est intelligendum per aliquid sistere in aliquo tẽpore primo. & inquit. At uero in quo tempore primo id quod sistit sistit in quolibet illius sistat necesse est. & hoc distinguitur contra partem. Quod declarat. d. diuiso nanq; tempore: si neutra in parte sistit, neq; in toto sistet. Quo fit ut non si H stat id quod sistit. Sin in altera parte tantum sistat: nõ in toto tempore sistet primo, quia in hoc per partem & aliud sistit uelut qui sisteret in die, quia sistit in mane illius diei. Vt de eo quod mouetur antea dictum est. Sic igitur sistere aliquid primo in tempore, est in quolibet illius sistere, & non in quadam parte, sic in quadam non. Hæc est expositio nominum.

Dilucida. tex cõmẽ. eiusdem. Quemadmodum itaq; quod mouetur non est in quo primo mouetur: ita neque in quo sistit, quod sistit.

ANTI. Sicut autem quod mouetur, non est in quo primo mouet̃, sic utiq; nec in quo sistit, in quo sistit.

Expositio. Descripsit quid nominis eius quod est aliquid sistere in aliquo tempore primo: nũc ꝙ nihil sistere possit in aliquo tempore primo declarat, & hoc primo proponit: et inquit, quemadmodum itaq; quod mouetur nõ est in quo primo mouetur: ita neq; in quo sistit, quod sistit. Et sic oportet di

I cere de sistere, ut de moueri, ꝙ sicut ipsius moueri non dat prima pars motus, ita neq; ipsius sistere. Nam ut in moueri semper medietas est ante totum, ita in ipso sisti.

Cõm. 68. & 70. Cum declarauit. In isto commento mouet Auer. dubitationẽ uidelicet in quo differt sistere & moueri. Dicit Auer. ꝙ sistere differt à motu & a quiete, à motu quidem dupliciter. primo quia sistere sumitur respectu quietis. Moueri respectu formæ, quæ per motum acquiritur. secundo quia sistere sumitur respectu habiti: moueri respectu habendi. A quiete uero & consistentia differt, ueluti uia differt à termino uiæ, quia ut dixit Them. sistere est tendere in quietẽ. cæterum commenti patet.

Dilucida. tex. c. 71. Neq; enim ipsius moueri neq; ipsius sistere aliqd est primum. Sit enim id in quo primo sistitur a.b. hoc quidem sanè impartibile esse impossibile est. motus enim in eo non est quod est indiuiduum. Propterea ꝙ aliquid eius motum est. Id autem qđ sistitur ostensum est moueri. At si diuisibile sit: in K quolibet illius sistitur, Cum igitur tempus id sit in quo primo sistitur: & non indiuiduum. Omne uero tempus sit diuisibile in infinita: nihil erit in quo primo sistitur.

ANTI. { Non enim ipsius moueri, neq; ipsius sistere aliquid est primum. sit enim in quo primo sistit, in quo est a.b. hoc utiq; quidem impartibile non contingit esse, motus enim non est in impartibili, propter id quòd motum est aliquid ipsius. Quod autem sistit, demõstratũ est esse, quod mouetur. At uero si diuisibile est in quolibet ipsius sistit. quoniam ergo tempus est, in quo primo sistit, & non atomum, omne autem tempus in infinita partibile est, non erit in quo primo sistit.

Expositio. L Secundo idem declarat per rationẽ, qua utebatur in motu, & est hæc: aut ipsum sistere est in indiuiduo temporis, uel in tempore. non in indiuiduo temporis, quia moueri non est in indiuiduo temporis. Sed sistere est moueri, igitur sistere non est in indiuiduo temporis. Si uero sit in tẽpore, tunc cum in illo sistatur primo, in quolibet illius sistere oportet, sed pars est ante totum. igitur sistitur in parte ante totum, & adhuc in parte partis, & sic in infinitum. Sermo eius patet translatione sola. Animaduertendũ, ut Auer. dicit ꝙ non potest dari primum tempus in quo primo sistatur, capiendo primum pro æquali siue pro æquato quia tunc sic exponeretur, in hoc sistitur, & in nullo tempore ante hoc, nec in aliquo tempore post hoc. igitur in hoc æquate sistitur. patet ꝙ secunda exponens est falsa: nam cum hoc sit diuisibile, prius sistitur in parte prima, quàm in toto, & ita ante hoc sistebatur. omne enim quod sisti- M tur, sistitum est.

Dilucida. tex. c. 72. Neq; igitur est aliquid in quo primo quiescens ipsum quieuit. In eo nanq; non quieuit quod est impartibile: quia non est in indiuiduo motus, in quo uero aliquid quiescit, in eo etiam mouetur. Tunc enim quiescere dicimus aliquid quando, & in quo est aptum ut moueatur, & non mouetur Dilucida. tex. c. 73. aptum. Præterea tunc quiescere etiam dicimus, cũ similiter sese habet nunc & prius. non uno quodã, sed duobus minimis diiudicantes.

ANTI. { Neq; igitur quiescens, cum primum quieuit, est. in impartibili quidem enim non quieuit, propter id ꝙ non est motus in atomo. in quo autem est qescere, & moueri. tunc enim dicimus quiescere quãdo, & quo aptum est moueri, non mouetur, quod aptum est. Amplius autem & idem dicimus quiescere, cum similiter se habet nunc est prius, quasi non uno quodam indicãtes; sed duobus minimis.

N Hactenus de sistir, nunc de quiete siue quiescere ipso. & proponit non esse aliquid in quo quiescens primo quieuit. Expositio. Ad quod probandum supponit id in quo aliquid primo quiescit esse diuiduum & tempus, quod declarat primo illud in quo quicq; aptum est moueri est diuiduum. Id qđ quiescit, quiescit in eo in quo quicq; est aptum moueri, igitur omne quiescens quiescit in re diuidua. Propterea ait. tunc enim quiescere dicimus aliquid quando & in quo est aptum ut moueatur, & sic aptum moueri non mouetur. Secundo idem probat. prius & posterius non sunt in indiuiduo. quiescere est se habere eodem modo nunc & prius. igitur nõ in indiuiduo quicq; quiescet. hoc probat, quia nã uno quodam instanti, sed duobus minimis & paucissimis quietem diiudicamus. non enim quia similiter se habet in uno instanti, dicimus quicq; quiescere: sed quia se habet eodem modo in duobus ad minus, & ita in tempore, cum inter quqlibet duo instantia tempus sit.

An state differat a quiescere. Vide Egi. t. 67.

O Dilucida. tex cõmẽ. eiusdem. Quare id in quo quiescit non erit impartibile. at si diuisibile sit: tempus erit: profectò. atq; in quolibet illius quiescet. eodem enim modo ostendetur quo & in prioribus ostensum est. quo fit ut nihil sit primum in illo.

ANTI. { Quare non erit in quo quiescit, impartibile. si uero partibile: tempus utiq; erit, & in quolibet illius partium quiescet. eodẽ. n. modo demonstrabitur, quo & in prioribus: quare nullum primum erit.

Expositio. Tunc arguit tempus in quo quicq; quiescit est diuisibile, sed quoniam quiescit in illo primo, oportet ut in quolibet illius quiescat, sed pars est ante totum. igitur prius quiescit in medietate illius, ꝙ in toto illo, & sic de secunda medietate, quo fit ut nihil sit primũ in illo, cum semper pars sit ante partem in infinitum.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Est autem huius causa, quia omne quod quiescit & mouetur: in tempore quiescit & mouetur. Tẽpus autem nullum est primum: neq; magnitudo: nec omnino continuum ullum. Cum omne sit in P infinitum diuisibile.

ANTI. { Hæc autem causa est, quia quiescit quidem, & mouetur omne in tempore. Tempus autem non est primum: neque magnitudo: neque omnino ullum continuum. omne enim in infinita partibile est.

Expositio. Nunc uerò generalem causam eius quod probauerat, tradit. & inquit quia non datur primum tempus, neq; prima magnitudo, neq; uniuersaliter primum continuum, cum omne continuum sit diuisibile in infinitum. cum igitur quiescere sit in tempore. igitur nõ datur primũ quiescere. Cõmẽ 73

Hæc est secunda. Cõmentum quo ad partem expositiuam patet, ibi uero: & sciendum est, mouet dubitationem. & inquit. & sciendum est ꝙ tempus quæ ponitur cã in qescente non est uera causa. nam diuisibilitas temporis non est causa ut quiescens non habeat primam partem: quod Q probat, quia tempus non illius causa in motu ipso de quo magis uidetur. igitur neq; in quiete.

Et causa in hoc est. Respondet ꝙ iste est ordo ꝙ diuisibilitas in infinitum primo reperitur in magnitudine siue in qua est motus, siue supra quam fit motus. & per magnitudinem inuenitur in motu, & per motum in tempore. quare magnitudo caret prima parte propter se. Motus propter magnitudinem. Tempus propter motum. Hæc quo ad materiam, sed dices quid ad formam. Aristo. enim ait. tempus esse causam non dari primum in magnitudine, potest suppleri ꝙ tẽpus nec est causa quietis, nec effectus illius, cum quies sit priuatio, quæ non fit per aliquid positiuum: sed per aliquid defectiuum: & ita tempus neq; est quietis causa, neq; quies temporis. Similiter non dari primum in tempore nõ est causa non dari primum in ipso quiescere. est tamen signum: nam tempus est effectus motus: & ita est ueluti

An in ipso stare cõtingat dare p mum stati ex pte añ. Vide Gra deũ Escu. lec. 10. hui.

A est ueluti signum positiuum motus. ipsius quietis uero ꝑ quanto est priuatio motus. Et ita Arist. per causam intelligit rationem a signo. Sed dubitatur, uidetur enim quietis esse primam partem siue primum principium: nam motus desinit aut in motum, aut in quietem, non in motum, quia tunc non desineret. igitur in quietem, uel igitur in totam quietem uel in primum quietis, non in totam quietẽ. igitur in primum quietis. & ita quietis erit primũ. Secundo mutatum esse in actu, est finis motus, uel igitur est aliquid quietis uel nihil. Si nihil quietis, & nihil motus. igitur nec motus habet finẽ, nec quies habet principiũ. Dici pōt ꝙ motus nec desinit in quietẽ, nec desinit i motũ. Sed desinit motus in mutatum esse, qđ est primũ nō esse motus, & primum extrinsecum quietis. ex hoc non sequitur dari primam partem quietis: sed bene primum principium indiuisibile quietis, ut de motu dixit Them. Ad secundum dico ꝙ illud mutatum esse nec est motus, nec quies. Sed est B finis motus extrinsecus, & principium quietis, non tamen prima pars quietis.

Pulchra dubitatio. — *Solutio*

Dilucida. tex.c.74.

Cum autem omne quod mouetur, in tempore moueatur, et ex quodam in quoddam mutetur: in quo tempore aliquid secundum se mouetur, & non in aliquo illius: impossibile est aliquid esse primum quo mouetur. Insuper quiescere aliquod est penes idem in eodem tẽpore esse ipsum & partem quamq;. sic enim quiescere dicimus: cum in alio nunc atq; alio uerum sit dicere ipsum atq; partes penes idem esse. Quòd si id est quiescere, non contingit ut ipsum totum in aliquo eodem tempore primo sit penes idem. est enim tempus diuiduum omne: quare in alia atq; alia ipsius parte uerum erit dicere penes idem esse, & ipsum, & partes ipsius.

ANTI. Quoniam autem omne, quod mouetur: in tempore mouetur, & ex quodam in quoddã mutatur, in quo tempore mouetur per se, & non in C illius eorum aliquo: impossibile est, tunc penes aliquid esse primo, per quod mouetur. quiescere enim est in eodem esse tempore quodã & ipsum, & partium unamquãq;: sic enim dicimus quiescere, cum in alio, & alio nunc uerum dicere sit, in eodem & ipsum, & partes sunt. Si itaque hoc est quiescere: non contingit quod mutatur, penes aliquid esse totum in eodem primo tempore. Tempus enim diuisibile est omne, quare in alia & alia ipsius parte erit uerum dicere ꝙ penes idem sit & ipsum & partes.

Expositio.

Cupiens Arist. satisfacere ad cauillos Zenonis sophistę, præmittit suppositionem quandam pro solutione ad omnes: quanq; per modum conclusionis declarat. Et est. omne quod mouetur in aliquo toto tempore primo & secundum se: impossibile est id esse penes idem numero in aliqua parte illius temporis. D Verbi causa. moueatur equus in hora primo hoc est in qualibet parte horæ non plus, nec minus, & secundum se, non per partem aliquam, dico ꝙ equus non potest esse penes eandem numero spatij partẽ in aliqua parte illius horæ, sed continuo erit in qualibet parte illius in alia atq; alia, hoc est penes aliam atq; aliam partem. Hæc est conclusio declaranda. utrum uero sit uniuersalis in omnibus alijs motibus dicemus. Sat sit nobis nunc eam in motu locali intelligere. Hæc autem conclusio continet duas conditiones. prima est ꝙ tale mobile moueatur secundum se, & nō secundum partem. potest enim equus moueri secũdum pedem, & esse in eadem præcise stabuli parte in tota hora, & qualibet parte horæ. Secunda est ut moueatur in aliquo tempore primo & adæquate uidelicet in hora tota, & qualibet horę parte, & non in quadam parte horę sic, in quadam non, quia tunc posset esse in E eadem & aliqua parte horæ penes eandem spatij partem, utpote tunc cum non mouetur. Ad huius conclusionis declarationem uult esse intelligendas quatuor suppositiones duę sunt ꝑ se, tertia ex duabus sequẽs, quarta accessoria. Inquit. Cum autem omne quod mouetur, in tempore moueatur. Hæc est prima & ex quodam in quoddam mouetur. hæc est secunda. In quo tempore aliquid secundum se mouetur, & non in aliquo illius. impossibile est aliquid eẽ primum quo mouetur, declarauimus enim nec esse primã partem spatij, nec primam partem q̃titatis, nec primam partem qualitatis. Hæc est tertia suppositio sequens. Deinde ponit quartam accessoriam. & inquit. Insuper quiescere aliquid est penes idem numero spatium in eodem tempore ipsum & partes omnes esse. sic enim quiescere dicimus: cum in alio nunc atq; alio uerum sit dicere ipsum atq; partes penes idem esse. Hæc est quarta suppositio ac F cessoria. Ex ijs quatuor arguit conclusionem, & inquit. qđ si id est quiescere ut dicit quarta suppositio, non contingit ut ipsum totũ in aliquo eodem tempore primo sit penes idem. probat per locum ab ipso impossibili: nam detr contradictorium uidelicet ꝙ idem mobile ipsum & partes in aliqua eadem parte temporis sit penes unam numero partem spatij. est enim tempus diuiduũ omne, quare in alia atque alia illius temporis dati parte, uerum erit dicere penes idem esse & ipsum & partes ipsius. igitur quiescet, & ponebatur moueri. igitur idem mouebitur, & nō mouebit.

Dilucida. tex. cōmẽ. eiusdem.

Quod si non sit hac ratione penes idẽ: sed in uno temporis nunc: non erit in aliquo tem pore ullo: sed in temporis fine. In ipso uero nunc est quidem semper penes aliquid manens: non tamen quiescit. nam in ipso nunc neq; moueri quicquam, neque quiescere potest. Sed uerum quidem est in ipso nunc non moueri: atq; penes aliquid esse. in tempore autem nihil ut quiescens esse potest. eueniret enim ut id quod fertur: quiescat. G

ANTI. Si uero non sic est, sed in uno solo est nunc, non erit in tempore ullo penes aliquid, sed in termino temporis: in ipso autem nunc est quidem semper penes aliquid manens, non tamen quiescit, neque enim moueri, neq; quiescere est in ipso nunc: sed non moueri quidem uerum est in ipso nunc, & esse penes aliquid: tempore autem non contingit esse penes aliquid quiescens. accideret enim quod fertur quiescere.

Expositio.

Obijciet quispiam aduersus Arist. si res quæ mouetr nullo tempore est penes aliquid spatij, super quod mouetur, neq; æqualem sibi locum obsidet: quo pacto uidetur uniuersum illud spatium posse conficere? Soluit Aristo. penes aliquid spatij non tempore: sed momento res ipsa quę mouetur adest. momentum porro extremum & finis est tem H poris. Item momento tantum æqualem sibi locum in spatio obsidet. momento autem neq; moueri potest neq; quiescere. & ita Aris. concedit duo primum nihil quod mouetr in aliqua parte temporis est penes aliquid unum & idem spatij: sed continuo in alia atq; alia parte temporis penes aliam atq; aliam spatij partem. secundum est ꝙ in quolibet momẽto temporis illius in quo mouetur continuo est penes aliquam partem spatij sibi æqualem: in quo uidelicet momento nihil mouetur aut qescit: sed potius non mouetur, non tamen sequitur. igitur quiescit: ex negatiua enim non sequitur affirmatiua. Et ita patet solutio ad argumentum: ꝙ illud mobile peragrat uniuersum nō per hoc ꝙ in qualibet parte temporis sit semper penes aliquam spatij partem sibi ęqualem: sed quia in quolibet illius temporis momento est penes aliquam partem spatii ęqualem. Hoc autem exponit Them. ꝙ res quæ mouetur in quolibet tẽporis momento est penes aliquam partem spatij æqualẽ:

An in qete sit dare ex parte ante primũ qetatum. Vide Gratia deũ escul. lec. io: q. 3. huius.


I potestate uidelicet & fictione nostra: non actu. alioquin res consisteret, & tempus in momenta infinita diuideret actu.

Cōmē.74. Vult declarare. Commentum patet: uerum in fine addit hanc declarationem esse communem omnibus speciebus motus. nihil enim quod augetur potest habere eandem numero q̄titatem in aliqua temporis parte. nihil quoq; quod alteratur, & in omnibus similiter. Ait tamen in motu locali esse rem perspicuam: at in alijs motibus non est clarum. In latione enim & continuatio, et successio patent. In alijs licet successio pateat, continuatio latet, quia fortasse fiunt per minima, quorum quodlibet fit subito, & ꝓmittit hoc disputare diligentius ut in. 8. huius. commen. 23.

Dilucida. tex.c.75. Zeno uero paralogizat. Si enim inquit quiescit omne aut mouet, quod semper est penes aliquid sibi æquale. Id autem quod fertur est semper in ipso nunc penes aliquid sibi æquale. Immobilem eā

K ait esse sagittam, quæ fertur.

ANTI. Zeno autem paralogizat, si enim semper (dicit) quiescit omne aut mouetur, cum sit penes æquale. est autem semper quod fertur: in ipso nunc penes æquale: immobilem esse sagittam, quæ fert.



L

Expositio. Quomodo debeat solui hæc rō Zenonis, sc̄dm ueritatē, Vide Egi.t.77. Hac conclusione declarata componit sophisma Zenonis sic. omne quod semper est in loco sibi æquali, quiescit: oē quod mouetur, semper est in loco sibi æquali. igitur omne quod mouetur, semper quiescit, & ita sagitta qesceret. Maior patet quia cum non possit dum est in loco sibi ęquali moueri, quiescit: propterea proponit maiorem sub disiunctione ad concludendum quòd cum non possit moueri, quiescat.

Dilucida. tex.c.76. Hoc autem est falsum. Tempus enim non ex ipsis nunc indiuiduis constat: quemadmodum nec ulla alia magnitudo.


ANTI. Hoc autem est falsum: non enim componitur tēpus ex ipsis nūc existentibus indiuisibilibus, sicut neq; alia magnitudo ulla.

Expositio. Peccatum sophismatis est super uerbo semper. potest. n. exponi semper pro quolibet momento, & tūc sensus maioris est. omne quod in quolibet momento tēporis est penes aliquam partem spatij sibi equalem: quiescit. quo quidem in sensu negatur maior, quia ex momentis non constat tp̄s, & conceditur sub hoc sensu minor. Aut pōt exponi pro qualibet parte temporis. & tunc erit sensus. omne quod in qualibet temporis parte est penes aliquid sibi æquale: quiescit. qua ratione maior concederet. minor uerò negatur, ut proxime in conclusione probauimus. & ita patet deliquium esse propter multiplicitatem uerbi semꝑ. Auer. uerò uult deliquium committi penes actum & potētiam: nam si intelligitur. omne quod est in loco sibi æquali semper in actu, quiescit, maior est uera & minor falsa. at si intelligat omne quod est in loco sibi ęquali sp̄, hoc est in potentia, quiescit: maior est falsa, minor uerò est uera quæ ratio docet sophisma peccare penes multiplicitatem sumptam ab actu & potentia. Hæc est solutio deliquij Zenonis eleatis sophistæ.

M

N Quatuor uero sunt Zenonis rationes de motu ipso, quæ difficultatem soluentibus afferunt. Prima quidem ea est qua motus ipse interimitur, quia prius in medium quàm ad finem id quod fertur deuenire oportet, de qua in rationibus quæ prius dictæ sunt distinximus. Dilucida. tex.c.77. Zenonis cauilli. Primus.

ANTI. Quatuor autem sunt rationes de motu Zenonis habentes difficultates soluentibus. prima quidem est, de eo, quod est nihil moueri propter hoc ꝙ prius immedietatem oportet accedere, quod fertur, quàm ad finem, de qua diuisiuus in prioribus rationibus.



O

Expositio. Reducit rationes Zenonis ad quatuor. prima sic componitur. omnia continui dimidia sunt infinita. oē quod mouetur pertransit omnia dimidia alicuius cōtinui. igitur omne qđ mouetur pertransit infinita. Hæc cōclusio sequitur ex hoc ꝙ aliquid mouetur. igitur nihil mouetur. Sed dices hęc ratio fuit facta alias & soluta. igitur non repetenda. Rn̄det Auer. ꝙ fuit soluta secundum uocem. nunc soluitur ꝑm rem, & propterea replicatur. P

Dilucida. tex.c.78. Secundus. Secunda uero ea q̄ est Achilles appellatur, qua ꝑfecto eo motus ipse refellitur, quia nunquam id quod uelocissimè currit id assequeretur quod tardissimè mouetur. Nam quod assequitur eo deueniat antea necesse est, unde aufugiens fugam arripuit. Quo fit ut tardius ipsum semper aliquo spatio præcedat necesse est.

ANTI. Secunda autem est uocata Achilles. est autē hęc quoniam tardius currens uequaquam iungetur a uelocissimo. prius enim necesse est ire assequens unde motum erit fugiens. quare semper secundū aliquid præcedere necesse est tardius.

Expositio. Ratio in textu patet, & eam iuxta textum Auer. & Themist. formant, potest tamen cauillosius sic formari. Si motus est: nunq; uelox assequeretur ut æquus tortucam siue limacem. Consequentia deducitur. si motus est, contingit inter assequens & aufugiens intercipi certum datum spatiū. igitur contingit tardum ipsum aufugiēs infinities anteferri ad æquum, quoniam non totiens quin pluries, & sic in infinitum. contingit infinities anteferri. igitur contingit semper anteferri, quod enim infinities fertur ante aliud, semper fertur ante ipsum. Sed quod fertur semper ante aliud: nunq; ab illo attingitur. & ita nunquam tortuca ab equo attingeretur. Q

Dilucida. ex cō.79. Solutiones duorum cauillorum. Est autem ratio hæc illi eadem quatenus dimidiatione utitur. Differt tamen in diuisionis modo quia magnitudinem quam accipit: non in duo diuidit. Accidit tamē ut tardius ipsum non attingatur ex ratione, quæ fit propter diuisionem in duo. In utrisq; enim accidit ut nō perueniatur in finem diuisa aliquo mō magnitudine ipsa. Sed in hac additur tāq;

A ditur tanquam tragice decătatum uelocissimű nűquam assequi tardissimum. Quare solutioně utriusq; esse eandem necesse est. itaque id quod putat nunquam id attingi, quod antecedit: falsum est. nā licet cum antecedat, nunquam attingetur: attingetur tamen tandem: si dabit finitum transire id qđ mouetur. rationes quidem igitur duæ sunt.

ANTI. Est autem & hæc eadem ratio in diuidendo in duo: differt aūt in diuidendo nō in duo acceptam magnitudinem. non quidem igitur coniugi tardius, accidit ex ratione: fit autem in duo decisio. in utrisq; enim accidit nō attingere ad terminum, diuisa quodam modo magnitudine, sed apponitur in hoc, quia neq; uelocissimű (quod tragicè dictű est) est in prosequendo tardius. quare solutionem B necesse est & eandem esse. Velle igitur q̃ precedēs non iungatur, falsum est. cum enim præcedit non coniugetur, sed tamen coniungetur, siquidē indigebit transire finitű. hę quidē igit̃ rōnes duę sunt.


Expositio. Quō solua tur rō Zenonis desi. gnata sup tex 76 p hoc q̃ tps nō cōponit ex nūc idi uisibilibus nec linea ex pūctis. Vide gra. dei Escu lecii. huius An pūctus sit in linea & an pūctű aliquod eius positi uum. Vide sūd. q. 2. & 3 huius. Quare est incōueniēs trāsire infinita i actu nō autē in potentia Vide Egi. t. 77. hui?

Litera hæc difficillima habetur græcis ipsis in uerbis, q̃ uolens latinam facere: nonnulla uerba satis minima ad sensum mutaui: aliter enim summa fuisset obscuritas, quā percipere potes ex ueteri translatione. Aristo. igitur soluit illas duas rationes, & sumit primo q̃ ambę illæ ratiōes sunt una in re: licet differant modo. Re quidem non differunt, quia ambæ procedunt ex diuisione spatii. Modo uero differunt. primo, quia ratio prima utebatur diuisione spatii per dimidia. Secunda uero utitur diuisione spatii per portionē excessus uelocis ad tardum. Secundo differunt quo ad illationem. nam prima ducit ad hoc q̃ nunq̃ mobile ueniret ad finem spatii. Secunda uero ad hoc q̃ nunq̃ uelox attingeret tardum. Addens rōnem esse Achillem ad tragicam siue faustosam efficaciā. Ex quibus uult habere esse utriusq; unam solutionem: cum radix earum sit una. Tunc respondet & negat consequentiam: bene enim cōcedit ipsum tardum dum antecedit nunq̃ attingi, sed negat ipsum semper antecedere, quia cum spatium interceptum sit finitum: aliquando uelox attinget tardum. Ad formam tamen non respondet. Auer. tamen respondet tardum antecedere ad uelox infinities in potentia; non aūt in actu. sorticolæ concedunt tardum antecedere ad uelox infinities, & cum infert. igitur semper: negant consequentiam. Sicut non ualet infinities comedi panem. igitur semper. causa uero est, quia fortasse infinities potest teneri in actu & in potentia: at ipsum semper non nisi in actu.

Dilucida. tex cō. 80 Tertius.

Tertia uero ea est quæ pauloante dicta est, q̃ uidelicet sagitta quę fertur, quiesceret: accidit aūt ex eo quia tempus sumit ex momentis constare. Quo D sane non concesso: syllogismus nullus erit.

Stadium.



Tertia autem est, quę nunc dicta est, quoniam sagitta, quę fertur, stetit. Accidit autem secundumq; accipit tempus componi ex ipsis nunc. non dato enim hoc: non erit syllogismus. E ANTI.

Hæc ratio fuit in modo & figura composita: fuit quoq; soluta p fallaciā ęquiuocationis: quare nunc silētio digna sit.

Dilucida. tex. cō. 81. Quartus

Quarta uero est ea quę de iis est æqualibus magnitudinibus, quę super ęquales alias alicuius stadii magnitudines ęquali uelocitate partim è calce stadii, partim è medio econtra mouentur. ubi fieri putat ut duplo tempori dimidium sit æquale.

ANTI. Quarta autem ratiocinatio est ex his, quæ in stadio mouentur ex contrarietate æqualium magnitudinum per æqualia: horum quidem à fine stadii: illorum à medio ęquali uelocitate: in quo accidere opinatur æquale duplo dimidium esse.

Expositio. Quarta ratio supponit duo. primum q̃ pertransitiones æquales ab æque uelocibus arguāt tempora æqualia. Suppositio secunda est casus: in quo supponit stadium quadrupedum sectum in quatuor cubita siue moles siue magnitudines: utpote a. quod stadium supra quo fit motus appellat. accipit secundo duo mobilia etiam quadrupeda secta in quatuor moles: quarum quælibet uocatur. b. in una. In F altera. c. uult quoq; mobile. b. moueri è medio stadii. c. uero è calce econtra primo sibi ipsis obuiando. Accipit ultimo q̃ stadium contra feratur uersus c. mobile hac uidelicet proportione q̃ quantum peragret. b. de illo: tantum cō traferatur ad c. quo in casu in fine temporis uidelicet. tunc cum primum. b. est cum ultimo. c. & econtra: ipsum. b. in hora egit dimidium stadii. & ipsum. c. totum, quia licet sint æque uelocia: illud quod habet. b. ipsius stadii: lucratur. c. per contra lationem stadii ad ipsum. Hæc omnia supponebat Zeno ut solum concluderet ipsum. c. mobile in hora p agrare totum stadium. b. uero dimidium, & cum hæc sint G æque uelocia uult habere dimidium horæ esse æquale toti horæ, quod per casum sic probabat: nam. b. ipsum mobile peragrat dimidium stadii. igitur in dimidio horæ cum sit æque uelox sicut. c. ipsum: c. uero totum stadium in hora. igitur dimidiű horæ quo fit peragratio facta ab ipso. b. erit æquale toti horæ: quā fit peragratio stadii facta ab ipso. c. & ita dimidium temporis erit æquale duplo tempori. Quibus breuibus patet textus abbreuiatio, & melius adhuc patebit proximo in textu.

Dilucida. tex. c. 82.

Est autē fallacia quòd illorum alterum quidem propter id quod mouetur. Alterum uero propter id quod quiescit ęqualem magnitudinem æquali uelocitate trāsire inęquali tempore autumat. Hoc autem falsum est.

ANTI. Est autem deceptio in eo, quod hoc quidem supra moto, illud autem supra quiescente mouetur supra æqualem magnitudinem uolens æquali uelocitate secundum ęquale ferri tempus. hoc autem falsum est. H

Expositio. Respondet Aristo. & uult fallaciam quæ græce est paralogismus committi in syllogismo, & Auer. explicat eam, & uult esse à secundum quid ad simpliciter ut in fine commēti exponit. putabat enim Zeno q̃ sicut mobilia æque uelocia supra spatiis fixis mouentur ęquali tempore: sic uniuersaliter & simpliciter supra omnibus spatiis: quomodolibet sumptis. Illud igitur ualet cæteris paribus ex parte mobilium & spatiorum. Sicut non est hic: ubi stadium respectu unius promouet ad motű: respectu alterius, pmouet ad contrariű. Inquit. est aūt fallacia in hoc consistens q̃ illorű alterű: utpote. c. mobile p id qđ stadium mouet̃ uersus ipsum. Alterum uero utpote. b. per id quod quiescit hoc est non

I mouetur uersus ipsum, sed potius aufugit ab eo æqualem magnitudinem æquali uelocitate transire in æquali tempore autumat. hoc autem falsum est & cum deceptione, quoniam non sunt cætera paria. Hæc est solutio ad paralogismum.


Dilucida. tex. comē. eiusdem.

Vt sint æquales stadii magnitudines. a a a a. Supra has uero moueantur magnitudines, b b b b. Incipiendo à medio ipsarum magnitudinum. a. numero & magnitudine illis æquales, c c c c. uero his æquales & numero & magnitudine atq; ęque ueloces ipsis. b. quæ motum incipiant à calce econtrario. accidit igitur primam. b. atq; c. magnitudinem simul in ipsis esse extremis illarum supra quas mouentur, & etiam accidit. c. uniuersas. a. magnitudines, b. uero dimidium ipsarum peragrasse. Quare
K sit ut sit dimidium tempus. utraq; enim æquali in tempore per unamquaq; stadii magnitudinem trāsiuit, & insuper accidit. b. per omnes magnitudines c. transiuisse, prima nanque. c. magnitudo, & prima b. magnitudo in contrariis extremis stadii simul erunt constitutæ: tāto in tempore per unamquáq; b. magnitudinum mota: quanto per unamquanq; magnitudinum. a. transiuit, ut inquit. Propterea φ utraq; æquali in tempore per. a. magnitudines est mota. Ratio quidem igitur hæc est. committitur uero in illa dicta fallacia.

ANTI. { Vt sint stantes æquales magnitudines, in quibus sunt. a a a a: aliæ autem sint, in quibus sunt ipsa. b b b b. incipientes à medio ipsorum à secundum æqualem numerum his existentes & secundum magnitudinem. aliæ autem sint in quibus sunt ipsa. c c c c. ab extremo, ęquales his numero, & magnitudine, & æque ueloces ipsis b. contingit igitur pri
L mum b. simul in ultimo esse & primum c. parallela eorum supra quæ mouentur. accidit igitur ipsum c. super omnia a. transire, ipsum b. super media a, quare & medium erit tempus. æquale enim utrūq; erit ad unumquodq;. Simul autem accidit ipsa b. ad omnia c. transisse, simul enim est primum c, & primum b. in contrariis ultimis, æquali tempore per unumquodq; ipsorum b. factum, quanto de ipsis a ut inquit, quia utraq; æquali tempore supra ipsa a fiunt, ratio quidem igitur hæc est, sed accidit dicta falsitas.

Stadium.

M




N Vt uero deceptio pateat Arist. uult sophisma Zenonis cōponere, & inquit. ut sint æquales stadij magnitudines. a a a a. Hæc casus prima pars: uerbum illud stadij, & si in græco sonet stantes: ad latinū sensum transtuli stadij, quod intelligit esse spatium supra quod fit motus. super has uero stadij quatuor magnitudines moueātur magnitudines. b b b b. Incipiendo à medio ipsarum magnitudinum ā. q̄ numero & magnitudine sunt æquales illis quatuor stadij, numero uidelicet, quia quatuor. Magnitudine uero q̄a sit una quæq; unipes. hæc est secunda casus pars. c c c c. uero sint aliæ æquales ēt ijs quatuor stadij & numero quia quatuor & magnitudine quia quælibet unipes; sintq; ēt æque ueloces ipsis. b. quæ motum incipiant à calce stadij econtrario ipsis. b. hęc est tertia pars casus. Ex iis infert duo, & inquit. accidit igitur primam. b, atq; primam. c. magnitudinem simul in ipsis esse extremis illarum supra quas mouentur ut
O unam ad finem stadij. Alteram ad principium contraposite ut dixit. & accidit. c. uniuersas. a. magnitudines. b. uero dimidium earum peragrasse. ex ijs duobus infert propositum. d. quare fit ut sit dimidium temporis quo. b. peragrauit dimidium ipsorum. a. & hoc dimidium est æquale ei tēpori quo. c. peragrauit omnia. a. igitur dimidium erit ęquale duplo temporis. utraq; enim utpote. b. &. c. æquali in tēpore per unamquāq; stadij magnitudinem transiuit. Infert secundo cum iis unum aliud quasi consequens. & inquit. & insuper accidit. b. per omnes magnitudines. c. per contactum transiuisse. Prima nanq;. c. magnitudo. & prima b. magnitudo in contrarijs stadij extremis sunt constitutę: tanto in tempore per unamquāq;. b. magnitudinum mota per contactum uel alio modo: quanto ipsa prima magnitudo. c. per unamquāq; magnitudinum. a. transiuit. ut inquit. propterea φ utraq; æquali in tempore per. a. magnitudines est mota: una uidelicet per dimidium. Altera uero omnia. tale autem conconsequens subiecit Aristot. non quòd
P faciat ad rationem, sed ut ostendat qua ratione atq; regula ęque uelociter ambæ magnitudines mobiles mouentur, ut inde prædictum impossibile sequatur: tunc epilogat rationem & responsionem, ut ostendat syllogismum hunc peccare per fallaciam secundum quid & simpliciter: credēdo esse in omnibus magnitudinibus, quod in fixis est. hæc expositio huius loci: ubi nolo te ignorare me multa adiecisse, quæ græca series exposcit: nihilq; omisisse: nihil quoq; mutasse, quod non sonet seriei grææ, quod facile cognosces ex ueteri nostra translatione, quæ ut seruet uerbum: prætermittit sensum. tu uero habes utranq;, & ideo considera. quæ Auerro. ait. ex expositione literæ patent.

Dilucida. tex. c. 83. Quintus cauillus & nō est Zeno. & sol.

Neq; rursus in ea mutatione quę est inter contradictoria impossibile aliquod nobis erit. ut si ex nō albo in albū aliqd muteť atq; in neutro est. tanquā itaq; neq; albū sit: neq; non album. Non enim si non totū in utrouis sit: non diceť albū, aut non albū esse. Albū. n. dicimus aut non albū: non quia totū, sed quia plurimis partibus, aut principalissimis
Q sit tale. Non est aūt idem non esse in hoc, & non esse in hoc totum. similiter autem res sese habet & in eo quod est, & in eo quod non est: atq; in cæteris quæ secundum contradictionem dicuntur erit, etenim in oppositorum altero erit ne ? Totum autem in neutro semper erit.

ANTI. { Neq; igitur secūdum mutationē in contradictionē aliquod nobis erit impossibile. ut si ex albo muteť ī nō albū, & in neutro est, tāq; ergo neq; albū sit. non. n. si non totū in quolibet est, non diceť albū, aut non albū. albū. n. aut non albū dicimus: nō quo totū sit tale: sed aut quo plures, aut principalissimę partes. non idē aūt est & non esse in hoc, & non esse in hoc totū. Similiter aūt inesse, & in non esse, & in alijs,

A {aliis, quæ secũdum contradictionẽ sunt. etenim ex
{necessitate in altero oppositorum erit: in neutro
{autem totum semper.



B

Expositio. Cauillum

Quinta rõ quæ est extra illas dictas à Zenone, est quę destruit subitã mutationẽ, & sic cõponit̃. Nihil qđ mutat̃: est in altero extremorũ Oẽ qđ subito mutat̃ est in altero extremorũ: aliter inter contradictoria daret̃ mediũ. igit̃ qđ subito mutat̃: non mutat̃. huius rõnis tangit uim, & primo proponit initiũ solõnis. & inquit. neq; rursus in ea mutatione q̃ est secundũ contradictionẽ: impoẽe aliqđ nobis erit, ut si ex non albo in albũ aliqd mutet̃ atq; in neutro sit: tanquã itaq; neq; albũ sit neq; non albũ. hæc est cauilli materia siue uis. Cui rñdet & (ut mihi uĩ) ipse uult illã maiorẽ intelligi solũ in mutatione successiua. in illa. n. qđ mouet̃ nõ est in altero extremorũ. At inter albũ & non albũ non est mutatio successiua qñ accipiunt̃ simpl̃r & cõiter, quia semper est alterũ horũ. Oẽ. n. qđ est: est albũ, uel non est album. Sed bñ est mutatio successiua inter esse totum albũ, & esse totũ non albũ, quia inter hęc põt dari mediũ. põt. n. esse aliqd, qđ nec sit totũ albũ: nec totũ non albũ, ut scutũ cuius una medietas est alba: alia uero nõ: sed nigra, uel id genus. igit̃ inter esse albũ & non esse albũ non cadit mutatio successiua, sed bñ inter esse albũ totũ, & esse totũ non albũ, qm̃ ut sic non sunt contraria, sed pñt sil̃ stare. inqt. non. n. si nõ totũ in utrouis sit: non dicet̃ albũ aut non albũ esse, qa põt esse aliqd qđ nec est totũ albũ: neq; totũ non albũ, ut scutũ. Albũ. n. dicimus aut non albũ: non quia totũ est tale, sed quia in plurimis partibus, aut in principalissimis sit tale: q̃ rõ docet, q; cũ albũ aliqđ incipit fieri non albũ non ita cito sicut remittit̃: erit non albũ, sed tã diu erit albũ quandiu plures partes erunt tales: uel principaliores, qua rõne fit ut inter albũ & non albũ fiat mutatio subita. inter albũ totũ, & totũ non albũ successiua: sil̃r inter albũ & nigrũ successiua fit motio. Sed dices. idẽ est non esse totũ albũ, & nõ esse albũ. igit̃ q̃ cito remittit̃: tã cito non est totũ albũ. igit̃ subito erit non albũ. Rñdet, & inqt. non est aũt idẽ non esse in hoc, & non esse in hoc totũ. põt. n. aliqd esse in hoc ut in albo, & non esse in albo totũ, ut diximus in casu: in quo incipit remitti albũ: erit. n. lignũ in albo: non tñ in albo totum: quia illius quicq; amisit. sil̃r se hẽt & in eo qđ est, & in eo qđ non est: atq; in cæteris q̃ ẽm contradictionẽ dicuntur. &. n. in oppositorũ altero erit ne qđ mutat̃. q. d. erit necessario sub altero oppositorũ: totum aũt in neutro semp erit. est enim in subiectis successio extensiua sicut in accidentibus: uerũ in accidentibus qbusdam erit successio penes gradus formæ, & penes extensionẽ formæ. Animaduersione dignũ esse duplex totũ, qđ mutat̃, aut similare ut lignum: cuius q̃libet ps est lignũ, aut dissimilare, ut aial: cuius non q̃libet pars est animal similare totũ erit tale utpote albũ, aut non album, qñ illius plures partes erunt tales, ut si lignum sit plus q̃ per dimidiũ albũ dr̃ album dissimilare dr̃ tale, qñ principaliores partes sunt tales, &. n. In similaribus nulla est pars principalis, sed bñ in dissimilaribus. Propterea

Solutio

C

D An Aristo. cõueniẽter soluat rõnẽ Zenonis q̃ mutatione q̃ est secundum cõtradictionem. Vide Egi. hic & gra secũ escu. ii. q. 2. & 3. & 4.

Nota hæc.

Arist. in lr̃a subiecit, sed quia plurimis partibus, aut principalissimis sit tale: innuens utrunq; totum. Inter hæc tñ talis ponitur dr̃ia, q; nullũ similare incipit esse tale ut album: per positionẽ de pręsenti siue alteratio fit ab intrinseco, hoc est per gradus: siue ab extrinseco, hoc est per extensionem subiecti. ubi. n. alteratio fit per gradus: nunq; erit albũ, nisi habeat gradũ ultra medium. nihil aut incipit hr̃e gradũ ultra medium: per positionẽ de præsenti. ubi uero alteratio fit ab extrinseco: illud non erit albũ: nisi habeat plus q̃ dimidium albũ. nihil aũt incipit hr̃e plus q̃ dimidiũ tale per põnẽ de præsenti, sed bñ per remotionẽ. corpus uero dissimilare põt incipere esse tale per positionẽ de præsenti, qa incipit esse tale p hoc q; partes principales sunt tales: hoc aũt incipere põt per positionem, ut patet. Dubitat nouus expositor, quia uĩ q; Arist. non põt euitare impoẽe ppositũ: nã incipiat aliquod non albũ ut lignũ fieri album secundũ partes. Sumus tunc in medio instanti: in quo erit secũdum unũ dimidiũ albũ: secundum aliud non albũ sed nigrũ: patet tunc in hoc medio instanti nec esse album: nec non album, quia non magis dignũ denominari ab uno q̃ ab altero. igitur inter contradictoria dabit̃ mediũ. Rñdet q; tale lignũ non debet dici albũ, sed non albũ, ueluti una copulatiua cuius una pars est uera, & altera falsa: tota dr̃ falsa, & ita est dicendũ non albũ. Sed contra hoc põt dubitari, qm̃ illud lignum est coloratũ, & nihil est in gñe: quin sit sub aliqua specie. igit̃ oportet q; sit aut albũ, aut nigrũ, aut utrũq;, & ita albũ & non albũ. Dicunt quidã q; tale siue lignũ siue scutum non est coloratũ, quia nec hoc coloratum nec illud coloratũ. igit̃ non est coloratũ, & per consequens, nec albũ nec nigrũ. Argumentũ. n. supponit falsum. Sed hæc rñsio uĩ falsa: nã scutũ est uisibile. igitur coloratũ: coloratũ. igit̃ aliquo colore, & ita stabit argumentũ, q; aũt sit uisile. probat̃, quia per uisum indicamus illud esse bicoloreum. igit̃ est uisile. Propterea melius dico concedendo illud esse coloratũ, & denominari à gñe colorũ: non tñ denominat̃ ab aliqua specie. Ad regulã Arist. dici põt q; oẽ qđ denoiatur à gñe: denominat̃ à spẽ aliqua illius, aut hẽt spẽm aliquam illius, quæ sibi inest: nã põt aliqđ accidens inesse alicui, & illud non denominare. Animaduerte in cõmento ibi. põt intelligi, q; Auer. textũ illum, qm̃ necesse est. Tribus modis exponit, quæ expões sunt fortasse quia textus græcus est negatiuus. Prima expositio sumit opposita p contrarijs, & tunc sensus est q; res quæ mouet̃ est sub ambobus secundum partẽ, quia in neutro est secundũ totũ, & iuxta hoc dictio illa altero superfluit, & loco eius legi debet sub ambobus. Secunda uero expositio sumit opposita pro contradictorijs, & tunc sensus est q; res quę mouetur necessario est sub altero cõtradictoriorũ, qm̃ neutrum est in ea totaliter: & tunc deficit negatio. Vltimo dat tertiã expositionẽ quoad textus transpositionem, & ipsa patet per ea quæ dicit: tu uero scias hæc esse superflua, quoniam nihil ad sensum græcum, ut patet in nostra translatione.

Egi hic. Dubõ nouí expositoris.

F

Solutio

Replica.

Solutio

Replica

Soĩo ultia.

G

Quæ auer. cõmẽ. 8 3.

Rursus in circulo & in sphera & omnino in his q̃ in seipsis mouentur accidit ipsa quiescere. In eodẽ enim loco tempore quodam & ipsa & partes sunt. Quo fit ut quiescant ac moueantur.

Dilucida. tex. c. 84 Sextus cauillus.

H

{ Rursum in circulo, & sphęra, & omnino in his, q̃
{mouentur, quia accideret ipsa accideret quiescere.
{In eodẽ. n. loco secundũ tp̃s quodam sunt, & ipsa, &
{partes: quare quiescent simul, & mouebuntur.

ANTI. Quolibet quouis illorum.


Quintus cauillus destruit motum circularẽ, & componit̃ sic. quæcunq; sunt semper in eodẽ loco: semper quiescunt. circulus, sphæra, & quæcunq; mouentur in seipsis sunt in eodem loco semper. igitur semper quiescunt. Debes scire q; differt circulus à sphæra: nam circulus in linea est sphęra in corpore, ut dicunt mathematici. Vlterius animaduersione dignum naturales imaginari aliquod moueri secũdum oẽs partes totũq; existere in eodẽ loco, ut si esset unum corpus cuius una pars rarefieret, altera condensaretur in eodẽ loco existens. Aristo. igitur amplexus est tria per hunc ca-

Expositio.

I uillum, ꝙ uidelicet. circulus non moueatur contra imaginationem geometrarum qui imaginantur circulum moueri circulariter, ꝙ sphæra non moueatur contra astronomos, & naturales, ꝙ etiam corpus in seipso motum non moueatur. Et hæc omnia, quia semper sunt in eodem loco.

Tex. 85. Primo quidem enim partes nullo tempore in eodem sunt loco. deinceps etiã totus in alium semper locum mutatur. non enim est eadem circũferentia quæ ab. a. & . b. & . c. sumitur cæterorumq; quolibet puncto: nisi ut musicus homo & homo: cui id accidit. quare in aliam alia semper mutatur & nunquã quiescet. eodem uero modo & in sphęra atq; in cæteris quæ in seipsis mouentur.

ANTI. K { Primo quidem. n. partes non sunt in eodem tempore ullo: postea & totum semper mutatur in alterum. non. n. eadem est ab ipso à accepta circulatio, & quæ ab ipso b: & quę a. c, & ab aliorũ uno quoq; signorum, nisi sicut musicus homo, & homo, quia accidit. quare mutatur semper altera in alteram, & nequaquam quiescit, eodem autẽ modo, & in sphęra, & in aliis, quæ in seipsis mouentur.



L

Expositio. Respondet ad cauillum & concedit semper circulum & sphæram & quod mouetur in seipso semper esse in eodem loco secundum subiectum: non autem semper secundum partes: nec secundum formam. partes enim continue mutant locum. totum uero mutat formam siue figuram. possunt enim imaginari in sphæra tot figuras quot sunt puncta imaginaria, & secundum has possum dicere ipsam moueri: iuxta quem casum astrologi sentiunt cœlum mutare figuram omni hora diei. Ideo diuersæ fiunt hominum genituræ propter differentiam cœlestium figurarum. est. n. una figura nunc cuius linea à centro ducta terminatur in. a. pũctum ortus immobilem. alia ab eodem centro terminata in. b. culmen meridiei. Alia ab eodem terminata in. c. occasum. alia in. d. imum noctis, & ista cœli constitutione nascitur aliquis: hinc ad horam linea quæ terminabatur in. a. erit eleuata aliquantulum. linea quę terminabatur in. b. erit declinans ẽt aliquantulum, & cæteræ similiter, quæ ideo docet circulum mutare periferiam hoc est circunferentiã, & ita patet ẽt de sphæra, & de eo quod in seipso mouetur: mouentur. n. secundum partes, & secundum totum mutando formam siue constitutionem ut astronomi aiunt. inquit. primo quidem. n. partes ipsæ nullo tempore in eodẽ sunt loco, & hic est primus cauilli defectus. deinceps totum etiã in alium semper locum mutatur, & primo declarat hoc in circulo ipso. d. non enim est eadem circunferentia quę ab a. & . b. & . c. sumitur & quæ sumitur à cæterorum quolibet puncto: nisi ut musicus homo & homo: cui id accidit. q. d. ꝙ circunferentiæ illæ sunt specie diuersæ: subiecto tamen eædem. Quare in aliam alia semper mutatur, & nunquam quiescet. hæc de circulo. idem & de sphæra uult esse intelligendum, & de his quæ mouentur à seipsis, & inquit. eodẽ uero modo & in sphæra atq; cæteris quæ in seipsis mouentur. Hæc ad cauillum.

M

Cũ induxit. Cõmentũ istud põt hr̃e tres partes. In prima exponit unã textus partẽ. Secunda ibi & circulus quẽ diuidit partim digrediendo: partim exponẽdo multa utilia ait. sed in ultima ibi. Deinde dicit ergo. cõplet expõnẽ textus, & prima & ultima pars patent per expositionem textus. N Cõm. 88.

Et circulus quẽ. Hęc est secunda pars: ubi declarat qualis est motus in sphæra, & circulo, & dicit primo ꝙ circuli cõcepti in sphæra ẽ diuersis punctis ꝑducti: sunt idẽ numero per accidens, quia differunt forma, & conueniunt subiecto, ut musicus homo, & homo. dicit secundo ꝙ uera identitas est secundũ formã: ea uero quæ est secundũ subiectum est per accidens. nã idẽ in rei ueritate est idẽ secundũ formam. qua rõne ut oẽs circuli designati in sphæra quos puncta diuersa diuidunt sunt in subiecto idẽ per accidens: in forma uero differentes. Animaduerte ꝙ eadẽ numero dupliciter sunt, aut secundũ essentiã & esse. qua rõne homo hic & Socrates sunt idẽ numero: idẽ omnino, & hæc idẽtitas est maior illa q̃ est secundũ formã & speciẽ. Alia sunt eadem numero subiectiuẽ qũo musicũ & grãmaticũ sunt eadẽ numero ꝓ q̃to accidunt eidẽ subiecto numero, & idẽtitas numeralis hac rõne est minor illa quæ est secundũ formã & speciẽ, & de hac intelligit Auer. Si igiẽ illud. Rñdet nunc ꝙ dũ mõ sphæra ipsa mouẽ: põt intelligi uno mõ ꝙ ipsa mutẽ de uno circulo in aliũ secundũ formã, & subiectũ: qũo ea quæ mouenẽ recte mutanẽ, & hoc mõ sphęra non mouẽ. Alio mõ, ꝙ mutẽ de uno circulo in aliũ secundũ formam tm̃, & sic sphæra mouẽ. Ex his patet cauillũ Zenonis esse nullũ: uidit. n. sphærã non mutare locũ ꝑ accidens: per hoc extimauit ipsam non mutare loca per se simplr̃, sed simplr̃ quiescere, & ita cõmisit peccatũ fallaciæ à secundũ qd ad simplr̃. nã credit ꝙ quia non mutat locũ ꝑ accidẽs hoc est rõne subiecti, ꝙ nec simplr̃ mutet locũ. hoc aũt non ualet, quia licet rõne subiecti nõ mutet loca: rõne formę mutat loca, qa transit ꝑ diuersas circũferentias. Ex his cõcludunt quidam motum cœli esse de loco ad locum secundum formam, quia de una circũferentia in aliam. Secundum uero subiectum motus eius est circa locum. Propterea quiescit secundum materiam. O P An motus sphære sit i eodẽ loco uel non. Vide Egi. hic ẽt Bur.

Auicẽna uero. Sed ambiges. istæ formæ siue figuræ: siue circuli qui sunt in cœlo ꝑ quos mutat loca ſm formã: sunt reales uel intentionales. Siqdẽ reales: an situs: uel loca, aut põnes. Rñdet Auic. & uult ꝙ eiusmodi formæ sunt situs; & hoc quia credit ad sitũ esse motũ. argumento, quia omne qđ mouẽ mutat sitũ. igiẽ in sitũ est motus. Contra obijcit Auer. primo quia Auic. mutauit ꝑ accidens in ꝑ se. motus. n. primo & ꝑ se est in locũ: per accidens uero in sitũ siue põnẽ, q̃ consequiẽ mobile in ordine ad uniuersum. ueluti rarefactio ꝑ se est in qualitatẽ utpote in raritatẽ. ꝑ accidẽs uero in locũ. Auic. igiẽ quia uidit oẽ qđ mouẽ mutare situm: credit ad sitũ esse per se motũ ut in terminũ primum.

Declaratũ est. n. Deinde arguit contra põnẽ Auicẽnæ sic. ad relationẽ non est motus ꝑ se. situs est relatio. igiẽ ad sitũ non est per se motus. maior declarẽ. nã ad indiuisibile nõ est motus. relatio est indiuisibilis. igiẽ ad eã nõ est motus.

Si igiẽ. Soluit pro se & pro Auicenna, & uult hunc motũ esse ad positionem siue situm, & ad locum. in locũ quidem per se. in positionem per accidens: ceu rarefactio ad qualitatem per se: in locum per accidens. Q

Et hoc inuenit. Q̃ꝫ uero motus ipse sit in sitũ ꝑ accidens saltẽ, probat. nã motus rectus est primo in locũ. Secundario & per accidens in sitũ. igiẽ sphæricus ꝑ se primo in locũ. Secundario & per accidens in situm siue positionem.

Quid igiẽ. Concludit nunc rõnẽ Auicennæ esse inutilẽ: nã si in sitũ non est motus nisi per accidens: nihil utilitatis affert: nisi uelit ꝙ illud quod mouetur hoc motu: non diuersatur in sitũ per se, sed secundũ formã imaginando in situm esse per se motum, quod est falsum, ut probauimus. quare aut Auicẽna uult sphæricũ motũ esse per se in situm, aut ꝑ accidens. non per se, quia in relationẽ non est per se motus: non per accidens, quia tunc adhuc remanet quæstio de eo ad quod est motus ille per se, & sic nihil utilitatis affert.

Sed

A Sed tamen. Respondet tandem ad argumentum Auicennę. arguebat enim cœlum mutare situm. Igitur in situm est motus per se. Respondet Auer. q hæc ratio est sophistica, quia bene ipsum cœlum mutat situm, sed hoc est per accidens. ideo non sequitur. igitur in sitũ est per se motus. Sed circa hæc ambiges. primo an eiusmodi formæ quas cœlũ mutat per se & primo sint reales: an intentionales, & si reales: an situs siue positiones: an loca? Auicenna ut uisum est uoluit has esse reales & uocauit eas situs siue positiões: has astronomi considerant dum dicunt planetam esse orientalem occiduum: dextrum: sinistrum & id genus. Auer. quòd sint loca, quod stare non uidetur: nam circunscripta imaginatione mathematica hæc nulla sunt: cum lineæ & puncta sint solum imaginaria. Amplius hæc uidentur figuræ cœlestes: tales sunt qualitates in quarta specie qualitatis: siue relationes. Amplius dubitant, quia Arist. ait partes mutare locum secundum subiectum, & totum non, quod uidetur falsum, quoniam partes simul sumptæ non sunt aliud à toto. tu uero declarationem horum omniũ perquire in lib. destructio destructionum. disputatione. 14. in solutione primi dubij. Nunc uero sat sit monstrasse locum.

Bone dubitationes

B

Tex. 86. His uero demonstratis: impers dicimus moueri non posse: nisi per accidés. ueluti si corpus, aut magnitudo in qua est moueatur: quemadmodum si id quod est in naui latione nauis, aut pars motu totius moueatur. impers aũt appello, quod quantitate indiuiduum est: etenim partium motus & p se alii sunt, & quatenus etiam partes ipsæ motu totius mouentur. uidebit autem quispiam & in sphęra maxime differentiam ipsam. non enim erit uelocitas eadem earum partium q̃ centro propinquæ sunt, & earum quę procul sunt: atq totius, cum non unus sit motus. ut igitur diximus: sic quidé impers moueri potest: quemadmodum is qui sedet in naui currente mouetur. per se autem moueri non potest.

C

ANTI. Ostensis autem his, dicimus q impertibile nõ contingit moueri, nisi secundum accidens, ut in corpore moto, aut magnitudine, in qua est, sicut si in naui moueretur à nauis motu, aut pars totius motu. Impertibile autem dico, quod est secundum quantitatem indiuisibile. Et nanq partium motus alii sunt & secundum ipsas partes, & totius motus. uidebit autem aliquis & in sphæra maxime differentiam. nõ. n. eadem uelocitas erit ipsorum, quę sunt iuxta centrum, & quę extra, & quæ totius sunt, sicut non uno semper existente motu. sicut igiẽ dicebamus sic quidem contingit moueri impertibile, sicut in naui sedens naui eunte: p se. n. nõ cõtingit.

Responsio. D Ad introductionem textus. primo debes scirę q moueri per accidens est uno modo ad motũ eius in quo est. Alio mõ ad motũ eius: cuius est pars. At moueri per accidẽs ad motũ eius in quo est: nõ una rõne fit, quia aut in quo est ut forma uel accidens, quõ accidentia & formæ mouenẽ ad motũ materiæ & subiecti, aut ad motũ eius in quo est ut pfectio uel mõ alio: qua rõne nauta mouetur ad motum nauis. secundo debes scire q differunt motus partiũ esse per accidens, & motũ accidentis: siue formę: siue puncti esse p accidens, quia si partes à toto præcideris mouerip se possunt. Tum q cum enim totius unimoda uniformisq; uolucitas sit: partiũ uaria & difformis habeẽ. nã diuersa est concitatio partium quæ sub polos sunt, & partiũ quæ sub maximũ illũ ęquinoctij diuisorẽ circulũ agitanẽ. At puncta & formæ, & accidentia nunq; rõne ulla nisi per accidẽs mouenẽ: eo q continenẽ in rebus quibus per se accidit motus. his notatis Arist. uult probare indiuisibile & impers nullo modo moueri posse nisi per accidens. Cã aũt est quia Plato uoluit indiuisibile simpliciter moueri & per se, ut deum & animam & huiusmodi. nã deus est numerus seipsum mouens ut anima ẽt, fortasse hæc contra Platonẽ uult constituere: contra quem in. 7. arguit. mathematici quoq; uolunt pũcta moueri: disputans igitur & contra Platonẽ, & contra mathematicos hæc proponit, & inquit. his uero demõstratis: contra Zenonẽ, & alios: impertiũ siue indiuiduum dicimus moueri non posse: nisi per accidens. ueluti si corpus, aut magnitudo in qua est moueatur: quemadmodum si id quod est in naui latione nauis, aut pars motu totius moueatur, & quoniam multiplex est impertium & magnitudine sicut punctus & animus, & deus, & id genus. & multitudie ut unitas, & forma siue specie, ut ignis & id genus. quid per impertium, quod græce est ameres, uelit, exponit & inquit. impers aũt appello, quod quantitate indiuiduũ est ut punctum: animus: deus, & quilibet intellectus, & id genus; deinde qũo non eodem modo per accidens moueã tur puncta, & partes. subiecit. d. etenim partium motus & per se alij sunt, & quatenus ẽt partes ipsæ motu totius mouentur hoc est differunt inter se, & à toto. Cuius declarationem subiungit. d. uidebit aũt quispiam & in sphæra maxime differentiam ipsam. non enim est uelocitas eadẽ earum partium quæ centro hoc est polo propinquę sunt, & earũ quæ procul sunt à polis. Stella. n. quæ est in corde ursæ septẽtrionalis in. 24. horis paruum describit circulũ, quæ uero in capite arietis iuxta æquinoctium maiorem describit eodem in tempore. igitur illa tardius: hæc uelocius mouebitur & ita in partibus non seruatur unimoda uolucritas; nec inter se: nec respectu totius: cũ non unus sit motus unimodus: atq; uniformis. Ex his concludit sensum conclusionis demonstrandę, & inquit. ut igitur diximus; si quidẽ impers moueri põt quemadmodum is qui sedet in naui currẽtę mouetur. per se aũt moueri non potest. Est igitur sensus impertium per se moueri non potest.

E

F

Com. 86. G Cum induxit. Quo ad partes expositiuas cõmentũ istud patet. Quo uero ad digressionem mouet quæstionẽ. dictũ est enim partes per accidens moueri, sed & inter se, & à toto seruant differentiam quandam: quæret igitur quis. utrũ sit hoc tantum, uerum in motu sphærico, ut exemplificauit: an quoq; & in recto etiam.

Sed forte. Rñdet non ad formam, sed ad materiã (ut mihi uideẽ) q partes sphærę uidentur per se moueri, & non ad motum totius, quia seruant in motu differentiã quandã & inter se & à toto: non tñ mouentur per se, sed solũ ad motũ totius. at partes rei motæ motu recto: nec uidenẽ per se moueri alio motu à motu totius: nec per se mouenẽ, & hoc declarat per locũ à maiori negatiuẽ sic. partes sphærę uidenẽ per se moueri & non mouenẽ per se. igitur partes rei motę motu recto non mouenẽ per se. Ad formã aũt non respondet: dici tñ põt q tam in sphæra, quã in motu recto partes non unimodo motu mouenẽ. in sphæra patuit per ea quæ Arist. ipse dixit: in recto motu patet, quia homo qui mouenẽ recte motũ in partibus non habet unimodũ: nã caput uelocius mouenẽ q̃ pedes, quia in æquali tpe spatiũ aeris quod describit caput continet spatiũ peragratũ à pedibus. igitur H inæquali tpe peragrat maius. Similiter in lepore uelocius deorsum mouenẽ q̃ unguis ipse pter eandem causam.


Et quasi intendit: resumit sensum quẽ Aris. uoluit p hæc, & uult q non eodem mõ partes mouenẽ per accidens ad motũ totius, & punctũ ad motum corporis in quo est. nam partes nec mouenẽ pure per accidens; nec pure per se. per accidens quidem pure: non quia id quod pure per accidẽs mouenẽ: penitus eodẽ mõ mouenẽ: sicut id ad cuius motũ mouenẽ. cum oẽm motũ & modũ motus nanciscaẽ ab illo. pure per se uero minime, quia mouenẽ ad motũ totius, ut accidẽtia & formæ mouentur motu materiæ & subiecti.

Que de his q̃ mouenẽ p accidẽs. 4. huius tex. com 32. An partes moueantur per se. Vide Bur. hic.

Ex cum declaratum. Probat q partes mouentur per accidens: quicquid mouetur ad motum alterius; mouetur per accidens, ut patet in formis & accidentibus quæ mouentur motu materiæ, & mota subiecti. partes mouenẽ ad motum alterius. igiẽ per accidẽs. inqt. & hoc apparet ex uerbis

I Aristo.& ideo excepit istum modum motus.quo uidelicet, ipsæ partes mouentur ab illo quo mouentur puncta, & sic induxit exemplum extraneum ab unoquoq; illorum: nam exemplum de nauta, nec competit motui quo mouent̃ puncta ad motum magnitudinis: nec motui quo mouentur partes ad motum totius. Sed dubitatur primo, quia non uidet̃ ꝙ partes in motu differunt: nec inter se; nec à toto, à toto quidem patet, quia illius motu mouetur. igitur modo illius motus. inter se uero, quia nihil habent per se, sed solum in toto. Dicitur secundum Themistium & Auerroem cæterosq; expositores. partes non moueri pure per accidens, quia etiam in potentia possunt per se moueri ut si essent è toto separata, & quoniam non penitus per accidens habēt non nihil perseitatis motus annexum: quo possint habere aliquam motus differentiam. Q. quidem inter se & non unimodo moueantur motu: eo patet, quia una celerius: alia tardius fertur. ꝙ uero è toto: declaratur, quia totum motu to-
K tius inuariabiliter fertur: partes uero non eo modo quo totum: huius ratio est quia esse possunt per se, & ita non pure per accidens.

Tex. 87. Mutetur enim ex.a.b.in.b.c. siue in magnitudinē ex magnitudine; siue in formam ex forma: siue secundum contradictionem de opposito in oppositum. Tempus autem in quo primo mutetur sit.d. igitur ipsum eo in tempore quo mutatur, aut in.a. b. aut in b.c. aut partim in hoc: partim in altero esse necesse est. omne nanq; quod mutatur sic se habet. in utroq; quidē igitur aliquid ipsius non erit: erit enim partibile. neq; erit in.b.c. esset enim mutatū. Supponebatur autem mutari. restat igitur ipsum in.a.b. esse eo in tempore quo mutatur. quiescet ergo. quod enim in eodem est quodam tempore: id
L quiescere dicebam iis.



Expositio. Quod punctum & uniuersaliter nullum indiuisibile per se moueat. declarat, quia uel est totaliter in termino è quo: uel totaliter in termino ad quem. uel partim & partim in
M utroq;: non partim & partim in utroq;, quia tunc esset diuisibile. non totaliter in termino ad quem, quia esset motū, & ita non mouetur contra casum. si totaliter in termino ad quem: quiesceret. per definitionem quietis, & ita non moueretur. hanc rationem ut facilius capiatur per terminos disponit, & res translatione constat.

Tex. 88. Quare fieri non potest ut impers moueatur aut omnino mutetur. esset enim duntaxat ipsius motus hoc pacto: si tempus suis ex nunc cōstaret. Semper.n.in ipso nunc motum est atq; mutatum ita, ut moueatur nunquā: motum uero sit semper. at hoc esse impossibile: ostensum est & prius. neq;.n. tempus ex nunc ipsis: neq; linea ex punctis: neq; motus ex momentis constat: nam nihil aliud asserit q ita ait: nisi motum ex impertibus constare: perinde ac si tempus ex ipsis nunc assereret, aut magnitudinē ex punctis.

Quidam (ut nouus expositor) faciunt hic secundam rationem, & non placet: cum quasi procedat Arist. illatiue. Alij ꝙ Aristo. reddat causam cur impertia moueri non possint. & hoc modo Auer. introducere uidetur, quod nec ēt consonat: nam reddere rei causam est demonstrare, & nō demōstrat ut dixit in prima ratione: nec ut ait post. igitur erit noua ratio quod Auer. negat in sequenti cō. 89. ubi notat ipse secundam rationem. Melius igitur cum Themistio uidet̃ mihi esse dicendum, ꝙ Arist. uult declarare secundum quā positionem pōt saluari impertia ipsa moueri, & secundum quā non. & declarat ꝙ apud dicentes tempus & uniuersaliter omne continuum constare ex impertibus saluari pōt impers moueri. at apud tenentes tempus nullum: atq; continuum nullum ex indiuiduis componi id defendi non pōt inquit. quare fieri non pōt. ut impers moueatur, aut omnino mutetur. esset enim tempus motus hoc pacto duntaxat: si tempus suis ex nunc cōstaret: cuius rationem subscribit. O
d. semper.n.in ipso nunc motum est atq; mutatum: ita ut moueatur nunquam. motum uero sit semper. Tenendo igitur tempus ex ipsis nunc, & motum ex momentis & non ex partibus diuisibilibus constare: id defendi pōt: hoc autē esse impossibile ostensum est & prius. neq;.n. tempus ex ipsis nunc: neq; linea ex punctis: neq; motus ex momentis constat: non igitur secundum ueritatem defendi pōt. nam nihil aliud asserit qui ita ait, nisi motum ex impertibus constare: perinde ac si tempus ex ipsis nunc assereret, aut magnitudinem ex punctis. iuxta igitur tenentes tempus ex ipsis nunc constare defendi pōt impers moueri. Sed oportet dicere consequenter motum componi non ex motibus, sed ex momentis. iuxta uero tenentes tempus & continuū nullum ex indiuiduis constare: id defendi non pōt. declarat autem Auer. ꝙ qui dicit tempus ex ipsis nunc constare: dicere cogatur motum ex momentis fieri. & inquit. & hoc qđ dixit manifestum est, quoniam causa in continuatione motus est, quia motus est de genere continuorum, & hæc continuitas motus est causa continuitatis temporis, & conuertibilis cum illa ut fuit pluries ostensum, quæ ratio docet ꝑ uiam signi & demonstrationis, quia posse argui tps est ex ipsis nunc. igit̃ & motus ex momentis: ab effectu ad cām. P

Insuper etiam ex iis perspicuum neq; pūctū: neq; indiuiduum ullum moueri posse. omne nanq; qđ mouet̃: impossibile est maius seipso transeat prius quàm aut per æquale aut per minus se moueatur. Quod si ita sit: perspicuum & punctum seipso minus aut æquale prius transire: at cū sit indiuiduū: impossibile est per minus se moueatur prius: per æquale ergo. Quare ex punctis linea constabit. pūctum enim æquale sibi semper peragrando: uniuersam lineam metietur. Sed hoc esse non pōt: igitur indiuiduum moueri fieri non poterit.

Nunc secundo arguit & sumit primo punctum si mouet̃: non posse moueri nisi semper per æquale sibi. hoc deducit quia omne quod mouetur prius transit minus uel æquale Q
sibi, ꝗ̃ maius seut sensu patet. at punctus mouetur. igit̃ antea transibit minus uel æquale sibi. Sed minus se transire non pōt, quia est indiuiduum quo nihil est minus. igit̃ semper mouebitur per æquale sibi. Ex hac suppositione concludit quare ex punctis linea siue longitudo siue spatium constabit; cuius probationem subscribet. d. punctū enim æquale sibi peragrando semper uniuersam lineam metietur. arguatur igitur sic, mensuratum ab indiuiduo componitur ex indiuiduis. spatium per hæc quæ diximus mensuratur ab indiuiduo. Igitur constat ex indiuiduis.

Si hæc rō ualet uī sequitur ꝙ indiuisibile non possit moueri ꝑ accidens nisi magnitudo componat̃ ex indiuisibilibus. Vide Bur. hic.

Hæc est alia declaratio. Auerroes præmittit differētiam inter hanc demonstrationem & primam. nam prima fuit quasi eadem illi quæ facta fuit textu cōmen. 32. uidelicet. omne quod mouetur partim est, & reliqua: solū hoc differens, qa illa fuit ostēsiua. prima rō nūc facta est ad impōle.

Et si apparet. Dubitabit fortasse iunior quia uidet̃ superflua hæc pertractatio: nam demonstratum est omne mobile esse

A le esse diuisibile, & sequitur per conuersionem per contrapositionem. igitur omne non diuisibile est non mobile: ad quid igitur nunc pertractatio hæc?

Intendit. Respondet q̀ Aristo. in suis libris intendit naturam rei, & non res accidentales. q. d. q̀ Aristote. declarat hoc nunc per se, quia illud fuisset scitum & pertractatum tantum per accidens; tanquam sequens.

Auempace uero. Auempace soluit aliter & uult q̀ textu. 32. probatum sit omne mobile esse diuisibile diuisione accepta penes contrarietates terminorum. hic uero probat omne mobile esse diuisibile diuisione accepta ab ipso mobili, quæ uocatur dimensio, & ita Aris. non superfluus est.

Et iam. Cōtradicit huic Auer. dicens contra hoc argutū esse superius, & ita tenenda est prima solutio.

B Hæc autem. Nunc docet uires syllogismi, & secundū ipsum Aris. petit primo nihil posse pertransire maius se: nisi prius aut minus aut æquale pertranseat. petit secundo punctum nō posse pertransire minus seipso. ex ijs infert tertia q̀ punctum transeat æquale sibi antea q̄ maius. his sumptis pro antecedente, sequitur lineam & spatium constare ex punctis. consequentiam deducit. omne ex puncto mensuratum ex punctis constat. linea si punctum mouetur mēsuratur puncto. igitur ex punctis constabit.

Et hoc quod. Confirmat hanc rationem sic. nam dato q̀ hæc ratio non ualeat: ualebit illa Zenonis q̀ nihil contingit pertransiri. nam punctum semper erit in puncto, & ita transit actu puncta infinita. Dicit ultimo Auer. q̀ hæc consequentia est alio modo ab illa Zenonis, quod est uera. nā illa fuit de mobili diuiduo. Hæc de indiuiduo.

Text. 90. Præterea si omne qđ mouetur, in tpe moueť ut in ipso nunc nihil moueatur: omneq; tempus diuiduum sit, erit utiq; aliquod tempus minus quolibet eorum quibus quæ mouentur per æquale sibi mouentur: in quo mouetur illud. id enim in
C quo mouetur tempus erit ipsum. Propterea quòd omne quod mouetur in tempore mouetur. tempus autem omne esse diuiduum: prius demōstratum est. si igitur punctum mouetur, erit aliquod tempus minus eo tempore in quo aliquid mouetur per æquale. hoc autem est impossibile: nam in minori per minus moueať necesse est: quare erit diuisibile, quod indiuisibile est: in minora, quemadmodum & tempus in tempus. Impers enim atq; indiuiduum moueretur dūtaxat: si in indiuiduo nunc motus ipse fieri posset: eiusdem enim rationis est in ipso nunc moueri: & aliquid indiuiduum moueri.

D Expositores nostri propter malas translationes rationē hanc euertunt in sensum extraneum: qui habet quæstionis non paruum locum. Propterea iuxta sensum doctissimi Themi. compono sylogismum ostensiue, licet ipse arguat per impossibile. omne quod mouetur in aliquo tempore per æquale sibi, in minori tempore mouebitur per spatiū minus se; ut si scorpius in hora peragret spatium æquale sibi; idem scorpius non uariatus spatium minus se in minori tempore peragrabit. Sed impers & uniuersaliter nullū indiuiduum potest in minori tempore pertrāsire spatium minus seipso. igitur non potest moueri. minor patet, quia tunc indiuiduum esset diuisibile in minora. Ad probationem maioris sumit quædam. d. præterea si omne qđ mouetur in tempore moueť ut in ipso nunc nihil moueať, hoc est primum omneq; tempus diuiduum sit: hoc est secundum: dat tertium. d. erit utiq; aliquod tempus minus quolibet eorum quibus quæ mouentur per æquale sibi moueť ur in quo mouetur. illud. utpote id tempus in quo moueť per minus seipso. in quo enim mouetur punctum erit tempus ipsum. Propterea q̀ omne quod mouetur: in tempore mouetur. tempus autem omne esse diuiduum, prius ostensum est. Ex his uult hanc maiorem, omne quod mouetur

Expositio. Fundat demonstratiõ in illa sup. pōne q̀ oē mobile prius ptrāsit min⁹ se, q̄ sibi æquale & in trāseundo minus se trā. sit in minori tpe.

An si indiuisibile mo ueret seq. ret q̀ magnitudo esset ex cōposi. ex idiuisibilib⁹, et ipsa esset cōpositum

in aliquo tempore per æquale sibi: in minori tempore mouebitur per minus se. addit minorem: non modo quo diximus: sed ut demonstret per impossibile. d. si igitur punctū mouetur: dat conclusionem. d. erit aliquod tempus minus & tempore in quo aliquid mouetur per æquale utpote cū mouetur per minus se. hoc autem est. nam in minori p̄ minus moueatur necesse est; quare quod indiuiduum est, erit in minora diuisibile: quemadmodum & tēpus in tempus minus. erit igitur syllogismus. omne quod mouetur per æquale in certo tempore potest moueri in minori tempore per minus. punctum mouetur per æquale in certo tempore, ut dicere cogitur aduersarius. igitur per minus in minori tempore. hęc conclusio est impossibili, & nō maior: igitur minor, & ita nullo modo moueri poterit. Declarat demum. iuxta cuius positionem id saluari potest, & inqt. impers enim atq; indiuiduum moueretur duntaxat: si in indiuiduo nunc motus ipse fieri posset, quia nō esse tempus diuisibile in minora: & ita nec motus in minora, imo æquali tempore transiretur maius; æquale, & minus, quia omnia in ipso nunc. nam eiusdem rationis est in ipso nunc moueri, & aliquid indiuiduum moueri propter rationes datas. Hæc est expositio partis, ut mihi uidetur. Auerroes autem hoc modo literam intelligit, & rectè ait. accepit enim (ut mihi uidetur) a Them. Dubitant propter qđ punctum si moueretur per se, oportet esse in spatio sibi ęquali, & non si moueretur per accidens: etiam dato q̀ mobile solum spatium tangeret in puncto, ut de sphæra dicitur. Dici potest (quicquid uelint alii) q̀ quando punctum mouetur per se: occupat per se locum, quando per accidēs occupat locum ad occupationem mobilis in quo est, & sic non oportet esse in loco aliquo æquali sibi nec minori, cū non per se: sed ratione mobilis sit in loco. Quærunt utrū id quod mouetur semper sit in loco sibi æquali captiunculatores ne prætereant unguem logices asserunt omne quod moueť esse semper in spatio siue loco maiori se. Arguūt istud, quia uel in spatio minori se, uel æquali sibi, uel maiori, non minori ut patet, q̀ non in æquali declarant, quia uel in tempore uel in momēto. non in tempore, quia tunc quiesceret ut superius est dictum. nec in momento, quia momenta & instantia & nunc ipsa nulla sunt, quare conclusio uera erit. Sed hæc positio est contra Aris. Themis. & Auer. nam demonstratum est superius. omne quod mouetur in aliquo tempore primo secundum se totum in ipsius temporis nulla parte esse penes idem spatij: quia tūc quiesceret. tamen dictum est q̀ in quolibet momento temporis est penes idem & æquale spatij, & rationem adiecit Them. quia tunc uniuersum spatium commensurari conficiq; non posset a mobili. Propterea soluit penes æquale spatium esse id quod mouetur continuo, non tempore, sed momento. Tenendum igitur est omne quod mouetur cōtinuo in momento esse penes aliquid spatij sibi æquale. Ad rationem patet solutio. momenta enim & si non sunt actu separationis in tempore, sunt in actu existentiæ in illo. Et hoc satis est. & omnes rationes eius soluuntur illo interempto ut patet.

Tex. 91. Mutatio autem nulla est infinita: quodā enim in quoddam est omnis, & ea quæ in contradictoriis, & ea quę in contrariis est. quare mutationum quidem earum quæ in contradictoriis sunt: affirmatio & negatio finis est. generationis quidem id quod est. corruptionis uero id quod non est. Mutationum uero quæ inter contraria sunt: ipsa contraria termini erunt. Nam hæc mutationis ultima sunt: quare & alterationis omni. Alteratio nanq; ex contrariis quibusdam est. Simili ratione auctionis etiam & imminutionis. nam auctionis quidem id finis est quod secundum propriam naturam cōpletæ est magnitudinis. imminutionis uero huius remotio.

B expsis sic & q̀ mot⁹ esset cōposit⁹ ex momētis, & q̀ linea cōponeretur ex pūctis. Vide Egid. t. 80. huius.

F

Dubitatio

Quęstio. Vide Alb. de saxo. q. 10 huius.

G

Pō prima.

H

I Vltimo Aristo. de finitate & infinitate mutationis pertra ctat & declarat primo ꝙ generatio & alteratio & auctio sunt finitæ duratione, & utitur hac ratione. omnis mutatio inter contraria & terminos finitos est finita. generatio, auctio, & alteratio inter terminos sunt finitos. igitur hæ omnes sunt finitę. uerba Aris. translatione ipsa patet.

Cōfutatio Auerroes in commento probat cuiuslibet rei naturalis esse maximum & mininimum in q̄titate suæ auctionis. & hoc per exemplum tam in similaribus, q̄ in dissimilaribus. In similaribus quidem probat per exemplū embrionis, cuius q̄titas est minima in initio generationis, maxima uerò in fine. in dissimilaribus uerò id declarat per exēplum hominum, & in quibus est maximus & minimus & medius homo. rem hanc probat ratione, & potest esse, hęc cuilibet speciei est constituta certa actio. igitur certa magnitudo, qua expletur actio illa, & certa qualitas siue dispositio. non enim actio speciei proficisci potest a specie sub quacunq; q̄titate & qualitate constituta, q̄a frustra esset auctio & crementum. Cum igitur nulla res sit absque actione speciei eius, nulla res erit absq; propria & constituta quantitate. Quare nullum ens naturale potest diuidi in infinitum, quia sub quacunq; quantitate posset exercere actionem suæ speciei. Erit igitur omnis res naturalis constitutæ quantitatis. Et hæc ratio est pulchra, & in primo disputata est.

De minimo.

K

Text. 92. Latio uero ipsa hoc quidem modo finita nō erit. Non enim omnis est in contrariis. Sed quoniam quod ratione ista impossibile est diuisum esse: id ut diuidatur non est possibile: multifariam enim impossibile ipsum dicitur qđ quidem ita est impossibile diuidi. & omnino quod factum esse: id est impossibile fieri: & id mutatum esse est impossibile: in id utique mutari nequit, in quod mutatum esse est impossibile.

Expositio. L Nunc probat lationem finitam esse, proponit tamen differentiā inter rationem factam, & eam quam uult facere, & inquit latio uerò ipsa hoc quidem modo finita nō erit, ut dictæ mutationes finitæ sunt. non enim omnis est in contrariis, quia non illa cœlorum, illa animalium, illa uiolenter latorum, sed solum motio elementorum naturalis: quæ ratio docet finitatem de latione ea demonstratione ꝓbari non posse, qua & de dictis motationibus ꝓbauit. probat igitur sic. impossibile factum est impossibile fieri. mutatum esse ubi latio sit infinita est impossibile factum. igitur mutari latiōe infinita ē impossibile fieri. inquit. sed quoniam quod ratione ista impossibile est diuisum esse: id ut diuidatur non est possibile, & hoc altius exponens distinguit ulterius dicens. multifariam enim impossibile ipsum dicitur. Vno modo quod non est possibile diuidi simpliciter ut cœlum dicitur impossibile diuidi & impossibile esse diuisum, quia nec diuidi neq; diuisum esse potest. Alio modo quod fieri posset, hoc est incipi posset, sed dicitur impossibile fieri, quoniam est impossibile factum ut diametrum costæ commensurari est impossibile, quia non potest esse commensuratum. posset tamen incipi commensuratio. est igitur distinctio hæc. ꝙ impossibile fieri est duobus modis: aut ratione fieri, ut cœlum dicitur impossibile diuidi, quia id fieri nequit per se ratione fieri, aut ratione facti, ut quando esset possibile factum: iam esset possibile fieri: ut si diametrum commensuratum esse costæ esse posset, iam commensurari posset. deinde apponit minorem. d. & id subaudi quod fertur mutatum esse est impossibile: utiq; idest igitur in id mutari nequit, in quod mutatum esse est impossibile. est igitur ratio quod fertur latione infinita non potest esse latum, quod non potest esse latum nō potest ferri. igitur quod fertur non potest ferri latione infinita. Animaduersione dignum ut ex Them. & Commen. colligitur, ꝙ motus est aut animalis aut naturalis, & animalis aut rectus aut circularis. naturalis enim motus non est nisi rectus. animalis rectus est motus processiuus: circularis uero ut cœlestis. uterq; enim animalis motus secundum positionem peripateticoꝝ. Tunc uidetur uelle Auer. ꝙ in omni latione siue naturali siue animali motus est de contrario in contrarium, sed in naturali res ipsa patet ut in motu elementorum naturali. in motu uero animali siue recto, siue circulari illud non patet, & quia demonstratio est ex notioribus. Propterea Aristo. transtulit se ad aliam demonstrationem euidentiorem. per hæc tollitur contradictio. nam quinto huius Arist. uniuersaliter uoluit omnem motum esse inter contraria. hic uidetur excludere lationē. tollitur itaq; contradictio, quoniam in quinto loquitur secundum rei naturā. hic uero excludit lationem, quia in illa non apparet ista terminorum contrarietas. Notat Auer. in commen. isto, quòd aliquid dicitur indiuisibile dupliciter. Vno modo cuius genus est diuisibile, ipsum tamen non est aptum diuidi, ut cœlum. genus enim cœli uidelicet corpus est natum diuidi. cœlum uero non. Alio modo cuius nec genus nec species est apta diuidi ut uox, quia nec sonus, nec ipsa uox est apta diuidi. uult igitur Aristote. hanc distinctionem tetigisse, ut æquiuocationem ac multiplicitatem tolleret.

M

Auerroes Them.

N

Auer.

O

Tex. c. 93. Si igitur id quod fertur in aliquid mutatur: & erit possibile mutari, fit ut motus non sit infinitus neq; ut quicquam per infinitum feratur, nunquā enim id pertransibit. Quod quidem igitur sic non sit infinita mutatio: ut finibus non sit terminata: perspicuum.

Expositio. Arguebat à parte facti Aris. lationis finitudinem: nunc a parte fieri, quasi ex dictis inferendo arguit dicens. Si igitur id quod fertur in aliquid mutatur ut in finem, ita ut sua pte natura sit possibile mutari in illud uti in finem: fit ut motus non sit infinitus, & fit ut neq; quicquam per infinitum feratur, quia tale infinitum nunq̄ tale mobile pertransibit. Ex his concludit ꝙ in rei ueritate omnis mutatio tam naturalis: q̄ animalis, q̄ etiam cœlestis: ut Themis. addit duobus terminis claudatur: & inquit. ꝙ quidem igitur sic nō sit infinita mutatio, ut finibus non sit terminata perspicuum. cum enim omnis mutatio sit ad aliquid: etiam esse debet ab aliquo, & ita finibus clausa, licet non appareat, ut diximus. Sed dices contra, quoniam motus cœli est infinitus duratione, igitur non potest finibus claudi. Innuit The. solutionem & inquit. motum cœlestem esse finitum si ad magnitudinem species, si uero ad tempus respicias: poterit unus idemq; specie motus infinitus atq; æternus institui. qui super finitam nihilominus magnitudinem alterando commeandoq; digeratur, & rursus incipiat. & ita uult, cœlestem motum claudi finem magnitudine ipsa, & esse æternum specie non numero, quod quo pacto sit exponēdum. in octauo explorabitur.

P

Dubitatio Solutio Them.

Text 94. Vtrum uero sic esse posit ut una & eadem infinita sit tempore, considerandum est. Vbi enim una quidem non fiat: prohibebit fortasse nihil, ueluti si post lationem alteratio sit, & post alterationem auctio: & generatio rursus post hanc. Sic enim semper quidem tempore motus erit. Sed non unus: quia ex uniuersis unus non est, ut autem unus infinitus tempore fiat præter unum non potest. hæc autem una; ipsa uidelicet conuersio.

Q

Expositio Vltimo Aristo. disputat an modo aliquo motus ipse esse possit tempore infinitus; & hoc inquit. utrum uerò sic esse possit ut una & eadem mutatio infinita sit tempore, considerandum est. hæc est dubitatio. Respondet ꝙ motus dici potest unus aggregatione: qua ratione latio: alteratio: generatio, & auctio sunt unus motus, quia quodam successu connectuntur. Alio modo unus specie & formaliter secundum numerum, quo diceremus motu ignis esse unum, q̄a unus mobilis: in uno tempore, & reliquis modis. Tunc respondet ꝙ capiendo motum unum primo modo hoc est unitate aggregationis: sic motus unus esse potest tempore infinitus:

A infinitus: sed sumendo motum unum simpliciter, sic nullus esse potest nisi conuersio cœlestis. inquit. ubi enim mutatio una quidem non fiat simpliciter. prohibebit fortasse nihil motum esse tempore infinitum. ueluti si post latione sit alteratio. postq; alterationem auctio, & generatio rursus post hanc, sic quidem tempore semper motus erit quia conuertetur è generatione in lationem: è latione in alterationem, ab alteratione in auctionem, ex hac in generationem, & hoc infinities, sed non unus simpliciter, quia ex uniuersis unus non est. ut autem unus infinitus tempore fiat, præter unum non potest. hæc autem una est uidelicet conuersio ipsa. Quare unitate aggregationis illud esse potest. unitate simpliciter non nisi in circulo. de his tamen latius in octauo disputabitur.

Et sic est finis Sexti Libri ad laudem Dei.

B ARISTOTELIS PHYsicæ auscultationis Liber Septimus, qui est de motibus eodem Augustino Nipho interprete, & expositore.

Diludda. tex.cō. 1.



MNE quod mouetur, ab aliquo moueri necesse est. Si quidē enim in se motus principium non habeat: ab alio patet ipsum moueri. Sed si in se habeat: accipiatur ipsum in quo sit a.b. qđ quidem moueatur non ex eo quia quid sui mouetur. primū igitur ipsum a.b. putare a se moueri, quia & totū mouetur & a nullo externo. Simile est ac si quis C putet ipsum d.e.z. moueri a se, per hoc quod dum d.e. mouet e.z. simul mouetur totum d.e.z. quia non discernitur utrum ab utro mouetur, ut utrū ipsum d.e. ab ipso e.z. aut ipsum e.z. ab ipso. d.e.

Septimi Libri expositio cū recognitionibus.

ANTI.



MNE quod mouetur: necesse est ab aliquo moueri: siquidem enim in se ipso non habet principium motus: manifestū est, q; ab altero mouetur. Si autem in se ipso: accipiatur a.b. qđ mouetur: non quo horum hoc D aliquid mouetur: primum, quidem igitur opinari a.b. a seipso moueri, propter id quod totū mouetur, & à nullo exteriorum: simile est, sicut utiq; aliquis de mouente e. z. & ipso moto, opinetur d.e.z. a se ipso moueri: propter id quod non uidetur utrum ab utro moueatur: utrum ipsum d.e. ab. e.z. aut e.z. ab ipso d.e.

	Animal.	
D	E	Z
A	Cœlum.	B

Expositio. Intētio lib.



MNES expositores sentiunt Arist. hoc in septimo uelle pertractare de motu ipso ratione habita ad motorem, & mobile, è quibus proficiscitur. Nam ex hoc declarabitur motū æternum esse, motoremq; & mobile æterna. Qua ratione primum mobile esse: & primum motorem E immobilem. Incipit autem à comparatione motus ad motorem, & ponit talem conclusionem Omne quod mouetur ab aliquo moueri necesse est. Circa quam primo declarat: in quibus conclusio patet: & in quibus latet. deinde demonstrat illam per rationes. Conclusio itaq; patet in his quę ab extrinseco mouent, ut mora uiolenter. hęc. n. moueri ab alio. manifestum est per se. latet uero in motis ab intrinseco, ut aīalia. Omne. n. aīal mouetur à se: quo fit ut prio aspectu uideatur à nullo alio moueri. Sed oñdit: q; licet animal non uideatur moueri ab alio: non pp hoc ualebit, igitur de facto ita est q; non mouetur ab alio. hoc declarat exemplo. inquit. sed si in se habeat principium motus, ut animal, accipiatur ipsum in quo sit a.b. quod quidē moueatur non quidem quia quid sui mouetur, tunc ostendit consequentiam non ualere, uidelicet non apparet moueri ab alio igitur non mouetur ab alio. & inquit. primum igitur ipsum. a. b. putare moueri à se, quia & totum mouet F & a nullo extraneo. simile est ac si quis putet ipsum d.e.z. moueri a se per hoc q; dum d.e. mouet. e.z. simul mouetur totum d.e.z. quia non discernitur utrum ab utro mouetur, ut utrum ipsum d.e. ab ipso e.z. an ipsum e.z. ab ipso d.e.

Conclusio.

Hæc deceptio potest declarari in animali, ut nouus expositor exponit: anima enim mouet corpus per se, & corpore moto mouetur anima, ut mota naui nauta mouetur, qua ratione fit ut anima mouente corpus, etiam animal totum moueatur, cum etiam anima ipsa moueatur, saltem per accidens. Ignorantes itaq; quę pars animalis quam partem moueat, & uidentes animal totum moueri, animal se moueri secundum totum autumant. erit igitur deceptio quatenus ignoramus quæ pars quam partem moueat. Quod si sciremus animam per se mouere corpus: ad cuius motū totum animal per se mouetur, sciremus totum ipsum moueri à parte: ut est aliquo modo alia à toto. & sic sciremus motum ab intrinseco moueri etiam ab alio.

Declaratio expositoris noui.

In hoc tractatu. Auer. primo præponit partis intentionē, uidelicet utrum omne motum habeat motorem, cuius intētionis causa est: quia sensui apparet aliquid moueri absque sensibili differentia inter motum & motorem, ut quatuor G elementa: in quibus sensu non discernimus differentiam inter motorem & rem motam. quare hinc credidere ita esse in ueritate.

Commē. 1.

Et quidam uident, circa hanc demonstrationem expositores differenter loquuntur. nam quidam demonstrationem hanc infirmant, ut Galenus in libro contra demonstrationem Aristo. alij (ut Themistius) hanc demonstrationem superfluere contendunt, cum in octauo huius res hæc latius declaretur.

Et quia rerum. Motorum alia mouentur ab extrinseco, ut proiecta. alia ab intrinseco ut animalia. iterum eorū quæ mouentur ab intrinseco, quædam mouentur ratione partis: ut quinto huius diximus, ut quando ægrotat homo ob ophthalmiam, aut podagram. totus enim homo ægrotat ꝓpter partis ægrotationem. quædam mouent per se & primo: ut animalia, animal enim mouetur secundum totum, H quia pars eius mouet totum per se: & seipsam per accidēs. unde ait q; motum primum in animalibus est corpus, qđ non mouetur secundum totum, eo quia pars eius mouendo se mouet totum. igitur anima mouet corpus primo, & in corpore mouetur, & ita corpus est primum motum secundum ordinem, & compositū ex anima & corpore primum motum secundum æquationem Aristote. igitur per a.b. primum motum intelligit motum secundum totum, & non secundum ordinem.

Quoniam hoc intellectum. Ex ijs affert causam erroris Galeni & aliorum. Gal. enim credit esse aliquod motum ex se, & non ab extrinseco ut etiam Plato sentit. & per hoc credit demonstrationem Aris. esse falsam. Deceptus est Galenus, nam uult Arist. aliquod moueri à se, & illud moueri ab alio, a se quidem, quatenus non ab aliquo extrinseco ab alio uerò quatenus a parte mouetur, quæ seipsam mo-

I uet. Cætera commenti patent. Sed circa dicta Aristo. & Auer. quæruntur primo utrum sit per se motum omne notū ab extrinseco moueri ab alio. Et uidetur ꝙ non, quia proiectum est motum ab extrinseco, & non est manifestum ē quo mouetur: nam alij uolunt ipsum moueri à uirtute impressa, alij è continente, alij aliter. Respondent recentiores per regulam secundi priorum, & septimi topicorū aliquid esse notum in uniuersali, & ignorari in particulari, ut de mula constat. est enim notum per se omnem mulam sterilem esse, & tamen ignotum an hæc mula quæ in utero est sit sterilis. Sed dices contra: omne motum ab extrinseco ab alio mouetur de per se scito. omne proiectum est motū ab extrinseco: igitur omne proiectum mouetur ab alio de per se scito. & sic ut per se scitur in uniuersali: ita scitur in particulari. Defendi possunt recentiores isti quia logicè loquuntur, ꝙ ex maiori de necessario uel se scito: conclusio est necessaria cum reduplicatione medij, ut Philoponus & Auer. uolunt primo priorum. Qua ratione erit conclusio hæc. igitur omne proiectum mouetur ab alio de per se scito inquantum motum ab extrinseco. Secundo dubitat: quia non uidetur simile de toto a.b. & de toto d.e.z. nam a.b. mouetur: quia ipsum a. mouet b. Sed d.e.z. mouetur quia d. mouet e. & e. mouet z. igitur non sunt similia. Animaduertendum ꝙ Aris. per a.b. intelligit aliquod motum, quod mouetur è parte sua qualitatiua ut ab anima, qua ratione cœlum fortasse mouetur. Aīa enim cœli mouet corpus cœleste primum ad cuius motum totum cœlum mouetur. p ipsum uero d.e.z. intelligit animal: cuius sunt tres partes. anima uidelicet cor, & reliquū corporis. modo anima primo mouet cor, & mediante corde mouet reliqua membra, totumq; corpus. sunt igitur similia, & dissimilia. Quantum quidem ad modum mouendi similia sunt, quia utraq; è parte mouentur, intrinsecoq; motore. Quantum uerò ad motorem differūt nam a.b. mouetur primo è sua parte qualitatiua ut ab anima: qua ratiōe diximus cœlum ipsum moueri d. uerò e.z. sic mouetur è parte quantitatiua quia corpus mouetur è corde moto, & ita totum mouetur eo ꝙ una pars quantitatiua mouet aliam, & ita differunt, ꝙ totum a.b. mouetur, quia una pars qualitatiua mouet alteram, totum uerò d.e.z. mouetur, quia una pars quantitatiua mouet alteram. Et quantum ad hoc non intelligit Aristo. Tertio dubitant. quia dicit Auerr. calorem moueri p accidens & intelligit, quia calor mouet corpus ad cuius motum mouetur, ut nauta in naui, & idem de anima ipsa uult intelligere. Modo hoc uidetur dubiū, quia omne mobile per se est diuisibile per se. 6. physi. & mobile per accidens diuisibile per accidens, ut in libro de substātia orbis. igitur si anima & calor sunt per accidens mobiles, erunt et per accidens diuisibiles, quod negatur de anima. est enim ipsa (ut communiter dicitur) tota in toto et tota in qualibet parte. Respondendum apud Auer. ꝙ anima est in dupli ci differentia, quia quædam est è qua dependet subiectū, & ipsa nullatenus è subiecto: ut animæ cœlorum. primo physic. commen. 63. quædam è qua dependent subiectū, & ipsa è subiecto, ut animæ animalium. Hæ enim dicunt formæ constitutæ per subiecta. hoc est dependentes in esse & in conseruari à subiectis, animæ primæ & animæ secundæ ambæ mouentur per accidens ad motum corporum, animæ quidem cœlorum secundum esse reale mouentur per accidens ad motum cœlorum, per hoc ꝙ earū subiecta mouentur, ut octauo physi. commen. 52. & ideo cum sint independentes sunt indiuisibiles. at animæ animalium cum sint constitutæ per subiecta mouentur per accidens, & constituuntur à subiectis in esse diuisibili, quē admodum ipsæ constituuntur in esse, cum enim in esse collocentur & existant è subiectis: etiam in esse diuisibili cōstituuntur. Et in hoc Auer. dissentit a latinis. Illi enim generatim omnes animas indiuisibiles, autumant. Auer. uerò cœlestes indiuisibiles animales diuisibiles.


Prima du. — Repli. — Defensio — K — Scda dub. — Expositio Aristo: An idē possit mouere se. Vide Sco. 9. meta q. 14. & 3. d. 1. q. 8 ad argumēta principalia. — L — Tertia du. — Responsio — M

Amplius quod seipso à mouetur, id nunquam ex eo moueri desinet; quia alliquid aliud moueri cessauit: igitur si quid ex eo moueri desinit, quia aliud quoddam stetit: id ab alio moueatur necesse est. Hoc enim patefacto, omne quod mouetur ab aliquo moueatur necesse est.

Dilucida. tex. cō. 2. — N

{ Amplius quod a se ipso mouetur: nullo modo {pausabit, cum mouetur, instando aliquid alterum {quod mouetur. Necesse est ergo, si aliquid pausat {quod mouetur instando aliquod alterum: hoc {ab altero moueri. hoc aūt manifesto facto: necesse {est, oē quod mouetur, moueri ab aliquo.

ANTI.



O.

Hactenus in quibus conclusio pateat: in quibusue lateat, declarauit. Nunc uerò probat uirtutem conclusionis simpliciter per rationem. Vnde potest ratio ex textu lecto, et præsenti ita componi. omne quod ab extremo mouetur ab alio mouetur, & omne quod ab intrinseco mouetur ab alio mouetur, sed omne quod mouetur ab extremo, aut intrinseco mouetur. igitur omne quod mouetur ab alio mouetur, minor est manifesta. per se maior uerò quantum ad primam partem sensu patet. Secunda autem in qua erat quæstio: sic hypotheticè declaratur. si aliquid quod mouetur, quiescit ad quietem alterius, ab alio mouetur. Sed omne quod mouetur quiescit ad quietem alterius. igitur omne quod mouetur ab alio mouetur. Syllogismus est hypotheticus continuus à positione antecedentis ad positionē consequentis. maior declaratur per conuersionem per cōtrapositionem sic. quod per seipsum mouetur, nō quiescit ad quietem alterius, igitur per conuersionem, per cōtrapositionem, si aliquid desinit moueri alio quiescente, ab alio mouebitur, quæ fuit maior. inquit. Amplius quod à seipso mouetur, id nunquam ex eo moueri desinet, quia aliud moueri cessauit. hanc petit ex quid nominis moueri per se, igitur per conuersionem per contrapositionem si quid ex eo moueri desinit, quia aliud quoddam stetit. id ab alio moueatur necesse est: hæc est hypothetica & maior, deinde ponit antecedens quæ fuit minor, & inquit. hoc enim patefacto, hæc est positio antecedentis. infert positionem consequentis, quæ fuit conclusio: & inquit. omne quod mouetur, ab aliquo moueatur necesse est. Hæc positio antecedentis, & conclusio.


Expositio, Intentio Syll. — Prosylli — P

Cum enim ipsum a.b. moueri sit sumptum: diuisibile erit. omne nanq; quod mouetur diuisibile est: sit igitur diuisum in g. igitur g. quiescente & a.b. quiescat necesse est.

Dilucida. tex. cōm. eiusdem. — Q

{ Quoniam enim si sumptum est a.b. esse quod {mouetur: diuisibile erit. omne enim diuisibile {erat. diuidatur igitur in c. necesse est igitur b.c. quiescente, quiescere & a.b.

ANTI.



A Erat minor prosyllogismi:sed omne quod mouetur,qescit ad quietem alterius. Hanc nunc sic prosyllogizat. omne diuisibile quod mouetur, quiescit ad quietem alterius. omne quod mouetur est diuisibile,igitur omne quod mouetur quiescit ad quietem alterius. De ratione accipit minorem tantum primo in exemplo.d.cum enim ipsum a.b. moueri sit sumptum,diuisibile erit. hæc est minor in exemplo:sed uniuersalis minor est.omne nāq; quod mouetur, diuisibile est.deinde adijcit casum,& inquit.sit igitur ipm a.b.diuisum in g.quo quidem stante in textu proximo ꝓbabit maiorem huius prosyllogismi,deinde infert conclusionem.Et sermo patet.

Expositio. Ordo lræ. Prosylls. An moueās & motum sint simul. Vide cañ. 91. huius.

Quod si nō quiescat: sumatur igitur ipsum b.g. moueri. Si enim quiescente ipsum a.g. mouetur: non igitur per se mouetur ipsum a.b. at per se primo moueri supponebatur:patet igitur ipso g.b.qescente & ipsum b.a.quiescere:at tūc cessare moueri. Sed si quid ex eo moueri desinit, quia quiescit

Dilucidatex cōmē. eiusdem.

B aliud,id ab alio mouetur:patet igitur propter hoc omne quod mouetur ab aliquo moueri. oē enim quod mouetur diuisibile est:parteq; quiescēte totum ipsum quiescere.

C
A G B

ANTI.

Si enim non: accipiatur moueri,igitur a.b.si.n. quiescente:mouetur utiq; a.b. non ergo per seipsum mouetur a.b.sed concessum est per se moueri primum, manifestum igitur ꝙ c.b.quiescente, quiescet b.a.& tunc pausabit, quod mouetur.sed si aliquid in quiescendo aliud: stat & pausat mo-

C ueri: hoc ab altero mouetur: manifestum igitur quòd omne,quod mouetur,ab aliquo mouetur, diuisibile enim est omne,quod mouetur,& parte quiescente,quiescit & totum.

Expositio. Ordo lræ.

Maior proximi syllogismi erat.omne mobile diuisibile quiescit ad quietem partis:quam non expressit.nunc probat istam per impossibile:& uult ipsam esse expressam, & primo arguo sic non in terminis:si totum motum diuisibile non quiescit ad quietem partis: igitur potest moueri altera parte quiescente:sed quod mouetur altera parte quiescente:mouetur altera parte mota:igitur mouetur secundū partem,& secundum partem quiescit: igitur nō mouetur per se primo,quia moueri per se primo est moueri secundum totum,& sic ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. Aris.tamen utitur terminis ignotis. d. Quod si non quiescat ipsum motum diuisibile quiescente parte:sumatur igitur ipsum b.g.quod erat altera pars moueri propter cuius motum totum ipsum a.b.moueri dicatur per se primo:accipit conuersam,ut inferat intentum,et inquit.Si enim ipsa b.g.parte quiescēte ipsum a.g.mouetur quod est altera pars:ad cuius forte motum mouetur ipsum totum a.b.non igitur per se mouetur ipsum a.b.at moueri per se primo sumebatur,& ita patet ipso g.b.quiescēte,& ipsum b.a.quiescere:deinde repetit totam rationem & patet. Animaduerte ꝙ Aris.ponit primo b.g. moueri post mutat casum & ponit ipsum quiescere, mota altera parte g.a.Et hoc ideo ut ostendat pluribus modis, & uarijs rationibus sequi idem.

An aliqd moueat a se p se & primo. Vide so. ma. gi.q 1.huius & cursum parisi.q.1. huius. Vide et land. q. 1.huius.

D

Cōmē. 2.

Quia manifestum. Primo Auerro.format rationem literæ.Secunda ibi { declaratum est igitur } Digreditur circa speciem demonstrationis Aris. Quantum ad primum format rationem dupliciter.Secunda ibi { Et necesse est hic esse } De prima forma accipit primo.omne quod nō mouetur ab alio non cessat per cessationem alicuius, quoniā non quiescit nisi a se,& per se.

Sequitur. Ex hac propositione infert conuertentem.d.igitur per conuersionem per contrapositionem. omne quod cessat per cessationem alterius à motu.mouetur ab alio,est igitur una pars antecedentis. omne quod cessat per cessationem alterius à motu,mouetur ab alio. E

Et cum posuit. Secunda propositio antecedentis est.omne quod mouetur est diuisibile:uerum antequam hanc ponat:intercipit unum per modum parentesis, ꝙ uidelicet illud per cuius quietem motum ipsum cessat moueri est nō una ratione,quia aut est ipse motor, ut animal cessat moueri quotiens cessat moueri cor,quod est animalis motor, aut pars,ut cessat podagrizare homo,cum pes non podagrizat,aut fuerit corruptio motoris uel partis. Quod si nullo horum sit modorum:erit cessatio à motu per accidens, quibus sumptis,accipit secundam partem antecedentis:uidelicet omne quod mouetur est diuisibile. Tunc illis sumptis in antecedente infert consequens ꝙ apparet ex hoc oē motum moueri ab alio. Formetur igitur ratio per modum enthymematis.omne quod quiescit ad quietem alterius: mouetur ab alio.omne motum est diuisibile. igitur omne quod mouetur mouetur ab alio. F

Deinde incipit narrare. Nunc declarat consequentiam primo in terminis.deinde per impossibile.quæ res ex declaratione textus patent.

Et hoc quod dixit. Auer. hic refellit opinionem Galeni. uoluit enim Gal.esse motum per se, & illud non cessare à motu cessante parte. immo hæc stant simul ꝙ sit motum per se,& pars quiescat: quia potest moueri per se ratione alterius partis. Causa huius expositiōis est,quia ipse intelligit per motum per se illud quod non mouetur per accñs: siue moueatur per partem,siue uniuersaliter per totū. Contra hoc sumit Auer.& Aris.intelligere motum per se:motum primum secundum se & quodlibet sui:non illud qđ mouetur per partem, ideo errat Gale.in expositione huius loci. Sed ambiges contra responsionem Auer. nam totū mobile incipit moueri cum aliqua eius pars incipit moueri, quia non alio incipit totum moueri q̄ pars, igitur si pars mouetur totum mouetur,sed pars pōt moueri altera parte quiescente:igitur totum potest moueri:altera parte quiescente. Et hæc erat mens Gale. Respondetur pro Auer.ꝙ parte quiescente totum pōt moueri categorice tentum,& hoc non negasset Auer. sed Aris.& Auerro. uolunt parte quiescente non moueri totum per se. Modo ratio debet sic formari.totum mobile incipit moueri per se:cū aliqua pars incipit moueri per se, & hoc negat,quia ad hoc quòd aliquid per se moueatur, oportet ut per se totum moueatur.

G Dubitatio An sit uerū ꝙ quiescēte predicatur totum quiescere. Vide Egi. hic. Responsio

Et necesse est hic. Secundo format rationem alio modo, & petit primo quòd cuiuslibet rei naturalis est dare aliqđ motum primum intelligendo per motum primum. minimum illius, ut in igne minima pars quæ pōt esse in actu, & in motu animalis,minima pars quæ potest mouere animal,ut minimum cordis.

Secunda forma syllogismi. Prima petitio.

Et manifestum est. Petit secundo primum siue minimū motum quiescere cum pars illius quieuerit, nam si non: tunc non esset minimū, quia haberet partē ꝑ quam posset moueri, & alteram per quam posset quiescere, & ita haberet duas partes actuales:quarū quælibet esset de se alicuius operatiua,quare non esset minimū. ut supponebat.

Secunda. H

Cum igitur. Nunc ex hac secunda suppositione cōcludit tertiam, ꝙ uidelicet tale primum motum ab alio mouetur, & syllogizat sic. omne quod quiescit ad quietem alterius mouetur ab alio:ut in alia ratione est demonstratum, primum motum quiescit ad quietem alterius, ut in secunda suppositione est demonstratum: igitur primum motum mouetur ab alio.


Tertia. An nō philosophi nō plus ꝓbet ꝙ aliqđ nō moueatur a seipso ꝑ mo q̄ ꝙ nō moueatur ab alio ꝑrio. Vide Egi. hic.

Et quia omne motū. His tribus stantibus Auer. intendit talem rationem.omne motum primum mouetur ab alio, ut per suppositiones has patet.omne habens primum motum mouetur ab alio:quia saltem ab eo à quo mouet primum motum:sed omne quod mouetur per se:aut est primum motum,aut habens primū motum, igitur omne motum per se,ab alio mouetur.

I Vtilitas. Et in hoc erat. Tangit utilitatem rationis, quasi uolens de animalibus rationes hasce esse perspicuas, nam animalia moueri ab alio patet: sed quia dubium erat in elemetis, hæ rationes de elementis efficaces sunt ad hoc utiles. Dubitatio Sed dices. prima suppositio uidet superflua, quia absq; illa de- Solutio monstratio fieri potest. Dicendum q illa suppositio superfluit ad syllogismum literæ, sed est utilis ad terminos, quia quis posset dicere quid est primum motum: ideo petijt dari prima mota, & illa esse minima mota.

An demonstratio sit signi. Declaratum est igitur. Ex ijs cōcludit Auer. qualis est demonstratio Arist. & uult esse demonstrationē signi. Aiad uerte q omnis demonstratio resoluitur in duas propositiones & tres terminos primo priorum, termini igitur sunt, ab alio moueri. quiescens quiete alterius: motum uel qd' mouetur. utpote ab alio mouetur. quiescens quiete alterius, quod mouetur.

K



Rñ. recentiorum. Vult modo Auer. demonstrationem hanc esse signi. Hoc autem exponunt recentiores q est signi, quia ab effectu: nam b. hoc est quiescere ad quietem alterius est effectus ipsius a. hoc est eius quod mouetur ab alio. Ideo enim aliquid quiescit ad quietem alterius, quia ab alio mouetur. Cōfutatio Sed hoc stare non potest: quia nec motus est causa qetis: nec quies motus, ut nec cæcitas est causa uisus, nec uisus L est causa cæcitatis. melius igitur est dicenda demonstratio signi: quæ in plus est apud Auer. q demonstratio ab effectu. Habere enim lac est signum partus, non aūt effectus, ut Philoponus inquit. in primo de anima: mō nos cōcludimus peperisse propter habere lac. sic in proposito qescere ad quietem alterius est signum q quoddam moueat ab alio, non tamen illius effectus, nec illius causa, & hoc ignorarunt iuniores.

Questiões Et potest quis dicere. Mouet quæstionem contra Arist. erat enim syllogismus. omne quod quiescit ad quietē alterius: mouetur ab alio. omne quod mouetur potest quiescere ad quietem alterius. igitur omne quod mouetur, ab alio mouetur. Contra minorem instat dupliciter. primo de cœlo ipso: nam cœlum ipsum mouetur, & nō potest quiescere ad quietem partis, quoniam nulla illius pars pōt quiescere cum totum necessario mouetur. secundo anima Platonis quæ est anima mundi mouetur, & tamen non potest M quiescere ad quietē partis, cum non habeat partem.

Pria rñsio. Ad hoc dicendum. Respondet q illa propositio. omne quod mouetur potest quiescere ad quietem partis, est uno modo uera, & alio modo falsa. uera quidem de moto in eo q corpus. falsa de moto in eo q tale motum, utpote cœlū & id genus. & quoniam consideratio hæc est de corpore Quafr formatur rō. in eo q corpus: ideo est uera. Vult igitur Auerro. q ratio formetur sic. omne quod quiescit ad quietem alterius, ab alio mouetur: omne quod mouetur in eo quod mouetur, & est corpus, potest quiescere ad quietem alterius, igitur omne quod mouetur in eo q mouetur & est corpus: ab alio mouetur.

Sos replic. Et est sciendum. Contra hanc responsionem pōt argui: quia ex possibilibus non sequitur necessarium: mō minor est possibilis. igitur non sequitur conclusio necessaria. Respondet Auer. q in demonstrationibus signi potest conclusio necessaria sequi ex possibili, dummodo sit aliqua propositionum necessaria. Tūc ad formam uult ex maiori necessaria & minori possibili conclusionem esse necessariam & demonstratiuam: demonstratione signi: & ita est hic: maior est necessaria, & minor possibilis. N

Scda sol. Sed dissolutio. Forte quia responsio hæc est falsa, nūc aliter respondet & accipit primo q propositionum syllogismi ducentis ad impossibile aliquæ sunt categorice, aliquę hypoteticæ, & hypoteticæ non una ratione, quædam eni sunt ubi antecedens est possibile, aut in esse, aut necessariū & consequentia necessaria, ut si sol exoritur, dies est: & in huiusmodi semper ponitur antecedens, & infert cōseqns: aliæ sunt in quibus semper antecedens est impossibile: & in talibus destruitur consequens, ut habeatur oppositum antecedentis, & talibus semper utimur in syllogismis ad impossibile: nam in illis arguitur ab opposito, cōclusionis cum altera propositione ad oppositum alterius.

Cum igitur dixerimus. Nūc respondet ad formam & ut Ad formā. Syllis. possum capere uult rationem Arist. esse sic formandā. om- O ne mobile cuius si pars quiescit ipsum totum quiescit ab alio mouetur. omne quod mouetur est mobile, cuius si ps quiescit ipsum totum quiescit. igitur omne mobile ab alio mouetur. modo contra minorem non potest instari de cœlo, quia cœlum est mobile, cuius si pars quiescit, ipsum cœlum totum quiescit: nam hæc hypothetica est necessaria, licet antecedens & consequens sint impossibilia: nam ubi ponatur hanc conditionem esse falsam. tunc staret parte Dubĩões quiescente: totum moueri, quod est impossibile. Sed hic Prima du. dubitatur primo contra utrasq; solutiones. contra primā S.Tho. quidem arguunt Auicenna & expositor: primo quia simili Prima rō. ratione totum cœlum quatenus corpus potest quiescere, & sic superfluit assummere diuisionem mobilis, & quietē Secunda. partis. Secundo omnis propositio est simpliciter impossibilis quando prædicatum repugnat subiecto ratione differentiæ specificæ. quamuis non repugnet ratione generis, est enim impossibile simpliciter q homo sit irrationalis, q̄uis sibi nō repugnet in eo q animal. igitur impossibile est partem cœli quiescere, quia hoc est contra rationem speci- Tertia. ficam talis corporis. Tertio, omne possibile quandoq; est Solutio in actu uel erit in esse. primo priorum: sed hoc nunq̄ erit in esse, quare est impossibile. Hæc argumenta possunt sol- P ui: & supponamus propositiones possibiles taliter esse ponendas in esse. qualiter sunt possibiles, ideo potest talpa uidere in eo q animal non debet poni in esse in talpa: sed in animali. ponitur autem in esse in animali, quotiens in equo uerificatur. Et ita patet solutio ad quæstionem. cœlum enim potest quiescere & totum & illius pars. Aristo. autem de parte meminit quia de parte facilius itelligitur: ratio pōt tamen de toto etiam formari: per hāc rationem.

Ad secūdam dicitur: q illa propsitio est simpliciter & absolute falsa: sed possibilis sub ratione generis & reduplicatiue. Ad tertiam patet solutio ex declaratione præmissa.

Animaduerte tamen, q hæc responsio uidetur ambigua Propterq̄d sol. Auer. hac rōne tantum, quia per hoc non haberetur plus, nisi q uī falsa omne quod mouetur in eo q corpus ab alio mouetur, mō Arist. conclusio est absoluta: propter hæc non mihi placet. Scda dub.

Contra secundam dubitant propter multas causas. po- Q tissimum: quia per idem probaretur risibile non inesse homini primo, quia remouebitur ab ipso: si remouet ab ani- Responsio mali. Dici pōt q demonstratio Arist. debet intelligi: si remouetur ab altero, quod sit aliquid illius quod mouetur, mō licet risibile remoueatur ab homine: si remouetur ab animali, animal non est pars integralis hominis: licet genus sit & pars quidditatiua, per alterų igit Arist. uult partē Tertia du. integralē. Tertio dubitant. utrum demōstratio Arist. sit signi, aut pp quid. Auer. tenet esse demonstrationem signi.

Expositor uult eē demonstrationem pp quid. Nam de- Diuersæ pōnes monstratio Arist. est. q omne quod mouetur ab alio mouetur: ppea quia motus totius dependet à motibus partium, mō ut partes ad totum: ita motus partium ad motū totius; sed partes sunt causæ totius. igitur motus partiū causa est Responsio propria. motus totius. Ego uerò dico q demonstratio Arist. pōt dupliciter considerari. Vno mō quantum ad id qd' est, &

sic est

A sic est demonstratio signi: nam Aristo. probat. omne motum moueri ab alio: per hoc quod quiescit ad quietē alterius: modo hoc est signum & non causa. Est enim regula cuius meminit Ioannes. cum aliqua affirmatio est causa negationis: eiusdem negatio non semper est causa illius affirmationis, ut licet esse risibile sit causa non esse hinibile: esse hinibile non est causa non esse risibile: cum negatio nullius sit causa, & sic in proposito moueri est causa non quiescendi: at quiescere non est causa non mouendi, sed signum. Alio modo potest considerari quantum ad id quod potest significare, & sic potest esse demonstratio simpliciter uel demōstratio causæ, quia ut eam exponit expositor: est propter quid. Animaduerte tamen quòd Ioannes & alij non declarant quomodo hæc demonstratio est signi: ideo recurre supra: ubi hoc exposui. Animaduerte etiam quod iuxta primā Auer. responsionem syllogismus est mixtus ex minori possibili: maiorique necessaria: itemque minori reduplicatiua: hoc modo de necessitate. omne motum quod quiescit ad quietem alterius: mouetur ab alio: de contingenti. omne quod mouetur in eo quod motum uel corpus quiescit ad quietem alterius. igitur de necessitate. omne quod mouetur quatenus mouetur: ab alio mouetur. Iuxta uero secūdam responsionem demonstratio erit. omne motum cuius si pars quiescit ipsum totum quiescit: ab alio mouetur: omne quod mouetur est motum: cuius si pars quiescit: totum quiescit. igitur omne quod mouetur ab alio mouetur. Et hoc modo patet solutio ad omnia obiecta.

B Demōstra. signi sofa. [illegible] demonstratio hæc [illegible] qd uel [illegible] Vide [illegible] hic. & [illegible] q. 2. h[illegible] [illegible] hic. [illegible] gradeū [illegible] lec. 1. [illegible] 3. & [illegible]

GRECO.

Debes scire, quòd uerba in principio huius textus sunt obscura, & in græcis codicibus reperiuntur corrupta: propterea lege sic, si quiescit. b. c. quiescit & . a. b. intelligendo per. b. c. partem, per. a. b. totum. si enim non, accipiatur moueri igitur. a. b, id est si enim quiescente. b. c. non quiescit. a. b. accipiatur igitur moueri. a. b. si enim quiescēte. s. b. c. mouetur utique. a. b. tunc non per se primo mouebitur. a. b. contra suppositum: erat enim concessum. a. b. à seipso moueri primo, hoc est secundum se totum. consequentiam non probat, quia patet. eo enim ipso quod ponitur. a. b. secundum aliquid quiescere, & secundum aliquid moueri: sequitur. a. b. non moueri à seipso primo. Ex his

C uerbis patet quòd uerba græca, & latina sunt corrupta, et ubi legitur. b. c. legi debet. a. b. & ubi legitur. a. c. debet legi. a. b. uerba autem sic corrupta patent. Animaduerte, quod teneri potest demonstrationem hanc esse signi, quia medium est quiescere quiete alterius. Maior uero est moueri ab alio: modo quiescere est effectus motus, agens enim quod mouetur ab alio, quiescit ab illo, quatenus seipsum mouebat. Præterea animaduerte quòd prima demonstrationis Aristotelis forma hæc est, omne quiescens quiete alterius ab alio mouetur. omne quod mouetur à se secundum se totum, in eo quod corpus, quiescit quiete alterius: ergo omne quod mouetur à se secundum se totum in eo quod corpus, mouetur ab alio. hæc forma in commentarijs optime reprehenditur, quia tunc non posset proficisci ad species eius, quod mouetur per se. tenenda igitur est secunda forma.

D Elucida. [illegible] cō. 3. [illegible] pce. [illegible] ad tem

Cum autem omne quod mouet ab alio moueatur: necesse est ut id omne quod in loco mouetur: ab alio moueatur. Et id igitur quod mouet ab altero: nam ipsum etiam iam mouetur. Et rursus hoc ab alio: at non ad infinitum hoc proficiscitur, sed stabitur alicubi: atque erit aliquid quod primo causa erit ut omnia moueantur.

ANTI.

Quoniam autem omne, quod mouetur: ab aliquo mouetur: necesse est & omne, quod mouetur in loco moueri ab alio, & mouens igitur ab altero quoniam & ipsum mouetur. & iterum hoc ab altero: neque in infinitum abibit, sed stabit alicubi, & erit aliquid quod primo causa erit motus.

E Expositio.

Hactenus demonstratum est, quod omne quod mouetur ab alio moueatur. Nunc uult ostendere esse primum motum in loco, quod uidelicet moueē à motore in ipso. primo tñ concludit, quod omne quod mouetur in loco: moueatur ab alio, & uult hanc rationem. omne quod mouetur: mouetur ab alio. omne quod mouetur in loco: mouetur. igitur omne quod mouetur in loco: mouetur ab alio. de ratione tangit maiorem & conclusionem ut patet. hoc accepto: declarat quod est deuenire ad primum motum ex se in loco, & arguit sic. ex quo motum in loco ab alio mouetur: accipio illud è quo mouetur: cum illud etiam moueatur, quia omne mouens in mouendo mouetur, ut nunc supponimus: uel illud mouens mouetur, uel non. si non: cum ipsum moueatur: erit primum motum ex se, quod erat propositum. si mouetur adhuc ab alio: quæramus de illo, & cum non sit processus in infinitum: tandem oportet stare ad primum mouēs, quod est primum motum, & causa omnium eorum, quæ mouentur.

An grauia & leuia moueant se. Vide Sco. 2. dist. [illegible] q 10.

F An aliquid possit moueri a seipso primo. Vide gradeū Ascu. lec. 1. huius Cōmē. 3. An idem possit agere i seipm. Vide Alb. de saxo. q. 1. huius

Cum declarauit. Auerroes in præsenti commento primo repetit rationem, qua probatum est. omne motum moueri ab alio. Secunda ibi Deinde accepit procedit ad expositionem literæ. Quantum ad primum hæc propositio. oē quod mouetur ab alio mouetur: declarat. primo de motis ab extrinseco, ut quæ generantur siue corrumpuntur, q̄ augentur: atque alterantur: omnia hæc patet ab alio moueri. Itē ēt in translatione de motis ab extrinseco patet: ut uiolēter mota. Hæc omnia sensu patent: ratione uero tacta: patet ēt in motis ab intrinseco, quod ab alio mouentur. igitur uniuersaliter patet. omne quod mouetur ab alio moueri.

Deinde accepit. Nunc exponit textum, & uult quod Aris. accepit hāc propositionem. omne quod mouetur ab alio mouetur: tanquam maiorem ad declarandum quod omne motū in loco ab alio mouetur.

Licet hoc sit. Sed obijcies: nam omne motum in loco moueri ab alio: est declaratum, quando declarata est illa uniuersalis. omne quod mouetur ab alio mouetur: nam qui de omni genere declarat aliquid, & de omni specie idem declarare uidetur. cum igitur de omni moto sit declaratū moueri ab alio, & de moto in loco idem relinquetur.

G An in oī motu mouēs & motū sint sil. Vide Alb. de saxo. q. 2. huius

Et dixit. Anteque soluat: componit syllm literæ sic. omne quod mouetur ab alio mouetur: omne motum in loco mouetur. igitur omne motum in loco ab alio mouetur.

Sed ista declaratio. Hoc præaccepto: soluit ad dubium, quod hæc ratio non est de per se, sed confirmatiua. probatum est enim de omni moto moueri ab alio. igitur de moto in loco. uerum hæc rō est logica accepta potius ad confirmandum.

Et pōt intelligi. Rationem Arist aliter exponit, uult maiorem esse sic intelligendam. omne primum motum ex se in loco mouetur ab alio. igitur necesse est ut omne motum in loco moueatur ab alio, & tunc ex hoc uult habere aliam solutionem ad dubium, quod licet in conclusione dicta sit etiam præsens conclusio subintellecta de moto in loco: tamē est eadem probata nunc noua ratione. Ad formam igitur dicēdum quod non superfluit. Tum quia ratio illa est cōfirmatiua, ut prima ait responsio. Tum quod est noua ratio, ut dicit secunda responsio, & idem potest pluribus modis probari.

H

Et cum declarauit. Animaduertendum quod Auer. rationē Arist. uult consistere in duobus fundamentis. Primum quod omnis motor extrinsecus à moto in mouendo moueē. Nam omnis motor extrinsecus est corpus, & omne corpus in mouendo mouetur. Secundum fundamentum. omne motum à se hoc est à principio intrinseco est primum motum ex se, aut continens primum motum ex se: ideo si deuenit ad ipsum motum ex se: deuenitur ad primum motum ex se. Cætera quæ Auerro. ait ex textu patent. Sed dubitabis primo. quō hæc ratio sit logica, ut dicit prima responsio. Hæc ratio est necessaria. igitur non logica. Circa secundā responsionem dubitatur circa illam consequentiā: quō ualet. omne primū motū in loco mouetur ab alio. igit omne, qd' moueē in loco moueē ab alio. Tertio dubitatur, quia

Primū fundamentū

Secundum

An in motu locali mouens sit sil cū moto Vide Iā. p. 4. huius

I non uidetur quod omnis motor extrinsecus in mouẽdo mouetur: nam cœlum alterat, & non alterat. Quarto dubitat, quia per hanc rõnem non habetur ꝙ detur primum motũ ex se uniuersaliter in toto mundo, sed tantum in unoquoq; ordine, ut in motis animalium ad cor: in proiectis ad manum. Ad primam recentiores aiunt rationem illam esse logicam, quia in ea arguitur per regulam logicæ à superiori distributiue ad inferius affirmatiue. Melius dico ꝙ hæc ratio est logica, quia non concludit aliquid per se ignotũ, ut exponit Auer. 2. huius, commento. 3. Ad secundam patet solutio per proximum commentum. nam omne motum in loco est primum motum aut habẽs primum hoc est minimum motum: ideo sequitur si primum hoc est minimum motum mouetur ab alio. igitur omne motum in loco, quia omne uel est primum motum, aut contineus primum motum. Ad tertium. uerbum Auer. est intelligendum in motu locali: nam primum alterans est corpus & alterat & non alteratur, ut in fine secundi capi. de substantia orbis.


Sol. primæ Vide burl. hic. — Solo scdæ — Solo tertiæ

K Ad quartum dicendum, ꝙ Aristo. non uult habere aliud secundum omnes: nisi ꝙ in omnibus motis & mouẽtibus est deuenire ad primum motum ex se in ordine illorum tãtum, ut in mouẽtibus & motis animalium est deuenire ad cor: in proiectis ad manus, sed ꝙ sit deuenire ad commune primum motum ex se, quod dicitur cœlum: non hic, sed in octauo declarabitur, & in libro dicetur cœli.

Sol. quartæ

RECO. Procedit nunc ad propositum, & intendit ex propositione declarata deducere esse deueniendum ad primum corpus, quod mouetur à seipso, & à nullo alio exteriori corpore. & debes scire Aristotelem intelligere per primũ corpus, quod mouetur à seipso, illud quod mouetur, & nõ ab alio exteriori corpore, dico non ab exteriori corpore, quia si moueatur ab aliquo sui, ut ab anima: non propterea nõ esset primum corpus, quod mouet à se. hoc exposito, Aristoteles procedens ad intentum, & ex propositione deducta infert duo primum, quod omne, quod mouetur in loco, mouetur ab alio: secundum ꝙ mouens rem in loco, si
L fuerit externum, ipsum ẽt est corpus adhuc motũ ab alio. unde inquit, quoniam aũt omne, quod mouet, ab aliquo mouetur: necesse est & omne, quod mouetur, in loco, moueri ab alio: hoc est primum, & necesse est igitur ẽt, mouens externum, à quo mouetur, quod mouetur in loco: ab altero moueri, cuius causam affert, quia ipsum mouens externum ẽt mouetur. non. n. põt externum mouẽs esse corporis, nisi corpus, & omne corpus in mouendo mouetur. Quare si mouens corpus quod mouetur in loco, mouet ab altero: oportet illud alterum uel esse externum, uel internum, & cum nõ procedatur in infinitum: oportet uenire ad aliquod primum corpus, cuius mouens non sit corpus externum, sed internum & à nullo motum. Circa demonstrationem hanc multæ dubitationes in commentarijs soluuntur, sed una occurrit, quia uidetur Aristoteles sibi cõtrarius: primo. n. probauit omne, quod mouetur, moueri ab alio: nunc probat esse deueniendum ad aliquid, quod mouetur à se, quæ uidentur repugnare. & dicendum, ꝙ probauit omne quod mouetur, moueri ab alio, siue illud,
M à quo mouetur: sit aliquid eius, siue non. nunc probat esse deueniendum ad aliquod corpus, quod mouetur à se, hoc est non alio corpore externo: cum quo tamen stat ipsum moueri posse ab aliquo sui, quodlibet sit aliud ab eo aliquo modo, non tamen est corpus externum ab illo, & sic non aduersantur.

Dilucida. tex. cõ. 4. Si enim non: in infinitum erit proficiscẽdum: moueatur tunc. a. quidem ipsum ab ipso. b. ipsum uero. b. ab ipso. c. atq; c. ipsum ab ipso. d. modo uidelicet tali ut in infinitum sit profectio.



ANTI. Si enim non, in infinitum procedet. sit à quidem quod ab ipso. b. mouetur. b. uero ab ipso. c. c. aũt ab ipso. d. & hoc modo in infinitum descendat. N

Expositio. Syll's Hactenus declarauit esse deueniendum ad primum motum ex se. Nunc demonstratione ducente ad impossibile idem ostendit. Et arguit hypothetice sic. si non est standũ ad primum motum ex se. igitur in infinitum erit proficiscẽdum: destruet consequens, ut inferret oppositum antecedẽtis. Pro destructione itaq; consequentis primo sumit casum. & inquit. Moueatur tunc. a. quidem ipsum ab ipso. b. ipsum uero. b. ab ipso. c. atq; ipsum. c. ab ipso. d. modo uidelicet tali ut in infinitum sit profectio. est igitur hic casus ut sint mobilia infinita: quorum alterum ab altero moueatur in infinitum.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Quoniam itaq; mouens ipsum & id quod mouetur sunt simul: patet ipsum. a. & ipsum. b. simul moueri. Nam. b. ipso moto: a. etiam mouetur. itemq; b. ipso moto: ipsum. c. mouetur: ipso quoq;. c. d. etiam ipsum mouebitur: erunt igitur ipsius. a. & ipsius b. & ipsius. c. atq; cęterorũ cuiusq; motus ipsi simul. O

ANTI. Quoniam igitur simul mouens est, & ipsum, qđ mouetur: manifestum est, ꝙ simul mouebuntur & a. &. b. cum enim mouebitur. b. mouetur &. a. & cũ mouetur. a. ipsum. c. & cum. c. ipsum. d. erit igitur simul & motus qui est. a. &. b. &. c. & reliquorum uniuscuiusq;.

Expositio. Prima suppositio. Syll's An mouẽs sit moueatur Vide gẽdeũ Bcu. lec 2. hui?. Et si nõ est ut dicit Arist sit p cedere in infinitũ. Vide ibidem. Casu igitur posito: constituit suppositiones. Prima suppositio: concessis infinitis mouentibus & motis: hæc omnia simul mouentur & mouent, & syllogismus est. omnia mouentia & mota sunt simul. Mouẽtia & mobilia si essent infinita: sunt mobilia & mouentia. igitur mouentia & mobilia si essent infinita: essent simul: primo sumit maiorem. & inquit. Quoniam itaq; mouens ipsum & id quod mouetur sunt simul: hæc est maior prætermittens minorem: dat conclusionem partem per partem inferendo, & inquit. patet ipsum. a. & ipsum. b. simul moueri. nam. b. ipso moto: ipsum. c. mouetur: ipso quoq;. c. d. etiam ipsum mouebit: tũc dat conclusionem totam. & inquit. Erunt igitur ipsius. a. & ipsius. b. & ipsius. c. atq; cæterorum cuiusq; motus ipsi simul. Hæc est prima suppositio Aristotelis.

P Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Poterimus præterea unumquodq; sumere: nam etsi à singulis singula moueantur: nihilominus tamen uniuscuiusq; motus unus est numero & non infinitus extremis,

ANTI. Et accipere igitur ipsorum unumquodq; poterimus. etenim si unumquodq; ab uno quoq; simul mouet: nihil minus unus numero uniuscuiusq; motus est: & non ultimis infinitus.

Scda suppositio. Secunda suppositio est, ꝙ licet mouentia & mota sint infinita secundum numerum: tamen cuilibet mobili secundum se competit aliquis motus unus numero: finitus quo ad extrema: cum omnis motus sit de quodam in quoddam sexto huius. inquit. Poterimus præterea unumquodq; sumere: nam etsi à singulis singula moueantur: nihilominus tamen uniuscuiusq; motus unus est numero, & non infinitus quo ad extrema ipsa inter quæ constituitur: cum omne quod mouetur: è quodam proficiscat in quoddã. 6. huius. Q

Cõmẽ. 4. Idest ponamus. Auerro. primo constituit casum in motis & mouentibus per literas in expositione textus, & patent eius uerba.

Et cum posuit. Nunc uult sumere petitiones & sumit primo ꝙ ubi darentur mota & mouentia infinita: omnia simul mouerent & mouerentur. Hæc fuit in textu declarata ad longum.

Et notandum. Digreditur contra Galenum. & primo sumit expositionem propositionis Aristo. & ꝙ in motu propositio sit uera: itaq; si unum mouetur: oportet omnia moueri. in quiete uero non tenet, quia stat unum quiescere, & alia

A alia moueri. hic est intellectus propositionis Aristo. & uult Auerro. ipse.

Et quia Galenus. Nunc narrat positionem Galeni circa propositionem tactam: uoluit enim Galenus uniuersaliter & de motu & quiete propositionem Aristo. esse intelligendam, & ita apud ipsum, ut sequitur hoc mouetur. igit omnia mouentur: sic ēt sequetur. unum quiescit. igitur omnia usq; ad ultimum. Et Galenus credens hanc propositionē esse ulem de motu & quiete: conclusit contra Arist. non cor esse principiū motus in animalibus, sed cerebrū, & utebat syllō tali. id est principium motus animalis quo moto mouetur animal, & quo quiescente quiescit animal. Sed moto cerebro siue capite mouetur animal, eoq; quiescente quiescit. igitur cerebrum est motus animalis principium: minorem obseruatiōe probauit, quia ipse uidit ab animali extractum cor, & ambulasse per duos passus: nunquam autē uidit caput abscisum, & moueri animal.

Quid ex propositione.

Syllis gal.

B Ego autem. Contra arguit Auer. per experientiam, quia ipse etiam uidit arietem ē quo abscissum caput fuit & ambulasse. igitur non cerebrum, sed cor est motus animalis principium per eandem rationem.

Reprehensio Gal.

Et ista mota. Secunda suppō est φ licet mouētia & mota sint infinita uniuscuiusq; motus est quo ad extrema finitus.

Et dixit hoc. Remouet dubium Auer. cur, uidelicet, adiecit suppositionem hanc. hæc enim uidetur inutilis ad rationem. Respondet hanc addidisse ad refellendam tacitā quæstionem: posset enim quis dicere casum esse impossibilem: nam cum ponis ipsa mota & mobilia simul moueri & esse infinita: tunc ponere cogeris motum rectum infinitum: cuius contrarium in. 6. est determinatum. Ideo philosophus huic occurrit, φ licet ipsa mota & mouentia sint infinita: motus tamē uniuscuiusq; rectus finitus est & terminatus. Hæc igitur est suppositiōis utilitas. Sed circa hæc sunt dubitationes non paucæ: nam Auerro. duo uoluit contra Galenum, quorum primum est de motu ualere hypotheticam Aristote. si. a. mouetur. igitur omnia, & uniuersaliter ualet uno moto omnia moueri. De quiete uero minime, quia stat primum quiescere alijs motis. Secundum. contra Galenū est, φ non caput: siue cerebrum est motus animalis principium: sed cor, quia se uidisse asserit decapitatum arietē moueri: non tamen sine corde. Tunc contra hæc dubitatur, quia uidetur in dictis suis contradictio: nam non possunt stare hæc, φ aliquod moueatur, & primum quiescat, quia si aliquod mouetur: oportet omnia moueri insimul. Contra secundum dubitatur, quia motus animalis & sensus coordinantur: igitur quicquid est principium sensus: erit etiam principium motus: cum itaq; cerebrum sit omnium sensuum principium, quia sensoria omnia sunt in eo, uidetur etiam & motus, qui à sensu regulatur principium. Ad primam solent dari innumeræ solutiones, & omnes conueniunt dictum Auerro. esse intelligendum in motu locali & puro, & tunc super hoc multas afferunt responsiones, quæ certe bene ad illam dubitationem satisfaciunt. Sed quoniā dictum illud facilius intelligi pōt, & non cum tot confusionibus. Ideo animaduertendū φ motor est in duplici differentia respectu motæ rei unus quidē est, qui per sui motum est causa per se motionis rei motæ, & per sui quietem ēt causa est quietis rei motæ: qūo fortasse cœlum respectu mobilium hic inferius. cœlo enim moto: necesse est hæc moueri, & ipso quiescente, omnia ēt quiescere, ut secundo cœli habetur. Et tunc de tali motore hypothetica ualet de motu & quiete tam à priori φ̄ à posteriori: bene. n. ualet a. mouetur, & motus ipsius. a. est cā motus ipsius. b. & qes quietis. igitur moto. a. mouet. b. & quiescente quiescit, & econtra ēt, & hoc modo fortasse intellexit Galenus, quodq; ēt Auer. concederet. Alius est motor, qui quidem sui motu cā est motionis rei motæ: sui uero quiete: non illius quietis cā, ut motus manus est cā motus baculi: motus baculi cā motus pilæ. igitur manu mota omnia mouentur: qūo ualet procedendo à primo hoc est processu à causa de motu: non aūt de quiete: ualet enim manus mouet, igitur baculus & pila: de quiete uero non ualet, quia nō sequitur: quiescit manus. igit baculus & pila, & sic intelligit Auerro. nam sic est ad ꝓpositum suū contra Gal. in processu uero ab effectu, de quiete ualet, de motu non: quia ualet quiescit pila. igit baculus & manus: de motu non ualet, quia pōt pila moueri: baculo & manu quiescentibus, & hoc mō non intelligit Auer. Sic igitur dictum Auer. contra Gal. duabus obseruatis conditionibus est necessariū. prima ut insit in motoribus, qui per suos motus sint motuū causæ totales in rebus motis. secunda ut procedat à cā & à priori non ab effectu, & à posteriori. Quibus fit ut si manus mouet: baculus & pila moueant: positis illis duobus φ sint per se causæ totales, & procedat à priori: non tamen ualet econtra. manus quiescit. igitur baculus & pila quiescunt. Per hoc ad rōnē concedo baculum & pilam moueri, & nego igitur manus mouetur. Et cū dicitur contra uno moto mouentur omnia, uerum est processu à cā, quia processu ab effectu ualet de quiete, & non de motu. Sed dubitabis acerrime, qa Arist. arguit à posteriori, ut si. a. mouetur. igitur omnia mouentur usq; ad ultimū. Dicendum φ Aristo. supposuit. a. moueri ab ipso. b. & non ab alio: nec à se, quia si à se esset primū motum, & sic haberet ꝓpositum, & . b. ipsum moueri ab ipso. c. non à se nec ab alio: c. ēt ipsum moueri ab ipso. d. nec à se: nec ab alio, & tunc hypothetica sua ualet. a. mouetur. igitur omnia mouent. Auer. aūt contra Gal. absolutius loqtur, ut in ꝓcessu ꝓpter quid à cā, & non ab effectu. Et hæc est uera mens Auer. Ad secundam dici pōt multis modis quoniā de principatu membrorū Arist. multa dicit in lib. de animalibus, & medici & Gal. in libris medicinę addūt ēt multa. nunc uero tenemus oēs sensus esse in corde, quod ab Arist. dicitur primum sensoriū, ēt uero in cerebro ueluti in quodam manifestatiuo: propterea cor est & motus & sensuū & principale principium. Sed ambiges, quia ratio Auer. contra Gal. eodem soluitur, quo per sensum propositionis datum soluere uult illā Galeni: arguebat. n. Gal. sic. Illud quo quiescente membra animalis moueri possunt: nō est principium motus mēbrorum animalis, sed quiescente corde pōt animal moueri, ut per obseruationē testatur. igit cor non est principium motus animalis. Contra hanc rōnem uoluit esse arguendum Auer. eadem forma. id quo qescente membra mouentur animalis non est motus principium, sed quiescente capite & cerebro animal pōt moueri, ut de ariete testatur. igitur non caput est principiū motus, uidetur igitur ratio Auer. solui eodem sensu, quia in ꝓcessu propter quid ualet de motu, & non de quiete: ideo dicerem possibile esse ut cor quiescat per abscisionem, & membra moueantur à spiritibus, qui per musculos remanserunt, & sic rō eius soluitur eodem modo ut illa Galeni. Dici pōt φ Auer. non arguit contra Galenum, sed torquet argumentum contra eum, ut Galenus cogatur soluere pro se & pro Auer. & hoc per sensum propositionis Aristote. datum. Et hæc est intentio Auerrois.

Dubōnes Primū contra Gale.

Secundum

C

Prima du.

Secunda.

Rsiones aliorū quales. Vide Burl hic.

D Motor duplex.

E

Conditiones dicti Auer.

F

Solutio Vide etiā Burl hic

Replica fortissima. Responsio optima.

An ex oībus mobilibus possit fieri unum continuū. Vide lād. q. 3. huius. Solutio ad secūdā.

G

Quoniam omne quod mouetur è quodam proficiscitur in quoddā: fit sane, ut aut numero, aut genere: aut specie sit idem motus: numero quidē eundem motum esse dico: qui in eodem numero tempore ex eodem in idem numero fit: ut ex hoc albo quod unum numero est: in hoc nigrum eodem tēpore, quod est unum numero. Nam ubi alio tēpore: non unus numero: sed specie erit. genere uero idem est motus: qui in eodē pręd icamento: aut in substantia, aut in alio genere fit. Specie aūt unus, q ex eodem specie in eodem specie existit, ut qui ex albo in nigrum, aut ex bono in malum: specie nō differt. Hæc autem & in prioribus dicta sunt.

Dilucida. tex. cō. 5

H

{ Quoniam quidē omne, quod mouetur: ex quodam in quidam mouetur, aut enim numero accidit eundem motum esse, aut genere, aut specie. nūc

ANTI.

I {quidem igitur dico eundem motum, qui ex eodē {in idem numero, & in tempore eodem numero fit. {ut ex hoc albo, quod est unum numero: in hoc ni{grum secundum hoc tempus, quod est unum nu{mero. si.n. secundum aliud est: nō erit adhuc unus {numero: sed specie. genere autem idem motus est, {qui in eodem prædicamento substantiæ aut alte{rius generis est. specie autē, qui ex eadem specie in {idem specie, ut ex albo in nigrum, aut ex bono in {malū spē nō differt. hęc aūt sunt dicta in prioribus.

Expositio. In secunda suppositiōe accepit uniuscuiusq; mobilis esse unum numero motum: propterea occasione huius declarat quot modis motus dicatur unus, ut intelligas quid ipse uelit per unum numero, & uult motū dici unum tribus modis numero, specie, & genere. Numero is ille est qui est eiusdem mobilis de principio in finem in eodem tempore
K non uariatis terminis è quo & ad quem, ut una numero nigrefactio quæ est unius mobilis in uno tempore numero, & non uariatis terminis. Dixit seruata unitate temporis, quoniam ubi tempus esset aliud, etiam seruatis unitate mobilis, & terminorum: nō numero sed specie esset idem. Genere uero unus est quando termini ad quos numero & specie differunt, & in genere conueniunt: siue sit idem siue aliud mobile: siue idem: siue aliud tempus: qua ratione generatio aeris & generatio lapidis genere unus est motus, q̄a termini specie differunt: genere cōueniunt: specie unus est, quando termini ad quos specie non differunt: sed numero ut duæ albationes: siue mobile sit idem: siue aliud: siue eodem: siue alio tempore. Sed quoniam de his longius dixit: quasi excusans se ad quintum physicorum remittit se.

Com. 5. Hoc totum. Auerroes exponit has tres motus unitates, q̄ cum sint manifestæ: etiam commentum eius manifestum est per se.


L

Dilucida. tex. cō. 6. Accipiatur igitur ipsius. a. motus & sit. e. ipsius uero. b. sit. z. ipsius autem. c. sit. i. ipsius. d. sit. t. sumatur præterea tempus in quo ipsum. a. mouetur, & sit. K. atq; cum finitus sit ipsius. a. motus: finitū erit &. K. tempus, & non infinitum: at. a. &. b. & cæterorum unumquodq; eodem in tempore mouebanť: accidet igitur ut motus. e. z. i. t. infinitus existens in K. finito tempore fiat: nam quo in tempore. a. ipsum mouebať, & ea omnia quę ad ipsum. a. deincepitia sunt: mouebātur: quare tēpore eodem mouentur.

ANTI. {Accipiatur igitur qui est ipsius a motus, & sit in {quo est e, & qui est ipsius b: in quo est z: & qui est {c. d. in quo est i. t. & tempus in quo mouetur a sit {K. Determinato igitur motu ipsius a: determinatū {erit, & tempus, & non erit īfinitum K. Sed in eodem {tempore motū est a, & b, & reliquorū unūquodq;:
M {Accidit igitur motum, qui est. e. z. i. t. cum sit infi{nitus: in tempore finito fieri K. in quo. n. a motum {est, & q̄ sunt ipsi consequenter omnia infinita mo{ta erunt. quare in eodem mouentur.


fieri moueri

Expositio. His modo sumptis: Arist. deducit consequens, & probat q; non sit proficiscendū in infinitum, quoniam tunc motus infiniti, q̄ essent unus motus specie; essent in tpe finito, &




MobileMobi. Mobi. Mobi.

Syllis expositorius. arguit (ut mihi uř) expositorie sic. a. b. c. d mouenť tempore fini



Motus Motus Motus Motus.

to per primam a. b. c. d. & sic de aliis: mouentur infinitis motibus: qui sunt plures numero & īfiniti, & unus specie per secundam suppositionem. igitur motus infiniti numero qui unus specie sunt: erunt tempore finito: qđ habet pro impossibili. inquit. Accipiatur igitur ipsius. a. motus, & sit. e. ipsius uero. b. sit. z. ipsius autem. c. sit i. ipsius autem. d. sit. t. hic est casus. græce tamen sic legitur, & ipsius. c. d. sint. i. t. sed ego sic transtuli, ut sermo sit clarior, quia idem est: deinde accipit secundam partem casus, & inquit. Sumatur præterea tempus in quo ipsum. a. mouetur, & sit. K. in quibus uoluit esse intelligendas illas duas suppositiones. Tunc addit tertiam partem casus ex his sequentem, & inquit. Atq; cum finitus sit ipsius. a. motus finitum erit, &. K. tempus, & non infinitum: per omnia hæc uult habere secundam exponentem uidelicet, q;. a. b. c. d. & deinceps moueantur infinitis motibus, qui sunt infiniti numero, sed specie unus: accipit primam exponentem, & inquit. At. a. &. b. & cæterorum unumquodq; eodem in tēpore mouebantur per primam suppositionem. Ex his exponentibus dat consequēs, & inquit. Accidet igitur ut motus. e. z. i. t. infinitus. s. numero specie unus existens in. K. tēpore finito tempore fiat: repetit uim probationis breuibus: nam quo in tempore. a. ipsum mouebať, & ea omnia quæ ad ipsum. a. deincepitia sunt: mouebantur. Quare tempore eodem mouentur cuncta. Ecce quomodo uirtus rationis potest reduci ad syllogismum expositorium.



Tempus.

N

An motus ipsius. b. possit esse maior aut minor quā mot⁹ ipsi᷒ a. ut uř dicere hic Aristo. Vide egi hic.

O

Dilucida. tex. cōmē. eiusdem. Etenim siue motus ipsius. a. motui ipsius. b. cæterisq; cæterorum æqualis sit, aut maior: differt sane nihil. accidit enim omnino ut infinitus motus: tempore fiat finito, quod impossibile est.

ANTI. {Etenim siue æqualis motus erit qui est ipsius a, {ei, qui est ipsius b, & aliorum, siue maior: differt ni{hil, pœnitus enim infinitum motum finito in tem{pore accidit fieri. hoc autem impossibile est.

fieri moueri

Expositio. Posset Aristo. quis obiicere non posse reperiri tot motus esse ęquales motui ipsius. a. cum duo motus æquales raro sint; quanto minus infiniti. Soluit obiectionem hanc propositum non tollere. nam siue sint omnes æquales motui ipsius. a. partiliter, & quasi adamussim: siue parum differūt
P dummodo omnes alii sint finiti: sequiť ut infinitus motus tempore fiat finito, q̄n ex illis pōt fieri unus motus specie: uerum de hoc erit magna quæstio, quæ postea disputabiť.

Com. 6. Primum Auer dictū. Cum posuit. Commentum præter textum duo continet annotatione digna. Primum q; non potest motus rei motæ esse minor & breuior motu rei mouentis, ut si baculus mouet pilam: non potest motus pilæ esse breuior motu baculi: licet possit esse longior ut sensu patet. Secundum quod

Secundum continet est q; per deductionem Aristo. non habetur plus: nisi q; motus infiniti sint tempore finito: non q; motus infinitus unus numero sit tempore finito: ideo apponit textum

Q Dubitatio Vide bud. hic. sequentem ipse Aris. ut declaret simpliciter motum infinitum numero esse tēpore finito. Dubitant contra primū recentiores, quia pōt cœlum mouere unam ignis molem, q̄ postea illa desinet moueri, aut per corruptionem, aut per alium modum cœlo ipso adhuc perpetuo moto. Ad hoc

Propria solutio. dicunt suo mō & satisfaciūt. Ego uero non recedens ab eo qđ dixit ipse in ꝓximo cōmento, dico dictū Auer. hr̄e duas conditiones. Prima est q; motor & motū sint coęua, & nō mobile corruptibile & motor æternus, quia tunc mobile posset desinere moueri per corruptionem ipso motore adhuc existente in motu. Secunda q; motor per sui motum sit cā motionis rei motæ. Tunc patet solo ad argumentum: cœlū enim est æternū: ignis corruptibilis, sed ubi ignis ille esset æternus, ut cœlū, & cœlū per sui motū moueret necessario ignē: non posset cœlū moueri non moto igne: q̄a p corruptionē non posset desinere per aliū modum minime, quia cœlū per sui motū mouet necessario ignem, igitur ut prius.

Auerroes

A RECO.
{ Auerroes dixit non posse motum rei mouentis esse maiorem motu rei motæ ab illa. In commentariis fecimus quæstionem, quia cœlum pōt mouere unam glebā ignis, quæ postea pōt desinere moueri aut per corruptionē, aut per aliam causam, cœlo adhuc moto. Et licet in commentarijs subtiliter sit dictum; tamen facilius dici pōt, uerbū Auerrois esse uerum de mouente particulari, proximo, ac proprio. Cœlum aūt erit mouens uniuersale & remotum & sic defendi potest uerbum Auerrois.

Dilucida. tex. cō. 7.
Ita quidem igitur, quod ex principio erat demonstrari uidebitur. sed non demonstratur: quando nullū inconueniens inde proficiscitur. Potest. n. finito in tempore motus esse infinitus: non tamen idem: sed alius atq; alius: si ea quæ mouentur multa sint & infinita, quod quidem & his, quę nūc sunt: accidit.

ANTI.
B
{ Sic quidem igitur uidetur demonstrari, quod est à principio, non tamen & demonstratur, propter id quod nullum inconueniens accidit. contingit. n. finito in tempore infinitum motum esse: non eundē aūt, sed alterum, & alterum multis, & infinitis motis existentibus: sicut accidit, & in his, q̄ sunt nunc.

Expositio.
Aduersarii cauillum nunc ponit. posset enim dici nō esse inconueniens motus infinitos in tempore fieri finito: quorum quilibet est determinati moti, quod finito mouet̄ tempore. Cauilli fortasse ratio est, quia ut plures possunt esse in uno eodemq; æquato tempore: ita infiniti. Inquit. Ita quidem igitur quod ex principio erat sumptum: demonstrari uidebatur, sed non demonstratur: cuius causam ait. quādo nullum inconueniens contingit: si ponatur ut diximus. Pōt enim finito in tempore motus esse infinitus: non tamē idē, sed alius atq; alius: si ea quæ mouentur multa sunt & infinita, quod quidem & his, quæ nunc sunt à nobis sumpta accidit. sunt enim illa plura & infinita: quorum cuiuslibet est alius atq; alius motus.

C

Cōmē. 7. Dilucida. tex. cō. 8.
Quia ex hoc. Illud quod Auerroes ait hic: totum patet.

Verum si quod primo secundum locum atq; corporalem motionem mouetur: tangere, aut ipsi mouenti continuum esse necesse est: quemadmodum illud in omnibus accidere uidemus: erit ex omnibus unum, quod uniuersum continuum erit: id igitur quod est contingens: sumatur esse, & sit magnitudo. uel continuum illud. a. b. g. d. cuius motus sit. e. z. i. t. Differt aūt nihil: siue finitum: siue infinitum id sit: nam similiter finito in tēpore. K. mouet̄: horum uero utroq; modo est impossibile.

ANTI.
{ Sed si quod mouetur primum secundum locum & secundum corporalem motum, necesse est tāgi, & continuum esse mouenti, sicut uidemus in omnibus hoc contingere. erit. n. ex omnibus unum ipsum omne, aut continuum esse. hoc igitur contingens accipiatur, & sit magnitudo quidem, aut continuū, in quo est a. b. c. d. huius aūt motus est. e. z. i. t, differt aūt nihil, aut finitam, aut infinitā esse magnitudinem: similiter. n. finito in tpe. K. mouebit̄ finitū aut infinitū. horum aūt utrūq; est impossibile.

enim utiq;
D

Expositio.
Cauillum hunc Arist. refellit & supponit ex omnibus illis mouentibus & motis esse factū de inesse unum uniuersum infinitum, quod probat per regulam prioristicā: possibile est quo posito inesse: nullū sequitur impossibile, qa ut dicunt Alexander, Phylon, & Phyloponus primo priorū: possibile est ipsum inesse positū in potentia: inesse uero est ipsum possibile positū in actu. Sed illa infinita cū sint contigua: possibile est continuari. igit̄ de inesse aliqñ continuant̄ & sic patet suppō: tunc quasi expositoriè arguo hoc mouet̄ tpe finito per iam declarata: demonstrato uniuerso ex omnibus illis aggregato: hoc mouet̄ motu infinito, qm̄ mobile infinitū non pōt: nisi motu infinito moueri: nā moueri non pōt nisi in spatio, aut æquali sibi, aut maiori se ut in sexto patet. & cum ipsum sit infinitum: spatium quoq; infinitum erit. spatium autem infinitum non potest pertransiri: nisi motu infinito. sic igitur patet secunda exponens uidelicet, q̄ hoc moueatur motu infinito. igitur motum motu infinito mouetur tempore finito. inquit. Verum si quod primo secundum locum atq; corpoream motionem mouetur tangere, aut ipsi mouenti continuum esse necesse est: quemadmodum illud in omnibus quæ localiter mouentur accidere uidemus. oportet enim mouens & motum esse simul, ut sum psit iam. Infert tunc possibile, & inquit. erit subaudi possibile esse ex omnibus unum, quod uniuersum continuum erit: id igitur quod est contingens: sumatur esse, & sit magnitudo uel continuum illud. a. b g. d. cuius motus sit (ut dixit) e z. i. t. hæc litera non est completa, & debet legi suspensiuè usq; ad textum sequentem. aut forte litera est completa, & quasi uoluit habere contra cauillum mobile & motum esse unum: per hoc quod possibile positum est inesse. E

F
Sed dices contra Aristo. quia ipse in exemplo accepit partes quatuor finitas: ex quibus non fit nisi magnitudo finita. igitur mobile erit finitum. Respondet. & inquit. Differt autem nihil: siue finitum: siue infinitum id sit subaudi sumptum in exemplo: dummodo bis sit una: hæc uidelicet, ut utrunq; motu infinito moueatur. q. d. q̄ licet acceperim rē factam ex finitis: uolui intelligere illa pro re infinita, & pro eo, quod motu mouetur infinito: ideo subdit. nam similiter finito in tempore. K. mouetur: horum uerò utroq; modo est impossibile: hoc est tam si illud sit acceptum infinitum, quā si sit acceptum finitum: dummodo motus sit infinitus. sic igitur his uerbis patet cauilli confutatio.

Cōmē. 8.
Nititur addere. Animaduerte in commenti fine, q̄ ipse uidetur soluere dubitationem Aristo. ait: nihil differre: siue id ponatur finitum: siue infinitum: hoc uidetur falsum, qa ad ipsum positum finitum non sequitur impossibile: ad ipsum uero positum infinitum sequitur impossibile: igit̄ differt sic uel aliter dicere: innuit (ut mihi uidetur) responsionem, & uult q̄ differt nihil quo ad consecutionem: nam posita magnitudine finita: sequitur motum illius esse in tempore finito. & posita magnitudine infinita: sequitur motum eiusdem esse in tempore finito. igitur utroq; modo sequitur motum esse in tempore finito. uerum ubi ponitur magnitudo illa infinita: sequitur & motum infinitum esse in tempore finito, quod non sequitur, ubi ponatur magnitudo finita. Sed dices. Arist. asserit utroq; modo esse impossibile. Respondet utroq; modo: siue illud infinitum positum sit unū contiguatione: siue continuatione. Hæc est expositio Auer. nostra uero expositio fuit magis ad uerba Aristo. ut patuit. Cætera dicta sua sunt per se nota.

G

An sit necesse ex mouētibus & mot^s infinitis fieri unū mobile infinitū. et an sit psse q̄ motus infinitus secūdū q̄titatē quam hēt a mobili fiat i tpe finito. Vid Burl. hic & Egi. hic.

Dilucida. tex. cō. 9.
Patet igitur esse standum tandem: neq; in ipso ab altero esse proficiscendum esse in infinitum, sed aliquid fore, quod primum mouetur.

ANTI.
{ Manifestum igitur, quoniam stabit aliquando, & non in infinitum abibit, quod semper est ab altero, sed erit aliquid quod primo mouebitur.

Expositio.
H
His habitis concludit propositum. & inquit. Patet igitur q̄ sit standum tandem, & q̄ neq; in ipso esse ab altero sit proficiscendum in infinitum: patet etiam esse aliquid: quod primum mouetur à parte uel aliquo existente in eo, & non semper ab altero, quæ res erat conclusio proposita.

Dilucida. tex. cōmē. eiusdem.
Differt autem nihil aliquo supposito id demonstrari. Nam contingenti posito: nullum inconueniens oportebit accidere.

ANTI.
{ Differt autem nihil aliquo supposito id demonstrari. nam contingenti posito: nullum inconueniens oportet accidere.

I Positio cauillatoris erat ꝙ in mouentibus & motis sit ꝓcedendum in infinitum: accepit Aristo. unum suppositũ ꝙ ex omnibus illis fiat una magnitudo: quo accepto inferebat. igitur motus infinitus esset tempore finito, ut longioribus uerbis fuit per multa media deductum: contra hæc ambiget cauillator, & dicet ꝙ istud impossibile nõ sequitur ad positionem meam, sed ad tuum suppositum uidelicet, ꝙ ex omnibus illis fiat una magnitudo, & sic non mea positio, sed tua suppositio est impossibilis. contra obiicit Aristo. & inquit. Differt aũt nihil aliquo supposito id demõstrari: nam contingenti posito: nullum inconueniens oportebit accidere, & ita non à meo posito id accidit, sed è tua positione, & cum impossibile sit id ad quod sequit̃ impossibile: iure tua positio est impossibilis.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Id autem quod primum mouet: nõ ut cuius gratia: sed ut id unde est principium motus: simul cũ re ipsa mota est. Dico autem simul, quia nihil est inter ipsa: hoc enim omni mouenti atq; rei motæ cõmune est.

K

ANTIQ. { Primum autem mouens, non ut cuius gratia, sed unde est principium motus, est simul cũ eo, quod mouetur. simul autem dico, quia nihil ipsorũ medium est. hoc enim commune in omni moto, & mouente est.

Expositio. Hec litera potest esse principium noui capituli. cum enim Aristote. declaraturus sit ꝙ mouens & motum sint simul: oportebat declarare duo quid per mouens & motum intelligit, & quid pro esse simul, & hęc duo declarat. uult enim per mouens agens motum, & per motum subiectum motus: per esse uero simul intelligit: quando inter mouens & motũ non mediat aliquid: esse enim simul. Vno modo põt intelligi physice, & sic ea sunt simul quæ se tangunt, & ita non accipitur hic. Alio modo negatiue pro eis inter quę nihil mediat, & sic anima & corpus sunt simul: motor & cœlum sunt simul, quia inter ea nihil mediat. inquit. Id autem quod primum mouet non ut cuius gratia, sed ut id unde est principium motus: simul cum re ipsa mota est: quasi ꝑ mouens & motum esse simul: uolo non finem, sed agens motum, & sic intelligo ꝙ agens motum, & res mota sint sil. Hæc de primo. De secundo inquit. Dico aũt simul nõ physice & affirmatiue, sed quia nihil est inter ipsa. nam hoc modo ipsum esse simul commune est omni mouenti tam corporeo ꝙ̃ incorporeo: omniq; rei motæ: sic igit̃ patet sensus propositionis: siue conclusionis probandæ.

L

Com. 9. Cum declarauit. Auer. uero uult ꝙ prima litera cõcludat conclusionem ut nos facimus. Et hæc prima pars patet.

M Et non accidit. Hæc est secunda pars commenti supra secunda litera: in qua Auerro. etiam nobiscum conuenit: uult enim quod Aristo. remoueat cauillum dictum per nos. Et sermo etiam patet.

Ita inuenitur. Sed in hac tertia literæ parte Auerro. differt ab expositione nostra: ipse enim uult ꝙ Arist. remoueat secundum cauillum: cauillus est talis, quoniam motor ut finis mouet rem motam, & tamen nec est simul cum re mota: nec in eodem loco cum illa. igitur non bene sumptum est mouens & motum esse simul, & quoniã sua litera erat falsa, & ubi debebat scribi motor: erat scriptum motum: ideo literam exponit quantum ad rem uno modo, sed quantum ad modum uidetur dupliciter exponere. Quantum quidẽ ad rem uult ꝙ Arist. intelligat per motum motorem: unde principium motus: dicitur enim motor effectiue respectu sui mobilis, & mota res respectu finis, & tunc sensus est, ꝙ motor effectiue & res mota sunt simul, & non finis cum re mota: sunt dico simul, quia non in alio loco est motor, et in alio res mota. inquit. & non accidit huic declarationi diminutio, quoniam motor ad quem induxit est primus secũdum illud ex quo motus: hoc est in genere causæ efficientis: non in genere causæ finalis, quod dicitur primum ad quod est motus, ut patet. & tale primum ut finis non contingit ut sit in loco una cum primo moto: ut cõtingit de primo motore in genere agentis: ille enim in eodem loco est in re mota. Huius expositionis affert signum, quia post nõ loquitur de primo moto, sed de motore, quia ait in sua trãslatione: sed illud quod est primus motor & reliqua. Ecce quomodo accepit motum pro motore.

An sit uerũ in pricipio nihil esse medium inter mouẽs & motum. Vide Gradeñ Escu. lec. 3. hui'

N

Et forte. Aliter exponit non quantum ad rem, quia idem uult, sed solum corrigit literam: asserens illud esse ex errore scriptoris, quia ubi scriptum est motum: debebat scribi motor, & in translatione nostra. hæc confusio non accidit: gręca enim litera patet.

Et tunc intentio. Affert utilitatem huius expositionis. & inquit. & tunc intentio istius sermonis est notificare ꝙ in ista demonstratione nõ uult hr̃e plus, nisi ꝙ detur primũ motum & primus motor: utrum uero primus hic motor sit idem quod primus finis uel alius à primo fine. hæc quęstio est impertinens, & non ad propositum.

O

Et dixit. Q, hæc quæstio sit huic considerationi impertinens: probat. Tum quia in. 8. hæc qõ declarabitur circa finem. igitur superfluit hic tractari. secundo quia in. 8. supponit ex. 7. esse primum motum & primum motorem. deinde declarat an ambo sint æterna uel ne?

Et ideo. Ex his infert errorem Themistij. nã Themistius uoluit in. 8. idẽ considerari quod hic. Hic enim declarat̃ esse deueniendũ ad primũ motorẽ, & primũ motum. ibi ẽt hoc idem: iõ demonstratio hæc superfluet. Rñdet Auer. ꝙ differt hæc consideratio ab illa. Primo quia declaratio hæc est ut suppositio ad declarationẽ illã. nam hic probat primum motũ, & primum motorem esse. ibi uero hoc supposito, ꝓbat talẽ motorem, & tale motũ esse æterna. Secundo differunt, quia illud quod dixit in. 8. est quasi dispõ: hoc est pria passio primi motoris, qa ipse ꝓbauit illic ęternitatẽ de prio motore. hic uero non passionẽ, sed quasi primitatẽ ꝓbauit.

P

Et iõ. Huius solõnis dat signũ, quia ibi ꝓbat motũ æternũ esse duplr̃. Vno mõ per uiã. 7. uidelicet. ex ordine motorũ & motus. Alio modo ex distinctione eorum quæ mouẽtur, & ambæ sunt bonæ: licet secunda sit firmior. Et ita differunt considerationes.

Et non intelligo. Vltimo declarat quid Arist. uult per esse simul, & uult ꝙ per esse simul intelligit ea quæ sunt in uno loco, & hoc modo est cõe omnibus, & maxime motori & moto. motor. n. ut dr̃ est in eodẽ loco in quo est res mota, & forma in eodẽ loco cũ sua materia, & sic uelle ur̃ motores cœlestes esse in loco per accidẽs quatenus mota ab eis sunt in loco per se. Alij uero dicunt ꝙ sunt in loco per operationes, & forte idẽ est. Hæc est expositio Auer. quæ re uera non consonat literæ, ut patet. immo Aristo. ur̃ facere nouum caput: transferens se ad nouã conclusionẽ. Sed circa hæc accidunt duæ dubitationes. prima utrum ex omnibus mouentibus & mobilibus fieri possit unũ continuũ, uidet̃ ꝙ non, quia corpus cũ intelligentia non põt continuari. Secundo. quæ sunt specie diuersa & genere non possunt continuari. Secunda dubitatio est. utrũ si mobile illud esset infinitũ moueret̃ motu infinito: immo ur̃ ꝙ moueret̃ in non tẽpore, quia eius uirtus est infinita. Circa primã dubitationẽ multa Ioannes concitat: tandẽ reducit se ad duo. Primum est ꝙ demonstratio Arist. est disputatiua, quia solum est ad hominẽ, qui habet concedere omnia posse continuari, & ẽẽ infinita, tunc enim sequitur quod ait. Secundum uero supponit ꝙ hæc sit una hypothetica falsa & impossibilis uidelicet. si ex infinitis mobilibus & motis fit unum continuum: tunc motus infinitus in tẽpore est finito: hoc patet. qa hæc hypothetica est non necessaria: immo oppositũ consequẽtis stat cum antecedente. secundo petit, ꝙ omne id ad qđ sequitur hypothetica aliqua impossibilis: est impossibile. Exemplum. Vt quoniã hęc hypothetica. si homo est equus. homo est risibilis: est impossibilis, & sequitur ad illud, ꝙ omne animal est risibile: ideo omne animal esse risibile est impossibile: sic in proposito hęc hypothetica. si ex omnibus fiat unum: motus infinitus est in tempore finito: sequitur ex illo uidelicet, ꝙ mobilia & mouentia sunt infinita, & ita hoc

An in motu locali mouens sit sil' cũ moto Vide Iãd. q. 4. huius. Vide etiã Alb. de sa. xo. q. 1. h'

Dubõiões Prima

Secunda. 1 lo. infinit. Iãd. q. 5. h'

Secunda.

A hoc est falsum, & ita Aristote. habet intentum. Sed re uera utraq; expositio est contra textum: prima quidẽ, quia Aris. assertiuè & non disputatiuè concludit propositum, & Auerro. in præsenti commen. hanc demonstrationem differre ab illa octaui dicit, & clare ponit hunc sermonem esse demonstrationem. secunda uerò est contra textum, expresse enim Arist. ait in litera. Differt autem nihil aliquo supposito id demonstrari: nam contingenti posito, nullum inconueniens oportet accidere, ecce quõ non per hanc fictã hypotheticam rem suam approbat: sed ex positione possibilis. Propterea expositor uult illud esse possibile secundum genus, ꝙ uidelicet ex mobilibus omnibus fiat unum cõtinuum; quod tamen est impossibile secundum speciẽ.

Cõfutatio

Responsio Thomę.

Contradictiões Ioã.

Contra arguit Ioannes. Primo quia hic expositor contra dicit sibi: nam supra dedit Auer. solutionem hanc, & ipse confutauit asserens propositionem esse simpliciter impossibilem quando prædicatum repugnat subiecto ratiõe differentię specificę. cum igitur alicui per propriam naturam repugnat continuari alteri. igitur est simpliciter impossibile. Secundo arguit. ex omnibus mobilibus rõne qua mobilia potest fieri unum: uel igitur hæc potentia quandoq; attinget suum finem uel nunq̃. si nunq̃, erit uana. si aliquã do: tunc ex diuersis genere fiet unum. Tertiò. si aliquid rõne generis est in potentia ad aliquod: cum illud nunquã erit, potentia erit ociosa. Quarto si sic. tunc posset poni in esse, & ita hõ inquantum animal est irrationalis. Et ita Ioannes uult omne impossibile secundum speciem esse impossibile simpliciter. Sed re uera iste delirat, nam Aris. & Auer. quinto metaphy. commen. 27. expresse uult talpam esse priuatam uisu secundum genus, quia sibi est possibile secundum ꝙ animal. & Auer. idem sentit. commẽ. 2. huius 7. & in. 15. huius. 6. & alibi. Ideo animaduertendum, ꝙ aliquod poni inesse est dupliciter. per se, quia. s. sua natura quandoq; erit. ut hominem currere. Alio mõ per accidens: quia sua natura non ponitur: sed ex cõcessione: quia aliqua ratione non repugnat. Vlterius accipiendum possibile debere poni inesse sub ea ratione qua possibile, ut si est possibile in spẽ: debet poni inesse in spẽ. si in genere debet poni inesse in indiuiduis generis. uerbi causa. quoniam possibile est ex omnibus mobilibus fieri unum continuum secũdum rationẽ mobilis: debet poni inesse in indiuiduis generis uidelicet mobilis, & non in igne uel terra. His respondeo ad contradictionem non curo, quia Thomas posuit illam probabiliter & non assertiuè. Tamen ad rõnem cõcedo ꝙ hoc est simpliciter impossibilis. homo est irrationalis tamen secundum quid est possibilis hoc est sub rõne generis. Ad secundum dico ꝙ illa potentia attingit quandoq; suum finem in aliquibus indiuiduis generis, ut uidere in quibusdam animalibus, et hoc sufficit ut ne frustretur, ideo concedo talpam posse uidere in eo ꝙ animal: nunq; tamẽ erit: ita ꝙ uideat in eo ꝙ animal: sed satis est ꝙ aliquando erit: ita ꝙ aliquod animal uideat. Per idem ad tertium. dico ꝙ illud erit in aliquo simili in genere: & hoc satis. Ad quartum dico ꝙ põt poni inesse in indiuiduis generis, quia rõne generis est possibile, nec oportet poni inesse p se: sed satis est ꝙ ponatur ex cõcessione, & ita omnia mobilia eẽ unum poni inesse, non est aliud q̃ concedere ipsa esse unũ. Hæc Ioannes ignorat. Ad secundam dubitationem: quicquid uelint alij: dico, ꝙ mobile infinitũ moueri est impossibile: & ideo sequitur utrunq;. s. moueri, & non moueri. Itẽ moueri tpe finito, & moueri subito, quod facile patet. ubi enim ponitur unum mobile infinitum: illud quocunq; mõ mouetur, in spatio infinito. oportet moueri, & sic mouetur infinito tpe. Ex alio, quia ex ijs factum est quæ mouebant tpe finito: sequitur ipsum moueri etiam tempore finito, & quoniam in infinito quanto est uirtus infinita in uigore: igitur mouebit se in non tempore, & omnia hæc sunt: quia impossibili posito sequitur quodlibet hoc est ipsum. & qcqd sequitur ad ipsum, & contradictorium. & qcqd sequitur ad contradictorium. Hæc de ista demonstratione.

B Sc̃d arõ.

Tertia.

Quarta.

Cõfutatio Ioan.

ꝑpria põ.

Prima sup põ.

Secunda.

C

Responsio ꝑpria

Sol. scḋæ

Sol. tertiæ.

Sol. quartę D

Sol. scḋæ dubĩonis.

Dilucida. tex. c. 10.

Quoniam autem motus tres sunt, & qui secundum locum: & qui secundum qualitatem, & qui secundum quantitatem: necesse est etiam mobilia tria esse. qui quidem igitur secundum locum est: latio dicitur. qui uero secundum qualitatem: alteratio. qui secundum quantitatem auctio & imminutio est. Primum quidem igitur de latione trãsigamus. Nam ipsa est mutationum prima. E

ANTI. Quoniam autem tres sunt motus, quiq; secundum locum & secundum qualitatem & secundum quantitatem: necesse est & ea quæ mouẽtur tria esse. qui quidem igitur est secundum locum: loci mutatio. qui uerò secundum qualitatem, alteratio. qui autem secundum qualitatem, augumentum & decrementum. primum quidem igitur de loci mutatione dicamus. hæc enim prima motuum est. F

Expositio. Proposuit Aris. examinare ꝓblema uidelicet utrum mouens & motum debent esse simul secundum sensum expositum: uolens exequi de ipso primo pręponit distinctionẽ. secundo eligit ordinem. Diuisio hæc est: ꝙ motus sunt tres & qui secundum locum. & qui secundum qualitatem, & qui secundum q̃titatem. propterea tria oportet eẽ mobilia: quæ his motibus mouentur. Exponit autem hos ꝑ nominum distributionem, & uult motum qui secundum locum nuncupari lationem. qui uerò secundum qualitatem nuncupari alterationem. qui secundum q̃titatem auctionẽ & imminutionem. Ordo autem hic sit. ut primo q̃õ mouens & motum in latione sint simul tractemus: oportet. nam latio est prima mutationũ ut dicetur in octauo. Hæc est diuisio. hæc est illorum nuncupatio. & hic ordo. Sed dices. unũ est mobile quod omnibus his tribus motibus põt moueri ut Socra. quidem qualitate alteratur: quantitate crescit: pedibus fertur. non igitur tria mobilia ꝑpter tres motus. Dici põt quòd oportet esse tria secundum definitionem, non autem secundum numerum siue subiectum, ut quinto huius dictum est.

Dubitatio

Solutio

G Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem.

Omne itaq; quod fertur aut ipsum à semet mouetur: aut ab alio. si quidem à seipso: patet itaque cum in ipso sit id quod mouet: simul esse, & id qđ mouet: & id quod mouetur: nihilque inter ipsa medium esse.

ANTI. Omne igitur quod fertur aut certe ipsum à se ipso mouetur aut ab altero. siquidem igitur à se ipso: manifestum est: quòd in se ipso mouente existentis: simul mouens, & quod mouetur erit, & nullum ipsorum medium.

Expositio. Aliqd moueri a seipso ꝑriopõt dupł̃r intelligi. Vide Scḋ. dif. 2. scḋi. q. 10. H

Proposuit intentionem. nunc uult exequi, & ꝓcedit sic. primò faciens syllogismum principalem: secundò subsyllogismus. primus est. omne quod a seipso mouetur simul est cum suo motore, omne quod ab alio mouetur, simul est cum suo motore. sed omne quod mouetur aut à seipso, aut ab alio mouetur. igitur omne quod mouetur simul est cũ suo motore. primo tangit minorẽ dicens. Omne itaq; qđ fertur, aut ipsum à semet mouetur: aut ab alio. Hæc est minor. deinde tangit maiorem dicens. Si quidem à seipso mouetur: patet itaq; (cum in ipso sit id quod mouet) simul esse & id quod mouet, & id quod mouetur, nihilq; inter ipsa medium esse. prætermisit aliam maioris partem, quia per sequentia declarabit.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem.

Sin ab alio mouetur: quadrifariam mouebitur. motus enim qui ab alio ꝑficiscũtur, quatuor sunt: pulsus: tractio: uectio: uolutio. cæteros nanq; omnes in hos redigere contingit:

ANTI. Quod autem ab alio mouetur quadrifariam mouetur. q enim ab altero motus sunt, quatuor sunt: pulsio, tractio, uectio, uertigo, etenim alios omnes in hos reduci contigit.

Δίνησις uertigo uolutio.

I Expositio. Quòd uero omne quod alio mouetur, simul sit cum suo motore syllogizat sic. omne quod pellitur, aut trahit, aut uehitur, aut uoluitur, simul est cum suo motore. omne qd' ab altero mouetur, pellitur, aut trahitur, aut uehitur, aut uo luitur. igitur omne quod ab alio mouetur, simul est cum suo motore. de ratiõe tangit solam minorem, maiorem ue rò inductione probabit in sequentibus.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Pulsionis igitur alia est impulsio: alia expulsio. impulsio quidem ea est, cum id quod mouet non deserit id quod mouet. expulsio uero: cũ deserit.

ANTI. Pulsionis quidem igitur, alia quidem impulsio, alia autem expulsio est. impulsio quidem igitur est, quando mouens ei quod mouetur nõ deficit. expulsio autem cum expellens deficit.

Expositio. Per ordinem quatuor illos motus declarat, & primo pul sionem ipsam, quam in duas ulterius diuidit, quatenus ip sum pellens, aut simul fertur cum re mota à principio in fi K nem usque: ueluti dum exhalatio mouet lapidem è bombar da ipsa. itemq; & lapis in egis flumine motus est a uento. exhalatio enim simul cum lapide ipso fertur. Aut ipsum pellens deserit ipsum motum, ut in proiectis fit. Hæc de pulsione.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Vectio uero in tribus erit motibus. nõ enim per se: sed per accidens mouetur: quod uehitur. ex eo nanque mouetur: quia est in eo: aut super id quod mouetur, ad id quod uehit: aut pellitur, aut trahitur, aut uoluitur. perspicuum itaque uectionem ip sam tribus in motibus esse.

ANTI. Vectio autem in tribus erit motibus. hoc enim quod uehitur, non per se mouetur, sed per acci dens. hoc enim in eo quod mouetur, est: aut supra motum mouetur. uehens autem mouet aut pul sum aut tractum, aut uertigine ductum. manife stum igitur quoniã uectio, in tribus erit motibus.

δινούμενος, uolu tum.

L Expositio. An sp ue hẽs & por tãs mouea tur pulsu, aut tractũ aut uertigi ne ductũ. Vide Egi. t. 9. huius. Pro declaratione uectionis supponit duo. primum quod id quod uehit altero trium modorum mouetur. ut aut quia pelli tur, quo sagitta uehens pennam pellitur. aut quia trahitur: qua rõne carrus sine rotis uehens messes trahitur a bobus. aut quia uoluitur, quo in mõ dolium uehens uin um uoluit. omne uehens igitur mouetur uiolenter ab extrinseco, aut pulsione, aut tractu, aut uolutione. & hoc est primum. secũ dum est quod uectum mouetur motu uehentis: declarat quia uectum mouetur per accidens: ut penna ad motũ sagittæ. Messes ad motum curri. uinum ad motum dolij. Ex ijs in prima figura concluditur uectum altero trium modorum moueri. Sed dices. cum uectio sit altero trium modorum, cur enumerauit hanc speciem inter species motus uiolenti. ui detur enim quod non ponat in numero. Dici potest quod ponit in numero, pro quanto est per accidens ab aliquo illorum & hoc Aris. sufficit.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Tractio uero est: cum motus trahentis aut ad se: aut ad aliud, uelocior eius est motu: quod trahit: modo non seiungatur ab eodem. etenim & ad se M ipsum est tractio: & ad aliud.

ANTI. Tractio autem est, aut animi ad ipsum, uel ad la terum uelocior sit motus trahentis nõ seperatus ab eo quod trahitur, & nanque ad ipsum est tractio: & ad alterum.

Expositio. An in attra ctione mo t trahentis sit uelocior mãli motu attracti. Vide Gfa deũ Escul. lect. 3. h°. Tria requiruntur ad tractionem. Primum ut trahens nõ deserat rem tractam, & per hoc differt ab expulsione. Se cundo uelocior sit eius motus quam motus tracti, & per hoc differt a uectione. Tertio. ut trahat uersus se ita ut uidetur esse ceu terminus ad quem motus. qua rõne differt a pul sione secundum omnem speciem & a uectiõe. Sed dices cum trahens sit ueluti terminus ad quem tractionis, uide tur quod non possit trahere, nisi ad se. Amplius cum nunquam separetur à re tracta: uidetur etiam non ad aliud trahere. Dici potest quòd trahens dicitur trahere ad se semper: sed N hoc est bifariam uel ad se propter se & suum finem: quo modo Aristo. uocat trahens ad se. qua ratione Socra. tra hit rhetia ad se, aut ad se propter socium uel sibi coniun ctum, quomodo trahit nauem ad portum. & hoc uocat ad aliud Aristoteles.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Cæteræ uerò tractiones quæ etiam specie iis eæ dem sunt, in has recidunt: ut inspiratio & expira tio, & sputatio, & eæ quibus aut emittuntur cor pora, aut accipiuntur. insuper & dilaceratio atque ra diatio: quarum aliæ sunt congregationes: aliæ se gregationes. omnis igitur motus secundum locum est & cõgregatio & segregatio.

ANTI. Et reliqui tractus, iidem specie, in hos reducun tur, ut inspiratio, & exspiratio, & sputio, & qui cunque corporum aut emissiui aut receptiui sunt: & dilaceratio autem & radiatio, aliud quidem ip O sorum congregatio aliud uero disgregatio. & om nis igitur motus qui est secundum locum: cõgre gatio, & disgregatio est.

Expositio. Docet nunc cæteras ad dictas species reducere & inquit. cæteræ uero tractiones, quæ etiam spẽ ijs eædem sunt: in has recidunt. ut inspiratio, quæ est aeris attractio refrigerã di causa facta. & expiratio, quæ est expulsio aeris attracti. & sputatio, quæ græce est ptysis. hæc autem est expulsio quædam humoris fluidi. & eæ quibus aut emittuntur cor pora ut proiectiones, aut accipiuntur ut tractiones. insuper & dilaceratio, quæ fit cum ense quæ græce est spathisis. Hæc autem in expulsionem reducitur. & radiatio, quę græ ce est cercisis, quæ est textoris attractio facta ab eo ab in strumento illo quod latine radius dicitur. hæc autẽ in spe ciem attractionis recidit. quarum omnium, aut sunt cõgre gationes quæ pertinent ad attractiõem, aut segregationes quæ pertinent ad pulsionem. ideo concludit quod omnis mo tus localis ab extriseco est, aut aggregatio, aut segregatio, cum omne aut moueat ad se, aut moueat ad aliud. igitur P omnes species reducuntur ad pulsionem uel tractionem.

Dubitatio Dubitares, quia Aris. uocat omnia hæc tractiones: cum dicat. Cæteræ uerò tractiones. ac si residuæ dicendæ sint Solutio omnes tractiones. Dici põt quod litera est legenda sic. Cæ teræ uerò tractiones: quæ sunt uerè tractiones, aut ijs si miles reducuntur in dictas species: uel dic aliter, quia in idem uenis.

Dilucida. tex. cõmẽ. eiusdem. Volutio uerò ex tractione pulsioneq; cõstat. mo uens enim partim pellit, partim trahit.

ANTI. Vertigo autem componitur, ex tractione & pul sione. hoc quidem enim pellit mouens, illud ue rò trahit.

Expositio. Q Vltimo uolutionem, quæ græce est dinesis latine uersio qua rotæ uoluũtur, describit, & uult ipsam cõstare tractiõ ne, quatenus partes inferiores trahuntur sursum. pulsione, quatenus tractæ pelluntur deorsum, ut sensu patet.

Dilucida. tex cõmẽ. eiusdem. Perspicuum igitur est, si pellens ac trahens est cũ eo quod pellitur atque trahitur: nihil esse inter mo uens & motum. Sed hoc ex dictis patet. nam pul sio quidem est: aut a se, aut ab alio in aliud motus: tractio autem ex alio uel ad se uel ad aliud. rursus compulsio atque depulsio.

ANTI. Manifestum igitur quòd siquidem simul pellẽs & trahens cum eo quod pellitur & animi eo qd' trahitur est: nullum medium mouentis, & eius quod mouetur est. hoc autem manifestum est ex dictis. pulsio enim aut a se ipsa aut ab alio ad aliud motus est. tractio autem ab alio ad ipsam, uel ad aliud, amplius compulsio & depulsio.

Expositio. His examinatis syllogizat sic hypothetice. si pellens ac trahens est cum eo quod pellitur atque trahitur, nihil est in ter mouens,

A ter mouens & motum. Immo sunt simul. ponit antecedens dicens. Sed hoc ex dictis patet: nam pulsio (ut definiuimus) est aut a se, aut ab alio in aliud motus. A se quidē cū aliquis è turri se eijcit. ab alio uerò cū proijcit ab alio ut sagitta. Tractio aūt ex alio uel ad se uel ad aliud motus est. In expulsiōe quidem patet mouens & motū esse simul in principio. In tractione uerò in principio & fine. rursus idem probat per alios motus in hos reductos qui dicunt compulsio & depulsio. In prima enim motor & motum sunt simul per totum. In secunda in principio. quæ ratio docet antecedens esse bene positum. Sed dices. ex ijs non sequitur uniuersaliter omnem motum ab extrinseco habere motum & motorem simul. Dici pōt ꝙ Aristo. reduxit omnes illos quatuor in duos, & ita nunc probauit de his duobus, ut habeat uniuersaliter idem in omnibus.

Dubitatio

Solutio

Dilucida. tex cōmē. eiusdem.

Proiectio uerò est cum motus uelocior naturali motu corporis eius quod fertur, pulsione uehementiore facta. qđ quidem eo usq; fertur quousq; motus is uehementior est illo motu. patet igiť cur B simul sint id quod mouet & id quod mouetur. & nihil inter ipsa medium sit.

ANTI. Proiectio autem quando uelotior motus fit, eo qui secundum naturam lati est, fortiori facta impulsione, & usq; ad hoc facta, accidit ferri quousq; utiq; fortior sit motus eius quod fertur. manifestum enim quoniam quod mouetur & moués simul, & nullum ipsorum est medium.

Expositio. Definit proiectionem, quæ est una pulsionis species: quę dicta est expulsio. ubi debes scire, proiectum ferri in aere uel aqua, tandiu quandiu aqua uel aer cum proiecto mouetur celerius ꝙ̃ aptus sit moueri ipse aer uel aqua. Ex hoc habere uult motorem esse simul cum moto, ut aerem & aquam simul cum proiecto esse dicimus simul, aqua uerò & aer simul sunt uel fuere cum eo qui proiecit. ex ijs patet mouens & motum simul esse. Et syllogismus totius literæ C est ut format Auer. inter expellens & expulsum: attrahēs & attractum nullum est medium. omnis motor in loco ē expellens, aut attrahens. igitur inter motorem & motum nullum est medium. Hæc ex textu colliguntur.

Cōmē. 10. Intendit. Istud commentum licet pro maiori sui parte ꝓpter malas translationes sit inutile ad textus expositionē: tamen quia continet nonnullas utilitates, uolo illas colligere. Circa principium igitur commenti declarat tria. Primū est necessitas intentionis in generali. Secundum est necessitas intentionis in speciali. Tertium est excusatio Arist. Intentio igitur partis est probare inter motorem & motum nullum esse medium. causa intentiōis est. Primo, quia hoc est plurimum fundamentū & necessarium multis in scientia naturali. ut ad tractatum de agere & pati, & ad tractatum de contactu. ut patet in libro de generatione. Ad tractatum de cālitate cœli erga nos, ut patet secundo cœli. Secundo, quia est necessarium in dicta demonstratione. nam impossibile est intelligere ex illis magnitudinibus fieri unam magnitudinem infinitam secundum contactum: D nisi concedatur inter motorem & motum nihil esse mediū. intentio in speciali est narrare species motus omnes, huius causa est, quia intendit uerificare conclusionē in omnibus, ideo distinguit motus species. Excusatio Arist. uerò est: ꝙ ipse omisit, generationem & corruptionem, quoniam in ea motorem & motum esse simul est manifestum per se. in alteratione & motu locali non est ita, ut de proiectis, & motu ferri ad magnetem potest instari. Aut forte præterijt generationem, quoniam generatio est finis alteratiōis, mō ea quæ de alteratione dicuntur, & de fine dici uidenť. Hæc sunt utilitates in principio commenti, ut patet. deinceps multa interponit pro declaratione textus, quæ partim ꝗa infructuosa, partim quia ex declaratione nostra circa textū patent, omitto.

An in oī motu mo. uēs & motum sint simul. Vide Bur. hic & Alb. de sa. xo q. 2. h°

Ad hoc autem quod quæritur. Hæc est digressiuncula q. dam, ubi mouet quæstionem contra Arist. quoniam Arist. E dixit. attrahens esse simul cum attracto, contra pōt obijci. Primo quia ambra attrahit paleam, & non mouetur cum palea. Secundo. magnes attrahit ferrum, & non mouetur cum ferro. Tertio. membra attrahunt nutrimentū, & non mouentur cum nutrimento. Respondet ꝙ duplex est attractio, una propriè: alia æquiuocè. attractio propria est quando attrahens mouetur cum attracto, & ueloriori motu ꝙ̃ moueri sit aptum ipsum attractum, donec attractum quiescat. & hæc attractionis species inuenitur in uirtutibus uoluntarijs animatis, ut coxa attrahit tibiam sursum: non coxam. & id genus, pluribus etiam uirtutibus naturalibus, ut uenter nonnunꝗ̃ aquam attrahit, & simul cum ea mouetur. signum autem, ꝙ natura dedit membris attrahentibus fila & uillos, quibus attrahere possint: & esse cum re attracta. hæc est una attractionis species, & propriè dicta. Alia est attractio in qua attrahens non mouetur cum attracto: sed quiescit attractum ad se attrahens ueluti lapis attrahitur deorsum, ignis sursum, ferrum ad magnetem, & F nutrimentum ad ferrum. membrum ut sanguis ad superiora animalis, & alimonia ad inferiora. plantarum. Et hæc dicitur attractio æquiuocè, & non propria.

Sed est differentia. Quia dixerat ignem attrahi sursum lapidem deorsum, sanguinem & nutrimentum ad membra, declarat differentiam, quoniam ignis & lapis & uniuersaliter omnia quæ mouentur ad locum, mouentur in locum non alterata a loco. nihil enim locus præbet ei quod mouetur ad ipsum, ut illo moueatur ad ipsum. At nutrimentum & ferrum non mouentur, nisi hoc à magnete, illud à membris sit alteratum. huius ponit tria signa. unum est ꝙ hæc non mouentur ad illa ad quancunq; distantiam. non enim ferrum mouetur ad magnetem in quocunq; loco distanti sit, eo quia non in quocunq; loco sufficit ferrum alterare. Secundum signum est, quia si magnes aleo fricetur ꝑdit uirtutem alteratiuam. igitur est signum ferrum moueri, ut alteratum. Tertio ambra non attrahit paleam nisi calefiat ipsa: quæ calefacta attrahit. per omnia hæc dat intelligere Auer. ꝙ ferrum & nutrimentum non mouentur ad G sua attrahentia, ut ad locum, quia tunc mouerētur ubicūq; illa essent. Similiter in quacūq; dispositione, quia tunc mouerentur siue magnes fricetur, siue non fricetur aleo. Ex ijs uult habere hęc moueri ad illa ut ad suas perfectiones, nō motu attractionis. & hoc concludit ꝙ si iste modus motionis dicatur attractio, non erat intellectus ab Arist. quoniā Aristo. loquitur in motu uiolento, hic motus est naturalis, cum sit a principio intrinseco, ut a uirtute impressa. Hæc Auer. in defensione Arist. Qꝛ̃ꝙ̃ multa dicant iuniores de moto & motore localibus utrum sint simul, uel ne: tamen de motu ferri ad magnetem multa solebam ambigere. An uidelicet ferrum moueatur per se localiter ad magnetem: an per accidens. Iuniores tenent ꝙ ferrum per se mouet ad magnetem motu alterationis ut perficiatur ab illo. per accidens autem mouetur motu locali, & ita motus ferri ꝑ se est alteratiuus. per accidens uerò localis: quatenus alteratio illa ad finem non uenit. nisi ferrum tangatur a magne H te, & ita per accidens mouetur localiter. Alij uolunt ꝙ motus ferri ad magnetem per se competat ferro: sed per accidens sursum aut deorsum fertur. Blacterones aiunt ferrum per se moueri localiter ad magnetem, & diuersis motibus per se, propter diuersos aspectus: quos magnes habet cum ferro. harum positionū ultima est penitus derisibilis, quoniam si ferrum per se localiter mouetur ad magnetem, tunc ubi esset magnes: moueretur ad ipsam, & in quacunq; quātitate, & quōcunq;. Quòd si mouetur ut alteratum, tunc non per se: sed per additum deforis. Secunda etiam est penitus falsa, quia non est intelligibile esse motum localē per se ad aliquid: & non esse per se sursum neq; deorsum. Teneo igitur primam positionem ꝙ motus ferri ad magnetem per se est alteratio quædam intentionalis, quæ nō perficitur: nisi ueniat ferrum ad magnetem. sed quoniam accidens ipsum distare ab magnete: ideo per accidens mo

I uetur in loco. Et si dicas q Auer. comparat motum ferri ad ipsum magnetem motui lapidis deorsum, & ignis sursum. igitur ut illi sunt locales per se: ita iste. Solutio patet, quia statim subscribit differentiam, & declarat motum ferri eē per se alteratiuum, per accidens localem, at motum leuiū sursum, aut grauium deorsum, esse per se localem. Hæc ui dentur mihi nunc probabilia, si aliter alias occurret, aliter dicam.

Dilucida. tex.cō.11.

At uerò nec inter alterans & alteratum medium cadit. Hoc uerò inductione perspicuum est. omnibus enim accidit ultimum alterans & primum alteratum simul esse. quale nanq; eo alteratur, quia sensile est. Sensilia uerò sunt ea: quibus inter se corpora differunt. ut grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, silētium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitudo, raritudo, media quoq; horum. Similiter & cætera quæ sensui K subiiciuntur: quorum sunt & caliditas, & frigiditas, & leuitas, & asperitas. hæc enim affectiōes sunt eorum: quæ qualitati subiiciuntur. Et iis inter se sensilia corpora differunt: aut magis & minus per horum aliquid, & in patiendo aliquid. nam calefiunt, aut frigefiunt, aut dulcescunt, aut amara fiūt, aut aliquo alio id genus afficiūtur, similiter & animata corpora, & inanimata: & animatorum partes quæcunq; inanimæ sunt.

ANTI. At uero nec alterati & nec alterantis est aliquid medium. hoc autem ex inductione manifestum, in omnibus enim accidit simul esse alterans ultimum & primum quod alteratur, quale enim alteratur in eo qui sensibile est. sensibilia sunt quibus differunt corpora ad inuicem: ut grauitas, leuitas, L duricies, mollities, sonus, non sonus, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, dēsitas, raritas: & horum media, similiter autem & alia, quæ sub sensibus sunt: quorum est, calor, & frigus, & leuitas, & asperitas, hæc enim sunt subiectis qualitatis passiones: his enim differunt sensibilia corporum aut secundum aliquid horum maius & minus, & in patiendo aliud eorum, calefacta enim aut frigefacta, aut dulcefacta, aut amaricata, aut secundum aliud aliquod prædictorum similiter & animata corporū, & inanimata & animatorum quæcūq; partium inanimata sunt.

Expositio.

Hæc quæ nunc dicit de motu alterationis sunt. probat igitur per inductionem in omni alteratione alterans & alteratum esse simul, & hoc proponit. d. At uerò nec inter alterans & alteratum medium cadit, hoc uerò inductione p M spicuum est. omnibus enim accidit ultimum siue proximū alterans & primum alteratum esse simul, & notāter de p ximo alterante, & primo alterato loquitur, quia de aliis nō habet locum quod ait. potest enim esse alterans remotum non simul cum alterato siue primo, siue ultimo. pro inductione perficienda sumit duo. Primum q quale non alteretur nisi ut sensile. hoc est corpora physica non alterantur: nisi ut sensilia, hoc est nisi actiua & passiua, & nisi affecta sensilibus qualitatibus. Secunda est quot sint qualitates sensiles. quibus enumeratis quasi describens eas, inquit. Hæc enim affectiones sunt eorum: quæ qualitati subiiciū. tur: hoc est corporum actiuorum & passiuorum. & sunt eę qualitates quibus sensilia corpora differunt aut simpliciter, aut differunt magis & minus per horum aliquid: non simpliciter, sed in patiendo aliquid q. d. qualitates sensiles sunt eæ quibus corpora sensilia differunt, aut simpliciter, aut ut actiua & passiua per magis uel minus. & hoc notat Aristo. non uoluisse per has qualitates corpora naturalia

An alterās sit sīl cum alterato. Vide Iād. q.5. huius.

simpliciter differre, sed quatenus agunt & patiuntur. nam N subaudi per horum aliquid calefiunt, aut frigefiunt, aut dulcescunt, aut amara fiunt, aut aliquo alio id genus afficiunt. similiter siue sint animata corpora, siue inanimata, & animatorum partes quæcunq; inanimæ sunt. Sed ex iis suppositionibus non habetur ratio, potest tamen haberi. Aris. enim omnia hæc supposuit, ut haberemus omnia alterabilia esse actiua & passiua, ex hac potest ratio formari. patiēs & agens sunt simul. alterans est agens, patiens est alteratū. igitur alterans & alteratum sunt simul. maior inducitur: in omnibus patiens albedinem est simul cum albante: patiens dulcedinem est simul cum agente dulcedinem, & in omnibus similiter. & ita maior patet p inductionem. Sed dubitatur, quia dealbans non differt ab agente per primā qualitatem, uel sic quid est dealbans? Optime suppleuit Auer. uolens q eiusmodi secundæ qualitates fiunt ex primarum mixtura, quare illud erit dealbans, quod agit mixturam è qua proficiscitur albedo. Similiter illud erit denigrans, quod agit mixturam ex qua resultat nigredo. Tunc potest argui omne agens & patiens secundum primas qualitates sunt simul. Sed omne agens & patiens siue per primas siue per cæteras scundas qualitates, agunt & patiuntur per primas ut declarauit Auerroes. igitur uniuersaliter in omnibus sunt simul. sic igitur est Aristotelis ratio supplenda.

Sylls.

Ad illud q mouet motu alterationis sit in loco Vide Sco. dis.11. quarti. q. 3. uersus finem.

O An oē alterans sit sīl cū alterato Vide Burl.t.13. huius.

Dilucida. tex.cō.13.

Sensus uerò ipsi alterantur etiam. patiunt enim: nam ipsorum actio motus est per corpus sensu ipso aliquid patiente. quibus igitur inanimantia alterantur: uniuersis iis animantia etiam alterabūtur: quibus autem animantia alterantur, iis non alterātur inanimantia. per sensus enim non alterantur: neque sentiunt inanimata cum alterantur: nihil tamen prohibet ut & animantia non sentiant cum alterantur, quando non per sensus ipsis alteratio contigerit.

ANTI. P Et ipsi autem sensus alterātur, patiuntur enim. actus enim ipsorum motus est per corpus, patiēte aliquid sensu, secundum quæcūq; quidem igitur alterantur inanimata & animata, secundum omnia hæc alterantur, secundum quæcunq; autē alterantur animata, secundum hæc non alterant.

Expositio.

Quod alterans & alteratum in alteratione intentionali sint simul, nunc declarat, & primo supponit duo, quorum secūdum sequitur ex primo. Primum est, q sensatio sit alteratio quædam. hoc probat: quia est passio, & q sit passio, probat, quia actio sensilium in sensus est motus per corpus medium sensu ipso aliquid patiente. igitur sensatio est passio. Ex hoc infert secundum, uidelicet q a quibus alterantur inanimantia: iis ab omnibus alterantur aīantia. Contrà autem non oportet. nam inanimantia alterari non possunt per sensus, cum sint in anima. Quòd uerò animātia alterentur ab omnibus iis: è quibus alterantur inanimantia: declarat: quia nihil prohibet animatum alterari non sentiendo alterationem ut si fiat albus dormiens. Animata igitur alterantur omnibus ab iis, è quibus inanima alterantur: quoniam inanima alterantur per corpus: aīantia etiam corpus habent. Contra autem non oportet, quoniam animantia alterantur per sensus, & per corpus. inanima autem non nisi per corpus. hæc autem secunda suppositio sequitur ad primam. nam si datur alteratio quædā per sensus: sequitur animātia pluribus modis alterari posse, q inanimantia, ut ex iis modo patet. Q

Si igitur sensilia passiones sint, per hæc autem alteratio fiat: perspicuum simul esse patiens ipsum atq; passionē. nihilq; inter ipsa medium esse.

His suppositis arguit enthymematice sumens duo pro antecedente, & intentum pro consequente. & inquit. Si igitur sensilia passiones sint. hoc est primum. per hæc autem

alteratio

A alteratio fiat: hoc est secundum: quod fuit prima suppositio, perspicuum simul esse patiens ipsum atq; passionem: nihilq; inter ipsa medium esse.

Loci autem mutatio sic quidem non erit infinita, nõ. n. omnis in cõtrarijs, sed quoniam hoc impossibile diuisum esse sic, eo ꝙ nõ contigit diuisum esse. multipliciter. n. dicitur impossibile, qđ non contigit sic impossibile diuidi, neq; oĩo impossibile factũ esse fieri, neq; mutari impoſe contigeret utiq; mutari in quod impossibile est mutari.

Si agitur quod fertur mutatur in aliqd, & possibile erit mutari. Quare non infinitus motus, neq; fertur in infinitum impossibile est pertransire ipsum, qđ quidem igiẽ sic nõ sit infinita mutatio ut neq; finiaẽ terminis manifestũ.

Sed si sic contigit, ut tpe sit finitus, eundẽ existentem & unum considerandum est: non uno quidem enim facto nihil fortassis prohibet, ut si post loci mutationem, alteratio fit, & post alterationem augmentum, & iter; gene

B ratio. sic enim semper quidem erit tpe motus, sed non unus, pp id ꝙ non est unus ex omnibus. ut aũt fiat unus, non contigit infinitum esse tempore, præter unum: hic autem unus est circulatio.

Nam huic quidem aer continuus est. Aeri uerò attiguum est corpus, & superficies quidem lumini, uisui uerò lumen attiguum erit. Similiter & auditus & odoratus: ei qui primo ipsos mouet: coniunguntur: eodem autem modo, & sapor, & gustus simul sunt.

Expositio. Nunc probat consequentiam per inductionem, & inqt. Nam huic quidem aer continuum est: utpote oculo. Aeri uerò attiguum est corpus uisile, qđ declarat dicens. nam & superficies quidem uisilis corporis lumini hoc est illuminato aeri contigua est. uisui uerò lumen siue illuminatus aer attiguũ erit. Siſr & auditus & odoratus, ei qui primo ipos mouet: cõiunguntur. ut aeri sonoro, & aeri odoriero. eodẽ

C autẽ modo & sapor & gustus simul sunt: per mediũ intrinsecum. Prætermisit tactũ, quia quasi tactus alteraẽ ad modum eorum quę alteratione reali alteranẽ. Debes scire ꝙ sylls Aristo. põt esse iste. sentiens & sensile sunt simul. alterans & alteratũ intentionaſr sunt sentiens & sensile. igitur sunt siſ. & ita in alteratione intẽtionali patet mouẽs & motum simul esse. Multa alia accepit Aris. nõ utilia quidẽ ad

Quæstio vide Iãd. 5 huius. & Alexã. sylſm: sed ad syllogisticam rõnem, pro q̃to aliqua faciunt ad terminos, aliqua ad cauillos, ut cõsideranti patet. Quęrunt hic primo utrũ alterans & alteratum sint simul: prætermissis rõnibus. Alexander aphrodisius defendit alterãs non semper esse simul cum alterato, nisi qñ alterans alteraret in mouendo alterabile motu locali. Signum affert de stupore pisce: qui alterat & stupefacit manus piscatoris, q non stupefacit rhetia. Scđo idem declarat de sole: qui nos

Themi. ipsos calefacit: orbes uerò interpositos minime. Tertio de magnete, qui ferrum alterat, & non aerem. Them. in se

D cundo cœli uoluit. oẽ alterans per mediũ plus medium alterare, quod alteratũ alterat ultimum. ait tñ alterationẽ medij, & alterationẽ ultimi non sp esse eiusdem speciei. Nam sol alterat sphæras lumine: nos uerò calore. stupor alterat rhetia intentionaliter, manus reaſr. & de cæteris eodẽ mõ.

Auer. aũt. 2. cœli cõ. 42. parum addens uult Aris. propõnem esse uerã de alterante totali, & alterabili totali, & ꝙ debeant esse imediata hoc est nõ distantia per aliqđ mediũ. erit igiẽ sensus. alterãs totale & alterabile totale sũt siſ, hoc est inter quorum ultima nihil mediat. Tunc dicit non stuporem manus alterare: sed rhetia ipsa affecta a stupore manus stupefaciunt: ipsa autẽ non stupida sunt, quia non apta stupefieri: q̃q̃ affecta sint qualitate apta stupefacere materiam aptã stupefactioni. De sole ait, ipsum non alterare nos: sed totum cœlum esse alterãs, totũq; hunc modũ eẽ

Expositio. alteratum. mõ sufficit ꝙ cœlum tangat mundũ. De magnete siſi mõ ait ut de stupore. Hæc in secundo de cœlo. diligẽtius consideranda sunt. Quærunt consequẽter iuniores. utr; alterans aliqđ totale quod alterat ultimũ per mediũ: alteret ipsum ultimum. Rñdent ꝙ alterans primũ una cũ

E medio alterant ultimum alterabile. ut si magnes mediãte aere alterat ferrũ, magnes & ipse aer alterant: nonq; tñ aer ipse. hoc probat primo: qa si nõ: tunc absente magnete põt aer adhuc ferrũ alterare, quia poſe est imaginari medium remanere alteratum absente magnete. Secundo aliquis existens in aqua calefacta à sole magis alteratur ab aqua præsente sole: q̃; absente. igitur sol aliquid facit. Tertio pars directe aspecta à sole ẽt remotior fortius alteratur q̃ pars propinqua nõ aspecta. Ex ijs concludunt primũ alterans una cũ medio alterare ultimum alterabile. Sed hęc positio stare non põt: quia aut ex medio, & primo alterãte fit unũ alterans totale, uel remanent duo seorsum distincta. Si ex ijs fit unum: tunc non esse possibile dare alterans per mediũ. Immo oẽ alterans esset imediatum: qm̃ semper ex primo alterante & medio fiet unum alterans imediatũ.

Vide Bur. hic.

Cõfutatio

F Hoc autem est contra Aris. in litera, qui facit drĩam inter primũ alterans & mediũ, & uult ꝙ primũ alterat medium. mediũ uero ultimum. Si uero non fit unum: sed remanent duo, & ambo agunt in ultimũ: tunc cum primũ hẽat actionẽ per se aliã ab actione medij, ageret in distãs & nõ esset simul. Propterea teneo cum Arist. ꝙ primũ alterat mediũ: mediũ uerò ultimũ. non aũt ꝙ primũ & medium siſ alterẽt ultimum. Ad rõnes dico, ꝙ licet aer remaneat infectus & inficiat ferrũ, nõ tñ ferrũ mouetur, quia deest finis, grã cuius moueretur. Vel dici põt ꝙ non est imaginabile aerem remanere alteratũ: qm̃ illa alteratio dependet inesse, & in conseruatione a magnete. mõ effectus non põt esse uel intelligi esse sine cã à qua dependet in conseruatione. Ad scđm dico, ꝙ iõ aqua calefacit magis præsente sole, quia sol ẽt concurrit ut conseruans caliditatẽ illam, cuius signũ est, quia absente in paruo tpe frigescit aqua, qa tñ non est totale cõseruans: ideo põt per tps remanere saltem sub remissiori gradu. Ad tertium dici põt, ꝙ sol per radios calefacit concurrente reflexione, quia radij multiplicati recte reflectuntur perpendiculariter: ideo pars remotior quam sol recte aspicit propter reflexionem maiorem magis calefit: q̃ proxima soli, in qua non fit reflexio. Hæc dicerent philosophi.

ppriá sol.

G Tex c. 13.

Similiter autem in his quæ sunt animæ atq; sensus expertia & id quod augetur & id quod auget sese habent. auctio namq; ipsa quędam est additio: quare simul sunt & quod auget, & quod augetur & in diminutione similiter. nam diminutionis cã ablatio est quędam. perspicuum igitur inter id qđ est ultimum mouens, & id quod est primum motum, in motione ipsa nihil esse medium ẜm rationem eius medii, quod est mouentis & moti.

Expositio. Vltimo idem probat in auctione & diminutiõe & sylls est. inter id quod additur, & id cui additur nullum est medium. auctio est additio quędam. igiẽ inter auctũ & augẽs nullũ est medium. De diminutione syllogiçatur siſr, inter id qđ diminuitur & id ẽ quo fit diminutio nihil mediat.

H decrementũ est diminutio: igitur nihil mediat. demũ epilogat, & sermo patet. Dubitant recentiores, quia addens non est mouens siue id quod additur non est mouens, nec id cui fit additio est motũ. siſr de iminutione potest obijci. igiur rõ falsa. Rñdẽt ꝙ in auctione id qđ additur alteraẽ ab eo cui additur. Siſr in decremento id qđ demitur altera tur. Sed hæc rñsio est contra lrãm: nam Philosophus loqtur tam in auctiõe animatorum, q̃ inanimator;. Ait. n. siſr aũt in ijs quæ sunt animæ atq; sensus expertia, & id quod augetur, & id quod auget sese habent. Ecce quomodo generatim loquitur in omnibus: modo cõstat auctionem in rebus inanimis non fieri per alterationem. igitur rñsio illa non ualet. Amplius talis auctio nõ differt ab alteratione & ita nihil noui diceret. Melius igitur dicerem ꝙ Aris. donec rationem auctionis & diminutionis non definiuerit, loquitur ut plures, qui credunt additum esse mouens, & id cui additur esse motum, & hoc sufficit.

Dubitatio

Responsio

Cõfutatio

Solutio propria

I Text.14. **Cum autem alterabilia ipsa, & alterentur cuncta è sensilibus ipsis, & eorum solum sit alteratio, q̃ p se pati à talibus dicuntur: per hæc contéplabimur.**

Expositio. Proponit disputare de alterabilibus, quę uidelicet sunt q̃ p se alterātur, et à q̄bus alterari dñr, & rōne quorꝫ. Et licet istud ad propositū nō multum facere uī, nec ad dicenda, ꝑ tanto tñ ad propositum facere uī, pro q̃to Arist. supposuerat ꝙ alteratio oīs ꝭm sensilia fiat: nō tñ per quæ sensilia: nec quorꝫ sit, exposuit, & ita nūc ꝑponit duo de his dicere. & inqt. Cum aūt alterabilia ipsa & alterentur ipsa cuncta à sensilibus ipsis, & eorum solū sensiliū sit alteratio, & ꝑ ea solum, quæ p se pati à talibus dicūtur, de his duobus ꝑ hæc quæ dicemus, contemplabimur. Sunt igitur duo cōsideranda. Primū, ꝙ oē quod alteratur, alteratur ꝑꝑ qualitates sensiles. Secundū solū ea alterant quę agunt & patiūtur ab his sensilibus. Auer. in pręsenti cōmento declarat in quibus primo & in quibus scđo, & quibus est dubia alteratio. & uult ꝙ alteratio prīo & p se sit in sensilibus sensu tactus, q̄m hæc proprie sunt actiua & passiua. per se uero scđo est in sensilibus reliquorꝫ sensuū, ut duritie mollitie, odorabilibus, gustatilibus, uisilibus & id genus, & hoc mediātibus primis illis tactilibus. Sed ut dicit dubium est de sonis, quæ sensu auditus sentiunt. ea. n. rōne qua in illis est contrarietas ūt graue & acutum: uī alteratio possibilis ea ex parte, qua soni in aere recipiunt, ut nulla uī fieri eorꝫ alteratio. Propterea uult esse in illis alterationē æquiuoce dictam cum alteratione cæterorꝫ sensiliū. nā hæc sonorꝫ alteratio non fit ꝑ expulsionem contrarij circa idē subiectū, ita ut sonus grauis expellat acutū, aut cōtra acutus graue: nec fit per expulsionē factā in primis qualitatibus: sed tm̄ per motū aeris fractiuū: ideo æquiuoce fit.

Quæ auer. cōmē. 83. K

An i actione uidendi debeāt alterās & alteratū coniuncta esse absq; medio. Vide Gradeum; escu. lec. 4. huius.

Tex.15. **Potissimum nāq; quispiam inter alia & in figuris & formis & habitibus atq; aliis id genus deperditioné & acquisitioné alterationem esse putabit. uī enim esse in talibus alteratio: nō tñ est. Sed cum alterantur quædā: hæc fiunt, ut cum condensat, aut**

L **rarefit, aut calefit, aut frigesit materia ipsa.**

Expositio. Ante igit̄ q̃ ad rē ueniat, primo declaratur ab Aris. in quibus uidetur alteratio primo aspectu, & q̄uo ꝭm ueritatem non est. & inquit, ꝙ primo aspectu ea deperditio uel acq̄stio, qua qualitates de prima, & de quarta spē generis qualitatis acquirūtur, uī esse alteratio: ꝭm tñ ueritatē non est. Sed cū alterantur quædā hæc fiunt. hæc. n. acquiruntur ad acquisitionē & deperditionē alterius, ut raritudinis uel dēsitudis apđ Democriticos, aut caliditatis & frigiditatis secundum peripateticos. Sic igitur ea quæ primo aspectu uidentur alterationes & alterabilia, non secundū ueritatem sunt talia. Videntur aūt deperditiones & acquisitiones talium alterationes primo aspectu, q̄m abijciunt & addunt subiecto qualitates: non aūt sunt, q̄m non sunt primi alterationum termini: sed secūdarij ut dictum est in quinto huius.

Expositio iuniorum. Iuniores uolunt ꝙ Aris. uelit in textu, & in toto capitulo hanc conclusionē, tm̄ in qualitatibus tertiæ speciei est

M alteratio. Cuius apud ipsos, ꝑbatio est expositoria sic. in qualitatibus tertiæ spēi, est alteratio, & in nullis non qualitatibus tertiæ spēi est alteratio. igitur tm̄ in qualitatibus tertię spēi est alteratio. præiacentē aiunt Aristo. supponere tanq̃ per se notam. Scđa uero exponēs patet de qualitatibus secundæ spēi, cuiusmodi est naturalis potētia aut impotētia: restat sola declaratio de his q̃ sunt in prima spē, ut habitus, & in quarta ut forma siue figura. Hęc est illorꝫ ordinatio, q̃ licet a remotis literæ cōpetat: subtilis est, & curiosa.

Sed non est alteratio. nō enim statue formam nomine quidem eius dicimus: ex quo exoritur: nec id ēt ex quo ex pyramidis, aut lecticæ figurā, pyramidem, aut lecticam: sed denominātes, aliud ęneū, aliud cęreum, aliud ligneum appellamus. At id qđ alteratur dicimus. nam æs ipsum humidū, aut calidum, aut durū esse nuncupamus, & non mō sic: sed etiam ipsum humidū, atq; calidū esse dicimus, N **ęs affectionis noīe materiā nuncupantes. Cum igit̄ id quidem ex quo est forma atq; figura, & id quod est ortum noīe figurarū non dicantur, quæ ex illo sunt, id uero qđ alteratur noīe dicatur affectionū: patet alterationem esse in solis sensilibus.**

Nunc probat prædictam conclusionem per rōnē. primo sumptam a modo loquendi, & sic cōponi pōt. omne id ad qđ est alteratio denoīat subiectum, ea quæ sunt in quarta spē non pñt denominare subiectū. igitur ad illa non est alteratio. Circa hanc rōnem primo ponit minorē: cum illius declaratione: & inquit. non. n. statuę formam noīe quidem eius dicimus ex quo exoritur, hoc est de forma non prædicatur subiectū. hæc. n. est falsa. lectica est lignū. nec ēt econtra eius ex quo est pyramidis, aut lecticę figura, pyramidē aut lecticam dicimus. hæc. n. est falsa. lignum est lectica, aut pyramis. Sic igit̄ patet minor. deinde sumit q̄uo figura de subiecto prædicabitur, & inquit. Sed denoīantes aliud opus figurę æneum, aliud cereū, aliud ligneū appellamus. deinceps sumit maiorē. & inquit. At id qđ alteratur dicimus, hoc est subiectum in alteratione denoīamus à forma. nam æs ipsum humidū, aut calidum, aut durū esse nuncupamus. & nō mō sic, sed ēt econuerso dicimus humidum ipsum atq; calidum esse ęs affectionis nomine materiā nūcupantes, & affectionē noīe materiæ. Hæc est maior. Tūc epilogat rōnē, & inquit. Cum igitur id quidem ex quo est forma, qđ dicitur subiectū, & id quod est ortū ex illo subiecto, quod est figura, non dicant̄ uno figurarꝫ noīe, earum uidelicet quæ ex illo sunt, id uero quod alteratur noīe dicatur affectionum: patet alterationē esse in solis sensilibus de tertia spē qualitatis. Sed dubitant iuniores, quonā mō maior intelligitur de alterabili in abstracto, aut in concreto. si in abstracto: illa est falsa. nam hæc est falsa. lignum est caliditas. si in concreto, maior erit uera, sed minor falsa. nam ēt figura in concreto prædicat̄ de subiecto. hæc. n. est uera. lignū est lecticatū, & id genus. Quicquid uelint recētiores: debes scire ꝙ lectica, domus, & archa, & id genus oīa sunt cōcreta ex subiecto & forma: nam lectica est lignū & figura, & in cæteris sīr. Albedo uero nō concretū, cum sit sola forma: sed albū: quod est lignū & albedo, lecticatum uero & id genus sunt cōcreta remota, & non prima, uelut albatū, & id genus: erit igitur rō Aris. sic. omne alterabile denominat subiectum in concreto prima concretione. figura & uīr id qđ est in quarta spē q̄litatis nō denoīat subm in cōcreto prima cōcretione, q̄a hęc est falsa. lignū est lectica. igitur non sunt alterabilia, & cessant oīa obīa in hac re.

Expositio.

An rō hæc sit bōa qa sīr uī ꝙ hō non est albedo. Vide Gradeū escu. lec. 5. huius.

O

Dubitatio

P De pdicatiōe cōcreti et abstracti. Vide sco. d. 5. q. pria prima.

An ad qualitates de quarta spē sit alteratio. Vide Iand. q. 6. huius.

Tex.16. **Præterea & alio modo id absurdum est: dicere. n. hominem alterari: atq; domum ipsam: cum finem accipit: ridiculum est. Nam si perfectionē domus parietes & tegulam alterationem esse dixerimus: alterari dicemus cum parietibus domus clauditur, aut tegitur. patet igitur alterationem in iis nō esse, quæ generantur.**

Q Expositio. Secunda rō hic ponitur: sed primo eius uirtus tangitur, & inquit. Prętérea & alio mō id absurdū est: dicere. n. hoiem alterari atq; domū ipsam sīr alterari cum finem accipit, est ridiculū. Ex hoc intelligit hanc rōnem. nihil alteratur cū finem accipit. Sed qualitates de quarta spē non pñt induci nisi dum finem accipiunt. igitur nō sunt alterabiles. Cuius quidem rōnis solū accepit maiorem. ꝑbat maiorem: uidelicet ꝙ nihil cum finē accipit alteratur. & hanc ꝑbat in exēplo. & inqt. Nam si perfectionē domus parietes & tegulā esse dixerimus, quæ in fine sunt, alterari dicemus cum parietibus domus clauditur aut tegitur. Modo istud consequens est falsum ut tāq̃ impossile omittit. igitur & añs. & per cōsequēs res ipsa cum fine pficit, alterari nō debet, sed potius alterata esse. Auer. uerò format rōnem dupl̄r. Prima ratio est in alteratione manet idem subiectū actu a principio in finem: sed in acquisitione figuræ non manet idem subiectum

Quę auer. cōmen. 16.

A subiectum actu. igitur non est alteratio. Secundo format sic. si quod generatur alteratur: generatio erit in capitulo alterationis. modo destruit antecedens. nã quod generatur non alteratur, & ita generatio non erit alteratio. etsi obiicit contra, quia tunc argumentũ esset à destructione antecedentis. Respondet illud fieri posse in terminis conuertibilibus ut in fit in proposito. Hæ expositiones sunt ut mihi uĩ dubię. Primo, quia textui non conuenit. Secundo, quia minor primæ est falsa. subiectum enim est lignum ipsius lecticę. ipsius figuræ domus: lapides. modo hæc permanent semper à principio ad finem. Secunda uero est contra textum, quoniam nihil meminit Aristo. generationis, ut per nostras trãslationes patet: nisi extorquendo uerba. Propter hæc teneaẽ nostra expositio, quæ plus literæ consonat.

Cõfutatio Ana Aũ.

Tex. 17.

At qui neq; in habitibus alteratio est. habitus. n. uirtutes ac uitia sunt. uirtus uero & uitium ad aliquid sunt. quemadmodum sanitas quidem calidorum atq; frigidorũ cõmensuratio est quędã, aut eorum quę sunt intus, aut ad continens. Similiter & B pulchritudo, & robur ad aliquid sunt. sunt. n. dispositiones quędam eius quod prestantissimum est ad id quod est optimũ. Dico aũt præstantissimũ quod conseruat: ac circa ipsam naturam disponit. Cũ igiẽ uirtutes quidem ac uitia ex iis sint, quę sunt ad aliquid. hęc aũt nec generatiões sunt: nec ipsorum est generatio: neq; alteratio ulla prorsus: perspicuum circa habitus nullam penitus alterationem esse.

Expositio.

Nunc q nec ad corporis dispositiones: nec ad animi habitus sit alteratio: sic syllogiçat. ad relationes non est generatio uel alteratio: habitus animi, & corporis dispositiones sunt relationes. igitur ad habitus animi & ad corporis dispositiones non erit alteratio. maior patet. 5. huius. Minor prosyllogiçatur, uirtus & uitium sunt relationes. animi habitus & corporis dispositiones sunt uirtus, & uitium. igitur relationes: de ratione primo proponit prosyllm. & inquit.
C At qui neq; in habitibus alteratio est. hæc ẽ cõclusio principalis. deinde facit prosyllm. & inqt. habitus enim siue animi siue corporis uirtutes & uitia sunt. hæc est minor. uirtus uero & uitium ad aliquid sunt. hæc est maior: conclusio pro syllogismi erit q habitus animi & corporis sint relatiões. Quòd uerò uirtus & uitium sint relatiões probat exemplis dicens. quemadmodum sanitas quidem calidorum atque frigidorum commensuratio est quædam. dico calidorum & frigidorum aut eorum quæ sunt intus, qui humores dicuntur, aut eorum quæ sunt ad continens ipsum. Similiter & pulchritudo & robur ad aliquid sunt. sunt enim dispositiones eius quod præstantissimum est ad id quod est optimum. Dico autem præstantissimum quod conseruat. ac circa ipsam naturam disponit. Is probatis uniuersum syllogismum epilogat dicens. Cum igitur uirtutes quidem ac uitia ex ijs sint, quæ sunt ad aliquid. hæc autem nec generatiões
D sunt: nec ipsorum est generatio: neq; alteratio ulla prorsus: perspicuum circa habitus animi & corporis nullam penitus alterationem esse. Quantum uero ad uerba græca attinet: difficultas accidit quid Aristo. per continens intelligat Auer. per continens aerem ambientem respectu animaliũ, quæ uiuunt in aere, aut aquam respectu uiuentium in aqua intelligit. & tunc sensus est q sanitas est commensuratio quædam eorum calidorum & frigidorum, quæ sunt intra, & quæ sunt in ipso continente. Sed contra obijcit expositor, quia sanitas non attenditur comparatione ad aerem, sed potius econuerso dispositio ipsius aeris dicitur sana respectu corporis: ideo per continens intelligit corpus continens humores. Sed pace expositoris melius partem hanc intelligit Auerro. nam græce uerbum illud continẽs, quod est: periechon ubiq; Aristo. in quarto huius pro ambiente nos aere sumpsit. Expositionem hanc uerbum illud entos

Expõ uer. Cõm. Expõ Aũ.

Replica thomæ.

Defensio.

græce: latine intus confirmat. nam est sensus, quòd duplex E est sanitas, una quæ est contentorum intus calidorum & frigidorum, & hęc proprie est sanitas formaliter, qua animal dicitur formaliter sanum. Alia est eorum calidorum & frigidorum quæ sunt extra in ipso ambiente, & hac animal non dicitur sanum, sed aer dicitur sanus, quia efficit sanitatem. utraq; autem est relatio ut patet. & sic argumẽtum ex positoris nullum est. Verbum illud optimum quod græce est aniston Auer. exponit extrinsecũ illud, quod p excessum dicitur pulcherrimum, & sanum per excessum sanissimum. & tunc sensus est quod pulchrum per comparationem ad optimum hoc est pulcherrimnm, & sanum per cõparationem ad sanissimum. Sed hæc expositio (ut recte expositor inquit) stare non potest: nam Aristo. ubiq; aniston pro optimo fine sumit. modo pulchritudo quæ est sanitas in compositione, & robur quæ est sanitas in temperatione relationes sunt per habitudinem ad opera, qua ratione sana optima ad iustitiam ea uocat Gale. erit igitur sensus. sunt enim dispositiones quædam eius quod est præstantissimum hoc est temperamenti in complexione aut compositione ad id quod est optimum hoc est finem, & quia præstantissimum quod græce est Beltiston nonnunquam pro F optimo fine: nonnunquam pro optimo naturali, quod est ipsa bona aut compositio, aut temperatio, sumitur: ideo subdit. dico autem Beltiston siue præstantissimum non pro fine optimo, sed id quod conseruat hoc est optimam complexionem, quæ animal ipsum conseruat, & id quod disponit animal circa ipsam ipsius naturam. Hæc expositio est pulchra. Sed ambigunt iuniores quonam modo habitus animi & corporis: maxime habitus corporis sint ad aliquid cũ sint in genere qualitatis. Iuniores aiunt Aristo. per ad aliquid intelligere aggregata ex qualitate & relatione, ut longis uerbis demonstrant. ad tale enim aggregatum declarat Aristo. non esse motum: siue alterationem. Sed hęc positio friuola est, nisi aliter intelligatur, quia à pari possem probare q ad caliditatem non est motus: capiendo pro aggregato ex qualitate & similitudine unius calidi cum altero, & sic non magis id quod ait Aristo. esset uerum de qualitatibus primis, quã de qualitatibus tertiæ speciei. Expositor optime respondet. ubi debes scire q sanitas & generatim corporis habitus non fit nisi supposita relatione uti dispositione ad illius esse. nisi enim in calidis & frigidis præesset aliqua proportio: non posset sanitas euenire. igiẽ fundamentum harum est relatio: nec est inconueniens absoluta fundari in relatione ut in dispositiuo: dummodo pręsit aliquod absolutum. Vlterius debes scire q ad relationẽ non est motus: nec ad illud quod sequitur relationem per se. hæc patet, quia aliter esse posset fundamentum sine fun- H dato. tunc patet ratio Aristo. uult enim ea quæ sunt ad aliquid siue formaliter: siue fundamentaliter per alterationẽ non acquiri. Alii non imperiti aiunt habitus corporis & generatim dispositiones esse formaliter relationes, & sanitatem nihil aliud esse quã habitum corporis, sed de his hactenus. sat enim est hæc explicasse.

Quõ sanitas & pulchritudo & siĩia sunt ad aliquid. Vide gradeũ Escu. lec. 5. q. 4. huius.

Dubitatio

Rño iũiorę. Vide burl. hic.

G

Cõfutatio. Vid & gradeũ Escu. lec. 5. hui⁹

Rño expositoris & ppria. S. tho. hic.

An illa quę sunt in. 3. spẽ qlitatis sint ad aliquid. Et an ex cõmixtiõe qualitatũ primaũ resultet aliq qlitas ex ei. q dicaẽ sanitas uel imediatũ fundamẽtũ relationis. Vide bur. hic.

Neq; itaque circa uirtutes animi uitiaq; alteratio esse uidetur: uirtus nanq; perfectio quædam est. unumquodq; enim maxime tum est perfectum: cum propriam uirtutem obtinuit, & maxime secũdum naturam. ueluti circulus: tum maxime secundum naturam existit: cũ maxime circulus existit. uitium uero horum est corruptela atq; labes.

Expositio.

Hactenus q ad corporis dispositiones non sit alteratio: probatum est. Nunc uero q ad animi habitus non sit alteratio demonstrat. & primo quo ad eos qui ad appetitum attinent: cuiusmodi sunt uirtutes & uitia, quæ græce harete atq; caciæ dicuntur: est igitur conclusio, ad uirtutes atq; uitia non est alteratio. Ad hanc conclusionem probandam (ut expositor sentit) sumit q uirtus sit quædam perfectio

S. tho. hic.

I quã probat ratione & exemplo. ratione quidem primo, qa unumquodq; tũ maxime est perfectũ: cum propriã uirtutẽ obtinuit. donec enim deficit sibi propria uirtus: imperfectũ est, ut plãta q̃diu deficit sibi uirtus, quã possit sibi sim͂le generare: imperfecta est. & animal ẽt imperfectũ est, cum sibi deest uirtus generandi. igitur animus ẽt imperfectus erit: cum sibi deest uirtus, qua agere possit secundũ uirtutes hominis, quæ ratio docet uirtutem esse perfectionem quandã. Secundo idem probat ex eo, quia cũ unumquodq;: tum est maxime secũdum naturam: cũ obtinuit propriã uirtutem: est enim rei naturalis uirtus sua propria forma. Propterea tum res secundum sui naturam: cũ obtinuit suam propriã formã, quæ rei uirtus est atq; perfectio, quæ ratio docet uirtutem rei esse perfectionẽ. Exemplo uero idem testatur ex geometricis dicens ueluti circulus: tũ maxime secundũ naturã: cũ maxime circulus existit: hoc est cũ formã circuli cõsecutus est. Ex ijs omnibus patet illa propositio uidelicet q uirtus sit quædã perfectio. Sed quonam mõ sit syllogiçandũ Auer. sic cõplet rõnem: ad nullam perfectionẽ rei est alteratio. propositio declarata est q uirtus sit animi p̃fectio, ut rõnibus & exemplo patuit, igitur ad uirtutẽ non est alteratio. prosyllogiçat maiorem sic. ad nullum indiuisibile secundum magis & minus est alteratio. perfectio est indiuisibilis secundũ magis & minus. igitur ad perfectionem rei non est alteratio. minorẽ rursus prosyllogiçat sic. omnis finis est indiuisibilis secundũ magis & minus: perfectio est finis. igitur est indiuisibilis secundũ magis & minus. Minorẽ rursus p̃syllogiçat. simile perfectioni circuli est finis. perfectio est similis perfectiõi circuli. igitur perfectio est finis. Hæc omnia ex cõmenti processu colliguntur. Obijcit aũt contra hoc expositor, quia Arist. proponit uno medio probare ad uirtutes & uitia non esse alterationẽ. modo iste p̃cessus licet accõmodari possit ad uirtutes: non aũt ad uitia, quia ipsa uitia non perfectiones, sed corruptelæ atq; labes uirtutũ sunt. Propterea expositor sentit cum doctissimo Themi. quẽ non uidit, sed impetu boni dæmonis cũ eo conuenit, & uult rõnem esse persimilẽ hic de uirtutibus, ueluti superius de figura. nã quemadmodũ id quod perficit: non alteratur: absurdũ est. n. domum quæ integitur: dicere alterari potius q̃ integi & culmen accipere, eadem rõne neq; q̃n corrumpit. ut igitur uirtus est perfectio, & uitiũ corruptio: ita nec uirtus nec uitiũ per alterationẽ fiunt, & ita una & eadem rõ utriq; parti deseruit. Hæc expositor & Themistius.

K — Dubitatio Expositio Auer.

Replica expositoris S. tho. hic.

L — Responsio expositoris

Quare Aristo. nõ fecit mẽtionẽ de 2. spẽ qualitatis. s. de naturali potẽtia uel impotẽtia sicut mẽtionẽ fecit de 1. & quarta Vide gãdeũ Ebcu. cc. 5. hui⁹

Sed Auerro. defendi põt. supponit. n. expositor ambo illa uno syllo probari, & cum ille unus sylls non possit utriq; parti competere: ideo non recte Auer. sentit. Diceret forte Auer. duas illas partes non una ui persuaderi. Prima enim pars persuadetur modo dicto. Secunda uero hoc modo. ad indiuisibile non est alteratio. uitium est indiuisibile. igitur non est alteratio. persuadetur minor, quod maxime distat à perfectione: est indiuisibile. uitium distat à perfectione & maxime. igitur indiuisibile. minor patet, quia uitium est corruptela & labes perfectionis. Sic igitur falsum supponit expositor uidelicet, q una ratione ambo illa persuadeantur.

M

Sed huic adhuc replicari põt per ea quæ dicit expositor: nam q̃uis perfectio sit simpliciter indiuisibilis: tñ recedere à perfectione non est simpliciter indiuisibile, quia multipliciter contingit recedere à medio, quod uult esse indiuisibile. Secundo arguit nouus expositor q uirtus nõ consistit in indiuisibili: nam licet consistat in medio: illud tñ mediũ non est quid punctuale, ut de sanitate patet. propter hęc expositor antiquus uult rõnem esse unam & per simile, ut diximus. Verũ contra expositionẽ hanc instat nouus expositor, quia non uidetur simile de figura & uirtute, quia cũ domus fit: tunc domus non est. At cũ animus efficitur studiosus: animus est. ideo rõ hęc non est per simile. Ego uero tũ authoritate Themistij tum propter uerba Aristo. teneo cũm Thoma. Arist. enim inquit. neq; itaq; circa uirtutes animi: uitiaq; esse ur̃ sup. alteratio. uerbum. n. illud græce οὖν latine sonat igitur, uel itaq;, & ita uidetur litera eẽ illatiua: quæ illatio docet hanc rem inferri ex rõne tactu de figura,

Replica expositoris

Replica noui expositoris. Egi. hic.

Replica cõtra thomã.

Propria expositio.

N & prima qualitatis specie, & ita sapide Thomas dixit hanc rem persuaderi per simile argumentũ de figura & disponibus. cui ẽt animaduertẽs Themistius exposuit eodẽ modo, propterea rõ Egidij contra Thomã nulla est. nam licet domus non sit quo ad rõnem domus: ipsa tñ est quo ad substantiam rõnem entis in actu: ceu animus est quo ad substantiam & rõnem entis in actu. Sed quicquid sit de expositionibus, Auer. defendi põt. Primo quidem, quia licet recedere à medio in specie sit multipliciter, uerbi causa a. liberalitate per prodigalitatẽ, & per auaritiam: tñ in genere est uno modo, quia quocunq; modo receditur à liberalitate: uitium est, & hac rõne est indiuisibile. Secundo quia licet medium non sit punctuale: est tñ indiuisibile secundum acquisitionem, quia est finis rei, & ita replicę contra Auer. nullæ sunt. hæc dici possunt.

Defensio Auer.

Tex. 19. O

Quáuis igit̃ cum alteratur aliquid uirtutis acceptio: uitijq; deiectio fiant: neutrum tñ horum est alteratio. Quod uero aliquid alteretur: perspicuũ est ex eo, quia uirtus quidem aut affectionum est uacuitas, aut earundem mediocritas quædam. uitium uero aut affectionum concitatio, aut perturbatio uirtuti contraria.

Expositio.

Sed quia probauit uirtutem nõ effici per alterationẽ, ita ut ipsa sit per se terminus alterationis. Nunc qua nam ratione acquiratur: docet, & proponit primo intentum dicens. Q̃uis igitur cum alteratur aliquid fiant & uirtutis acceptio, & uitij deiectio: neutrum tamẽ horum est alteratio. uult igit̃ uirtutum & uitij acceptionem fieri alteratiõe facta in alio. Et per hoc apparet q̃ imperite exponant qui hanc esse secundam rõnem commentantur. ut iuniores exponunt. persuadet tamen primo q aliquo alterato uirtus & uitiũ fiant. nam siue sit uirtus affectionum uacuitas, quã stoici apatheiam uocant: siue earundem mediocritas quædam, quæ à peripateticis παθητιων ωδ᾽ appellatur. Vitium uero aut affectionum concitatio ut stoici, aut perturbatio uirtuti contraria ut peripatetici: patet hic non fieri: nisi aliquid alteretur utputa corpus & appetitus in suis passionibus, quibus aut sedatis, aut moderatis: uirtus in animo relucet. uirtus igitur & uitium fiunt aliquo alterato.

contra iuniores.

P

Præterea moralis uirtus omnino ĩ uoluptatibus doloribusue consistit. Nam uoluptas aut cum agimus: aut cũ recordamur, aut cũ speramus: effici solet. si quidẽ igitur cũ agimus: prouenit: sensus ipse causa est. Si uero cũ recordamur, aut speramus: ab ipso rursus emergit. uoluptate enĩ afficimur. Aut recordantes ea quæ nos oblectarunt, aut sperantes ea euenire, quæ nos oblectabunt.

Expositio.

Secundo idem persuadet per hoc, quia uirtus & uitium in uoluptatibus omnino doloribusue consistit, quod quidem ex eo patet, quia uoluptas efficitur aut cum agimus, aut cũ recordamur egisse, aut cum speramus agere. modo si agimus: ipse sensus qui nunc alteratur causa est uoluptatis. si uero recordamur aut speramus ab ipso rursus emergit: nã uoluptate afficimur, aut recordantes ea quę nos oblectarũt, aut sperantes euenire, quæ nos oblectabunt, modo siue sic siue sic, sensus causa est, qui aut alteratus est iam, aut alterabitur postea. non igitur fit uirtus uel uitium nisi aliquo alterato, quod erat probandum. Hæc est Aristo. probatio. Et licet hic multæ dubitationes fieri solent: ego breuibus unã tantum tangam. nam ex ea cæteræ patebunt. Aristo. itaq; ponit ad uirtutes morales non esse per se alterationem. primo quia sunt perfectiones, & quælibet talis est indiuisibilis. modo ad nullum tale est per se alteratio. Secundo. quia acquiritur solum per alterationem factam in sensu. Dubitant igitur contra primam dubitationibus multis, sed primo, quia perfectiones accidentales ut calor & frigus sunt perfectiones, & tamen ad eas est alteratio. Secundo. quia uirtus non est indiuisibilis, quia unus homo

Q

Declaratio

Prima rõ. Vide burl. hic

est

A est altero studiosior. Tertio, quia tunc ad intensissimū gradum formæ non esset motus. Secundo dubitant contra secundam rationem: nam tunc ad raritatem & densitatem & albedinem non esset alteratio, quia acquirūtur per transmutationem factam in primis qualitatibus. Respondēt iuniores ad primam dictum Aristo. & Auerrois esse intelligendum de perfectione determinata, quæ in indiuisibili cōsistit. Secunda ēt tollitur, quia uirtus quæ medium est simpliciter, est quid indiuisibile, quæ uero est medium proportione: est diuidua, & secundum hanc dicitur unus altero studiosior. Tertia demum demit, quia licet summus gradus sit indiuiduus: præcesserūt alij, qui sunt eiusdem speciei cū eo. Hæc quo ad primam rationem. Ad secundam dubitationem negant rarefactionem fieri non posse nisi præcedēte alteratione in primis, quia pōt quicq̃ rarefieri nullo alio motu concurrente, & sic de albedine aiunt. Alij iuniores contra hæc multipliciter obiiciunt primo, quia uirtus habet gradus. igitur ipsa non est indiuidua secundum magis & minus. Secundo tunc demonstratio Aristo. non esset uniuersalis, quia non nisi de uirtute simpliciter, & non de uirtute quæ proportione dicitur. Tertio non uidetur recte dictū q̃ ad hoc ut ad aliquid sit motus sufficiat aliquid præfuisse eiusdem speciei: nam tūc ad formam circuli esset motus, dato q̃ plures alii antea fuissent. Sed hæc non ualent nā uirtus simpliciter: de qua Aristo. loquitur: non habet gradus: hæc enim (ut dicitur secundo ethicorum) consistit in puncto. Amplius demonstratio Aristo. est particularis solum de uirtute simpliciter: effici tamen potest uniuersalis p̄ hoc quia uirtuti nihil est cōtrarium: rursus licet præcesissent circuli, quilibet tamen illorum fieri in non tempore. Et licet hincinde fieri possint defensiones, & replicæ: hæc nō sunt, quę faciant hominem philosophum, sed sophistam: sunt. n. apparitiones scientiæ: non ueritates. Propterea si in nostris expositionibus animaduertatur: hæc omnia sunt confutata. Aristo. enim non eam rationem facit, ut intelligunt iuniores. nam sic accidunt dubitationes dictæ, sed sylls Aristo. est à simili de figuris: nam ut figura est perfectio indiuidua: ita uirtus est indiuidua perfectio. de hac. n. uirtute modo loquitur Arist. non de illa quæ proportione fit: cum non sit uirtus: nisi ut supplementum quoddam, ut dicit. 2. ethi.
C & sic cessat prima dubitatio. Secunda ēt cessat, quia Arist. non fecit ibi rationem secundam ut iuniores putant, sed dedit modum, quo uirtus acquiratur, ut exposuimus, & ita multæ harum dubitationū ex malo intellectu textus emergunt. Hæc mihi uidentur: licet recentiores multa fabulentur, quæ bona sunt pro modo.

Secūda rō | Vide burl. hic. | Replic. | B Vide Gae. ta. hic. | Defensio | 2ªpa expō | Vide alias qōnes hic in Bur. | Tex. 20.

At uero neq; intellectualis animę partis alteratio est. Ná sciens maxime ad aliquid dicit. Quod qdé hac ratione patet, quia per nullam potentiá motis fit in nobis scientia, sed prius exorto aliquo. Experimēto. n. particulariū sciētiá uniuersaliū colligimus.

Expositio.
D Hactenus q̃ ad animæ appetitum non sit alteratio declaratum est. Nunc uero de parte animæ intellectuali uult disputare, & ut uł Themistio duo declarat. Primum est q̃ p̄tis intellectualis habitus & adeptiones habituum nō sunt alterationes. secundum est q̃ nec omnino generationes cēseri possunt. primum probat, & sylls sic componitur. ad relationem uel relatiuum non est alteratio. sciens est relatiuū: scientia uero relatio. igitur ad sciens & scientiā non est alteratio. Q̃ sciens sit relatiuum, & scientia relatio: p̄bat sic. id quod nobis acquiritur per nullam potentiam, sed aliquo exorto: relatiuū uel relatio est. sciens uel sciētia aliquo exorto & per nullā potentiā in nobis fit: igitur sunt ad aliquid. Minor patet per hoc quia experimento particularium scientiā ułium colligimus. & ita nobis acquiritur facta mutatio ne in sensibus, uelut efficimur similes mutatione facta in alio, ut in albo, & æquales mutatione alterius in quantitate. Themistius uero sic ratione intelligit q̃ scientiæ de uniuersalibus constent: uniuersalia ex particularibus colligunt: quare non per alterationem habentur.

Quę The.

Itemq; neq; actus ipse generatio est: nisi uisionem tactionemue generationes aliquis dicat. Tale est enim ipse actus. E

Expositio.
Secundum erat q̃ habituum adeptiones nec sint generationes: ipse tamen sub hac forma intentionem proponit. d. Itemq; neq; actus ipse generatio est, & in græco illatiue legitur hoc modo uidelicet. neq; igitur actus ipse: supple qui pertinet ad scientiam partemq; animæ intellectualem generatio est, quod ideo illatiue legitur, quia ex modo dictis patet. Ad relationem enim non est alteratio: neq; ad id qđ sequitur relationem per se. Modo cum actus scientificus ab ipsa scientia proficiscatur, quæ relatio est: iure actus ipse non est generatio. uerum debes scire q̃ actus scientificus bifarius est; alius præcedens generationem scientiæ: è quo scientia ipsa in intellectu fit. Alius sequens scientiæ generationem. potest itaq; ratio esse de utroq;, quā subscribit dicens: nisi uisionem tactionemue generationes aliquis dicat. Tale est enim ipe actus pertinens ad ipsum intellectū. F ipsæ enim ut Themistius dicit tale est, hoc est similis uisioni & tactioni, quia est momentarius, uelut uisio & tactio, et propterea non pōt esse alteratio, quia momentarius: nec generatio, quia licet generatio sit momentaria: ipsa tamen cōsequitur alterationem. igitur si adeptio scientiæ non est alteratio: actus scientificus qui à scientia proficiscitur: nō erit generatio. & sic patet secundum.

An ad q̃litates de. 1. spē qualitatis sit alteratio. Vide lādu. q. 7. huius.

Acceptio aūt scientię à principio nō est generatio neq; alteratio. Sedatione nanq; & tranquillitate animę sciens quispiam euadit: atq; prudens. Quemadmodum itaq; cum experrectus est quispiá dormiēs aut cum ab ebrietate sese recipit, aut cum à morbo conualuit: non factus est tunc sciens, & si antea nō uti scientia poterat: operariq; per eam, sed sedata p̄turbatione: menteq; iam inde ad tranquillitaté reuocata: aptus ac idoneus ad usum scientiæ euasit: sic ēt cū è principio in nobis scientia exorit: aliquid simile fieri solet: fit. n. pturbationis sedatio: atq; trāqllitas quędá. Qua rōne euenit ut pueri nec discere: nec sensibus discernere possint: perinde atq; seniores: est. n. in ipsis turbatio atq; motus uehemēs: sedantur aūt nonnunquá à natura ipsa: nōnunquā ab aliis. Verum in his utrisq; fit ut quippiam alteretur: perinde atq; cum quispiam exprectus: factusq; sobrius aptus ad actionem euadit. Perspicuum igit in sensilibus pteq; animæ sensitiua, & in nullis aliis nisi per accidens alterationem esse. G

Expositio.
Duo sunt in sciente ipso: unum quidem ut antecedens habitus ipse adeptioq; scientiæ. Alterum ut consequens usus atq; operatio per illum habitum: probauit hactenus q̃ habitus intellectus qui se habet ut añcedens: non per alterationem habeatur, & hoc quia est ad aliquid, & q̃ usus illius habitus non sit generatio, qa est quid sīe uisiōi atq; tactioni, sed quia adeptio scientiæ bifariā fit, aut inuentione, quæ disciplina dr̄, aut à præceptore, quæ doctrina nuncupatur: postq; in generali probauit ad scientiā siue per doctrinam siue per disciplinā acquiritur: non esse alteratione. Nūc speciatim probat ad scientiam, quā inuentione siue disciplina per nosipsos nanciscimur non esse alterationem: nec generationem, & hoc proponit. & inquit. Acceptio aūt sciētiæ, quæ inuentione fit per nos metipsos è principio: non est generatio: nec alteratio. Hæc est intentio. Probat hoc, & sylls sic componitur, quod emergit in nobis motu & alteratione sedata: non est generatio nec alteratio, sed inuentio in nobis fit cessante motu & alteratione. igitur non est motus nec alteratio. De ratione tangit minorem dicens. sedatione nanq; & tranquillitate animæ sciens quispiam euadit, quo ad scientiam speculatiuam: atq; prudens, quo ad practicam, hæc est minor. Deinde idem persuadet exē-

An ad sciētiā sit p se motus, & p̄ quē modū acqrat sciā Vide can. q. 2. hº. 7.
H

I An ad uirtutes morales fit p se alteratio. Vide gae. t.18. et burle. & Gradeñ Escu. lec. 7. huius

plo in ebrio.dormiente:atq; ægroto:qui antea erat sciens. qui enim detentus est aut ebrietate,aut somno, aut morbo uti scientia non potest:etsi erat antea sciens. at sedatis his: mox est agere aptus.Sic in nobis sedata perturbatione: animæq; titubatione,fit scientia atq; prudentia. Hinc soluit ꝓblema propter quid pueri nec discere:nec sensibus discernere possunt ut senes.Respondet quia in pueris uehemens turbatio sensuum fit ꝑpter pituitam, quæ in eis abundat, atq; uehemens motus crementi.hæc enim scientiã & prudentiam impediunt,ut dicit Plato,at cum in eis sedant̃ hęc: mox apti fiunt & scientiæ & prudentiæ. fit autem sedatio aut natura,ut quia ætas imminet, & ad consistentiam perueniunt,aut ab alijs causis,ut per assuetudines bonas:à bonis præceptoribus,quia ut inquit Aristo. primo ethic. non parum refert sic uel aliter assuescere iuuenes. Sed ut inquit

K

siue sedatio è natura proficiscatur:siue ab assuetudine:semp scientia in nobis emergit aliquo in nobis alterato.ut sensorio & corpore:demum epilogat,& sermo patet. Sed circa

Prima qõ.

hæc duo sunt quæ quæstionem faciunt:unum quia uidetur falsum ꝙ Aristo.adducit ad probandum inuentionem fieri in nobis per cessationem turbationis, quia tunc inuẽtio esset reminisci:cuius contrarium in posterioribus est pro-

Secũda qõ

batum. Secundum est:dato ꝙ scire non sit reminisci:quonam modo ratio Aristo.ualet,& exemplum sit ad propositum quod de ægroto,ebrio,& dormiente est datum. Iuniores uero dubitant tertio quonam modo scientia est ad aliquid:cum sit in prima qualitatis specie. Et ita summatim tres sunt quæstiones,quæ accidunt ijs,quæ Arist.ait. Auer. uero in commen. 20. uidetur soluere hæc, & primo soluit tertiam.& inquit.& intendit per scientiam esse ad aliquid,

Tertia qõ Vide bur. hic.& Egi. Quę auer. comẽ. 20. Solo tertia

quia non sit in se, sed ratione habita ad nos: quia quando anima fuerit præparata ad recipiendum illas comprehẽsiones,ut ferrum præparatur pet tersitudinem ad recipiendũ lucem & alios colores;non recipit comprehensiones in se ita ut antea non fuerint, sed nos efficimur modo scientes, qui antea non dicebamur.Et paucis interpositis dicit,quoniam cognitio non fit in cognoscente:ita ꝙ pars cognoscẽs sit transmutata.sed fit quando aliquid aliud mutatur, ut in omnibus relatiuis.uerbi causa.in columna.columna enim non transmutatur in se quando de sinistro posita est in dextro,sed aliud ut Socrates.& ita est de cognitione, quoniam illa non fit:ita ut pars cognoscens trãsmutetur, sed ꝙ aliud transmutatur,& est illud:in respectu cuius dicitur illa cognitio uidelicet.particularis rei. Et paucis interpositis reddit causam.d.quoniam cognitio fit in nobis, quando transmutamur per cognitionem particularium & consideratio-nem eorum.nam cum particularia consideramus per sensus interiores:fit propter hoc cognitio rei uniuersalis in nobis per habitudinem ad illa.s. ꝙ cum in nobis fit plus quã unum particulare:statim fit in nobis species uniuersalis sine transmutatione.Hæc Auerroes ad tertiam. in quibus ut declaraui in libro de intellectu Auer.tria innuit.Primo quonam modo scibilia sunt in intellectu.Secũdo quonam modo nos scientiam consequamur. Tertio quid sit scire. Sunt quidem enim scientiæ siue scibilia in intellectu ipso ut formæ in perfectibili: non quidem de nouo:nam cum apud ipsum intellectus sit æternus & unum numero in uniuersa hominis specie:scibilia sunt æterna:cum species sit ęterna, ut tertio dicit de anima.commen.5. & non sunt in ipso ut accidens, quia puro intellectui nihil accidit: nec ut forma materialis in materia,quia forma materialis est singularis: at scibilia sunt uniuersalia.est igitur perfectus ipse intellectus omnibus scibilibus in maiori parte sui subiecti.Hæc de primo.Consequimur uero nos scientiam per copulationem intellectus nobiscum:nam cum intellectus sit plenus formis;cum copulatur nobis aliqua illarum formarum:intellectus ipse nobis copulatur:non quidem naturali copulatione,quia illa per generationem nobis fit: nam generatione dianoeam nanciscimur, quæ cogitatiua dicitur apud Auerroem.mediante uero naturali copulatione cum dianoea fit copulatio naturalis cum intellectu. sed uoluntaria

L An ad solas qualitates tertiæ spẽi q̃litatis sit p se alteratio. Vide Io.de mag. q.2. h⁹.& Gae. t.14. h⁹.&. Egi. & Alb. de saxo. q.3. huius

M

An uerũ sit ꝙ aĩa sedẽdo & qeſcẽdo fiat prudens.Vide gradeum Esc.lect.7. huius.

copulatione,quæ quidem fit per hoc ꝙ sensibus interioribus particulare discimus;mediãte quo uniuersale illius nobis copulatur.Causa autem huius copulatiõis est,quia uniuersale & singulare illius uniuersalis idem est, ut homo & hic homo.qua ratione fit,ut si nos consideremus hunc hominem sensibus: intellectus nobis copuletur pro illo uniuersali hominis, & dianoea & intellectus non modo una res fiunt naturali copulatione,sed accidentali atq; uoluntaria.Hæc de secundo.Hinc patet tertium quid uidelicet. sit scire.ē enim scire nihil aliud q̃ copulatio ipsius intellectus accidentalis cum uniuersalibus, quæ sunt illius perfectiones:facta per considerationem particularium.& hanc sciẽtiam dicit esse ad aliquid:non ꝙ formaliter sit relatio: nec qualitas,sed modo sit relationum,quæ nõ insunt per se,sed quia aliud inest.Hæc de tertio,& per consequens patet ad tertiam quæstionem: uerum de his in libro de intellectu multa & pro Auerroe,& contra Auerroem dixi, quę nunc omittantur:cum extra propositum hæc sint tacta. Primã uero quæstionem soluit expositor,& Auer. similiter: ea q̃ dixit Arist.de ratione,& de exemplo fuisse dicta more Platonico ut ostenderet id quod Aristo.dixit:ēt esse uerum secundum Platonem.Verum pro intellectu uerborũ Auer.q obscure loquitur:forte errore translationis, debes scire ꝙ de intellectu possunt esse duæ positiones,aut ꝙ generetur, ut dixit Alexãder,aut ꝙ sit æternus & unus, ut dixit Auer. & si loquimur de ipso ut est æternus & ut unus. adhuc possumus loqui,aut de intellectu in se, aut quo ad esse, quod habet in nobis Si tenetur ꝙ sit factus: tunc esse eius essentialiter,sequitur alterationem. nam generatio est finis alterationis.Si uero teneatur ipsum non esse factum:oportet dicere ipsum esse in nobis per alterationem.copulatur enim nobiscum per generationem dianoeæ,quę alterationem sequitur,ut dictum est.qua ratione intellectus animę rationalis:nec per se:nec quo ad esse in nobis sit per se, sed consequitur factionẽ alterius.propterea ut recte inquit, tria sunt quæstione digna.Primum est.utrum intellectus sit alteratio siue motus,& hoc nemo dicit.Secundum est.utrum ad substantiam intellectus in se sit alteratio. Tertium. utrum ad esse intellectus in nobis sit alteratio,& hęc breuiter sunt in libro de anima soluta.Prima enim quæstio soluta est,qa nullus dixit intellectum esse motum.Secunda ēt soluitur,qa intellectus est de nouo per accidens in nobis non per se. Tertium soluitur,quia intellectus fit per transmutationem factam in alio: colligit tamen hæc quæ dixit de sciẽtia esse dicta ad Platonis mentem,ut ostendat uim suæ positionis. Hæc Auer.uerum multum obscure,& infructuose. Secundam uero quæstionẽ soluere possumus breuibus,quia sciẽtiæ nihil est contrarium per se,qua ratione euenit ut intellectus sit summè aptus receptioni scientiæ: recte igitur sequitur ꝙ remotis impedimentis fit scientia: hoc est summa aptitudo ad scientiam.Licet.n. ignorantia sit scientiæ contraria:tñ propter illam non saluatur ratio motus in sciẽtia, quia si est ignorantia negationis,est priuatio.si dispositionis,est scientiæ per accidens contraria.nõ.n. oportet ut uadens ad scientiam semper ex hac moueatur. puer enim ad scientiam uadit,& non ex hac mouetur. Ex quo patet non ad omnem qualitatem intentionalem esse motum,quia nõ ad scientiam uel uirtutem,quæ est intentionalis. Expositor autem alio modo rem exponit, & non imperite. Hæc de secunda quæstione. Sed Auer.in calce commenti quærit. quare tacuit secundam qualitatis speciẽ, quæ potentia aut impotentia dicitur naturalis,& respondet per uerba Alexãdri,quia potentia naturalis non est qualitas, quod dupliciter exponit.Vno modo ꝙ potentia naturalis non sit qualitas,qa actiua est forma: passiua est materia. modo hę sunt substantiæ:agit enim uel patitur unumquodq; sua uel forma,uel materia.Alio modo potest intelligi ꝙ potentia naturalis non sit qualitas alterabilis, quia est forma hoc est, quia est aptitudo propria formæ.modo forma sequitur alterationem,& non est ad ipsam alteratio.Et sic recte prætermisit illam.

N

O Solo priæ quæstiõis.

P

Sol 2.qõis

Q

Quartæ qõ Auer.

Ambiget

A Tex. 21. Ambiget autem quispiam utrum sit omnis motus omni motui comparabilis nec ne? Si igitur sit omnis comparabilis, & ęque uelox est, quod ęquali in tempore spatium peragrat æquale: erit aliquod orbiculare alicui recto æquale, & maius etiã atq; minus.

Expositio. Quatuor (ut inquit Auerroes) sunt quæstiones: quas in hoc septimo uult disputare. Prima utrum omne quod mouetur habeat motorem: è quo mouetur. Secunda utrum omnia quæ mouentur in loco: reducantur ad primum motum quod mouetur à motore in seipso. Tertia. utrum mouens & motum sint simul. Quarta demum est: quam nunc exposcit utrum sit omnis motus omni motui comparabilis nec ne. Est autem hæc quarta quæstio (ut inquit expositor) necessaria. Nam postquam Aristo. ostendit in mobilibus & mo B toribus esse aliquod primũ necessario, & ea quę sunt unius ordinis comparabilia sunt. nam prius & posterius compa Vide etiã Egi.hic. rationem important. sapide ultimo de comparatione motuum quæstionem proponit. Arguit igitur ad quæstionẽ primo in motibus eiusdem generis, & inquit. Si igitur sit omnis comparabilis, & ęque uelox est (ut dictum est in sexto) quod æquali in tempore æquale peragrat spatium: erit aliquod orbiculare alicui recto æquale, & etiam maius & Que T.e. minus. tenet consequentia (ut sapide dicit. Themistius) qa Que auer. ea comparabilia sunt: quibus omnibus una mensura communis est. Auer. uero hoc idem deducit alijs uerbis, sed idẽ est dicens ea esse comparabilia quæ superposita sunt: hoc est quæ in una communi mensura conueniunt.

Præterea erit alteratio alicui lationi ęqualis: cum æquali in tempore aliud alteratum: aliud latum fuerit. affectio ergo longitudini erit ęqualis: at esse non potest.

Expositio. Nunc arguit in motibus diuersorum generum. & inquit. Præterea erit alteratio alicui lationi æqualis, & supple etiã C maior & minor: cum æquali in tempore aliud alteratum: aliud latum fuerit. Hoc autem est impossibile, quia tunc affectio siue qualitas passibilis longitudini erit æqualis: at eẽ non potest, quia non conueniunt in una cõi mensura.


Verum cum ęque uelox id sit, quod ęquali in tẽpore æquale pertransit: affectio autem nulla longitudini est æqualis: fit ut nec alteratio lationi sit æqualis: nec minor. Quare non omnis motus comparandus erit.

Expositio habeat inconue... Epilogat quasi rationes sub breuiori & neruosiori forma & primo rationem, quę procedebat in diuersis genere motibus. & inquit. Verum cum æque uelox id sit, quod æquali in tempore æquale pertransierit: affectio autem nulla longitudini est æqualis: cum non habeant communem mensuram: fit ut nec alteratio lationi sit æqualis, nec minor: qua Vide burl. re non omnis motus comparandus erit. Hæc erat secunda D ratio. Debes scire ꝙ affectio & longitudo possunt dupliciter accipi. Vno secundum id quod sunt, & sic possunt esse æquales, quia tanta est albedo quanta superficies, ut dicitur in prædicamentis. Alio modo ut sunt media motuum, & sic affectio accipitur ut est qualitas uariabilis per gradus. longitudo ut est magnitudo uariabilis per partes & dimensiones: & hunc in modum non sunt comparabiles: cum extẽsio & intensio conferri non possint. & hoc modo intelligit Aristote. & ratio eius habet uim, ut perspicuum est. Iuniores autem & si multa dicant: nisi sic intelligant: nihil est quod dicunt.

Tex. 22. Insuper etiam quonã modo in orbiculari rectoq; id accidet. erit enim absurdum si non similiter sup orbiculari atq; recto motus fiat, sed continuo uel uelocius uel tardius moueri necesse sit: quasi hoc sit deorsum: id sursum.


Expositio. Epilogat rationem in motibus eiusdem generis, & inqt. Insuper etiam quonam modo in orbiculari rectoq; id accidet uidelicet, ut unum alteri conferri possit. erit enim absur E dum si non aliquando similiter super orbiculari atque recto motus fiat: sed semper fiat dissimiliter: ita ut unus uelocior: alter tardior sit: eo modo quo dissimiliter fiunt: ea quorum unum sursum: alterum deorsum mouetur. est igitur absurdum dicere rectum & circularem motum esse comparabiles, & semper dissimili proportione se habere: modo quo se habent sursum motum, & deorsum motum. quare si sint comparabiles: oportet ut aliquando sint æque ueloces, qđ est impossibile: cum motus cœli sit uelocissimus: cui nullus in uelocitate conferri põt. Hic est epilogus secundæ rõnis.

Tex. 23. Præterea nihil ad rationem refert: si quis necessarium esse dixerit ut continuo uelocius aut tardius F moueatur. erit enim orbiculare maius ac minus recto: quare & æquale. Nam si & in eodem a. tempore: hoc quidem. b. orbem. illud uero. c. rectum pertransierit: maior profecto orbis. b. erit ipso. c. recto. hoc enim pacto uelocius definiebat. ergo si in minore ęquale etiam peragrauerit: uelocius erit. Quare pars quędam erit tẽporis. a. in qua uelocius mobile partem aliquam transibit ipsius orbis. b. & g. mobile in toto. a. tempore ipsum. c. rectum.



Expositio. Cauillabant quidam dicentes id quod mouetur super orbem posse moueri continuo uelocius aut tardius eo quod in recto mouetur, & nunquam æque uelociter. propterea esse non possunt æqualia, & hoc proponit dicens. Prӕterea nihil ad rationem refert: si quis necessarium esse dixerit ut continuo uelocius aut tardius moueatur id quod supra orbem fertur: eo quod super rectum, & nunquam in ęquo. hic H est cauillus & quòd nihil referat ad rationem, declarat dicens: erit enim orbiculare maius ac minus recto: quare & æquale. per illam regulam. quæcunq; secundum magis & minus comparabilia sunt: etiam secundum æquale comparabilia erunt. sed non contentus regula, probat rem hanc An si uere ꝙ ubi inuenit magis & min⁹ ibi recipit ęquale. Vid gra deũ Escu. lec. 7. hui⁹ ratione. & inquit. Nam & si in eodem. a. tempore hoc quidem mobile. b. orbem: illud uero. c. rectum pertransierit: maior profecto erit orbis. b. ipso. c. recto. nam uelocius definiebatur esse quod in æquali tempore pertransit maius. Sic igitur patet orbem. b. esse maiorem linea recta. c. tunc ultra infert. & inquit. ergo & si aliquod mobile in minore tempore peragrauerit æquale de orbe: æquale dico ipsi recto. c. adhuc uelocius erit: per aliam uelocioris definitionẽ. Et ulterius infert esse aliquam partem ipsius temporis. a. in qua ipsum mobile pertransit aliquam partem ipsius orbis b. & g. mobile in toto. a. tempore ipsum. c. rectum æquale illi parti orbis. Est igitur processus hic. g. mobile & m. mobile pertranseunt æqualia: licet. g. in toto. a. m. Vis rõnis.

I uero in parte ipsius.a.sed illorum æqualium aliud est orbiculare: aliud rectum. igitur orbiculare & rectum possunt esse æqualia. Sed omnia spatia æqualia possunt peragrari æqualibus motibus. igitur motus rectus & circularis possunt esse æquales, & æque ueloces, & sic cauillus nullus est. Animaduersione dignum regulã hanc uidelicet. ubi ẽ dare maius & minus:ibi est dare æquale fundatur in illo principio si ab ęqualibus ęqualia demas:cætera quę remanent sunt æqualia. propterea non tantum ratione naturali regula patet, sed etiam suppositione geometrica.



K Tres sunt obiectiones contra regulam Aristote. Prima est noui expositoris. quia angulo portionis circuli potest dari angulus maior ut obtusus, & minor ut acutus, & non æqualis. igitur regula falsa. Secunda. circulo potest dari quadratus maior, & quadratus minor, & nunquam æqualis. igitur regula falsa. Tertia. elemento aeris potest dari elementum maius ut ignis, & elementum minus ut aqua uel terra, & non tamen elementum æquale, igitur regula falsa.

Obiones cõtra regulã. Prima obio Secunda. Tertia.

Ad omnes has obiectiones & similes ut intelligit nouus expositor, una tantum conditio est obseruanda, ut id quod comparatur secundum magis & minus: sit eiusdem rationis in specie. propterea tollitur prima obiectio. nam angulus obtusus qui maior est angulo portiõis, & angulus acutus qui illo eodem est minor: sunt alterius speciei. Sed ubi ambo essent eiusdem speciei: esset dare angulum æqualem. Similiter tollitur tertia: nam elementum maius aere & minus aere sunt diuersarum specierum: propterea non potest dari elementum æquale. & ideo si datur ignis maior aere & ignis minor aere: potest dari ignis æqualis, quia ignis maior & ignis minor sunt eiusdem speciei Secunda conceditur: potest enim dari quadratus maior & minor circulo, & quia maior & minor quadratus sunt eiusdem speciei: ideo potest dari quadratus æqualis circulo, & æqualitate continentiæ, & commensurationis, quia æqualitas continentiæ est æqualitas mensurę, ut mathematici sentiunt: quanquam nonnulli uelint regulam teneri de æqualitate continentiæ tantum, & non de æqualitate mensuræ, & ita uolunt quadratum esse æqualẽ uel minorem, aut maiorem circulo secundum continentiã, & non secundum mensuram.

Solutio Conditio generalis.

L

Expositio aliorum.

Sed nonnulli alij Blacterones obijciunt. Primo. a. quadratum tantum continet quantum. b. circulus ut supponitur. igitur contenta amborũ sunt æqualia æqualitate continentiæ: aliter iretur in infinitum. igitur sunt æqualia æqualitate commẽsurationis. ultra, sed illorum contentorum alterum est quadratum, alterum circulare. igitur quadratum est æquale circulo ęqualitate commensurationis. Secundo. omnia quanta sunt æqualia uel inæqualia secundum commensurationem: quadratum & circulare sunt quanta. igitur æqualia uel inæqualia secundũ commensurationem. Tertio. quælibet linea pedalis cuilibet lineæ pedali ęqualis est secundum commensurationẽ, sed aliqua linea recta est pedalis, & aliqua quadrata est pedalis, & aliqua circularis est pedalis. igitur omnes istę sunt æquales secundum commensurationem. Hę sunt obiectiones.

Replic. Prima replica

Secunda.

M

Tertia.

Sed reuera modus ille potest defendi. Ad primam concederem. a. & b. esse æqualia secundum continentiam, & contenta illorum etiam esse æqualia secundum contineri, & negarem ea esse æqualia secundum commensurationem ea ratione, qua continentur ab. a & b. licet ea ratione qua efficiuntur contentiua aliorum, possunt effici æqualia secundum commensurationem, sed ut sic non continentur ab. a. & b. Ad secundam dicerem regulam non esse uerã: nisi de continentia, & non de commensuratione: non enim quadratum & circulus sunt æquales uel inæquales secundum commensurationem, & tamen sunt quanti. Ad tertiũ dici potest omnem pedalem esse æqualem omni pedali secundum continentiam, & non secundum mensuram. & sic cessant obiectiones. Hæc diceremus pro illorum defensione.

Defensio

N

Animaduerte tamen ꝙ fortasse regula illa est uera secundũ censionem mathematicam, utpote considerando maius & minus sub ratione generis: nam si considerentur sub ratione speciei; fallere potest in multis per accidens, & sic cessant omnes dubitationes.

Sic itaq; si comparabilia sint: id accidit quod nuper dictum est: rectum uidelicet orbiculari æquale esse. Sed hæc comparabilia non sunt. ergo nec motus ipsi comparabiles erunt. *Tex. 24*

Aristoteles igitur uim quæstionis reducit. & inqt. Sic itaq; si comparabilia sint. hoc est si motus rectus & circularis cõparabiles sint: id accidit quod nuper dictum est: rectum uidelicet, orbiculari æquale esse. destruit consequens. & inquit. Sed hæc comparabilia non sunt. ergo nec motus ipsi comparabiles erunt, & ita patet uis quæstionis. *Expositio.*

O

Verum ea cuncta comparabilia sunt, quę nõ ęquiuoca sunt. ueluti cur comparabilia non sunt stilus, & uinum, aut ultima fidium utrum acutius sit, qa nanq; ęquiuoca sunt: ideo conferri nõ possunt, sed ultima fidium atq; penultima comparabiles sunt, quia acutum in utrisq; idem significat. igitur non idem uelox est hic & ibi, & multo etiam minus in alteratione ac latione.

Aristoteles nunc soluit quæstionem, & primo nanciscit conditiones quæ requiruntur ad comparationem, & sunt tres. Prima est ꝙ illud in quo aliqua comparantur: nõ conuenit comparatis æquiuoce, sed uniuoce, quod eo exemplo testatur, quia stilus & uinum utq; ultima fidium non comparabiles sunt in acutie, quia acuties est quid æquiuocum illis, sed bene ultima fidium & penultima in acutie comparabiles sunt, quia acuties eis uniuoce competit. Tunc ad propositum. cum uelocitas non uniuoce competat circulari motui & recto: nec lationi & alterationi. ideo penes uelocitatem conferri non potest.

Expositio. An inter æquiuoca possit esse cõparatio. Vide egi. hic.

P

An id primo uerum nõ est: si non ęquiuoca sint: comparabilia esse. Multum enim idem in aere: atq; aqua significat, & tamen in illo comparabilia non sunt. Quòd si hoc non sit: duplum idem significabit in illis. est enim id quod rationem habet duorũ ad unum: non tamen in illo comparabilia sunt. *Tex. 25*

Obijcit primæ conditioni dando instantiam, quia multũ est quid uniuocum aeri atq; aquæ, & tamen aer & aqua in multo comparabiles non erunt. non enim dici potest aer multior, uel magis multus aqua. Quòd si quis cauillando dicat multum esse utrisq; æquiuocum: obiiciendum est per aliam instantiam, ꝙ duplum est uniuocum; cum id sit qđ rationem habet duorum ad unum, quod illis uniuoce competit: & tamen nec in duplo comparabiles sunt, quia non dicimus aerem dupliorem aut magis duplũ esse ipsa aqua, & ita prima cõditio uidelicet, ꝙ omnia comparari possint, quæ in uniuoco conueniunt: habet instantiam.

Expositio. An eiã nõ æquiuoca sint cõparabilia. Vide Egi. hic.

Q

An & in his eadem est ratio. Nam & ipsum multũ æquiuocum est: sunt enim ea & quorum rationes ęquiuocę sunt, ueluti si quis dicat multum id esse, quod est tantũ, & adhuc ultra. At ęquale ęquiuocũ est: etiã si forte fuerit continuo unum. ꝙ si hoc est ęquiuocum, & ipsa etiam duo ęquiuoca erunt. *Tex. 26.*

Respondet: negando assumptum. suppositũ est enim multum & duplum esse uniuoca: modo hoc est falsum: sunt n. ea quorum rõnes æquiuocæ sunt, ut si quis definierit multum: dicet multum id esse, quod est tantum, & adhuc ultra. mõ & duplum id esse quod rationem habet duorũ ad unũ. mõ æquale

Expositio. An multũ & paucũ & duplũ sint cõpabilia.

A æquale & unũ sunt æquiuoca, ut omnibus patet. At si unũ est æquiuocũ: duo etiã æquiuoca erunt, & ita rationes nominum sunt æquiuocæ, & per cõsequens sumptum est falsum. Sed ambigunt, quia unum uidetur esse uniuocum: cũ sit principium numeri. Modo numerus est species prædicamenti quantitatis. igitur uniuocum. quicquid sit de differẽtia inter positionem Auerrois de uno, & illam Auicennæ, de qua nunc, nõ est ad propositum loqui. Dicerem aliqua posse esse uniuoca in ratione metaphysica, quæ sunt æquiuoca in ratione physica. ut potentia in ratione metaphysica uniuocum quid est, sed in ratione physica æquiuocum, & ita concederem unum duplum: tantum æquale: duo, & cætera id genus in ratione quidem metaphysica esse uniuoca. quæ ratio est unitas conceptus: non tamen in ratione physica, quæ est unitas naturæ.

Dubitatio. Solutio.

Tex. 27.

Postea cur alia quidem comparabilia sunt: alia uero non: si natura sit una: an quia in alio primo sunt susceptiuo. quo fit ut equus quidem ac canis comparabiles sint. utrum albior sit quippe cum superficies in qua primo est albedo ipsa: eadem in utrisq; sit. Simili modo & magnitudo eadẽ. Aqua uero & uox minime conferri pñt: in alio. n. est susceptiuo.

B

Expositio. An uere sit ꝙ ad uerã cõparationẽ exigaĩ unitas naturę. Vide gra. de lec. 7. huius. Quę nouꝰ expositor. Egi. hic

Ponit secundam conditionem, quæ ad comparationẽ requiritur, & uult ꝙ id in quo comparabilia comparanẽ: idẽ habeant susceptiuum primum. uerbi causa. equus & canis in albo conferri possunt, quoniam albedo ipsa in qua comparãtur: habet idem subiectum primum & immediatum, uidelicet, superficiem uel magnitudinem ipsam, quæ in utrisq; est eiusdem speciei: at aqua & uox in magnitudine conferri nõ possunt, quoniam in utrisq; ipsa magnitudo nõ habet idem subiectum primum. Hæc est secunda conditio. Reddit aũt nouus expositor causam: cur id in quo fit comparatio debet habere idem subiectum proximum, & non remotum, & ait hoc esse: propterea quia id in quo fit comparatio debet esse uniuocum: at unitas uniuocationis est unitas rationis. modo cum subiectum remotum non diuersificet rationem: cum non ponatur in definitione: nec requireretur ad unitatem eius in quo res comparantur. Sed obiter occurrit hæc dubitatio: nam albedo est eiusdem rationis, quia superficies est eiusdem rationis. Superficies uero cum sit accidens: quare est eiusdem rationis. subiectum enim proximum superficiei est mixtura. modo mixtura in utrisq; est alterius rationis. Et de hoc fortasse dicemus postea: pro nunc ad rationem dici potest ꝙ superficies ẽ unius rationis ab unitate materiæ, quæ est primum subiectũ dimensionum, & forte ab unitate formæ corporis, quæ est unius rationis in cane & equo: mediante qua dimensiones insunt materię. Et forte pp alias cãs: quas postea dicemus.

C — Dubitatio obiter occurrens. Solutio.

Tex 29.

An hoc pacto perspicuum est omnia fore unum facere: tametsi in alio atq; alio unumquodq; esse dicatur. Eruntq; idem ęquale & dulce & album: quãuis in alio atq; alio sint.

D — Expositio.

Debes scire ꝙ aliqua distingui possunt apud peripateticos duplici ratione, aut penes formas: siue differentias formales. qua ratione dulce & album differũt in lacte: tametsi subiectum sit idem: aliqua penes subiecta, ut magnitudo in uoce, & in aqua, & põt addi aliqua differre penes utrũq; ut albedo & lux. peripatetici itaq; rerum distinctiones nãciscebantur aliquando penes subiecta: aliquando penes formas: aliquando penes utrunq;. Plato uero solum penes materiam & subiectum: cum dualitatem posuit ex parte materiæ. unitatem uero ex parte formæ. Ex ĩs sequitur ꝙ qui rerum differentias nanciscuntur tantum ex parte subiecti & materiæ ut Plato fecit: omnia unum coguntur facere ex parte formæ. propterea Aristo. uolens uenari tertiam conditionem requisitam ad comparationem uidelicet. unitatem naturæ. Primo ostendit causam distinctionis rerum non solum proficisci à subiecto & materia, sed etiã ex parte formæ & naturæ. Secundo rem suam concludit. & inqt.

E

An hoc pacto ut Plato ponit uidelicet. omnem differẽtiam esse ex parte materiæ: est omnia fere unum facere. saltẽ ex parte formæ, quia si sola distinctio est à materia: ex parte formæ erit identitas, & ita hoc modo opinari est omnia facere unum: saltem ex parte formæ: tametsi in alio atq; alio unumquodq; esse dicatur. qua ratiõe sequitur ut æquale, & dulce, & album unum sint ex parte speciei & formæ: postquam penes formam nulla sumitur differentia: quanuis in alio atq; alio sint subiecto. sic igitur causa differentiæ & unitatis non sola est dualitas uel unitas materiæ, ut Plato autumat. Hæc est prima ratio Aristo.

Tex. 29.

Insuper etiam susceptiuum non est quoduis: sed unum unius primum.

Expositio.

Secundo obijcit contra Platonem, quia adhuc in subiectis est unitas ac differentia, quoniam susceptiuum formę non est quoduis, sed est unum unius primum, & determinatæ formæ determinatum subiectum. igitur etiam in subiectis est differentia & unitas. ergo oportet adhuc expetere causam distinctionis & unitatis subiectorum, & ita causa Platonis non sufficit. Melius itaq; peripatetici asserunt subiecta differre propter formas, & formas propter materias. nam ut materia & forma sunt sibi mutuo causæ essendi: et erunt causæ differendi.

F

Quare itaq; non solum ea quę comparantur: non ęquiuoca esse, sed ét nec id quod inest: nec id ĩ quo inest: differentiam habere oportet. Dico autem hoc modo: color habet differentiam aut diuisionẽ. non igitur hoc ipso comparatio fiet: ceu utrum magis sit coloratum. non itaq; in colore quatenus color: comparatio fit, sed quatenus album.

G

Expositio. An genus sit in una natura. Vide Iãd. q. 8. huius.

Ex ĩs concludit nunc tertiam conditionem, ꝙ uidelicet. id in quo aliqua comparantur, esse debet eiusdem naturæ specificæ in utroque comparatorum. & hoc inquit. Quare itaq; non solum ea quæ comparantur non æquiuoca esse, & hoc quo ad primam conditionem, sed etiam nec id qđ inest: quo ad tertiam: nec id in quo inest quo ad secundam differentiam habere oportet. Huius rei exemplum subscribit dicens. Dico autem hoc modo; color habet differẽtiam aut diuisionem, quia genus est multarum specierum. non igitur hoc ipso comparatio fiet: ceu utrum magis sit coloratum album quàm nigrum: non itaq; in colore quatenus color: comparatio fit, sed quatenus albũ, & ita in colore nulla fit comparatio, sed in albo, quod est coloris species. sunt igitur tres conditiones ordine quodam ut nouus expositor inquit. Prima ut id in quo fit comparatio non sit æquiuocum. Secunda ut id non in subiectis differentibus specie insit. Tertia ut sit unius naturæ specificæ. Sunt autem hæ seriæ sibi mutuo. nam ex tertia proficiscitur secunda, quia sequitur: est unius speciei. igitur subiectum est unius rationis primum & proximum: ex secunda & tertia sequitur prima, quia sequitur. subiectum est unius rationis, & ipsum est unius naturæ specificæ. igitur non est æquiuocum. Hæ sunt conditiones comparabilium. Sed hic sunt quæstiones non paruæ. Prima, quia hæc est bona comparatio. Plato est albior quàm Socrates sit niger, & tamen non est unitas speciei in eo in quo fit comparatio. Secunda dubitant penes quid comparantur rerum perfectiones, ut propter quid homo equo est perfectior. utrum ab unitate naturæ, uel in aliquo tali. hæc enim non parua est quæstio.

An ad hoc ꝙ aliqua sint cõparabilia regratur ꝙ sint eiusdẽ spẽi spẽlissime. Vide Alb. de saxo. q. 4. huius Et Burl. t. 31. huius.

Dubõnes: Prima qõ. H Secunda

Tertia dubitatio est, quia Aristote. uult non quoduis subiectum esse cuicunq; formę, sed unius unum atq; primum. hoc autem falsum uidetur, quia tunc omne accidens esset proprium & nullum commune. Quarta. si ab unitate naturæ sequitur unitas subiecti, ut dicebatur: tunc una esset materia ac eiusdem rationis in cœlo & generabilibus, quoniam dimensio in cœlo & generabilibus unius est rationis. Quinta est, quia tunc grauitas esset eiusdem speciei in aqua, & terra, quia dicitur terra est aqua grauior. Similiter, & leuitas in aere, & igne. Hæ sunt dubita-

Tertia. Quarta. Quinta.

I tiones: quas iuniores concitare solent. Ad primam itaq; quicquid uelint alij: ego solitus sum dicere bifariam esse cōparationem, aut simplicem, aut compositam. simplex comparatio fit (ut dixit Aristo.) quando id in quo fit comparatio sit non æquiuocum: in uno subiecto, & unius speciei. Composita uero fieri potest immediate in duobus. Modo sit aliquod unum mediate. uerbi causa. in argumento dicto Plato & Socrates comparātur immediate in duobus, uidelicet albedine & nigredine, sed mediate in uno uidelicet in intensione, quia cum dicitur Plato est albior quàm Socrates niger: est dicere ꝙ albedo est intensior nigredine, & ita mediate comparantur in intensione, & una natura. Hæc ad primam. Ad secundam nonnulli calculatores imaginantur totam rerum naturalium latitudinem perfectionalem terminari duobus extremis exclusiue. Vno tanquā summo utpote deo. Altero tanquam non gradu, utpote materia prima. fingunt enim hanc rerum latitudinem esse uti circulum: cuius quidem centrum est materia prima. orbis uero ac circunferentia est deus, & tunc sicut circa omne cētrum & infra omnem circunferentiam infiniti describi possunt circuli: quorum unus est altero maior, ita inter deum & primam materiam intelligi possunt species infinitę: quarū una est perfectior altera: atq; ut ille circulus minor est, qui à centro minus distat: ita illa species minoris erit perfectionis, quæ minus à materia distat. Sed hæc non est uera positio: nec habet bonum colorem. uera quidem non est, quia nihil potest terminari eo extremo, quod terminum non habet. nihil enim interminatum est aptum terminare aliud. at deus est quid interminatum. igitur nihil potest terminare. Colorem uero bonum nō habet, quia potius deus comparari debet centro, quā circunferentiæ: nam circunferentia proficiscitur à centro & non econtra. modo è deo ipso omnia exeunt, propterea Empedocles ita deum descripsit. deus est centrum: è quo lineæ exeunt undiq;. Alij dixerūt rerum perfectiones attendi penes propinquitatem uel remotionem à non gradu perfectionis, quæ est prima materia, & ita penes recessum à materia uolunt latitudinem perfectionum rerum mensurari. Contra hanc positionem solet instari, quia tunc materia prima esset infinitæ modicæ ꝑfectionis, & ita imperfectior accidente quouis, quod non recipiunt peripatetici: nam omne accidens ponunt imperfectius omni substantia. Alij propter hoc tenent rerum latitudinem attendi penes accessum atq; recessum à summo: utpote à deo. Sed hoc stare non potest. Primo quia omnes res essent eiusdem perfectiōis, quoniam omnes in infinitum distarent ab ipso deo, qui est infinitæ perfectus. Secundo quia tunc consimiliter esset in latitudine qualitatiua: modo hoc est falsum, quia dato ꝙ summus caliditatis gradus sit ut decem: non propter hoc illa caliditas est in duplo intensior alia, quæ illi summo est in duplo propinqor. Nam caliditas ut nouem est in duplo illi propinquior quā caliditas ut octo: distant enim octo à decem per duo. nouē uero per unum: modo duorum ad unum est dupla proportio, & tamen non propter hoc est in duplo intensior, & ita de hac re non parua est quæstio. Videtur igitur mihi esse dicendum latitudinem perfectionum rerum esse attendendam penes recessum à non gradu cum positione secunda: in qua omnes calculatores ferè concordant. Sed quid sit ille non gradus: non parum est lene. potest igitur non gradus uno modo sumi priuatiue: sicut punctus priuatiue est non quantus, sed aptus ut ab illo proficiscatur quantitas, & positiue est infinita modica quantitas. Dico igitur ꝙ non gradus rerum priuatiue sumptus est rerum priuatio: quæ est non res, sed id unde res fluunt. non gradus uero positiue dubius est, & aliqui uolunt accidens, & aliqui materiam. quicquid sit: dici potest res mensurari per recessum à non gradu priuatiue sumpto. Sed si materia sit non gradus positiue acceptus: penes recessum à materia. igitur penes non gradum: quicquid sit ille. Ad tertiam concedunt omne accidens habere aliquod primum subiectum: sine quo inueniri non potest, & ita esse proprium saltem primo modo. nō

Solō priæ.

Solō scdæ

Prima pō de rerū pfectione. Vide & Albertū de sa xo. q. 5. h'

K

Cōfutatio

Secūda pō

L

Tertia pō Cōfutatio

M

Propa pō

Quid non gradus.

Vide can. q. 3. qnti hui⁹. & ibi multa.

Solō tertię

N autem tale subiectum determinare tale accidens, quæ ratione fit, ut licet albedo esse non possit nisi in superficie: tamen superficies esse potest sine albedine. Ad quartam. aliqui uolunt dimensiones cœli & generabilium esse eiusdem rationis ab unitate subiecti primi, quæ est potentia ad ubi, quæ est unius rationis in cœlo & rebus generabilibus. Auerroes autem uult dimensiones cœli esse alterius rationis, quoniam dimensiones generabilium sunt secundum sui speciem interminate. Illæ uero suapte natura terminate sed de his alibi. Ad quintam. aliqui concedunt totum ut nos aliquando. Alij respondent ad rationem, ꝙ illa comparatio est impropria: non quidem in specie specialissima, sed subalterna. sed hæc res spectat ad librum cœli. Hęc de quæstionibus his satis.

Sol. quartę

An genus sit ęquocū. Vide gradeū Escu: lec. 8. hui⁹.

Igitur hac ratione circa motum id æque uelox ē: quod per tantundem æquale motum est.

O His expositis. Nunc concludit intentum, & uult quòd ut in alijs ea comparabilia sint, quæ non sunt æquiuoca, & ꝙ sit idem primum susceptiuum illius: in quo fit comparatio & eiusdem speciei: hac ratione & his tribus conditionibus seruatis: id æque uelox est, quod per tantundem æquale motum est. Hæc est solutio quæstionis in generali. Auerroes uero circa calcem commēti. 29. primo reddit causam: quare recta linea & circularis non sint comparabiles secūdum æquale uel magis & minus, & ait causam esse, quia non est possibile ut una alteri supponatur. Sed tantum esse lineæ comparari possunt, quæ uel sunt curuæ circularis figuræ, aut recte, quia hæ possunt inuicem superponi secundum mensuram, & hæ sunt eiusdem speciei. Obijcit tamē sibi ex modis loquendi mathematicorum. nam mathematici solent dicere lineam rectam esse breuissimam, quæ potest duci inter duo puncta. cum igitur inter duo puncta nō tantum recta linea duci possit, sed etiam curua: sequitur lineam rectam esse breuiorem linea curua, & ita comparabiles esse. Secundo solent dicere circunferentiam circuli æqualem esse figuræ poligoniæ hoc est plurium angulorū, uidelicet. Illæ quæ est quatuor rectorum angulorum, ut dicitur in de quadratura circuli. igitur aliqua pars lineæ circularis alicui parti lineæ quadratæ æqualis esse potest, & ita linea curua æqualis erit lineæ rectæ, & ita comparabiles.

Expositio.

Quæ auer. comē. 29.

Obones. Prima obo

P Secunda.

Respondet Auer. has comparationes esse large dictas, qa large dicitur lineam rectam esse breuissimam uel breuiorē curua. itemq; neq; æqualitas sumitur uniuoce: cum dicitur lineam rectam æqualem esse lineæ rectæ, & lineæ curuæ, sed diuersis rationibus: dicuntur nanq; rectæ æquales, qa earum una alteri superponi potest. Sed recta æqualis curuæ dicitur: quatenus intelligi potest rectam effici curuam, & econtra, & ita inuicem superponi. Verum in hoc, ut dicit geometræ decipiuntur, quia credunt in re ita esse ut mente concipiunt. modo hoc non uerum est, quia impossibile est lineam rectam incuruari fieriq; circularem, & etiam impossibile est contra fieri. Hæc Auerro. Sed ambigunt contra hæc, quia corpus rectum fieri potest circulare ut de ipsa uirga uidetur. igitur linea recta potest effici circularis, quia nō potest corpus incuruari: nisi linea recta incuruetur. Secundo eadem materia est curui & recti. igitur rectum effici potest curuum, & econtra. quia potentia materiæ est ad utrūque. Soluunt sorticolæ lineam rectam effici posse curuam in suppositione personali: non autem in suppositione simplici, & hoc modo tolluntur rationes. Sed hoc est friuolū, quoniam nulla linea recta potest fieri circularis, quoniam unum contrarium non potest effici aliud. Propterea melius dicerem quòd ut album potest fieri nigrum, quia id quod nunc est album potest fieri nigrum, & nunquam albedo potest fieri nigredo: sic rectum effici potest curuum, & nunquam rectitudo fieri potest curuitas, & ita lineatum rectum effici potest lineatum curuum: linea tamen recta nunquam potest fieri linea curua. Et hæc est melior solo.

Expō au.

Q Dubitatio cōtra auer.

Solō sorticolarum. Cōfutatio

ppria solō

At si per huius magnitudinis æquale, hoc quidē alteratum sit; illud uero latum, erit ne ergo æqua

Tex. 30.

At si

A lis hæc alteratio lationi: atq; uelocitatis eiusdem. An absurdum est, cuius rei causa, quia motus species habet.

Expositio. Hactenus de solutione generali. Nūc in speciali loquitur de cōparatione motuum diuersorum generum. & inquit. At si per huius magnitudinis æquale, æquale dico aut lōgitudinis, aut latitudinis, hoc quidē alteratum sit, illud uero latū, erit ne ergo æqualis hæc alteratio lationi: atq; uelocitatis eiusdem? Rñdet an absurdum est cuius rei cā est, quia motus species habet, & ita est genus, modo in genere cōparatiōes non fiunt: ut dictum est. Debes scire q; spatium per qđ fit alteratio, est latitudo graduum qualitatis. per quod uero fit latio: est longitudo. propterea petit si per æquale hoc alteratum sit, illud latum, sumit enim æquale commune ad longitudinem, & latitudinem.

Quare si ea quæ æquali in tpe æqualem per longitudinem lata sunt: æque uelocia erunt, linea recta circunferentiæ erit æqualis.

B Expositio. Secundo nunc solutionē facit in motibus eiusdē generis, & uult motus eiusdem generis non esse comparabiles, quia tunc linea recta, & linea circularis: super quas fierent, eēnt comparabiles. & hoc inquit. Quare si ea quæ æquali in tēpore æqualem per longitudinē lata sunt: æque uelocia erūt linea recta circunferentiæ erit æqualis. est igitur ueritas, q; non omnis latio omni lationi comparabilis est, quia tunc omnis linea omni lineæ comparabilis erit.

Vtrum igitur huius causa est, quia latio est genus: an quia linea genus, nā tempus quidem semper est idem, ac indiuiduū specie: an simul illa specie differunt: etenim latio species habet: si id supra quod fit motus: species habet.

Expositio. Hactenus de solutione motuum eiusdem generis diuersarumq; specierum. At nunc quærit de cā: quare motus rectus, & circularis non sunt cōparabiles. Pōt enim dubitari an causa sit ex parte motus: an ex parte magnitudinis. & inquit. Vtrum igitur huius cā est, quia latio est genus, & hoc ex parte motus: an quia linea genus est, et hoc ex parte magnitudinis. est. n. motus genus ad rectum & circulare. Silr & linea genus ad rectam & circularem. Propterea dubitatio esse pōt. ex parte cuius. nam hi conferri nō possunt. at ex parte tpis non pōt esse dubitatio: nam tp̄s quidem semper est idem: ac indiuiduum specie. Respondet illos conferri non posse pp utrasq; causas. & hoc inquit. An simul illa specie differunt. igitur causa est ex parte utriusq;. etenī latio species habet uidelicet rectam & circularem, si pro quia id supra quo fit motus species habet. igitur causa incomparabilitatis illorum est ex parte utriusq;.

C

Præterea utrum si id per quod fit motus specie differat: latio quoq; differat specie: ceu si pedes sint ambulatio est: si alæ, uolatio: an nō: sed figuris alia est latio. Quare quæ in æquali tempore magnitudinem eandem transeunt: ea ęque uelocia sunt. Eādem autem non differentē specie. quę si est. motus etiam specie non diuersus erit.

D

Expositio. An res unius spēi sit cōparabilis rei alteri spēi in perfectione. Vid alb d. 1. q. 5. hº. An magnitudo recta & magnitudo circularis sint eiusdē spe ciei.

Obiter mouet dubitationem. utrum ex differentia specifica instrumentorum motus differant specie. ut ambulatio quæ pedibus fit, differat specie a uolatione: quæ alis perficitur. Respondet. & inquit. an non. sed figuris alia est latio: quæ respōsio potest dupliciter intelligi. Vno modo iuxta expositorem: q; motus qui diuersis fiunt instrumentis, non differunt specie pp instrumenta, sed figuris: supple magnitudinum: super quas aguntur. Aut iuxta Auer. differunt figuris hoc est qualitatibus motuum & accidentaliter, quatenus auis per alas motum efficit alterius figurę. & animal per pedes alterius. & ita uult tales motus non differre specie essentialiter: sed accidentaliter. Qua ratione aliqui dicunt ad ueram comparationem etiam requiri ut nec ipsa comparabilia specie differant accidentaliter: ita ut nec uolatus ambulationi, nec ambulatio natatiōi cōparabiles sint nisi forsitan communiter ac quadam crassa minerua. Nouus expositor ideo instrumenta non uariare motus speciē asserit: quia instrumentum non uariat definitionem motus cum motus definitionem non ingrediat. Sed hoc nihil est. quia licet non uariet definitionem motus in genere: uariat tamen illam in specie, & in illius definitionem digreditur. dicitur enim uolatus motus auis, qui per alas in aere fit.

E Et an motus rect' & motº circularis sint cōpabiles adinicē in uelocitate. Vide Bur. t. 31. hui'.

Po. ppria.

Melius igitur dicerem ut Auer. dixit: instrumentum esse quid accidentale motui recto: cum esse possit rectus motus sine instrumēto. ut motus ignis sursum uel terræ deorsum. non autem esse potest sine magnitudine.

Tex. 31.

Quare hoc considerandum est: quæ uidelicet sit motus differentia. atq; ratio hæc significat genus ipsum non esse unum quid, sed in ipso multa latere. Equiuocationum autem aliæ quidem nimium distant. Aliæ uero similitudinem quandam habent. Aliæ propinquę aut genere, aut proportione. quocirca quamuis æquiuocationes sint, non tamen uidentur esse.

F

Expositio. Proponit nunc quæstionem, & antequàm soluat ipsam: declarat qualis est generis, & speciei unitas. & inqt. Quare hoc considerandum est, quæ uidelicet sit motus differētia. hæc est quæstio. quid uero hinc eliciatur, subdit. atq; ratio hæc significat genus ipsum non esse unum quid, sed in ipso multa latere: & quia ea quæ in genere latent sunt æquiuocationes, subdiuidit æquiuocationes. & inquit. Aequiuocationum autem aliæ quidem nimium distant, ut illæ in quibus solum nomen commune est: ceu canis de sidere & latrabili. Aliæ uero similitudinem quandam habent: ut homo de marmoreo, & de animali rationali, quatenus habēt similitudinem ueri hominis. Aliæ propinquæ, & hæ bifariam, aut genere, ut corpus de cœlo dicitur & elemento: cum non sit materia una. Aut proportione. ut magister, & de doctore, & de sartore, aut maiordomo. his enim modis æquiuocationes sunt. subdit q; licet æquiuocationes propinquæ non uidentur æquiuocationes propter genus, uel proportionem, tamen sunt: recte igitur de motus differentia est considerandum: quoniam in genere, latent æquiuocationes. Vtrum cum æquiuocationes generis stet unitas formæ genericæ. ut utrum animal esse possit æquiuocum dato q; unica sit sensibilis anima in equo, & homine Thomas noster tenet cum æquiuocatione generis nō stare unicam formam genericam in speciebus. Mouetur autem quia unitas formæ est unitas naturæ. Modo si generi responderet una natura esset uniuocum, & non æquiuocum. propterea tenet speciem esse quid unum a forma una i rerum natura existente. at genus esse unum ab unitate conceptus, quatenus in sola consideratione accipitur forma generis per abstractionem intellectus a differentijs. Hæc quæstio spectat ad librum de anima. Attamen pro nunc dicerem formam generis inesse speciebus aut ut perficiens, aut ut disponens. Si enim unica esset forma generica materias omnium specierum animalis perficiens: proculdubio animal esset unius naturæ, & acceptum ab unica natura. at ubi illa forma disponeret illas materias pro forma ultima specifica: proculdubio genus ab illa non acciperetur, sed ab unitate conceptus per abstractionem a differentijs ultimis ut recte Thomas. causa esset, quia non potest genus sumi a forma, quæ non constituit rem in genere. & hac ratione patet cum æquiuocatione generis stare unitatem formæ genericæ, formæ dico non perficientis, sed disponentis, quia unitas disponentis formæ non ponit unitatem naturæ in dispositis.

An æquocū numeretur in æquocatis: Vide Sco. d. 25. prī. & de uniuocis denominatiue. vid. 5. me q. 4. Et de. uniuoco et uniuoce. d. 7. tertii. q. 1.

G Vide etiā Gradeum esau. 1. ecti. 8. huius.

An genus sit ęquocū uel uniuocū. Vide Burl. hic. Vide etiā Egi hic. ppria pō.

H

Quando igitur nam diuersa est species. utrum cū idem in alio. An cum aliud in alio est.

Expositio. Proposuit considerare motuum differētiam, quærit quonam modo differentia speciei accipi possit generatim, tā

I ut deseruiat motibus, q̃ ut deseruiat alijs. & inquit. Quando igitur nam diuersa est species, utrum cum idem in alio, ut Plato tenet, qui differentiam omnem ex parte materiæ & subiecti nanciscitur. Respondet an cum aliud in alio ē. igitur differentia est ex parte subiecti & naturæ. & hoc est peripatetice dictum. dulce. n. & album differunt specie: q̃a natura alia sunt. acuties in uoce, & stilo etiam specie differunt, quia subiecto differunt.

Quomodo diuersitas magnitudinum & diuersitas subiectorum impedit cōparationē. Et diuersitas subiectorum remotos im pediat cōparationē. Vide Egi. t. 30. hui⁹. Expositio.

Et quę nam est definitio. an qua diiudicamus uel idem esse album & dulce, uel aliud. & hoc uel q̃a in alio uidetur aliud: uel quia oı̄no non idem est.

Quia dixit differentiam specificam nancisci tam ex parte naturæ: q̃ ex parte susceptiui, & ex parte naturæ nancisci non possumus, nisi propter definitionem, idcirco quęrit & quæ nam est definitio. Respondet an qua diiudicamus uel idem esse album & dulce, uel aliud. dico aliud uel secundū apparentiam, uel existentiam, & hoc inquit. Et hoc uel q̃a in alio uidetur aliud, uel quia omnino non idem est. igit̃ ea est rei definitio, qua cognoscit̃ e quo res differt, & cū quo conuenit. Hæc de latione ab Arist. habentur.

K

Tex. 32.

At de alteratione quonam mō una alteri est ęque uelox. Si igitur est sanari alterari: & unus uelocius alter tardius sanari potest, atq; aliqui simul: fit ut alterationes esse possint ęque ueloces, quippe cum inęquali tempore sint alterati.

Expositio. An in differentibus spē possit esse idē accidēs spē. Vide Egi. t. 30. hui⁹.

Hactenus de comparatione lationum egit. Nunc ambiguitatem proponit de comparatione alterationum. & inquit. At de alteratione quonam modo una alteri est æque uelox? Hæc est dubitatio. Respondet si igitur est sanari alterari, & unus quidem uelocius, alter uero tardius sanari potest, atq; aliqui simul, fit ut alterationes esse possint ęque ueloces. quippe cum in ęquali tpe sint ambo alterati. Hęc est solutio. Quod uero ad uerba attinet. Aristo. dixit. si igitur est sanari alterari, & non dixit absolute sanari esse alterari, quia superius id confutauit; ideo hic loco exempli id accepit.

Declaratio uerborum.

L

Sed quid nam in alteratione est ęquale, non. n. hic ęquale dicitur. Sed ut æqualitas in quantitate, sic similitudo hic. An ęque uelox est quod in æquali tempore ipsum est mutatum.

Expositio.

Dictum est unam alterationem æque uelocem alteri eē. igitur æqualis una alteri, propterea quærit. Sed quidnam in alteratione est æquale? non enim hic hoc est in genere qualitatis, ad quod est alteratio: æquale dicitur: sed ut ęqualitas in quantitate: sic similitudo hic. igitur alterationes nō æquales dicendæ sunt: sed similes. Respondet, an æque uelox est, quod in æquali tempore est mutatum: hoc est penes tempus tantum. unde in latione æqualitas motuum emergit propter duo: tum propter temporum ęqualitatem tum propter magnitudinum paritatem. propterea æque uelocia sunt, quę æquis temporibus pertranseunt: æqualia spatia. In alteratione uero attenditur æqualitas solum propter tempus. ut hæ sint æque ueloces alterationes quibus similes qualitates acquiruntur, dico similes in gradu, inæquali tempore. Qua ratione non imperite dicunt, qui tria esse necessaria ad æque ueloces alterationes asserunt, uidelicet temporum æqualitatem, qualitatum unitatem specificam: atq; similitudinē in gradibus. Nonnulli uero æqualitatem asserunt euenire in qualitatibus, quatenus qualitas est latitudo quædam per gradus uariabilis.

An omnis motus cuilibet motui sit comparabilis. Vide alb. de saxo q. 6. huius.

M

Vtrum igitur eo in quo est affectio, an affectione ipsa alterationes conferre oporteat. An igitur hic quidem eandem sanitatem, quæ neq; magis neque minus. Sed similiter inest: sumere decet. nam si affectio alia sit: ut si hoc dealbetur: id uero sanetur: iis nihil idem est: nihil æquale: nihil deniq; simile. immo hæc alterationis species efficiunt, ut nec una sit alteratio, quemadmodum nec una latio. Quare sumendum est quot nam sint alterationis species: N quotq; lationis. nam si ea ad quæ motus sunt: specie differunt: quorum motus per se sunt & non p̃ accidens, & motus profecto specie differunt. si genere: genere. si numero: numero.

Petit ulterius qua nam ratione alterationes similes sint: cum enim etiam possint similes ex parte subiectorum, & ex parte naturæ specificæ. ideo inquit. Vtrum igitur eo in quo est affectio hoc est subiecto, an affectione ipsa alterationes conferre oporteat? Respōdet esse respiciendum ad naturam. & non tantum ad naturam, sed ad gradus naturæ. quia ad hoc ut comparabiles sint: oportet qualitates eē similes natura, & gradu. Inquit. An igitur hic quidem eandem sanitatem, quæ neq; magis nec minus, sed similiter inest, sumere decet: cuius causam subdit. d. nam si affectio alia sit, ut si hoc dealbetur, id uero sanetur, ijs nihil idem est quo ad substantiam: nihil æquale quo ad quantitatem: nihil deniq; simile quo ad qualitatem. Qua rōne euenitu, t nullæ esse possint penes has qualitates comparationes. Immo: ut inquit. hæc siue subiecta diuersa: siue naturæ diuersæ alterationis species diuersas efficiunt: ut nec una sit alteratio specie. propterea subdit. Quare ad comparādum tā alterationes q̃ loci mutationes: sumendum est quot nam sint species alterationis, quotq; lationis, & hoc etiā ex parte terminorum ad quos. nam si ea quæ per motum acquiruntur specie differunt: quorum motus per se sunt, & non per accidens, & motus profecto specie differunt. Si genere. genere. Si numero: numero. Vt quinto huius patet. hinc perspicuum eas alterationes æque ueloces esse, quarum qualitates sunt eiusdem speciei: intensione consimiles: tempore. Quod uero ad uerba attinet: dixit. quorum motus p̃ se sunt, & non per accidens, quoniam distinctio specifica motuum non ex differentia terminorum per accidens colligitur, sed terminorum per se. possunt enim duæ alterationes per se esse ad terminos eiusdem speciei, ut ad duas caliditates. per accidens uero ad terminos diuersarum, specierum ut ad ophthalmiā, & emicraneam. Debes scire aliq̃s formas esse consimilis intensionis, quæ non sunt consimilis latitudinis. Vt si a. forma intenderet̃ à gradu ut quatuor usq; ad gradum ut octo: & B. à gradu ut unum ad gradū ut quatuor. intensiones harum erunt consimiles, & tamen latitudines dissimiles, quia latitudo ipsius a. cum correspondeat suo gradui medio: erit ut sex. latitudo ipsius B. per idem erit ut duo propterea ad hoc ut comparationes fiant, requirit̃ consimilis intensio, & non consīlis latitudo.

O

P Intensio latitudo.

Sed si uel alterationes sint æque ueloces. utrum igitur ad affectionem si sit eadem: uel similis: an ad id quod alteratur: respicere oportet. ut si huius q̃dem tantum: illius uero tātum dealbatum sit. An ad utrūq;. eruntq; eadem quidem uel aliæ: si eadē uel alia sit affectio. æquales uero uel inæquales, si ęquale uel inæquale sit illud. Tex. 33.

Mouet consequenter quæstionem penes quid æque uelocitas in alteratione attendatur. & inquit. Sed si uel alterationes sint æque ueloces, utrum igitur ad affectionem si sit eadem, uel similis, an ad id quod alteratur hoc est ad subiectum respicere oporteat. est igitur quæstio an penes affectionum æqualitatem an penes subiectorum attendatur æque uelocitas alterationum. uerbi causa. si huius quidem subiecti tantum. illius uero tantundem albatum sit, erunt alterationes æque ueloces. Respondet an ad utrūq; hoc est tam ad subiectum, q̃ ad affectionem esse respiciēdum. Sed aliter & aliter. nam erunt alterationes eædem intensione, & specie uel aliæ, si eadem uel alia sit affectio specie & intensione. æquales uero uel inæquales. si æquale uel inæquale sit illud supple quod alteratur. igitur similitudo alterationum attenditur penes similitudinem. formarum in specie & intensione. æqualitas uero penes æqualitatem subiectorum, quæ alterantur. Huius causa est, quia affectio à subiecto

Q

A subiecto habet quātitatem. à specie uero habet gradus & intensionem. quare penes speciem attenditur comparatio uelocitatis. penes uero subiectum comparatio æqualitatis. Auer. uero. inquit. & debes scire ꝙ consideratio coniunctionis in alteratione si fuerit secundum subiectum tantum, erit per accidens. & si fuerit secundum solam passionem, non erit illic ęqualitas perfecta, sed solummodo similitudo. ergo in consideratione æqualitatis pfectæ hæc duo exiguntur. s. similitudo passionis, & æqualitas subiecti. Ex quibus sequitur ꝙ si duæ alterationes sint forma dissimiles, & subiecto æquales, erunt comparabiles saltem quo ad æqualitatem tantum. Si uero sint forma similes, subiecto differentes, erunt comparabiles saltem quo ad uelocitatem. at ubi subiecto æquales & passiōe similes sint, erūt perfectè comparabiles quo ad utrūq;.

Quę auer. cōmē. 33. An alteratio possit dici silis tātū & ęq̄lis. Vide Egi. hic.

Text. 34. At in generatione etiam atq; corruptione idem considerandum est, ut quonam modo ęque uelox sit generatio. An æque uelox est: si æquali in tempore idem ac specie indiuiduum generetur, ut homo: sed non animal. uelocior autem si inæquali diuersum.

B

Expositio. Consequenter de generationum comparatione loquens penes quid attendatur æque uelocitas generationum disputat. & inquit. At in generatione etiam atq; corruptione idem considerandum est, ut quonammodo æque uelox sit generatio. Respondet an æque uelox est, si æquali in tempore idem ac specie indiuiduum generet̄, ut duo homines eiusdem speciei, quando æquali in tempore generantur, ęque ueloces erunt generationes. sed non quando animal, uel indiuidua specie differentia: genere eadem generantur. uelocior autem si tempore æquali generetur diuersum ut maius animal, utpote si quo tempore generatur canis generetur æquus, æqui generatio uelocior erit.

Non enim habemus quæ nam duo sint: in quibus est diuersitas: quemadmodum ea duo: in quibus dissimilitudo est.

C

Expositio. Remouet tacitam quæstionem, dicebatur enim in alteratione attendi subiectum & affectionē. hoc est ꝙ affectio sit eadem, & subiectum idem. at in generatione uult esse attendēdum subiectum tantum: quod sit specie indiuiduū. quæret modo quispiam propter quid in alteratione utrūq; sit respiciendum, in generatione subiectum tantum. Respondet non enim habemus quæ nam ea duo sint, in quibus est diuersitas: quemadmodum ea duo, in quibus est similitudo. & huius causa est, quia id in quo est similitudo uariatur secundum magis & minus. at substantia cuius est generatio non recipit magis & minus. igitur in comparatione generationum sufficit respicere subiectum penes qđ potest esse uariatio in specie. & non affectionem: cum penes eam non est intensio & remissio.

Quod si substantia numerus sit, plus uel minus numerus erit in eadem specie, licet ipsum commune nomine careat. Et utrūq; ut plus uel excedens magis affectio est. ut uero maius, quantum est.

D

Expositio. Nunc recte expositores dicunt Aris. loqui de comparatione generationum secūdum Platonem & Pythagoram. ubi debes scire Platonem & Pythagoram posuisse numerum esse rerum substantiam. Qua ratione cogebantur dicere ea quæ sunt in eadem specie differre numero, aut maiori, aut minori. Sed hæc erat differentia ꝙ in quantitatibus numerus communis habet nomen. ut trinarium, quaternarium. & id genus. in substantia uero non habet nomen illud cōmune. & licet ita sit ꝙ non habeat nomen, tamen utrunq; contentorum in illo communi generatim, aut quale dicit̄, si uarietur secundum intensum & remissum, aut quantum si uarietur secundum maius & minus. & hoc inquit. Quod si substantia numerus sit, ut Pythagoras & Plato sentiunt, plus uel minus numerus erit in eadem spē: hoc est, ea quę sub eadem spē sunt, differunt numero maiori uel minori, licet ipsum commune ad illa nomine careat, quia neq; trinarius, neq; binarius dicitur, ut in quantitatibus. uerum utrunq; illorum contentorum sub eadem specie: quatenus plus uel excedens magis, affectio est, & qualitas. quatenus uero maius & extensum, quātum est. sic igitur patet apud Platonem & Pythagorā generationes comparari tam penes subiecta, q̄; penes affectionem, quia apud eos affectio communis uariatur secundum magis & minus. Auer. uero aliquantulum aliter intelligens textum, inquit, ꝙ disconuenientia uel conuenientia inquāto & quali habent nomē, in substantia autem non. uerbi causa. conuenientia in quāto æqualitas dicitur, disconuenientia inæqualitas. In quali uero conuenientia est similitudo, disconuenientia uero dissimilitudo. & in quali etiam disconueniens dicitur fortius & debile, in quanto maius & minus. at conuenientibus & disconuenientibus in substantia nullum nomen commune est, quia licet æque perfectum uel inæqualiter perfectū competeret illis: hoc non modo substantijs conuenit, sed rebus omnium prædicamentorum. Hæc ex commento.

E

Quę auer. cōmē. 34. An si nūer͛ esset sub stātia rerū maior & minor numerus eēt silis spēi. Vide Egi. hic. & Gra deū escul. lec. 8. hui⁹.

F

Ex ijs sequitur ꝙ ideo conuenientibus & disconuenientibus in substantia, siue maioritati & minoritati substantiæ non est nomen proprium impositum, penes cuius significationem attenditur uelocitas uel tarditas in generatione, quia substantia non est per se æqualis uel inæqualis, magna uel parua, intensa uel remissa: sed solum per accidens. at apud Platonem & Pythagoram tale commune uariabile quidem est penes maius & minus, cum sit numerus, & s̄m æquale & inæquale, non tamē nomē habet. propterea apud eos pōt esse aliquid penes quod attenditur uelocitas uel tarditas generationum, & non solum ex parte subiecti ut dicit Aris. Quidam iuniores aiunt non esse impositum nomen illi communi penes quod attendit̄ uelocitas & tarditas in gn̄atione, quia uelocitas & tarditas in gn̄e pōt esse, aliq̄n ex parte agentis, aliq̄n ex parte materiæ, aliq̄n ex parte applicationis agentis ad passum. Cum igitur omnibus ijs causis uelocitatis & tarditatis generationis non sit unum nomen commune impositum: ideo non est aliquid penes quod attenditur uelocitas ac tarditas generationis.

Pō iunior͂.

G

Sed huic expositioni obijciunt Blacterones, q̄m per idē, nec in alteratione esset aliquid penes quod attenderet̄ uelocitas uel tarditas, q̄m pluribus de causis esse pōt uelocitas uel tarditas alterationis etiam in generatione, uelut ex parte agentis materiæ, & applicationis. Sed illi bene defendi possunt: quoniam omnes hæ causæ in alteratione reducuntur ad unam communem qualitatem, quæ intendit̄ & remittitur: at in generatione non possunt illæ causæ reduci ad communem formam quæ intendatur uel remittat̄. propterea in alteratione nulla illarum causarum est causa prima uelocitatis motus, nisi quia est causa uariatiōis qualitatis. at in generatione quælibet est causa prima uelocitatis sine intensione uel remissione formæ.

Cōfutatio aliquorū.

Defensio

Text. 35. Cum autem omne quod mouet aliquid semper moueat, & in aliquo: & usq; ad aliquid. Atq; in aliquo dico, quia in tempore usq; ad aliquid: quia p quantitatem aliquam longitudinis mouet. Semp enim simul mouet ac mouit: quare quantitas quędam erit per quam motum est, atq; in quanto.

H

Expositio. Hactenus ꝙ motus sint comparabiles. Nunc quonam modo comparentur docet. & quoniā latio est primus motuum: primo docet comparationes in latione. deinde in cęteris motibus. pro executione primi præmittit duo uti suppositiones. primum est. ea secundum quæ oportet comparare lationes. & inquit. Cum autem omne quod mouet aliquid semper moueat, & in aliquo, & usq; ad aliquid, & exponit se dicēs. Atq; in aliquo dico, quia in tempore usq; ad aliquid, quia per q̄titatem aliquā longitudinis mouet, cuius causa est, quia motor semper simul mouet ac mouit, quia ut disputatum est in sexto. omne quod mouetur, motū est, & ita omne quod mouet, mouit. propterea concludit: quare q̄titas quædam erit: per quam iam motum est mo

Vide Egi. hic & Gra deū escul. lec. 9. hui⁹.


I bile: & semper adhuc in quanto, per quod mouetur. Est igitur primum q quatuor sunt necessaria ad motum mouens, mobile, tempus, & spatium, & penes hęc dabuntur regulæ comparationum.

Si igitur a. quidem sit mouens: b. uero id quod mouetur c. longitudo per quam mouetur. Tempus deniq; in quo est motum sit d. Potentia profecto æqualis quæ est a. æquali in tempore quod erat d. dimidium eius quod mouetur, quod erat b. per duplum ad ipsam c. lõgitudinem mouebit: per ipsam autem c. in dimidio ipsius temporis d. nam sic erit proportio.

Tempus.

D

K



Expositio. An sicut augeē potentia, sic diminuaē tempus. Vide Egi. hic, t. 36.

Secundum quod supponit est casus uidelicet q a. sit mouens: b. uero mobile c. spatium d. tempus. Quibus suppositis, ponit primam regulam bipartitam uidelicet q si aliqua potentia mouet aliquam resistentiam in aliquo tēpore per aliquod spatium, eadem uel æqualis mouebit dimidium illius resistentiæ in eodem uel æquali tempore p duplum ad illud spatium. hæc est prima pars regulæ. Sed per
L idem spatium mouebit illud dimidium in dimidio temporis. hæc est secunda pars. huius rei causam reddit dicens: quia sic seruabitur semper proportio temporis ad spatium: & mouentis ad mobile. ut enim dicebatur in sexto per q̃tum proportionabiliter potētia excedit resistentiam per tãtum uelocius mouetur. per quantum id uelocius mouetur per tantum super æquale spatium diminuitur de tempore, uel æquali tpe crescit de spatio. quare si dimidiatur resistētia tempore existente ęquali: crescit spatium ad duplum. & sic habetur prima pars. si uero spatium non crescet, tēpus dimidiabitur: & sic habetur secunda. recte igitur ait. si dēat seruari inter illa proportio, regulæ illæ ueræ sunt. Hæc de prima regula. Auer. autem aliquantulum aliter continuat capitulum. uult enim q cum Aris. compleuit comparationes motuum, uult declarare aliqua propria motori & moto. & sic apud ipsum Aristo. non dabit regulas comparationum, ut expositores sentiunt, sed dabit nonnulla propria motori & rei motæ. primum igitur proprium motori est, q si aliquis motor mouet aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, idem motor uel æqualis mouebit dimidium illius moti in illo uel æquali tempore per duplum illius spatij, & per illud uel æquale spatium in dimidio illius temporis. Hæc prima ꝓprietas motoris apud Auer. Quod uero ad uerba attinet, Auer. hic per motorē uult Aris. intelligere corpus, quod est mouens extrinsecũ, non aũt uirtutem in corpore: uel motorē separatum, qui est motor intrinsecus: & quod ita intelligat: probat quia Aris. in suis translationibus inquit. Semper enim simul mouet, & mouetur. Modo motor qui in mouendo mouetur: est corpus. hæc ipse quo ad uerba. & (ut mihi uidetur) errauit propter malas quas habet trãslationes. In codicibus enim græcis habetur sic. semper enim simul mouet & mouit. & per motorem uidetur intelligere potentiam actiuam. ac oē id quod se tenet ex parte agente: siue sit extrinsecum siue in-

Quę auer. cōmē. 35.

M

Quantum ad uerba.

N trinsecum. & per mobile potentiam resistitiuam, & omne quod se tenet ex parte resistentis, ut medium & alia cõcurrentia. ulterius Auer. rationem regulæ uigorans, inquit. & hoc est ita quia uelocitas propria unicuiq; motui sequitur excessum potentiæ motoris super resistentiam moti. ideo cum dimidiauerimus mobile, continget omnino ut proportio potentiæ mouentis ad resistentiam rei motæ sit dupla. & ita uelocitas dupla ad uelocitatem. igitur in illo tempore mouebit dimidium rei motæ per duplum spatium, & in dimidio temporis per illudmet spatium. Hæc est expositio regulæ, & declaratio rationis. Sed digressionem mouet Auer. ibi. & hoc commune est in oī motore. Vbi Auer. colligit primo in quibus regula locum habet. & inquit. illã habere locum in omni motore, cuius potentia est finita in tempore: ut sunt motores corporei q̃ti & diuisibiles. nam in his efficici potest motoris diuisio ad duplum & auctio: & similiter ipsius mobilis, quia sunt q̃ti. Deinde mouet quæstionem utrum datis motoribus incorporeis: de qbus in octauo uidebitur, hæc regula habeat locum in illis, ut si
O potentia moueat resistētiam per certum tempus, & super datum spatium, eadem moueat dimidiũ resistentię per idē spatium in dimidio tēporis. Aut dupla moueat eandem in eodē tempore per duplum spatium. hanc quæstionē dicit esse difficilē, & primo arguit pro parte affirmatiua sic. in quibus est motus: in illis oportet intelligere resistentiã inter motorem & rem motam, & ita regula habet locum. & hoc siue motus sit naturalis, siue uiolentus. Sed in corporibus cœlestibus est motus. igitur inter motorē cœli, & mobile illius est resistentia, & ita regula habet locum. Secundo arguit. inter omne agens & omne patiens est resistentia, est enim resistentia communis agenti & patienti: quatenus agens est alterum, & patiens alterum. Sed in corporibus cœlestibus est agens ut motor, & patiens ut mobile: igitur etiam reperitur resistentia, & ita regula habebit locum. Tertio arguit. omne illud quod mouet mobile proprium uelocitate propria: habet ad suum mobile certã resistentiam. Modo motor cœli mouet proprium cœlum ꝓpria uelocitate. igitur suum mobile habet ad ipsum certam resistentiam, & ita ut prius regula habebit locum. Cõfirmat hoc auctoritate omnium. nam omnes conueniunt in hoc q motores cœlorum mouent tempore infinito, & q hoc modo non est proportio inter motorem & mobile. at quatenus quilibet motor proprius mouet mobile propriũ uelocitate propria habet proportionē: & ita regula habet locum. Hæc pro parte affirmatiua. Deinde ibi. sed ista proportio uidetur indiuisibilis, arguit ad partem negatiuam, quia proportio motorum cœlestium est īdiuisibilis. igitur nullus alio uelocius mouet proportione diuisibili, & ita in illis regula nulla est. Deinde ibi. & forte hoc accidit. Respōdet Auer. ad quæstionem, & concedit motorē cœlestē esse indiuisibilem, & non habere ad mobile proportionem aliquam, quia indiuisibilis ad diuisibile nulla est ꝓportio q̃titatiua. & tamen unus alio uelocius mouet suum mobile, quatenus unus alium excedit secundum maiorem uel minorem nobilitatem: etiam quatenus unũ cœlum est aptũ naturaliter uelocius moueri altero: & ita q unus cœli motus sit uelocior altero non est à proportione q̃titatiua motoris ad mobile: sed ex parte diuersitatis naturarum motorum & mobilium. Sed dices. si motoris cœlestis ad cœlũ nulla est proportio, tunc motus esset in nõ tpe. Hinc Auer. solutionem innuit hoc prouenire ex parte naturæ motus cœli. quia ut cœlo repugnat moueri in non tēpore: ita motui esse in non tēpore: ubi tñ esset aliquis motor infinitus in tempore, & materialis, & hic moueret in non tempore, quia non potest esse infinitus in tpe & materialis, nisi sit infinitus in uigore, ut in octauo dicetur. commen. 79. nam talis motor ex quo esset in materia debilitaretur: & eēt corruptibilis, ergo ut moueat tpe infinito, oportet sit infiniti uigoris. modo talis est qui mouet in non tempore. Sed dices. si inter motores ꝓportio est indiuidua: inter cœlos ꝓportio est diuidua: & īter motores & cœlos nulla sit ꝓportio,

Digressio Auerro. in cōmē. 35

Quæstio Auer.

P


Q

An ꝓportio uelocitatũ in motib⁹ sequat proportionē potētiarũ mouentiũ ad suas resistētias. Vide Alb. de saxo. q. 7. huius.

A tio, quonam modo regula habet locum in motoribus cœlestibus ad sua mobilia, ut si potentia mouet mobile ꝑ aliquod tempus in aliquo spatio dupla mouet illud idem in duplo uelocius. ubi.n. nulla est proportio, nõ erit dupla & subdupla. Respondere uidetur Auer. concedendo totum, uide licet ꝙ regula hęc non habet locum in motoribus cœlestibus respectu suorum mobilium, quia illorum ad sua mobilia nulla est proportio, ut recte dictum est; quatenus indiuisibilis ad diuisibile nulla est proportio, propterea regula Aris. locum habet solum in motoribus materialibus, & ratio est, quia hæc erit uti præambulum ad immateriales motores. Hæc Auer. in digressione. Vbi apparet primo motorum cœlestium inter se proportionem esse indiuisibilem, quia indiuisibilis ad indiuisibilem non potest esse proportio nisi secundum magis & minus nobile. modo magis & minus in substantijs, uariat speciem ut in numeris. Ergo proportio est indiuisibilis in eadem specie. Secũdo apparet inter corpora cœlestia proportionem esse diuisibilem, quoniam corpus ad corpus est aliquantulũ & ma-
B ius & minus geometricè & arithmeticè. Tertio apparet inter motores & corpora cœlestia nullam esse proportionẽ, quia nec diuisibilis, cum motores sit indiuisibiles, nec indiuisibilis, cũ mobilia sint quanta. Hæc ex digressione. Sed dubitant satis rationabiliter, quia ubi motores cœlestes essent indiuidui non sese excellerent in nobilitate. excedẽs enim diuiditur in duo. in id per quod excellit, & in id qđ est æquale excesso. Respondent recentiores ꝙ excessus est duplex uidelicet quantitatiuus: & uirtualis. Tunc uolunt omne excedens excessu q̃titatiuo esse diuisibile in partem qua excedit, & partem æqualem excesso. at in excessu uirtuali sufficit ꝙ effectus q̃titatiue se excedant: & hoc modo motus cœlestes sese excedunt. quorum quidem excessu motores dicuntur sese excedere. Sed hoc stare non potest. Primo, quia crementum & decrementum effectus ꝓuenit à cremento uel decremento suæ causæ. igitur si effectus sese excellunt quantitatiue, causæ saltem sese uirtualiter excellent. Secundo motor lunæ aut est æqualis motori solis: aut minor, aut maior, aut nullus. si nullus: tunc nul-
C la erit proportio nec diuisibilis, nec indiuisibilis, cuius cõtrarium dictum est inter eos esse proportionem indiuisibilem. si æqualis minor uel maior, inter eos est proportio diuisibilis. Propterea uidetur mihi defendendum eē Auer. aliter, ꝙ inter motores est proportio diuisibilis ac quantitatiua uno modo. Alio modo proportio indiuisibilis nõ q̃titatiua. Ex parte quidem effectuum proportio est q̃titatiua, quia effectus sunt q̃ti formaliter. causæ uero q̃tæ attributiuè. ex parte causarum proportio est indiuisibilis, in spẽ, in genere uero diuisibilis. ut enim quatuor ad unũ proportio est diuisibilis in genere, quia quadrupla, quæ diuiditur in proportionem quatuor ad tria, quæ est sexquitertia, & trium ad unũ, quæ est tripla: & ita diuisibilis in partes eiusdem speciei: sic unus motor excellit alium per magis & minus non sub eadem specie: sed sub eodem gene-
D re. nam in substantia magis & minus uariant speciem, & non genus. & ita proportio unius ad alium est in spẽ indiuisibilis, in genere uero diuisibilis. Animaduerte tamen ꝙ si uerba Auer. considerentur, motor cœli excedit suum mobile, & certo excessu, non tñ in aliqua proportione nec in aliquo gradu, & sic triplex põt esse excessus, quo potentia excedit resistentiã, quia aut proportionalis, aut gradualis, aut naturalis. excessus proportionalis est inter q̃ta. gradualis inter qualia, modo cum intelligentia non sit quanta nec intensibilis, non potest proportione aut gradu excedere resistentiam. at quia est natura quædam potest excedere in natura, & sic excessu naturali. quare unus motor mouet suum mobile uelocius, quia excedit maiori excessu naturali suam resistentiam suum mobile. Ex his apparet primo motorem excedere mobile, & in nullo gradu uel proportione excedere illud. Secundo apparet excessum quo unus motor excedit alterum in illis esse maiorem, & non in gradu uel proportiõe esse talem. Tertio apparet motus stellarum esse comparabiles in proportione & gradu, & ta- E
men potentiæ motiuè nec in gradu nec proportione sunt comparabiles; sed in natura. Quarto apparet proportionẽ uelocitatum non esse secundum proportionẽ proportionũ potentiarum ad suas resistentias. fallit enim in cœlestibus: & si est utrum solum in generabilibus potentijs tenet, ut dicit Auer. & multa alia colligi possunt contra calculatores, quæ consimiliter.

Et si potentia eadem hoc ipsum in eodem tempore per tantum spatium moueat: dimidium quoq; in ipsius dimidio per æquale mouebit. Et dimidium potentiæ dimidium, per æquale spatium æquali in tempore mouebit. ut ipsius a potentiæ sit dimidium e. & ipsius b. mobilis sit dimidium Z. potentię igitur ad pondera cum similiter etiam sese habeant: fit ut per æquale æquali in tempore moueant illa. Tex. 36.

Secunda regula siue proprietas est: si aliqua potentia moueat aliquod mobile in aliquo tempore per aliquod spatium, eadem potentia mouebit medietatem illius mobilis in medietate illius temporis per æquale spatium. Et dimidium. Tertia siue proprietas siue regula est. si aliqua potẽtia moueat aliquod mobile in aliquo tempore per aliquod spatium, dimidium potentiæ mouebit dimidium mobilis in eodem tempore per idem spatium. Et hæc intelligitur (ut dicunt) tenendo ea quæ faciunt ad motũ ex parte motoris, & quæ faciunt ad resistentiam, ex parte mobilis. exẽplificat: & innuit rationem. & sermo patet. Contra has regulas Captiunculatores solent multifariam instare. Primo quia non uidetur ꝙ uelocitas in motu sequatur excessum potentiæ supra resistentiam, ut omnes regulæ supponunt, quia tunc potentia ut quatuor uelocius moueret resistentiam ut duo: q̃ potentia ut duo resistentiam ut unum, patet quia maior est excessus quo quatuor excellunt duo, q̃ sit excessus quo duo excellunt unum. nam quatuor excedunt duo per duo. duo uero unum pro unum. Secundo, nõ oportet ut si totus Plato moueat b. pondus: dimidium Platonis moueat dimidium illius. igitur omnes regulæ fal- G
sæ. Tertio obijciunt & supponunt primo ꝙ proportio cõposita ex duabus proportionibus æqualibus est præcise dupla ad quamlibet illarum. Composita uero ex duabus inæqualibus est magis q̃ dupla ad minorẽ. minus uero q̃ dupla ad maiorem illarum componentium. Verbi causa. quatuor ad unum est proportio quadrupla, modo hæc cõponitur ex duabus duplis æqualibus: utpote quatuor ad duo, & duorum ad unum. idcirco est præcise dupla ad il-



H

Dubitatio

Responsio iuniorum. Vide Bur. hic.

Cõfutatio

Propria responsio.

Expositio. F

An regulę Aristo. de cõpatione mobiliũ et mouentiũ in hoc. 7. sint uere. Vide Alb. de saxo. q. 8 huius.

Prima.


Secunda.

Tertia.

I larum quamlibet, & quia etiam cõponitur ex proportione quatuor ad tria, & proportione trium ad unum, quarũ prima est minor. secunda uero maior, quia prima est sexquitertia. secunda uero tripla: fit ut ipsa tota quadrupla proportio ad primam sit maior ꝙ dupla. ad secundam uerò minor. hanc suppositionem patere dicũt per communem animi conceptionem, quæ ait. omne quantum compositũ ex partibus æqualibus esse præcise duplum ad quamlibet illarum: compositum uerò ex inæqualibus esse magis ꝙ duplum ad partem minorem, minus ꝙ duplum ad maiorem. Secundo supponunt uelocitatem motus sequi ꝓportionem potentiæ mouentis ad suam resistentiam, & ꝓportionem uelocitatum sequi proportionem proportionũ potentiarum mouentium ad suas resistentias. Tertio petunt datis duobus extremis, quorum unius ad alterum est aliq̃ proportio aliquo uel aliquibus interpositis, cuius uel quorum ad utrunq; extremorum est aliqua proportio, erit ꝓportio primi ad ultimum composita ex ꝓportione primi ad secundum: & secundi ad tertium, & si plura essent intermedia, et ex pluribus ꝓportionibus. hanc ex quinto Euclidis patere aiunt. Ex ijs tribus omnes regulas Aris. calumniantur. & primam quidem, quia non oportet si a. mouet b. ꝙ moueat medietatem illius in duplo uelocius: ut si a. sit ut octo b. uerò ut duo: & illius mobilis medietas sit ut

An prima cã poss it ꝓducere esse õũo ĩno si bi ꝓportionatũ. Vid Egi. hic.

K



L

unum, quod sit c. dico ꝙ a. non mouet c. in duplo uelocius ꝙ moueat b. sed minus ꝙ in duplo, quia proportio ipsius a. ad ipsum c. non est præcise dupla ad proportionem ipsius a. ad ipsum b. quia per supposita est minus ꝙ dupla. igr̃ a. ipsum non mouet c. in duplo: & eodem mõ possunt aliæ regulæ refelli. Ego uerò ad has responderem, ad primam innuit responsionem Auer. in commen. 36. & inquit & est necesse sicut dixit ut moueatur medietas moti ꝑ illud spatium in illo tempore, quoniã uelocitas motus q̃ habebat totum motum ad totum motorem est secundum proportionem excessus potentiæ motoris supra potentiam moti. & cum diuiserimus motum in duas medietates, similiter & motorem, tunc ꝓportio motoris q̃ est medietas ad motum quod est medietas: erit sicut proportio totius motoris ad totum motum ut uidetur declarauerunt geometræ. hoc est excessu geometrico, & nõ arithmetico. & ita licet arithmetice quatuor plus excedant duo, ꝙ duo unum, non autem geometrice, quia utrobiq; est similis proportio. ꝑ idẽ ad secundum. Auer. enim per medietatem non intelligit id quod est pars totius motoris uel mobilis: sed per medietatem mobilis uult potentiam subduplæ resistentiæ, ꝑ medietatem uerò motoris potentiã subduplę actiuitatis. itaq; quanta uelocitate mouet Plato b. pondus: tanta uelocitate mouebit dimidium resistẽtiæ ipsius b. Cato dimidij actionis. Ad tertiam respondent uarijs modis. sorticolæ fere omnes uolunt regulas Aris. intelligi in mouentibus habẽtibus proportionem duplam ad suas resistẽtias: quoniam in talibus solum subduplata resistentia: duplatur ꝓportio potentiæ ad resistentiam. Sed hæc solutio friuola est, quia tunc regulæ Aris. non essent uĩes oĩbus motoribus. Cuius contrarium intendit in hoc libro: ubi uult tradere regulas uniuersales omnibus. Alij Blacterones ignari logicæ, & geometriæ: respõdent tertium suppositum esse falsum, qa cum proportio sit relatio, & omnis relatio sit simplex non ex relationibus composita: in re nulla proportio ex ꝓportionibus componetur. Nec hæc responsio ualet. nam Euclides quinto geometriæ utitur ꝓportionibus simplicibus & compositis, mõ siue ille sint compositæ formaliter, siue uirtualiter. eo mõ suppositio ualebit, quomodo comopositione utitur Euclides, quare istud puerile est. Alij crassi & rudes aiunt regulas Arist. esse ueras quo ad sensum. modo licet quo ad rationem proportio octo ad unum non sit prę cise dupla ad q̃libet illarum, tamen quo ad sensum est prę cise dupla. Nec hæc ualet, quoniam Aris. utitur ratione in litera & non sensu. Amplius regulæ essent apparentes, & non existentes. Rursus adhuc adeo posset esse dissimilitudo partium, ut etiam sensu uideretur. Propter hæc dicerẽ nunc saluo meliori iudicio regulas Aris. esse intelligendas seruata undiq; eadem proportione: ita ut tanta sit motoris ad mobile ꝓportio: quanta mobilis ad suam partem. Debet igitur pro regula Arist. sumi ea pars potentię ut duo, ad quam ipsa potentia ut duo tantam habeat proportionem: quantam habet potentia ut octo ad potentiam ut duo. Et ita uniuersaliter regulæ intelliguntur quando extremi ad extremum proportio sumitur componi ex æqualibus, ita ut intermedia ad extremum habeant proportiones æquales. Et quia hæc solutio est obscura, declaro illam: ubi debes scire ꝙ aliqua proportio dici potest tota duplici totalitate continentiæ, & sic quadrupla proportio est tota ad duplam contentam, & totalitate aggregationis, & sic ꝓportio octupla est tota ad quadruplã, & duplam, quia componitur ex quadrupla & dupla per regulam Euclidis. Regula igitur Arist. intelligitur ꝙ si aliqua potentia mouet aliquam resistentiam certa uelocitate & certo tempore, eadẽ mouebit medietatem illius resistentiæ ad quam tota resistẽtia habet medietatem ꝓportionis contentiuę quæ erat primæ potentiæ ad illam uerbi gratia. medietatem quadruplæ. & ita a. mouet c. ad duplum uelocius, ꝙ mouebat b. quoniam proportio ipsius a. ad b. est dupla ad proportionem ipsius b. ad c. Et cum dicis à qua proportione a. mouet c. dicere non potes nisi a ꝓportione octupla: ut patet. Sed octupla non est præcise dupla ad quamlibet illarum, qa nec ad quadrupla, nec ad dupla. igitur non mouet in duplo uelocius præcise. Sed dico ꝙ mouet ad duplum uelocius, quia licet proportio octupla non sit præcise dupla ad quãlibet illam: sed formaliter penes illam non attenditur crementum uelocitatis, sed penes crementum potentiæ secũdum proportionem contentiuam, & sic sufficit ꝙ ipsius b. ad c. sit proportio quæ est dimidium contentiuę, & ita cõcedo ꝙ octupla proportio est pręcisa dupla ad quamlibet illarum contentiuę, non autem aggregatiuę, quoniam æq pollet duabus illarum contentiue, non autem aggregatiue nam si a. mouet b. a proportione quadrupla, mouebit c. medietatem à proportione continente duas duplas, non autem a proportione aggregante duas duplas. Ex his patet aliquam totam proportionem componi ex duabus inæqualibus per aggregationem, quæ tamen sunt æqualia per continentiam, ut quadrupla & dupla sunt inæquales per aggregationem, quæ contentiuæ sunt æquales, quia dupla est medietas quadruplæ.

Rñsiones soꝛo priæ.

M

Sol. scdæ.

Solutio ad tertiam.

N Prima sol. Cõfutatio

Scda sñ.

Cõfutatio

Tertia sñ.

Cõfutatio

ꝓpria sol.

O


P

Q

Et si e. ipsum z. moueat in d. tempore per spatiũ c. non necessarium est æquali in tempore duplum ipsius z. moueat per dimidium ipsius c. spatij. Text. 34.

Quarta regula siue proprietas est, non si aliqua potentia mouet aliquod mobile in aliquo tempore per aliquam Expositio.

A



B

longitudinem, eadem mouebit duplum ad illud in eodẽ tempore per medietatem illius longitudinis. Patet quia potentia ut octo mouere sufficit resistentiam ut sex in hora, per bipedale. causa uerbi. & tamen eadem non sufficeret mouere resistentiam ut. 12. quia à proportione minoris in æqualitatis non prouenit actio. disponit terminos, & quod dicit: patet.

Et si a. ipsum b. in d. tempore per c. spatium totũ mouet, dimidium ipsius a. quod est e. non mouebit idem b. totum in d. tempore, aut eius aliqua parte per aliquam ipsius c. spatii partem: quæ rationem eandem ad totum c. seruet, quam e. pars ad totum a. omnino enim si id contingeret: per nullam mouebit partem. Non enim si totę uires aliquid per tantum mouerint: dimidium ipsarum per quantumuis longitudinis: quouis in tempore idem mouebit. unus enim eam traheret nauẽ: quã quoq; omnes mouerant: si uires eorum tam in ipsorum numerum, quàm in spatii distribuerentur partes.

C

Expositio. Quinta siue regula, siue proprietas est. non si potẽtia aliqua mouet aliquod mobile in aliquo tempore per aliquod spatium, medietas potentiæ mouebit totum mobile in eo dem tempore per medietatẽ spatij. potentia enim ut octo mouet resistentiam ut sex, quam potentia motiua ut quatuor non posset mouere, nec in aliquo tempore, nec in aliquo spatio. Ponit exemplum de naui & sermo patet.

Quocirca Zenonis ratio non est uera, qua milii quamuis partem sonum facere persuasit. Prohibet enim nihil ut nullo in tempore eum moueat aerẽ, quem uniuersus modius mouit, cũ cecidisset. quippe cum neq; pars si per se fuerit, id mouebit, quod unà cum toto mouere poterat, quando non sit ps nisi dum potestate est in toto.

D

Expositio. Zeno eleates probabat granum milij omne facere sonũ, sic totus modius facit sonũ. igitur quodlibet milij granum facit partem soni. Ex dictis regulis respondet Arist. nihil esse, non enim sequitur: si totus modius sonum facit, ut q̃d libet granum partem soni faciat. & uerba translatione patent. Auerroes autem hunc in modum componit cauillũ Zenonis. omnes partes simul per se faciunt sonum. igitur quælibet pars per se facit sonum: quia si nulla per se facit sonum. igitur nec omnes partes simul per se facerent sonum, ut ualet. omnes guttę per se cauant lapidem. igitur q̃libet gutta per se cauat lapidem. Respondet Auerroes, ꝙ [Auer. com. 37.]

sermo est sophisticus, quoniam una pars non agit in actu, sed tantum in potentia, non enim unus homo de. 30. mouet ipsam nauim. ut igitur omnes triginta per se trahũt nauim, & nullus per se illam, ita totus modius per se frangit aerem efficiẽdo sonum, & nullum granum per se. & ut totus motus nauis per se est a. 30. & per accidens à quolibet illorum: ita sonus est per se a toto modio, & per accidens a quolibet grano. Sed debes scire (ut innuit Auerroes hic. & in octauo. commento. 23.) ꝙ exemplum de guttis non est omnino simile, quia guttæ pręcedentes saltem p̃tẽ cauant lapidẽ disponendo. ultima uerò uirtute dispositionis præcedentis cauat actu. & nullum granum facit sonum actu, nec dispositiue, nec effectiue, sed omnes partes modij simul. & ita non est omnino simile. Secundo debes scire, ꝙ plures causas concurrere ad eundem effectum põt multifariam esse, aut secundum idem genus, aut secundum diuersa genera. Si ſm diuersa genera: omnes suis rationibus causandi effectum causãt, ut in libro secundo dictum est. si uerò secundum idem genus, uel ordine quodam, uel sine ordine. si ordine quodam, sic plures causæ possunt concurrunt æqualiter suis ordinibus causando, ut sol & homo generant hominem. si sine ordine, aut quatenus aliæ disponunt: aliæ causãt: & sic est de cauatione lapidis. omnes. n. agunt saltem disponendo: ultima facit. aut quatenus sunt partes totius: nihil nisi ut sunt in toto agentes. & sic est de modio, & granis, & de tractu.

E

Nota.

Nota.

F

Et si duo quædam seorsum per tantam longitudinem tanto in tempore duo seorsum pondera mouent: compositum quoq; ex illis æqualem per longitudinem æquali in tempore compositum ex ponderibus utrisque mouebit. est enim in illis ratio eadem. [Tex. 38.]

Expositio. Vltima regula est, si duæ potentiæ mouent seorsum duo mobilia in aliquo tempore & per aliquod spatium, compositum ex illis potentijs mouebit compositum ex illis mobilibus in eodem tempore per idem spatium. Auerroes in commento declarat tria. primo quonam modo ualeat à diuisis ad coniuncta. & inquit. Cum autem diuersantur in spatio. uerbi gratia. quòd alterum moueat unam libram in una hora per dimidium leucæ. & alterum duas libras per unam leucam in eadem hora, non sequitur. cum duo motores fuerint congregati, & pondera similiter, ut moueant illa simul aut per unam aut per dimium leucæ in illa hora, quoniam (ut ait) proportio eius quod congregatur ex duabus potentijs ad illa duo pondera in simul: non est sicut proportio alterius potentiæ seorsum sumptæ ad alterum pondērum seorsum sumptum. Sed dubitatur cõtra hoc, quia si Socrates potest portare libram per dimidium leucæ, & Plato duas per unam leucam in eadẽ hora, uidetur ꝙ ambo simul possunt portare ambo illa saltem per medium leucæ in illa hora. & hoc etiam docet experientia. Dici potest ꝙ casus Auerrois est in potentijs inuicem comparatis in proportione dupla, ita ut Socrates sit subduplæ uirtutis ad Platonem, quemadmodum spatia, & pondera inter sese habent in proportione dupla. & ꝙ agant secundũ ultimum posse cum nota exclusionis. & ita uult ꝙ cum uirtutes se habent in proportione dupla ut pondera & spatia, & agant secundum ultimum potentiæ exclusiue, non ualet à diuisorum proportione dupla: ita ut Socrates sit subduplæ uirtutis ad Platonem, quemadmodum spatia, & pondera inter sese habent in proportione dupla. & agant secũdum ultimum posse cum nota exclusionis. & ita uult quòd cum uirtutes se habent in proportione dupla ut pondera & spatia, & agant secundum ultimum potentiæ exclusiue, non ualet à diuisorum proportione ad coniunctorum proportionem hoc est non ualet à diuisis ad coniuncta seruata eadem uel consimili proportione, quia non ualet. Socrates potest portare libram unam per dimidium leucæ. Plato duas per leucam. & ambo in eadem hora, & agunt secũdum ultimum de potentia: igitur ambo possunt præcise

Quæ auer. comẽ. 33.

G

Dubitatio Vide Bur hic.

Solutio

H

An potentia infinita secundum mẽtẽ Arist. posset mo

I portare tres libras per unam leucam uel dimidiam in eadem hora: nam Socrates non potest portare ultra dimidiū: quia illud erat ultimum posse. Plato poterat ultra dimidiū: quia agit secundum ultimum usq; ad leucam, & ita ambo præcise in eadem hora illa ambo nec per unam leucā, nec per dimidium pñt portare. Quo quidem mō nō ualeat: ꝑspicuum. Deinde ibi { cum autē spatium. } declarat quādo ualet, & uult ualere à diuisis ad coniuncta seruatis duobus. Primo quòd tam tempus q̄ spatium sit idem, quia ubi spatia erunt diuersa, non ualebit per dicta antea. Secundo ꝙ proportiones potentiarum diuersarum ad pondera sint consimiles, quia ubi sint diuersæ, & non sequitur potentias congregatas æque proportionabiliter mouere coniunctum, ut quælibet diuisa mouebat. uerbi causa potentia ut quatuor mouet resistentiam ut tria à ꝓportione sexquitertia. Potentia uero ut duo resistentiam, ut unum a proportione dupla, ideo non sequitur aggregatum quod est ut sex mouere resistentiam aggregatam, quæ est ut quatuor æq̄

K proportionabiliter. nam illa potentia ut sex mouet resistentiam ut quatuor a proportione sexquialtera, & non dupla, neq; sexquitertia, at ubi in diuisis seruentur similes ꝓportiones ita ut ambæ sint eiusdem rationis, in coniunctis et seruabitur idem. ut quia octo mouent quatuor, & quatuor duo eadem proportione uidelicet dupla: ideo. 12. mouebūt sex æque proportionaliter, ut octo mouent quatuor, & quatuor duo. Deinde ibi { & intendit cum duo motores. } declarat quonam modo ualet a coniunctis ad diuisa: & uult ꝙ ualeat quando partes potentię seruant ad partes resistētiæ similem proportionem, quam tota potentia seruabat totam resistentiam. ubi uero non seruetur consimilis proportio, non oportet ualere. Verbi causa. Si Socrates & Plato simul moueant pondus aliquod a proportione dupla, dico ꝙ quilibet illorum per se mouebit partem ad quam habet similem proportionē. ubi uero totum diuidatur ita ut partes sint resistentiæ ut duo, non erit motus a partibus potētiæ. Hęc Auerroes. Iuniorum aliqui addunt duas alias cōditiones uidelicet ꝙ motores & motus sint eiusdem rationis. propterea non ualet ubi a. sursum & b. deorsum esset

L aptum mouere. & ꝙ sint cætera paria, nam uirtus coniuncta per accidens est fortior seipsa dispersa, propterea hoc accidens debet considerari in diuisis & coniunctis. Hæc de regulis lationum ab Arist. & Auer.

uere tpe fi nito. Vide Sco q. 7. quolib.

Additiōes iuniorum.

Tex. 39.

Sunt igitur hæc eadem & in alteratione, & auctione. nam est aliquid id quod auget, & id etiam quod augetur. atq; in tempore tanto, & tantum aliud auget, aliud augetur. & id quod alterat: & quod alteratur: similiter etiam est aliquid, & tantum per magis & minus est alteratum, atq; tanto in tempore: in duplo quidem duplum. & duplum in duplo. dimidium autem in dimidio temporis. aut in dimidio dimidium: aut in æquali duplum.

Expositio.

Ex dictis infert in cæteris motibus ut in auctione & alteratione similes regulas habere locum. Nam in auctione & alteratione sunt illa omnia, quæ in latione sunt, ut alterans, alterabile, tempus, & latitudo, quæ est loco spatij. si-

M militer hæc quatuor sunt in auctione uidelicet augens, augmentabile, tempus, & spatium siue dimensio. ut igitur in latione regulæ illæ erant ueræ penes illa quatuor, sic & in his. & ut magis res explicatē pateat. Prima regula est si aliquod alterans aliquod alterabile, seu augmentans auget aliquod augmentabile in aliquo tempore, in duplo tempore duplum aut alterabit aut augebit. Secunda regula. & duplum in duplo, hoc est dupla uirtus æquali in tempore efficiet aut qualitatem aut quātitatem duplam. Tertia. dimidium autem in dimidio temporis, hoc est si aliqua uirtus causat qualitatem uel quantitatem aliquam in aliquo tempore: eadem uirtus dimidium efficiet in dimidio temporis. Quarta regula. & in dimidio dimidium, ut in æquali duplum, hoc est si aliqua uirtus causat qualitatem uel quantitatem aliquam in aliquo tempore, medium uirtutis causabit medietatem qualitatis uel quantitatis in eodem tempore, uelut dicebatur in prima regula duplam causare duplā in eodem tempore. Auerroes autem probat omnes has regulas simili ratione, qua probauit priores ꝙ uelocitas in alteratione & auctione quo ad causam attenditur penes ꝓportionem potentiæ motiuæ super suam resistentiam, ita ꝙ ubi est maior ꝓportio, ibi maior est uelocitas & minus tempus, & econtra. & tu intellige proportione geometrica. & ita per hanc rationem omnes hæ regulæ patent. Captiunculatores uero uerificant regulas has conditionibus seruatis, ut primam & tertiam in actione uniformi. Secundam & quartam seruata semper uniformi proportione & maioris inæqualitatis. Quę omnia ex quæstionibus factis in delatione patent. N

Quę auer. cōmt. 39.

Si uero id quod alterat aut auget tantum in tanto aut auget aut alterat, non necesse est ut dimidium in dimidio & dimidium alteret uel augeat: sed nihil (si id contingit) alterabit uel augebit, quémadmodum etiam de pondere dicebatur. O

Expositio.

Vltima regula negatiua est ꝙ non oportet si aliqua uirtus augmentet uel alteret aliquod totum in aliquo tempore, ut illius dimidium in dimidio temporis, uel in dimidio dimidium alteret uel augeat: immo ubi fieri potest hæc uirtutis diuisio, non augebit uel alterabit illud uel aliquid illius: hoc patet ut de pōdere, & tractu nauis dicebatur. Potest enim hæc regula probari ut illa de tractu ponderis. Alij uero intelligunt sic. ꝙ si aliqua uirtus alterat uel auget aliquid: non oportet ut illius medietas augeat illud idē in illo tempore uel aliqua parte temporis, aut in duplo tēporis. & huius licet plures assignentur causæ, illa quæ assignabatur de tractu ponderis satis est in exemplo. Potest tamen esse ratio: quia a proportione minoris inæqualitatis non prouenit actio. littera uerò uidetur magis consonare primæ expositioni. Sed quicquid sit: ambæ suo loco uerificatæ sunt. Multa captiunculatores & sorticolæ concitant in fine huius septimi: quæ potius impediunt animum q̄ ipsum ad scientiam concitant. non enim puto satis conferens ad inuentionem & iudicium tantam rerum confusionem. Quare hæc de septimo libro putamus sat sufficere: greci enim aut parum aut nihil circa hęc elaborarunt, quia quæ dicuntur, sunt apparitiones, & non ueritates. Si enim studuissent in Aristote. codicibus: ut debuissent, fortasse philosophia non fuisset captum. Hæc igitur satis. P

Finis septimi libri.

Q


A ARISTOTELIS PHYSICAE AUSCULTATIONIS QUI EST DE MOTU LIBER OCTAUS, AUGUSTINO NIPHO INTERPRETE & EXPOSITORE.

Text.



VTRUM uerò factus sit aliquando motus: quum ante non fuisset. proindeque & consumetur ita, ut nihil moueatur ultra. An neq; factus: neq; cōsumptus unquā: sed fuerit semper: & semper sit futurus: imortalisq; ipse: atque incessabilis: qui pro uita sit rebus omnibus natura constitutis.

Expositio. B



PROPONENS Aristo. quæstionem ponit intentionem Libri. Verum debes scire (ut Sorticolæ tradunt & non imperite:) q̄ hæc uerba incipit & desinit bifariam possunt exponi. Vno modo affirmatiuè: ut dicatur illud incipere affirmatiuè: quod nunc est, & antea non erat: quo quidem modo fortasse permanētia incipiunt. Illud uerò desinere: quod nunc est, & postea non erit: & sub hoc sensu (ut mihi uidetur) quæstio non intelligitur. nam in. 6. declaratum est, motum nō incipere, nec desinere per affirmationem: si quidem ante omnem motū sit motus: & post omnem motum sit motus. Alio uerò modo exponi possunt per negationem: ut illud dicatur incipere: quod nō est nūc: & imediate post hoc erit: illud desinere: quod nō est nunc: & imediate antea erat. quo quidem modo motū incipere aut desinere ambigit. d. C Vtrum uerò factus sit aliquando motus ita ut cœperit esse, cum antea nō fuisset: ut sit sensus: nūc non est motus: & immediate post hoc est motus, proindeq; & cōsumetur: ita ut nihil moueatur ultra: ut sit sensus nunc nō est motus: & imediate ante hoc erat motus. an neq; factus neq; cōsumptus unq̄: sed fuerit semper: & semp sit futurus: imortalisq; ipse: atq; incessabilis & imensus: qui pro uita sit oībus rebus natura cōstitutis. Hic est quæstionis sensus: licet sit nō parua ambiguitas in hac quæstione, pro quo supponat uerbum motus: utrum pro motu primo cœlesti. an pro motu cōmuni ꝟm genus ad primum: & ad alios cæterorꝫ corporꝫ. ita ut quæstio intelligatur de factura motus primi: an de factura motus cōmuniter accepti. Quæ res postea pertractabitur.

Motum quidem igitur esse fatentur omnes, & quidem natura aliquid agunt: cum mundum generent. & qui de ortu rerum & interitu commutant: quos ipossibile est ipsis inesse: nisi motus sit.

Expositio. D Excusat se, posset enim Arif. obiici, nam quæstio de æternitate motus supponit quæstionem an sit motus. Mūdum enim esse primo sumimus. postea uerò utrum sit ꝑpetuus, Respōdet quasi sese excusans. d. motum quidē igitur esse fatentur omnes, & qui de natura aliquid agunt ut physici, cum mundum generent, & qui de ortu rerum & interitu, qui de omnibus istis, cōmentantur, ut Chaldei, qui mundū faciunt perpetuum, sed res generant. & ita quæstio an sit motus nō est pertractatu digna, cum tam ꝟm dicētes mundū fieri, q̄ ꝟm dicētes mūdum eē sempiternū, sit supposita.

Verum qui quidem mundos infinitos esse dicūt: & horum mundorum alios quidem oriri: alios uerò occidi: motum quoque arbitrantur esse perpetuum. nam ortus & obitus cum illorum motū necesse est. qui uerò unum sed non semper: de motu simili ratione contendunt.

Expositio. Reddit excusationis rationem: dictum est enim motū esse supponi: quod declarat, tam ꝟm tenētes mundorꝫ reciprocam generationē atq; corruptionem: q̄ apud tenētes mundum unum & factum. utriq; enim supponunt motum esse. Sunt qui uolunt Aristo. de proposita quæstionē nūc exequi: narrando positiones duas: quæ res utroq; modo patet. Hęc quo ad crassam textus expositionem. E

Quia prima. Vt uerò textus facilius intelligat: nunc circa cōmentum est insistendum. ubi Auer. duo facit. Primo exponit textum ꝟm Arabes. Secūdo ibi { & in hac. } mouet quæstionē contra illā expōnem. Dicit igiť primo q̄ subm quæstionis utpote motus supponit pro motu accepto ꝟm genus. & nō supponit pro aliq̄ motui spē alicuius mobilis. Et quod est ante. Secūdo remouet dubiū: nā dicet quis ea quę in. 7. dicūtur superfluere: r̄ndet ea nō esse supflua, quia aut sunt huic tractatui necessaria: aut dicta propter melius. Cōmē. primum. De quo motu quęrit Arif. an de motu in cōi an de motu cœlesti Vide Egi. hic. & bur. & Gaeta. q i. huiꝰ.

Et cum dixit. Tertio declarat sensum quæstionis ubi debes scire q̄ si motus in quæstione supponit pro aliquo uno motu alicuius speciei mobilis nō est ambigua. nemo enim ambigit aliquem unum motum alicuius mobilis incipere uel desinere: ideo oportet quęrere ut motus supponit generatim pro omni motu: ut sit sensus utrum motus fiat: ita ut nullus pręsit, an desinat ut nullus succedat. F

Ista autem. Quarto reddit qōnis necessitatē & uult q̄ in mundo sunt duę motus species: altera rectorꝫ utpote generabilium. altera sphęricorum ut cœlorꝫ. propterea quęstio debet intelligi in genere, amplectendo utrosq; motus.

Et innuit per hoc. His præmissis, nunc Aristo. in textu ait motum esse quasi uitā, quod exponēs Auer. intelligit motū esse rebus naturalibus necessarium uti uitā uiuentibus. Solet enim uita ut diciť in. 2. de aīa, aliquādo accipi pro actu primo, q̄uo anima uita est aīati, & ita forma rei naturalis est uti uita rei naturalis. aliq̄n pro operatione, q̄uo intelligere, moueri, & nutriri uita dn̄r, & sic motus est uti uita omnibus rebus naturalibus, quatenus est operatio illarum. Quomodo motus sit uita quedā. Vide Egi. hic, & Grādeū esculᷓ. lec. i huius.

Et hæc perscrutatio. Nunc quæstionis tāgit fructum. uidetur. n. quæstio hæc de motus æternitate utilis, tū ad sciam primi motoris, ut uidebiť postea: tum ad sciam de æternitate mundi. nam questio de mundi æternitate solui non potest, nisi soluta quæstione de æternitate motus. nam una uidetur quæstio de æternitate motus, ac mūdi. cuius signum est, q̄a loquentes de mundo & de motu cōformiter agunt. G

Dico q̄ hæc expositio. Nunc resumit quęstionis uim iuxta nunc dictam expōnem. est enim qōnis sensus utrū motus incœpit ꝟm genus ita ut nō ante oēm motum sit motus, an sit æternus ꝟm genus ut ante oēm motum sit motus. hanc expōnem ait esse omnium arabum ut Alpharabii, Auicennę, & Auēpaces Hispani. Nam ex hac quæstione procedet Aristo. ad declarādum aliquē esse motum primum & æternum, qui continet omnes. Hæc est expositio Arabum.

Et in hac declaratione. Debes scire q̄ hæc propositio. ante omnem motum est motus, pōt multipliciter intelligi uel ante oēm motum nouum sit motus nouus. aut ante omnē motum æternum sit motus æternus. aut ante oēm motum nouum sit motus ęternus. aut ante omnem motum æternū est motus nouus. uult modo Auer. q̄ illa propositio potest multipliciter intelligi, & q̄ Alpharabius in libro de entibꝰ transmutatis distinxit sensus illius, & uoluit illam esse ueram in tertio sensu tantū uidelicet q̄ ante omnem motum nouum sit motus ęternus, & ita inuoluta est eius cōsideratio, & debuit primo quærere de motu æterno & cœlesti utrum detur, & postmodum de aliis sensibus. Alpharabius igitur uoluit Arif. quæstionem esse diminutam, cum non distinxit quot modis intelľr propositio, nec elegit sensum quęstionis, qua ratione Alpharabius gloriatur de supplemēto. An qō de æternitate motus ptineat ad naturalē. Vide Iād q. i. huius. H

Ego autem. Auer. uolens aliter exponere, primo corrigit se, & ait. primo se inter dum esse secutum arabū expositionem, & q̄ credidit quæstionem Arif. esse mācā, & quātum ad hoc corrigit se adinueniens nouam expōnem, ad quam uerba Arif. sunt concordia, licet expositio prima sit primo aspectu ad uerba. erit igitur expō Auerrois uerbū motus in quæstione supponere pro spē motus utpote pro prio motu cœlesti, utrꝫ uidelicet primus motus sit factus uel ęternꝰ.

I

An motus sit ꝑpetuus & æternus. Vide Ioan. de magis. q.1. huius.

Et induxit. Soluit nūc motiua pro expōne Alfarabij: primum erat. Aris. ad soluendam q̄onem induxit definitionē mot⁹ ut uidebiť, sed illa definit o uidelicet motus est actus entis & reliq: cōpetit motui ſm genus. igitur in q̄one intelligit de motu ſm genus. Rñdet Aris. definitionē sumpsisse nō ad solutionē q̄onis principalis, sed ad illā utrum motus sit, cui ꝑ definitionē motus uult eē satisfactū: & sic rō nulla.

Perscrutatio enim. Reddens cām solutionis addit fundamentum suę expōnis hoc modo: hæc quæstio est cōis toti mundo & oībus partibus mundi. Sed principalior pars est primū mobile ac primus motus: igiť de illo q̄stio est principaliter. qua rōne fit ut q̄o non uñis sit, sed particularis de motu prio, q ꝯtinet motus particulares. Hęc ē expōnis cā.

Non quia. Rñdet ad secūdum argumentum: arguebant. n. æternitas enim inest prio motui inquātum motus. igiť q̄o

K est de motu inquātum motus. Respōdet negando assumptum, quia inest æternitas principaliter primo motui, & ratione illius inest cæteris. & ita q̄o erit prio de prio motu.

Non igiť. Ad tertium rñdet. arguebant. n. ab effectu ꝓficiscimur in cās. sed hi motus sunt effectus primi motus. igiť hi sunt ut signum ad illum. rñdet hoc esse falsum, quia nondum declaratum est an hi sint effectus. Ille uerò causa. & ita argumētum esset ab ignotis. patet igiť duæ expositiones. Et licet ꝓ utraq; parte fiant cōiter rationes: uideť mihi ꝙ potest concordari. Nam subm q̄onis pōt esse duplex. contētiuum, & principale. Motus simpliciter acceptus ſm genus est subiectū quæstionis cōtentiuum. Sed primus motus est subiectum principale. Tūc dicerem ꝙ q̄stio q̄rit de motu in cōi tanq̄ de subo contētiuo & adæquato. & hoc uolūt Arabes & expositor. quærit uerò de subiecto primo tanq; de subo principali, & sic sentit Auer. ubi uerò uis eos discordes, solue rōnes ꝓ utraq; parte: ut cōiter soluitur.

An primus motus sit æternus. Vide Gaieta. circa pricipiū huius.

Tex. 2.

Si igitur contigerit aliquando nihil moueri: dupliciter id accidere necesse est. aut enim: ut Anaxagoras arbitratur, inquit enim ille, cum omnia simul essent atq; quiescerent: tempore infinito, mentem motum cepisse, ac segregasse: aut ut Empedocles, iterdum quidē moueri: interdum uerò quiescere. Moueri quidem: cum aut unum ex multis concordia, aut ex uno multa discordia facit: quiescere uerò temporibus mediis. dicens hoc modo.

L

Interpretatio carminū Empę.

Inquātum quidem unum ex multis dicit aptum fieri. Inquātum uerò rursus ex uno geminato plura perficiuntur.

Sic q̄dem: fiuntq;: & nullo modo ipsius est unum seculum.

Sic autem permutantur: neq; simul ꝑficiuntur.

Sic autē semper fiunt imobiles secūdum circulū.

M Illud enim sic autem permutantur: ab hinc illuc dicere ipsum opinandum est.

In hoc secundo textu non nisi hæc Empedoclis carmina duplicata reperies. in reliquo autem huius octaui libri unum tantummodo textum.

Dilucidatoris tex. com. 2.

Sic dicens. quatenus unum quidem ex pluribus consueuit nasci, & iterum quatenus ex uno generato plura perficiuntur: eatenus quidem & fiunt: & nō est ipsis firmum æuum. Quatenus uero permutantur omnino, neq; simul desinunt, eatenus semper sunt immobiles secūdum circulum. hoc enim quatenus permutantur, hinc illuc, dicere ipsum opinandum est.

Responsio.

His præmissis de intētione, & excusatione, & causa excusationis. Nunc ad rem ipsam, solutionemq; quæstionis accedit: & primo narrat positiones antiquorum de motus genitura. secūdo ueritatem quæsiti determinat. De motu igitur duæ extitere pro nūc positiones. Altera q̄dem Anaxagoræ: uidelicet ꝙ motus semel initus sit, semperq; perduraturus, quemadmodum mūdus uidetur. Altera Empedoclis ꝙ motus queadmodum & mūdus alternat uicibus, interpellatq;, aliq̄n ut sit, aliq̄n ut nō sit. Sed q̄a narrat uerba Empedoclis ad formā, q̄ in græcis codicibus sunt metrice scripta, ego ut fidelius loquerer ad uerbum transtuli. ꝓpterea difficilia sunt, propter hoc debes scire ꝙ ipse Empedocles iis in carminibus primo declarat quot modis res fiūt, & uult res bifariam fieri, cnogregatione ut fiunt aīalia, & partes mundi, segregatione ut totus ipse mundus. Inquit. Inquantum quidem unum ex multis aliquod esse aptum fieri, Empedocles dicit: & hic est primus modus. quo fiunt animalia. Inquātum uerò rursus ex uno geminato plura perficiuntur. hoc est secūdo modo res fiunt segregatione ex uno in plura, ut uniuersus ediť mundus. & ita patet res bifariam fieri apud Empedoclem. ꝓpterea subscribit. Sic quidem fiuntq;. q. d. ijs duobus modis ea quæ sunt fiunt uniuersus quidem segregatione. partes uerò singulæ cōgregatione. Deinde declarat quomodo mūdus fit non semel, sed uicibus alternis, ubi debes scire ꝙ mundus ipse duo habet secula siue status. Alterum quidem, quo ꝯsistit in sui distinctione atq; ornatu, quem uidelicet facit discordia rerum. Alterum uerò, quo cōstituitur in cōfusione rerum. Tempus uerò quo mundus ipse trāsit de ornatu ad chaos, non momentarium est: nec tēpus quo contra migrat de chaos in ornatum subitarium habetur. Inquit. & nullo modo ipsius est unum seculum siue status. Cuius causam subdit. nā sic alterna uice res ipsæ permutantur, neq; simul & momētariæ permutationes illæ ꝑficiūtur, sed in tpe, ut diximus. Quo fit ut unum sit mundi seculum, quo mundus in confusione perdurat. Deinde declarat aliū. d. Sic autem semper fiunt, hoc est secūdus status est quo fiunt & sunt in ornatu. & quia quis credere posset res totaliter in nihil redigi, subiecit imobiles ſm circulum hoc est non sic ut penitus desinant, & penitus incipiant, sed secundum circularem generationem imobiles. & ita patet duo mundi status, & quia uerba illa Empedoclis uidelicet. Sic autem permutantur, erant nō facilia Aris. exponit illa. d. hoc enim: idest uerbum illud, sic autem ꝑmutantur, ab hinc illuc dicere ipsum opinādum est per alternas uices. qua ratione fit ut motus rerū sit uno seculo utpote in ornatu. Altero q̄es. uidelicet in confusione. hæc sunt quę ab Anaxagora, & Empedocle habentur de motus genitura, obituq;.

N Positiones de motu Anaxa. Empedo. An posse sit deū ꝓducere aliquid aliud a se si ne pricipio durationis. Vide Sco. d. 1. secūdi. q. 3. Vide etiā Cano. q. 1. huius, & an de facto fuerit aliqua creatura ab æterno ibidem.

O

P

Quia natura. Hoc cōmentum inutile est, non tamen prætereundū. Dicit igitur primo de mundo fuisse duas positiones ꝓpter naturam diuisionis, quę semper est bimembris, quod debet intelligi reductiue, quoniam de genitura motus & mundi sunt uel esse possunt quatuor positiones, ut recitatur in primo cœli. ut ꝙ inceperit & desinit. aut ꝙ neq; inceperit, neq; desinet. aut ꝙ inceperit & non desinet. Aut ꝙ non ceperit, sed desinet. & ita sunt uel possunt esse quatuor, licet reduci possint in duas. Auer. tamen narrat tres positiones, prima est Anaxagoræ, qui uoluit res finito tempore in chaos quieuisse. deinde mētem similiter finito tempore segregasse ornasseq;. Positio Empedoclis hæc eadem est, nisi ꝙ non mētem effectricem autumat causam, sed litem & amorem. Plato uerò uoluit mundum semel fieri, nunquam tamē corrūpendū fore. excusat tamen Auerroes Aristo. uidelicet cur Platonis omisit positionē, uolens omisisse illam, quia ante mundi generationem Plato motum præfuisse autumat, non quidem ordinatum, sed sine ordine. Propterea omisit ipsum, quia nō similiter de mundo & motu loquitur. Animaduersione tamen dignum ꝙ Auer. nō recte ait. nam Anaxagoras non ita sentit de mundi & motus genitura, ut narrat Auer. ueluti ex textu patet. Propterea ex errore translationis illud euenisse arbitrādum est. Dein de Auer. has positiones exponit, & ad mētem Empedoclis colligit cœlum haberi pro deo. siquidem immortale est ob partium conformitatem atq; simplicitatem, & ꝙ solū hic inferior mundus lite fit & amore: non autem mundus superior, quem perpetuum ponit. reliqua cōmenti patent.

Cōm. 2. Pōnes de generatiōe motus, & mūdi quot.

Q Positio Anaxa. Positio Empedo. Positio Plato.

An mūdus sit æternus. Vide ēt dominū Leonar. de Nogarolis. in tracta. de æternitate mundi.

A RECOGNITIO super tex. com. 2.

{ Hic textus in cōmentariis bñ expositus est, & maxīe se { cundum græcum codicem, quem tunc habebam, in aliis { autem carm na Empedoclis sic interpretatus sum, ideo le { ge uerba. { Sic dicēs } .q.d. Empe. opinatus est ea quæ di { ximus, sic dicens, { quatenus unum quidē ex pluribus cō { sueuit nasci, } ut chaos, & cōfuse, ex elemētis, { & iterū { quatenus ex uno generato plura perficiuntur } elementa { in esse distincto, { eatenus quidem & fiunt } .s. res mun- { di nunc in cōfusione, nūc in distinctione. { & non est ip- { sis } .s. rebus mundi, quæ nunc in cōfusione, nūc in orna- { tu fiunt, { firmū æuum, } nec perpetuitas firma earum in { eodem statu. { Quatenus uerò pmutātur omnino } nūc { de distinctione in confusionem, & e contrario, { nec si- { mul desinunt } .s. cōfusio, & distinctio, quia cū est distin- { ctio, desinit confusio, & cum est confusio, desinit distin- { ctio. & sic uicissim semper, { eatenus semper } confusio { & distinctio { sunt immobiles } , & perpetuæ { secundū { circulum. } est enim alterna mutatio sempiterna. tunc in- B { terpretando uerba Empe. dicit { hoc enim } quo dixim⁹, { uerbum illud uidelicet { permutantur hinc illuc, } quod { Empedo. metrice scribit, { dicere ipsum opinandū est, } { ut quasi uelit res permutari perpetuo de cōfusione in di- { stinctionem & e contrario semper. hæc de recognitione { uerborum Aristotelis.

Tex. 3. De his itaq; quonam modo se habeant, conside- randum est. ueritatem enim hāc perspicere, nō mo- do utile est ad eam contemplationem, quæ de na- tura est, sed etiam ad eam quæ est de primo princi- pio, doctrinam.

Expositio. Nunc cōtemplationis siue qōnis ppositæ tradit fructū. & uult qōnem illam cōferre ad sciam de natura, & ad scien tiam de primo oium rerum principio. Ad sciam quidem de natura, quatenus hæc pertractatio est una pars sciæ natura- lis. Ad sciam uero de prio principio, quatenus per solutio- C nem eiusmodi qōnis primi principii colligeť definitio & natura, ut suo loco uidebitur. Auer. uerò uult qōnem hanc conferre ad naturalē & ad metaphysicū. Ad naturalē quidē, ut dictum est, ad metaphysicū uerò primo quia metaphysi cus sumit à naturali principia sui subiecti esse. Secūdo quia sumit principalē partem sui subiecti esse, cū nullam habeat uiā, præter hāc motus æterni. Signū huius est, quia Auic. po sitio, q̃ dicit oppositum, est falsa, & uia qua pcessit in illud est friuola, uia etiam Algazelis est silr pertenuis. Huius rei pertractionem trāsmittit in librū destruct. destructionum, cōtra Alga. tu uerò lege in dispu. 8. In solutione primi du- bii. & licet in. 2. huius & in fine primi res hæc sit diligenter ptractata. Vnum tātū uolo quærere an æque bene ex mo tu nouo ut ex motu æterno possit pbari motorē primum esse separatum. Thomas putat primū motorem separatū posse pbari tā ē motu ipso æterno q̃ ē motu nouo. Secūdo. φ pollentius & certius ē motu nouo. Nam nouum habere principiū manifestū est p se. & cū non sit pcessus infinitus in mouētibus, tandē oportet deuenire in motorē æternum. Sed hoc stare nō pōt, quia aut ipse supponit esse statum in causis, aut nō. Si nō, tunc dicerem nouum habere principiū D nouum. rursus & illud aliud. & sic ad infinitū. Si supponit esse statū in causis, tunc petit principiū, quia supponit pri- mam cām inter oēs causas, quod Auer. ubiq; exclamat φ nō potest pbari primum motorē esse, nisi sumpto statu in causis. Propterea ratio Thomæ nulla est, qa licet oē nouū habeat principium, tñ nouum habet principium nouū, & illud habet aliud. & sic rursus in infinitum. Alii uolūt non ex motu nouo pbari motorē primum eē, sed ex motu q est uel pōt esse æternus, qa. n. deus pōt facere motū æternum, ideo est primus motor separatus. Sed nec hæc positio pla cet. nā deum posse agere motum æternū est creditū, & non demōstratione acceptum. Propterea Phi credidere ex mo tu qui est æternus nancisci primum motorē esse. Nam ex æternitate effectus colligitur cāæ æternitas. res uerò æterna est uirtus separata ē materia & ē corpore, & p consequens separatum ens à materia: ubi tamen secūdum theologos tē

C Quæ ex co. 3.

Dub. utile.

S. Tho.

Cōfutatio.

S. Sco. in 1. d. 2. & 2. Cōfutatio. ppria. deus sit naturaliter cognoscibi lis à nobis. de Sco. primi Grego. alios io.

neamus motum non esse æternum, creditum est primum E motorem separatum esse, & statum esse in causis.

Tex 4. Ex his uerò primo initium faciemus, quæ à no- bis antea in naturalibus definita sunt. Dicimus ita- que motum actū eē mobilis, quatenus mobile est. Nece ergo res eē q̃ unoquoq; motu moueri pñt.

His narratis, nūc de qōne prosequitur. & primo iure ma- thematicorum constituit supponem, φ ante uidelicet motū omnem sunt mobile & motiuum, pbat primo hoc syllo- gismo. motus motiui & mobilis supponit motiuum & mo bile, sed motus est actus motiui & mobilis, ut in. 3. huius ex definitiōe motus patet igitur quòd motus supponit mo tiuū & mobile. uerba sua translatione cōstant.

An substantiæ in materiales possit intelligi a nobis. Vide Sco. 2. meta. q 2. & an possit probari primas substātias separatas eē. Vide Ant. āō bet 12. meta q. 2.

Adhuc etiam sine ipsius motus definitione unus quisq; id moueri necessario fatebitur: quod moue ri unaquaque motus specie potest. ueluti alterari quidem id quod est alterabile. ferri uerò id quod loco mutabile est. quare sit antea ustibile q̃ uratur: F ustiuum quoq; antea q̃ urat, oportet.

Expositio. Secundo idem psuadet sine ipsius motus definitione ut- pote inductiōe in oibus. nā alteratio supponit alterabile & alteratiuum. Moueri de loco ad locum motiuū & mobile, & sic de singulis. igitur oportet sit antea ustibile q̃ uratur. ustiuū q̃q; antea q̃ urat. & usus ē spē loco generis, ut patet.

Comē 4. Incipiamus igitur. Auer. in hoc cōmē. ordinat literā, & di cit primo, φ mos in artibus est primo faceř suppositiones, deinde ex illis inferre cōclusiones, & hunc ordinē Aristo. seruat, morē (ut dixit Philop.) imitatus geometrarum. accipit enim supponem, quę ex dictis in. 3. huius declarat.

An deus potuerit pducere mūdū ab æterno. Vide & Gaet. hic Et incepit. Petitio est hæc. oē φ mouetur prius fuit in po- tentia moueri, q̃ moueať. Probatur. oē quod est postq̃ nō fuit, prius fuit in potētia q̃ in actu. oē quod mouetur est in motu postq̃ non fuit in motu. igitur prius fuit in potētia ad motū q̃ moueret. deinde applicat sniam uerbis asserēs hāc G supponē eē pbatā syllō & inductiōe, & res patet itelligēti.

An cōsideratio ppetuitatis motus sit necessaria ad intelligēdū primum principium esse Vide Iādu. q. 2. huius. Et intelligēdum. Refellit qōnes cōtra dicta, accepit. n. mo bile pcedere motū, quod falsum uideť. Primo quia gene- ratio est motus aliquis, & tñ generabile nō præcedit tem- pore generationem. silř & de corruptione. Secundo motus leuium sursum est motus, & tñ mobile leue nō est prius tē pore illo, cum ita cito sicut leue est, sursum ferať, nisi sit phi bens. Rñdet mobile in potentia esse bifariā aut simile in tē pore & numero moto in actu, ut Socrates sedēs, & ipse mo tus, aut differēs specie ut lignū de quo ignis fit uel oleū. li- gnū. n. est mobile in potētia ut ex eo ignis genereť: ignis ue rò actu motus, & genitus. Silr oleū est potētia mobile sur- sum, quatenus ex eo fieri pōt ignis, q actu sursum ferť. Tūc ppō Aris. intelligitur, φ ante oēm motum actu aut ante oē mobile actu pcedit mobile potentia eiusdem aut alterius speciei. Hæc est responsio Auerrois.

Primus aūt. Hanc distinctionē declarat Auer. & prio acci pit qūo mobile potentia differens spē pcedit mobile actu in generatione, & inqt, φ subm generatiōis est illud, exquo H est generatio ut lignum, est subm generationis ignis. simili

Dubū. ter & in corruptione dicatur. Sed dubitāt. eiusdē est act⁹, cuius est potētia, cū igitur lignum non sit actu subm igneæ alterationis: igiť non est subm potētię. Quicquid uelint iu

Respōsio niores dici pōt lignū eē materiam & subm ignis: uidelicet pro materia alterationis, at materia ligni est subm receptio nis. Tūc dico φ lignum reduciť ad actum illius ßm se aut aliquid sui, quia saltem ßm materiā, quæ est una utriusque.

Subiectum uerò. Idem nunc declarat in motu locali, & di cit duo. Primum φ subm siue mobile in potentia in motu elementorum est corpus ipsum, ex quo generatur ele men- tum, ut oleum respectu ignis in motu sursum. Secundū est φ mobile in actu est ipsum elementum genitum ut ignis ex oleo genitus, qui sursum fertur actu.

An combustiuū præce Verbi gratia. Hæc duo exponit. & primo secūdum. nam illud est mobile actu: quo posito poniť motus. modo posito

I igne actu:mox motus ponitur sursum.nã cum ignis est secundum totum:ipse sursum fertur fm totũ, cum fm partẽ, sursum fert fm partẽ,igr actu ignis ẽ actu sursum mobile.

dat suũ cõbuere & utr an omne mobile præcedat suũ moueri. Vid.Egi. hu & Grã deũ esuf. lec 1.buius

Potẽtia igitur.Nunc declarat primum uidelicet q mobile in potẽtia sit illud,ex quo generatur elemẽtum.nã uel est ipsum elemẽtum utpote ignis actu.& hoc nõ,quia tunc idem simul eẽt subm potẽtiæ & actus:uel corpus ex quo fit,& habetur intẽtum.Sed ambiges.nã posito q ignis generetur in centro terre patet q non ita cito sicut est genitus,habet ubi sursum,qa tunc,cum generatio fit in instãti, uel nõ tpe,motus illius esset in nõ tpe. Dici põt uno modo q Auer. loquitur remoto ,phibẽte.ita.n.cito sicut ignis est,sursum erit nisi aliquid ,phibeat.modo est ,phibẽs,ut medij resistẽtia. ubi n.nulla esset medij resistẽtia, subito ignis penitus esset sursum.tunc.n.nõ motu , sed subita mutatione mutaretur, ut generatio fit. Vnde primum esse generationis, seu geniti esse , esset primũ instãs mutati eẽ sursum . Hæc declaratio colligitur 4 . huius.cõ.71 . Solebã quoq; dicere q ignis quãdiu est extra locũ proprium,sp est ignis impfecte continue tẽdens ad pfectionẽ,sed ita cito sicut est in ,ppria regione,est ignis,& e cõtra q̃ primum est ignis,tam cito est in propria regione.

Dubõ. Solutio.

Sed alia. K

Et hoc.Narrat errorem Ioãnis grãmatici.ipse enim opinatur q inuenitur quędam potẽtia in ipso igne actuali ad motum,quæ tempore p̃cedit motum. Hæc est eius positio.

Et decepit.Ponit motiuum illius.nã uidemus ignem detentum in aula esse prius ignem q̃ moueatur.igitur ignis ipse prius est in potẽtia q̃ sit in actu motus.

Et ista potẽtia.Soluit argumentum Ioãnis , & uult q potentia ad motũ sit duplex.una uiolẽta , siue accidẽtalis. alia naturalis,siue essentialis.uult igitur in igne detento nõ esse ad motum naturalem potẽtiam, sed uiolentam, & ita cõcedit duo.Primum q potẽtia uiolenta simul esse põt cum mobile actu.Secundum q potẽtia naturalis non põt esse cum ĩgne,aut actu mobile,prima pars patet p casum Ioãnis.secunda uerò declaratur,quia si potẽtia naturalis ad motum, & motus possent simul eidem inesse,tunc duo cõtraria eẽnt in eodem,ut potẽtia & motus,quæ sunt cõtraria , ut supponit,quod tanq̃ manifestum omittit. Sed cõtra dubitat.Primo.si potẽtia illa eẽt uiolenta,ignis uiolẽter sursum moueretur , qa eo mobile mouetur quo est potẽtia poẽe moueri. Secundo.oẽ quod mouetur cõtingit moueri . Cõtingit moueri.igitur põt moueri.põt moueri. igitur potẽtia & actus sunt simul. Pro solutione debes scire q actus & potentia præcedẽs actum sunt ut cõtraria. Primo.qa circa idem mutuo se expellunt.Secũdo.quia apta fieri circa idẽ successiue. Vlterius debes scire q est regula topica, q duorũ cõtrariorum,si alterum est naturale uni,alterũ illi erit uiolẽtum,uel nõ naturale. Ex his colligitur q quia forma & motus & ubi sursum sunt ignis affectiones naturales, potentia p̃cedens hæc est eidem uiolenta.cõtra etiã cui potẽtia est naturalis,actus erit uiolẽtus,ut qm̃ oleo igneitas & motus sursum sunt uiolenta.potentia ad hæc erit illi naturalis . Tunc ad formam dico q motus est naturalis,licet potẽtia sit uiolenta.nã potentia est uiolenta mobili,cui motus est naturalis,nõ tñ ita naturalis,ut qes.Causa aũt est,quia potẽtia ĩest mobili ab extrinsecus ,phibente . motus uerò rõne formæ naturalis,& ita stat motum esse naturalem.potẽtia uerò ad illum esse uiolentã,ut posterius dicemus. Ad secundum dici põt q poẽe seu contingens uno modo accipitur,ut sequitur ad inesse,& hoc modo ualet argumẽtum. Alio modo ,p eo quod nõ est,& põt eẽ uel ,p eo quod est,& põt non esse. & sic opponitur ad inesse,& sic argumentũ nõ tenet. Sed cõtra adhuc obiicies , qa cuicunq; repugnat añs eidẽ repugnat & 9ñs. Sed ualet.ignis mouetur.igitur põt moueri.potẽtia moueri repugnat igni,qa uiolẽta.igit & motus.Põt dici q,potentia sequẽs ad inesse nõ repugnat mobili in actu, sed poã nãlis,q̃ tñe nõ sequit ad motũ,ut patet itelligẽti.

L

Dubõ.

Solutio. An actus & potentia opponãtur & quomõ opponnaf. Vide Sco. 9. meta.q. 1.&.2.& d.xi.quarti q.2.

M

Replica.

Responsio.

Et ex hac . Nunc digreditur cõtra loquentes suæ legis,& primo oñdit nõ posse aliquid ex nihilo generari, quod putat esse purã priuationem.Primo. motus nõ põt esse ex nihilo.generatio est motus,aut comitatur motum.igitur non ex nihilo,& ita nihil esse põt ex pura materia , nulla in illa p̃cedente forma.fieret enim aliqd ex pura illius priuatione. N

Etiã apparet.Secundo. oẽ quod fit ex suo fit cõtrario.quare tũc intelligeretur, aut q unum cõtrariũ mutaretur in suũ cõtrarium,quod est impoẽ,ut inductione patet, aut q fiat ex suo cõtrario,uti ex termino à quo,sed subiectũ est unum amborũ,ex quo genitum fit.& hoc uolo, & sic nõ potest aliquid generari ex priuatione,nisi p accidens . per se uerò ex materia supposita priuatione,ut primo huius satis.

Ideo dicitur.Probat hoc exẽplo & inductione.nã dicimꝰ ex die noctem,& e cõtra,siř ex nocte diẽ fieri.& ex calido frigidum,& e cõtra.& p uerbum,ex, intelligitur post.igit sp necesse est præesse materiam,cui terminus à quo & ipsa priuatio insint,& q fit oĩno generatio ex aliquo supposito, & nõ ex nihilo.probat idem auctoritate & consensu omnium antiquorum,& sermo patet.

Loquẽtes autem.Nunc narrat põnẽ sarracenorũ.hi.n.uolunt esse poẽ ex nihilo generari aliquid, & inde negãt hoc principium.oẽ quod fit,fit ex aliquo.cã erroris est,qa aqua ens fit ex igne,uel aere nõ entibus,nam apud eos,quod nõ uidetur,nõ est,hoc.n.putant uulgares.hoc itaq; dicẽtes incidunt in duo errata.Primo qa accipiunt simile pro uerò. nam non uisile uidetur nõ ens,& ita accipiunt pro nõ ente. Secundo.quia impossibile reputant possibile.putant enim ex nihilo posse fieri aliquid,quod est impossibile. O

Et nituntur.Secũdo ,pbant idem nam materia p̃supponitur ,ppter agentis imbecillitatem.uidemus enim q natura minus p̃supponat q̃ ars. igitur agẽs supra nãm nihil supponit.& hoc est argumẽtũ nostrorũ theologorũ,& bonũ satis.

Et oĩa ista.Rñdet ad rõnes has.& prĩo supponit hæc omnia eẽ populariter dicta.tunc cõcedit deũ posse facere omne poẽ.quod uerò est impoẽ,facere nõ potest. non quidẽ defectu potẽtiæ in agente,sed quia nõ est factibile,& ita dicere q deus nõ põt facere aliquid ex nihilo,nõ ẽ imbecillitas agentis,cum impossibile non sit factibile. dicere uerò q sit factibile,est deceptio. P

Et ideo omne agens . Multis uerbis interpositis sumit Auer.ex dictis unam maximam uidelicet q omne agens, quod quãdoq; agit,quãdoq; non,necessario inuenit quandoq; in potentia quandoq; non.

Et hoc quod.Ex hoc ,pcedit cõtra loquẽtes suæ legis, qui dixerunt aliquod agens æternum,ut deus infinito tpe stetisse in quiete.deinde agere ĩmediate aliquod nouũ absq; medio causa in mouẽte , & absq; aliqua dispõne noua,& magis in una hora q̃ alia.ait.n. hunc sermonẽ esse sophisticũ, quia,pcedit cõtra prĩcipia nãlia,q̃ ipse credit esse uera.Quorũ unum ,pxime dictũ est,qa omne agẽs nouũ in agẽdo extrahit de potẽtia ad actũ.Secũdũ fuit q ex nihilo nihil fit.

Dico secũdum hanc. Corrigit se, quia exponẽs textum dixit mobile p̃cedere motũ . Rñdet q hoc est dictũ ad mentem Alexandri,q uoluit definitionẽ hãc esse inductam ad oñdendum q mobile p̃cedit motũ.& ait q si sic intelligeretur,debet intelligi de nouo motu & non de ęterno.mobile enim tpe pręcedit motum nouũ.nullum aũt mobile p̃cedit motum æternum,nisi forte fm naturã.at fm suã expõnem hęc definitio est inducta ad hñdũ q motus insit mobili, & hoc qa pfectio inest pfectibili,& motus est pfectio,qđ auctoritate Alexãdri 9firmat.& eius sermo patet omnibus. Q

Et hoc quod.Rñdet argumẽto,qa Aris. inductione probat q ante motũ præcessit mobile potẽtia.igitur hęc est intentio sua,& non q motus insit mobili. Rñdet q Aris. uoluit nihil moueri nisi poẽ moueri.modo tale est corpus, & ita uoluit q subm motus sit corpus . Sed dices qũo habet ex hoc q motus insit mobili.Rñdet q accñtis eẽe est inesse, & ita motũ inesse est ipsum esse,& ita uult Aris.hře q motus sit aliqd in rerũ natura exñs,quia inest mobili . & sic terminauit p hęc qõnẽ an motus sit,ut dixit in prĩo cõmento. Hęc ex cõmẽto. Diuus Thomas acerrimis rõnibus cõtra Auer.certat,,pbans tribus rõnibus,q deus potest ex nihilo aliqd facere , primo qa agens uñe. Secũdo,quia cã materię est.

An motus sit æternus Vide lãd. q.1. huius Digressio.

A est. Tertio ex ꝓductione antiqua. Ad primam rõnem procedit, quia agens uľe & particulare diffinit. nã agẽs ꝑticulare sp supponit actionem agentis uľis: uľe etiam simili modo differt ab uľiori: ita ut sp agens minus uľe supponit actionem agẽtis magis uľis, ut dicitur. 2. physi. igitur agẽs uľissimum nihil ꝓsupponit, & ita ex nihilo põt aliqd facere. Pro secũda ratione arguitur. nullũ agens supponit suũ effectum: sed deus est causa materiæ, qa prima entitas ac ueritas, quę causa est oĩs entitatis, ac oĩs ueritatis, & ita materiæ, ut dicitur. 2. meta. igitur deus nõ supponit in sui actione materiã. Ad tertiam arguitur. deus est æquipotẽs in actione æterna & noua. Sed in actione æterna nihil supponit: igitur nec in noua. Tunc ad rões Auer. Ad primam dicit, ꝙ agens uľe producit ꝑ simplicẽ emanationem. agẽs uerò particulare ꝑ motum, & ita definitio motus nihil cõtra nos. Ad secundum dicẽdum ꝙ agẽs particulare ex materia agit per se: ex priuatione uerò ꝑ accñs. secus n. est in agẽte uniuer-

B sali. agit. n. nullo ꝓsupposito. Ad auctoritatẽ antiquorũ dicendum ꝙ antiqui non peruenerunt ad ueritatem primi principii, ut Aris. & Plato peruenerũt: apud. n. Aristotelẽ deus ex nihilo uniuersum ꝓduxit, hic tñ ipse loquitur de actione agentis particularis. Hæc ex Thoma colliguntur.

...hõ con. ...Thomã

Sed circa hæc est nõ parua dubitatio, qa aut ipse uult creationi esse assentiendũ ex puris naturalibus, aut ex creditis. nõ ex puris naturalibus, qm̃ intelľs sensibus cõiunctus nõ potest creationi assentire. Cui. n. omnes sensus concorditer cõtradicunt intelľs sensibus coniunctus non potest naturaliter assentire, modo creationi oẽs sensus contradicũt. uisus qdem, quia uisu ꝑcipimus album ex ente fieri, ut ex nigro. auditu graue ex acuto. tactu calidum ex frigido. gustu dulce ex amaro. olfatu suaue ex austero. similiter & sensilibus cõibus, magnum ex paruo, circulare ex recto, motum ex qete. Amplius & in sensilibus ꝑ accidens. nam ignis ex aqua: mixtum ex simplicibus. Et uľr patet, oẽ quod fit fieri

...ide etiã ...i.d. se. ...q. 2. ...alios theologos.

C ex cõtrario aut medio. Intellectus igitur sensibus coniunctus non põt creationi assentire. signum est, quia alij theologi idem affirmãt. Si uerò ex creditis, cõclusio erit credita. & ita aliquid ex nihilo fieri erit inter credita reponẽdum. Dicendum igitur cum aliis theologis ꝙ deus agere aliquid ex nihilo est mere creditum. Sed dices. articulus fidei nõ contradicit rationi naturali. similiter si ita eẽt, crederemus contra rationem naturalem. Dicendum ꝙ aliud est esse cõtra rationem naturalem, aliud supra rationem naturalem, uel non secundum rationem naturalem. Dico igitur hoc creditum nõ esse secũdum rationem naturalem, nec cõtra rationem naturalem, qm̃ quod non potest sentiri aliquo sensu nõ potest contrariari sensatis: cõtraria. n. sunt eiusdem generis: igitur tale creditum est supra ratione naturali. assentimus enim illi in uirtute primi luminis, quod transcendit ipsos sensus. rationes uerò Thomæ sunt persuasiuę, & de illis in primo huius diximus.

...eplic. ...spõsio.

...co. ...per tex. ...men. 4.

Circa hanc definitionem motus disputat Auer. cum Alfarabio ad qd sit inducta ab Aristo. Alfarabius uoluit ꝙ sit inducta ad supponẽdum ꝙ potẽtia in motore & mobili præcedat tpe ipsum motum. Auer. autem dicit, ꝙ sit

D inducta ad supponẽdum, ꝙ mot⁹ sit in ipso mobili, quod habet naturam, ut moueatur. mouetur argumẽto eo quia si esset inducta ad supponẽdum potentiã præcedere in motore & mobili tpe ipsam motionem, tunc solum hæc propositio esset uera de motu nouo, & sic esset particularis. Nunc uidetur mihi, ꝙ Arist. utatur ea ut exposuit Alfarabius. accipit enim sequẽti textu in illo priori in quo præcedunt motum, & q̃rit an facta an ꝑpetua sint: ergo supponit mobile & motorem præcedere tpe motum, & ita supponit potẽtiam ꝓcedere tpe actum in motorẽ & mobili. & cum dicit Auer. ꝙ tunc nõ esset uera nisi de motu nouo, dicẽdum ꝙ uerum dicit, qm̃ est in parte argumẽtatiua, cõtra eos, qui dixerũt motum eẽ factum: & sic erit nouus, & tunc cũ potentia in motore & mobili sit prior motu, accipit mobile & motorem in illo priori, in quo potẽtia præcedit motum, & quærit an perpetua, an facta, & reliqua.

E Siquis autem uult põt concordare Alfarabiũ & Auerroẽ, & dicere ꝙ hæc propositio motus est actus mobilis põt intelligi ut ea utit̃ Aris. & sic bene dicit Alfarabius, ꝙ sit posita ad supponẽdum potẽtiam præcedere in motore & mobili tpe ipsum motum. & põt intelligi simpľr, & sic non est uľis, & hoc pacto bene dicit Auer.

Igitur & hæc ipsa: aut generentur interdum cum non sint: aut sint sempiterna, necesse est. Si igit̃ mobilium unumquodq; atq; motiuorum genitũ est: ante acceptam mutationem aliam mutationẽ atq; motum factum eẽ necesse est: cuius procuratione id quod aptum est aut mouere aut moueri generaretur. sin uerò semper præerant ea quæ erant, etiam motu nullo existente: absurdum quidem illud uidetur etiam ab insciis. Tex. 5. Tex. 6.

Cõstituta suppõne, nũc hypothetico syllo arguit cum ante motũ rerum ꝓcesserint res, illæ res q̃ pręsunt, necesse est aut ut generarent̃ cũ non sint, aut sint sempiternę. si illę res interdum genitæ fuerint, necesse est ut ꝓsit his ille motus, quo res illę in lucẽ promerent̃ atq; factæ sint, cũ generatio oĩs aut motus aut cũ motu est. Si uerò sp præerant ea quæ prærant utpote res illæ mobiles & motiuę, etiã nullo illarũ exñte motu, absurdũ quidẽ illud uidet̃, etiam ab inscijs. nã essent sempiternæ res aptæ mouere & moueri, q̃ nunq̃ essent motæ, aut mouerẽt. Quar̃ motũ illarum sempiternum etiã esse necesse est. Hic est sylľs Aris. hæc est expõ Themistij in hoc loco. Auer. aũt aliter exponit, & uult ꝙ ꝑ illud ꝓnomen & hæc ipsa, quod græce tauta est, nõ res ꝓexistẽtes motui uidelicet mobiles & motiuas Aris. intelligat, sed res mũdi cõstitutas ut iacẽt, ubi debes scire ꝙ rerũ sensiliũ, ex qbus mũdus cõficit̃, quædã nunq̃ quiescũt, ut cœli: quędam nunq̃ mouent̃ ut cẽtrum terræ & terra atq; & mundi uertices, q poli dñr: quædã uerò mouentur interdũ & qescũt interdũ, ut elemẽta & mixta. uult igit̃ ꝙ Aris. ꝑ uerbũ illud & hæc ipsa, demr̃et hæc sensilia in hac triplici dispõne cõstituta, de qbus q̃rit an sint aliqñ facta sub his dispositionibus, an sp sint sub his dispõnibus. & iuxta hoc uult sylľm esse intelligẽdum. Sed tũc est dubiũ contra hæc. nã tũc Aris. peteret principiũ, utpote dari motũ primũ, cũ supponat aliquod sp moueri. Rñdet Auer. ꝙ supponit primũ mobile, & primum motũ ex demr̃one facta in. 7. huius. qa si nõ in mouẽtibus & motis esset ꝓcessus in infinitũ. petit autem utrum tale primũ mobile, quod mouetur tali primo motu sp sit tale, an aliqñ sit factũ tale: & ita nõ esset petitio pricipij. Hęc est expõ Auer. Sed pace sua hęc est fictio. Aris. n. (ut in græca serie patet) supposuit ꝓesse mobile & motiuũ ante motũ, ut subm & agẽs. Si igitur nunc illas res ꝓiacẽtes nõ sumeret in rõne, suppõ non est ad propositum, & inutilis esset. nec ualet dicere ꝙ illã suppõnẽ accepit ad supponẽdum motũ esse, quia Aristo. in primo huius semel supposuit motũ & plura mobilia eẽ. dicẽs. supponat̃ enim nobis oĩa, aut q̃dam moueri. igitur cum semel sit suppositum nõ debet totiẽs supponi. Melius igit̃ cũ Themi. exponendum: ut diximus. consonat. n. plus uerbis & rationi.

Expositio

F

Quę Auer cõmen. 5

G

An Aris. ꝓbet motũ nõ incepisse Vide Egi. h.

Cõfu expositionis Auer.

H

Cõmen. 6

Si igit̃. Hoc cõmentũ sextum licet nõ ad ꝓpositum uolo exponere totũ. accipit igit̃ loco añtis duas suppõnes uidelicet ante mouere & moueri in actu ꝓcedit mouere & moueri in potẽtia. Secũda. & posuerimus ꝙ hęc potẽtia, & posse sint noua: tunc infert ante primum motum esse motum: quo uidelicet & posse & potentia fierent.

Debes scire ꝙ Auer. imaginat̃ motũ ipsum & posse moueri uel mouere esse cõtraria hoc mõ: ꝙ mutuo sibi succedãt in eodẽ uidelicet ꝙ cũ potẽtia ad motũ sit in aliquo cesset motus in illo. contra etiã: cum motus sit in illo, cessabit potẽtia. Tũnc quasi arguit. si posse ꝓcedens ipsum motũ fieret: ante primum motũ præesset mot⁹ uidelicet is ille: quo posse illud eẽ factum. nã tale posse ꝓcedens motum nõ potest de nouo fieri: nisi ꝑ motum. cum igr̃ posse moueri ꝓcedat motum: & tale posse fit ꝑ motum: ante primũ motum erit mot⁹ prior uidelicet ille quo posse edebat̃: qđ est cõtra

I positũ. nã motũ illũ posuimus oĩum motuũ primũ simplr.
Et silr. Dices forte stãdum esse in motu quo posse ipsum fiebat. talẽ. n. dicẽdo primũ non sequtur ipoẽ. Cõtra arguit, qa pari rõne ante illud moueri p̃fuit adhuc posse suũ. & tũc (ut supra) aut nouũ: aut æternũ. & si nouũ: igit adhuc ante illud p̃fuit motus quo fieret: & ita ante primũ motũ erit aliꝰ prior motus: & sic põt arguí in infinitũ: q si dicatur posse illud eẽ ęternũ: dicemus postea ea q̃ sequunt aduersus hæc.
Et quod. Fortasse dices ea q̃ Aris dixit in textu nõ esse impossibilia: cum ꝓcedere in infinitũ non uideat impoẽ: huic quasi occurrẽs uult q ex septimo habeat dari primũ motũ: ac primũ mobile. nunc uult hr̃e q ante primũ motum primumq; mobile esset motus: quod est impossibile.
Sed nõ sequtur. Mouet cõtra rõnẽ hanc dubõnẽ: aliqs enim cõcedet ante primũ motum ꝑcedere motũ. Sed non imediate: sed mediate: ita ut tp̃s mediet inter illos: quo forsitan modo aduersarius non habebit illud pro impossibili. nam erit primus motuum: suo .s. tempore, non autem absolute.
K Quem aũt diximus. Cõtra obiicit. & oñdit añ primũ motum eẽ motum imediate. nã illud posse (ex quo est nouum) extrahit de nõ esse ad esse p aliquod in actu. oẽ. n. quod extrahit de potẽtia in actũ non extrahit nisi p aliquod exñs in actu tale aũt in actu oportet sp esse mouẽs semperq; moueri. nullũ. n. tp̃s est extra motũ: etiã infinite paruũ. quare cum mediet iter illos tp̃s: oportet illud tp̃s eẽ alicuius motus: q̃ rõne fit ut illud extrahẽs sp moueat: moueaturq; sp aliqd.
Motor. n. nõ. Idẽ ꝑfirmat. & supponit q mouẽs qñ nõ mouet & põt mouere: nõ est ob aliud: nisi qa nõ hẽbat dispõnẽ: qua mouere poterat, ut patet in oĩbꝰ quę ex tp̃e mouẽt.
Et ista dispõ. Tunc arguit. cũ talẽ mouẽs nõ moueat propter defectum dispõnis: ut suppõ dixit: aut illa dispõ deficit ex parte agẽtis: aut ex parte recipiẽtis passiq;: aut utriusq;. Si igit illud agẽs quod põt agere illud tale posse nõ agit illud ob defectum dispositionis: restabit locus inuestigandi talem dispositionem cuius sit.
L Et est. Dicet fortasse q neutro illoꝝ modoꝝ fit: ideo explicatius arguit illud eẽ: aut qa motor illius posse nõ fuit: & tp̃s fuit: aut qa fuit: sed dispõ agẽdi deficiebat. nõ põt autem aliud fingi: at tũc illa dispõ: aut est ex parte agẽtis: aut patientis: aut utriusq;: ut amboꝝ distãtia. dicit. q haꝝ dispõnum forte oẽs: forte plures: forte solũ una deest: ob quã cãm motor nõ mouet. Cũ igitur hęc sint impossibilia: necessario fit ut primus motus succedat mox ei motui quo ipsum posse fiet: ita ut pricipiũ primi motus sit finis illius præcedentis.
Et mouere istud. Oñdit q motus ille precedens primũ sp fuit unus & ꝯtinuus: quasi repetẽs rõnẽ nũc dictã. & patet.
Et forte. Fecit diuisionẽ uidelicet q aut illud posse ẽ nouũ: aut antiquum: siue æternũ. & fecit rõnẽ contra illius nouitatẽ. excusans modo se, ait q illud nõ esse ęternũ apparebit ex secũdo condiuidente: quod subscribet textu ꝓximo: aut tacuit illius probationem: quia non indiget illa, ut patet. hæc
M omnia quæ dixit Auer. sunt utilia, sed nõ ad propositum literæ. tu uerò sequere expositionem nostram.

Tex. 7. At uerò si ulterius magis ꝓficiscamur: idem eueniat necesse est. Nã si quædã sunt mobilia: quædã motiua: & interdum est actu quid mouẽs ipsum primũ: & id quod mouet, interdũ uerò hoꝝ nihil: sed qescãt: hoc prius mutet necesse est. nã qetis aliqua pręerat causa: cũ quies ipsa sit motus priuatio. Quare ante primã mutationẽ erit mutatio prior.

Expositio. Potest qs contra Aristo. obijcere q mobilia & motiua ꝑsint, & q interdum antea erãt in motu, interdum in qete. ideo obijcit nunc, nõ ex suppositis, sed ex necessarijs: & inquit. At uerò si ulterius magis ꝓficiscamur arguẽdo uidelicet ex necessarijs, & nõ ex suppositis: idem eueniat necesse est. nã si qdam sunt mobilia, q̃dam motiua, sintq; hoc modo. q interdum sint in actu hoc mouẽs illud motũ, interdũ nullum hoꝝ, sed quiescãt penitus hoc à mouere, illud à moueri: sequit tunc ut hæc prius mutent. nã qetis aliqua p̃fuit causa, cũ quies ipsa sit motus priuatio: & ita oportet ut hæc N ex qete ad motũ mutent ablata cã illius quietis quare ante primã mutationem erit mutatio prior uidelicet illa qua aufert causa qetis: unde põt sylls esse iste. aut illa q̃ præfuerũt, pręfuerũt sp in motu, aut in qete interdũ. Si sp in motu, tũc motus sp erit. si sp uel interdũ in qete, nõ potuerũt deduci in motũ, nisi qetis cã auferat. & cũ illa ablatio sit motus, ante motũ erit motus. Hic est sensus literæ.
Quia hoc. Auer. ꝓpriã sibi cõstituens rõnem, quã de intẽtione Aris. credit esse, primo ordinẽ in demõrationibus componit, & uult q Aris. unũ prio supponat, aliud uerò q̃rat. Supponit. n. ex. 7. huius. q det primus motus ut cœlestis. primũ mobile ut cœlũ. primũ mouens ut id quod prio mouet cœlũ. Quærit uerò utrũ talis motus sit natura & tp̃e prior. hoc est dignitate & separabilitate. an solũ natura & dignitate prior, nõ tñ prior tp̃e & æternitate. Et ex his soluit cõtradictio. posset. n. quis cauillare: si Aris. supponit primũ motũ, & oĩs primus motus, siue oẽ primũ motum est æternũ. igit superflue q̃rit an is motus sit æternus. patet mõ solutio. Aris. n. esse primum motũ nã & dignitate supponit, sed q̃rit an etiam tp̃e. Hoc est ęternitate sit prior.
Deinde posuit. His p̃missis. arguit syllo hypothetico disiunctiuo destructiue uidelicet accipio primũ mobile quod mouet tali primo motu, & q̃ro aut illud est genitũ, aut ęternũ. Si genitũ, cum oĩs generatio sit aut motus, aut cũ motu, tũc ante eũ, quem posuimus primũ motũ, erit motus prior, qua rõne ille primus dici nõ poterit natura nec tp̃e. Si uerò ponat illud ęternũ, aut sp fuit in motu, aut exiuit de qete, tp̃e infinito p̃cedẽte ad motũ, siue tp̃e finito. (idẽ. n. est) non est dicẽdum q exiuit de qete ad motũ. Prio qa ab æterno fuit agẽs ut primus motor ab æterno fuit mobile. igitur & motus. Secũdo. si exit ad motũ post qetẽ. oportet aũt ut remoueat impediẽs, aut ut euenerit dispõ & cõmodũ, quo ad motũ exiuit. Siue illud ipediẽs, aut dispõ sit ex parte agẽtis, siue ex parte mobilis, siue ex parte utriusq;, sp sequtur ut ante motũ primũ præcesserit motus, quo uidelicet ipedimentũ, aut dispõ sit inducta. cũ hæc oĩa sint impossibilia, oportet ut sit primũ mobile, quod sp moueat, primũ quoq; mouẽs quod sp mouet, & primus motus, qui nunq̃ cesset. hanc aũt expõnem dicit esse mẽtem Aristotelis, quod sanẽ non credo. Est. n. hæc expõ satis difficilis, & non cõueniẽs uerbis, ut patet omnibus, propterea prima est melior.
Et nõ debet. Remouet obõnẽ, quia dici posset q motꝰ cœli nõ est primus, sed alteratio, aut generatio, qua cœlũ ip̃m, aut primũ mobile fuisset prio genitũ, est motus primus. cauillum hũc refellit. Et declarat primo, q generatio nõ põt esse primus motus, quoniam generatio non motus est, sed est motus finis. Secundo dedeclarat, q nec alteratio, quia motus primus uult esse æternus. alteratio uerò est finita, quia desinit in generationem. Tertio. contra ambo hæc facit, quia sexto huius dictum est solum motum circularem esse primum, quia ille solus potest esse æternus.

Aristoteles uidetur hr̃e ꝓ impoẽ, q tp̃e infinito p̃terito steterit mobile, & motor sp in qete, qm̃ fuissent ociosa, qm̃ potuit motor efficer motũ in ipso mobili & nõ fecit: igitur ociosa, & uult hoc uideri irrationabile ab inscientibus. Sed cõtra, nã in materia prima p̃cessit potẽtia tp̃e infinito ad formã hodie inductã ut Auer. ait primo de cœlo, quæ qeuit à receptione, & à generatione illius formæ tempore infinito. igit non est absurdum mobile & motorẽ qeuisse tp̃e infinito à motu, quo potuerũt moueri tp̃e infinito. dicẽdum de potẽtia materia esse alr, q̃ de potẽtia motus, quę est in motore & mobili, qm̃ illa potẽtia continuo reducebat ad actũ in suo silr in spẽ, at potẽtia in motor & mobili nec in spẽ, nec in idiuiduo reducebat ad actũ, iõ erat simplr ociosa. at potẽtia materię est ociosa secundum indiuiduum, quod non est absurdum.

Tex. 8. Nam alia quidem unice. alia uerò contrarijs mouent: ceu ignis quidẽ calefacit. frigefacit uerò minime. at scientia una uidetur contrariorum.

Plato

Margin notes: An sp fuerit motus & an semp erit. Vide Albertũ de saxo. q. d. hꝰ. — An motor æternus intiãsmutabilis qui mouet per intellm & uolũtatem possit imediate cãre motũ nouũ nulla transmutatione præcedẽte. Vide lãdu. q 4. huius. — O — P — RECO: super tex. com. 7. — Q cõ. 120.

A Expositio. Quare potestis rõnales dicunt esse ad cõtraria, nãles uero ad unũ. Vide Egi. hic.

Plato in timæo distinguit de duplici agente: aliud enim est agens per naturam: atq; formam propriam: quod naturale dicitur: & hoc determinatur ad unum: ut dictũ est secundo huius: & primo de cœlo. Aliud agit à sciẽtia & à ratione: quod agere à ꝓposito dicitur, tunc uult ꝙ agens nõ per naturã egerit: sed per artẽ & scientiam: qua ratione nihil prohibebat agere cõtraria absq; suipsius mutatione.

Videtur quidem igitur etiam illic aliquid persimile esse: nam frigidum ipsum cum conuertitur atq; circumuoluitur calefacit: quemadmodum & sciens sponte sua peccabit: cum contra scientiã abutetur. Præterea: etiam ea quæ agere aut mouere: & ea quæ pati aut moueri possunt: non omnino hec possunt: nisi ut propinqua se habeant etiam inuicem. Quare cum illa proxima sint: & cũ id fuerit ut hoc quidẽ motiuum: illud uerò mobile sit: aliud quidẽ mouebit: aliud uerò mouebitur.

B Expositio.

Contra hunc cauillum arguit Aristoteles & supponit (ut mihi uidetur) duo. Primum: ꝙ tam agens naturale ꝙ agẽs à proposito: nõ agit nisi unũ per se & principaliter: aliud per accidens & secundario: ut frigidum conuersum ꝑ antiperistasim circũuolutum ad radicem calefacit: ut patet in aquis putealibus in hyeme. Similiter artifex cum scientia recte utitur, est causa sanitatis: cum uerò sponte sua praue utitur, est causa contrarii, ut mortis. Secunda suppositio: ea quæ agere aut mouere: & ea quæ pati aut moueri possunt non omnino ad actum hæc possunt: nisi ut propinqua: aut aliquo alio modo affecta se habeant de nouo inuicem: à possibilibus enim quatenus possibilia non potest nouum quicq; proficisci: nisi aliqua quauis noua affectione surgente afficiantur. Hæc enim duo satis constant.

Com 8.

Cum posuit. Istud cõmentum diuiditur in expositionem textus. & digressionem. Secunda ibi { Sed adhuc remanet } Prima pars patet: uerum duo sunt attentione digna.

C Primum: ꝙ Auerroes uult ꝙ differentia inter uirtutes rationales & naturales sit hæc: ꝙ rationalis agit utrũq; contrariorum per se: naturalis uerò uirtus alterum per se: alterum per accidens. Sed dices: hoc uidetur contra textum: ait enim Aristoteles ꝙ in utroq; est simile: quoniam tam naturalis ꝙ rationalis uirtus agunt unum per se: alterum per accidens. Dici potest ꝙ per accidens accipitur uno modo pro secundario: & sic accipit Aristoteles in litera. Alio modo ut distinguitur cõtra per se: & sic accipit Auerroes in cõmento: nam secundarium dicitur per se hoc modo: ut distinguitur contra per accidens proprie. Secundum attentione dignum est: ꝙ Auerroes uult ꝙ det responsionem Platonis Aristoteles & confutet. Respõsio uerò est (ut dictum est in litera) ꝙ ratio Aristotelis habet locũ solum in uirtutibus naturalibus. Confutatio uerò (ut intelligit Auerroes ex textu) est: ꝙ tunc expositio Platonis non est uniuersalis: sed particularis. Et hęc replica (ut dicit) nũc sufficit: quia postmodũ eam fortiter & diligentius confutabit. Hæc est expositio Auerrois. Sed licet hæc expositio sit utilis: tamen (ut mihi uidetur) textui non consonat. Aristoteles enim in refellendo cauillum illum Platonis siue cuiusuis alterius: duas sibi constituit suppositiones. & ita non arguit: sed supponit.

An sit ipsa de agente naturali & de agente apposito Vide Egi. hic & Gra deß Bicu. le. 2. hui.

D

Sed adhuc. Nunc digredit̃, & obijcit primo contra dicta, oñdens ꝙ adhuc stat expositio Platonis, qm̃ licet expositio nõ sit uñis: tñ diceret Plato deũ esse agẽtẽ rationalem: siue à proposito per sciam rei agendę: tale autem agens esse potest causa immediata effectrix contrariorũ absq; sui mutatione, & ita nullo concurrente sufficit.

Secundũ igitur hanc. Rñdet primo ꝙ Aristo. confutabit postea talem responsionem complete. Nunc uerò tantum habere uult responsionem Platonis non esse uniuersalem: propterea uerbum illud in translatione barbara: sed non omnia quæ possunt & reliqua, est propositio particularis negatiua, nam negatio præposita facit æquipollere suæ cõtradictoriæ. Illud uerò uerbum, sed quando fuerit talis est particularis affirmatiua, & ita patet responsionem esse particularẽ & non uniuersalem. Hæc est prima confutatio.

E

Secũda aũt expositio. Soluit aliter, uidelicet ꝙ usiter nulla agẽtia quæuis possunt agere de nouo sine sui mutatione, siue rõnalia, siue naturalia. Et sic ꝓpositio prima est uniuersalis negatiua. Secũda uerò uniuersalis affirmatiua.

Et hoc est manifestum. Probat uniuersaliter nullũ agens agere de nouo effectum aliquẽ sine sui mutatione, siue sit rationale, siue naturale. Primo omne agens naturale quod agit de nouo, agit cum sui mutatione, & omne agens rationale similiter, igitur omne agens. Prima pars patet ꝑ omnes. Secunda declaratur, qm̃ agens rationale nõ agit de nouo, nisi de nouo aut intelligat, aut appetat, & utcũq; sit, saltem appetitus aut cognitio erit mutatio interior.

An ex pte agẽtis ꝑ intellim possit probari mũdũ ęternũ & motum nõ incepisse Vide Egi hic.

Si autem posuerimus. Secundo ab uno eodẽq; agẽte manente penitus simili secundũ eandẽ ꝓportionẽ, nõ ꝓuenit nisi unũ & idẽ, igitur agens rõnale nõ potest agere nouũ, nisi mutet proportionẽ ad effectum, & ita mutabitur.

F

Et quod dicunt. Sarraceni dixerunt ꝙ aliquod agens uoluntate antiqua põt agere nouum, ut qñ præfixit tempus suæ actionis in sua uoluntate, et ita deus uoluntate æterna potest agere mundum de nouo, quia in illa præstituit tempus suæ actionis. Contra obijcit: qm̃ adueniẽte suæ actionis hora: aut est illamet uoluntas, quæ præerat: aut alia. Si eadem, igitur ut ab ęterno nihil fecit: ita tunc nihil faciet. si alia uoluntas, igitur mutatio saltem interior.

Et causa. Secũdo noua hora sequitur nouũ tẽpus, ut enim tẽpus seqtur motũ, ita nouũ tẽpus nouum motũ. nõ enim tẽpus est absq; motu, nec nouum tempus absq; nouo motu: igitur si aduenit noua hora, aduenit nouus motus, & ꝑ consequẽs ante primũ motũ erit motus ille de nouo adueniens. An uerò rõnes hæ ualeant, posterius dicetur.

Tex. 9.

Si igitur non semper mouebatur: patet non ita se se habere: ut alterũ mouere: alterum moueri possit, sed ipsorum alterum mutari oportebat. In his enim quæ sunt ad aliqd id euenire necesse est: ueluti si duplum non erat: nunc duplum euaserit: si non utrũq; alterum mutari necesse erat: erit ergo quædam mutatio prior prima.

G

Expositio

Ex his suppositis arguit, & facit tale enthymema. Si ea quę erant possibilia mouere & moueri antea sempiterno tempore nõ mouebantur: igitur non cœperunt moueri & mouere sine noua mutatiõe. hoc enthymema patet ꝑ suppõnes: qm̃ ex prima & secunda colligitur ꝙ nihil agit, aut patitur de nouo uniuersaliter: nisi aut ꝑ se aut per accidens, accidente aliqua euariatione siue mutatione. Non cõtentus tamen Aristo. probatione hac ex suppositis: idem persuadet sic. non potest noua relatio surgere inter relatiua, nisi surgat noua mutatio in fundamento, aut in utrisq;, aut in altero relatiuorum, ut exemplo docet. relatio enim et si nõ per se terminet motum, aduenire nõ potest alicui, nisi consequatur aliquid per motum acquisitum. & ita his stantibus patet esse mutationẽ priorẽ prima, ut illam qua motiuum & mobile cœpit, & ductum est ad motum.

H

Com. 9.

Si igitur. Cõmentum istud diuidi põt in duo, qm̃ primo exponit literam, secunda ibi { Et oportet nos. } digreditur. Prima pars patet, uerũ in illa parte duo sunt attentione digna. Primum, ꝙ nulla relatio potest de nouo aduenire alicui sine mutatione alterius extremi, aut saltem in aliquo extrinseco ab utroq; extremo, ut iuniores declarãt, qa potest fieri relatio quędam de nouo inter denarios & rem uenditam, nulla facta in illis mutatione, sed in uẽdente & emente, similiter & de uisione dici potest, nam potest inter uisibilẽ & uisum noua effici relatio per solam lapidis impedientis mutationem. Secundum est, ꝙ recte in præcedenti textu dictũ est cõtradictionẽ illam esse particularẽ, ut dixit prima expositio, qm̃ hæc contradictio est uniuersalis. Illa enim fuit solum de agente naturali, hæc autem est

An hæc rõ de ratione arguat mũdũ eẽ ęternũ. Vide Egi. hic.

I uniuersalis inter omnia agentia quæcunq; : qua ratione inductus erat ipse (ut dicit) exponere uerba illa illo modo dicto in prima expõne. Hæc in expositione cõtinentur.

Et oportet. Digreditur, & mouet quæstionẽ, utrum uidelicet, hæc demõstratio ꝓbet motum nõ incipere secũdum genus. Aut ꝙ primus motus nõ incepit tantũ, habet enim (ut dicit) quæstio hæc difficultatem. Debes scire ꝙ incipere secũdum genus est incipere sic, ꝙ nihil sui generis incepit, ueluti Adam incepit secundum genus, quõ ante ipm nihil sui generis incepit, nec homo, nec animalium ullum. qua ratione fit, ut non incipere ſm genus sit quando ita res aliqua icipit, quod p̃fuerit aliquid sui generis, ueluti Caius nunc nõ incipit secundum genus, licet de nouo in lucẽ edatur, quõ præfuit aliquid sui generis, ut homo, aut leo, uel tale id genus. est igitur quæstio, utrum demonstratio Aristo. K demonstret motum non incepisse secundum genus, quoniam semper præcessit motus, an ꝙ primus ipse motus nõ incepit. Hæc enim quæstio est difficilis.

Quoniam si intendit. Tangit quæstionis difficultatẽ, nã motum nõ incipere secundum genus est dicere ante motũ esse semper motum, modo hoc potest itelligi quadrifariã, ut dictum est in primo cõmento, ubi sunt positiones possibiles & impossibiles. & ita hæc propositio nõ potest aut absolute concedi, aut negari, cum sint in illa sensus possibiles & impossibiles. Dicit secundo, ꝙ sensus possibilis is est qui ex suppositionibus sequitur: uidelicet ille ꝙ motus sequitur post ipsum mobile tempore. quod uerum est de motu nouo: & de æterno respectu noui motus. Dicit tertio, ꝙ iuxta hoc oportet dicere Aristo. in hac intentione esse diminutum, cum multiplex non distinxit, & sensus non uerificauit, ut fieri solet in multiplicibus. Signum affert, quia Alpharabius distinxit illud, & declarauit sensus possibiles & impossibiles, asserens ab Aristotele id eẽ derelictũ. L & ita Aristo. est mancus.

Licet Aristote. Respondet ꝙ Aristo. prætermisit hæc tãquam posterius declaranda, ut in libro de generatione secundo: ideo non est diminutus, cum in loco debito illud perfecerit, & complete.

Aut dicamus. Secundo, soluit ꝙ istæ sunt duæ quæstiones impertinentes: quarum prima est, utrum mundus possit stare sine motu, ita ut sit, & nullus motus secundum genus sit: alia est quot modis motus est ante motum. hæ.n. sunt quæstiones impertinentes. Propterea Aristoteles soluit illas in locis diuersis, ut primam hic, secundam uerò in secundo de generatione.

Et forte. Tertia responsio est ꝙ Aristo. intendit ꝓbare ꝙ mundus semper stat, & stetit sub hac triplici dispositione, sub qua modo stat, cũq; simili ordine, & his motibus, ita ut sit mundo naturalis ordo: nec aliter possibile.

Scilicet ꝙ omnes. Explicat ordinem, ꝙ uidelicet sit talis semper mundi ordo ut oẽs motus reducantur ad cœlum cœlestemq; illius motum, ueluti ad causam cæteroꝝ. Secũdo, ꝙ quædã semper moueantur ut ea quæ cœlo proxima sunt, ut ignis: quædam uerò quiescant semper, ueluti quæ M remota, ut ipsa terra. Tertio, ut quædam alternatim interdum moueãtur, nunc quiescant. Modo ad talẽ declarationẽ qõ illa de motũ inuicẽ præcedentia impertinens est.

Ergo manifestũ. Probat tertiã intẽtionẽ, uidelicet ꝙ mundus semper illa triplici dispõne permaneat, quõ si non stabit semper in tali constitutione, aut quiescet, aut ad alium mutabitur statum, non potest quiescere, quoniam omne quod quiescit, quiescit ut diximus propter remotionem à cœlo, nec potest mutari ad aliam dispositionẽ. quoniam moueretur propter appropinquationem ad cœlum.

G mouentur per accidens, qm̄ eorum orbes, quorum sunt aīæ, mouentur motu diurno cōmuni à primo motore. Et Auer. assignat causam huius differentiæ: quia motores animalium dependent inesse & conseruatione a subiectis eorū. Propterea [illegible] subiecta mutant situs: sic animæ mutant situs, at motores orbium nō cōstituūtur inesse ab orbibus: sed magis cōstituunt illos inesse, ideo non oportet ut moueantur delatiue ad motum illorum. mouebuntur igitur per accidens nō delatiue, sed quasi respectiue, quia eorū subiecta mouentur ab exteriori motore. Et si dicitur contra hęc quia si hi mouentur per accidēs. igitur deficiēt. Iam Auerroes soluit & Aristoteles ꝙ id quod mouetur per accidens dependenter a subiecto: quandoꝗ quiescet. id uerò quod mouetur per accidens independenter, non oportet ut quiescat. Vtrum uero motores cœlestes moueantur per accidens, & quomodo, longus sermo est factus à nobis in libello de infinitate primi. capite. 9. ideo ne ponam capitulum in capitulo: hoc nunc omitto, & perquiratur illic, quia nihil nunc noui excogitaui. Ea uero quæ Ioan. hic dicit, irresolute, & minus digeste dicta sunt. Est tamē dubitatio circa hæc Arist. dicta propter quid attribui potest moueri per accidēs motori, cuius mobile mouetur ab alio & non ei cuius mobile mouetur ab ipsomet. Respondet

H Auer. & ait, & ista dispositio est diminutio in corpore cœlesti, cui accidit ut suum motum moueatur ab alio. & ideo perfectior mouentium est mouens motu diurno, cum nō accidat sibi hoc. uult igitur ꝙ ille motor cuius mobile mouetur motu alterius mobilis est minus nobilis atꝗ imperfectior: & ratione talis suæ diminutionis attribuatur sibi aliquo modo conditio motorum generabilium, qui mouentur per accidens: licet æquiuoce dicatur moueri per accidens. Illi autē motori (cuius mobile motu alterius nō mouetur) non attribuitur moueri ratione mobilis propter eius maiorem perfectionē, & hoc mō locus iste est intelligendus, ut ait Auer. Deinde Auer. ponit differentiam inter mota à se in aīalibus, & cœlestibus, per quā habet robur

Que Auer com. 52.

An motores sphærarum cœlestium sint mobiles. Vide Egi hic. & Iād. q. 14. huius & Gradeū Elcū lec. 13. huius.

Nō de aīalibus & intelligētiis dñam pulchram.

I ratio Arist. et differentia est quod mota à seipsis hic: non sunt mota seipsis simpliciter, cum saltem occasio & initamentum sit extra ab appetibili siue continente, ideo motor in illis non est primus omnino. in corporibus uerò cœlestibus motor est primus & per se, & nõ occasione existẽte extra, propterea concludit quod si fuerit inuentum motores cœlorum per accidens moueri: id erit ratione moti, & non ratione extrinseca, & per hoc, quia sua natura recipit motũ: ideo accidẽtalitas est æquiuoce dicta. Magna quæstio est: cur anima lunæ mouetur per accidens motu quo luna mouetur motu diurno a primo motore & nõ mouetur per accidens motu quo luna mouetur ab ipsamet anima motu proprio, cum omnis forma moueri uideatur motu sui subiecti. Fortasse dici potest animam lunæ moueri per accñs motu diurno, quo luna mouetur à primo motore, quia & subiectum. s. luna & aĩa dependent ab illo, propter enim dependentiam quam habet ad illum uidetur per accidens K affici affectu lunæ, quæ etiam ab illo dependet: at ipsa quæ mouet lunam, cum non dependeat a se, nec à luna non uidetur per accidens moueri proprio lunæ motu, quo lunã ipse mouet. absoluta enim à dependẽtia penitus tam à se, quàm ab ipsa luna, uidetur absolui penitus à motu.

Tex. 53. At uerò si sit aliquid tale, quod semper mouet quidem, immobile tamẽ, ipsumq́; sempiternum, id etiam quod ab ipso primum mouetur, sempiternum sit necesse est.

Expositio. Volens declarare Aris. perpetuitatem mobilis primi, primo ex dictis hoc sumit quasi sumens hoc pro intentione, & inquit. At uero si sit aliquod tale, quod semper mouet quidem, ĩmobile tamen, ut pauloante conclusum est, sitq́; tale mouens ipsum sempiternum, ut etiã dictum est. Ex his sequitur id etiam quod ab illo primum mouetur sempiternum sit necessario. Vtrum uerò hic sit circulus: postea dicetur, est igitur intentio declarare primũ mobile quod per se primo mouet a primo motore esse perpetuũ, & sempiternũ.

L Hoc etiam ea ratione patet, quia aliter non esset in rebus cæteris generatio corruptioue ac mutatio, nisi aliquid moueat, quod mouetur. Id enim quod ĩmobile est, eodẽ ac uno motu modoq́; semper eodem mouet, tanquã ipsum non mutetur ab eo quod ab ipso mouetur, id igitur quod mouetur ab eo quidem quod mouetur, sed à motore ĩmobili, ea iam ratione: quia aliter atque aliter ad ipsas res sese habet, non eiusdem motus causa erit. Sed quoniam contrariis in locis est, atq; formis cõtrario modo quandoque cæterarum rerum motu afficiet, efficietque rem quiescere interdum atq; moueri interdum.

Expositio. Cum concluserat illam intentionẽ ex iam dictis, eandem noua rõne persuadet, ad cuius robur duo sumit, primũ quod nisi aliquid sit quod mouet motũ, nulla esset in rebus mutatio, & hoc inquit. Hoc etiam ea rõne patet, quia aliter nõ M esset in rebus cæteris generatio, corruptioue ac mutatio: nisi aliquid moueat quod mouetur. secundum est quod ab immobili penitus esse non potest generatio corruptioue ac mutatio, nam tale uniformiæ semper est, & inuariabile. huius ponit probationẽ tantum, & inquit. Id enim quod immobile est, eodem ac uno motu modoque semper eodẽ mouet: cum ipsum neque per se neque per accidens mutetur ab eo quod ad ipso mouetur, ueluti anima animalis corruptiui. In græco de uerbo ad uerbum sic habetur tanquam ipsum nõ mutetur ad id quod mouetur, & forte uerbum illud mutetur, intelligitur sic. quod non uarietur respectu eius quod mouet nec ab appetibili nec ab occasione, nec ab ĩnitamẽto.

An cœlum moueatur ex se. Vide Bur. hic. Deinde his sumptis infert cõclusionem, quæ licet in græco legatur aduersatiue, sensus tamẽ est illatiuus, aut forte sensus est aduersatiuus, & debet legi aduersatiue, quia cõclusio ponitur textu sequẽti, sed quomodocunque legatur, inquit. N Id igitur quod mouetur ut continens ipsum, quod mouetur ab eo quod mouetur. i. à cœlo quod mouetur à motore penitus immobili, ea iam ratione, quia ad ipsas res cõtentas aliter atq; aliter sese habet, non eiusdem motus semper cã erit, uidelicet generationis tantum, uel corruptionis tantũ aut lationis solum. sed quoniam tale continens est in contrarijs locis: hoc est regionibus: ut ad septẽtrionem, meridiem, ortũ, & occasum, atq; in contrarijs formis: hoc est affectionibus & qualitatibus, nunc quidem æstiuis calidis: nunc autumnijs siccis, nunc brumalibus frigidis, nunc humidis uernalibus, contrario mõ quàm quæ cæterarum rerũ motu afficiet, in græco est sic: contrario modo motum unum quodque aliorum disponet: hoc autẽ nõ aliud sonat, quã ut transtulimus, ideo subdit, efficietque rem quiescere interdum: atq; moueri interdum. Syllogizetur igitur ex his hoc modo conclusio quod est causa alicuius rei perpetuo difformis, ipsum est id quod mouetur perpetuo, sed cœlũ est cã rei perpetuo difformis, ut generationis & corruptionis, et omnis mutationis perpetuæ, igitur perpetuo mouetur. Syllo. fũ. O

Patefactum igitur ex his id etiam est quod in primordiis dubitauimus: cur nam non uniuersa aut mouentur aut quiescunt: aut alia semper mouentur, alia semper quiescunt, sed quædam interdum mouentur, quędam interdum non mouentur. huius enim causa nunc eo perspicua est, quia quædã ab ĩmobili sempiternoque mouentur, quocirca semper mouentur. Alia ab eo quod mouetur atque mutatur, qua etiam ipsa mutari necesse est. Id uerò quod est immobile, ut dictum est, cum simpliciter eodemque modo in eodem persistat, motu uno ac simplici mouebit.

Expositio P Ex his modo soluit ad quæstionẽ quæ à principio quærebatur, & concludit ex nunc dictis esse rerum quasdam quæ semper mouentur ut cœli: & hoc quia ab ĩmobili penitus mouentur, quasdam quæ uicissim nunc mouentur nunc quiescunt, ut animalia, & quæ hic sunt: eo quia mouentur ab eo quod ab alio mouetur: ut ab ipso cœlo, quasdam demum quę penitus ĩmobiles sunt, ut primus est motor qui motu mouet uno & simplici. Sed circa principiũ cõmenti Auer. uidetur soluere dubitationem: nam Aristo. superius ex perpetuitate primi motus syllogizauit perpetuitatem primi motoris: nunc econtra uidetur, ex perpetuitate. n. primi motoris syllogizat perpetuitatẽ primi motus. Quę Auer. cõme. 53. Respondet Auer. quod hoc fit diuersis speciebus demonstrationis. Prima enim fuit demonstratio signi ab effectu ad causam, hæc est demonstratio causæ ab ipsa causa ad effectum. Huius respõsionis præbet Auer. indiciũ, quia mos Arist. in nãlibus est iste (ut dixit in primo huius) prius uidelicet ĩcipere a prioribus ad nos, deĩde a prioribus nã. Expositor aũt alr. dicit, uult. n. probatum esse primũ motorem esse perpetuũ ex æternitate motus in cõmuni, hic uerò per æternitatem primi motoris probat perpetuitetem primi motus, & sic nõ est circulus, cum nõ sit secundũ idem. Ego uerò dicerem iuxta Them. primo posteriorum. quod primus processus ab ipso motu ad motorem fuit syllogismus tantum hic secundus est demõstratio propter quid. Iuxta uerò alios: esset dicẽdum ecõtra primum processum esse demõstrationem: secundum uerò syllogismum tantum. Vlterius secundo Auer. extra textum hoc mõ syllogizat, perpetuitatem primi mobilis, ubi est dare extrema, oportet mediũ cõstituere, mõ est extremũ uidelicet motor qui nullatenus mouetur. Mota quæ semper mouent & uariantur, igitur est quoddam medium, quod semper mouetur, nõ tamẽ uariatur ut cœlum, hoc enim semper mouetur quatenus cõditionem subit generabilium, nunquam uariatur, quatenus participat primo ente ĩuariabili. Vlterius tertio debes scire: ut innuit Auer. quod sol cæteræque stellæ uariatione situs uarias in hoc mundo efficiunt qualitates, cum enim sol in conuersione Vide etiã Egi. hic. Q

A siue tropico sit brunali uidelicet in primo pũcto capricorni infrigidat nos: qui sumus sub cancro: calefacit eos qui sub capricorno incolunt. Cum uerò in cõuersione siue tropico sit æstiuali, uidelicet in primo puncto cancri nos calefacit, illos sub capricorno infrigidat. Amplius cũ sol est in primo arietis puncto, nos humectat, illos exiccat. Contra uerò cum in primo libræ fuerit puncto: nos exiccat, illos humectat. Sic igitur patet stellas & potissimum solem uarijs ad nos habitudinibus constitutos, uarias in nobis efficere affectiones. Vlterius quarto debes scire ut colligit Auer. ꝙ rerum mundi trifariam sunt, quædã quæ nunquã mouentur: ut primus motor cæteræq; intelligẽtiæ, & hoc ideo quia sunt simplices nullatenus materiæ cõmixtę quædã quæ mouentur semper ut cœli, & hoc quia mouentur ab illis motoribus simplicibus, aliæ sunt q̃ nunc quidem sic, nunc uerò nõ mouentur, ut animalia & id genus. B Huius causa est, quia motor horum mouetur per accidens nec est totalis motus causa, quia saltem ab occasione inuitamentoq; ad motũ concitatur. Vlterius quinto debes scire: ut Auer. ait ꝙ Aristo. hic per motus quibus hæc inferiora mouentur, intelligit motus compositos: hoc est indifferentes, ut motum auctionis: alterationis, & generationis, atq; lationis. Per motum uerò æternum intelligit localem tantum, quo primum mobile mouetur. Demum soluit quæstionem Auer. & contradicit loquentibus. Quæstio est quonã mõ à primo motore imobili potest nouũ proficisci, & solutio est, quia non immediate ab illo proficiscitur, sed mediante cœlo: quod subit utriusq; (ut dixit) naturam. Ideo qui ponunt tale medium factum: ut loquẽtes suæ legis: non possunt quæstionẽ hanc soluere: nec dicere, quonã modo ab illo quicq; noui proficiscetur. Sed hoc disputatum est diligentius superius: ideo nũc satis.

An primus motor sit sine imobilis Vide Bur. hic.

Tex. 54.

C At uerò si rursus principium aliud fecerimus: de his magis perspicuum erit. Considerandum enim est: possit ne motus aliquis continuus esse, necne? & si possit, quisnam hic sit? & quisnam motuum primus sit? etenim si motum semper esse necesse est, sitq; primus motus perpetuus iam, argumento ꝙ primum mouens hoc motu mouet: perspicuum erit unum & eundem esse motum qui continuus sit & primus.

Expositio. Ad ulteriorem considerationem Arist. mouet tres quæstiones. Prima est, utrum aliquis motus sit continuus. Secunda: dato ꝙ aliquis sit continuus, quid sit iste. Tertia: quid sit motus primus. Pro solutione ad omnia hæc sumit unũ quasi omnibus cõmune ꝙ uidelicet unus idemq; motus est, qui cõtinuus est, & qui primus, hoc sequitur ex dictis: quia uidelicet necesse est semper motum esse, & quia motus primus est perpetuus propter perpetuitatem primi motoris, hæc generatim sumit: & declarata sunt, hinc sequitur ꝙ primus motus sit continuus: cum enim sit semper & perpetuus: ideo erit etiam continuus.

An motus in quãtita. sit prior motu alterationis. Vide Gra. Escu. q. 14. huius.

D Tex. 55. An motus localis sit primus.

Cum autem tres sint motus & in magnitudine: & affectione, & loco quem delationẽ appellamus: hic primus sit, necesse est: auctio naq; esse non potest, nisi alteratio pręcedat: id enim quod increscit, tum simili: tum dissimili crescit. Contrarium enim contrarii nutrimentum esse dicitur, accrescit autẽ omne: cum sit simile simili, alteratio igit sit in contraria mutatio necesse est.

Expositio. Mouit quæstiones & accepit unum cõmune omnibus, nunc soluit: & primo soluit tertiam: & inquit. Cum autem tres sint motus & in magnitudine auctio: & affectione, siue passione qualitatiua alteratio: & loco: quem delationẽ appellamus: hic primus sit omnium motuum necesse est. Ad huius probationem primo ꝓbat auctionem non esse primũ motum, quod hac ratione suadet: quia ante auctionem præcedit alteratio: igitur auctio non est primus motus. E Quod uerò præcedat alteratio: declarat per ea quæ præcedunt auctionem: præcedit enim dissimilitudo nutrimenti cum re nutrienda, & hoc in principio, præcedit & similitudo: & hoc in fine. Talis uerò transitus de contrario ad simile, non est nisi alteratio, igitur alteratio: præcedit auctionem. Vnde textus potest resolui in duos syllogismos. Primus est iste, primus motus est ante quem nullus præcedit, ante auctionem præcedit alteratio: igitur in secunda figura: auctio non est primus motus. Secundus est probatio minoris hoc modo, transitus de cõtrario in contrariũ præcedit auctionẽ Alteratio est transitus de contrario in contrarium. alteratio igitur præcedit auctionem. Quod uerò ad uerba attinet, uerbum illud accrescit: græce, prosginete, latine proprie additur: Sed cum crementũ non sit additio, melius dicimus accrescit. Vlterius legerem ultimum uerbum textus cum redditiua causæ, & non cum illatiua particula hoc modo, alteratio enim fit in contraria mutatio necesse est. Causa autem est, quia est hæc non conclusio: sed minor secundi syllogismi. Forsitan enim uerbum illud. oun. etiam reddit causam: ut nõnunq; notaui in alijs clarius. Hæc uerò dixi ut scias translationes nostras esse fideliores ueteribus, & magis nõ obseruasse uerba singula, q; fecerint illæ. Vbi nanq; aliquid aut mutauerim, aut addiderim, in cõmentationibus annotatum inuenies semper.

Primus syllogismus.

Secũdus syllogism⁹

F An motus localis sit prior oib⁹ aliis motibus. Vide Iãdu. q. 15. huius & Alber de saxo. q. 9. huius.

At uerò si est alteratio, id esse oportet quod alterat: & id quod ex potestate calido facit actu calidũ. Perspicuum igitur ipsum mouens non simili modo sese habere: sed interdum esse ei quod alteratur propinquius: interdũ remotius. Hæc uerò sine latione esse nequeunt. Quare si semper motum esse necesse est, etiam lationẽ semper motuum primã esse necesse est, & de lationibus: si una sit prima, altera posterior: necesse est primã cęteris antecedere. G

Expositio. Secundo probat, ꝙ alteratio non sit primus motuum: & possunt duo syllogismi ex litera sumi similes primis hunc in modum. Motus primus est ante quem nullus pręcedit, sed ante alterationem pręcedit latio: igitur alteratio nõ est primus motus. Secundus est probatio minoris appropinquatio & remotio præcedit alterationem. Latio est appropinquatio & remotio: igitur ante alterationem præcedit latio. Deinde quasi ex his duabus cõclusionibus declaratis: infert conclusionem principalem, uidelicet ꝙ latio sit prima, quia antecedit alterationem: & hæc antecedit auctionem. Et cum lationum sit una prima, uidelicet circulatio: altera posterior de latio, primam cæteras antecedere necesse est. Verba translatione patent.

An solus motus localis, & non alius possit perpetuari Vide scot q. 12. quolibe.

Præterea omniũ affectionum principium est raritudo & densitudo. Nam & graue & leue, & molle & durum: & calidum & frigidum: raritudines atq; densitudines quædam esse uidentur, raritudo uerò & densitudo: concretio & secretio sunt quibus & generatio & corruptio substantiarum afferuntur. Sed quæ congregantur atq; segregantur: etiã loco mutari necesse est. Insuper etiã aliquo aucto & iminuto: illius magnitudo locũ mutat.

Expositio. Secundo ꝙ latio sit prima secundo sic persuadet, quia ante rarefactionem & condensationem latio præcedit. Omnis alteratio est aut rarefactio aut condensatio. ut antiqui sentiunt: a quibus asseritur esse etiam generationem & corruptionem, rarefactionem & condensationem, igitur latio præcedit alterationem. Quod præcedat auctionem probat, quia in auctione omni uel diminutione magnitudo locum mutat: aut maiorem: aut minorem, & sic patet lationem esse prima omnium. Verba translatione perspicua sunt. Debes scire ꝙ Auer. hunc textum ultimũ aliter ex- Quę Aue. cõmẽ. 55.

I ponit.uult enim ꝙ Aristo.probet ꝙ motus localis sit prior etiam generatione & corruptione.& hoc(ut dicit)facit,quia aliquis discere potest generationem esse primam mutationem:cum sit ad substantiam:quæ est prima omnium. Secundo soluit unum dubium. Dubium potest esse tale,ꝙ Arist.sumit raritudinem & densitudinem esse rerum principia:cuius contrarium asserit primo huius.Soluit ꝙ hanc rationem facit secundũ opinionem antiquorum:ad ostendendum conclusionem esse cõmunem tam antiquis qui ponunt principia rerum illa duo,ꝙ̃ peripateticis, qui ponũt rerum principia,materiã,& formam, & priuationem.

Dubõ. Dubitant hic expositores: quia motus sumit speciem & ordinem à termino ad quem:sed quantitas est prior qualitate,igitur auctio alteratione. Blacterones fingunt quantitatem præcedere qualitatem absolute: non tamen ut acquisitã. quãtitas enim ut acquisita posterior & qualitate, ut etiam in substãtia fit. Sed hæc responsio friuola est,quoniam etiam qualitas ut acquisita est posterior quãtitate, quoniã alteratio nõ fit nisi inquanto. Vnde quo ad acquisitionem sunt mutuo coordinata secundum prius & posterius. Ideo aliter ex uerbis Themistij solui potest nam prius est dupliciter prædicatione & communitate: qua ratione dicimus materiam esse priorem prima materia, & motum esse priorem primo motu,quoniam pluribus competit,atꝙ inest quibusdam sine illo,& non econtra quibus enim inest primus motus,his inest & motus: non autem econtrario. Similiter quibus iest materia prima,his & materia inerit, contra uerò minime. Aliud est prius essentia & causalitate,& hoc modo materia prima est prior materia,& motus primus prior motu,quia est causa cæterorum, & non econtra. Tunc dico ꝙ auctio essentia est prior alteratione:communitate contra alteratio prior est.non enim quibus inest alteratio:his & auctio inest. Sed bene econtra quibus auctio inest his & alteratio,& hanc responsionem non percipit nouus expositor.Simili modo & de generatione & latione soluere potest,qui uult.

Respõsio. Blacteronum. Cõfutatio

K Propria sõlũtio.

L

Tex.56. Insuper etiam hinc cõtemplantibus perspicuum nobis erit:quonam modo latio ipsa prima sit. Primum enim ipsum ut in aliis:sic & in motu multipliciter dici potest primum.Dicitur enim prius:& quo nõ existẽte alia non erunt: ipsum aũt sine aliis est,& id quod tempore,& id quod substantia antecedit. Rursus cum motum perpetuum esse necesse sit. Sit autem perpetuus aut continuus: aut deincepitius. Perpetuus autem potius, & melius statuitur cõtinuus quã deincepitius:atꝙ id quod melius est in natura semper est eligendũ esse:modo sit possibile. potest autẽ continuus esse: ut posterius ostẽdetur, nunc autem supponatur,& hic nullus alius esse potest nisi latio:lationem itaq; esse primam necesse est. Nulla nãq; necessitas est ut augeatur, aut alteretur: aut generetur, aut corrumpatur id quod fertur. at harum mutationum nulla esse potest:nisi motus quo primũ mouens mouet:continuus sit.

M

Expositio. Rursus rem de nouo aggreditur,quasi persoluat primam & secundam quæstiones;& proponit primo id quod uult facere,& inquit. Insuper etiam hinc cõtemplantibus perspicuum nobis erit:quonam modo latio ipsa prima sit. Et concludet ꝙ latio est prima cæterarum mutationum,quo continua est. Verbum illud,quonam modo,græce oti est quod licet sonet quoniam:hic interrogatiue legi. Ad huius conclusionis declarationem Arist.sumit duo,unum ex metaphysico,uidelicet quot modis aliquod altero prius dicitur. Alterum sumit ex declaratis, uidelicet ꝙ nullus motus possit esse perpetuus & continuus nisi latio ipsa. De primo ait primus esse aut natura, quod esse potest sine aliis, & alia non sine ipso,& tempore siue causa: quod tempore præcedit rem,& substantia siue perfectione. Secundum est ꝙ sola latio esse possit una perpetua,& cõtinua(ut dictũ est) hac ratione,uidelicet, quia melius est ipsam esse continuã ꝙ̃ deincepitiam siue attiguam. Hæc suppositiones translatione patent. Quod uerò ad uerba græca attinet, primo aiaduerte ꝙ secunda suppositio quæ incipit { rursus cũ } in græco legitur illatiue:per illud uerbum quare. ego uerò postposui illud uerbum quare,usꝙ in finem: & legi copulatiue,quoniam sic sonat. secundo debes scire(ut sæpe dixi)ꝙ Arist.uerbum græcũ syneches:quod latine sonat continuum multifariam sumit,nunc pro depẽdente, ut primo meteororum: cum inquit,necesse est hunc mundum inferiorem lationibus superioris gubernari, ut eius uirtus synechetur(ut ita dixerim) hoc est perpetuo dependeat inde. Aliquãdo pro perpetuo, ut in problematibus sumpsit,& alibi aliquando pro continuo quod opponitur ad deincepitium,ut quinto huius.propterea ubi uisum est mihi græcũ uerbum sonare pro perpetuo transtuli ꝑpetuum,ubi pro continuo transtuli cõtinuũ. Hæc uolui dixisse ut intelligas me fideliter singula uerba usꝙ unguem obseruasse. His suppositis syllogismus erit iste. Quo latio potest esse sine aliis:& alij motus non sine ipsa, eo ipsa est prior natura. Quo continua est & perpetua esse potest sine aliis, aliiꝙ non sine ipsa:igitur quo continua est & perpetua est prior natura cæteris,de ratione ponit minorem,& cõcludit conclusionem,ut patet legenti. Quod quidem igitur latio natura sit prior cæteris,his perspicuum est. Sed dubitant,quia superius Arist. probauit si motus localis est perpetuus & continuus,necessario cęteri motus sunt,& è contra, nunc uerò ait oppositum.ait enim posse esse motũ localem continuum & perpetuum aliis non existentibus. Respondet nouus expositor,ꝙ Arist.intelligit lationẽ esse per se priorem,quia per se esse potest sine aliis, licet per accidens impediatur. Hæc responsio potest habere bonum sensum, nam(ut dicebat Auer.6.huius cõmen.15.)potest una propositio esse uera per se:& falsa per accidẽs, ut continuum diuisibile est inquantum continuum,non autem quo naturale corpus est. Sic dici potest ꝙ latio ea ratione qua latio esse potest sine aliis:ea uerò ratione qua est causa per se cæterorum,non erit sine aliis,& sic impeditur non necessitate consequentiæ,sed necessitate cõsequentis.sed de his in metaphysica quæritur. Vnde debes scire ꝙ à ꝑpetuitate horum motuum ad perpetuitatem primi motus est consequẽtia per se:aut(ut sorticolæ aiunt)bona de forma. Contra autem à perpetuitate primi motus ad hos motus est consequẽtia per accidens,aut bona de materia,quia licet sit necessaria,põt tñ oppositũ cõsequẽtis intelligi stare cum antecedente. Vlterius animaduerte ꝙ triplex est prius,unũ est quod põt esse sine aliis,non è contra, & hoc ab Aristo. in post ꝑdicamẽtis uocatur prius consequentia, à recentioribus prius separabilitate,alius prius tempore,quod ab Aristo. in 9. metaphy.dicitur prius origine siue generatione. Aliud est prius substantia quod etiam perfectione, & natura à peripateticis dicitur. Sic igitur patet lationem ea ex parte qua perpetua & continua,esse priorẽ consequentia cæteris motibus,& hoc consequentia per se,siue de forma.

N

O Syllo.

Dubõ.

Respõsio noui expositoris. Expõ responsionis Egi hic.

P

Q

RECO.

{ Mouetur quo in cõmentariis,quoniam superius Aris.probauit, si motus localis est perpetuus,necessario alii motus sunt, & è contrario:nunc aũt uidetur dicere oppositum.dicit.n. posse esse motum localẽ perpetuum & continuum aliis nõ exñtibus.In cõmentariis assignata est rñsio Egidii,& bene disputata,nunc dicendum,ꝙ Aris. loquitur in eodẽ subiecto.nam in eodem subto potest motus localis inesse ꝑpetuus & continuus nullis aliis eidem inexñtibus, & hoc Auer.inquit.non.n. necesse est ut translatum moueatur alio modo motuum, sed alii motus non pñt esse sine motu locali,per quę inuit Auer.hæc debere intelligi respectu eiusdem subiecti.nam eodem subto,ut cœlo inest motus localis,cui nullus inest.at si ad diuersa subta comparatio fit,nec motus localis esse potest, quin alii sint,nec contra alii,quin sit motus localis.

A Rursus tempore primam oportet esse. hęc enim solum sempiternis inesse contingit.

Hactenus probatum est lationē inter oēs motus primam esse natura siue consequentia. Nunc ꝙ prima sit tempore sic syllogizat. motus. æternorum tempore prior est motibus caducorum ac genitorum, cum ęterna caducis atq; genitis priora sint. latio est motus corporis æterni, ut ex antedictis fidem licet accipere. igitur primus tempore.

{ Aris. soluit hic qōnem, deīde ibi { uidebitur aūt utiq; } { repetit. q. & solutionē, est ergo sol' ꝙ in uno & eodē generatio prior sit latione, absolute aūt, siue simpliciter latio est prior, qm̄ in uniuerso. est corpus quoddā ut cœlum, quod mouetur latione, quod est simpl'r prius cæteris corporib⁹, quæ mouenť aliis motibus. cū illud sit ingenitū & incorruptibile, & causa generationis, & corruptionis cæteroꝝ, dicit, { sed alterꝝ necesse est moueri secūdum loci mutationem prius, } uidelicet cœlum, { quod & generationis cā erit iis, q̄ fiunt } { quod } subaudi corpus, { nō fit, ut fit } { generans } atq; pr̄, { eius qđ generať. } pater. n. atque generās fit, qm̄ est generans particulare, cœlum autē nullatenus fit, qm̄ est generans u'le, quod nullo modo fit; & ita simpl'r latio est prior, in eodē uerò. s. in re quę generatur, est ultima. deinde repetit qōnem, & dicit, { uidebitur autē utiq; generatio esse prima motuum, propter id quod fieri oportet rem prius. Respondet, hoc autem in uno quolibet eorum quæ fiunt sic se habet: sed alterum quid necesse est prius moueri his, quæ fiunt } quod est simpl'r oīum primū: ut cœlum, & causa est, qa { & quod ipsum nō fit, } ita ut { & hoc } ipso sic { alterꝝ prius } factū & sic in infinitū: sed est æternum, atq; simpl'r primū, & cā cęteroꝝ, ut fiant. quare in uno eodemq; latio generatione ipsa posterior est, & cæteris motibus ultima, simpl'r aūt prima, quoniam est corporis primi, quod est causa cæterorum, ut fiant.

Verum in unoquoq; qdē, eorū quę generanť, lationē motuū ultimā esse necesse est. Nam post ortū

C alteratione primū auctioneue, deinceps perfectum iam latione moueť. Sed aliud prius quod latione fertur eē necesse est, quod qdē ipsum nō genitū his quæ generanť causa erit. ceu id quod genuit prius est eo quod generať. nam generatio motuū prima eē uidetur, ꝓpterea quia rē prius exortam eē oportet. Verum hoc in una quidē quauis re generanda ita sese habet, aliquid tñ aliud ex his quę fiūt, quod prius moueť esse necesse est, ipsumq; generationē non subiens, & rursus hoc aliud prius.

Expositio. Cauillus exoritur ex dictis, & his q̄ postea dicet, dictū est enim motū localē priorē esse cæteris motibus, dicet postea ipsum esse p̄stantia dignitate & ꝑfectione postremū, quia inest aīalibus nobisq; ipsis iam ꝑfectis & adultis, & post alios motus, modo hæc pugnare uidentur. Rn̄det Aristo. ꝙ singulatim ortus & generatio prior est motu locali. In

D uniuersum uerò motus localis prior est ortu. necesse. n. est ut eius rei quæ pariť, præcesserit aliquod pariens, quod añq̄ pareret, motū localem exercuerit. Nam gignens cū gignit gigni existimari non pōt, ita fit ut sit necesse anteq̄ quicquā oriatur antecessisse aliquid quod locū ex loco mutauerit. Hoc. n. per exēplum subscribit. & inqt. Ceu id quod genuit prius subaudi est eo quod generatur. nā generatio motuū prima esse uideť, propterea quia rem prius exortā esse oportet anteq̄ ferať. Verꝝ hoc in una qdem quauis re generāda ita sese habet, aliquid tñ aliud ex his q̄ fiunt, quod prius mouebatur necesse est eē, ipsum generationem nō subiens, tū cum generat, sed cū sit ipsum de numero eoꝝ q̄ generāťur, etiam rursus hoc aliud prius esse oportet. Verbi cā. si fit leo nunc præcessisse leonē, qui ad generandum motus fuit necesse est. Et rursus cū leo generans genitus sit olim, aliū pręcessisse, qui ad cōcubitum motus sit necesse est, & sic in infinitum. Sed cū non possit (supple tu) eē perpetua generatio,

(generatio prior alteratione. Vide ibidem.)

E nisi sit unum primū quod mouetur localiter faciens hāc generationis ꝑpetuitatē, oportet q̄uis generationē unā cōem & simplicē lationē p̄cessisse, anteq̄ nulla alia mutatio p̄fuit. Et hoc mō supplenda est rō, & habeť responsio cōpleta.

Qm̄ autē generationē impoſ'e est eē primā (omnia enim quæ mouerētur corruptibilia eēnt) ꝑspicuū etiā nullū motuū qui deinceps est, eē priorē. Dico aūt deincepitios motus ut auctionē, atq; alterationē & īminutionē, corruptionēq;. oēs. n. hi ipsa generatione posteriores sunt. Quare si generatio ipsa latione prior non fuerit, nec cæterarum mutationū ulla eadem prior erit.

Quibusdam uidetur ꝙ Aris. faciat secūdam rōnem ad cōclusionē, ut nouo expositori, & certe stare nō pōt, qm̄ Aris. non cōcludit lationē esse priorē aliis, sed nullam aliaꝝ esse priorem latione. modo nō ualet. nulla aliaꝝ est prior latione. igr̄ latio est prior aliis. Ex negatiua. n. nō sequr affirmatiua, ut in lib. de interpretatione diximus. Rectius igr̄ uideť, ꝙ cū Arist. probauerit lationē esse primā, nunc quasi ex dictis syllogizat nullam ceteraꝝ esse primā, nec ipsa latione priorem. non quidem ad necessitatē syll'i, sed ad p̄tātē syll'i, ut abūdus sit ut dicitur in. 2. prioꝝ. Arguit. n. sic generatio nō est prima oīum. igitur nulla aliaꝝ. añs patet, quia si eēt prima oībus cōpeteret, quibus alii cōpetunt, & ita oīa essent generabilia & corruptibilia, & q̄ dicit trāslatione patent. Auer. aūt mouet qōnem. nā secūdum opinionē Aris. oēm generationē tpe præcedit alteratio. 6. huius. sir̄ oēm generationē præcessit genitum esse. & similiter contra oēm alterationem p̄cessit alteratio. igr̄ est circulus, & neutrum neutro prius est. Secūdo uideť ꝙ generatio non p̄cedat auctionē nec minutionē, nec corruptionē, qm̄ omne augmentabile est generabile & e cōtra. & oē generabile est corruptibile. & e cōtra. & ita sunt in ęquo. Rn̄det breuibus, ꝙ Aris. uult generationē esse priorē cęteris, qūo suba est prior cæteris p̄dicamētis, & ita nō est prior tpe, sed prior nā. ipsa. n. præcedit alia per accidens inquantum fit, est post qualitates primas q̄ se hn̄t. ut mā oīum generabilium. Hęc responsio Auerrois nō mihi placet. Primo, qa pari rōne generatio esset prior latione, Secūdo, quia nec ualet cōcedere illud hac prioritatis specie, qa tunc Aris. in tā paucis uerbis æquiuocaret. Propterea mihi uideť ꝙ Aris. loquiť de alteratione simplici, & nō de alteratione q̄ disponit ad corruptionē, Alteratio. n. est duplex pura uidelicet q̄ non obiicit à suba. ut ablatio, & id genus, q̄ fiunt subro manēte eodem à priuatio ad finē, & hac alteratione generatio prior est. Alia est alteratio quę ita disponit ad corruptionem, ꝙ ipsa posita, oīno sequitur corruptio. Et de hac non loquitur Aristo. cum ista etiam inter generationes cōnumeretur.

(Expositio. — F — Quę Auer. cōmē. 57. Quæstio. — Rn̄. Auer. — G Cōfutatio. rn̄sionis Auer. — ꝑpria rn̄sio — An motus localis sit Prior tpe motu ad formā Vide de Grādeū escul le. 14. huius. — Tex 58.)

Oīno aūt quod gn̄ať, impfectū eē uideť, & ad prīcipiū proficiscēs. Quare qđ generatione posterius est, id natura prius existit. Oībus uerò his q̄ generātur, ultimo ipsa latio inest, ita ut alia qdē uiuentiū (qa istr̄is caret) imobilia sint ꝑrsus. ueluti plātę atq; multa aīaliū. Alia aūt cū proficiscunť, illa eis inest. Quare si magis his īest latio, q̄ naturā ipsam magis cōsecuta sunt. Motus quoque hic cæteris motibus semper substantia prior erit hac rōne q̄ dicta est.

H

Expositio. Nunc ꝙ latio sit cæteris prior pręstantia, dignitate, & perfectione. ꝑbat duplici signo (ut mihi uidetur.) Tum ea ratione ꝙ ꝑfectissimis atq; absolutissimis corporibus inest. imperfectissime, nanq; aiantes lationis prorsus expertes uidentur. ut arbores cæteraq; stirpium genera, quæq; ancipiti sunt natura, dicta græce zoophyta. ut conchæ, & ostreæ. & id genus. Tum ꝙ nobis nō iam inde ab ortu, sed post aliquantulum temporis iam adultis perfectisq; accidit, cum firma incessui mēbra habentur, & cum nimium naturæ assecuta sunt. Potest igitur syllogismus eē hūc in mo (Sylls.)

I dum, quod inest perfectioribus prius est pfectione eis quæ insunt imperfectis, latio pfectioribus inest, ut his modo patet. igr latio pfectior cęteris est. Quod uerò ad uerba attinet, cum Aris. inquit. Id quod generatur proficisci ad principium, cum principium, quod græce est arche, ubiqꝫ pro agente sumat, erit sensus, ꝙ id quod generatur, cõtinuo tendit ad tantam perfectionem ut simillimum fiat ipsi generãti. ante enim q̃ res generetur est omnino dissimile agenti, cum uerò generatur redditur aliquantulum simile, nec cessat generari donec penitus agenti simile sit. & ita tendit ad principium quatenus continuo magis ac magis sibi per simile redditur. Cum uerò inqt eis magis inesse lationẽ quæ magis naturam consecuta sunt. per naturam Themistius intelligit firmitatem membrorum. nam ea magis feruntur, quæ firmiora incessui membra habent. Auer. aũt resoluit hunc textũ in tris syllogismos. Primus est, quod est rei perfectioris est perfectius. latio est talis. latio igitur perfectior. & hanc uocat demonstrationem simpliciter, quia dat causam & esse. dat quidem causam & esse. dat quidẽ causam, quia subtum est causa accidentis. esse uerò quia est notius. Secundus est, motus perfectior inest animalibus perfectioribus. latio est talis. igitur animantibus inest perfectiorib⁹ hæc est propter quid, quia dicit causam tantum, quoniam causa quare latio inest perfectioribus est, quia perfectior. Tertius est, translatio est prior, qa est in priori. quæ est per signũ, quia à posteriori. Hi syllogismi cũ difficultate textui applicantur. tu uerò intelligas illos

Declaratio uerborum.

Quę Auer. comẽ. 58.

K

REÇO. { In præsenti textu, Aristoteles primo facit unam consequẽtiam: quæ est hæc, quod generatur, est imperfectum, { & tendit ad perfectum. igitur posterius generatione, est { prius natura, hæc consequentia nõ potest reduci ad syllogismum, quoniam est ab ęquali ad ęquale. deinde facit syllogismum, qui est iste generatione posterius, est natura { prius. loci mutatio est ultima generatiõe. igitur est natura { & substãtia prior. sed dices cõtra, quoniã non est uerũ ꝙ { omnibus insit, cum nõ plãtis, nec aliis q̃ plurimis aĩalib⁹,

L { Respõdet ꝙ deberet inesse, sed defectu organi nõ inest, { perfectis autem, quibus nõ desunt organa motus, inest ultimo, & dicit, unde de numero { uiuentium alia quidẽ ĩmobilia sunt ꝑpter indigentiam organi } non per se, atqꝫ simpliciter. { ut plantæ, & multa genera animaliũ }, qualia { sunt ostreæ, & conchilia & id genus, { perfectis aũt } aĩalibus, quibus non desunt instrumenta, { inest } latio { ultimo. deinde epilogat rationem, & conclusionem, & di{ cit, { quare si magis inest loci mutatio, iis, quæ naturam { magis comprehendunt, } atqꝫ attingunt, hoc est iis, quæ { pfectiora sunt in natura: { & motus hic } .s. localis { pri{ mus aliorum erit secundum substantiã } atqꝫ naturam, { { propter hæc } .s. quæ dicta sunt.

Tex. 59. Ad hæc etiam, quia id quod hoc motu mouetur, nullatenus dum fertur substantiam suam amittit. Sola nanqꝫ latione nihil essentię rei mutatur, uelu/ti rei quę alteratur qualitas, rei quę augetur & im

M minuitur quantitas amittitur.

Expositio. Secundo idem persuadet si. id quo rei essentia non mutaẽ pfectius est eo quo rei esse demutatur. Latione nihil demutatur nisi locus, qui nihil est rei motæ, sed corporis locãtis, at auctione & diminutione quantitas, alteratione qualitas depereunt. igitur latio perfectior & pręstabilior est.

Syllo.

REGO. { Sed dices non ne latio abiicit à substantia locum, sicut { alteratio qualitatem, & auctio quantitatem, innuit Auer. { solutionem, uult enim per cæteros motus abiici à substã{ tia uel formaliter, ut per generationem & corruptionem, { uel dispositiue, quoniam sunt uiæ, ac dispositiones ad cor{ ruptionem substantiæ. At motus localis solum abiicit lo{ cũ, & nullo modo substantiam, nec ꝑ se, nec dispositiue.

Tex. 60. Potissimum uerò ex eo patet, quia mouens seip/sum hoc motu maximè seipsum ꝓpriè mouet qui est secundum locũ. Atqꝫ hoc dicimus eorum quæ mouentur ac mouent principium esse, & primum eorum quæ mouentur, id uidelicet quod seipsum mouet. Quòd igitur motuũ latio sit prima, ex his modo patet. N

Tertio idem persuadet sic. motus qui cõpetit ei quod seipsum mouet est subã prior eis qui cõpetunt his quæ nõ seipsa mouent sed ab alio. Latio sola is cõpetit quæ seipsa mouent, non generatio siue corruptio, nõ auctio, nec alteratio. igitur latio est cæteris præstabilior. Quòd igitur motuum latio sit prima, ex his modo patet. Sed dubitatur. nam uidemus ꝙ animal alteratur ex seipso ad calorem. probatur, qa a seipso mouetur latione, latio est causa caloris. igitur a seipso mouetur ad calorem. Respondet Auerroes ꝙ animal alteratur a seipso ad calorem. sed non primo. sed mediante motu locali. Accidit enim aĩali ut mouetur localiter alterari, ꝑp alterationem spirituum ꝑ accidens occurrentẽ. Quærunt utrum latio sit prior cęteris motibus cõsequẽtia tẽpore & substantia. Videtur enim ꝙ implicet dicere ꝙ sit prior tpe & substãtia. nam ubi est prior tpe, pcedit tẽpore alios, ubi est cæteris perfectior & prior subã, erit ultimus. Hæc dubitatio fuit Aris. in textu, & Themistius eã sic formauit. Ad quęstionem Rñdet cõiter oẽs sine distinctione motus, & uolunt ꝙ latio sit prior tpe cæteris, ut sunt in diuersis mobilibus. ut uerò in eodem est prior generatio omnibus. & multa alia Ioannes addit. Sed contra uidetur ꝙ de rigore logico hæc propositio sit falsa, latio est prior tpe, cõsequentia & substãtia cæteris, quoniam nullus motus localis siue nulla latio est prior tpe, cõsequentia & definitione siue subã, non progressio, siue ambulatio, siue reptio. quoniam hæ aut sunt posteriores generatione, aut æquales & minus cõmunes illa, nõ circũlatio. nam licet illa sit tempore & cõsequentia prior, non tñ substantia est aliis prior, quoniam si substantia est prior cæteris esset tpe ultimus. Propter hæc dupliciter possumus respondere. primo ꝙ de rigore logico hęc est falsa, latio est prior cæteris iis tribus modis insimul, patet qa nulla latio. Conceditur tñ & hæc latio est prior tẽpore cæteris, & hæc latio est prior ꝯña cæteris, & hæc latio est prior cæteris subã. prima patet de circũlatione. secũda patet etiã de illa. tertia uerò deambulatione, q̃ subã est prior, qa est ultima. Et si dicitur. latio est prior tpe cæteris, & prior est cõsequentia cæteris, & est prior subã cæteris, igr̃ simul est prior iis tribus modis cęteris. Negatur cõsequẽtia. Non. n. ualet Socrates est ambulãs, & albus, & musicus. igitur ambulans albus musicus, nec ualet Socrates est bonus & cerdo. igr̃ bonus cerdo, huius causam diximus hoc mane in lectione secundi de interpretatione, qa a diuisis ad cõiunctum ualet, qñ quę diuidũtur, aut diuisim p̃dicantur, nõ sunt accidentia subto. modo lationi hæc accidunt, ideo pro diuersis ꝓpositiones sunt ue rę, nõ autem ꝑ eadem latione. Aris. autẽ locutus est ꝑ diuersis, nam hæc tria diuisim, nec generationi, nec alterationi, nec auctioni cõpetunt, sed bene lationi. Secundo ad principalem dicere possumus magis ad rem, ꝙ etiam unitim & simul una met latio, ut illa cœli sit prior oĩbus iis tribus modis. Tẽpore qdem, quia oĩbus pręsupponiẽ, & nullã per se pręsupponit. cõsequentia uerò. qa sequiẽ ad oẽs per se, ad ipsam uerò nulla nisi ꝑ accidens, subã uerò. tum qa perfectioris subiecti. tũ quia prioris entis. Tunc ad rõnẽ dicerem, ꝙ Phs usus est tribus rõnibus ad ꝓbandum lationẽ esse priorẽ subã cæteris. prima, quia est ultima tpe, & hæc ratio non est nisi de ambulatione. cæteræ sunt de circulatione. Modo cõcedo ꝙ ea latio de qua ꝓbauit primitatem substantiæ ꝑ primam rõnem est posterior tpe, sufficit, uerò ꝙ per alias rationes idem habeatur de circulatione cœli, quocirca prima ratio potius uidetur ad ambulationem ire, q̃ ad id quod ꝓposuit. Tu uerò cõsidera, qa res nõ est leuis.

Expositio

Dub.

Rñ. Auer. Cõmẽ. 60.

O Quęstio Vide Bur. hic.

Rñsio. cõmunis.

Confuta. tãd q 15. huius.

Responsio. propria Prima.

P

Replica.

Rñsio.

Vide & Albertũ de la xo. q. 9 lib.

Q

REGO. { Auerroes resoluit rationẽ hãc in tres ꝓpositiones, quarũ { prima est, ꝙ motum à se non mouetẽ nisi motu locali, qm̃ { nihil alterat se, nihil auget se, nihil generat se, secũda motu { à se ipso est primum & principium, tertia motus qui com

petit

A petit primo moto uidelicet quod est primum & pricipiū, est primus motus. ex ijs ꝓpositionibus fit sylľs hoc pacto, motus, qui cōpetit primo moto quod uidelicet est primū & principium, est motus primus. latio cōpetit primo moto, quod est primum & principium, ergo latio est primus motuum. Maior huius sylľi fuit tertia propositio Auerrois. Minor prosyllogizatur, hoc pacto: motum à seipso est primum & principium rer̄ motarū sublunarium. hęc est secūda propositio Auerrois. sed latio cōpetit moto à seipso, & nullus alius per primam propositionem, igitur latio competit primo moto, quod est primum & principium, & sic patet minor, & tota ratio. In quęstione quam disputauimus in cōmentariis, aīaduerte ꝙ tota uis stat in hoc, nam Aristoteles ꝓbauit lationem esse sub̄a priorem, q̄m ambulatio est ultima, modo hæc ratio nō potest aptari lationi cœlesti. dicendum hāc rationem esse inductam, ut signū, cæteras duas, ut causas. & ꝑpea illa pria ratio etiā si aptari non possit lationi cœlesti, ualet ut signū, hoc pacto, ut in paruo mundo latio est sub̄a prior, ita in uniuerso.

B tx.61. Nunc uerò quæ nā latio sit prima demonstrandum est. Qua etiam uia simul perspicuum erit id quod & nūc & antea supposuimus, aliquē uidelicet motū eundē sempiternum & cōtinuum esse posse.

Expositio. Fortasse hactenus Ari. qs motus sit primus declarauit, & conclusit ꝙ localis: nūc q̄snam inter locales sit primus, explicādum uideť. utilitas uero pertractationis hæc est ꝙ rationibus illis q̄bus hoc ꝓbabit, illud q̄q; obiter cōi usu mōstrabiť eundē motum cōtinuum, & sempiternū esse. Vnde Auer. inq̄t. ex hoc ergo sermone quem nititur declarare, apparent duo, quorum unum est id quod prius posuit uidelicet quid sit motus continuus & æternus. secūdum autem quis motus sit ille, qui idem est continuus & æternus.

tx.62. Quòd igitur cęterorum motuū nullus ꝑpetuus esse possit, ex iis ꝑspicuū erit. Motus nanq; oēs atq; C mutationes ex oppositis sunt ad opposita, ueluti generationis quidem & corruptionis ens & nō ens termini sunt. Alterationis cōtrariæ affectiones. Auctionis uerò atq; īminutionis, aut magnitudo & paruitas, aut perfectio magnitudinis atq; imperfectio. Contrarii uerò sunt motus qui ad contraria sunt. id autem quod nō semper eo motu mouetur, quo quidem prius mouebatur, necesse est prius quiescere: id igitur quod mutatur, prius in contrario quiescat, necesse est.

Expositio Exequitur de ꝓposita intentione, & syllogizat ꝙ nullus cęteror̄ possit esse ꝑpetuus, siue continuus, quod (ut puto) pro eodē sumit ut sępe dixim⁹, & syllogizat sic. nullus motus de opposito ad oppositum est ꝑpetuus & cōtinuus, omnis motus p̄ter lationem est de opposito ad oppositū, nam D generatio de nō ente ad ens. corruptio cōtra de ente ad nō esse. Alteratio de cōtraria affectione in cōtrariā affectionē, auctio siue diminutio de magno ad paruū, aut è cōtra. igiť nullus cæteror̄ motuum esse pōt continuus & perpetuus. sed cōtra hoc obijciet cauillator, & dicet ꝙ quilibet istor̄ est ꝑpetuus & cōtinuus reciprocatione, quia cū mobile mouetur uno istor̄ de a, cōtrario in. b, cōtrarium, redit rursus ab ipso b, in a, & rursus ab ipso a, in b, & sic ꝑpetuo mobile ac cōtinuum mouetur. Ad hunc cauillum refellendum ponit ꝓpōnes in q̄bus consistit hæc ratio, q̄ continuantur oportet eē unita, cōtraria nō p̄nt uniri, quia nō p̄nt simul eē in eodem. igr̄ non p̄nt continuari. unde inq̄t. Cōtrarii uerò sunt motus q̄ ad contraria sunt. 5. huius. id autem quod nō semper eo moueť motu, quo q̄dem prius mouebať, anteq̄. subaudi motu illi ꝯtrario incipiat moueri, necesse est prius q̄escere. Hæ sunt ꝓpōnes, ex q̄bus pōt colligi dictus sylľs, ut Themi. colligit, licet satis remotè. Infert cōclusionē. id igr̄ quod mutatur, prius necesse est in cōtrario q̄escere anteq̄ mutetur, & trāseat de uno motu cōtrario in alium. Debès scire, ꝙ ratio cōsistit in prima propōne, uidelicet ꝙ illi duo E motus uidelicet ille qui est ab a, in b, & ille qui est ab ipso b, in a, sunt contrarii, petatur igitur aut unū mobile simul cūillis pōt moueri, aut non simul. si simul, contraria erunt in eodem. si non simul, ipsum quod mouetur anteq̄ moueať nouo motu, prius in tempore medio quiescere necsse est.

Simililiter & in mutatiōibus ipsis erit: corruptioni nāq; generatio, simplici quidem simplex, alicui uerò aliqua opponiť. quare sic fieri neq̄t ut simul oppositis mutationibus aliquid mutetur. Mutatio nō erit cōtinua, sed inter ipsas tēpus erit medium.

Declarat idem in mutationibus, & sylľs erit. nihil idem simul cōtrariis mutationibus mutari pōt, generationi simplici de a, in b, opposita est generatio simplex de b, in a, & generationi s̄m quid de c, in d, contraria est generatio secundum quid de d, in c, igitur nihil simul iis mutari potest. hic est syllogismus, & uerba patent. Expositio.

F Differt enim nihil contrariæ, sint an non contrariæ mutationes hę, quarum termini cōtradictoriæ opponuntur, si modo simul eidem in esse nequeāt, ad rationem enim hoc conducit nihil.

Sunt contra dicta cauilli, primus ꝙ termini mutationum non sunt cōtrarii, sed cōtradictorii. igr̄ minor sylľi dicti est falsa. Huic r̄ndet ꝙ licet nō sint contrarii, sunt tn̄ contradictorii, mō siue sint cōtrarii siue cōtradictorii, modo simul eidem inesse nequeant, ad rōnem nihil conducit. Expositio.

Neq; si nō necesse est in contradictione quiescere, aut nec ipsa mutatio quieti cōtrarium sit. Forsitan enim ipsum nō ens non quiescit, ad quod quidem non ens est ipsa corruptio. Sed si solum inter ipsas sit tempus, hac enim ratione continua non erit mutatio. Quemadmodū nec in prioribus cōtrarietas conducebat, sed ipsum simul inesse non posse. G

Expositio. Secūdus cauillus ē, q̄a rō supponit falsum, supponit. n. id q̄d uariis mutationib⁹ mutať in tp̄e medio q̄escere, hoc falsum est, nam tale quod mutať iis ꝯtrariis mutationibus est mā: mā uero non est q̄escere apta, quēadmodum nec moueri. R̄ndet. & inq̄t: Neq; si nō necesse est in cōtradictione q̄escere, aut nec ipsa mutatio quieti cōtraria sit, subaudi refert nihil ad rōnem. Forsitan. n. non ens ut mā, siue priuatio non quiescit, ad quod, aut in quo q̄dem nō ente est ipsa corruptio. Cū. n. id non sit moueri aptum, nec quiescere, omne enim quod moueť est. 5. huius. id uerò quod solū cōfert, est si inter ipsas sit tp̄s. nam hoc solo sufficit, ut non sit ipsa mutatio continua, dico ꝙ id non est necessariū ad rōnē quēadmodum in prioribus cauillis, non cōducebat cōtrarietas, quia sufficiebat solū ipsum simul inesse nō posse. q. d. ad hoc ut duæ mutationes cōtrarię nō sint cōtinuę sufficit, ut inter eas mediet tp̄s quo sub̄m neutra illar̄ muteť, siue q̄escat siue nō quiescat medio illo tempore, modo sub̄m eo tp̄e uacet ab utraq;. Et sic secundus cauillus nullus est. An motus contrarii possint cōtinuari. Vide Gradeū escul. le. 15. huius.

H Non autem conturbari oportet, si contrarium sit pluribus idem, ceu motus & quieti, & ei motui, quo in contrarium itur. Sed id solum sumamus & motui & quieti motum opponi aliqua contrarietate. Quemadmodum æquale & mediocre, ei quod excedit & ei quod exceditur, atq; ut non contingat motus oppositos mutationesque simul inesse eidem.

Expositio. Tertius cauillus est. ꝙ Arist. supposuit motui eē contrarium motum, sed in. 5. & . 6. ꝓbatum est motui esse contrariam siue oppositā quietem. igr̄ duo uni opposita. R̄ndet ꝙ nihil incōuenit uni opponi duo diuersa oppōnis specie. Motui quidē motus opponiť oppōne quæ est contrarietas. motui uerò quies opponitur oppōne priuatiua, ueluti æq̄le & mediocre opponitur ad excellēs, & ad id quod exceditur,

I hoc est ad magnũ & paruũ quodãmodo gemina oppõne, quę est medii ad extrema, & nõ intelligas q motus opponi tur quieti & motui oppõne medii ad extrema, sed sicut me dium põt opponi ad extrema duplici oppõne, sic ad duo motus opponi põt duplici oppõne. Ad pñtem igit rationẽ duo sufficiunt. primum q motus motui & qeti aliqua oppõne opponitur. secũdum q ista sit talis, q faciat illa incõpossibilia in eodẽ. Quæ autem Auer. in pñti cõ.62. ad textus utilitates dicat, assumamus, & sunt quatuor. primũ q posse Aris. in isto pcessu sunt quatuor ppões. prima q oĩs motus pter lationem est de opposito in oppositum. secũda q mutationes de oppositis in opposita sunt cõtrariæ. tertia q nihil idem numero põt mutari aut moueri cõtrarijs motibus, aut mutationibus, nisi mediũ sit tẽpus. Vltima ut motus uel mutationes inter quos tẽpus mediat nõ pñt esse cõti nui. Dixi in tertia ppõne ut mediet tps, & nõ quies, qm̃ in aliqua mutatione põt quies esse media, ut in motibus propriis, in aliqua esse nõ põt, ut in generatiõe & corruptione, in oibus tñ tempus mediare necesse est, hoc est primum.

Quę Auer. cõmen. 62

An idẽ possit cõtraria ri pñbus. Vide Egi. hic.

K Vlterius. 2. declarat esse bñ dictũ id quod Aris. dixit. q termini auctionis sunt magnum & paruum, & hoc pbat, qa cuiuslibet rei nãlis est magnitudo terminata ad maximum & ad minimum. primo qa si nõ esset rei naturalis determinata magnitudo ad maximũ cretio posset crescere in infinitum, & ita auctio nõ haberet terminũ per se intẽtum à natura, cũ infinitum sit extra intẽtionem naturæ. 2. si nõ esset determinata ad minimũ, nec qualitas actionis, & modus agẽdi eẽt determinatus ad minimũ. & ita actio posset minui in ĩfinitũ, nã cęteris paribus minuta magnitudo minuit actio, & ita posset actio minui in infinitum. hoc est cõtra naturam formę. Forma. n. agit certa actione & terminatę uelocitatis. igitur p certam magnitudinẽ. oportet igr & formã & magnitudinem eẽ terminatas ad maximũ & minimum. Sed huic rõni Auer. oppones, qa dicã minui actionẽ qñ minuit potẽtia actiua, & nõ resistitiua, mõ dico q si minuit utraq, actio non tollet. Si uerò minuitur potẽtia actiua, nõ est inconueniens actionẽ in infinitum minui. Dici põt q ratio Auer. uult q diminuta magnitudine diminuit uirtus actiua simpr, hoc uidelicet mõ q usq ad certum gradum saluari põt proportio, sed est uenire ad minimam pportionẽ, quæ sufficit ad motũ, ad quam nõ esset deueniendũ, nisi magnitudo eẽt terminata ad maximum, de his in primo quęre, & in lib. cœli. Hoc est secũdũ. 3. ex textu pbat Auer. q duæ mutationes oppositæ nõ pñt inuicem continuari, qm̃ tunc aliquid simul & semel moueretur transmutationibus oppositis, imo recederet ab uno cõtrario, & accederet ad illud, declaratur, quia ex quo mutatio de a, cõtrario in b, contrarium est una & continua cum ea que est de b, cõtrario in a,


Obiectio rõni Auer.

Defensio

L

B. Nigrum.

M



A. Album.

eo ipsum q c. mobile recederet ab ipso a, accedẽdo ad b, etiam accederet, ex quo motus in b, est unus cũ motu ad a, & sic simul amitteret a, & acqreret a, quod nõ est intelligibile, & addit Auer. q hæc demñratio est cõis oibus & motibus & mutationibus, qm̃ idem argumẽtum applicari põt.

N Sed contra. qm̃ pñt esse duo motus insil, ut alteratio & generatio, nã alterari est generari. igr põt idem moueri duobus motibus diuersæ spẽi. 2. plures motus chordarum uno ictu eẽ pñt in diuersis subtis, igr & in uno. Rñdet Auer. & uult q demñratio habeat locũ duobus seruatis: pmo q motus nõ sint subordinati, imo sint finiti ppriis terminis, mõ generatio & alteratio sunt coordinatę, & sic tollit pria. est enim alteratio pp generationem ac termino alieno finita. secũdo respũ eiusdẽ mobilis, qũo nõ est in chordis, hęc sunt quæ in cõmento colligi pñt, quæ faciunt ad textus declarationem. Quidam iuniores tenẽt inter duos motus contrarios tps mediare nõ sumendo tps pro mẽsura diuidua, sed pro subitaria momẽtaria q mẽsura, que instans nunc appellatur. In hac. n. est quies media subitaria, nõ autem tparia. Persuadent hoc p casum in quo unũ esset calefactum ab aliquo agẽte, & in medio casus applicet aliud agẽs potẽs ipsum infrigidare. patet. n. tunc tale infrigidans ĩmediate ipsum infrigidare nullo tpe medio. Et licet de hoc erit sermo postea, nunc scias q eiusmodi põ est cõfusio. Aris. enim Themi. & Auer. clarissimis uerbis dixerũt inter motus cõtrarios semp tps mediare nõnunq quietem, ut in iis q̃ uere mouent. Modo exponere ipsum tps pro instãti nunc, nõ legitur apud peripateticos, bñ instans nũc pro tpe subitario & insensili Aris. accepit. 4. huius. Ne igit cõfundamus uerba & rõnes Aris. debemus melius soluere argumẽtum, q̃ noua dicere. Ideo dicerẽ q licet ĩmediate post hoc applicetur tale infrigidans, non ĩmediate post hoc ageret, nam passum recepit impressionem à priori agẽte calefaciente, quod egit nõ solũ uirtute ppria, sed uirtute naturę ulis, & agẽtis ulis. Mõ natura & agens ule nõ agere põt duos motus contrarios, nisi tps mediet, & sic nõ ĩmediate post hoc ager, qm̃ licet sit potẽtius rõne habita ad resistentiam particularem, est minus potẽs rõne habita ad uirtutẽ ulẽm, quam accepit à priori agẽte, q̃ fit minor per tps imperceptibile & tam cito, q̃ cito põt in motibus seruari ordo, & tps debitæ successionis. Malo nãq; sic dicere. & hanc rñsionẽ dare, quam demũ ipsi (ut uidebit postea) cogũtur dare, q̃ uniuersam phiã euertere, & uerba Aris. confundere. huius rñsionis signum est, q si pila ferrea ignita, aut humecta piiciatur directe in parietem, & reflectatur subito p eandẽ uiam, talẽ parietem calefecit & humectauit, igitur cõtactus & reflexio fuit in tẽpore, & qeuit per tps, aliter alteratio parietis ad calorẽ uel ad humorem fuisset momẽtaria, quod ipsi nõ cõcedũt, quare nihil phibet etiam quietem illam inter primũ & secundum motum esse tẽporariam rõne dicta. Fauet autẽ agẽns ule, siue natura ulis magis priori agenti, q̃ secũdo, qa cum primo seruatur debitus agendi ordo, nõ cũ secũdo, ut patet.

Dubiũ.

Responsio Auer.

Põ iuniorũ

Rõ iuniorũ

O

Quid uidet sm peripateticos.

An in eadẽ instanti in quo terminatur in aliquo subiecto un9 motuũ contrariorũ ĩcheari possit ĩ illomet subiecto motus alterius contrarii. Vide Gradũ etc. lec. 15. h9.

P

Præterea in generatione & corruptione, absurdũ etiã oĩno eẽ uidet, si generatũ ipsum, mox corrũpi, nulloq in tpe persistere necesse sit, quare & de cæteris id genus idem sanè credetur. Nam in oĩbus similiter sese habere naturale est. Tex. 63.

Q Vltimo persuadet speciatim rem argumento à generatione sumpto, qm̃ uidetur absurdum ut aliquid debeat generari, ut nõ per aliquãtulum tẽpus persistat sub termino generationis, unde. 5. de historia aĩalium. inter aĩalia id minimo uiuit tpe quod ephemerę greci, nos diariũ appellamus. Hypanis enim fluuius ut narrat Aris. apud cimerium hospo rum sub solstitio defert ueluti folliculos acinis maiores quibus quadrupedes uolucres rumpunt, quod genus aĩalis in post meridianum tempus usq diei uiuit & uolat, mox descendẽte sole, macrescit, & languet, deinde occidẽte emoritur, uita nõ ultra unum diem peracta. qua rõne fit ut nihil generetur, ut in non tẽpore corrumpatur. Auer. uerò probat quod Arist. sumpsit. primo si generatũ, mox interiisset, & solum per instans nunc pduraret, tunc generatum non habuisset esse in actu, cuius ratio est, quia oẽ ens in actu esse debet p tẽpus, nihil. n. in instanti nunc est in actu. 2. q tunc natura egisset ociose. generat. n. unumquodq; ut sub termino generationis pmaneat, q si non p tempus permaneat, ociose

Expositio.

De ephemero.

Quę Auer. cõmen. 63

A ociose esset genitum. 3. tūc talis nō fuisset aliqua generatio. cuiuslibet .n. generationis oportet esse aliquod tp̄s in quo sit ipsum genitum esse. Vbi aūt tale non sit, generatio non erit. Sed cōtra hoc obijciunt iuniores. Tum de ubi, quod in motu locali continuo est aliud & aliud. Tū de radio qui continuo est aliud atq; aliud quid, aliter migraret de subito in subm. Tum tertio, quia fieri potest ut genito aliquo, siue quāto, aut quali, aut subā mox sibi applicet̃ agens potēs illud corrūpere. Et licet dictum Auer. & Aristo. (ut cōiter dicitur) locum hr̄e uidetur solum in generatione, q̄ est finis alterationis, pōt tñ probabiliter defendi ul'r, id.n. quod de ubi dr̄, nihil ē, qm̄ nullū illoꝝ est actu genitū, id.n. actu genitū ē, sub q̄ id qđ pri⁹ generabat̃ tp̄e qescit, ut dixit Auer. est.n. potius generatio in potētia, aut mutatū esse in potētia, non mutatum eē in actu. id uerò quod de radio dicit̃, solebamus alias dicere radium nō corrūpi, sed manere per tēpus q̄diu luminosum corpus pōt ipsum cōseruare, nam non est inconueniens accidens migrare de subito in subm ƀm partem, & nō desinendo totum ut de aīa dicitur in auctione ipsa. Sil'r dato q̄ migret non est impoſſe, qm̄ non erat accidēs

B dependens à subto, sed ab agente. In his enim accidētibus est impossibile quæ dependent in cōseruatione à subiecto. tertium fuit solutum in præcedenti capite.

RECO. { Secundo argumētatur Aris. argumēto sumpto ab ipsa { generatione, q̄ duo motus cōtrarii continuari nō possint. { qm̄ tunc mox genitum corrūperet̃: quod falsum est, qm̄ { nihil fit ut per solum instans stet in termino ad quem. per { quę patet solo ad argumētum iunioꝝ, quoniam licet īmediate post hoc fiat applicatio, non tñ īmediate post hoc fit { infrigidatio: nam tunc solum per instans staret subcalefacto esse, cuius oppositum dicit Aris. ait.n. nullum genitum { posse per instans stare in termino ad quem: qm̄ omne genitum quod est acquisitū in termino ad quem est in actu { non in potentia: si igitur per instans staret, nō actu, sed potentia staret, quę Auer. in cōmēto concedit manifeste.

Tex.64. Quod autē eē possit motus aliquis infinitus, qui quidem unus sit & continuus, sitq; hic circulatio, nūc dicamus. Omne enim quod fertur, aut per orbem, aut per directam lineā, aut per aliquid quod

C sit ex utroq; permixtum moueť. Quamobrem si illorum alter non sit cōtinuus, neq; qui ex utrisque componitur continuus eē poterit.

His habitis q̄ motus aliq̄s localis esse possit infinitus & cōtinuus, & ille sit qui per orbem fit, q̄ circulatio appeilat̃, nunc dicamus. Supponētes tñ duo. primo q̄ motus localis sit triplex per orbem tantum per lineam directam tantum & p aliquid mixtū ex utrisq; ut motus factus ab a, in b, chordam rediens per c, arcū iterum in a. Totus enim hic motus uidet̃ quasi mixtus ex utrisq;. 2. supponit, q̄ si al-

D ter istorum solum non possit esse perpetuus & continuus, mixtus ab utrisq; minime, ut si rectus esse non potest perpetuus & continuus, nec mixt⁹, hoc patet, quia totum non est aliud q̄ suæ partes.

A C B

RGO. { Fortasse Aris. intelligit idem, ut in motu locali terminus { ad quem est locus, qui dicit̃ aut passio mobilis, aut spēs, & { forma mobilis, aut magnitudo cōtinens mobile. uel intel { ligit hæc pro differentia terminorum motuū, ut sit sensus, { {hoc autem} .s. terminus ad quem in loci mutatione est { {locus} {aut passio} in alteratione, {aut spēs} in gn̄atione, {aut magnitudo} in auctione, & sic exponit Auer.

Quòd autē id quod recto motu finitoq; fertur, cōtinue non moueatur, eo pspicuum est, quia reflectitur: id autem quod recto motu flectit̃, cōtrariis motibus mouetur. Nam loco cōtrarii sunt is qui sursum est, ei motui qui deorsum est: & is q̄ est an̄, ei qui retrorsum: atque qui est sinistrorsum, ei qui est dextrorsum. Hę enim sunt loci contrarietates. E

Accepit q̄ si motus rectus non sit infinitus & cōtinuus, nec mixtus eē possit. pbat nunc multis rōnibus q̄ rectus non sit infinitus & perpetuus, si sit infinitus & cōtinuus, aut est quatenus est per rectam regionē non flectendo, aut per hoc q̄ mobile super eādem rectā regionē flectit̃. Nō est dicendum per rectam regionem, quia hoc esse nō potest, nisi magnitudo sit infinita, modo in tertio declaratum est hoc esse impoſſe. igitur erit infinitus & continuus per hoc quod mobile in eadem magnitudine reflectitur, sed hoc destruit̃ hoc syllo. Nihil moueť motibus cōtrariis, nisi intersit tempus. per ante habita, quod inflectitur mouetur motibus cōtrariis, ut inductione probat. igitur quod reflectitur nō mouetur nisi tempus intersit. Textus translatione patet. Expositio. An unus motus circularis contrariet̃ alteri. Et an motus i circulo facti seinuicē impediāt Vide Egi. hic.


F

Quis uerò sit unus atq; continuus motus, prius determinatum est. Est.n. is qui unius est mobilis, unoq; in tp̄e, & unum in differentia spēi: tria enim sunt, id quod moueť. ut homo aut deus: & quādo ut tp̄s, & tertium id in quo: quod quidem est aut locus, aut affectio, aut forma, aut magnitudo. ea autē sunt cōtraria quæ specie differūt & nō unū sunt, quales etiam sunt loci quas diximus differentię.

Cauillaret quispiam dicēdo q̄ motus illi cōtrarii reciproci sunt unus motus cōtinuus, q̄a unius sunt mobilis, & eiusdem spēi. Rn̄det Aris. q̄ non sufficit, quia cū tria requirantur ad motum mobile, ut homo siue deus, sicut Plato ait uel cœlum, tēpus & unus terminus ad quē, hi motus licet uideātur unus, quia unius mobilis, & unius termini ad quē specie, nō sunt in eodem tp̄e continuo, cū inter utrosq; necessarium sit tēpus mediare in quo mobile quiescit: addit etiā q̄ nec termini sunt eiusdem spēi, qm̄ differunt spē, & quæ differunt spē sunt contraria sub eodē genere, & sic deficiūt duæ cōditiones uidelicet tp̄is unitas, & unitas specifica terminorum. Differt.n. specie sursum ab ipso deorsum, an̄ ab ipso retro, dextrum ab ipso sinistro. Et sic fallit cauillus. Expositio. G

Signum autem q̄ motus quo ex a, itur in b, contrarius est ei quo ex b, itur in a, est q̄ si simul fiant sese mutuo obstrepunt atq; sistunt, quod etiam in orbe idem est, ut is quo ex a, per b, itur, ei quo itur ex a, per c, sistunt enim se. si continui quoq; sint, & non reflexio fiat, quia contraria se corrumpunt, mutuoq; se impediunt: at is quo in latus itur nequaquam ei quo sursum contrarius est.

H



Affert signum q̄ tales motus contrapositi atq; reciproci sint contrarii, quia se impediunt & corrumpūt, hoc quidem in recta linea nemo dubitat. duo.n. mobilia super eandem lineā pręcise se in medio ipediūt, ut in puncto b, hoc etiā & in orbe patet. Si.n. moueatur aliquid ab a, & rediturꝫ fit in Expositio

I a,per ipsum b. & aliud ab eodẽ a, etiã in idem rediturum, sed per ipsum c. proculdubio cum se obuiabunt in e, pũcto ibi corrumpẽtur, & sese impedient, qua rõne fit ut nequaꝗ̃ cõtrarii sint illi, quorum unus uersus sursum, alter uersus latus dirigit̃. cum nec sese corrũpant, nec sese impediãt. Hæc in textu sunt. Soluit Auer. ꝓpe principium cõmenti dubõnẽ tacitam, nã Aris. fecit consequentiam. si nõ potest esse perpetuus & cõtinuus motus rectus, igr̃ nec is qui ex utrisq; mixtus est, & nemo declarauit illã, pro rñsione inuit talem distictionẽ ꝙ illa mixtio põt esse bifariam, aut ꝙ ambo sint in mixto actu, ut fit in motu quo ꝑ arcum & chordam itur. In eo.n. sunt duæ partes, altera recta ꝑ chordã, altera actu orbicularis ꝑ arcũ, aut ꝙ ambo sint in mixto illo ptãte, & hoc bifariam est, aut.n. prędñatur rectitudo, aut p̃dominat̃ orbiculatio, neutrum.n. prædominari est impos̃e in mixtura potestatiua, qa non esset unũ. Tunc Auer. dicit tria. Primum ꝙ si mixtura sit primo modo ex iis in actu exñtibus, patet ꝙ si rectus motus nõ sit perpetuus & cõtinuus totus mixtus minime erit, cũ in aliqua sui parte nõ sit continuus. Secundum etiã patet. ꝙ ubi mixtio sit potestatiua, & prædominetur rectus motus, ꝙ minime mixtus esse põt continuus, cũ sua pars potior non sit. Tertium licet sit difficile est uerum, ꝙ etiam ubi prædominetur orbicularis adhuc, si rectus nõ potest esse continuus & perpetuus, nec mixtus esse poterit, hoc ea ratione patet. ꝙ omne pos̃e fieri qñꝗ; est in actu, si igr̃ ille motus rectus uictus in tali mixto potest esse non perpetuus, & nõ continuus qñꝗ; erit, qua rõne tolletur perpetuitas & cõtinuitas ab uniuerso motu. Sed dices cõtra Auer. ubi orbicularis p̃dominatur recto, rectus à quo nam reducetur ad actum discontinuationis. Videt̃.n. ꝙ à nullo, cũ semper mobile uelit se in tali mixtura conseruare, quia illa est sui actio & perfectio. Dici põt ꝙ dato impos̃i sequuntur oĩa, talis nãq; mixtura non est reperibilis, ubi tñ reperiret̃, ne deẽ aliqd frustra in nã, erit aliquod agẽs, quod eandẽ reducet illud ad actum discõtinuationis. Vlterius Auer. ꝓbat sex eẽ differentias põnis. Et arguit sic. tres sunt dimensiones, quarum quælibet duobus finitur finibus, igitur sex sunt fines, longitudinis qdem sursum & deorsum, latitudinis dextrum & sinistrum. Altitudinis uerò añ & retro addit ꝙ eiusmodi põnis differentiæ in aĩali, & maxime in homine differentes esse patet per sensum, at in mũdo per rationem colligitur, eã uidelicet qa quicquid pfectionis est in minori mũdo & maiori esse debet, ut in lib. cœli dictũ est, &. 4. huius. Vlterius mouet Auer. unã qõnẽ in cõ. nam Aris. uoluit in orbe cõtrapositos motus eẽ cõtrarios, huius oppositum dixit in lib. cœli. ibi.n. ꝓbauit, ꝙ si motus circulares essent contrarii, ꝓculdubio & corpora ipsa essent contraria & corruptibilia. Rñdet ꝙ Aris. utitur contrario cõmuniter ꝓ incõpossibili. sic.n. rectis & orbibus cõpetit. Hęc in cõ. continent̃. Sed dubitant quidã rationabiliter contra solõnẽ hanc Auer. de circulationibus, quia uidet̃ ꝙ motus eiusmodi non sese impediant, cũ eidem cõpetant. Sol.n. simul mouetur ab oriẽte in occasum motu diurno, & ab occasu in ortum motu ꝓprio, & idem de cęteris planetis aiũt astronomi. Secundo dubitãt contra determinationẽ Aris. dixit.n. Aris. ꝙ motus spẽ differentes non pñt inuicẽ continuari, ut ille quo itur deorsum, & ille quo itur sursum. Contra arguunt. ponatur ꝙ unũ graue moueatur deorsum ꝑ foramen ad centrum mũdi, moueaturq; hac rõne, siue à se, siue à uirtute impellente. donec per certã distantiã fiat totaliter ex alia parte cẽtri, quo in casu patet ꝙ ꝑ aliꝗ̃ temporis partem mensurãtis motum illius grauis ipsum continuo descendet, & per residuum illius tpis continuo ascendet sine quiete media, & cõstat motus hos esse differentes spẽ, & ita falsum est quod dixit Aris. Ad primũ licet multipl̃r soleat rñderi. astrologi oẽs, & pħi resoluunt ad hoc, ꝙ idẽ põt motibus illis moueri, qñ non sunt super eosdem polos, mõ sol motu diurno mouet̃ super mundi polos. Motu proprio super polos ꝓprii orbis ac zodiaci, & de cæteris stellis eodem modo dicẽdum. Ad secundum nõnulli distinguunt de motibus differentibus spẽ, ꝙ alii sunt cõtrarii reflexi secundum rectã lineã ceu ascensus & descensus eiusdẽ lapidis super eandẽ numero lineam. Alij sunt cõtrarii recti ut dictum est in argumento de motu grauis ab uno polo ad alterũ per cẽtrum mundi, ubi ab arctico ad cẽtrum erit descẽsus, a cẽtro uerò ad antarcticũ erit ascẽsus, & ita erũt cõtrarii recti, & nõ reflexi. dñt mõ Aris. sermonem esse audiẽdum de contrariis non reflexis. illi.n. non pñt inuicẽ continuari. Mõ in ꝓposito isti sunt contrarii recti, ideo sunt continui. Sed hoc stare non põt, qm̃ Aris. uult ꝙ motus rect⁹ qui fit in chorda non põt esse continuus ei q fit in arcu, quia sunt diuersarum spẽrum, & tñ nõ sunt cõtrarii reflexi, sed potius recti. Melius igr̃ cum aliis recentioribus sentirẽ ꝙ inter illos motus (cum medium illius fit mundi cẽtrũ) intersit qes, & nec descendendo, nec ascendendo mouebitur, & resistet tota natura ul̃s, ne motus contrarii cõtinuent̃ ꝑm tempus, & sic teneri põt dictum Aristo. satis probabiliter.

Marginalia (left): Quę Auer. cõmen. 64 — An ĩ motibus localibus possit fieri reflexio sine interpõne. Vide Gfadeũ es ul. lec. 16. hui⁹ — K — Dubõ, contra Auer. — Rñsio. — L — Dubõ. Auer. — Responsio — Dubões iuniorũ. Prima. — M — Secunda. Vide Egi. hic. — Sol. primi. — Sol. secũdi. Prima.

Marginalia (right): N — Confutatio — ꝓpria rñsio


Tex. 65. O

Maxime autem ex eo motum per rectam lineam continuum eẽ nõ posse perspicuum est, quia quod flectitur sistat̃ necesse est, nõ tantum si per rectam lineam, sed si per orbem feratur, nec enim idem est per orbem ferri & circũferri, fieri nanq; põt ut interdum prosequatur id quod mouetur interdum ad id ꝓficiscẽs, unde moueri cæpit, reflectat̃ rursus.

Expositio

Vult facere secũdã rõnem, & utitur enthymemate in hũc modum, quod flectit̃ necesse est in pũcto flexionis stare igr̃ motus recti contrarii non pñt esse continui, ꝓponit autem añs ul̃r tam in motu recto, ꝙ̃ orbiculari, in utroꝗ;.n. quod flectit̃ necesse est stare. Erit igitur uis rõnis generatim, quod flectit̃ stat, quod stat, non est continuum, igr̃ quod flectitur non est continuum, sed motus rect⁹ si debet esse ꝑpetuus, flectit̃. igr̃ non põt esse continuus. Et qm̃ accepit añs uerũ tã in flexione in recto ꝙ̃ in orbe, & posset qs cõtradicere in orbe non fieri reflexionẽ, cum in orbe motus sit circũcirca, declarat differentiam inter motum orbicularem, siue circularem, & motũ in orbe, siue circulo. Põt.n. aliquid moueri in circulo, ut testudo si mouet̃ per unam partẽ semicirculi tm̃ ut ab a, in b, solũ. Circularis aũt motus esset ubi ab a, moueretur per b, uersus c, rediens in a, completa reuolutione. ideo inqt. nec idẽ est per orbẽ ferri & circũferri, fieri nãq; põt ut res ꝙ̃ mouet̃ interdũ prosequat̃ cõtinuando motũ usq; ad reuolutionẽ completam interdum non prosequendo, sed ad id ꝓficiscẽs, unde moueri cæpit, reflectatur rursus nõ cõpleta uidelicet reuolutione. uerbum enim illud syneireim græce latine reuolui cõtinuo, siue connecti sonat, siue (ut diximus) proseq, & continuando attingere. Sic igitur antecedens est. motus reflexus non est continuus, nec in recto, nec in orbe, igitur motus rectus non est perpetuus & continuus.

Syll's. — P



Q Vis, rõnis. — RECO.

Ordo textus est, ꝙ Aris. prĩo ponat suã intẽtionẽ, secũda ibi, { quia reflexũ necesse est stare, } ꝓbet suã intentionem ꝑ hanc ꝯñam, quod reflectit̃, necesse est in pũcto reflexionis stare, igr̃ contrarii motus nec in recta linea, nec in circulari sunt unus & cõtinuus motus. tertia ibi { est.n. aliqñ quod mouetur, } exponit terminos, qd uidelicet intelligat per ferri in circulo, & ferri secũdum circulũ. quarta ibi { quod aũt necesse est, } probat añs supradictę consequentiæ, uidelicet quod reflectitur, necesse est in puncto reflexionis stare, & ꝓbãdo hoc añs, sumit suppõnes, quarum prima ponitur ibi. principium autem hoc est, secunda ibi. quare & rectitudinis, quam exponit ibi { dico autẽ ut si ferat̃, } tertia suppõ ponit̃ ibi, { cũ aũt ꝯtinue ferat̃, }

et est

A { & est hæc, ꝙ nihil dicitur alicui signo in magnitudine ad { esse actu, nec ab eo ab esse actu, nisi in puncto illo per tẽ { pus qescat, atq; sistat: ubi uerò in eo nõ quiescet, nõ dice- { tur ad esse in illud, uel ab esse ab illo, nisi potentia hanc { tertiam suppositionem exponit, & probat ibi { si autẽ { ad esse aliquis } deinde eandem suppositionem probat { secunda ratione ibi { cum autem utatur a. quod fert, } { prima ratio pro tertia suppositione hæc est, nihil idem si- { mul ad esse, & ab esse potest actu ab eodẽ signo, nisi tem { pus interscit, sed inter quæ tempus interest, mobile quie- { scit, unde syllogismus sic componitur, inter quæ tempus { mediat, quod fertur quiescit, inter ad esse, & ab esse { actu ab eodem signo mediat tempus, igitur inter adesse, { & abesse actu ab eodem signo quod fertur quiescit secũ { da uerò ratio hæc, quod utitur medio puncto ut duobus { actu quiescit, quod adest actu & abest actu utitur pũcto
B { medio ut duobus actu igitur quiescit, & forte suppositio { tertia est hæc, quod continuo fertur non dicitur adesse & { abesse ab ipso b. actu sed potentia, & tunc probatur sup- { positio, per oppositum, qm̃ si actu dicetur adesse & abes- { se ab ipso b. tunc stabit per tẽpus in ipso b. secundi si a. ad { est & abest actu ab ipso b. uteř b. medio ut duobus actu, { & si utetur b. ut duobus actu, stabit, & sequitur ut prius { hæc continentur in textu.

Quod autem necesse est stare: non modo sensu: sed etiam ratione fides est. Cuius quidem rei principium hoc est: nam cum tria sint: principium uidelicet mediũ atq; finis. Mediũ ipsum ad utrunq; est ambo, atq; numero qdẽ unum, rõne uerò duo preterea aliud est esse potestate, aliud & actu.


Expositio. Quia syllogismus literæ est hipotheticus cõtinuus uidelicet si reflexus motus non est continuus, contrarij motus non possunt continuari, sed reflexus motus non est continuus: igitur nõ possunt contrarij continuari, est igitur intẽ-
C tio partis probare positionẽ antecedentis uidelicet: ꝙ reflexus motus nõ possit continuari, hoc autem ait, non solum sensu patere in multis motibus pilæ & sagittæ & talium: sed ratione: & pro ratione declaranda supponit duas diuisiones. Prima est. ꝙ mediũ esse unũ potest intelligi ſm rẽ & rationẽ. Secunda est, ꝙ mediũ esse duo põt esse actu & potẽtia, põt enim esse mediũ unũ re: duo rõne: ut de ipso nũc dictũ est qrto huius, & de puncto in linea, qđ unũ re est principiũ & finis respectu diuersorum: similiter ipsum nunc esse potest actu unum donec copulat precedens cum futuro actu plura, quãdo disiungit. Addit tamen ꝙ tribus existentibus principio medio & fine, medium subit rationem utriusq; ueluti tepidum comparatum calido est frigidum, comparatum frigido subit rationem calidi, sic medium comparatum præcedenti subit rationem finis, comparatum futuro subit rationem principij.

D Quare quoduis rectæ lineæ signum quod inter extrema cõstituitur, potestate quidem est mediũ. actu uerò non est, si non id quod mouetur hanc diuiserit: & sistendo rursus moueri ceperit. Hac enim ratione medium ipsum nimirũ principium fit & finis: principium quidem posteriorum, finis uerò primæ.

Expositio. Ex dictis diuisionibus infert scđam suppõnẽ, uidelicet ꝙ medum actu est illud magnitudinis punctũ, siue signũ: in quo mobile actu quiescit, & post quietẽ rursus incipit ab eo moueri, potestate uerò medium est, omne punctum lineę, quia in quolibet illorũ mobile potest sistere & quiescere, & inde moueri incipere. Fit igitur duo actu: actu medium, quando actu terminat præcedens, & actu incipit sequens, hæc autem facere non potest, nisi in medio sistat: quare actu mediũ est in quo actu mobile desinit moueri: & unde actu incipit ulterius moueri quiete interposita.

In transmutatiões sic a motu locali assumunt eẽ tetuę. Vi landu. 16. huius

Dico autem ut si id quod fertur, uidelicet a. sistat in puncto b. rursusq; feratur in c. Sed cum continue fertur: nec adfuisse, nec abfuisse ipsum a. ab ipso b. puncto potest. Sed adesse solum in ipso nũc, in tempore uerò nullo, nisi ipsum nunc diuisio sit, quã fecerit ipsum a. in toto b. c. E



Expositio. Suppositionem nunc ex diuisionibus illatã in terminis explicat & inquit. Dico autem ut si id quod fertur, uidelicet a. sistat in pũcto b. rursusq; feratur in c. in isto interim tempore stare necesse est, at cum continue fertur in spatio & non actu sistit in b. nec adfuisse, nec absuisse ipsum a. ab ipso b. puncto potest, sed adesse solum in ipso nunc: in tẽ- F pore uerò nullo, nisi ipsum nunc sit diuisio actualis: quam fecerit ipsum a. in toto a. b. per hoc quod quiescit in puncto b. sic igitur per exemplum in terminis patet: quod ex diuisionibus conclusit.

Si itaq; aliquis posuerit idem adfuisse & abfuisse: ipsum a. quod fertur semper stabit, non enim fieri potest ut simul ipsum a. adsit & absit ab ipso b. igitur in alio atq; alio tẽporis puncto illa erunt: Tempus ergo inter illa mediũ erit: ipsum itaq; a. quiescet in b. similiter & in cæteris punctis: cum sit eadem & in omnibus ratio.

Expositio. Ex his suppositionibus põt argui sic: ipsum mobile qđ reflectitur aut in eodem nunc in quo desinit moueri primo motu: incipit moueri motu reflexo secundo: aut in alio desinit: & alio incipit, non in eodem potest desinere & incipere per secundam suppositionem, quæ illata fuit ex diuisionibus, quia tunc in eodem momẽto aliquod mobile ad esset & abesset ab eodẽ puncto: igitur in alio atq; alio: sed G inter quæcunq; duo puncta, siue momenta temporis mediat tempus, igitur in tẽpore medio quieuit, & sic habeť intentũ, & ut argutũ est de pũcto b. magnitudinis: idẽ argui põt de pũcto c. si in illo fiat reflexio: aut i cęteris ifinitis.

Insuper etiam cum ipsum a. quod fertur: utetur b. medio. tum principio. tum fine, consistat in eo necesse est: propterea ꝙ illud duo facit, ac si illud etiã intelligat: sed ab ipso d. pũcto tanq̃ à principio abfuit: in c. uerò fuit cũ moueri desierit & sistit.

Expositio. Videtur ꝙ hæc sit secunda ratio accepta etiam ex suppositionibus: quæ sic potest componi, mobile quod unũ punctum in magnitudine efficit ut duo actu quiescit in illo, ut suppositiones dicunt: sed mobile quod reflectitur in pũcto b. facit illud ut duo, igitur quiescit: unde ait, ꝙ tale mobile facit illud punctum se habere ut duo ac si mente id faceret, & addit ꝙ ipsum mobile incepit ab ipso a. termino à quo uel ab ipso d & ab eo absuit: transiuit per b. mouerisq; desit in c. & hoc si non reflexum sit, ubi autem reflectatur reddit ad punctum d. ut patet. Debes scire ꝙ hanc literam exposui iuxta mentẽ Themistij, quod dico quia fortasse Aristo. non probauit motum reflexum non posse esse unum & continuum: sed nihil aliud, q̃ si unũ mobile moueatur ab. d. in c. per punctum b. si ipsum tale mobile dicatur adesse actu, & abesse actu ab illo puncto: siue reflectendo, siue progrediendo ultra: necesse est in medio quiescere, unde uult habere secundam suppositionem, uidelicet ꝙ in motu continuo non potest mobile dici adesse alicui pũcto, & abesse ab illo: sed in quo motu ipsum mobile dicitur abesse & continuus. Ex hoc enim soluit dubitationes dicendas, & proficiscitur ad intentum, probauit autẽ hoc. tum quia nihil idem simul adest & abest actu. tum quia utitur uno actu: ut duobus, & hæc mihi uidetur magis expositio conueniens uerbis Aristo. Sed huic & adesse alicui

Numero expõnem propriã.


An motus reflexus possit esse continuus. Vide Ian. q. 17. huius

I is motus nõ unus est, sed duo & discontinui. Hæc est suppositio. Rationi Aristo. recentiores cauillant. Aristo. enim probat nullos motus locales rectos inuicem continuari, eo quia semper quies intersit, aliter idem simul adesset & abesset ab eodem. Contra arguunt, quia tunc per idem qui libet motus localis rectus esset discontinuus, quia in quolibet tali motu mobile aderit medio & aberit, & non in eodem instanti: igitur in alio atq; alio, & ita in tempore medio quiescet, propter hoc argumentum aiunt ratione Arist. non ualere. Sed hic cauillus peccat primo, quia nõ habet mentẽ Arist. Arist. enim (ut notauimus) non probauit hactenus motus reflexos non continuari, sed unam suppositionem, per quam uult soluere dubitationem, uidelicet ꝙ mobile quod adest puncto b. non potest in eodem momẽto abesse ab illo, & is motus in quo mobile dicitur adesse & abesse alicui nõ unus est, sed discontinuus. Secundo dato ꝙ illud probaret: isti non intelligunt mentẽ Arist. nõ. n. recordantur eius quod in sexto dictum est: in sexto. n. dixit Arist. id adesse alicui: quod actu in illo uerũ est dicere primo est: hoc. n. uocat adesse: quod, uidelicet, in illo motum perficit, id abesse: quod recedit ab aliquo in quo actu stetit: qua rõne patet non esse sic in motu continuo. In illo. n. nihil quod mouetur dicitur adesse in actu alicui, nec actũ abesse ab illo. Mouet Auer. hic quæstionem nam Aristo. ait, motus reflexos non continuari patere sensui: igitur superfluit ratio. Respõdet dupliciter, primo ꝙ patet sensui: sed non in omnibus, ideo est sensus textis tantum, cum nõ in omnibus sensus sit. Sunt enim aliqui motus reflexi: inter quos quies non percipitur sensu. Secundo respondet ꝙ per sensum habetur ipsum quia est, & inuentio rei: ratio uerò danda erit per causam, modo res per sensum & rationem erit firmior ꝙ̃ per rationem uel sensum tm̃.

Cauillus cõtra Aris. · *Cõfutatio* · K · *Que Auer. com. 65.*

Tex. 66. Quocirca & ad dubitationem hoc est dicẽdum: habet enim dubitationẽ talem. Si enim portio ipsa b. portioni z. æqualis sit: & a. ipsum feratur continue ab extremo in c. sitq; simul a. ipsum in b. puncto: & d. ipsum ab ipso z. extremo in i. uniformiter atq; uelocitate eadem: qua ipsum a. fertur moueatur: ipsum d. prius accedet ad i. quã ipsum a. ad c. quod enim prius recessit atq; abiit, id prius accedat necesse est. Cũ ergo ipsum a. mobile nõ simul in b. puncto fuit: & ab eodẽ absuit, idcirco posterius accessit. Nam si simul: non id posterius esset: sed stare necesse est.

L




Expositio. Dubitat Arist. contra suppositionem: dictum est enim, mobile in medio quiescere, quando in aliquo adest & ab illo abest. Contra, quia hoc dato duo mobilia æque uelocia super spatia æqualia non æque cito terminis ad quos applicarent, deducitur consequentia: nam uolo ꝙ ipsum a. cum peruenit in b. punctum medium in quo uero est dicere adesse, aliud mobile ut d. æque uelox incipiat recedere ab ipso z. extremo uersus ipsum i. finẽ: tunc cum inter adesse & abesse mediet tempus: ipsum d. in illo tempore recessit, in quo nondum recessit ipsum a. igitur prius applicat ad ipsum i. quã ipsum a. applicet ad c. Inquit. Quocirca & ad dubitationem hoc est dicendum. habet enim dubitationem talem: si enim portio ipsa b. c. portioni z. i. æqualis sit: & a. ipsum feratur continuo ab extremo, uerbi causa m. in c. sitq; simul a. ipsum in b. puncto: & d. ipsum ab ipso z. extremo in i. uniformiter atq; uelocitate eadem qua ipsum a. fertur moueat ipsum d. prius accedet ad i. quã ipsum a. ad c. quod enim prius recessit atq; abijt: id prius accedat necesse est: modo ipsum d. prius recessit ab ipso z. ꝙ̃ ipsum a. ab ipso b. recessit enim. Tum primo d. cum ipsum a. fuit in b. sed inter adesse & abesse mediauit tempus, igitur prius tempore d. recessit: & sic prius ad finem applicauit. Epilogat rationem, & inquit. Cum ergo ipsum a. mobile non simul in b. puncto fuit: & ab eodẽ absuit, idcirco posterius accessit ad finalem terminum, nam si simul & semel adesset & abesset, nõ id posterius esset: sed applicatio esset æqualis. Sed dictum est ipsum in puncto b. debere stare, igitur supp. tu dicta dubitatio exoritur. Sic enim uidetur mihi litera esse legenda.

N · O

Non ergo ponendum est cum ipsum a. ipsi b. affuitat: ipm d. simul ab extremo z. moueri. nã si ipsum a. in b. affuerit: ipsum qui etiam abesse contin get: non quidem simul: sed in diuisione temporis: & non in tempore.

Respondet Aristo. ad rationem, & ait, non esse bene positum casum. ponit enim casus ꝙ cum a. ipsum in b. sit d. ipsum ab ipso z. absit, modo hoc nõ est simile: debet enim abesse ipsum d. tunc cum abest ipsum a. & nõ cum adest: nam inter adesse & abesse illius tempus mediat, ideo non sunt cætera paria inquit. Non ergo ponendum est cum ipsum a. ipsi b. affuerit, ipsum d. simul ab extremo z. moueri & sic male ponitur: cuius causam subdit dicens. nam si ipsum a. in b. affuerit: ipsum etiam abesse continget, non quidem simul: sed subaudi in alia diuisione temporis, siue in alio momento ab eo in quo affuit, & nõ in tempore. sit. n. accessus in momento, & recessus in momẽto: sed inter momenta tẽpus stetit, quare casus nõ est bene positus. P

Igitur hic in continuo sic dicere est impossibile: in eo uerò quod reflectitur: hoc modo dicere necesse est. Nam si ipsum i. feratur in d. rursusq; rediens deorsum feratur: extremo d. principio & fine utetur uno, uidelicet puncto ut duobus, quocirca consistere necesse est. Non igitur simul accessit in d. & recessit ab ipso d. Alioquin ibi erit & nõ erit simul in eodem temporis puncto.



Q

Expositio. Soluta dubitatione, nunc mihi uidetur: ꝙ ueniat ad rationem: hactenus enim circa suppositionem uisus est insistere, & sua ratio est hæc, motus inter quos ipsum mobile utitur uno puncto ut duobus non possunt continuari. Circa hoc enim hactenus Aristo. disputauit. sed in motibus reflexis mobile utitur uno puncto ut duobus, igiẽ nõ possunt continuari, inquit. Igitur hic hoc est in motu continuo & eo quod motu cõtinuo mouetur sic dicere (ut dictum est) impossibile est. in eo uerò quod reflectitur: hoc modo dicere necesse est. Et hoc probat, nam si ipsum i. feratur in d. sursum locum, rursusq; rediẽs: deorsum feratur extremo d. principio & fine uteẽ uno, uidelicet puncto ut duobus. Hæc. fuit minor, infert conclusionẽ: & textus translatione patet. Hæc enim expositio multum sonat textui, ut mihi uidetur.


A Aristo.n. primo fecit duas diuisiones de medio: secundo intulit suppositionem, uidelicet q motus nullus est continuus, in quo mobile dicitur adesse alicui puncto spatij: & ab eodem abesse, omnis uero est discontinuus in quo mobile adesse alicui dicitur: & abesse. hanc suppositionem ratione declarauit: & non contentus ratione, declarauit etiã illam per solutionem cuiusdam dubitationis, ex qua solutione & suppositione probare uult motus reflexos nõ esse continuos duabus rationibus. Prima est, quia mobile utitur uno signo pro duobus: alia est, quia in illo motu mobile dicitur adesse & abesse ab aliquo. Auer. autem non intelligit hunc locum. format enim dubitationem de reflexione, cuius nihil meminit Arist. & minus alij intelligunt processum Arist. Ex his patet q syllogismus de reflexis motibus potest dupliciter formari aut negatiue sic: nullus motus in quo mobile uerũ est dicere adesse & abesse actu ab aliquo puncto magnitudinis est cõtinuus & unus: omnis motus reflexus est i quo mobile adest & abest ab aliquo puncto magnitudinis actu. igiẽ nullus motus reflexus est unus & continuus. maior est suppositio totiens examinata, & probata minor patet: nam in reflexione mobile peruenit ad aliquod punctum ultra quod non ulterius proficiscitur. & hoc est adesse actu, ut dictum est receditq; ab eodem in quo aderat, & hoc est actu abesse. Similiter utitur uno puncto pro duobus. utitur. n pro fine illo, quatenus non ultra proficiscitur, utitur & pro principio, quatenus inde incipit recedere: potest & formari arffirmatiue sic, omnis motus in quo mobile alicui puncto adest, & abest est discontinuus. Motus reflexus est motus in quo mobile adest & abest alicui puncto, per dicta nũc, adest quidẽ quia nõ ultra pcedit: abest uero, qa ab eo ĩcipit recedere, in quo cum aderat, non ultra processerat. rursus adest, quia illo ut fine utitur, abest quia ut principio etiam uti necesse est, igitur omnis motus reflexus est discontinuus. & hoc modo formando syllogismos literæ, nulla accidit dubitatio iuniorum. dubitationes enim eorum plerunq; ex malo intellectu uerborum Aristo. emergunt. Tu uerò considera, qa ordo Aristotelis fuit confusus, atq; multum occultus.

Que Auer. com 7c. — Syllis. — B — C

Tex. 67.

At uerò non est dicenda ea solutio: quã pauloante diximus: non enim dici potest i. mobile in diuisione tẽporis in ipso d. esse. nec etiam adfuisse: nec abfuisse. necesse est enim eum in finẽ accedere, qui quidem actu est: non potestate. Nam id quidem quod est in medio, potestate est: hoc uerò actu est: atq; finis est sursum, principium uerò deorsum: ipsorumq; ergo motuũ similiter. Ergo id quod super rectã lineam reflectitur: stare necesse est. Quo fit ut continuus atq; perpetuus esse non possit is motus qui est super linea recta.

D Deorsum



Expositio. Non sit aliares du tũ p infinitas. Vide Bur. Tex. 63.

Refellit cauillum possibilem fieri contra rationem & syllogismum de reflexione motus. potest. n. aliquis dicere q reflectens adest & abest à puncto reflexionis: nõ quidem actu, sed potestate ut dictum est ad dubitationem pauloante dictam, hunc refellit Aristo. Nam in reflexione mobile quod reflectiẽ adest actu alicui pũcto, ut loco sursum, & abest etiã actu ab eodẽ. adest quidẽ actu primo, qa nõ ultra proficiscitur, secundo quia utitur illo pro fine. abest, uerò actu, primo, quia ab eo recessit in quo actu aderat: secundo, quia eo utitur pro actu principio, & ita hæc respõsio esse non potest. ex his syllogismus perspicuus est, patet enim mobile quod reflectitur non moueri motu continuo & perpetuo. Et textus patet translatione. E

Simili autem modo his etiam obuiãdum est, qui Zenonis rationem interrogant, putantq; si semper dimidium transire oportet. Hæc autem sunt infinita: & infinita pertransiri nõ possunt. Aut (ut quidam hanc eandem rationem aliter interrogant) arbitrãtes simul mobile cum mouetur per dimidiũ aliquod prius enumerare singulum dimidiũ per quod fertur, quare ab eo cum uniuersum trãsierit spatium, numerum infinitum numeratũ esse accidit. Hoc autem cõmuni uoto impossibile est.

Secundo contra dicta consequenter soluit Zenonis dubitationem, quam in sexto fecit. Hic autem format eam dupliciter primo sic omne quod mouetur, prius pertransit medietatem quam totum: sed medietates sunt infinitæ, igiẽ prius pertransit infinita quã totum, hoc est impossibile, igitur impossibile est aliquid moueri, secũdo sic, omne quod mouet numerat prius mediũ q̃ totũ, sed media sunt infinita: igitur prius enumerat infinita media, qđ est ipose. Expositio. F

In primis igitur de motu sermonibus hanc per id soluimus, quod tempus infinita in se habet. non enim absurdum est si aliquis infinito in tẽpore infinita transeat, etenim infinitudo tam in longitudine quã in tempore simili modo est. Sed hæc solutio ad interrogãtem quidem sufficienter se habet. Interrogabatur. n. si aliqd potest, aut transire, aut numerare infinita finito in tempore. Ad rem autem ipsam atq; ad ueritatem non satisfacit. Nam si quis omissa longitudine dictaq; interrogatione, quę erat si finito in tempore contingat infinita pertransiri, hæc eadem de ipso tempore interroget: habet enim tempus infinitas diuisiones, non erit tunc sufficiens hæc solutio. Tex. 68. G

Commemorat solutionẽ datam in sexto: & declarat q ualet ad hominem non ad rem: dicebatur. n. in sexto q infinita possunt pertransiri in tempore infinito: quoniam ea infinitate, qua magnitudo est infinita, tali etiã & tempus est infinitum. hanc solutionem ait ualere ad hominem, qui comparat tempus ad magnitudinẽ, sed non ualet ad rem. nam si quis mutet interrogationem omittens comparationem ipsius temporis ad magnitudinem partransitam, & quęret de dimidijs repertis in tempore, quæ in illo sunt infinita, utrum possint numerari uel ne, illa solutio nõ sufficit. nam sic non habes refugium ad id quod dictum, q uidelicet tempus sit infinitum ut magnitudo. oportet. n. absolute respondere, an partes omnes sint numerabiles in tempore, & pertransibiles: uel ne? Expositio

Resdondet Aristo. ad. q. Zenonis, & assignat duas solutiones, alteram quam appellat ad hominem, alteram ad rem. ad hominẽ dicit, & concedit infinitum posse pertransiri tẽpore infinito: qm̃ sicut tu loqueris de magnitudine infinita ita ego loquar de infinito tẽpore: qm̃ sicut pertransitur aliquid per hoc quod diuiditur in infinitum, ita pertrãsitur per temporis, quod est diuisibile in infinitum. Aristo. ergo ait hanc responsionem esse ad hominem, non autem ad rem, qm̃ muto interrogationẽ, & sicut erat de magnitudine, ita quæram de tempore utrum debet temporis quo pertransitur magnitudo sit infinitum, uel infinitum. non finitum. n. magnitudo infinita tempore finito pertransiri potest nec infinitũ, qm̃ tunc nullus motus finiretur: & sit mutate interrogatione, adhuc restat q̃stio Zenonis, quare ad rem. Respondet tempore finito actu pertransiri posse infinitam magnitudinem potentia, non infinitam actu. In cõmentarijs quærebatur utrum duo motus contrarij ut motus reflexus possit esse unius & conti- RECO.

I nuusibreuibus diximus ꝙ si teneatur in puncto reflexionis interponi quietem tēporariam, dubio procul talis motus reflexus non est unus. Si etiā interponitur quies momentaria, ut quidam figunt, iterum motus talis non est unus, qm̄ ad discontinuationem motus sufficit interpositio momētarię quietis. Amplius si nec quies temporaria, nec momentaria interponitur adhuc habemus intentum Aristo. qm̄ si nullo pacto quies mediauerit, hoc est ratione corporis quod occurrit uiolentando fabam: & cū nullus motus, uiolentus sit perpetuus, sequit ꝙ licet talis reflexus motus esset unus, non erit continuus, & perpetuus cum sit uiolentus saltem secundum alteram partem, tūc ad solutionem de faba, dicebam inter accessum & recessum fabæ occurrentis molari non mediare quietē aliquo pacto: sed quādam immobilitatem, qua faba molari occurrens ulteriori accessu non mouetur. Contra replicabā in commentarijs, & accipio instans applicationis fabæ cum molari, in quo non moueť ulteriori accessu: & quæ-
K ro uel in illo eodem recedit uel in alio, si idem instans est principium recessus, quod fuit finis accessus, tūc accessus & recessus erunt unus motus, continuus: nam inter eos nihil mediat nisi instans, modo mediatio instantis nō delet continuitatem motus, qm̄ inter quaslibet partes motus continui mediat instans, quod est finis prioris motus, & principium posterioris motus, non ergo est idem instans, quod est finis accessus, & principium recessus, quare erit aliud atq; aliud, & tunc mediabit tēpus, & sic molare in medio casu occurrens fabæ, quiesceret per tempus, quod est derisibile, dicebamus in commentarijs, instans illud in quo faba occurrens molari non ulterius accedit, esse finem intrinsecum accessus fabæ, in recessus uero principium extrinsecum: & dicit finis intrinsecus accessus per affirmationem, qm̄ in illo est accessum esse fabæ, & immediate ante illud non erat accessum esse fabæ: ergo est finis internus ipsius accessus, principium uerò
L externū recessus, qm̄ per negationem exponitur cum in illo non sit, & toto tempore sequenti terminato ad illud sic recessus. & sic patet differentia inter instans, quod mediat in motu cōtinuo & instās qđ mediat in tali motu.

Sed ea dicenda est ueritas: quā pauloante in rationibus diximus. Nam siquis continuum in duo diuidat dimidia: is uno puncto ut duobus utetur: facit enim ipsum, tum principiū, tum finem: quod quidem facit hoc modo: & qui numerat, & qui in dimidia diuidit. quo sic diuidéte: neq; linea est cōtinua: neq; motus: siquidem motus continuus rei sit continuæ. In continuo auté quod quidem est unum: infinita sunt dimidia: non quidem actu, sed potestate. Quod uerò actu facit, non continuū efficit: sed sistit, quod quidé in eo qui dimidia numerat, perspicuum est euenire. punctum nāq; unum uti duo numerare eum necesse est: nā alterius qui
M dem principiū: alterius uerò finis erit, si nō ut unū ipsum continuū numeret, sed ut duo dimidia.

Expositio. Aliter uult soluere secundum rem: & primo repetit quæ dixit in solutione primi cauilli, & uult ꝙ mobile dum mouetur, potest duobus modis considerari respectu puncti in quo est, aut quatenus ipso utitur ut duobus: & sic spatium secat in duo, & motum discontinuum efficit: aut quatenus actu non illo ut duobus utitur: sed pōt uti: & sic facit duo potentia, & motus continuū efficit. Hęc res dicta est iam in solutione data. patet aūt hoc translatione textus tm̄.

Quare ad eum qui interrogat utrum in tempore aut magnitudine pertransire quis potest infinita: dicendum est, partim posse: partim non posse. nam in actu quidem si infinita sint fieri nō potest: potestate uerò potest. qui nāq; mouetur cōtinue: per accidens quidē infinita transit: non autem simpliciter. Accidit enim lineę ut dimidia sint infinita: substātia enim eius atq; esse alterū est ab illis. N

Expositio. His repetitis nunc respondet ad formam per distinctionem ꝙ mobile potest pertransiri infinita potestate: nō aūt infinita actu. nam quo numerat & utitur infinitis: eo pertransit illa, sed per pauloante dicta, numerat & utitur illis potestate: igitur transit infinita potestate. Vel sub alijs uerbis, mobile pōt infinita pertransire p accidens: nō autē p se. transit enim infinita media ipsius lineæ: quæ accidunt lineæ: cum non sint in ratione lineæ. non enim per ipsa media linea definitur. Hęc cum sint dicta sexto huius: nō sunt melius explicanda: translatione enim oīa patent. Quærit hic Auer. cum mobile diuidit magnitudinem actu quiescit in illa, & cum diuidit secundam medietatem etiā quiescit: sed omnes diuidit: aliter non omnes pertrāsiret: igitur in omnibus quieuit, & ita nunq; ad finē ueniret. Respondet & innuit talem diuisionem ꝙ partes quas diuidit mobile sunt dupliciter potestate: quæ dicuntur à calculatoribus partes proportionales, siue cōmunicātes, & sunt partes æquales sibi quæ dicuntur nō communicantes: secundum primas magnitudo non consumitur, sed bene secundum alias. Et ita ad formam dici potest ꝙ mobile nō enumerat actu infinitas & ęquales: sed potestate & communicantes, ut dictum est. Ex his infert duo. Primum ꝙ diuisio per partes communicantes est, & per accidens & potestatiue: per partes uerò non communicantes est per se, & in actu, quando illa non consumat magnitudinem: neq; per se: neq; actu: nec per accidens: neq; potestate: cum illę non possunt aliquo modo enumerari: diuisio uerò per partes non cōmunicantes est diuisio per se & actu: & hæc magnitudinē consumit. Secundo infert ꝙ quando non fit hæc diuisio in partes, & consideratur continuum nō facta diuisione in partes communicantes, & non communicantes: uidetur ꝙ si continuū pertranseatur secundū partes actuales, secundum omnes pertransitur, & non est ita: nam per se transitur quatenus secabile est in partes actuales nō cōmunicātes, & cum in partibus illis sint partes communicantes, accidit partes communicātes infinitas pertransiri, & sic committitur fallacia accidentis, per se enim transitur secundum partes actuales: per accidens uerò secundū partes communicantes: quatenus hæ in illis actualibus continentur: hæc sunt in commento fructus digna. Sed circa hæc oritur dubitatio. uidetur enim ꝙ inter duos motus reflexos non semper intersit quies, primus casus est de pila proiecta sursum. si. n. esset quies media: tūc graue quiesceret sursum à se nullo detinente. Secundus casus est de faba proiecta sursum: quæ occurrit turri: aut molari descendenti: ubi patet in pūcto reflexionis nō quiescere. In isto q̄sito quidam uniuersaliter tenent semper inter omnes motus reflexos mediare quietem temporariam, tum per demōstrationem Aristotelis, tum per experientiā: quia cum faba humefacta proijciatur in parietē, & reflectatur ab eo: paries inuenitur humectatus: qua ratione quieuisse fabam per tempus in illo uidetur. Tunc respondent ad casum de faba occurrēte turri aut molari, ꝙ in descensu molaris aut turris pellitur aer deorsum: qui inueniēs fabam: aut lapillum impedit motum sursum: non tamē trahit deorsum, iō quodlibet illorum quiescit per tempus anteq; tangat molare: aut turrim cadentē. Hæc responsio est falsa, nam posito ꝙ molare nec descendat: nec incipiat descendere, nisi in eo instanti in quo faba deberet tāgere ipsum: patet aerem non impetu detinere fabam. Nouus expositor fingit fabam moueri per se motu ascensus: cum uerò tangit molare, mouetur per accidens ad motum molaris: at Arist. intelligit in motu per se. Sed contra: primo, quia tunc faba simul accederet & recederet ab aliquo: nisi intersit quies. Et hoc uidetur impossibile tam per se q̄ per accidens. Secundo melius ponatur ꝙ faba p̄ijciatur ita fortiter ad molare, ut ab illo retro saltet: quo in casu nō pōt dici ꝙ qeuit:

Que Auer. cōmē. 68. Dubō. Auerro.

Solutio.

O

Questio de mot. b⁹ reflexis. P

Pō prima.

Q

Cōfutatio.

Secunda intio. Egi. hic.

Cōfutatio.

A Tertia pō. quia continuo molare mouebatur,nec ꝙ moueatur motu molaris,quia retro saltauit. Alij fingunt fabam illā quiescere in puncto reflexionis non quiete temporaria:sed quiete subitaria:siue momentaria. Sed hæc responsio peccat. Cōfutatio. Primo quia nullibi Aristo.quiescere aliquid uoluit in momento temporis:sed omnem motum & quietē posuit esse in tempore ubiq;.Secundo quia si humefacta faba occurrat molari cadēti,& sit ita fortiter proiecta ut saltet retrocedēdo, molare inuenitur humectatum a faba,ubi nō potuit esse,nisi faba quieuisset cum molari in tempore. Circa hæc igitur dico,primo ꝙ quicquid dicaꝰ,positio Arist. non destruitur. Propria positio. Primum. Nam Arist.probare intendit ꝙ nullus motus esse potest naturaliter continuus & perpetuus:nisi circularis motus:si motus reflexus sit unus,siue plures,idem habetur.ubi.n.sit unus & continuus:uel unus & per momentum discontinuus,cum istud non sit nisi uiolenter,habetur ꝙ rectus non potest suapte natura esse continuus & perpetuus:sed si est:erit uiolenter, etiam dato ꝙ per accidens sit continuus:etiam propositum non destruit. B Secūdum. Vide etiā Gaiet.tex. 62.huius. Secūdo dico(pro mente Aristo.)ꝙ motus reflexus non potest esse continuus,quando reflexio fit a natura mobilis : quod illo motu mouetur,& hoc probat ratio Aristo.ubi enim reflexio ipsa est naturalis,mobile quiescere debet in termino reflexionis in actu,modo idē actu quiescere in aliquo puncto,& actu recedere ab illo est īpossibile. Tertium. Dico tertio ꝙ si reflexio est uiolenta ab aliquo impellente, uel occurrente:minime potest esse motus continuus,declaratur per rationem Aristotelis:quoniā omnis motus cuius mobile actu adesse alicui dicitur,& actu abesse ab illo:necessario est discontinuus, quoniam ad esse in aliquo est uti illo pro fine:abesse uero est uti eo pro principio. Sed motus reflexus est talis,nam ipsius mobile actu adest alicui puncto:cum utatur illo pro fine,& ulterius non procedat actu abest:cum utatur illo pro principio : recedatq; ab eo in quo actu aderat. C Sic igitur patet ꝙ siue reflexio sit naturalis:siue uiolenta,semper motus reflexus est discontinuus & non unus quoniam siue sit naturalis siue uiolenta reflexio: semper mobile actu adest alicui, & actu abest ab eodem. Quartum. Dico quarto, ꝙ si reflexio sit naturalis quies media temporaria:hoc facile patet, quia si accessus fuit naturalis: recessus est uiolētus,& ita ipsum mobile resistet per tempus trahenti deorsum.si accessus est uiolentus,recessus est naturalis,& ita uirtus quæ pepulit sufficit resistere ipsi mobili ne subito reflectatur.at si reflexio est uiolenta, in puncto reflexionis ipsum mobile non quiescit per tēpus,neq; continuo mouetur reflectendo:sed dicitur non moueri ulterius:reflecti uero immediate post momentū in quo non ultra mouetur. Replic. Sed replicabis,quoniam aut in eodē momento in quo accessus desijt:recessus incipit:at in alio,atq; alio,si in eodem,igitur accessus & recessus sunt unus motus continuus,continuum enim est:cuius partes copulantur ad terminum cōmunem. Si in alio atq; alio:igitur isti duo motus erunt deincepicij,atq; consequēter habiti. D Sed hoc est falsum,quia tunc tēpus mediaret inter illa duo momenta,ut in exemplo de lineis deincepitijs dicitur. Responsio. Sorticolę dicerent ꝙ secundus motus:puta,recessus in eodem instanti momento incipit,in quo primus desinit : sed aliter & aliter,primus enim desinit in illo momento uti in fine intrinseco sibi:bene enim ut in sexto dictum est authoritate Themistij:in successiuis quibusdam datur terminus ultimus intrinsecus:in quibus non est dare primum. Nam datur ultimum mutatum esse in motu: nō tamē primum. Licet nec prima nec ultima motus pars dari possit, erit igitur ultimum intrinsecum primi motus.Secundi uerò motus erit primum extrinsecum,extrinsecum cum nihil sit illius intrinsecū. Prima illa. Ex his patet in tali momento nō moueri mobile motu accessus, nec moueri idē mobile motu recessus, & tamen non quiescit,quoniam in illo non est aptum moueri. Secunda. Secundo patet:ꝙ licet non actu quiescat mobile in aliquo puncto: actu tamen potest esse in illo, dummodo utatur eo pro fine, & nō ulterius proficiscatur. Tertia. Tertio sequitur ꝙ licet in motu cōtinuo cum mobile ipsum in pun E cto medio motus est. Vide etiā. Iandu. q. 17.huius. Tunc nec moueri nec quiescere dicatur,tamen motus est continuus: quoniam momentū illud in quo mobile est penes punctum medium est commune utrisq; partibus , & actu intrinsecum ambabus,uti copulatiuum illarum in motu reflexo ipso uiolento,cum momētum reflexionis sit intrinsecum præcedenti , & extrinsecū sequenti,ideo erit motus ille discōtinuus. Quarta. Vltimo sequitur esse aliquem motum discontinuum : in quo nulla mediat quies,ut in uiolento & non naturali. Dilucidius dici potest in eodem in instanti,quo accessus desinit recessum incipere:sic exponendo in hoc non est recessus: sed immediate post hoc erit recessus. Illud.n.instans medium erit ultimum & intrinsecum accessus,quia in illo est accessus, eo modo quo dicimus in instanti esse motum, & immediate post illud nō erit accessus:principium uero recessus extrinsecum,quia in illo non, sed immediate post illud erit recessus. F Ex quo patet differentia inter instans copulans primā medietatem motus cum secunda,& istud instans finiens accessum:quia in illo est utraq; medietas ut in copulante, at in hoc accussus solū est,recessus uero non est aliquo modo. Hæc sunt dicenda pro Themistij defensione, tamē dubia sunt:quia his concessis:tunc molare non moueret motu continuo. Si enim accessus & recessus sunt diuersi motus fabæ,tunc prima pars motus molaris,quæ fuit usq; ad accessum fabæ,& secunda quæ erit cum recessu nō erunt unus motus continuus. Præterea aut in toto tēpore sequenti ad instans applicationis recedet faba : aut non in toto:si in toto ergo accessus & recessus copulantur ad unū communem terminum , & sic erunt unus motus continuus,si nō in toto tpe sequenti:tunc molare nō mouebiꝰ motu cōtinuo.non.n.pōt motus molę esse continuus,si accessus & recessus sunt discontinui. Quare melius dico ꝙ per accidens ratione uiolentātis illi sunt continui, per se uerò nō. non enim est absurdum aliquod moueri motibus contrarijs & accessu & recessu per accidens,ut in casu,sed de hoc melius cōmen.70. G Ad illud uerò de faba humefacta occurrēti molari uel parieti,& retro saltanti. Auer. facile solueret,diceret enim ꝙ alteratio fit multotiens subita: quando per minima fit. Quid uerò dicerent calculatores:considera. Animaduerte tamē(ut dixit Auer.supra com.62.) ꝙ in duobus casibus motus ipsi reflexi possunt continuari: unus est respectu diuersorū mobilium:ut in chordis:nam pulsata una cum ipsa desinit pulsari:tunc alia incipit pulsari.Etiam in motu locali potest exemplificari:ut ponendo ꝙ Socrates moueatur ab a.in b.in una hora adęquate:& in fine horę in quo Socrates mouetur Plato incipiat moueri ab eodē b.ut fit in tripudijs,& patet ꝙ illi sunt motus reflexi:inter quos non datur quies medio:nec momentaria: nec temporaria. Et hoc est propterea : quia motus illi sunt diuersorum mobilium. Secundus casus Auerrois erat quādo secundus motus esset perfectio primi,ut in generatione & alteratione fit. Tertius casus additur ab aliquibus de naui ponendo ꝙ Socrates moueatur in naui ascente ab ortu uersus occasum in hora : & ꝙ in fine horæ quando Socrates desinit moueri:nauis incipiat moueri ab occasu uersus ortum,patet ꝙ Socrates mouetꝰ motibus reflexis contrarijs,inter quos non datur quies media. Idem fit de musca mota in lancea. Et hoc est:quia Socrates mouebatur p accidens:uerum quære cōmento.70.melius.

Perspicuum etiam est siquis punctum temporis quod prius posteriusue diuidit non ipsi rei posterioris tribuat semper:idem esse simul atq; non esse. Tex.69. Punctum igitur temporis utrisq; commune est, priori uidelicet,ac posteriori : estq; unum & idem numero,ratione uerò non idem. Alterius enim finis:alterius principium. Semper tamen rei posterioris est affectio.

Expositio. Soluit dubitationem de generatione & corruptione:solet enim dubitari accipiendo momentū in quo desinit ali-

I quid: uel in illo incipit aliud: uel in alio atq; alio, si in eodẽ unum desinit & aliud incipit, tunc idem subiectum simul esset: & non esset, si in alio atq; alio: tunc in tempore medio subiectum stabit sine priori & posteriori forma: & sic materia sine forma. Respondet quod idem & unum numero est momentum in quo res posteriori incipit esse, & prima desinit, sed est unum subiecto & numero, duo ratione, quoniam finis prioris, & principium posterioris. Ad formam dico, q; tale momentum licet sit commune utrisq;, tamen tenet se cum posteriori. est enim intrinsecum principium posteriori, & extrinsecum priori, & hoc sorticolæ aiunt sub alijs uerbis, q; rei permanentis corrũpendæ nõ datur ultimum intrinsecum: siue per positionem de presenti, sed bene ultimum extrinsecum per remotionem de præsenti. Sed bene datur primum per positionem, quia est intrinsecum rei genitæ uel tempori mensurante rem genitã, quod etiam dici potest primum mutatum uel genitum esse ex parte rei: sed ex parte tpis primũ momẽtũ rei genitæ,


K est. n. primũ esse sequẽtis, & primũ nõ esse pcedentis.

RECO. Erat. q. difficillima Xenocratis, cuius meminit Themistius sexto huius, hæc si post generationem sequitur corruptio, tunc in eodem instãti esset generatio & corruptio, qm̃ aut in ultimo instãti uitæ est mors, siue corruptio, aut in alio & alio: si in ultimo instãti uitę, est mors, tunc in eodem instanti erit uita & mors, qm̃ in ultimo instanti uitæ est uita, & in illo est mors parte, ergo in eodem est uita & mors simul. Si in alio est ultimum uitæ, & primum mortis, ergo in tẽpore medio materia nec erit sub morte, nec sub uita, et sic stabit materia sine forma. Respondet Aristoteles primo dando solutionem ad formam, deinde in terminis conficit iterum cauillum Xenocratis in libro de morte soluendo ad formam ponit hanc regulam, uidelicet rei permanentis non datẽ ultimum, sed bene primũ, & sic primum instans rei sequentis est primũ nõ esse rei præcedentis, quare dicendum non esse dabile ultimum in

L stans uitę, sed primum instans rei sequentis est primũ nõ esse uitæ præcedentis unde non est deueniendum ad ultimum esse per affirmationem, ita ut in illo sit & immediate post hoc nõ sit, sed ad ultimum per negationem quod proprie dicitur primũ non esse rei præcedentis & primũ esse rei sequentis. Ad argumentum ergo Xenocratis dico q; in eodem est finis uitæ per negationem, & principium formę cadaueris, illud. n. instans est primum cadaueris & primum non esse uitæ præcedentis, quod potest dici ultimum uitæ per exclusionẽ siue per negationem secũdum Themist. & sicut dico de uita, ita de omni rei permanẽte est dicendum, nullam. n. res permanens finitur per finem sibi intrinsecũ, sed per finẽ extrinsecum hinc patet calculatorum regula, uidelicet q; rei permanentis nõ datur ultimum: sed primum instans esse, Amplius patet res permanentes finiri nõ p ultimũ esse, sed p primũ nõ esse.

Sit tempus a. c. b. res autem sit d. quæ quidem in a. tempore alba sit: in b. uerò non alba: in ipso ergo c. alba erit simul atq; non alba, in quouis. n. ipsius

M a. temporis puncto uerum est dicere album esse, si toto illo tẽpore est albũ, & in quolibet etiam ipsius b. non albũ esse. Sed ipsum c. est in utrisq;.



Dedit solutionẽ ad cauillum: qui erat Xenocratis in lib. de morte: nunc format rationem in terminis more geometræ, ut formauit Epicurus, & arguit sic casu posit. o. d. corrũpendum quod actu est album et debet fieri nigrum in toto tempore a. c. est uerum dicere ipsum esse album, & idẽ in toto tempore c. b. est uerum dicere non esse album sed nigrum: igitur in puncto c. medio utrisq; commune simul erit album, & non album. — N Expositio.

Non ergo est dandũ in omni: sed in quouis præter ipsum nunc ultimũ quod est c. quod quidem iam posterius est: nam siue non album fiebat: siue corrumpebatur in omni a. factum aut corruptum est in c. Quare album aut non album esse primum in illo uerũ est dicere, aut cum est factum non est, & cum est corruptũ erit. Aut simul album & non album, ens & non ens esse necesse erit. — O

Expositio. Dedit responsionẽ ad cauillum non factis terminis: nunc factis terminis respondet rursus, q; in illo casu non est dandum in omni puncto ipsius temporis a. c. esse album, sed in quouis præter ipsum nunc ultimũ, quod est c. quod quidem iam posterius est. Cuius causam per impossibile dicit, nam siue non album ipsum d. mobile fiebat: hoc est siue ipsum d. debebat de albo effici nõ album: & hoc quo alterationem, siue corrumpebatur in omni a. c. & hoc quo ad substantiam, factum aut corruptum est in c. itaq; quod c. erit primnm non esse illius præcedentis, & primum esse consequentis. Quare album esse primum in illo uerum est dicere, si de nigro debebat fieri album: aut non album, si debebat de albo fieri nigrum. Nam aut sic oportet dicere, aut cum est factum non est, & cum est corruptum nõ erit oportet dicere: aut simul album & non album: ens & non ens esse necesse erit, quæ cum sint impossibilia, dicendum est ut diximus. Et sic patet solutio.

An instans se teneat cũ re posteriori & nõ cũ priori. Vide Egi. hic.

Quod si id quod prius fuit nõ ens: necesse est fieri ens: & cum fit non est: fieri nõ potest ut tempus ipsum in indiuidua tempora diuidatur. Nam si in a. tempore ipsum d. fiebat albũ: factum est autem simul: & est in alio indiuidui tẽpore: ut in b. quod est deincepitium priori: si in a. fiebat non erat: in b. uerò est generationem aliquam mediam oportet esse, quare & tempus id erat in quo fiebat. — P

Expositio. Ex dictis infert contra antiquos, primo: q; tempus non fiat ex indiuiduis temporibus, & hoc deducit ex dictis, & facit tale enthymema, si qđ fit prius non fuit, & fit ens hoc est si generatio est de non esse ad esse, igitur tempus nõ fit ex indiuiduis temporibus. Deducit consequentiam, & supponit q; in alio tẽpore ipsum d. fit albũ: & alio est album: & est factum album, ut si fit album in a. tẽpore, in b. alio tempore erit album & factum album. Hæc suppositio patet in sexto, & hic etiam est data, tamẽ probat eam. Nam si fiebat album in a non erat albũ in a. quia tunc idem simul fieret & factum esset: quod non est possibile. Hac suppositione stante q; uidelicet, in alio tpe fiebat ut in a. & in alio factum est, ut in b. aliquã mediam generationẽ oportet esse: quare & tps id erat, in quo id fiebat, sic igiẽ põ de indiuiduis tẽporibus nõ põt stare cũ ueritate pdicta. — Q

RECO. Excerptum Aristote. ex dictis est, q; nõ possit tempus componi ex indiuisibilibus, probat quoniã nulla uia esset soluendi argumentum Xenocratis & Epicuri, si. n. tempus ex indiuisibilibus componitur oportet dicere aut in eodem indiuisibili esse mortem & uitam, aut in alio atq; alio si in eodem, tunc simul quis uiueret, & moreretur, si in alio & alio, tunc materia in tẽpore indiuisibili medio staret sine formis hoc argumentũ tenendo tempus componi ex indiuisibilibus solui nõ potest, quoniã oẽ quod est, & quod fit, & quod corrũpitur, & quod non est, oportet ut in tempore indiuisibili sit, uel fiat, corrumpatur, uel

non

A non sit; & sic sequitur argumentum, at tenendo tempus componi ex partibus diuisibilibus, aliquid est in tempore, quod non est in instanti, & sic potest aliquid corrumpi in tempore, & esse corruptum in instanti, & tolletur ratio Xenocratis. qui uero dicit tempus componi ex momentis, cogitur dicere quod fit, uel quod factum est, & quod corrumpitur, uel corruptum est, uel quod non est, non esse nisi in instanti & quę dicit Aristoteles, firmantur in hoc, ꝙ si ipsum tempus componitur ex momentis, simul est fieri, & factum esse, quoniam non potest fieri res in tempore diuisibili, & esse facta in instanti, cum apud eos non detur tempus diuisibile. & sic oportet dicere aut materiam esse sine formis, aut formas duas esse in eadem materia in eodem tempore indiuisibili.

Non enim eadem & iis ratio erit qui non indiuiduа tempora fatentur. nam factum est, atq; est in B ipsius temporis in quo fiebat ultimo puncto, cui nihil attiguum est, nihilq; deincepicium, licet indiuidua tempora deincepicia sint.

Expositio. Ostendit nunc ꝙ ea positio quæ dicit tempus constare ex temporibus diuiduis conuenit ueritati dictę de generatione & corruptione, atq; omni mutatione. & inquit. Non enim eadem & iis ratio erit qui non indiuidua tempora fatentur, quæ erat contra ponentes tempus constare ex indiuiduis, & ita hæ ueritates consonant. subdit causam dicens. nam d, ipsum factum est, & est in actu in ipsius temporis in quo fiebat ultimo puncto. ut in c, cui puncto c, nihil attiguum est: hoc est nullum aliud punctum immediatum est, nullumq; deincepitium. immo quibusuis punctis temporis datis, semper mediat tempus, licet post illud c, sint indiuidua tempora deincepicia. nam post illud est tempus in quo sunt momenta infinita. & hoc Sorticolæ aiunt immediatè post c, instans quod est pręsens est aliquod instans, nullū tñ instans est imediate post c, sed tp̄s. nā bene tp̄s esse potest momēto continuum, non autē momentū. Sic igr̄ cum ueritate prædicta patet stare hāc secundā ueritatē.

C RECO. Nunc ostendit, ꝙ qui dicunt tempus non componi ex atomis potest saluare argumentum quia potest dicere ipsum fieri esse in tempore præcedenti diuisibili, & continuo, ipsum factum in c, instanti, quod est momentum, & primum instans esse. & propterea dicit, { non enim eadē erat ratio in non atoma diuidentibus, sed ipsius temporis in quo fiebat, factum est in ultimo signo, cui nihil } hoc est nullum signum { est habitum, ac consequenter, } cum non sit instans immediatum instanti. & sic possunt saluare in alio tempore rem fieri, & in momento esse factam. { sed } secundum ueteres { indiuisibilia tempora sunt cōsequenter, } & sic nō possunt saluare. Ex iis sequitur secū dum Aristotelem ꝙ licet instans nō sit instanti immediatum: tamen tempus est immediatū instanti. sicut licet punctum puncto non sit immediatum, tamen linea est immediata puncto, quoniam diuisibile bene potest esse immediatum indiuisibili. Sed dubitatur primo, quoniam antiqui possent saluare nō simul esse fieri & rem factam esse, D quoniam possunt dicere rem fieri in pluribus tēporibus indiuisibilibus, & factā esse in ultimo tempore indiuisibili. Secundo dubitatur, quoniam sequitur instanti tempus est immediatum & in tempore est instans. igitur instanti immediatum est instans. ualet enim immediate post hoc instans est tempus, & in tempore est instans. igitur immediate post hoc erit instans. Tertio dubitatur, propter ꝙ c, instans commune potius se tenet cū sequenti, ita ut sit primum instans esse sequentis, & nō se tenet cum præcedenti, ita ut sit ultimum instans præcedentis, & ultimum non esse sequentis. Ad primam dicendum, ꝙ si tempus componitur ex indiuisibilibus, ut ueteres dixerunt, oportet dicere totum tempus eē indiuisibile, & quodlibet tempus, quod tu signabis esse omnino indiuisibile, patet sexto huius quoniam compositum ex indiuisibilibus est idiuisibile, cum indiuisibile additum indiuisibili nō faciat maius: E sep totum aggregatum erit indiuisibile, tunc dicendum ꝙ hoc posito, non potest esse ipsum fieri, quin sit factū. quoniā si in tp̄e p̄cedēti aggregato ex pluribus tēporibus indiuibilibus sit ipsum fieri, in tempore præcedenti indiuisibili erit ipsum fieri, quoniam tempus pręcedens, cum sit compositum ex indiuisibilibus est indiuisibile. & si ipsum fieri erit in tempore indiuisibili, igitur erit in illo ipsum factum esse. & sic nūquam fieri esse poterit, quin sit factum esse. Ad secundum dicēdum immediate post hoc instans, quod est pręsens, esse tempus, & cōcedo in tempore esse instans: nego tamē instans esse immediatum instāti, quoniam in tempore immediatè post hoc sunt infinita instantia, inter quorum quæcunq; semper est tempus medians. & sic semper ante quodlibet instās est tempus, & instās. Ad tertiam respondet Auerroes in cōmen. ꝙ commune illud instans, quod dicitur c, potius se tenet cum sequenti, quoniam sequens est esse, & quando aliquod commune est, potius se debet tenere cum nobiliori. Sed hæc ratio est F rhetorica: quoniā id quod seqtur est ens, & non ens, ens genitum, & nō esse præcedētis, ueluti illud quod præcedit, est esse, & nō esse, esse propriū, & non eē sequentis. Quare non uidetur magis cū uno q̄ cum altero se debere tenere, propterea dicēdum, ꝙ ideo se tenet cū sequenti, quoniam non potest se tenere cum præcedēti, qm̄ si posset se tenere cum forma pręcedēti, tunc posset esse ultimū intrinsecum formę præcedēti, & si est ultimū intrinsecū formę præcedēti, tūc uerum erit dicere in ipso esse formā præcedētem, & imediate post illud non esse, modo hoc est impoſe, quoniā si in illo præcedēs forma est, post illud adhuc erit, qm̄ forma pręcedēs non potest corrūpi nisi per alterationem. quare si in illo erit, adhuc post illud erit, cum alterationis nō sit ultimum, p quam res corrūpitur. & hęc est uera causa, quā Auer. ignorauit. Aris. enim. 6. physicoꝝ assignauit. dixit. n. oēm generationem, omnesq; corruptionē fieri per alterationem. si igit̄ rei permanentis daret̄ ultimum esse, alterationis, p quam corrūpitur daret̄ ultimum esse. & sic posset alteratio, p quam res illa corrūperetur, esse in instāti. uerꝫ de re hac alibi diximus, quoniam etiam alterationem esse subitam concessimus. G

Quæ cum ita sint perspicuum est si in a, toto tempore aliquid fiebat, non esse maius id tempus in quo factum est & fiebat, eo tempore quo toto dun taxat fiebat. rationes igitur quibus aliquis tanquā propriis rem hanc credet, hæ & tales sunt.

Secundo principaliter infert Aristote. ex dictis, non esse magis tempus generationis & geniti esse, quàm tempus generationis tantum, quoniam tempus generationis erat totum a, usq; ad c, exclusiuè, id in quo erat res genita primum est ipsum c, momentum. modo tempus cum uno momento non est maius tempore sine illo momento, quoniam indiuiduum cuicunq; additur neq; maius neq; minus facit, ueluti non est maior linea cum puncto b, quàm siue puncto illo. deinde epilogat & sermo patet. Colligunt autem iuniores in his textibus multas regulas de primo, & ultimo rerum, quæ cum sint claræ, & à nobis in sexto plerunq; expositæ, omittantur. Expositio H

Tex. 70. Logicè autem si considerabimus, etiam hoc idem accidere uidetur. omne enim quod continuè mouetur, modo nihil obstet, in quod latione uenit, in id etiam prius ferebatur, ut si in b, uenit, etiam in b, ferebatur: & non solum cum prope erat, sed statim etiam cum moueri cœpit. Cur enim nunc magis quàm prius. Similiter etiam in cæteris. sed id quod ex a, fert̄ in b, ueniet rursus ad a, continuo motu. igit̄ cū ex a, fert̄ in c, tum etiā feretur ad a, eo motu, quo mouetur ex ipso c, quare contrariis motibus simul mouebit. recti enī motus cōtrarii sunt.

A d C B

I Expositio Hactenus per rationes naturales, quas proprias uocat, qa huic scientiæ conuenientes, nunc per communes siue probabiles, & arguit primo sic. Si motus reflexus est unus & continuus, idem mobile recederet ab aliquo, & ferebatur ad illud. Ad huius deductionem supponit, omne quod uenit tandem ad aliquod cõtinuè prius ferebatur ad illud continuè, modo nihil prohibeat, ut si ipsum d, mobile uenit in b, etiam in b, ferebatur. hæc suppositio est intelligenda, ut ait, non tantum cum ipsum d, propè est ipsum b, sed etiam cum remotum, quia non uidetur magis quando propè, q̃ antea. & ut dico de b, ita de omnibus punctis, ad quæ tandem ipsum d, ueniet. Ex iis igitur sumatur hęc maior. omne quod uenit ad aliquid motu continuo, prius ferebatur ad illud, cui addit minorem dicens, sed id quod ex a, fertur in b, ueniet tandem continuo motu rursus ad a, igitur cum ipsum d, ex a, fertur in c, siue in b, tunc etiam fertur ad a, eo motu, quo mouetur ex ipso c, uersus b. Ex iis sequitur impossibile prædictum, uidelicet ꝙ idem simul & semel mo-
K uetur motibus contrariis. recti enim (ut ait) motus contrarii sunt. Addit autem uerbum istud propter circularem. in illo enim motu mobile fertur ab uno puncto & ad illud punctum, ut sol ad ortum & ab ortu, sed isti motus nõ sunt contrarii, ueluti sursum & deorsum motus. in talibus enim idem mobile ferri à centro, & ferri ad centrum uidetur impossibile simul & semel.

Insuper etiam sequitur simul cum hoc ut ex eo mutetur in quo non est. quod si hoc sit impossibile, necesse est stare in c, nõ ergo unus hic est motus. motus nanq; qui statu intercipitur non est unus.

Expositio Secundo ad idem infert ꝙ aliquid ferretur ex aliquo puncto in quo non est. non enim potest mente sana concipi ut testudo feratur ad scholas ex foro in quo tunc non est, nec erat. deduco consequentiam. Nam cum d, ipsum ab a, fert
L in a, uel fertur in a, ab ipso a, aut ab alio, uidelicet ab ipso c, nõ ab ipo a, qa nõ oportet ferri ad ipsum, cũ sit in ipso. habitibus enim præsentibus in subiecto cessat motus. igitur fertur ex non a, & per consequens ex c, sed ipsum d, non erat in c, per casum. igitur aliquid fertur ab aliquo in quo nõ est nec hactenus fuit. Deinde epilogat totam rationem, & sermo patet. Sed dices retorqueo argumenta de motu solis ab ortu in ortum, & sequitur primo aliquid ferri ad aliquid quod habet, ut si sol moueretur ab ortu, tunc fereretur ad ortum, & esset in ortu. Præterea tunc moueretur ad ortum ab eo in quo non esset. Dicendum in circulari nullũ esse punctum quod non sit principium & finis, ideo non est absurdum solem moueri ad ortum, & esse in ortu, quia punctus ille est naturaliter finis & principium. mouebitur enim ab illo ut est principium & in illud, ut est finis. Pręterea in motu circulari sol potest moueri ab eo in quo est, ut ab ortu in quo est, non mouebitur ab eo in quo nõ est, at in recto hęc sunt absurda quia ibi est punctus naturaliter finis, & pun-
M ctus naturaliter principium. Hæc sunt supplenda. Auer. uigorat rationem primam Aristote. hunc in modum. supponit enim semper in motu esse deperditionem termini à quo, & acquisitionem termini ad quem. Ex hoc arguit. si mobile motu uno reflexo moueretur, tunc eundem terminum cõtinuo deperderet & eundem continuo acquireret, quod est impossibile. cum acquisitio & deperditio respectu eiusdem sint rationes contrariæ. Et si quæratur absolutè utrum in motu recto deperditio sit in eadem parte in qua est acquisitio, an in aliam. uidetur respondere Auer. ꝙ sic. quando, uidelicet terminus non est unus qui est à quo, & ad quem. in motu enim recto inter contrarios terminos facto eadem pars mobilis est quæ deperdit & acquirit. ait tamen ꝙ hęc pars non est permanens, & terminata, quoniã continuo subiicitur aliis atq; aliis deperditionibus & acquisitionibus. Sic igitur patet. ꝙ acquisitio & deperditio respectu diuersorum terminorum sunt de facto in eadem parte, N respectu eiusdem termini non est possibile. ipse tamen ait sic, & utrunq; illorum est in parte transmutati alia à parte in qua est reliquum, sed sunt non determinata in se, nec quo ad nos. quasi dicat. ꝙ licet idem mobile numero acquirat & deperdat respectu diuersorum terminorum, non tamen secundum eandem partem determinate, sed secundum diuersas indeterminate, non secundum unam determinate, quia non permanenter, cum continuo sit alia atq; alia. Secundum diuersas quatenus mobile secundum unã partem est in termino à quo, & secundum aliam in termino ad quem. igitur secundum eandem, & secundum diuersas. Secundum eandem ratione habita ad mobile. secundum diuersas ratione habita ad terminos, penes quos mobile tenet unam partem ad unum, & aliam ad alium. Vlterius dicit ꝙ rationes dicendæ sunt logicę, quia utuntur propositionibus communibus pluribus scientiis. dicitur O enim ratio logica multifariam, aut quia per instrumentum logicę. & sic omnis ratio est logica. nam omnis est, aut enthymema, aut exemplum, aut inductio, aut syllogismus ad id genus, quæ instrumenta sunt logicæ. Aut dicitur, quia est ex propositionibus communibus multis scientiis, ut hæ rationes. hæ enim utuntur illa, opposita non possunt esse in eodem, & illa. transmutabile est in potentia ad terminum ad quem, quæ etiam est communis. Tertio potest addi ꝙ dicitur logica, quia per regulas logicæ, ut quando à diuisis ad coniuncta, quando à parte ad totum, & in aliis id genus. Quarto dici potest logica, quia per extranea non conuenientia pluribus scientiis, sed extranea à scientia in qua fit ratio, aut quinto, quia per probabilia, & famosa. Ad propositum hęc ratio dicitur logica, quia utitur propositio-
P nibus communibus. illa propria, quia utebatur propriis propositionibus. Vlterius Auer. glossat propositionem Aristote. erat enim ꝙ omne motum continue peruenit ad ultimum terminum, ait esse intelligendum in motu naturali, & in motu animali, in utroq; enim mobile intendit terminum ad quem, & in utroq; uenit ad illum, nisi impediatur, naturale quidem ab aliquo uiolentante. Animal uerò à nouo proposito, uel aliquo uiolentante uel fortius concitante. propterea addit nisi impediatur. nam impedita non perueniunt ad terminum primo constitutum. Hæc in commento sunt. Animaduerte (ut prius diximus) ꝙ motus reflexi non possunt continuari ut Aristote. dicit omni impedimento deducto (ut Aristote, inquit) nisi aliquid prohibeat. ergo ratione prohibentis potest secundus continuari primo, ut in casu de faba obuiante molari. Primus enim motus potest esse naturalis sursum. ut si moueretur portio ignis, per accidens autem ratione prohibentis secundus poterit priori continuari etiam (ut Auer. dicit) si uterq; est uiolentus accessus & recessus possunt esse continui à uiolentãte, ut de faba obuiante molari. Ex his sequitur aliquid posse moueri motibus contrariis altero per se, altero ratione
Q uiolentantis. similiter idem potest contrariis motibus moueri utroque uiolenter. Præterea per accidens potest aliqd moueri ab eo in quo non est, utpote ratione prohibentis, ut patet.

An cuiuslibet rei permanentis sit dabile primũ instans sui esse & nõ ultimũ, & cuiuslibet rei successiue sit dabile primũ & ultimũ instans sui non esse. Vide Ican. de magist. q. 6. huius. Vide etiã Bur. q. 69. huius.

RECO.

Vis rationis est hæc, ponatur d, moueri ab a, in c, & ab ipso c, iterum in a, uel in c, quiescit, uel nõ. Si quiescit, ergo motus reflexus non est unus & continuus. si autem in c, non quiescit, igitur d, mobile quod mouetur ab a, in c, & motu continuo a, c, iterum in a, mouebitur duobus motibus cõtrariis. Quod uerò ad uerba attinet, Aristoteles ponendo suppositionem, addit, si a, nullo prohibetur, & hoc propter casum de faba occurrente sibi molari. & sic Aristoteles soluit argumentum iuniorũ de faba. nam per accidens idem mobile ut faba potest moueri contrariis motibus, & sic motus reflexus per accidens potest esse unus, continuusq́;, quoniam non ratione eius, quod mouetur, sed per accidens ratione molaris descendentis. faba enim per se mouetur sursum. per accidens uerò ratione occursus molę deorsum. & sic simul sursum & deorsum

A sum motu continuo, & uno, sursum quidem per se, deorsum uero per accidens ratione prohibentis. At ubi nō fuerit prohibens, motus reflexus non poterit esse unus, quoniam tunc aliquid per se moueretur duobus motibus contrariis, simul autem & ex hoc mutatur in quo non est.

Contra quoniam eodem modo argumentabor de motu circulari. mouetur enim sol ab ortu in occasum, & continuo motu redit in ortum, igitur potest moueri ab eo in quo non est, quoniam uel mouetur ab ortu in quo est, redeundo in ortum, uel ab occasu, in quo non est, non ab ortu, quoniam in eo est, & sic non mouebitur in ortum. habitis enim præsentibus cessat motus, Si ab occasu, igitur mouebitur ab eo in quo non est. dicendum aliter esse in rectis, & in circularibus. & ideo pro solutione supponenda sunt duo primum ꝙ motus circularis facti in diuersis li neis non sint oppositi, ut motus solis ab ortu in occasum per lineam medii cœli, & ab occasu in ortum per lineam

B mediæ noctis. Sed motus ab ortu in occasum per lineam medii cœli & ab occasu in ortum per eandem sunt oppositi, nam tales motus sunt recti, facti tñ in lineis circularibus. Secundo suppono aliter esse de motu circulari, & aliter de recto, nam de natura motus circularis est, ut idem sit principium, & finis, quoniam habetur uerū terminum naturaliter, cum nullus sit terminus nullum etiam principium. At de natura motus recti naturalis, uel animalis est ut terminus à quo, sit oppositus termino ad quem, ut patet in omnibus: tunc dicendum ꝙ istæ duæ non ualent cōtra motum circularem, quoniam in illo uerum est aliquid moueri in eum punctū, in quo est, non enim in motu circulari uerum est ꝙ habitibus præsentibus in materia, cesset motus, cum de natura sua sit ut copulet principium fini. In recto autem hęc sunt impossibilia, quoniam de ratione sua est, ut terminus à quo, & terminus ad quem sint oppositi, & sic cessat prima ratio. cessat etiam secūda, quoniam sol non mouetur ab eo in quo non est, sed ab ortu in quo est, & redit in ortum. At in recto oportet, quoniam in recto habitibus præsentibus cessat motus, & si motu re-

C cto nihil potest moueri ab eo, in quo est.

Tex. 71. Præterea ex iis etiam magis uniuersaliter de omni motu idem patebit. Nam si omne quod mouetur, motuum dictorū, aliquo mouetur, etiam qđ quiescit, aliqua quiete ex iis quæ illis opponuntur quiescit. nullus enim alius pręter hos erat motus. id autem quod non semper hoc motu mouetur, (eorum motuum dico qui spē differunt) modo nō sit pars totius, necesse est, ut opposita quiete prius quiescat. Est enim quies priuatio motus.

Expositio. Secundo ad idem arguit, & supponit duo (ut mihi uidetur.) primum. ꝙ omne quod mouetur, aliquo motuum definitorum in quinto necesse est moueri. ut generatione, aut

D auctione, aut alteratione, aut latione, & hoc propterea, ꝗa nō sunt plures motus siue mutationis species, quàm illę in quinto enumeratæ, cum ad quatuor tantum prædicamēta sit motus siue mutatio, etiam quod quiescit, necesse est ut quiescat aliqua quiete opposita alicui illorum motuum ut uel quiete opposita lationi, aut auctioni, aut alicui id genus huius ratio est, quia nullus alius est motus præter illos, nulla quoq; quies. Secunda suppositio est quod omne quod non mouetur aliquo horum motuum enumeratorum in quinto, necesse est ut quiescat aliqua quiete opposita ei motui, quo est aptum moueri, ut alterabile si non actu altera-

Dubiū. 1. tur, necesse est quiescat quiete opposita alterationi, & augmentabile si non augetur, etiam quiescat quiete opposita, quiete opposita auctioni, & in alijs id genus similiter. Sed

Secunda. contra secundam suppositionem dupliciter est instare. Primo, quia hippocentaurus non mouetur motu locali, & tamen non quiescit à latione, cū non sit. Secundo sit unus motus alterationis albatio, cuius una medietas sit a, b, & alia b, c. Tunc arguo m, mobile non mouetur secunda par


E te albationis, uidelicet b, c, dato ꝙ incipiat moueri, sed pars albationis est albatio. igitur non mouetur albatione, & tamen non propter hoc uerum est m, quiescere ab albatione, quia posui ipsum moueri parte prima albationis a, b, Ad

Solutio. has obiectiones respondetur. prima tollitur, quia Aristote. supponit cōstantiam subiecti. ut uidelicet mobile sit. secundam soluit per id quod subdit dicens. modo non sit pars totius. & ita bene concedo m, non moueri b, c, parte albationis, & tamen non quiescit ab albatione, quia mouetur prima albationis parte. Est igitur suppositio secūda. quicquid non mouetur aliquo toto motu illorū, nec aliqua parte illius. quiescit quiete opposita alicui motui illorum. quic-

An generatio mēsuret tpe uel instanti. Vide Egi. te. 70. huius. quid sit illa ratio nulla est, nam bene concedo m, non moueri b, c, parte albationis, non tamen concederem m, non moueri aliqua parte albationis, ut Sorticolæ etiam sentiūt. Debes scire ꝙ hæc ratio facienda appellatur uniuersalior, quoniam prior fuit de motu locali. hæc est communis om-

F ni speciei motus.

Si igitur hæc ita sint, & motus quidem recti contrarii sunt, neq; etiam contingat ut aliquid motibus contrariis simul moueatur, id quod ab a, fertur in c, non ex c, quoq; simul fertur ad a, atq; cum non simul utrisque feratur motibus, & mouetur dicto motu ex a, in c, prius in ipso c, quiescat necesse est. hęc enim est illa quies quę opponitur ei motui quo pergitur ex c, ad a. Ex iis igitur perspicuū est non esse hunc motum continuum.



Expositio. His suppositis, ulterius ponit tertiam suppositionem, ꝙ nihil potest in eodem tempore moueri motibus contrariis, utpote sursum & deorsum in simul. huic addatur minor, sed motus ex a, deorsum in c. sursum, & econtra ex c, in a, sunt cōtrarii. igitur ipsum d, non potest simul iis motibus contrariis moueri eodem tempore. & hoc inquit. Si igitur hæc ita sint, & motus, quidem recti contrarii sunt, neque etiam contingit, ut idem motibus contrariis simul moueatur. ex iis sequitur hęc tertia suppositio, uidelicet ꝙ id quod ab a, fertur in c, non ex c, quoq; simul fertur ad a, hoc est tertia. Ex iis potest intentum enthymematice inferri hunc in modum, atq; cum non simul utrisq; feratur motibus, & mouetur dicto motu uidelicet ex a, in c, prius in ipso c,

H

Dubiū. quiescat necesse est. Sed dices contra Aristote. consequentiam non ualere. nam cauillator concedet ipsum d, anteq; moueatur in a, quieuisse, sed non in c, sed in spatio medio inter a, & c, quia non est inconueniens aliquid moueri & quiescere simul & semel. ut d, quiescit cum mouetur sursum uersus c, quiete opposita motui facto ex c, in a, & mouetur motu ex a, in c, & sic non sequitur ipsum quiescere in c, sed in c, uel in spatio ante c, quod etiam tunc moueba

Rāsio. tur. Ad hunc cauillum refellendum subdit, hæc enim est illa quies quæ opponitur ei motui quo pergitur ex c, in a, in quibus uerbis dat intelligere quòd ipse loquitur de quiete in termino a, quo. hoc enim opponitur motui, ut priuatio habitui. modo terminus a quo secundi motus est in c, igi

Syll's. tur debet quiescere in c, anteq̄ feratur ad a, per secundam principalem suppositionem. Ex iis potest syllogismus formari sic. Omne quod mouetur ad aliquid prius quieuit in

I termino à quo contrapofito illi termino,fed d,mouetur ad a,igitur quieuit in termino contrapofito ipfi a,& fic in c,ipfo quod ipfi a contraponitur,& per hęc patet ꝙ non omnes hæ fuppofitiones funt utiles ad fyllogifmum, fed bene ad cauillos poffibiles fieri contra rationem. prima enim fuppofitio uidelicet ꝙ non fint plures motus illis traditis in quinto facta eft, quia aliquis poteft concedere nullum motum reflexum effe unum & continuum de his motibus dictis in quinto. fed eft alius adhuc motus, qui eft reflexus & continuus, de quo non ualet ratio, ideo Ariftoteles ad hoc fuppofuit nullum effe motum alium preter illos. fecũda fuppofitio fuit maior noftri fyllogifmi, ut patet. tertia fuppofitio, ꝙ nihil idem mouetur ex a, in c, & ex c, in a, fimul & femel, etiam facta eft propter cauillos. nam aliquis poffet cauillando dicere idem poffe illis motibus moueri, contra hoc accepit ꝙ nihil motibus contrariis mouetur.

K Hæc funt quæ mihi uidentur circa literæ expofitionem. Auer. autem parum de ferie textus curans rationem reducit ad duas propofitiones. prima eft. quicquid mouetur aliquo motu dictorum in quinto. neceffe eft ut moueatur à quiete oppofita illi motui. hoc eft neceffe eft ut prius quieuerit in termino à quo termino ad quem mouetur contrapofito. fecunda omne quod mouetur duobus motibus oppofitis neceffe eft ut fingulariter & feorfum moueatur non fimul & femel in eodem tempore. Ex iis fequitur ut omne motum quod duobus oppofitis motibus mouetur, neceffe eft ut utroque motu moueatur quiete quadam intercepta, quæ confequentia qua ratione ualeat, ex textu conftat. Secundo declarat differentiam inter hanc rationem, & rationem pauloante factam. & uult ꝙ conueniant & differunt, conueniunt quidem in ea propofitione quę dicit impoffibile effe duos contrarios motus effe fimul in eodem. differunt uerò quo ad modum deductionis, nam prima inferebant, fi motus reflexus eft unus. igitur contrarii motus in eodem. Secunda facit oppofito modo. fi non poffunt eẽ con

L trarii motus in fimul. igitur quod mouetur oportet, ut fingulariter & feorfum moueatur quiete intercepta. hæc eft differentia, & conuenientia. Vlterius Auer. illam propofitionem nihil mouetur motibus differentibus fpecie intelligit, quando unus motus non eft alterius finis, ueluti eft illuminatio domus quæ fequitur motum candelæ. De hac dictum eft commento. 62.

Tex. 72. Adhuc autem & hæc ratio magis dictis propria erit. Simul enim corruptum eft non album, & album eft genitum. fi igitur alteratio qua itur in album ex non albo, atque ex albo ad non album cõtinua fit: nulloq; tempore quies interfit fimul corruptum eft non album, & factum eft album, & factum eft non album. horum enim trium idem eft tempus.


Non album.	Album.
A	B

M

Expofitio. Tertio arguit etiã per impoffibile fic. fi motᵘ reflexus eft unus atq; continuus. igitur fimul aliquid eft corruptum in non albo, & factum non album. Vbi debes fcire ꝙ tria funt. corrumpi non album, fieri album, fieri non album, quibus fi addatur quartum uidelicet corrumpi album, effe poffunt fex coniugationes.

Quarum duæ claræ conftant, ut corrumpi album fieri non album, & corrumpi non album, & fieri album. Ex hoc arguo ubi alteratio ex a, in b, effet una & continua cum alteratione ex b, in a, tunc fimul effent tria. uidelicet corrumpi album, fieri album, & fieri non album. quorũ duo funt oppofita & incompoffibilia uidelicet fieri album & corrumpi album. tertium etiam eft incompoffibile, licet non

N



O

directe. confequentia patet. nam fi alteratio ex a, in b, fit corrumpi non album, & alteratio ex b, in c, eft fieri non album, & hic motus eft unus, & continuus. igitur fimul & femel d, mobile alteraretur corruptione non albi, & generatione non albi, quæ funt incompoffibilia. Sed dubitabis forfitan dicendo ꝙ d, nigrum in prima parte temporis corrumpitur in non albo & fua nigredine in fecũda parte temporis fit non album, & generatur in fua nigredine. Modo hæc non funt incompoffibilia fecundum diuerfas temporis partes. Huic dici poteft ꝙ Ariftote. fupponit unũ commune omnibus rationibus ꝙ quicqd mouetur ad aliquid ꝗ cito incipit moueri ad illud, tam cito mouetur motu denominato ab illo, ut quicquid incipit moueri ad album incipit albari. Ex hoc arguitur d, mobile incipit moueri ex a, in b, igitur mouetur corruptione non albi ponendo ꝙ motus ille fit corruptio non albi. Amplius d, mobile incipit moueri motu ex b, in a, quando incipit moueri ex a, in b, quoniam per te unus eft motus continuus, qui eft ex a, in b, cum eo qui eft ex b, in a, & ita quicquid incipit moueri uno illorum incipit moueri alio. quare pro tunc cum d, mouetur motu ex a, in b, hoc eft corruptione non albi, mouebitur etiam motu ex b, in a, qui eft per cafum generatio nõ albi, & ita fimul & femel erit d. motum generatione non albi, & corruptione non albi, & ita cum eft non album mouebitur, corruptione non albi, & generatione nõ albi: & cum eft albũ mouebitur generatione albi & gñatione nõ albi.

Dubõ. Solutio. P An generatio fit idẽ qđ motus. Vide Egi. t. 70. huius

A	D	Corruptio non albi.		B
A		Generatio non albi	D	B

Q

Expofitio. Syllõ. Ex iis poteft componi fyllogifmus fic. quicquid mouetur aliqua parte alicuius motus continui & unius, mouetur toto illo motu. ipfum d. mouetur a. b. motu qui eft pars totiᵘ motus a. b. b. a. igitur fimul & femel mouebitur motu a. b. b. a. Et cum a. b. fit corruptio non albi. & b. a. generatio nõ albi. igitur d, mouetur fimul & femel corruptione non albi & generatione non albi. & fic patet ratio Ariftote. quã non intelligunt iuniores. Quod uero ad uerba attinet fcias grecum codicem effe mancum.

Præterea non fi tempus continuus fit, motus etiã continuus erit, fed deincepitius. quo nanq; modo contrariorum motuum ut dealbationis & denigrationis idem erit finis.

Soluit

A Expositio Soluit cauillum, nam duorum motuum potest esse idem tempus, ut dealbationis & denigrationis, uidelicet hora uel dies. igitur denigratio & albatio sunt unus motus. Respondet negando consequentiã, potest enim esse idem tempus duorum motuum, & tamen illi motus unus non erunt, ut albationis & denigrationis diuersorum mobilium. Nam albationis & denigrationis non potest esse unus finis, igitur nec possunt esse motus unus, cum unitas motus ab unitate finis accipiatur quinto huius. & ita possunt esse attigui, non tamen unus.

generatio albi
D nigri
A corruptio non albi B
generatio non albi
nigri. D
corruptio albi.

B RECO. Et si hæc ratio satis pulcrè in commentariis sit exposita: tamen pro declaratione dilucidiori, animaduerte, ꝙ Aristoteles per corruptionem nõ albi intelligit corruptionem nigri, nigrum enim est non album: & sic per corruptionẽ non albi, intelligit corruptionem nigri: ergo corruptio nõ albi est generatio albi, quoniam corruptio nigri est generatio albi. per generationem uero non albi, intelligit generationem nigri propter eandem causam, & intelligit etiam corruptionem albi. non enim potest nigrum generari, quin album corrumpatur. his expositis, Aristoteles ponit casum ꝙ d, mobile moueatur corruptione non albi in c, terminum ad quem, hoc est corruptione nigri, quæ nihil aliud est ꝙ̃ generatio albi. & sic ponit casum d. moueri ex a, in c, generatione albi, deinde moueri ex c, in a, generatione non albi, hoc est generatione nigri, quæ nihil aliud est q̃ corruptio albi. Quare ponit casum d. moueri ex c, in a, corruptione albi. casu stanti quærit utrum in c, quiescat, uel non, si quiescit, non ergo motus reflexus ex a, in c, & ex c, in a, est continuus. Si uerò nõ quiescit in c, Sed C motu uno, atꝗ continuo mouetur d, ex a, in c, & ex c, in a, ergo d, simul mouebitur corruptione non albi, hoc est generatione albi, & generatione non albi, hoc est corruptione albi. Quare idem d, mouebitur quatuor motibus, qui sunt duo oppositi tantum, uidelicet generatione albi, & corruptione albi: uel quod idem est corruptione non albi: & generatione non albi. unde dicit, { amplius autem & hęc ratio magis propria est iis quæ dicta sunt } de generatione, & corruptione, tunc supponit id quod dictum est uidelicet ꝙ idem sit corruptum esse non album, & genitum esse album, quoniam non album est nigrum, & sic idem est corruptum esse nigrum, & genitum esse album: & e conuerso idem est generatum esse non album, & corruptum esse album, quoniam non album est nigrum: & dicit { simul enim corruptum est non album } hoc est nigrum, { & factum est album. } hac suppositione stanti, D argumentatur: { si igitur continua est alteratio ad albũ: } quod est in c, ex non albo hoc est ex nigro, { & ex albo } in a, non album, hoc est nigrum, { & non manet } d, in c, albo { aliquo tempore: simul corruptum est non albũ } hoc est nigrum, & subaudi factum est album, { et } etiã { factum est non album, } hoc est corruptum album, { trium enim erit idem tempus } & per tria intelligit corruptum esse non album, & factum esse album, & factum esse non album: & non solum trium erit idem tempus sed quatuor, quoniam simul corruptum est nõ album idest nigrum, & factum est album, & factum est non albũ idest nigrum, & corruptum est album. quæ ideo sunt absurda, quoniam sequitur d, moueri duobus motibus cõtrariis in simul. s. generatione albi, & corruptione albi, & corruptione nigri, & generatione nigri.

Tex.73. At motus qui per orbem fit unus atꝗ continuus erit, cũ nullum imposibile accidat. id enim quod ex a, mouetur simul mouebitur ad ipsum a, eadem appetitione. Ad quod nanque peruenit, in id etiam B mouetur, sed non simul contrariis motibus mouetur, neq; oppositis. non enim omnis motus quo ex hoc itur, contrarius aut oppositus est ei quo itur ad hoc, sed contrarius quidem est rectus, cui quidem is contrarius est, qui est secũdum locum, ceu is qui per diametrum fit. distat enim plurimum. oppositus autem est qui fit per eãdem longitudinem, nihil prohibet ut talis motus continuus sit, nulloꝗ tempore deficiens.

Ex iis concludit ꝙ solus motus circularis est perpetuus & Expositio. continuus. Quod hac ratione patet. nam est aliquis motus F continuus & perpetuus. ut est demonstratum. & ille non potest esse alteratio, nec generatio, nec auctio, nec latio recta. igitur est circũlatio. hoc tamen persuadet, quia hoc posito non sequuntur impossibilia deducta in motu recto. nõ enim sequitur idem moueri motibus contrariis, cum in circulo nulla sit contrarietas. propriè enim contrarius & oppositus est rectus recto, uidelicet quando fiunt & sunt secũdum eandem diametrum. sic igitur merito distantię nõ potest esse in orbiculari motu contrarietas.


An motus circularis sit unus & continuus. Vide Egi. hic.

Insuper etiam qui quidem orbicularis motus est, is ab eodem est in idem. at rectus ab uno in aliud.

Secundo ꝙ in orbiculari non sit contrarietas persuadet secundo ratione terminorum, nam orbicularis est ab eodem seipsum in seipsum. at rectus ẽ ab uno siue à seipso in aliud. Expositio.

Etiam qui in orbe fit, nunquam fit in eisdem. rectus uerò persępe in eisdem agitatur. is igitur motus qui semper in alio atque alio fit, continue fieri potest. qui autem in eisdem persępe fit, non potest. Nam moueri contrariis motibus simul necesse eẽ.

Tertia uia mediorum idem syllogizat sic. omnis motus Expositio. qui semper in alio atꝗ alio fit medio, perpetuus eẽ potest: qui uerò in eodem & per idem medium, esse non potest G perpetuus & continuus, sed motus in orbe fit in alio atque alio medio. rectus uerò in eodem medio. igitur orbicularis esse potest perpetuus, rectus nõ. Quòd uerò q per idem medium fit, nõ possit esse perpetuus, eo patet, quia non potest esse nisi reflexus, quem demõstrauit nõ esse perpetuũ. per hoc, quia aliter motibus contrariis idem simul moueretur. rectus enim si debeat esse perpetuus, oportet ut per idem interuallum reflectatur, & propterea esse non potest perpetuum orbicularis per alia proficiscitur media. si quidem unus secũdum unam partem uergat ad unam semicirculi partem, alius ad aliam. & cum non fiat per eandem uiam. ideo nõ est reflexus, & per consequẽs potest esse perpetuus. Huius exemplum est sol in d. pũcto constitutus mouetur ab ipso d. ortu per culmen meridiei in a, & occasum in b, medium imum c, demum rediẽs in a, diceretur autem per idem medium redire, si ab ipso d. rediret in c, & inde in b, & inde in a, demum in d. hac enim ratione fieret per idem medium, & hac ratione esse nõ potest cotinuus & perpetuus, quoniam est reflexus, & in puncto reflexionis per antedicta. oportet esse quietem. uniuersaliter enim dictum est inter omnes motus reflexos tam orbiculares, ꝙ̃ rectos esse discontinuationem. Ex iis patet ueritatem rationis Aristo. omnino. H



I Quare fieri nequit, aut ut in semicirculo quicq̃, aut in alia ulla circunferentia continue moueatur. sepe enim per eadem moueri, contrariis mutationibus mutari necesse erit. nõ enim principio finis ibi coniungitur, in circulo uerò coniungitur. igitur hic solus est perfectus.

Expositio Ex iis infert nullum alium motum esse perfectum nisi orbicularem. & syllogismus, est omnis ille motus qui principio finem cõiungit, est perfectus. solus circularis principio finem copulat quare hic solus perfectus erit. minor patet, quia motus factus in recto spatio, aut in semicirculo, si debet esse perpetuus, debet esse reflexus, & sic accidit idem moueri per eadem media contrariis motibus, & ita nullus illorum copulat principio finem. Ex commento colliguntur quatuor. primum q̃ non solum est de facto circũlatio perpetua & continua, sed de possibili. Vnde dici potest q̃ est de inesse, necessario inesse, & possibili inesse. de inesse quidem, quia declaratum est de inesse aliquem motum eẽ perpetuum & cõtinuum, & hic esse nõ potest generatio, nec alteratio, nec auctio, nec latio recta, restat ut de inesse sit circũlatio. De necessario uerò inesse, si debeat generatio & corruptio esse perpetua. de possibili inesse ut Auer. ait, quia possibile est illud quo posito inesse nõ accidit impossibile, modo Aris. in litera declarat q̃ posito motu circulari perpetuo, nullum emergit impossibile. hoc est primum. secundum est causa quare motus recti naturales facti reflexe sunt contrarii, & ad hoc assignat duas rationes, naturalem quidem, quoniam loca è quibus, & ad quæ sunt naturaliter contraria, ut sursum & deorsum loca. mathematicam uerò, quia contraria sunt quæ maxime distant. 10. metaphy. talis autem distantia ut declarant mathematici est secundum lineam rectam, & nõ secũdum circularem, quod nunc debet supponi. quare motus recti facti de cõtrariis terminis in contrarios terminos nõ sunt perpetui. tertiũ est solutio dubii, potest aliquis cauillare contra Aristote. uidetur enim in sphæra reperiri maxima distantia, quoniam de ratione sphere est centrum, & circũferentia, cum per hæc describatur ab Euclide, sed centrum maxime distat à circunferẽtia. igitur potest in sphæra fieri motus inter terminos oppositos. Auer. innuit rñsionẽ, quia non indiget hac cõsideratione ad propositũ, cũ loquat in motu & respectu motus circularis mõ mot⁹ circularis non fit à centro ad circũferentiã nec è contra. Similiter non indiget solutione questionis Zenonis. arguebat enim Zeno sphæram non moueri, quia non mutat locum, & ita uidetur Arist. falsum supponere. inqt. q̃ nec solutionem huius requirit, quia est soluta in. 6. Vltimo declarat differẽtiam inter principium, & finem in motu recto siue spatio recto, & principium & finem in circulo. ait enim q̃ in spatio recto principium & finis differunt subiecto & ratione, cum differunt spẽ, & sint contraria loca, sintq; termini maximæ distãtię. At in circulo differunt sola ratione, sed subiecto idem sunt. Secundo in spatio recto principium & finis sunt inuenti naturaliter, at in circulo nullus est finis naturalis, nullumq; principium naturale. ut Ptolemæus ait in libro apotelesmatum. sed hęc sunt sola nostra acceptione. Hęc sunt in commento.

Quę Auer. cõmẽ. 73. An in circulo reperiat cõtrarium. Vide Egi. hic.

K

L

M Ex hac uerò diuisione perspicuum est etiam nullum cæterorum motuum posse eẽ continuum. in omnibus enim iis per ea media accidit sæpe idem fieri. ut in alteratione per media ipsa, & in motu ad quantitatem per magnitudinem mediam, & in generatione & corruptione similiter.

Expositio Quæ de latione pauloante dixit, ad cęteros motus applicat & probat simili ratione nullum cæterorum esse perpetuum sic. nullus motus qui p eadem media reflectitur esse potest continuus & perpetuus ut fuit dictum. omnis alius motus si debet esse perpetuus per eadem media reflectitur, ut alteratio si debet esse perpetua, per colores medios eosdem in eundo & redeundo procedere debet, auctio p medias magnitudines, generatio per medias easdem dispositiones. igitur nullus cęterorum esse potest perpetuus. N

Nihil enim interest pauca quispiam an multa media constituat, in quibus est mutatio ipsa, & addat medium aliquod an auferat, per eadem enim sepe motum fieri accidit. Tex. 74.

Expositio Sed contra aliquis obiiciet. primo, quia potest aliquid mutari de albo in nigrum per media plura ut per rubrum, pauonaceum fuscum, & alia id genus reddi tamen ad album ex nigro potest nõ per tot media. secundo potest mutari terra in ignem per alia elementa media, ut per aquam & aerẽ. at contra mutari potest ignis in terram immediate secũdo de generatione. igitur non est uerum quod acceptum p eandem uiam ac media eadem semper fieri reciprocationem. Respondet Aris. & uult q̃ omnis reciprocatio fiat, aut per omnia eadem media, aut saltem pauciora, aut aliqua uel aliquod unum. Modo sic est in proposito, licet enim reflexio ex nigro in album non p tot fieret media, sufficit q̃ per aliquid illorum. Secũdo licet ignis reciprocetur in terram per nullum elementorum medium, reciprocatur saltem per easdem dispositiones, ut physici sciunt. O

RECO. Rñ. Aris. supponit duplex medium esse per se. quod uocatur medium transitus, & tale medium transitus in alteratione est terminus ad quem remissus: & terminus a quo diminutus etiã: & in generatione sunt dispositiones mediæ. aliud est medium per accidens quod dicitur medium comparatione, ut rubrum & pauonaceum, & id genus, & in generatione ignis ex terra sunt elementa media. Tunc uult Aristo. q̃ loquendo de medio per accidens nõ refert per plura aut pauciora aut per nullum aut per eadẽ aut non eadem reflecti at loquendo de medio transitus, semper est idem medium.

P Ex iis igitur perspicuum est nequaquã recte sensisse naturales, qui uniuersa sensilia semper moueri inquiũt. nam motuum dictorum aliquo moueri, potissimumq; secundum illos quibus contingit alterari, necesse est. fluere enim semper ac imminui aiunt illa. pręterea generationem ac corruptionem alterationem eẽ dicunt. at ratio nostra præsens generatim de omni motu dixit, nullo quicquam motu prorsus præter circũlationem moueri posse, ut nec alteratione, nec auctione. quod igiẽ nulla mutatio una sit atq; continua nisi circũlatio, sint nobis tot dicta.

Expositio Ex iis refellit Heracliti & Cratilli positionem, qui omnia cõtinuo fluere minuiq; contendebant. hi enim sensilia omnia semper aliquo dictorum motuum moueri, potissimum alteratione qua cuncta fluere uidentur dixerũt, addentes generationem & corruptionem ab alteratione non differre. hoc autem pro tanto falsum esse patet, quia præsens nostra ratio declarat nihil perpetuo aliquo motuum posse moueri nisi circũlatione. Hęc de perpetuitate circũlationis satis. Auer. narrat primo argumentum quo Heraclitus & Cratillus mouebantur dicere omnia continuo fluere. Et ait argumentum esse sumptum à cibo, nisi enim eẽt continua animalis consumptio nulla esset cibi necessitas. Respondet Auer. eos errasse, quia nõ distinxerunt inter mutationem in potẽtia & mutationem in actu. nam licet calor semper possit consumere, non tamen semper consumit, immo quandoque auget, ut in libro de generatione dictum est. Vlterius contradicit loquentibus suæ legis. nam illi conueniũt cum antiquis, eo quia aiunt nullum accidens idem numero esse mane & sero, queadmodũ medici dicũt de sanitate. Contra quos ait eos errasse, nam licet recte dicant quo ad conclusionem, non quo ad rationem, qua illud dicere mouentur, naturales enim mouentur argumento sensibili accepto à cibo, at illi mouentur fundamento facti: hoc est ratione Q

Quę Auer. com. 74.

A tione ea:quia uniuersum est factum: & à deo dependens, modo uolunt q dependentia sit alia atque alia semper. Hæc Auerro.

GRECO. Aristo.respondet id materiam Argumenti Heracliti,& Cratilli bene,nõ tamen ad formam, quoniam postquam animalia orta sunt semper alterantur, cum semper calidũ agat in humidum.dicendum igitur q licet res postq; orte fuerint semper sint in alteratione, non tamen sequitur alterationem esse motum continuum & perpetuum,quoniam licet alteratio tua duret usq; ad finem uitæ, & altetio mea etiam,altera quę incipit,non est illa,nec est aliqua una alteratio unius mobilis perpetua.

Tex.75. Quod autem lationũ circũlatio sit prima: perspicuum erit,omnis enim latio, ut etiam prius diximus:aut orbicularis : aut recta.aut mixta est : sed

B hac quidem ille priores sint:necesse est, siquidem ex illis cõstet,recta uerò orbicularis est prior,quãdo simplex atq; perfecta magis sit.

Expositio. Nunc q circũlatio sit prima declarare proficiscitur,hoc enim à principio accepit.Syllogizat sic,circũlatio est prior latione recta, igitur omniũ prima :nam motus localis est primus cæterorum:q sit prior recto declarat:quia omnis latio,aut est orbicularis : aut recta:aut cõmixta ex his mixtum non potest esse prius simplicibus componentibus,recta non potest esse prior circũlatione,immo circũlatio est prior recto, primo: quia simplicior & perfectior, ut declarabitur postea.

Per rectam quidem enim lineam infinitam nihil potest ferri,non enim hac ratione infinitum reperitur:atq; neq; si esset:aliquid per ipsum moueretur omnino,nam non fit:quod fieri nequit,at transire quippiam infinitum impossibile est,ea autem latio, quę super finita recta linea fit:si reflectatur : com-

C posita erit duoq; motus:si non reflectatur, imperfecta est ac corruptibilis, at imperfecto perfectum corruptibili incorruptibile & natura,& ratione & tempore prius est.

Expositio. Quod autem simplicior & perfectior sit recta latione circũlatio:probat,infinitum & incorruptibile perfectius est finito & corruptibili.Sed latio circularis(ut dictum est)infinita est:recta finita & corruptibilis, igitur circũlatio perfectior,probat minorem,nam si recta latio est infinita:aut est,quia fit super lineam rectam infinitã: aut super rectam finitam per reflexionem,non primum : tum : quia illa nõ datur tertio huius:tum:quia & si daretur : nihil in illa moueretur,nam quod non est possibile fieri:non potest incepisse; si per reflexionem : illa est composita : ut diximus: & ita patet ratio.

D Præterea motus:qui perpetuus esse potest,prior est eo qui perpetuus esse non potest:sed circũlatio potest esse perpetua.Cæterorum autem nullus ut nec localis:nec alius ullus esse põt, statioñe.n. fieri oportet quæ quidé cum est,desinit motus.

Expositio. Secundo arguit idem sic,motus qui potest esse perpetuus est prior eo qui nõ potest esse perpetuus.Sed circũlatio potest,nullus aliorum potest esse perpetuus:cum oporteat stationem interponi,quæ motum desinere facit,igitur circũlatio prior. Auer.autem in commen. declarat tria de textu digna annotatione,primum quot sunt genera motus localis,& uult ut sint tres, rectus purus, circularis purus,& mixtus,huius causam affert à numero magnitudinum per quas fiunt.Nam aut fit super rectam puram:aut super circularem puram,aut mixtã ut curuam,uel gyratiuam,quæ ex recto constant & circulari,secundo colligit propositiones syllogismi,& uult syllogismũ fundari in duabus propositionibus:& componit syllogismum literæ sic:omnia quorum unum est diminutum : alterum perfectum:semper perfectũ est prius diminuto, motus circularis est perfectus:rectus uerò diminutus : igit̃ circularis illo erit prior.tertio soluit dubium,unde uidelicet, ualet,si motus rectus non potest desinere,rectus nõ potest incipere, & nõ ualet in circulari, constat enim circularem non posse desinere:& tamen incipit: & est. Innuit Auer. solutionem,& inquit.Quoniã motus super lineam rectam est ad aliquid terminatum.s.illud ad quod peruenit postq; transiuit magnitudinem super quã mouetur, & si non:tunc motus esset ociosus.Est ergo solutio q in recto terminus ad quem est in spatio naturaliter constitutus naturaliterq; intentus, at in circulo minime,& ideo si in illo non potest desinere mobile moueri:nec incipere potest:nisi esset frustra:eo qa non attingeret finem ob quem naturaliter est : in circulari dato q non desinat:non est frustra: quia ibi nullus est naturalis finis,propterea subdit: tunc ergo necesse est si motus infinitus sit ut compleatur post pertransitionẽ. Et quia

F infinitum pertransiri est impossibile:etiam motus impossibile est ut sit infinitus addit hanc rationem esse fere eandem cum illa sexti.Hæc in commento.

Que Auer. sumẽ. 75.

An motus circularis possit esse infinitus & perpetuus. Vide Iãd. 8.6.huius.

Tex.76. At uerò cum ratione accidit circũlationẽ unum motum esse atq; continuum, & non illam lationẽ quæ super linea recta fit,lationis quidem enim recte,& principium:& finis,& medium definitũ est: & omnia hæc in ipsa habentur:quare unde moueri incipit:ibi etiã desinit.In his enim omnibus terminis quiescit id omne quod mouetur : aut in eo ex quo incipit:aut in eo ad quem accedit, at in circũferentia hic indefinita sunt, cur.n. magis quoduis punctorũ terminus est? Similiter.n. quoduis & principiũ & medium est,ut semper id quod mouetur in principio sit atq; fine,& nunquã.

Expositio. Ea quæ hactenus de perpetuitate circũlationis dixit,nũc ratione,& quasi congruentia persuadet,& iuxta paraphraxem Themistij formo sic syllogismũ, omne id quod semper est in principio : medio & fine:& nũq; est in principio medio & fine. perpetuum est,id quod in orbe rotatur semper est in principio medio & fine:& nunquã in principio medio & fine,igitur est perpetuũ,maior est omnibus manifesta:finitur enim unũquodq; cum est in fine,& tunc nõ in principio,ubi uerò sit in fine:simul atq; in principio,nõ finitur, cum sit in principio, minor in litera patet, quia in orbe orbiculariq; motu nec est punctum aliquod quod sit finis,quin possit esse,& sit principium : nec aliquod quod sit medium,quin sit principium finis & medium.

Sylls.

G

Quocirca orbis ipse mouet & aliquo modo quescit.Nam semper eundé possidet locum:causa autem est,quoniam illa omnia ipsi accidunt centro, etenim principium & medium & finis magnitu-

H dinis est,quo fit ut quia hoc extra circũferentiam est:non est ubi: quod fertur : quiescat:quasi transierit:semper enim circa medium fertur,quod quidem cum ad ultimum non feratur : propterea in eodem manet : semperq; quodãmodo uniuersum quiescit,moueturq; continue.

Expositio. Ex dictis infert ueritatem in parte eius quod Zeno dixit. Zeno enim dicebat sphæram atq; orbẽ non moueri,quia semper eundem obtinet locũ infert modo Aristo. hoc esse in parte uerum, & in parte falsum. Ex ea enim parte qua sphæra est semper in suo fine,uidetur semper quiescere,ex ea uero parte, qua ipsa est semper in suo principio:uidetur semper moueri,sed Arist.aliam addit rationem q illa semper moueatur:& semper quiescat,ait enim orbẽ semper quiescere propterea q nunq; toto orbe locum egreditur. Cur autem simul moueri cœlum & stare dicatur: causam assignat: quia principium & finis rotundorũ proprie suum est centrũ,propter quod(ut mathematici aiũt)aliud

An sit possibile q tota sphæra sm se totã quiescat & sm se totã moueatur. Vide Egidiũ.

I est principium orbis, aliud circūferentię orbis, alius etiam finis orbis: alius finis eiusdem circūferentiæ. Principium quidem orbis centrum est: idem & finis est eiusdem, principium quidem (ut Themist. inquit) quia definitio globi, et rationis eius essentia de cētro & cardine nascitur. nihil. n. aliud est globus circulusue quā æqualis undiq; secus à cētro distantia, finis uerò: quia lineæ à summo curuamine in directum extractæ recipiuntur: & procumbunt omnes in centrum: suntq; ibidem conuixæ. Sic igitur finis & principium orbis totius centrum est, cū omnia ab ipso, in ipsoq; redeant, at principium & finis circūferentiæ: licet non sint naturales, sunt ab institutione quoduis punctum in illa constitutum, ad quod linea à centro ducta terminatur. Ex his potest ratio fieri hunc in modum, omne id quod fertur circa locum: non ad finem, nec ad principiū: sed circa finem: locum & principiū perpetuum est et perpetuo motu mouetur, sed orbis est huiusmodi, ut his modo constat: quare perpetuo mouetur. Auer. in commento utilia quatuor tangit: primum est in quo differt hæc ratio, qua nunc probat perpetuitatem motus circularis, ab ea quam antea dedit, & uult ꝙ prior causa fuit magis probans circulationem esse perpetuam de possibili inesse, hæc de necessario inesse. Amplius ibi dedit causam remotam: quoniam probauit syllogismo ad impossibile, hęc est causa propinqua ut dicetur secundo declarat qualis est hæc demonstratio. Et uult ꝙ sit mixta quasi ex naturali & mathematica, nec hoc est cōtra rationem, quoniam plura dicta in mathematica possunt esse causæ eorum quę dicuntur in naturali, ut etiam in medijs scientijs id euenire dicit: in geometria. n. dictum est ꝙ termini lineæ rectę sunt maxime distantes: & hæc causa quare motus rectus est de loco contrario in locum contrarium. In geometria dicitur etiam ꝙ omnis dimensio recta est finita, & hęc est causa ꝙ motus rectus est finitus. In geometria dicitur ꝙ in circulo omnis punctus potest esse finis principium & mediū, & hęc est causa quare circularis motus est perpetuus, & addit ꝙ hęc causa nō tātum dat esse possibile sed dat esse, & necessario inesse ꝙ motus circularis purus sit ꝑpetuus, tertio reprehēdit quosdam, qui euitantes cauillum Zenonis de motu orbis: dicebant orbem secundum totum non mutare locum: sed bene secundum partes. Auer. ait orbem mutare locum secundum totum & partes: cum partes sint totum ipsum, sed dicitur ꝙ mutant partes & totum locum secundum formam non secundum subiectum, ut sexto huius uisum est. Vltimo quid Aristo. per centrum intelligat exponit, & ponit expositionē Themistij: qui per cētrum intellexit punctum medium orbis mathematice sumptum, & hoc uocat principium (ut diximus in expositione literę) & finem, principium quatenus omnia orbis à cētro proficiscuntur, finem uerò quatenus omnia in ipso desinunt, potest autem intelligi & centrum naturale, & sic est corpus contentum circa quod mouetur: nā omnis orbis in hic duo diuiditur, in centrum, uidelicet sic sumptum & circūferentiā, & tunc finis & principium erit tale centrum ſm mām, non autē secundū rationē, sed de his in litera satis. Hæc in cōmento.

Que Auer. comē. 76.

K

L

M

Accidit autem hoc conuersim: & enim quia mensura motuum circulatio est: ipsam primā esse necesse est esse, ipso enim primo oīa mensurātur, & rursus quia prima est, mensura est cæterorꝫ.

Expositio.

Secundo principaliter idem probat per rationem conuertibilem, uidelicet circulatio est prima, quia omnium aliorum motuum mensura est, omne enim quod mensuratur, aliquo sui generis primo mensuratur. Contra etiam: quia est prima mutationum omnium: ideo cæterorum est mensura. Hæc est ratio conuersiue.

Præterea etiā sola circulatio esset uniformis, nam quę recto mouentur motu: à principio ad finē difformiter feruntur. omnia nāq; quo magis ab eo recedunt in quo quieuerunt: uelocius feruntur, at sola in circulatione neq; principium est, neq; finis suapte natura in ipsa est: sed extra. N

Tertio latio uniformis difformi prior est, circumlatio est uniformis, cum semper quod circūfertur æqualiter se habet ad centrū quod est finis principiū & mediū ad extra Latio recta difformis est, qa uel est uiolenta uel naturalis. si naturalis: in fine augetur. si uiolenta: in fine remittitur.

Expositio. An motus rectus sit iudicādus īperfectus. Vide Gradeū Ascu. lec. 20. huius. RECO.

Hic Aristo. declarat alia ratione ꝙ cœlum, siue sphæra semper moueatur, & simul hoc declarando, etiam declarat quo modo semper quiescit, ut Zeno dixit. differt autem hæc ratio à priori, quoniam prior ratio accipiebatur ex puncto designato in circūferentia: qui est principium, medium, & finis, hæc ratio sumitur ex centro, circa quod fertur sphæra, nam cum centrū punctum sit extra circūferentiam & sit principium medium, et finis motus sphæræ, ideo sphæra semper quiescit, & semper mouetur. uerum punctum in sphæra, est principiū medium & finis in spæra: centrum uerò est principium medium, & finis extra sphæram. O

Quod autem latio sit prima motuum, testantur omnes qui motus mentionem fecerunt. principia enim ipsius his tribuunt: quæ motu istiusmodi mouent. Disgregatio nāq; & congregatio motus in loco sunt. hoc aūt mō cōcordia & discordia mouēt, q̃tenus altera ipsaꝝ segregat, altera cōgregat.

Expositio.

Nunc ꝙ opinioni suæ conueniant omnes positiones antiquorum, qui de motu mētionem fecerunt: probare enititur. omnes enim principia rerum & omnis motionis ea faciunt, quę motus in loco causæ sunt, & primo ab Empe. probari potest hoc, hic enim rerum principia facit concordiam & discordiam, has autem esse rerum causas ait, quatenus cōgregatione & segregatione mouent: modo oēs sciunt cōgregationē & segregationē esse motum in loco.

Anaxagoras quoq; mentem quę prius mouit segregare contendit. P

Secundo idem authoritate Anaxagoræ patet. ipse enim mentem rerum principium facit: hanc uerò res motu: qui segregatio, efficere ait.

Expositio.

Eadem & his sentiunt qui nullam causam dicūt: sed propter uacuum moueri aiunt, hi etenim motu locali naturā moueri inquiunt. Modo motus qui per uacuum fit, latio est atq; ut in loco motus: cæterorum autem motuum nullum primis corporibus inesse: sed his qui ex illis constare putant. augeri namq; & minui, atq; alterari congregatione indiuiduorum corporum, segregationeque illa asserunt.

Expositio.

Tertio idem authoritate Democriti & Leucippi confirmat. Nam hi dicunt duo, primū ꝙ uniuersa natura & omne quod mouetur: in uacuo mouetur, & non nisi latione, secundo primis corporibus ut indiuiduis nullum prębent motū præter localem. atoma enim hoc est indiuidua continuo moueri in uacuo contendunt. corpora uerò ex atomis composita aiunt, alijs quoq; motibus moueri: sed congregatione segregationeq; atomorum: & ita etiam apud hos latio prima habetur. Q

Eadem & hi arbitrantur qui densitudine raritudineue generationem ac corruptionē conficiunt: cōgregatione. n. ac segregatione hæc disponunt.

Expositio.

Quarto idē probat authoritate Epicuri: qui densitudine & raritudine cūcta gñant, q̃tenus congregatione, segregationē res ex illis conficiuntur: ubi constat motum localem eos primum efficere. Nec credas hanc authoritatē esse Epicuri: quia Epicurus fuit post Aristo. sed dicitur esse Epicuri, quatenus illam sequens est Epicurus.

Pręterea ultra hos accedunt his qui animam motus causam faciunt, id enim quod seipsum mouet

A earum rerum quæ mouentur principium inquiunt, animal autem omneq; animans motu in loco seipsum mouet.

Expositio. Quinto authoritate Platonis idem approbat. hic enim omnium rerum principium animam, siue mentem seipsam mouentem secundum locum faciunt: cum omne animal, omneq; animas solo motu in loco feratur.

Insuper etiam id solum propriè moueri dicimus quod motu in loco fertur, nam si quid quiescat quidem in eodem: augeatur autem aut diminuatur: uel alteretur, id aliqua ex parte moueri dicimus: simpliciter auté non moueri: ꝙ igitur semper motus sit eritq; omni in tẽpore: & quid est principiũ sempiterni motus, qs insuper primus sit motus, & quis solus perpetuus esse possit: & quod primum

B mouens immobile sit: dictum est.

Expositio. Vltimo per testimonium plebis & omnium uulgarium rem suam probat. Vulgares enim solũ rem moueri & propriè asserunt: quotiens loco mouetur. unde si res eodem in loco quiescat, & augeatur uel alteretur: proculdubio eam moueri non assererent, quia lationẽ solam cognoscunt: & eam existimant solam. Deinde epilogat, & omnia translatione perspicua sunt. Auer. autem hęc testimonio omniũ sumit motum dici analogice de latione & cæteris: & cum illud quod est alio prius sit causa alterius: ideo uult motum dici per prius de latione tanꝗ de causa cæterorum. Hæc sunt quæ habentur de motus perpetuitate & primitate. (Quę Auer. tõmé. 72.)

Dub. Sed hic est una contradictio, nam Auerro. 12. meta. com. 41. asserit de poßibus nõ esse, qđ solus ipse motus localis est ęternus. Ex hoc habetur ꝙ motus cœli suapte natura est possibilis non esse: ait tamen ꝙ à motore perpetuo efficitur æternus. hic autem ait ꝙ nullus motus sua natura est aptus esse ꝑpetuus nisi localis, & de locali ipsa circũlatio: igitur sua natura est motus perpetuus, & ita uidetur contra

Secunda dubitatio. dictio. Secundo dubitant, nam ponatur sphæricũ quod-

C dam corpus infra hunc mundum in sphæra, uidelicet actiuorum & passiuorum, & incipiat moueri circulariter, constat ꝙ hic sunt omnia quæ sunt in cœlo. primo hic est centrum quod semper est medium finis & principium. secundo nullus est punctus naturalis, qui sit finis: quin possit esse principium, & medium, & ita sequitur talem motũ esse

Solutio. perpetuum. Ad primum dici potest ꝙ differentia est (ut dixit Arist.) inter circũlationem, & cæteros motus. Nam circũlatio licet possit non esse: etiam potest perpetuo esse: cæteri uerò ęqualiter possunt esse & nõ esse, & nullus eorum ꝑpetuo esse, & sic hæc stant simul: suapte natura, nãq; est possibile utrunq;. Ad secundum quidã dicunt ꝙ motus ille sua natura etiam potest esse perpetuus, ueluti motus cœli non autem est perpetuus, quia non habet motorem perpetuum. Vel dici potest ꝙ non potest esse perpe-

D tuus, quoniam non est purè circularis, componitur enim ex ascensu quarundam partium & descensu aliarũ: & sic etiam à motore perpetuo non posset perpetuari: nisi uiolentum posset esse perpetuum.

RECO. Hic Aristoteles authoritate omnium, qui de motu fecerunt mentionem, probat, lationem, siue localem motum esse primum, quoniam primus motus est, quo primus motor, atq; primum principium mouet generando & corrumpendo cætera. Sed motus localis est motus, quo primus motor, siue primum principium mouet generando & corrumpendo cætera: igitur est primus motus. Minor probatur inducendo omnes opiniones ueterum: qui de rerum principijs loquentes, omnes dixerunt illa esse prima principia, inquantum mouent locali ipso motu, & dixit apud omnes, qui de motu mentionem fecerunt, quoniam excludit Parme. & Melissum, qui non dicuntur naturales.

Tex. 78. Quod autem hoc impers necessario sit: nullamq; magnitudinem habens, nunc dicamus: prius determinatis his: quæ rem hanc antecedunt: quorũ quidem unum est, nullum finitũ mouere posse quicquam tẽpore infinito. tria nãq; sunt: id quod mouetur: id quod mouet, & tertium ipsum tempus: atq; aut hęc omnia infinita sunt, aut omnia finita: aut horum aliqua ut duo aut unum. (E Quod indiuisibilis prim⁹ motor.)

Expositio. Hactenus conclusit esse principium motus perpetui sempiternum, & perpetuum, nunc quale sit uult disputare, & proponit probare ipsum esse impers nullam magnitudinẽ habens: ante tamen ꝙ rem ipsam concludat, proponit nullum finitum posse aliquid mouere finitum tempore infinito, ut uerò conclusio hæc intelligatur accipit in omni motu esse tria, id quod mouetur, id quod mouet, & tertium tempus, propterea oportet dicere aut hæc omnia esse paria quo ad infinitudinẽ ut omnia sint pariter infinita, aut quo ad infinitudinem, ut omnia sint pariter finita. Aut ut aliqua sint paria duo uel unũ dispar, uult igitur primo probare ꝙ non possunt esse mouens & mobile finita, & tempus infinitum, hæc est conclusio, & conclusionis expositio crassa, donec disputetur. (An mouẽs primũ mobile primũ sint diuisibilia. Vide Egi. hic.)

F

Sit igitur à mouens B. mobile, tẽpus infinitũ C. pars itaq; ipsius A. quæ quidem sit D. moueat parte aliquá ipsius B. quę quidem sit E. & cum nõ inęquali ipsi C. (in maiori nãq; maius mouet) fit ut non infinitum sit: sitq; Z. hoc igitur modo addens ipsi D. totum A. consumam & addens ipsi E. consumam ipsum B. tempus auté nunquá consumá: etiam si semper ęqualem partem auferam. Cum sit infinitum: quare totũ A. mouens totum B. ipsum: finito in tempore C. mouebit. non ergo potest à finito aliquid moueri infinito motu. Quod igitur fieri non possit ut finitum tempore infinito quicquá moueat: perspicuum est.

A	mouens	D	pars ipsius	A
B	mobile	E	pars ipsius	B
C	tempus infinitum	Z	pars ipsius	C

G

Expositio. Prima suppositio. Conclusionem expositam nunc more mathematico demonstrat, & constituit terminos dicens. Sit igitur A. mouens finitum B. mobile etiam finitum, tẽpus infinitum sit C. ulterius pars ipsius A. mouentis quæ quidem sit D. moueat partem aliquã ipsius B. quæ pars mota signetur per E. & cum nõ inęquali tempore & toto C. moueat D. pars mouentis & partem rei motę (in maiori nãq; maius mouet) tale tempus acceptũ: puta Z. erit finitum: tunc uis rationis est, fiat resecatio ab A. addẽdo ipsi D. ꝑ partes ęquales: & resecatio ab ipso B. addendo ipsi E. donec fieri potest. Et similiter ab ipso C. tempore proportionabiliter secetur semper pars tanta quanta erat Z. tunc facta consumptione ipsius A & ipsius B & factis tantũdem ipso D. & E. quanta erant A. B. mouens & mobile & tempus remanebunt finita. Et sic nõ oportet ponere tẽpus infinitũ. H

Com. 78. In hoc capitulo. Quia nõnulla cõmẽta in fine huius sunt utilia, & aliquantulum difficilia: uolo exponere ipsa. Pręsens igitur cõmentum diuiditur quia primo exponit literam, secunda: ibi { sed notandum est } digreditur. Primã partem exponemus colligendo quæ dicit breuibus: sunt igitur tria. Primum est differentia inter conclusionem hic factam & eam quã fecerat. Et est ꝙ prius Aristo. probauit solum primum motorẽ nõ esse mobilem neq; per se, neq; per accidẽs. Hic ꝓbat ipsum non moueri neq; per se, neq; per accidens: & non esse corpus: nec potentiam siue uirtutem in corpore. Secundo differunt etiam, quia illa probatio non fuit quo ad horam: hæc autem probat etiam ipsum esse extra materiam, quod nõ fecerat prima probatio. Secundum est, forma syllogismi textus, & est hæc proportio (An in pñti tpe transit totũ a toto quam pars a parte Vide Egi. hic.)

I Z.temporis ad C.tempus est cõposita ex proportione D. ad A.& proportione E.ad B.hoc est tanta est ꝓportio Z. ad C.quanta est proportio omnium partium A.ad omnes partes B.& hoc est manifestum: quia tẽpus utriusq; motus sequitur semper proportionẽ motoris ad mobile quod in illo tempore mouetur. Sed proportio D.ad A.est finita: quia D.consumit A.& ꝓportio E ad B. similiter:quia E. consumit B.igitur & proportio Z.ad C.omnis enim proportio composita ex proportionibus finitis est finita: & ita C.tempus non est finitum. Tertio accipit esse per se notum,nullum finitum posse mouere corpus infinitum,& hoc etiam Aristo.supponit:eo quia oportet potentiã motoris superare potentiam siue resistentiam mobilis. Hæc sunt quæ ante digressionem colligi possunt à cõmento.

Sed notandũ. Hæc est digressio:ubi debes scire ꝙ Auic. & sequaces contradixerunt Aristoteli. Aristo.enim supposuit primũ mobile & primum motorẽ esse diuisibiles, ut patet per casum argumẽti:hoc autem falsum est:cum sint K æterna. Respondet Auer.& dat duas solutiones. Prima est ꝙ ratio Aristo.ualet contra illos qui tenerent formam cœli & motorem cœli esse formam in materia: hoc est dependens in esse & conseruatione à materia. Quo posito patet ꝙ fieri potest diuisio,& crementum unius ab alio: & augeri actus auctione partiũ materiæ,quo in casu potentia partis est minor potẽtia totius. nam omne corpus materiale est finitæ actionis, & per consequens eius pars est minoris potentiæ. Sic igitur prima responsio est argumentũ ualere ad hominem,uidelicet ad eum qui ita diceret. Differunt siue accidens. Responsio secunda esse potest:ꝙ Arist. loquitur cõditionaliter.accipit enim mobile et motorem, & arguit dato ꝙ hæc diuiderentur: sequitur tẽpus esse finitum. Modo cõditionalis potest esse uera:cuius antecedẽs & consequens est impossibile,ut in illa,si lapis uolat lapis habet alas. Arist.igitur non sumit illa diuidi,sed ait illa sequi si diuiderentur. Amplius cum omne. Vltra Arist.ad- Rões. Auer. dit duas rationes ad probandum ꝙ si motor est in mate- L ria sit diuisibilis. Prima est, omne compositum ex materia & forma est finitum secundum actionem: tunc aut actionis finitas est ex parte materiæ:aut ex parte formæ.non ex parte formæ, qiua forma ut forma abstrahit à finitate uel infinitate:igitur ratione materiæ. Ex his sequitur ꝙ si ponatur in cœlo actio finita uel infinita, oportet ibi existimare materiam: & per consequens possumus in illo concipere diuisionẽ aliq̃. Et breuiter hæc ratio ualet si ponitur motor cœli in materia: sequitur enim statim ut eius actio diuidat ad diuisionẽ mãæ,& sic possunt ibi partes cõcipi.

Item omni formæ. Secundo ꝙ illæ partes possunt concipi in illis probatur:nam posita forma in materia,erit illa diuisibilis,& non posita non erit diuisibilis:igitur si ponatur forma & primus motor in materia:recte possunt ibi existimari partes. Ex his duabus rationibus patet rationem esse duobus modis bonam:tum quia utitur propositionibus conditionalibus:tum quia loquitur ad eos qui ponunt motorem in materia. Hi enim per has duas rationes coguntur ponere illum & mobile diuisibilia.

M Quod enim denudatum. Ex his probat secundum ueritatem quale est corpus cœleste, & quale forma eius, & uult ꝙ cœlum sit corpus simplex: & forma cœli non sit constituta in materia,& syllogismus esse potest, omne carens potentia est simplex,et è contra, omne simplex caret potẽtia:hæc patet quia potentia est causa compositionis ex duabus substantijs. Sed corpus cœleste caret potentia: igitur est simplex,& quoniam nullum simplex mouetur ex se,ut fuit dictum:igitur oportet cœlo attribui motorem aliquẽ: sic igitur cœlum est compositum ex motore & mobili,& ita mobilia cœlestia sunt materiæ simplices, & motores formæ non in materijs. Et licet hæc materia sit disputata in primo huius,debes scire ꝙ Auer. negat in cœlo illã potentiam quæ est ad utrunq;: non eam quæ est secundum dimidium contingentis. Illa enim facit ueram cõpositionem, hæc compositionem efficit æquiuoce. Vlterius uult ꝙ forma cœli nõ sit in materia depẽdenter,sed potius cœ- N lum est in illa depedenter:est tamen in cœlo quatenus est illius perfectio prima,constituens illud in esse.

Habito ergo. Ex his respondet ad cauillum Auicenę breuibus ꝙ Aristo.non supponit illa diuidi, sed loquitur hypotetice,& ita errant,quia contradicunt illato,& non illationi.cætera q̃ dicit sunt superflua. Et detestationes. Sed Dubõ pñ. Vide Egi. hic. oĩa hæc reducuntur ad duas difficultates. Primo quonã modo casus est uerus uidelicet, ꝙ motore & mobile sint diuisibilia. Secundo uidetur ꝙ falsum sit quod Arist. su- Secunda. mit. accipit enim ꝙ in maiori tẽpore mouet totus motor totum mobile q̃ pars partem,quod est falsum,quia qualis est proportio totius ad totum:talis est partis ad partẽ, & consequenter tẽporis ad tempus, sexto huius: igitur quan- Vide Egi. hic to tempore totum mouet totum, tanto pars mouebit par- Propria rñsio. tem. Sed quoniam tota res consistit in secunda difficultate:ideo quidã simpliciter aiunt ꝙ Aristo.loquitur de motu per comparationẽ ad spatium,hoc enim modo pars mo- O uetur in minori tempore respectu determinati signi in spa- Cõfutatio. tio. Et sic argumentum ualere dicunt. Hæc responsio non est ad mentem Aristo. Primo quia Arist. de spatio nihil ait, ait.n.tria esse mouens:mobile,& tempus:& nihil de patio inquit:dixisset enim esse quatuor. Secundo abscisa parte à toto,tunc uelocitas attendetur penes punctum mediũ partis & totius,nõ respectu puncti in spatio:sed totius spatij, ut dicitur sexto huius, quo in casu non erit fuga ad signum in spatio. Tertio Arist.loquiť tam in circulari q̃ in recto motu:modo in circulari motus non consideranť respectu Propria respõsio. determinati signi in spatio. Propter hæc uidetur mihi aliter esse dicendum. Vbi debes scire ꝙ duplex est diuisibilitas. Vna extensiua:quæ duratio dicitur rei. Alia intensiua, quæ perfectio est actionis, est igitur sensus conclusionis Aristo. ꝙ uirtus finita in duratione non potest mouere mobile finitum in duratione tẽpore infinito in duratione: hac conclusione exposita patet id quod Arist. sumit. Aristo.n. sumit partem ipsius a.non quidem magnitudinis a.ut male intelligunt expositores,& peius Auer. sed partẽ eius quã- P titatis,quæ ponebať finita:igiť pars ipsius a.quatenus est An mouẽs finitũ mouear tpe in finito. Vid Gradeum Escu.lec. 12.huius. minoris durationis. Et accipit partem b.etiam quæ est minori duratione apta moueri,q̃ totum b.erat aptum moueri. Qua acceptione habita patet d.partem ipsius a.mouere e.partem ipsius b.tempore minore:eo quia diuisio est penes quantitatem durationis amborum,uidelicet mouẽtis: & mobilis. Et sic cessat omnis cauillus,& primus quidem quia in duratiua quantitate mobilis est dare partes:in minores & minores diuisibiles. Ad secundũ uerò patet solutio:quoniam diuidit mouens penes quantitatem duratiuam suæ potentiæ motiuæ,& mobile etiam penes quantitatem qua potest durare moueri. Qua ratione tẽpus quo Q pars mouet:erit minus duratione:licet sit simile forte intensione. Et hanc demonstrationem nemo (ut mihi uidetur) Iterum An mouẽs finitũ possit mouere p. t. us infinitũ. Vide sũd q. 19 huius. Et Alber. de saxo q. 10 huius. percepit.uult igiť habere ꝙ non potest tempus esse perpetuum:& mouens & mobile corruptibilia: & ita si tempus est perpetuum,oportet mouens & mobile etiam perpetua esse. Debes scire ꝙ sicut triplex est q̃tum, ita triplices sunt partes.est quantum loco,est quantũ duratione, & est quãtum uigore,ita triplex etiã totum:totum uidelicet loco:totum duratione:totum uigore: pars etiã triplex, pars totius loco,pars totius duratione,pars totius uigore.ut igiť pars totius loco minor est toto loco, & pars totius uigore minor est toto etiam uigore:sic pars totius duratione est minor toto duratione. Recte igiť Arist. sumpsit ipsum d.partem ipsius totius a.duratione; mouere e.partem ipsius b. quæ est pars ipsius b.etiam minor duratione. Hæc de demonstratione Aristo. RECO.

{ Vis rationis est hæc consequentia,pars mouentis mouet partem rei motæ tempore finito. igiť totum mouet totum tempore finito. declarať añs supponendo duo primum ꝙ si aliquod totum mouens moueat aliquod totum mobile in aliquo tempore,pars aliquota illius mouentis mouet partem aliquo tam rei motæ,in minore tempore:

A hanc supponit tanq̄ perspicuam, nec probat in textu: secundum quod pars aliquota sit, ex qua aliquoties sumpta reddit totum, & diminuta diminuitur, totum: his stantibus, uolo ꝙ fiat resecatio ꝑ partes aliquotas ipsius à mouentis addendo ipsi d. & ipsius b. rei motæ addendo ipsi e. donec diminuat totum per secundam suppositionē, & uolo etiam ꝙ fiat resecatio à toto tempore c. addendo ipsi z. æqualiter, et uniformiter, sicut fit diminutio motoris & mobilis, & quæro an diminuetur totum tempus c. sicut diminuunt a. & b. aut non, si sic igr̄ tempus c. erit finitum sicut a. & b. si non, tunc tempus quo pars mouet partem, nec erit minus, nec maius, eo tempore, quo totum mouet totum, quippe cum finitum non sit comparabile cum infinito, quod est contra primam suppositionem. præterea tunc remanebit tempus, in quo nec totum mouet totum, nec pars aliqua mouet aliq̄ partem in com

B mento. Aiaduerte qm̄ Auer. dicit sic, { proportio temporis z. ad tempus c. est cōposita ex proportione d. ad a. & ex proportione e. ad b. } ubi Auer. per cōpositionem intelligit similiter se habere, nō. n. intelligit ꝙ uere sit composita. Sed ꝙ eodem modo se habeat pars temporis ad totum tempus, ueluti se habet pars mouentis ad totū mouens, & pars rei motæ ad totam rem motā, quare per cōpositionē intelligit coniunctionē duarū similitudinū: q̄d si ita se habet pars tēporis ad totū tp̄s, sicut pars mouentis ad totum mouens, & pars rei motæ ad totā rem motam: sequit̄ ꝙ si pars mouentis aliquota per diminutionē resecat totum mouens, & pars rei motæ totam rem motam, etiam pars temporis resecabit totum tempus. nō ergo tempus erit infinitum, illis utrisq; existentibus finitis, unde uis rationis est, proportio temporis ad totum tp̄s, est sicut ꝓportio totius mobilis ad totum mobile, & totius motoris ad totum motorē, sed quælibet earū est finita, ut patet per resecationem: igit̄ proportio tp̄is ad tem

C pus etiā erit finita, & sic habet̄ conclusio.

Tex.79. Quod autem finita in magnitudine nulla penitus uirtus infinita esse possit: ex his perspicuū erit. Sit etiam maior uirtus ea quæ semper in minore tempore facit: ut calefacit, aut dulcorat: aut proiicit, & oīno mouet. Necesse igitur est ab eo quoq;, quod finitum quidem est: infinitam autem uirtutem habet, aliquod patiens patiatur, & magis quā ab alio. Infinita nanq; uirtus maior est.

Expositio. Dynamis græcè tum potētia, tū uis, tū uirtus, tum uigor: quod intelligi non pōt nisi respectu actionis ut dicemus. Ponit igitur secundum necessarium ad probādū primum motorem esse impertē atq; indiuisibilem. Et est ꝙ in magnitudine finita esse non pōt uirtus infinita mouens illam. De qua uerò finitudine uel īfinitudine loquatur: dicemus in digressione. Pro declaratione huius unum supponit expresse, aliud uult esse intelligendum. Id quod supponit est: ꝙ maior potentia siue uirtus æqualem effectum facit minore tempore, q̄ efficeret eundem minor uirtus, ut uirtus calefaciens maior æqualem efficit calorem in minori tp̄e q̄ uirtus minor eundem. Similiter est de uirtute dulcorantis, aut proiicientis, aut omnino mouentis. Hæc suppō patet pro nunc per ea quæ dicta sunt in cœlo & mundo. Ibi enim ꝓbatum est potentias actiuas mensurari per maxima in quæ possunt, quicquid uelint sorticolæ. Talia autē

D maxima describūtur cōparatione ad tp̄s. Ea ita maior uirtus ea erit, q̄ aut in minori efficit ęquale aut īęquali tp̄e efficit maius, ut dictū est in sexto. Ex hac suppōne sequit̄ unū utile, sed non ad rem nostrā, uidelicet ꝙ patiens in minori tp̄e patit̄ æquale à uirtute habēte magnitudinē finitam, quando illa est infinita, q̄ à uirtute minori. Vnde inquit: Necesse igitur est ab eo quoq; quod finitum quidem est: infinitam autem uirtutem habet aliquod patiens patiatur, & magis q̄ ab alio: dico magis, qm̄ aut inęquali tp̄e maius: aut in minori ęquale. Et hoc ut ait, quia infinita uirtus est

...in magnitudine finita por. esse uir. infinita. Vide Ioā. ... mag.q. huius. ... land.q. huius. Alb. de ... no.q.ii. huius, & ... uet. 2. ali ... Et Egi. ... gi. hu.

absolute maior quacunq; finita. Sic igitur accipiat̄ ab his ꝙ patiens patit̄ à uirtute maiori: aut ęquale in minori: aut maius inæquali. Secunda suppō q̄ debemus hic sumere est, ꝙ omnis motus est in tempore, per quā habemus ꝙ non potest patiens mutari ab agente uirtutis infinitæ in nō tempore, & ita mutabitur omnino in tempore. — E Prima suppositio. Secunda suppō.

At uerò nullum potest omnino esse tempus, quo illa mouet: nam si a. est tempus, in quo infinita uirtus calefecit: aut pepulit a. b. uerò sit tēpus in quo finita quædā mouit: huic si maiorem finitam semper accepero, ad eam tandem perueniet: quæ mouere in a. tempore potest. Finito nanq; (si semper addidero) quouis finito illud faciam maius, & si subtraham: idem similiter faciam. Ergo ęquali in tempore finita ac infinita mouebit. Hoc igit̄ cum impossibile sit: etiam fieri non poterit ut finita magnitudo uirtutem habeat infinitam. F

A tempus.	
A tp̄s.	B

Expositio. Nunc arguit, & syllogismus esse debet sic. Si uirtus infinita mouet magnitudinem finitam, & est in illa, tunc moueret in non tempore, contra secūdam suppōnem, deducitur consequentia, quia detur oppositum consequentis, uidelicet ꝙ moueat in tempore: sit illud igitur a. sit a. b. tempus: quo uirtus finita minor moueat aliquod siue illud met: hic casus patet ex suppositione. dictum est enim ꝙ uirtus minor facit ęquale in maiori tempore: sit igitur una uirtus finita quę moueat illāmet magnitudinē in tp̄e quouis maiori: dūmodo sit illud tp̄s finitū, quo dicat̄ a. b. Tunc addēdo huic semp̄ de poᵃ illa infinita aliquā p̄te ęq̄lē aliq̄tā finitam, continuo tp̄s minorabitur, ut si addidero ad duplum, tp̄s efficiet̄ minus ad duplum, & ita tandem oportet uenire ad talem magnitudinis & potentiæ finem per additionem ad illam, & subtractionem ab alia, ut uirtus illa finita moueat ęqualem magnitudinem eodem aut ęquali tempore, quod est impossibile. G

Com. 79. Cum declarauit. Cōmentū etiam istud pōt diuidi in expositionem textus, & digressionem, quæ incipit, in propositione autem assumpta. In prima parte duo sunt annotatione digna, primū est solutio cauilli ad primā partē casus. posuit enim Arist. ꝙ pōt intm̄ diminui à maiori & addere minori, ut uirtus ipsa minor ęquali tp̄e moueat ęquale mobile cum ipsa infinita. Modo dici potest ꝙ nunq̄ pōt perueniri ad illam additionem, ut possit ęquali tēpore mouere ęquale, & sic Arist. accepisset falsum. Cōtra q̄d Auer. obiicit: ꝙ licet accipere semper intra limites finitudinis, quare cum semper tempus minoret̄ ad additionē factā illi: tandem intra terminū finitudinis uirtus illa creta & aucta mouebit ęquale ęquali in tp̄e. secundo cauillari potest dicendo ꝙ magnitudo non pōt crescere in infinitum sicut diminui ut diximus tertio huius, & sic falsus ē casus ꝙ fiat additio semper, etiā hoc tollit Auer. ꝙ licet magnitudo nō possit crescere in infinitū: potest crescere intantū intra finitudinis terminū, ꝙ poterit ęquale inęquali tempore moue re. tertio Auer. format demonstrationem finalē huius octaui qua probat Arist. primum esse indiuisibilem dupliciter primo sic. nullum corpus aut uirtus in corpore habet potētiam infinitam, primus motor habet potentiam & actionem infinitam. igitur nec est corpus: nec uirtus in corpore, aut hypothetice sic. si primus motor est uirtutis infinitæ, primus motor nec est corpus, nec uirtus in corpore. Sed primus motor est uirtutis infinitæ: igit̄ nec corpus nec uirtus in corpore. Auer. igit̄ uult ꝙ de syllogismo principali Aristo. in præsenti textu ꝓbauerit maiorem: uidelicet ꝙ nullum corpus finitum aut uirtus in corpore finito habet infinitam potentiam, hoc modo Auerroes ordinat Aristote. processum. — H — An quodlibet corpus habeat tm̄ potētiā finitā. Vide Bur. hic.

In propōne autem. Mouet Auer. in hac digressione quæ

I stiones duas. Prima est circa uerbū Arist. uidelicet ꝙ nullum corpus habet potētiam infinitam, siue quod idem est cuiuslibet corporis sit potentia finita. est enim dubitatio, utrum hæc uniuersalis contineat corpus cœleste. si enim continet illud: cœlum est finitæ potentiæ, & ita corruptibile. si non continet: tunc demonstratio non est ad propositum, nec est uniuersalis.

Similiter dubitat. Quia Arist. in probatione illius probauit hanc hypotheticam, si alicuius corporis esset potētia infinita moueretur in nō tempore, modo quæret iunior, quare hoc sequitur dato ꝙ illa uirtus infinita esset in corpore, & nō sequitur si est extra corpus: Vbi enim esset extra corpus potest esse infinita, & mouere mobile finitum tempore quodā. ubi autem esset in corpore, moueret in nō tēpore. Sunt rursus aliæ quæstiones, quas dicemus postmodū.

Prima quidem. Soluit primam: asserens primo eam esse difficilem propter multas in illa inuentas positiones. Ad hanc igitur respondet Alexander, & uult sub illa uniuersali contineri cœlum: & concedit ulterius cœlum esse corruptibile: ipsum tamen nunꝗ corrumpendum, quoniā adeptum est æternitatem à suo motore: qui est extra materiā. qua ratione euadit Alexander à q̄one.

K

Sed hoc ergo. Contra hanc positionem obijcit Auer. primo quia tunc aliquod esset corruptibile in substantijs: qđ nunꝗ corrumpet. & dixi in substantijs, quia in accidentibus nihil prohibet, ut de motu cœli. 12. meta. comme. 41. dicitur secundo tunc positio Alexandri coincideret cum illa Platonis dicentis aliquod corruptibile posset eē ęternū à deo ut in timæo dixit, & de mūdo & angelis. Modo hāc positionem destruit Arist. primo cœli: igitur non est peripathetica & sic Alexan. errauit.

Ioannes autem. Ad hæc argumenta contra Alex. respondet Ioannes grāmaticus, & concessit ad primam aliquod esse corruptibile nunꝗ corrumpendum etiam in substantijs. Ad secundam dicebat hanc opinionē esse Platonis, & ueriorem illa Aristo. & ideo hanc rationem factam de cœlo reputauit efficacem, contra Aristo.

L

Et hæc dubitatio. Tangit difficultatē q̄onis, q̄m in secundo cœli soluens q̄onē difficilem textu cōmēti. 71. addit ꝙ si orbi adderet̄ astrū aut non moueret̄, aut tardius moueret̄. & hoc dat intelligere, cœlū esse finitū ƀm potētiā eius.

Audiens autē. Ponit pōnē Auicennæ, qui inter hos consultat, ait enim necessariū bifariam esse, alterum quod quidem necessarium est ab alio: sui natura est contingens ueluti cœlum, quod sui natura est contingens: sed à motore suo est necessariū. Alterꝫ quod est necessariū à se: ceu motores orbiū, qui necessarij sunt suapte natura.

Nos autem. Respondet nunc ad quæstionem secundum ueritatē, & primo declarat qualis est potentia cœli, & quomodo finita, & quomodo infinita, & breuibus uidetur innuere hanc distinctionem ꝙ potentia dici potest infinita intensiuè, uidelicet in qualitate actionis uel passionis, & extensiuè in quātitate durationis. Tunc dicit duo ad hanc primam quæstionis partem, primum ꝙ potentia passiua cœli est finita intensiuè in qualitate passionis: hoc est patit̄ ab agente certa resistentia secūdum est potentia passiua cœli est infinita extēsiue, hoc est incorruptibilis, & ęterna, atꝗ apta pati à motore sempiterno tempore, primum probat. Tum q̄a ita est de passione uti de actione. sed nulla forma magnitudinis finitæ potest esse actionis infinite, cum illa sit diuisibilis diuisione corporis: igitur nec potētia passiua potest esse infinita in patiendo. secūdo arguit, si aliquod corpus posset esse infinitę passionis: posset esse nullius resistentiæ. & sic posset dari unū infinitū maius altero: quod deduco, ubi enim daret̄ tale nullius resistentiæ passiuum posset adhuc dari unum minus resistens, si in minori esset corpore. & sic unum infinitum erit maius altero.

M

Ex hoc ergo. Secundum probat, quia cœlum est corpus simplex, & illius forma est per se subsistens, & non dependens à materia. cœlum igitur quo quidem ad qualitatem patiendi est finitæ potentiæ: & sic aliquantæ resistentiæ. quo uerò ad extensionē est infinitæ potentiæ, quia simplex & absꝗ materia. Hæc est solutio quantum ad uirtutem passiuam.

N

Dubitabit aliquis. Excusat se à duobus q̄stionibus quas ad librū cœli remittit. prima est, quonāmodo cœlū neꝗ est graue, neꝗ leue, sed naturæ tertiæ. secunda est, quonā mō hēt potētiā finitā. has igr̄ in libro cœli remittit.

Dupliciter enim potentiæ. Nunc qualis est potentia motiua, cœli declarat, & facit illam distinctionē, ꝙ potētia potest dici infinita in qualitate actionis: illa uidelicet, q̄ mouet in non tp̄e uel ultra ꝑportionem oīs potentiæ finitę. & hoc modo neꝗ primus motor, nec aliꝗs motor cœlestiū est infinitus, quia mouerent in non tp̄e. Alio modo dici potest infinita extensiuè, quia potest per infinitum tēpus mouere. & hac ratione quælibet potentia cuiusꝗ motoris est infinita & sic patet solutio tota.

Motores igitur. Ex his infert conuenientiam inter motores materiales animaliū, & imateriales cœlorꝫ: & uult ꝙ ambo sint mouentes à potentia finita in qualitate agendi. Materiales quidē, quia finiunt̄ ꝑ materiā. Immateriales uerò: quia finiunt̄ à natura reꝶ, quæ non capit infinitudinem, nec in corpore, nec extra corpus. signū autem est, q̄a cœli sunt diuersarū uelocitatum, q̄ñ octauus orbis. 36. m. annis complet motum suum. Saturnus in. 30. & alij in alijs quod non esset si potentiæ essent infinitæ.

O

Ergo ƀm hūc. Colligit totam solutionē breuibus & uult ꝙ cœli potentia sit finita omni ex parte, ex parte quidem actionis, cum sit certæ actionis. ex parte passionis cum sit certæ resistentiæ. huius rei signum est: quia ut dixit Arist. secundo cœli tex. com. 71. si cœlo adderetur astrum aut nō moueret, aut tardius moueret. quæ ratio docet potentiam omni ex parte esse finitā. Sed magna hic exorit̄ q̄o unde cœlū hēt ꝙ motori resistat, nec ualet qđ quidā aiunt ꝙ aliter considerat̄ successio in motu aīalis, & aliter in motu naturali. dicentes in naturali attendi penes proportionem geometricam potentiæ mouentis ad suam resistentiam. in animali uero penes aptitudinem seu inclinationem secundum eius appetitū ad tm̄ uel tm̄ moueri. ubi enim sic esset omnis limitata uelocitas esset ex parte motoris sic appetentis motum cum tanta aut tanta uelocitate, & non ex parte mobilis. & ita Auer. quem sequuntur, somniasset, cum dixisset potentiam passiuam cœli etiam limitatam in qualitate passionis, & limitatæ resistentiæ. Hæc itaꝗ q̄stio nunc hic omittat̄: sed in libro destru. destruc. disputaui ipsam satis probabiliter pro ea ętate. quod si aliquando principaliter occurret, dicam forte melius. & magis ad Arist. aures. Hæc de prima quæstione Auerrois.

P

Ad secundam autem. Soluit ad quæstionem secundā, & primo ad eam absolutè, secundo ad cauillum tacitum, solutio absolutè est, ꝙ ubi ponit̄ uirtus infinita & in corpore, illa non potest esse nisi infinita in qualitate agendi. ubi autem ponitur extra corpus, illa propriè non debet dici finita: nec infinita. primum (licet ipse nō declaret) potest declarari per dicta in. 12. meta. cōmen. 41. quoniam ubi uirtus infinita extēsiue: hoc est ęterna esset in corpore: hoc est constituta in esse per corpus (ut nunc Auer. intelligit) esset uirtus corruptibilis: igitur haberet contrariū corruptiuum. & cum sit ęterna, oportet ut ęterno tempore resistat causis corruptiuis. non potest infinito tēpore resistere contrarijs: nisi excedat illa excessu infinito, quare oportet eam esse infinitam non modo in extensione: sed qualitate agendi. & sic mouebit in non tempore, ut ratio Arist. docet. secundū declaratur, quia ubi illa ponitur extensiue infinita, & extra corpus, nō oportet ut resistat causis corruptiuis: & ita non oportet ut sit infinita in qualitate actionis, & ꝑ consequēs non oportet ut moueat in non tempore.

Q

Non ergo sequitur. Sed accidit unus cauillus, & quidem difficillimus, nam si motor primus est extra corpus, & finitæ qualitatis agendi, tunc utar eadē demōstratione Arist. & deducam posse esse uel intelligi esse, aliquā uirtutē finitam in tēpore æquale mobile æquali uelocitate uidelicet,

spatio

A 24.horarum & minori,probo:& utar ratione Aristo. uirtus illa est finita in qualitate actionis.per te. igitur mouet certo tempore cœlum,sit tempus illud. 124.horarum:uidelicet accipio unam uirtutem in materia, quæ ad imaginationem moueat cœlum tardiori motu,nec oportet fugere ꝙ non potest dari,quia sic fugiam ab Aristo. ratione,& uolo ꝙ illa fiat ad imaginationem dupla & tripla, donec mouebit cœlum uel ęquale in. 24.horis:& sic uirtus finita potest ęquali tempore mouere ęquale cum uirtute infinita. hunc igitur cauillum euadit Auerro.quoniam talis uirtus: quæ assumeretur materialis,cum sit in corpore non potest illi comparari:quoniam hæc est diuisibilis in maiori maior:& in minori minor:at illa cœli esset sine corpore & indiuisibilis. quare patet ꝙ Aristo.ratio esset efficax:ubi uirtus illa infinita ponitur in materia:quia tunc esset huic cōparabilis secundū magis & minus,& recte subtiliter euadit Auerroes. Ex his omnibus potest accipi expositio cō clusionis, & rationis apud Auer. intēdit enim ꝙ nulla uirtus infinita in extensione & duratione potest esse in corpore constituta inesse per illud, quia tunc esset infinita in uigore:& per consequens moueret in non tempore: quia si non moueret in non tempore aliqua finita posset ęquali inęquali tēpore mouere.& ratio hæc ualet, quia sunt comparabiles ambæ:ubi uerò est extra corpus mouet in tpe, nec pp hoc sequit̄ ut aliqua finita in tpe posset ęquali uelocitate mouere:qm̄ nulla pōt illi accipi cōparabilis. Sed cōtra hāc expōnē obijcit expositor,tum primo, qa contradixit Arist. qui pauloāte dixit & etiā dicet in fine: uirtutē infinitā mouere mobile finitū tpe infinito,ubi patet uirtutem dicere infinitā extra corpus,tum secundo, quia eo modo conuenit formæ finitudo & infinitudo, q̄ et ułiter sibi magnitudo, modo formæ competit magnitudo per se quidem saltem gradualis,siue perfectionalis, & per accidens ratione magnitudinis subiecti. & sic licet motor ille non esset finitus uel infinitus ratione subiecti, esset talis uel talis ratione formæ & perfectionis. Ioānes euadit ꝙ Auer. loquitur de primo motore,modo hic non est in magnitudine nec subiectiue:nec attributiue, & propterea nullatenus est finitus aut infinitus. Ad secundum euadit ꝙ Arist. infra utetur potentia pro causalitate:modo cum sit infinitæ causalitatis:ideo non est in corpore. Sed hæc Ioannis responsio est fuga. primo quia tunc demonstratio Aristo. esset particularis solum de primo motore ut fine,& sic nō ualeret de cæteris.secundo quia frustra Arist. supposuit primum motorem mouere perpetuo motu,si solum ut finem mouere uellet:tertio:quia abutitur omnibus uerbis Arist. qui ubiq; per mouens & principium,unde motus intelligit effectricem causam. Propterea dico ꝙ Auer.uult motorem cœli non esse finitum uel infinitum finitudine uel in finitudine quæ sibi competit ratione subiecti & materię,ut in toto commento exponit,de alia non negasset. & ulterius oportet dicere ꝙ aliæ uirtutes materiales non sunt comparabiles ei:quoniam sunt finitæ uel infinitæ ratione subiecti. Rationes igitur expositoris probant motores esse finitos alia ratione,quā dependenter à subiecto, ut quia formæ attributę corporibus mobilibus,& quia actiones sunt finitæ:qđ Auer.non negat:imo secundo cœli com. 38.expresse concedit,non tñ pp hoc aliæ mãles sunt illis cōparabiles, quonāmodo intelligat alia responsio. 12.metap. cōmen.41. & an deus sit infiniti uigoris in libello nr̄o de amplitudine siue infinitudine dei nuper ędito perquire.

Expositio Auerro. pulchra.

B

Replicæ expositoris,S.Tho.

Defensio Ioānis.

C

Cōfutatio. Ioānis.

Defensio Auer.

An ex ꝓcessu Aristo.possit cōcludi ꝙ oino nulla uirtus motiua sit infinita.Vide Gradeñ ef. lec.21.huius.

D

An si esset uirtus infinita moueret in instā ti,uel in nō tpe.Vide Egi.hic. RECO.

{ Hæc est secūda conclusio,quæ seruit pro suppōne secūda ad ꝓbandū primū motorē esse indiuisibilē,est conclusio hæc, { ꝙ autē in magnitudine omnino finita, nō contingat infinitā esse potentiā, } subaudi quæ illā moueat, { ex his, } quę dicemus { manifestū est, } dixi notanter, quæ illam moueat, qm̄ nulla uirtus est in magnitudine, quin illam moueat,alioquin esset frustra, nec uirtus mouet magnitudinem,quin sit in illa:tunc supponit duo primum ꝙ comparando maiorem uirtutem ad minorē maior uirtus efficit ęqualem effectum illi, quem facit minor in minori tempore.secunda suppō,q̄ non explicat, est ꝙ { oīs motus sit in tpe.his habitis intendit ꝓbare hanc con clusionē.uirtus infinita non pōt mouere mobile finitū tpe finito,& ꝓbatio est.hæc si uirtus infinita mouet magnitudinē finitā tpe finito:uirtus finita poterit mouere eandem tpe finito, ꝓbo & suppono,ꝙ ꝑ q̄tum crescit uirtus mouens ꝑ tm̄ tp̄s minuat̄, qm̄ aucta potentia actiua ad eandem resistentiā,tp̄s minuit̄:sit ergo tp̄s in quō uirtus infinita mouet magnitudinē finitā hora uidelicet a.tēpus uero in quo uirtus finita mouet eandem sit dies:qui est. 24. horaꝝ,tunc uolo ꝙ de potentia infinita dematur, & addatur potentiæ finitæ,cum per hanc additionem tempus diminuatur: crementum adeo fiet, ut tandem finita uirtus mouebit eandē magnitudinē in hora,& sic patet absurdum. In cōmen.aīaduerte in solutionę secundæ.q. ꝙ si uirtus æterna ponat̄ in corpore depēdendo à corpore: tuuc sequtur ut sit simul duplici infinitate infinita:quia duratione,hoc est ęternitate:& uigore hoc est uelocitate mouendi,ut bene in cōmentarijs deductū est.at ubi ponitur extra corpus ab illo non dependendo:sequtur,ut solum duratione sit infinita,hoc est ęternitate,non aūt uigore,ac uelocitate motus, qm̄ oīs uirtus est qualitate agendi finita inquantum uirtus existens in natura.deinde Auerro.ibi { non ergo sequtur, } remouet dubiū contra se:qm̄ si uirtus extra corpus duratione fuerit infinita: uelocitate mouēdi finita, uirtus aliq̄ materialis saltē quo ad intellectū poteri intelligit ęqualis,uel maior quo ad uelocitatē mouendi uirtute illa infinita duratione,qualitate mouēdi finita,ut patet formādo demr̄onē Arist.Rñdet ibi Auer.ꝙ data uirtute materiali,nō poterit cōparari uirtuti in materiali q̄tū ad finitatē uel īfinitatē agēdi,qm̄ uirtus īmãlis, nec est finita,nec infinita, q̄ ad uelocitatē mouēdi: uirtus uero mãlis ē finita,quar̄ nō sunt cōparabiles. Sed diuus Thomas mirat̄ hæc,qm̄ uirtus illa extra corpus mouet, & tēpore ęterno,& uelocitate finita:& sic licet nō sint cōparabiles q̄ ad infinitatē tp̄is,erūt tñ cōparabiles quo ad uelocitatē mouēdi,q̄ in utrisq; finita ē. Gandauēsis defendēs Auer.dicit falsum eē primū motorē extra corp⁹ mouere, & ita falsum est eū eē finitū uel infinitū,cū nequaq̄ moueat,ꝑ q̄ asserit demr̄onē hāc eē solū intelligēdā de ꝑmo motor̄,nō aūt de cæteris intelligētijs. Sed pace Gandauēsis hæc friuola sunt,prīo qa Auer.in hoc cōmēto cōparauit motores mãles īmãlib⁹ q̄ ad finitatē mouēdi. Scđo qa saltē poterit dari uirtus mãlis, q̄ quo ad uelocitatē motus poterit cōparari cæteris motorib⁹.tertio qa falsum ē deū moueri solū ut finē, & nō ut efficiētē:ut alibi ꝓbauimus. Gādauēsis igr̄ nesciēs soluer̄ rōnē diui Tho. detrudit ad has fabellas. Quare dc̄m a'iter ꝙ cū Auer.asserit uirtutē extra corp⁹ nec eē finitā,nec īfinitā,itelligit finitatē uel infinitatē depēdētē à mã:cū quo tñ stat eam esse finitā qualitate mouēdi,quæ nō dependet à corpore:sed finitate, uel infinitate competenti suæ naturæ.hac enim uirtus extra corpus finita est: cum sua natura limitata sit.& sic recte dicit Auerro.materialem, & immaterialem uirtutes non esse cōparabiles, q̄tum uidelicet ad finitatē depēdentem à corpore:sed bene quo ad finitatē competentē suis naturis nam prima cōparatio fit in q̄tuor terminis.cum n.dixit motores cœlestes et motores mãles eē cōparari,itellexit cōparatione facta in quatuor terminis sicut cōparātur acumen uisus & acumen gladij.ita.n.se hñt motores cœlestes ad finitatē cōpetentē suę naturæ sicut mãles ad finitatē dependentē à materia.cum uerò dicit hic eos nō esse cōparabiles itelligit qa ęquoce dr̄ in illis & in his finitas, qa finitas materialiū depēdet à materia,illa uerò illoꝝ pēdet à natura,& sic nō sunt cōparabiles cōparatione facta in duobus terminis. Sed dices,cur nō pōt uirtus materialis intelligi ęqualis, & maior uirtute materiali q̄ ad finitatē cōpetētē suis naturis.ubi.n.est dare magis & minus est dare ęquale:ergo saltē quo ad finitatē mouēdi cōpetentē suæ naturæ sunt cōparabiles,& pōt dari maior,& ęqualis:dicendū, ꝙ uirtus materialis nō est illi immateriali cō parabilis,qm̄ materialis ē finita duplici finitate.s.duratione,& uelocitate mouēdi & utraq; depēdet à materia. At

E

Recognf. in cō. 79.

F

Argumētū diui Tho.

G

Defensio Gandauē.

Reprobō.

H

I uirtus imaterialis est finita altera tantum finitate.s. uelo-
citate mouendi: quæ pẽdet à natura non aũt finitate dura
tionis: & sic nunquam materialis uirtus poterit illi fieri
per intellectum æqualis aut maior, quin materialis uirtus
semp̄ remaneat minor finitate demõstrationis. Sed adhuc
restat.q. qm̄ saltem posset intelligi quo ad finitatem mouẽ
di fieri illi ęq̄lis, & maior. Quod Phi negãt dicẽdũ ꝙ non
potest, quoniam uirtus materialis est finita finitate penden
te à materia, uirtus uerò imaterialis finita intensiue finita-
te naturæ, & sic ęquiuoce dicuntur finitę, quar̃ nõ põt alte
ra intelligi ęqualis alteri. Sed contra qm̄ Arist. comparat
has, cum enim sumit uirtutem infinitam mouere magnitu
dinem finitam tempore finito, & uirtutem finitam moue-
re etiam cum nõ appetat uelociorem motum minore tem
pore, & auget finitam, certum est ꝙ comparat infinitam
in duratione finitam tñ intensiue secundum Auer. finitę in
duratione, & intensiue, ergo eas comparat. ideo considera
K tione magna hic locus dignus est, quam ad aliud tempus
transferro. animaduerte tamen ꝙ diuus Thomas qui te-
net ad mentem Aristotelis primum motorem esse uirtu-
tis infinitæ in uigore, põt euadere, & dicere ꝙ deus in ma
teria existens moueret mere naturaliter & sic moueret in
non tempore. extra materiam uerò existens, moueret per
cognitionem & intellectum, & sic moueret in tẽpore. & si
dices ergo posset intelligi uirtus finita in uigore æquari po
tentiæ Dei, dicam bene posse intelligi æquari uirtute Dei
qua mouet, non aũt qua deus posset mouere, quatenus deꝰ
est uirtus infinita. De resistentia cœli magna quęstio fuit,
quidam dixerunt successionem in motu cœli nõ esse ex eo
quia corpus cœleste resistit motori, quoniam resistere est
agere, & omne quod agit, est in actu, & sic cœlum haberet
actualitatem propriam ultra intelligẽtiam, per quam esset
in actu, & resistens. propterea asserunt successionẽ in mo-
tu cœli esse ex parte intelligentiæ, quæ non apta mouere
uelocius q̃ mouet, eo, quo mouet suum orbem, quoniam
uelocior motus non esset ad bonum uniuersi, quare intelli
L gentia, ut appetens tantum motum resistit sibi, quatenus
est uirtus motiua. ut homo appetens appetitu rationali re
sistit sibi appetenti agere secundum appetitum sensualem.
Quare intelligentia resistit sibi, sed contra quoniam eius
est resistere, cuius est pati motum. sed intelligentia non re
cipit motum, sed corpus ipsum cœleste, quod est subie-
ctum motus, igitur eius est resistere. pro solutione ergo
dicamus supponendo de mente Auer. id quod dat esse
alicui, dare omnia accidentia consequentia esse. ut patuit.
cum igitur secundum Auerroem intelligentia det esse or-
bi, dabit omnia accidentia, quæ orbi insunt, ut figuram,
raritatem, lucem, motum, resistentiam, qua motori resistat
ne moueat uelocius quàm faciat pro bono uniuersi. dimẽ
siones, & cætera omnia, quæ orbi accidunt, ueluti secun-
dum ueritatem, corpus humanum habet omnia acciden-
tia à rationali ipsa anima, quorum unum est ut corpus re
sistat animæ mouenti circulo. & tamen in homine nihil est
præter animam & materiam, cætera sunt accidentia quæ
M consequuntur animam, quæ informat materiam, quo-
rum unum est resistentia. tunc dicendum ꝙ cœlum resi-
stit motori ne moueat uelotius quàm mouet, resistentia,
uidelicet, quæ formaliter inest corpori, effectiue autem est
ab ipsius cœli anima. & cum dicitur resistere est agere,
falsum est, quoniam quod resistit motori, recipit motum
ab eo. ergo resistere est pati certa succesione. & cum di-
ces saltem resistens est in actu, quod enim mouetur, est
in actu: cõcedo cœlum esse in actu, non tamen alia actua
litate ab ea, quam habet à sua intelligentia, quę est sua ani
ma: ueluti humanum corpus, ut resistens est actu: non
tamen alia actualitate ab ea, quam habet à sua anima, ab
ea enim habet esse simpliciter, & omnia consequentia il-
lud, quorum unum est esse actu: & alterum est resistere
motori, ne moueat ipsum uelocius quàm mouet. Sed
adhuc dubitabis, si cœlum resistit suæ intelligentiæ quæ
est suę animæ, uel resistit, quoniam corpus cœleste in con
trarium motum nititur, illi quo intelligentia ipsum mo-
uet, ut si intelligentia mouet cœleste corpus ab occasu in N
ortum: & cœleste corpus niteretur moueri ab ortu in oc-
casum, & si sic, tunc corpus cœleste haberet aliam for-
mam ab anima. uel quia cœleste corpus nititur in diuer-
sum motum, ut si intelligentia moueret ipsum circulari-
ter, & corpus cœleste niteretur moueri sursum uel deor-
sum, & iterum si ita esset, corpus cœleste haberet aliam
formam uidelicet grauitatem uel leuitatem. dicendum ꝙ
cœleste corpus resistit intelligentiæ non resistentia depen
dẽte ab alia forma quàm ab ipsamet intelligẽtia. & ideo
non resistit quia in motum contrarium nititur, nec in mo-
tum diuersum: tũc enim niteretur in motum contrarium,
uel diuersum, cum resisteret ei resistentia dependente ab
alia forma quàm ab intelligentia: modo corpus cœleste
resistit motori suo resistentia, quę dependet ab illo. resistit
igitur non quia nititur in contrarium, nec in diuersum mo
tum, sed quia non est aptum moueri uelocius quàm mo-
uetur. quoniam moueri uelocius quàm mouetur, non est O
bonum uniuersi. & fortasse hoc uoluerunt dicere priores,
qui dixerunt resistentiam esse ab ipsa intelligentia, quo-
niam cœlum resistit resistentia quę dependet ab intelligẽ
tia, cum ab ea non sit aptum moueri uelocius q̃ mouetur,
cum illa nec appetat moueri uelocius, cum non sit bonum
uniuersi, nec cœlum sit aptum moueri uelocius q̃ moue-
tur propter bonum uniuersi. ulterius dubitatur, quoniam
Auerroes in commento facit hanc consequentiam, si ali-
qua intelligentia esset infinitę potentię motiuæ intensiue,
tunc moueret in instanti, hoc est uelocius omni motore:
modo dicerem consequentiam non ualere, quoniam licet
deus esset infinitæ potentiæ intensiue, tamen mouet motu
certa uelocitate constituto, quoniam pro bono uniuersi
motus uelotior esse non potest. dicendum ꝙ ex possibili
secundum imaginationem non põt sequi impossibile se-
cundum imaginationem. sic sequitur in casu. si enim deus
esset infinitę potentiæ, quatenus esset infinitæ potentię, es-
set intelligibile mouere in infinitum uelociter, sed infinite P
uelox motus. est impossibile. secundum imaginationem,
ergo id, ex quo sequitur, erit impossibile secundum imagi
nationem, quare deum esse infinitæ potentiæ secundũ hæc
esset impossibile secundum imaginationem. tu uerò quę-
re hæc in libello de infinitate primi motoris.

Neque igitur infinita in magnitudine finita uir- Tex. 80.
tus eẽ potest. atq̃ tametsi minore in magnitudine
plus uirtutis inesse possit, multo tñ magis in maio
re est. sit igitur magnitudo infinita a, b, sed b, c, eius
pars uirtutem quãdam habeat, qua mouit d. quo-
dam tempore, quod sit e, z. Si igitur ipsius b, c, du-
plum accepero, illa in dimidio e, z, temporis moue-
bit. sit enim hęc proportio. Quare in z, & t, moue-
bit. Ergo si sic accepero semper, nunquam ipsum a,
b, transibo, tempus enim dato semper accipiam mi-
nus. ptãs igitur infinita est. oẽm enim finitam uim
superat. cuiuslibet autem finitæ uirtutis finitum Q
etiam eẽ tempus necesse est. nam si aliquo in tem-
pore mouet tanta, maior minore in tempore qui-
dem, finito tamen conuersione proportionis moue
bit. Infinita autem omnis uirtus quemadmodum
magnitudo atq̃ multitudo, oẽm finitam exuperat.

a mouens infinitum b
b mouens finitum c
d mobile
e tẽpus in quo b c mouet d z
z tempus subduplum. t

Expositio

Tertium necessarium ad cõclusionem principalẽ est ꝙ in
magnitudine infinita nõ est uirtus finita, & probat hoc du
pliciter, & prima ratio põt resolui ad duos syllos, primus
& principalis est. Omnis uirtus quæ omnẽ finitam exupe-
rat necessario est infinita, ut cuilibet patet. Potestas magni-
tudinis infinitæ omnẽ exuperat finitã. igitur est infinita. Mi-
nor

A nor prosyllogizatur hoc modo. omnis uirtus quæ in mouẽdo mouet minori tẽpore quocunq; dato, exuperat oẽm finitam. uirtus magnitudinis infinitæ in mouẽdo mouet minori in tempore quolibet dato: igitur exuperat oẽm finitã. Minor patet in textu, quia data parte uirtutis alicuius magnitudinis acceptę à tota illa infinita, illa mouet certo dato tempore: data adhuc dupla uirtute in dupla magnitudine etiã ab illa tota accepta, adhuc mouet in duplo minore tẽpore, & data quãta uis cum illa sit pars totius, semper mouebit maiore in tpe q̃ tota mouet, & sic minor prosylli patet. De ratione principali primo proponit cõclusionem, & inquit. Neq; igitur infinita in magnitudine finita uirtus esse potest. hæc est cõclusio. sed qa aliquis posset cauillare, addit atque tãetsi minore in magnitudine plus uirtutis inesse possit, ut paruo in igne plus q̃ in magno aere, multo tñ magis erit in multo magis maiore, tñ enim accipi põt de aere quod superabit ignẽ. & ita probat cõclusionem simpl'r in terminis & cõstituit casum. & inqt. Sit igitur magnitudo infinita
B a,b, sed b,c, eius pars uirtutẽ quandam habeat, qua mouit d, quodam tpe, quod sit e,z, si igr ipsius b,c, partis duplũ accepero, illa in dimidio e,z, tẽporis mouebit. & siue in dimidio pcise, siue nõ, dũmodo in minore moueat tpe: sit hęc proportio, uidelicet dimidii tpis ad duplum. quare in z,t, dimidio tpis illo dato mouebit. ergo si sic accepero semper, nunq̃ ipsum a,b, trãsibo. nam semper quocũq; dato tpe tẽpus accipiã minus quo tota magnitudo a,b, mouebit. igit illius ptãs infinita est. hæc est pbatio minoris psylli & conclusio principalis. deinde quasi tangit minorem principalis sylli dicens. oẽm.n. finitam uim superat. fortasse cauillabit aliquis, q non cuiuslibet uirtutis finitæ tempus sit finitum, sed infinite paruum uel non tps, & sic falsum est, q semp quælibet pars moueat tẽpore finito. cõtra hoc obiicit quasi dicens. cuiuslibet autem finitę uirtutis finitum eẽ tps necesse est, cuius signum affert dicens. nã si in aliquo tpe mouet tanta, siue uirtus siue ptãs, maior minore in tpe quidẽ, finito. tñ conuersione proportionis mouebit, dico cõuersione
C proportionis, magnitudinis, uidelicet ad tps, & tpis ad tẽpus, & magnitudinis ad magnitudinem. at (ut dictum est) infinita oẽm finitam exuperat, quemadmodũ de multitudine dicitur. Fortasse q in textu est unus syllogismus, & est. omnis uirtus quæ proportione temporis in mouẽdo excellit omnem aliam finitam, est infinita. Virtus magnitudinis infinitæ proportionis tẽporis in mouendo excellit omnem finitam, ut in litera patet. igitur est infinita.

Reco. Conclusio textus est, uirtus infinitæ magnitudinis non est finita: prima forma probandi est, b,c, pars infinitæ magnitudinis mouet e,z, tẽpore minore, q̃ sit tẽpus quo mouet a, b, tota magnitudo infinita, igr duplum ad b,c, mouebit in duplo minori tẽpore, ut z,t, & triplum mouebit in tẽpore triplo minore. & sic augẽdo semper b,c, partẽ, a, b, nequaquam trãsibimus & p consequendo augendo b,c, ad quadruplum & ad quintuplũ, & sic in infinitum, tẽpus minorabitur in infinitũ. Quare a, b, infinita potẽtia erit. erit ergo rõ in magnitudine certa, erit certa uirtus, & i dupla erit dupla, & in tripla erit tripla, ergo in infinita erit
D infinita. Alia forma est nulla uirtutis, quæ proportione tẽporis in mouendo excellit oẽm aliam finitam, est finita/uirtus infinitæ magnitudinis proportione temporis excellit oẽm finitam potentiã ut patuit, qm addẽdo suę parti nunq̃ tota exhauritur, & sic excellit oẽm aliam finitam. ergo nõ est finita. de ratione tangit minorẽ ibi. omnem.n. finitam excellit potentiã: & tunc, ibi { sit igĩ in quo a,b, infinitũ } erit probatio minoris. probat.n. q uirtus magnitudinis infinitæ excellit oẽm finitam. põt ergo textus resolui q prĩo Aristo. probat hanc suppositionem uirtus magnitudinis infinitæ excellit uirtutẽ omnem finitam quę est minor. secunda ibi { infinita ergo potẽtia, } ponit cõclusionẽ sylli. Tertia ibi { oẽm.n. finitam } ponit minorem. deinde ibi { omnis autem finitæ potentiæ } remouet dubiũ tacitũ, quoniam aliquis dicere potest q non cuiuslibet finitæ potentiæ tempus est finitum, & terminatũ, quoniam aliqua finita potentia potest mouere in nõ tempore. ut uirtus grauis in uacuo. ideo probat q tẽpus cuiuslibet potentiæ finitę sit finitum & determinatum, hoc pacto. tãta uirtus mouet in quodam tẽpore, ergo maior mouebit in minore tempore: determinato tñ secundum cõuersionem proportionis, quę est q sicut minor mouet in maiore tẽpore, ita maior mouet in minore. tunc dat cõclusionem, & dicit, { infinita itaq; est omnis potentia, sicut multitudo & magnitudo } ifinita { est excellẽs omne finitũ }. hęc fuit cõclusio. tres igitur conclusiones sunt pbatæ. prima q mouens & mobile finita esse non possint, & tẽpus infinitum. Secunda q mobile & tẽpus nõ possint esse finita, & mouens infinitum. Tertium q nõ possint mouens, & tẽpus esse finita, & mobile infinitum: quæ pro tribus suppositionibus habendæ sunt, ut uidebitur. Sed dices hæc tertia conclusio non seruit demõstrationi, qua pbabit primum motorem esse indiuisibilem, igitur ponitur frustra. Rñdet Auer. & dicit, q hęc cõuersio, quæ est suppositio siue cõclusio tertia, quę dicitur cõuersio secundę nõ facit ad oppositum declarandũ. sed tamen ostendit eam hic, ut ex hac acquiratur ppositũ principale, qm est causa propinqua indiuisibilitatis primi motoris. cum enim nõ sit uera causa, saltem est propinqua uerę causæ, quoniam per eam tollentur aliqua obiecta cõtra ueram causam, ut patebit. E F

Insuper hoc idem hac ratione demõstrari potest. accipiemus enim cuiusdã finitæ magnitudinis uirtutem aliquam generis eius uirtutis, quę infinita in magnitudine est, quæ uirtutem finitam metiet magnitudinis infinitę. Quod igitur finita in magnitudine esse non possit uirtus infinita, neq; finita in infinita, ex iis perspicuum est. Tex. 81.

Secundo idem probat enthymematice sic. si infinita in magnitudine esset uirtus finita, accipi posset cuiusdam finitæ magnitudis uirtus aliqua generis eius uirtutis quæ isinita in magnitudine est, quæ metiri posset omnẽ uirtutẽ magnitudinis infinitæ. nã finita potest mẽsurari ab aliqua parte sui generis. hoc autem habet pro impossibili. nã ut magnitudo nõ est à magnitudine mensurabilis, sic nec uirtus à uirtute. demum epilogat, & uerba translatione patent. Debes scire (ut innuit expositor) q hæc ratio nõ multũ differt à prima, nisi q prima loquitur in magnitudinibus siue eiusdem siue alterius generis. Hæc uerò in magnitudinibus eiusdem generis. Expositio G

At de his quæ feruntur bene se habet aliquam primo dubitationem in medio adducere. nam si id omne quod mouetur, ab aliquo moueatur, quonã modo eorũ q̃ non seipsa mouent, nonnulla cõtinuo mouent, illo qd mouit ipsa nõ tãgẽte, ut piecta. Tex. 82.

Antequã ad rem ueniat mouet qõnem de proiectis à quonam mouentur. tãgit autem quæstionis causam, qm omne quod mouetur ab aliquo mouetur. cũ igitur proiecta moueantur à proiectore, quonã modo separata, & nõ tacta ab illo moueri possunt. Hæc quæstio est soluenda prius ante principalem conclusionem. Expositio. H

Quod si is qui mouit simul etiam aliquid aliud mouit ut aerem, qui quidem motus mouet simili ratione fieri nõ potest primo quod mouit nõ tangente nec mouente, ut ipse moueatur. Sed simul omnia mouentur cessantq; moueri, cum id quod primo mouet mouere desinit, quãuis perinde ut lapis moueat quod mouit.

Antequã soluat ƒm ueritatem, respõdet ƒm alios, & quidam putant secũdum Platonem. Plato.n. dicit q impulsor impellit aerem, qui aer motus ipsum piectũ mouet, quod proiectum rursus mouet aerẽ, qui mouet rursus proiectũ, & non explicat quõ. Debes tñ scire q hæc positio solet exponi q aer ille qui inter manum & proiectũ mediat mo- Expositio.

I uetur à manu,& ille mouet ,piectum à principio usq; ad finem,nunq̃ proiectum derelinquẽs nisi in fine motus. Ideo obiicit contra illam respõsionem sic. Omne quod mouet motum ab aliquo motore primo cessat mouere ad cessationem illius.igitur cessante primo cessat aer mouere.unde dicit.sed simul omnia mouẽtur cessantq; moueri, cũ id quod primo mouet,mouere desinit,quãuis talis aer motus perinde moueat ut lapis,qui mouet aliud ut motus à manu.constat enim ꝙ cessante manu cessat lapis mouere.

Sed hoc quidem dicere necesse est primũ moués facere ut moueat hoc aut aer,aut aqua,aut tale aliquid quod mouere & moueri aptũ est: non tamen simul cesset mouere & moueri,sed desinit qdem simul moueri cum mouens mouere desinit,mouens autem ulterius est.quocirca mouet aliud qd sibi coherens,de quo quidem erit eadem ratio.

K

Expositio. Soluit nũc secũdum ueritatẽ, & uidet̃ hęc r̃n̄sio quasi expositio primæ solonis. Vbi debes scire ꝙ Arist. imaginat̃ aerem, qui est inter proiectum & ,piiciens impelli: in tali tñ impulsione est duo considerare moueri,quod ille aer recipit à manu,& mouere,quod facit in aerem sibi ,pximũ, tunc uult ꝙ cessante primo motore mouere cessat aer ille moueri mox, non tñ cessat mouere, & ita mouet ulterius partem aeris sibi ,pximam,& similis ratio est de secunda. unde qdam aiunt ,piectionem hunc in modũ fieri,cum.n. aer.interceptus separatur a manu mouet lapidem, qui lapis diuidit aerem uiolenter in parte anteriori, quo diuiso clauditur aer in parte posteriori,aer sic clausus pellit proiectum.Simul fit diuisio unius partis aeris,& clausio uiolenta,sed de hac re postmodum dicetur.

Expõ Arist. nõ conueniens.

Cessat autem cum mouendi potentia fit minor in illo quod sibi cohęret.penitus autem desinit, cum non ulterius id facit,quod prius fecit mouens,sed mouet̃ solũ.hęcaũt simul cessare,hoc qdẽ mouere, illud aũt moueri,atq; uniuersum motũ necesse est.

L

Expositio. Sed dices.cum semper secũda pars mouet & mouetur,& semper mouet cum mouetur,tũc nunq̃ cessabit motus ,piectionis.Respõdet.& imaginatur uirtutem remitti cõtinuè proportionaliter usquequo aliqua particula aeris sit mota tantum & nõ mouẽs.Prima.n. particula mouet secundã, secunda uerò imbecillius mouet quartam,quarta rursus imbecillius quintam,adeo proportionaliter,ut sit deuenire ad ultimam,quæ moueatur tantũ,& non moueat,qua ratione simul penultima cessat mouere,& ultima moueri, & uniuersus cessabit motus.

A quo mouet̃ ,piectũ sursum post separationẽ illius a quo ,piicit̃. Vide Alber. de saxo.q. 2 3 huius,& gaiet.& Bur. hic.

Is igitur motus in his fit,quæ interdũ moueri,interdum quiescere possunt.atq; non continuus est, sed apparet. nam aut eorum est, quæ deincepitia sunt,aut attigua,quorũ quidẽ nõ est unũ mouens.

Expositio. M Ex iis infert ꝙ talis motus nõ est cõtinuus,licet fiat in ipsis, quæ apta sunt quiescere & moueri, quod hac ratione probat,quia non est unus motor è principio ad finem.

Quocirca & si in aere & aqua talis motus fiat, quem quidem nonnulli antiperistasim dicunt:impossibile tamen est ea quæ dubitata sunt aliter soluere,q̃ modo dicto. ipsa nanq; antiperistasis simul cuncta mouere atq; moueri faceret,simul atq; desinere. quare unum uidetur nunc quod continuè mouet̃ ab aliquo,non tñ ab eodem mouetur.

Expositio. Debes scire ꝙ quidã dixerunt motũ proiectorũ esse ꝑ antiperistasim hoc est reuersiuam actionẽ hoc modo: ꝙ aer ipse moueret lapidẽ lapis moueret aerem, & nõ uolebãt ꝙ una aeris portio moueret aliam, & illa aliã donec quiesceret,sed ꝙ aer ipse mouet lapidẽ, q lapis mouet rursus aerẽ, & sese mutuo per antiperistasim procedũt mouendo. Sed contra obiicit, q̃m in ipsa antiperistasi simul ambo mouẽt

An motus ,piectionis fiat ꝑ antiperistasim. Vide Egi. hic.

N & mouentur,incipiunt quoq; simul atq; desinũt.Modo non est sic in motu proiecti,nam ut dictum est aer prius desinit moueri q̃ mouere.igitur nõ fit per antiperistalim.propterea conclusit ꝙ uidet̃ unus motus & nõ est cum nõ sit ab eodẽ proficiscens,ut patet. Debes scire ꝙ hæc opinio de antiperistasi ab aliquibus exponit̃ sic, ꝙ proiectũ cum separat̃ à manu,exit uelocius q̃ à suo toto,& tunc qa natura abhorret uacuũ,aer existens retro ad impellendũ uacuũ insequit̃ ipsum proiectũ,& cum insequitur uelociter attingendo ipsum mouet ultra. dicitur autem hæc antiperistasis, qa aer exiens mouet lapidem, & mouetur ab aere insequente.

Põ de antiperistasi.

Cõtra obiicit Aris. quia talis antiperistasis faceret cuncta moueri atq; mouere retro usq; ad cœlum,nam aerẽ primo insequẽtem alius insequeretur,& illũ itẽ alius,& sic usque ad cœlum. Nec ualet dicere ꝙ aer sequens rarefit,tũ quia mox staret graue.Tum secũdo quia aer ante proiectionem cõdensaretur.Tum tertio, qa proiectio æque bene fieret in aere raro ut in denso. Opinio Arist.igitur est, ꝙ aer mouet proiectum ut motus,imaginatur enim ꝙ proiiciens pellit proiectum, simulq; mouet aerem circũstantem cũ eo, q̃m aer primo motus mouet pellendo proiectum in aerem secundo loco subsequentẽ, simulq; & illũ aerẽ,deinceps ille secundus aer motus pellit proiectũ in tertio aere mouendo rursus illum tertium & sic deinceps, cum autẽ aer motus tardius ac tardius moueat̃, tandem est deuenire ad aerem ita tarde motũ,ꝙ nõ sufficit alium mouere, neq; proiectũ, & tunc cessat prorsus motus.Huius autẽ exemplum est de circulationibus aquæ proiecto lapide in illa,quæ se multiplicant cõtinuè in longiori distãtia usq; ad ripas mouendo interdum lignũ à loco primæ circulationis usq; in ultimã.

Cõfutatio.

O An hoc cõtingat i aere & in aqua ꝙ quiescente ip̃ellente non qescat ipulsum. Vide Egi hic Aristo. Põ.

Hæc est positio Aristo. Contra hanc põnem cauillatores obiiciunt per experientias.Prima,quia possemus tũc remotius proiicere plumam q̃ lapidem, cum pluma minus aeri resistat. Secunda. sequeretur ꝙ cum ego repellerẽ aduersus te aerem,facerem magnum impetum, & alia multa q̃ proficiscuntur ex malo intellectu uerborũ Aris. Sed pro põne Aris.debes scire ꝙ Aris.non põt negare ad motum lapidis nõ concurrere impetum,cuius rei signum est,quia celerius & magis pellit fortioris brachij,q̃ debilis, & unus q̃ alius nec potest negare,quin cõcurrat rarefactio aeris & cõdensatio,& rursus natura medij,quę cum leuibus est leuis,cum grauibus grauis.Quare apud ipsum dicendũ est quędam se tenere ex parte rei motæ,& alia ex parte mouẽtis, ex parte quidem rei motę se tenẽt impetus rarefactio siue cõdẽsatio. hę enim augẽt facilitatem motus,ex parte agẽtis se tenet natura medij.Arist.igitur uult ꝙ aer nõ unus numero sit motor,& huius causa est,quia oportet mouens esse separatum & aliud à re mota quantum fieri potest,causa adiuuans est medii natura.ex parte passi est uirtus impressa rei motę dicta leuitas uel grauitas accidentalis, quæ non concurrit ut agens,cum sit simul in re mota,sed potius ut dispositio passi.Recentiores autem nescierunt distinguere inter dispositiones,& principalia mouentia,& ideo in hos errores delabuntur.Rationes eorũ & experientię ex iis soluũtur.

Cõtra Ari. expientiæ.

Expõ põnis Aristo. P

Auer. autem in hoc cõmento annotatione digna dicit quatuor. Primum causam huius quæstionis de proiectis, & uult esse dictam,quia põt instari propositioni dictæ,uidelicet omne motũ habet motorẽ,& illi uidelicet ipsum non mouere nisi cũ moueat̃ cum sit corpus,ideo qõnẽ mouet de proiectis à quonã mouent̃.Secũdo declarat primã solonẽ.prima igitur solõ erat ꝙ lapis ,piectus mouet̃ ab aere,q motus mouet lapidẽ.imaginat̃.n. ꝙ cũ manus nõ mouet lapidẽ,statim succedit ei uice sua aer q mouet lapidẽ, & simul aliũ aerẽ, qui succedit in uice illius,& sic usq; ad finẽ.Hoc modo Auer.& Themistius exponunt primam respõsionẽ.& replica Aris. exponitur ab eis hoc modo ꝙ hæc respõsio nõ soluit, sed transfert difficultatẽ.rursus.n.quæstioni locus est quãobrẽ aer ille proximus mouetur nullo tãgente.& ita quæstio(ut dicit Auer.)est mutanda de lapide ad aerem.uidetur enim eadem ratio quę pus. nam cessante primo propulsore uidentur & cessare omnia.Hæc est expositio respõsionis & replicæ.

Quę Auer. cõmen. 8 2 Q

A replicæ. Alij (ut diximus) intelligebant responsionem primam hunc in modum, ꝙ aer interiacens inter manus & lapidē mouetur à manu, & ille cōdurans usq; ad finē idem numero mouet lapidem, & cōtra hoc uidetur replica Aris. ꝙ hæc respōsio nihil aliud est q̄ mutare questionem de lapide ad aerē, aut aquā. Mouentur autem isti hoc argumento ad hanc expositionem, quia tunc nō differret hæc rn̄sio ab illa Aris. nam Aris. etiam uult aerem mouere ipsum proiectum, sed nō unum numero, sed alium atq; alium ut diximus. Tertio Auer. ponit exēplum quonam modo manus mediante aere moto mouet lapidem, & ait. manus enim nō mouet illud proiectum, nisi mouēdo prius aerem, ut dicamus ꝙ lapis magnetis attrahit ferrum quod ponitur ultra primum ferrum mediante attractione eius ad primum ferrum. est igitur exēplum ꝙ ut magnes prius natura trahit ferrum uicinius q̄ remotius, licet simul tempore trahere incipiat ambo, sic manus simul tempore mouet lapidem & aerem, lapidem tamen mediante aere. Quarto Auer. & Themistius dant respōsionem Aris. qui uult ꝙ proiectio fit ab aere hoc modo ꝙ aer circundās lapidem simul cum lapide mouetur, & mouet aerem sibi attiguum simulq; cū illo proiectum, rursus tertius motus mouet quartum simul cum proiecto, unde ut primus aer se habet ad pulsorē sic, secundus aer se habet ad primum. Et ut dicebatur ad talē motum cōcurrunt uirtus impressa proiecto, scissio anterioris aeris, & clausio posterioris, rarefactio prioris & aliquis occursus posterioris nō ultra modum sed parua, quæ non facit omnia mouere. demum concurrit natura medii, quæ cum leuibus leuitat, cum grauibus grauitat. Sed principale mouens est aer, qui motus mouet, cætera uerò concurrunt ut dispositiones, leuitas accidentalis uel grauitas uel tale aliud ex parte passi, cum nullum accidens agat in subiecto in quo est. clausio & scissio cōcurrunt etiam ut dispositiones, clausio ex parte agētis, scissio ex parte rei motæ, rarefactio & cōdensatio etiam ut dispositiones, cōdensatio quidem ex parte agentis, rarefactio ex parte patiētis. demum concurrit ipsius medii natura, & ex parte mouentis. Quòd omnia hæc concurrāt, declaratur. primo cōcurrit uirtus impressa. nā proiiciēs melius mouet lapidem, q̄ plumam siue stuppam, quia in illo uirtutem causat maiorē, quia melius applicatur. Secūdò cōcurrit clausio & diuisio medij quia triremis celerius mouetur per aquam à mouente, quia diuisio & clausio celerior fit ab illa, q̄ à naui. Tertio concurrit cōdensatio & rarefactio ut uidetur ad sensum in circulationibus aquę, in quibus moueť lignum. demum cōcurrit natura medii, cuius argumentum est, quia dura nō possunt eē media motus p̄iectionis, cū non sint apta leuitare, aut grauitare. Qđ uero hæc ut dispōnes sint patet, q̄a motor debet esse separatus à re mota, & cōtinuus, modo hæc duo non uidentur competere nisi aeri moto ab ipso propulsore. nec iuniores, igiť nec Egidius potuerūt intelligere pōnem Aris. nòn. n. distinguunt inter dispōnem & principale. Addit demū Auer. ꝙ sua expō differt ab expōne Themistij, & ꝙ sui locus iste sibi difficilis, tu uerò scias ꝙ q̄cquid dicit & hic & alibi Auer. est Themistij, nō. n. inuenio differentiam inter expositionem suam & illā Themistij bene tamen dicit ꝙ locus est difficilis. nam à recentioribus nullatenus intelligitur. Cuius rei difficultas causa fuit ut Albertilla cōtradiceret temerariè Aristoteli, ignorans profecto propriā uocem, ad quem errorē labuntur oēs Sorticolę suorum tēporum. Reliqua dicta commenti hic facillima sunt.

Rň. Ari
B

Declaratio missionis.

An piecta moueantur ex hoc una ps aeris pellit aliā instť cū lapide uel cum fa. sitta. Vide Gradū esc. lec. 22.h°.

C

D

RECO. Contra opinionem Aristotelis de motu proiecti obijciunt iuniores. Aristoteles enim opinatur ꝙ aer circundans lapidem motus à manu uel proiiciente mouet lapidem ad aerem secundum, & facit, ut aer secundus circundet lapidem eo modo, quo primus illum circuebat, hic secundus lapidem circuens ueluti primus circuebat, motus à priore aere, ut ille primus à manu mouebatur, mouet lapidem ad tertium aerem, & facit, ut tertius ille aer circuat iterum lapidem, qui motus à secundo aere, mouet lapidē ad quartum, & sicusq; ad finem, & sic uult Aristote. ut aer alius atq; alius lapidem circuens moueat lapidem. Contra obijciunt quoniam hac positione data plumba ęque uelociter uel uelotius moueretur in aere q̄ lapis uel ferrū, quoniam aeri mouenti minus resistit. quare oportet ponere ultra aerem alium motorem. præterea omnia proiecta ęqualiter mouerentur & à forti, & à debili uirtute, quoniam si non concurrit nisi aer motus, cum aer motus æqualiter moueatur à forti, & à parua uirtute, sic proiecta etiā omnia ęqualiter. Adhuc tunc natura medij nihil faceret, contra Aristotelem qui dicit, ꝙ de natura medij est, continuare motum uersus eum locum, in quem dirigitur. sed quoniam hæc omnia recte in commentariis, nunc hactenus Aristoteles ergo proponit dubitationem de proiectis, & dicit, { de his autem, quæ feruntur } hoc est proiiciuntur, { bene se habet dubitare quandam dubitationē primū } hoc est antequam demonstretur indiuisibilitas primi motoris. est enim utilis hæc dubitatio de proiectis, prio quoniam ex motu Proiectorum sequitur, ut Auerroes inquit, aut aliquid moueri sine motore, ut proiectum postquā exiuit à proiiciente, aut mouens, quód proiecit, mouere proiectum illud non tangendo: aut sequitur, ut primus motor posset mouere cœlum motu non continuè, ueluti mouetur lapis proiectus à pluribus portionibus aeris sibi inuicem succedentibus in mouendo. Nam posset dici ita esse in motu cœli, ꝙ ille non sit ab uno motore, sed ab infinitis sibi inuicem succedentibus in mouendo cœlum. Quare est utilis hæc dubitatio propter se, quoniam ex proiectorum motu sequitur aliquod horum. secundo est utilis, quoniam ex hac sequitur dubitatio eorum quæ dicta sunt. dictum est enim omne quod mouetur habere motorem, modo instātia est de proiectis postquam recesserint à proiiciente, amplius dictum est quod omne mouens corporeum in mouendo mouetur, modo contra hoc est mouens proiecta, quod mouit, & proiectum continuat motū suum, & proiiciens non mouetur. Tertio ut dictum est, hæc quæstio est utilis, quoniam posset dici primū motorem non esse unum qui continuo moueat, quēadmodum non est unus aer qui mouet lapidem à principio ad finem. Tunc Aristote. dat dubitationem, & dicit, { si enim quod mouetur, omne mouetur ab aliquo, quæcunq; non ipsa se ipsa mouent, ut proiecta, quo modo aliqua } eorum, { mouentur } motu { continuo, non } contangente illa ipso { mouente, } quod illa incepit mouere. deinde dat solutionem quandam Platoni attributam. dicebat enim Plato, ꝙ aer lapidem circundans mouetur à manu, & hic aer à manu motus mouet lapidem à principio ad finem nō deferendo lapidem, donec ducat eum ad finem motus. unde dicit, { si aūt } proiiciens { simul mouet & aliud aliquid mouēs } scilicet lapidem, { ut aerem qui motus, mouet } similiter lapidem non deferendo eum usq; in finem. contra obiicit, & dicit impossibile est primo. s. motore { nō tangente nec mouente } amplius aerem, lapidem ipsum uel aerem ulterius { moueri. Sed } oportet subaudi { simul omnia moueri, & quiescere } . s. { cum primū mouens cessauerit } à mouere, uel à quiescere. si enim principale mouens cessat mouere, omnia oportet cessare à moueri, & si cessat à quiescere, omnia oportet moueri. oportet dico omnia cessare, { quāuis } aer motus à manu facit sicut lapis, { si mouet } lapis ferrum quod ulterius { mouet. } Quare uertetur questio de aere, nam sicut erat dubium de lapide proiecto, à quo moueretur, post recessum à proiiciente, sic uertetur quæstio de aere, à quo mouetur post recessum à manu, deferendo lapidem usq; ad finem. deinde reprobata hac Platonis solutione, respondet ipse, & dicit, { necesse est autem hoc quidem dicere } pro determinatione ueritatis, { ꝙ primum mouens } . s. proiiciens, qui primo mouet aerem, { facit ut hic aer } si lapis mouetur in aere, { aut aqua, } si lapis moueť in aqua, { aut aliquod aliud qd tale } . s. corpus liquidū, { quod aptū natura est mouere & moueri, possit mouere } . Quare sođo Aris. p̄iiciens mouet aerē, q lapidē circūdat, q mot⁹ mouet lapidē in sm

E

F

G

H

I Expositio aerem,& facit,ut secundus aer circundet lapidem, qui motus à primo aere,mouet lapidem in tertium aerem, & facit,ut tertius aer circuat lapidem iterum,qui motus mouet lapidem in quartum aerem,& sic usq; ad finem. non ergo est unus aer secundum Aristo. qui motus à manu mouet lapidem à principio ad finem,sed tot aeris sunt particulæ quot proiectiones. cum alter alterum moueat per hunc modum usq; in finem. Sed contra quoniam uidetur stare argumentum quod fuit factum contra Platonē, quoniam tunc manu cessante à mouere,cessabit primus aer à moueri,& à mouere se undum aerem,& lapidem , & sic cessante manu omnia cessabunt. Respōdet, { sed non simul cessat } aer { mouerī } .s.lapidem, { & moueri } à manu, { sed } bene cessat { moueri quidem simul, cum } principale { mouens } .s.manus { cessauerit mouere , tñ adhuc est mouens , quapropter mouebitur quodam contiguū } hoc est ab ipso aere moto,qui nō cessat mouere, mouebitur aer alius qui est adhuc tertio { alteri } aeri contiguus, { & in hoc } secundo { eadem ratio est } sicut in primo.

K cessat enim moueri aere priori cessante mouere, nō autem cessat mouere. Sed dices cessante primo & principali motore , cessant instrumenta mouere , cum omnia moueant in uirtute primi. Respondet Auerroes , ꝙ de natura aeris uel aquę est,cum accipiunt principium mouendi ab alio, ut moueātur per se,ut infra dicetur,& quarto lib. de cœlo, & sic oportet dicere aerē et tales non esse præcise instrumenta,nisi quatenus de se non inciperent motum,sed perseuerare possunt,ut patet,sed ulterius dices, si ita esset,tūc proiectum nunquam cessabit moueri , quoniam primus aer motus mouet lapidem in secundum,& secūdus in tertium,& sic in infinitum.Respondet Aristo.& dicit, { cessat autem , cum in ipso contiguo minor fuerit uirtus ꝙ ut moueat, tandem autem cessat cum non amplius fecerit prius mouens } ut posterius moueat adhuc aliud, { sed } fecerit ut posterius { solum } sit { motum patiens, } & nō agens motum. per recessum.n. à principali principio uir-

L tus in aeribus semper diminuitur,quoniam motus est uiolentus cum magna resistentia, diminuitur autem uiolentia & uirtus per elongationem à principali uiolentante. { hæc autem, } ut inquit cum ita sint, { necesse est } omnia { simul cessarē.hoc quidem mouere } alterum ulterius, { hoc autem moueri } à priori, { & totam motionem. } Ex ijs cōcludit motum ꝓiectorum nō esse continuū,& dicit, { hic igitur motus } proiectionis { fit in iis, quæ pñt aliqñ quidē moueri aliqñ quidē qescer, } uidelicet in aer, & aqua,& corporibus mollibus, { & non continuus,sed uidetur } continuus.& ꝙ non continuus,probat,& dicit, { aut enim } portionum aeris { existentium consequenter est,aut } portionum aeris,quæ mouent, { se tangētium. non enim unum mouens est, sed } mouentia sunt plura { contigua ad inuicem. } Ad unitatem.n.& continuitatem motus requiritur non solum unitas mobilis & temporis,sed motoris.demum reprobat positionem quādam, & primo ꝯcludit illud quod bene dicunt,& dicit, { qua-

M propter & in aere, & in aqua fit huiusmodi motus proiectionis,& quantum ad hoc bene dicūt, { quē dicunt quidam antiperistasim esse: } & subdit quod quantū ad hoc male dicunt,& dicit, { impossibile autem est aliter dubitata soluere,nisi dicto modo, } & ꝙ non possit esse ꝑ antiperistasim, probat, & dicit { antiperistasis enim simul omnia moueri facit,& mouere, quare & cessant } omnia simul, { nunc autem uidetur unum aliquid moueri continuo à quolibet. } illorum aerum, { non enim ab eodē, } & sic falsum est motum talium fieri per antiperistasim. Quod uero ad rationem attinet. Aīaduerte eos per antiperistasim intellexisse contrariam actionem , quatenus aer mouetur,& aer mouet . nam aer qui lapidem circuit lapidem mouet,mouetur autem ab alio aere ipsum insequente,& ille aer insequens mouet,& mouetur. mouet qdem aerem priorem antecedentemq;, mouetur autem ab alio insequente.& sic sequitur ut tandem moueatur ignis insequendo aerem,& cœlum insequendo ignem,& sic omnia simul in tali antiperistasi simul mouebuntur,& omnia simul cessabunt. hæc ergo est antiperistasis , quatenus aer agit,& aer patitur,licet non aer idem modo,sed idem specie.In commento ibi { & hoc quod auctor dicit } digreditur & primo declarat per exemplum quomodo primus aer motus à manu mouet lapidem in secūdum aerē , qui circundans lapidem rursum motus à primo mouet lapidem in tertium,& sic usq; in finem , & dicit, & hoc quod auctor dicit , manifeste uidetur sensu in motu aqua , lapide proiecto in illa:uidemus enim lapidem , quæ sequitur lapidem moueri undiq; in circulum . qui circulus postea transfertur motus ab illa parte ad partem consequentem etiam in circulum , deinde de illa ad aliam donec cesset. sed dices aqua est corpus continuum,igitur mota una parte,mouetur quælibet.quoniam continuum est,cuius motus est unus. amplius de aere in proiectione dubitat,quo- O

niam aer etiam est corpus continuum.igitur mota una portione aeris,mouetur totus.Respondet pro cuius euidentia, animaduersione dignum corpus continuum bifariam eē: alterum propria figura terminatum,ut corpus durum,alterum uerò figura aliena,ut mollia corpora, tunc uult continuum corpus propria figura terminatum semper totū moueri aliqua sui parte mota: at aer,& aqua sunt corpora cōtinua,alieno termino terminata,& sic non oportet totum moueri altera sui parte mota , & sic stat aliquam portionē aquę moueri, nō mota aqua tota,& aliqua portione aeris etiam,non moto toto aere. Si enim ut inquit,aeris motus esset similis motui corporum,quæ proprijs figuris figurantur,oporteret omnes partes aeris,uel aqua moueri una parte mota,& sic in proiectione expellerentur omnes partes mundi una in sequendo aliam ne detur uacuum.in tātum, ut fiat inundatio,& iactura omnium,aut sequeretur penetratio corporum.Sed adhuc dubitares, quoniam si aer esset aliena figura terminabilis esset rarefactibilis, & codensabilis,& sic motus à manu non posset pellere lapidem in P

alium aerem,quoniam nihil pulsum pellit, nisi subeat duritiem quandam,ut sensu patet. Respondet Auer.& dicit primo ꝙ aer,et aqua sint corpora, quæ rarefiunt , & condēsantur,& dum cōdensanī uidentur quasi recipere quandam penetrationem, hoc est quandam constrictionem. si enim ut inquit, non reciperent penetrationem,hoc est constrictionem aliquam,tunc mota una parte moueretur totus aer, & consequenter moueretur totus ignis , & sic in motu proiectionis expelleretur ultimus terminus mundi ut dictum est. secundo dicit , ꝙ partes istæ aeris uel aquæ in proiectione non perfectè se penetrant,siue constringūt, ita ut nullam subeat densitatem ac duritiem,quoniam tūc in proiectione solum moueretur ea pars prima aeris uel aqua,quę proijcitur à manu,& cum non esset dura,nō posset pellere lapidem in secundum aerem . tertio concludit, ꝙ aer uel aqua est quasi mediū inter esse spirituale & corporale,nam ut spirituale constringitur , ut corporale per constrictionem acquirit quandam duritiem,ut pulsus pel- Q

lere possit. quarto dicit ꝙ nos uidemus in aere diuersos motus fieri in partibus,quarum una non impedit alteram, & hoc merito rarefactionis, merito uerò densitatis, subit aer pulsus duritiem,& pellit lapidem,& sic uidetur quasi aer translatus per se,lapis uerò ab illo aere durificato pulso , & sic usq; ad finem . quinto declarat ꝙ motus proiectionis non sit unus,quoniam pars aeris nō est una à principio ad finem,sed altera alteri succedit,ueluti calor multiplicatur per partem post partem in toto subiecto. 6. dicit ꝙ motus sagittæ est similis motui nauis in undis,nam prima unda mouet nauim in secundam,& secunda in tertiam,& sic ulterius.ex his soluitur ad argumentum quoniam non oportet ut mota una parte aeris , tōtus moueatur,propter penetrationem,& condensationem. & si dicitur,tunc non continuaret motus sed statim cessaret , respōdet esse de natura aeris,uel aquæ continuare motum uersus eam partem ad quam cœpit moueri.

Cum

A

Tex. 83.

Cum auté in his quæ sunt: continuus semper sit motus, necesse sit: hic uerò unus est: unum quoq; motũ magnitudinis cuiusdam esse necesse est. non enim mouetur id quod magnitudinis expers est: & unius esse ac ab uno: alioquin cõtinuus nõ erit: sed attiguus alius alii atq; interceptus.

Expositio.

Hactenus de proiectis quæstionẽ persoluit, uoluitq; habere ex solutione quæstionis hanc maiorem, uidelicet omnis motus unus & continuus est ab uno motore uniusq; magnitudinis quæ mouetur: nunc addit quasi minorẽ, & inquit. Cum autem in his quæ sunt hoc est in uniuerso rerum orbe continuus semper sit motus: necesse sit, hic uero unus est: hæc uidetur minor, addit conclusionem, & inquit, unum quoq; motum: subaudi in uniuerso rerum orbe magnitudinis cuiusdam, & unius atq; ab uno motore necesse est. Hæc est cõclusio. Magnitudinis quidẽ, quia id quod magnitudinis expers est, nõ mouetur: sexto huius unius uerò magnitudinis & ab uno motore, alioquin continuus non erit: sed attiguus alius alij atq; interceptus: ut per declarata in huius libri quinto patet. Motus itaq; uniuersi cuiusdam est magnitudinis: uniusq; mobilis, ab uno quoq; motore. Sed dubitant hic, nam. 12. meta. com. 41. Auerroes uult q motus cœli componitur à duplici motore: igitur falsum & dubium est: quod Aristoteles conclusit: aut saltem est contradictio inter Auerroem & Aristotelem. Soluit Auerroes ibidẽ q non est inconueniens motum cœli dependere à duobus motoribus alterius rationis: ab uno enim depẽdet quatenus est infinitæ motionis: ab alio uero quatenus finitæ est motionis. Sed obijcit expositor in lectione præcedente, primo q mouere tempore infinito uidetur consequi utrũq;. tam enim primus motor, quã proximus motor mouet tempore infinito, & sic uidentur eiusdem rationis in mouendo. Secũdo cum uterq; motor sit forma extra materiam, quare magis unus mouet finita motione q̃ alter. Sed Auer. defendi potest ut diximus in codicillo de infinitate primi. Vbi debes scire q motus uniuersi cœli cõgregati ex omnibus orbibus est cõpositus ex diurno, & proprio. diurnus enim est: qui uigintiquatuor agitur horis proprius uerò non una ratione est: nam octaui orbis secundum Ptolemæum est in centũ annis gradu uno: Saturni uerò in. 30. annis totus, & alij alijs temporibus, quare cum motus cœli sit compositus: etiam motor est duplex, communis quidem q uniuersum mouet unico & simplici motu, ꝓprius uero unicuiq; orbi: q propria reuolutione mouet: sunt autem alterius rationis, quia communis est infinitæ motionis: quia mouet independenter: & a se ob nullum alium superiorẽ; & propter se: quia non alterius gratia. Alij uero mouent dependenter & ab alio: & propter alium superiorem. qui enim sic mouet; motione mouet finita: quia suapte natura finitum esset: quia uero ab infinito dependet in duratione: ideo perpetuum est: ex hac reponsione non habetur q deus siue primus motor sit infiniti uigoris: sed quod si tẽpore infinitus & a se. cæteri uero æterni: sed ab alio. Tunc patet solutio ad obiecctiones expositoris.

B — An primũ mouẽs moueat imediate primũ mobi. le. Vide lã. du. q. 21. huius.

Dubõ.

Solutio.

Obõ expositoris.

C — Defensio.

D

Mouens quoq; si unum sit, aut motum mouet: aut imobile est. Siquidẽ mouetur: consequi oportet & ipsum moueri: & simul moueri ab aliquo. Quare stabitur & ad id peruenietur quod mouetur ab eo quod est immobile. Hoc enim non commutari necesse est: sed mouere quicquam poterit semper. Nam & hoc profecto modo sine labore mouere est.

Expositio.

Secundo probat tale mouens mouere sine labore: & utitur tali syllogismo. quod mouet penitus immobile: mouet quicquid mouet sine labore. Primum mouẽs mouet penitus immobile. igitur mouet sine labore. minor declaratur per ea quæ dicta sunt: tum in septimo: tum in hoc octauo: quod. uidelicet. oportet deueniri ad aliquod quod mouet penitus immobile: quod quidem est primũ. In ordine eorum q̃ mouent & mouentur. Sed dubitant de causa fatigationis atq; laboris. Respondet Auerroes in hoc commento quod fatigatio prouenit ex eo quia mouens in mouendo mouetur: & mouens hac ratione in mouendo mouetur: quia est in materia & ita uidetur quod prima causa mouendi absque labore sit esse absq; materia: & pria causa mouẽdi cum labore sit esse cum materia. Qua ratione euenit ut motores cœlestes & maxime primus motor moueant sine labore: cum sint uirtutes sine materia. Sed hęc responsio uidetur dubia. Primo. quia intellectus & uoluntas in homine sunt uirtutes sine materia: & tamen mouent hominem cum labore. Secundo. forma elemẽti est forma in materia: & tamen mouet corpus naturaliter sine labore. Nouus expositor quasi defendendo Auerroem uult q illa uirtus mouet cum labore quæ cum sit in materia: est illa per organa, & mouet immediate. defectu primæ conditionis forma grauis nõ mouet cum labore: quia est in materia & sine organis: defectu secundæ intellectus a regula excluditur: quia mouet mediate. utpote mediante sensu et immaginatione siue mediante dianoetica parte. Modo ad propositum primus motor mouet immediate uniuersum, & nõ est in materia nec organica, nec quauis alia. Sed ad huc restat quæstio primo propter quid uirtus mouens per organa siue existens in materia organica mouet cum labore. Vbi enim primus motor moueret per organa: non uidetur causa quare labore moueret. Secundo quia uidetur etiam sine organis mouere cum labore. nam secundo cœli dicitur quod si orbi adderetur astrum aut nõ moueretur: aut tardius moueretur. hoc autem non esset: nisi cęlum moueretur cum labore. Dici potest ad primũ quod quicquid mouet per organa mouet per transmissionem spirituũ ad illa: ut docet Aristoteles in libro de causa motuum animalium: & tangere uidetur Auerroes secundo cœli commento. 3. & in libro de substantia orbis: & sic nõ potest mouere motor membra: nisi spiritus resoluantur: & hæc est causa laboris. recte igitur dixit nouus expositor quod quicquid per organa mouet: uidetur mouere cum labore. Ad secũdum dici potest quod cœlum bene mouet cũ resistentia: & propterea si orbi adderetur astrum: moueretur tardius. non quidem ob laborem: sed ob resistentiam. hæc de laboris causa: licet alij aliter sentiant: quæ res transmittatur ad tempus.

E — Dubõ. Rñ Auer. com. 83.

Replic.

Defensio noui expositoris.

F

Replic.

An motores cœlorũ sint infatigabiles. Egi hic. Defensio.

G — An primus motor sit imobilis. Vide lectã. magist q. 4. huius.

Insuper etiam hic motus aut solus: aut potissimum uniformis est. nam neq; id quod mouet ullam subit mutationem: neq; id quod ab illo mouetur mutationẽ habere oportet: quatenus eius motus similis sit.

Expositio.

Tertio probat quod primus motor mouet motu semper uniformi: & ex parte sui met: & ex parte mobilis. sui quidẽ met: quia ipse motor nullam subit mutationem. Mobilis uero quoniam cœlum ipsum quod mouetur ad hoc ut moueatur motu simili & uniformi, etiam mutatiõẽ, non habet, qua aut uarietur: aut desinat: aut tale qd patiat̃. Auer. uerò in calce huius cõmenti uidetur probare cœlum ipsum nullam subire mutationem aliam à latione ab ęqualitate motus eius. Nam si ipsi cœlo accideret aliqua transmutatio ut alteratio, uel auctio, uel generatio: tunc cœlo accideret inæqualitas in sui motu, ut patet in motu aĩalis. Quod autem cœlo non accidat transmutatio, probat Auer. authoritate Aristotelis dicentis cœlum non recipere transmutationem aliq̃: & ratione hac, q̃a non componitur ex materia & forma, & quia est necessarium à se, & non ex alio, ut uoluit Auicenna qui tenet cœlum esse possibile ex se, sed necessarium ab alio. Addit tamen q cœlum sit necessariũ a se, non q̃dem in agendo, sed in recipiendo motum. Sic igitur patet cœlum moueri uniformi motu, quia est absq; transmutatione, & necessarium esse. Dubitant q̃a motus cœli uidetur irregularis, & difformis primo ex parte mo-

H

Quę Auer. cõmẽ. 94.

An intelligẽtiis separatis cõtigat assignare aliquã uirtutẽ aliam ab intellectu & uoluntate ꝑ quã motũ influant mobilibus. Vide Gradeum Escu. lec. 22. huius.

I bilis:nam partes propinquiores polis tardius mouentur. Secundo ex parte temporis, quoniã planetæ sunt nunc retrogradi, nunc statiarij:nunc ueloces:nunc tardi, ut testantur astronomi: & experientia docet. Respondet cõmuniter omnes ꝙ licet partes cœli aliquæ uelocius aliquæ tardius moueantur:non propter hoc cœlum dicitur aut difformiter aut irregulariter moueri, nam totum cœlum, & quælibet pars ęquales arcus circa centrum in ęqualibus temporibus describunt. Sed restat uidere an penes tẽpus motus cœli dicaẽ difformis ac irregularis. Nouus expositor ait dictum Aristotelis esse uerum solum in motu primo, & diurno, cæteros autem asserit eẽ difformes & irregulares. Sed hæc respõsio nõ est ad Aristotelis mentẽ. Arist. enim probat motum cœli esse regularem, & uniformẽ:ex parte motoris: quia mouet nullam subiens transmutationem, ex parte uerò mobilis, per idem argumẽtum. Modo cæteri motus simili ratione se habent:sunt enim à motore & à mobili in transmutabilibus: igitur pari ratione erunt uniformes. Potest igitur dici ꝙ planeta per se mouetur regulariter, per accidens irregulariter:ut docet Ptolemęus in quinto libro magnæ constructionis. Mouetur quidem regulariter circa centrum circelli, circa alia uerò irregulariter:& adhuc alij motus sunt regulares respectu unius centri: & suorum polorum: irregulares uerò respectu centri alterius orbis, & aliorum polorum. Hæc in libro astronomicorum perquirantur.

Responsio. Rñ. Egidij. Cõfutatio. K Responsio propria. An solum motus primi cœli sit regularis. Vide Egi. hic.

Tex. 84. At uero aut in medio aut in circunferentia illud sit:necesse est. sunt enim hæc principia. At ea quæ propinquissima sunt mouẽt:celerius mouẽtur. Talis autem, est uniuersi motus. Illic igitur est ipsum mouens.

Expositio. Quod quidem unus sit primus motor: & moueat absq; labore, & regulariter:ex his perspicuũ. In quo uerò sit, uti in loco:nunc docet, & sumit ꝙ primus motor esse non potest nisi aut in medio totius uniuersi, hoc est in centro; ut Plato ait in timæo:aut in cyclo, hoc est circũferentia totius uniuersi. huius causam affert:quia hæc sunt principia magnitudinis, centrum quidẽ est principium ex quo. Circũferentia uerò est finis ad quẽ: & ita oportet ut primus motor sit in altero horum necessario: persuadet tamen ꝙ debeat esse potius in circunferentia hoc syllogismo, in eo cui propinquiora celerius mouentur:est motor primus circunferentia est id cui propinquiora celerius mouentur, igitur in circunferentia est primus motor:de syllogismo tangit uim minoris dicens. At ea quæ propinquissima sunt mouenti, celerius mouentur:tale autẽ mouens est motus uniuersi:qui diurnus dicitur. Addit conclusionem dicens. Illic igitur est primus motor: siue ipsum mouens: quod per excellentiam dicitur. Auer. autem in præsenti cõmẽto declarat tria. Primum est ꝙ primus motor est in circũferentia per tres rationes. Prima est quia actio eius utpote motus magis apparet in circũferentia: modo agẽs ibi est: ubi actio magis apparet. Secũdo ubi actio uidetur esse magis ęqualis:ibi actio magis est & agens ipsum. In circũferentia totius uidetur actio magis ęqualis ac uniformis, ut docent astronomi. Tertio arguit authoritate omnium legum:ut arguebat Aristo. primo cœli, nam omnes leges dicunt deum habitare in cœlo. Secundũ est ꝙ sunt duo principia uniuersi quod mouetur: uirtus, uidelicet quiescendi: qua, uidelicet centrum & uniuersum ipsum quiescit saltem secundum subiectum, & uirtus mouendi: qua uniuersum mouetur secundum partes circa centrum, & propterea recte inquit Aristoteles ꝙ duo sunt principia in ipso, uidelicet medio quiescendi scilicet: in circunferentia uerò mouendi. Alij uero mediũ & circunferentiã dicunt esse principia circuli, quia per illa definitur circulus. Addit tamen Auerroes ꝙ uirtus faciens quietem est fortior quã uirtus faciens motum:& asserit causam:quia ubi uirtus quietem faciens esset minus fortis, esset facilius uniuersum remouere a quiete secundum subiectum:& ipsum ponere in motu:

L. Quę Auer. com. 84. M. An prim⁹ motor sit magis in una parte determinata mobilis quã i alia. Vide Grã deũ Escul. sec. 23. huius.

quã ipsum ponere quiete. Modo uidemus totum quiescere secundum subiectum, & non posse moueri secundũ subiectum. Ipsum uerò tolli à motu secundum subiectũ est de facto. Propterea inquit:si aliter esset hoc est ꝙ posset totũ tolli à quiete & poni in motu, totum expelleretur & moueretur secundum subiectum à centro. Sed dices, utrũ una & eadẽ sit uirtus quæ facit uniuersum quiescere & ipsum moueri, & quare si una sit:dicitur potior in faciendo ipm quiescere:ꝙ ipsum moueri. Dici potest ꝙ primus motor est idem qui facit uniuersum quiescere, & uniuersum moueri:sed alia atq; alia ratione. facit quidem ipsum quiescere per priuationẽ causarum facientium ipsum moueri motu recto:facit autem ipsum moueri ut forma est attributa circũferentiæ cœli, & sic una est res quæ facit utrũq;:dicitur autẽ ipsum uniuersum à fortiori uirtute quiescere:propterea quia minus potest impediri. Moueri uerò dicitur à minori uirtute eo quia de facto potest & quiescit saltem secundum totum, & ita sunt duæ uirtutes secundum definitionem:una uerò secundũ subiectum. Sed circa dicta sunt tres dubitationes:quas soluere uidetur Auerroes in commento, & hoc est tertium quod in commento colligitur.

Prima dubitatio est:quoniã uniuersus orbis qui est proximus primo motui tardissime mouetur ut in. 36. milibus annorum ut Ptolemæus per obseruationem ab hiparcho tradit, hoc est singulis centenis annis partem unam peragrando. Saturnius uerò orbis singulis trigenis annis complet reuolutionẽ, mars tribus:sol:uenus:& mercurius fere uno anno:luna mense fere. Huic respondit dicens, & sic est de moto totius. s. ꝙ quãto magis appropinquatur motori: tanto erit uelocior: motor igitur est in partibus uelocioribus totius. s. in circulo maximo orbis maximi: qui facit diurnum motum:est igitur solutio ꝙ dictum Aristotelis est intelligendum de motu diario:hoc enim motu uniuersus orbis uelocius mouetur quia in ęquali tempore, uidelicet. 24. horis maius spatium peragrat, & sic consequẽter. Sed dices contra quia tunc essent duo motores. Alter primus qui mouet uniuersum in die. Alter secũdus qui mouet sphæras in contrariũ ab occasu in ortum:& tunc qua ratione primus motor est in circunferentia primi mobilis per hoc:quia ibi ille apparet uelocior:sic alius primus motor deberet esse in circũferentia interna orbis lunæ:in qua motus illi contrarius apparet magis. Huic respõdet Auerroes secundo cœli:cõmen. 58. circa finem, cuius responsionem quære:quia alias disputabitur, nunc uerò sat sit monstrasse locum. Propter hanc forte replicam Alpetragius dixit in libro de sphæra mota:cœlorũ motus fieri per incurtationem à primo motore. Alij iuniores uim faciunt in uerbis:qa aliud est uelocius moueri, & aliud uelocius circuere:uniuersum igitur orbem dicunt uelocius moueri cæteris:circuere tardius & in alijs id genus idem. Secũda dubitatio est contra Aristotelem, ait enim ea moueri celerius quæ propinquiora sunt primo motori: modo primus motor cum sit incorporeus:nec esse potest in loco:nec aliqd sibi propinquius. Respondet Auer. et inquit, hanc autem appropinquationem debemus intelligere secundum esse: non autem secundum locum: qa quod non est corpus, nõ est in loco:& potest Auerroes intelligere per esse tam operationem siue actum secundũ:ꝙ actum primũ siue essentiam. Operationẽ qdem ut dictum est:nam motor & motus propior primo est nobilior:& celerior secũdum essentiam uerò:qa cuius operatio est præstabilior, ipm est præstabilius: & ita per esse in loco Auerroes intelligit actionem, & locũ ęquiuoce:ut diximus in quarto huius. Tertia dubitatio esse solet:quia existens in medio alicuius rotęuel circa medium tardius mouetur ꝙ quod est in circũferentia:& tamen magis est propè principium mouens.

Respondet Auerroes ꝙ dictum Aristotelis est uerum de motu maximi circuli, & diurno: qui est nobilior & præstabilior, qa magis recedit à medio. Modo obiectio de rota nõ est ad propositum:qa partes rotæ sunt cõtinuæ, partes uniuersi sunt contiguæ; & sic in illis nõ est aliqua ue-

N. Dubõ in cõmen. Solutio. O. pri. dubõ commen. Vide etiã Egi. hic. Añ. Auer. Replic. P. Respõsio Auer. Q. 3. dubõ. Respõsio Auer. An primus motor sit in circũferẽtia & nõ in centro. Vide Egi. hic.

A locior:aliqua tardior propter continuitatem:at in uniuerso sic:propter discontinuitatem. Hæc ex cōmento & textu colligi possunt. Debes scire ꝙ si Plato uult animā mundi esse deum, ut Themistius credit: & multi Platonici: tunc probabiliter saluari potest deū esse in medio, & possunt ambo concordari: deus enim est in circūferentia ut motor quia ibi motus apparet uelocior, uniformior, & magis. Est in medio ut quietator, quia ibi quies est maior: fortior: atque diutior, qua ratione ambo possunt rectè sentire: de re hac diximus in libro de intellectu: & dicemus in libro secundo cœli, commento. 15.

Cōcordia Platonis & Aristo.

Auerro.

Auerroes in commento ait, ꝙ uirtus faciens quietem medij circa quod cœlū fertur: est firmior uirtute eius: qua mouetur primū mobile, & si aliter esset, ita ut mediū moueretur aut sursum aut deorsum, totum moueretur, & simul cum eo expelleretur. & licet in cōmentarijs hęc non
B reprehenderimus tunc, nunc hæc absurda uidentur, primo quoniam oppositum quietis medij est moueri, & oppositum motus cœli est quiescere. sed hæc opposita sunt simpliciter impossibilia: cœlum. n. quiescere secundū ipsum est simpliciter impossibile, & medium moueri similiter, sed ea quorū opposita sunt simpliciter impossibilia, sunt ęqualiter necessaria: quare medium quiescere, & cœlum moueri sunt ęqualiter necessaria, & sic uirtus quæ facit motum, erit ęqualis uirtuti, quæ facit medij quietem: præterea aut uirtus faciens medij quietem est una & eadem cum ea uirtute, quæ facit motum primi mobilis, aut altera: Si eadem, tunc cum nihil sit seipso fortius, uirtus quæ facit quietem non erit fortior uirtute quæ facit motum. si altera: tunc aliqua uirtus erit fortior uirtute primi motoris: quod non credo & propterea dicendum ꝙ uirtus faciēs motū primi mobilis est uirtus primi motoris, at uirtus quæ facit quietem medij, non est uirtus aliqua
C positiua: quoniam non quiescit terra per hoc ꝙ aliqua uirtus eam ibi detineat, sed quiescit per priuationem, causarum, quæ possunt motum quiescere, sicut, cœlum est ęternum per priuationem causarum, quæ faciunt corruptionem. & sic non est aliqua uirtus positiua: quæ facit medium quiescere.

Tex. 85.

Habet autem dubitationē utrum aliquod quod mouetur: continuè mouere possit. Sed non quemadmodū id quod iterū atq; iterū pellit: eo continue mouet: quia motus deincepitii sunt.

Expositio.

Mouet circa dictā dubitationem: ubi debes scire ꝙ continuitas est (ut Themist. innuit) multifariam dicta, in proposito tamen Arist. per continuitatem intelligit eam qua & motus est unus, & non intercisus: & ęquabilis siue uniformis. Propterea mouet quæstionem, & inquit. Habet autem dubitationē utrum aliquod quod mouetur, continuè mouere possit, & exponit continuitatem illam quam intelligit, & inquit. Sed nō quemadmodum id quod iterū atq; iterum pellit: eo continuo mouet: quia motus deincepitij
D sunt: quasi dicat, intelligo per motum continuum, non illum: cuius partes sunt deincepitiæ, quia sic nō est dubium aliquod quod mouetur posse mouere continue: sed supple intelligo per motum continuum: unum: & ęquabilem. est igitur dubitatio utrum aliquod quod mouetur possit mouere motu uno & ęquabili aliquod mobile?

An quia ipsum ípellere: aut trahere: aut utrunq; facere oportet: aut aliquid aliud iuxta aliud succedere: ut in proiectis antea diximus. nam si aere aut aqua uti facile diuisibili existēte: aliquid aliud quod mouetur: semper moueat, neutro modo fieri pōt ut motus unus sit: sed deincepitius: igitur is motus dūtaxat continuus est: quo id quod est immobile mouet. Nam cū similiter sese habet: etiam & ad id quod mouetur similiter & continue sese habebit.

E

Expositio.

Soluit: ubi debes scire ꝙ mouens potest mouere mobile aliquod aut motu naturali, aut uiolento, & sic uiolento (ut dicebatur in. 7.) hoc fieri potest aut impulsione: aut tractione: aut mixtim: aut proiectione. Impulsione quidem: id uiolenter mouetur, quando mouens à re ipsa mota non separatur, & se habet, mouens ut terminus ē quo: ceu impellitur rota manibus ab ea non separatis. Tractione uero: cum mouens ipsum se habet: ut terminus ad quē: ut in tractione nauis fit. Mixtim mouetur rota circūcirca, nam partes aliquæ sursum trahuntur: aliæ deorsum impelluntur. proiectione autē id mouetur, quod separatur ui ab ipso motore. Respondet igitur Aristo. & inquit. An quia ipsum impellere aut trahere: aut mixtim utrūq; facere: ut in uersione siue uertigine, oportet: aut quarto aliquid aliud iuxta aliud oportet succedere, ut in ꝓiectis antea diximus. Vult igitur in motu uiolento nihil continue ęquabiliter moueri: subdit causam dicens, nam si aere aut aqua uti facile diuisibili existente aliquid aliud quod mouetur semper moueat, neutro modo fieri potest ut motus aliquis illorum uiolentorum unus sit: sed deincepitius. Vult igitur ꝙ motus uiolentus fiat in medio rarefactibili & condensabili non se habente uniformiter quo ad omnes suas partes: necesse est propter uariationem medij, & spatij, & propter diuersam dispositionem motoris ad medium atq; ad mobile: talem motum non esse unum & ęquabilem, & sic nec continuū. Requiritur enim unitas motoris, & medii ac spatij, & mobilis ad motus continuitatem atq; æquabilitatem. Ex his patet solutio de motu uiolento: de motu uerò naturali, ut inquit Themistius nihil dixit, quia illum non esse ęquabilem patet: nam in fine uelocior est. & ita nullum mouens quod mouetur hac continuitatis ratione mouet: quia siue moueat naturali motu, siue uiolento, nunquā hac continuitatis ratione cōtinue mouet. Naturali quidem motu non, quoniam mouet inęquabiliter: uiolenter uerò minime, propter differentiā medij. Tunc quasi dans utilitatem huius quæstionis: infert primum motorem qui mouet primum mobile mouere ęquabiliter & continue: ex hoc solo: quia mouet, & non mouetur: nam sic se habet eodē modo semper ad mobile, etiam quia mouet sine medio. Auerroes autem præsenti cōmento fructum quęstionis uult esse ꝙ per hanc habeatur primū motorem esse incorporeum: nam omne mouens corporeum aut mouet naturaliter: aut uiolenter, si quidem naturaliter: non ęquabiliter mouet. Si uero uiolenter, non uno motu propter differentiam medij. cum itaq; primus moueat ęquabili & uno motu perpetuo: ipse erit omnino incorporeus.

An primus motor sit oīno imobilis. Vide Egi. hic, & Ioā. magi. q. 4. huius.

F

G

Quę Auer. cōmē. 85.

Tex 86.

His uerò definitis: primum mouens quod quidem ímobile est: nullam prorsus magnitudinem habere posse perspicuum est. Nam si magnitudinem habet: aut finitam: aut infinitam esse necesse est. Infinitam quidem non: quia nullam magnitudinem posse esse talem in naturalibus prius ostensum est. Finitam uerò minime: tum quia habere non potest illa potentiam infinitam: tum etiam ꝙ infinito in tēpore aliquid moueri ab eo quod est finita in magnitudine impossibile esse ostensum est nunc. Primum itaq; mouens (cum sempiterno moueat motu infinitoq; in tempore) ipsum indiuiduum esse atq; impers, nullamq; prorsus magnitudinem habere perspicuum est.

H

Expositio.

Nunc qualis sit primus motor concludit ex omnibus his quæ dixit. Concludit enim duplici (ut mihi uidetur) uia ipsum esse omnino magnitudinis expertem. Prima quidem, quia immobilis est ut pauloante deductū est. Omne enim quod in magnitudine est: corpus existit, omne uerò tale in mouendo mouetur. Secunda uerò quia magnitudinem habere non potest, ut per omnes magnitudines deduci potest. Infinitam quidē non, quia illa non datur tertio huius. Finitam uero minime, tum quia non haberet potentiam

I perdurandi tempore infinito: ut disputatum fuit commento.79. Tum quia nihil perpetuo mouetur ab eo quod finitam in tēpore habet magnitudinem. Restat igitur ꝙ cum sempiterno & continuo moueat motu: sit omnis magnitudinis expers.

Dubiō maxima.

Sed circa hanc deductionem non parua est quæstio Primo quia ex ea non habetur plus nisi ꝙ magnitudinem non habeat modo quo forma materialis educta de potentia materiæ. Sed ipsum esse in magnitudine per indepēdentiam nihil uidetur ratio probare. Secundo, quia uniuersum siue primum mobile quod diurno mouet motu reliquos omnes mouet raptu quodam, ut ita dixerim, & tamen tale primum mobile est magnitudo finita: & ita falsum uidetur quod ait nihil posse perpetuo moueri à magnitudine finita, uel ab eo quod in magnitudine est finita. Tertio dici potest ꝙ primus motor magnitudinem habet finitam dimensiue: infinitam in tempore. Quarto dici potest eam quam habet ipse magnitudinem esse alterius

An primū sit uigoris infiniti. Vide Sco.d. 2.pte prima & sequaces. Vide etiā Ian.q.21. huius.

K rationis ab his magnitudinibus: quas habent uirtutes corporeæ, quibus omnibus Aristotelis ratio uidetur penitus friuola.

2.dubiō.

Secunda dubitatio est: quia Aristoteles (ut diximus) supposuit primum motorem mouere primum mobile perpetuo ac sempiterno motu: quod theologicū nō est: & rationes quibus hoc persuasit (ut uisum est) nullæ sunt: ideo emergit quæstio non parua qua nam ratione haberi possit primum motorem: quem græci theon siue deum uocant: esse impartibilem: omnisq; magnitudinis expertem. Ambæ enim dubitationes hæ sunt non leue.

Pō Ioan. Iandoni.

Ioānes gandauensis qui tenet primū motorem mouere non quidem effectiue: sed ut finis: soluere non potest primam dubitationem: si enim (ut ait ubiq;) eius intentio est concludere ꝙ primus motor sit omnino separatus a magnitudine, tam quia non est illius forma, ꝙ̄ quia non est illius motor assistens: eius ratio sine dubio friuola est, nō.n. concludit plus nisi ꝙ non est in magnitudine modo quo uirtutes materia

L les sunt in illa: sed ꝙ sit in illa ęquiuoce: & modo alterius rationis nihil prohibet, rem hanc in primis nostris editionibus libri de substātia orbis declarauimus.

Pō ꝑpria.

Propterea debes scire ꝙ aliquā formam siue potentiam esse in magnitudine intelligi potest apud peripatheticos dupliciter. Vno modo dependenter: quo quidem modo dicimus animas cæterorum animantium esse in magnitudinibus: sunt.n. in illis dependenter: quia dependent in illis & ab illis in esse: & conseruatione. Alia uerò modo indepēdenter, quia sunt in illis: non quia dependent ab illis: sed potius è cōtra magnitudines illæ quibus insunt dependent in esse et conseruatione: atq; perfectione, & operatione ab eis. Tunc dicerent peripathetici duo: primū est ꝙ primus motor nō est omnino è magnitudine abiunctus primo: & secundo modo. Secundum est ꝙ primus motor est è magnitudine abiunctus: hoc est è magnitudine independens secūdum esse & conseruationem: cum quo tamen stat ꝙ sit in magnitudine ęquiuoca unione, & copulatione. Siquidem agat illa: & p essentiā sit in illa, probat autē Arist. ꝙ primus mo

M tor nō sit in magnitudine dependenter. Primo qa est penitus imobilis: ubi enim esset in magnitudine dependenter: moueretur saltē per accńs ad motū illius. Secūdo qa si esset in magnitudine depēdēter: aut esset in magnitudine infinita dependēter: aut finita, nō in magnitudine infinita, quia illa non est, nec est in magnitudine finita dependenter: primo quia nulla uirtus infinita tempore potest esse in magnitudine finita dependenter: esset enim corruptibilis: tum secundo quia non moueret sempiterno & infinito tempore: N

cum esset uirtus finita tempore & genita, & corruptibilis: Sic igitur perspicuum primū motorē esse non posse in magnitudine aliqua dependenter: nisi modo ęquiuoco & independenter: quatenus magnitudo ab eo dependet, & ipse per illam agit & operatur. Per hęc ad rationes facile patet solutio. Prima.n. concludit quod uolumus: ut per modo determinata patet. Secunda uerò non est ad rem. Primum enim mobile non mouet omnia alia: sed primus motor, mouet omnes orbes: cum sit attributus uniuerso congregato. Hoc enim astronomicum dictū debet intelligi cum sale. Peripathetici.n. dicunt unum orbem mouere alium: sed motorem unius orbis mouere per se unū, per accidens alium. Duæ aliæ rationes concludunt propositū. Hæc de de Prima dubitatione.

An primū principiū motus sit unū solū. Vide Iād. q.21.huius

Sol. scdæ dubiōnis Primæ.

Ad secundam (quidam quoq; studium est in metaphysicis potius confusores ꝙ̄ inuētores) aiunt ꝙ deum esse extra magnitudinē patet per hoc: quia mouet & a se, hoc est independenter: & ita siue moueat finito siue infinito motu: dūmodo moueat à se & independenter: omnino est extra magnitudinem. O

Cōfutatio

Sed hęc probatio est penitus credita: illa.n. propositio: omne mouens à se & indepēdenter est extra corpus, est per se nota & physica. Sed ꝙ primus motor sic moueat à se & independenter, est creditum. Esse enim primum independens est quæsitum in naturali philosophia: & non minus dubium ꝙ̄ sit conclusio.

2 solutio.

Alij dicunt ꝙ idē concludit posse agere, & agere: erit igitur primus motor extra magnitudinem, quia potest agere motum infinitum.

Cōfutatio.

Nec hæc solutio placet peripatheticis: nam quicquid non agit semper apud peripatheticos, nō potest agere: omne.n. quod nō agit & potest agere apud eos educitur de posse ad esse à motore priore, & sic tolletur ratio primi. Propter hæc mihi uidetur ꝙ si ratio Aristo. hic non sit demonstratiua: deum esse extra magnitudinem penitus esse creditum tantum. Omnes enim rationes præter æternitatem motus sunt probabiles, ut dixit in hoc libro Auerroes non semel. uerū de his in libro de P structio destructionum: & in codicillo nostro de infinitate primi diligentius diximus. Hic enim & si multa diximus, ea satis breuibus aggressi sumus. Cum enim hunc librum in uno anno solū legerimus, laboriosum fuisset omnia aggredi quæ dici solent. De physicis igitur auscultationibus hæc mihi uidentur ad Dei omnipotentem laudem & eius Virginis matris. Completum in Auiano rure nostro.xv. Maij. M.D.VI. fœlicibus astris.

Vide Sco. q.7.quolib. de potse & agere dei 1.d.2. & 8.primi.

FINIS.

Aristotelis Stagiritæ peripateticorum princips Acroasum (hoc est) naturaliū auscultationum liber: interprete expositoreq; Eutico Augustino Nypho Phylotheo Suessano: ad Marcū Antoniū Colmnam serenissimum ducem fœlici auspicio finem sortitus est. Reuisus per fratrem Hieronymū Cribellum ordinis minorum obser. prouinciæ sancti Antonii: qui & Aristote. textus in marginibus quotationes: & Scoti & aliorum multorum famosorum doctorum quotas & quæstiones ad materias (ut intuenti patet) apposuit. Q

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P. omnes terniones.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Omnes terniones Bb uero Quaternus.

aa bb cc dd ee ff gg Omnes terniones.



Venetiis apud Hieronymum Scotum.

MD XLIX.

[illegible]

Sic igitur [illegible] primũ motorẽ eſſe non poſſe in ma[illegible] [illegible]

[illegible] primus motor, [illegible] debet intelligi cum [illegible] [illegible] orbis mouere per ſe [illegible] per accidens [illegible]

[illegible] Dei omnipotentem laudes [illegible] Completum in Anno [illegible] M.D.VI. [illegible]

[illegible]

SERIES CHARTARUM

A B C D E F G H I K L M N O P. [illegible]

[illegible]

[illegible] Omnes terniones.

colorchecker CLASSIC



























calibrite

mm